D. FRANCISCI
SALGADO
DE SOMOZA,
IN REGALI CANCELLARIA
VALLISOLETANA SENATORIS,
TRACTATUS
DE SUPPLICATIONE
AD SANCTISSIMUM A LITERIS
ET BULLIS APOSTOLICIS, IN PERNICIEM

Reipublicæ, Regni, aut Regis, aut juris tertii præjudicium impetratis:

ET DE EARUM RETENTIONE INTERIM IN SENATU.

Opus utrique Reipublicæ, Eccleſiaſticæ, & temporali utiliſſimum,

Copioſa literarum perpoliticarum exornatione (tum ad Regimen, tum ad Status rationem conducibilium) illuſtratum.

EDITIO NOVISSIMA.



LUGDUNI,
Sumptibus J. B. DELAMOLLIERE.

1792.

LICENTIATI

D. BARTHOLOMÆI BUIAN

DE SOMOZA, S. S. R. C. ARAGONUM QUONDAM Relatoris, ac etiam Sanctæ Cruciatæ, nunc verò in Supremo Sanctæ & Generalis Inquisitionis Consilio idem exercentis munus, in laudem

NOBILIS ET PERITISSIMI LICENTIATI

DON FRANCISCO SALGADO

DE SOMOZA, JURIS UTRIUSQUE ACERRIMI & præclarissimi Propugnatoris, dignissimique totius Siciliæ Regni Monarchiæ Judicis.

OBSTUPUERE quidem Phœbi, Salgado, sorores,
Mirantes genii prodigiosa tui.
Ast ego) sed quis enim Musis mirantibus auxit.
Hæc nisi non aptus? linquite, jacto, canam.
Vix ea protuleram, triplex cum causa repugnat
Quo minus officium persequar ipse meum.
Nempe solum patriæ nobis commune duobus,
Quin & amicitiæ fœdus utrumque ligat.
Adde quod eloquii vires, authorque, liberque
Exuperat longè magnus uterque mei.
Hinc timor occurrit, patriam seu pectus amicum
Exprobret in primis ne invida turba mihi.
Terrificæ verum pulsabo cuspidis ictum.
In me nec robur livor habebit edax.
Namque tuis scriptis munimine sacra petenti,
Protectum poterunt lædere tela nihil.
Sanam constituunt siquidem quæ pharmaca Bullam,
Hæc, Salgado, tuus continet usque liber.
Vidimus antiphrasim Bullæ sub nomine quondam,
Dum vafer impostor prorsus iniqua petit.
Sedula sed fraudem removet tua cura dolosam,
Nec finis injustis nomen adesse boni.
Justitiæ, pariterque tui studiosa voluntas
Impulit ad numeros (quæ tibi fida) manum.
Hinc mihi polliceor veniam, tibi Nestoris ævum.
Opto, ut perpetua Jus tuearis ope.

PERILLUSTRI, SAPIENTISSIMOQUE

D. D. FRANCISCO SALGADO

DE SOMOZA, MERITISSIMO JUDICI MONARCHIÆ SICULÆ,

D. JOANNES GARCIA FERRER,

ADVOCATUS IN REGIS CONSILIIS,

hæc laudatoria Carmina, pignus amoris, dicat.

SI inter doctos tu merito doctiſſimus adſis?
Atque inter Magnates es clariſſimus heros?
Si tu prudentes es prudentiſſimus inter?
Ingenioque omnes, cultu, virtuteque præſtas?
Quiſne tibi ſummos, Salgado, negabit honores?
Quis te non mirabitur, & venerabitur unâ?
Scilicet oppreſſos gaudet defendere Princeps,
Tu Regis nobis regis ob tua dogmata dextram:
Te oppreſſorum Patrem aiunt, te dulce levamen
Juris naturæ, tua jam volumina monſtrant.
Concilii protector tu validiſſime Trenti.
Dicant (cauſæ omnes) ejus quoque cætera jura.
Tuta omnes Reges per te ſua jura tenebunt,
Tranquillaque diu potientur Regna quiete,
Atque ſuum quiſquam poterit conſtanter habere.
Ex hoc te juvenes, & te veneranda ſenectus
Plaudit, & extremis ad cœlum laudibus effert.
Tu ſplendor, patriæque tuæ tu culmen honoris,
Hiſpaniæque decus magnum per ſecla manebis,
Atque tuum nomen toto celebrabitur Orbe.
Felix terque quaterque Trinacria Judice tali,
Jam nunc invideat totus ſua ſæcula mundus
Aurea, nam Nemeſis per te dominabitur illi.
Scribere ne ceſſes clariſſima lumina Juris,
Tam felici cœpto parcas neve labori,
Præmia pro meritis Petri dabit alma poteſtas.
Nulla tuis quidquam ambitio ſuperaddere ſcriptis,
Tollere neve illis quidquam cenſura valebit.
Heu! mea ſi poſſet tot laudes dicere penna
Quot ſentit mens, felicem me ſemper haberem.
Sic mea magna affectio, ſic tua merita poſcunt.

CLARISSI-

CLARISSIMO UTRIUSQUE JURIS PROFESSORI

DON FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA,

JUDICI REGIÆ MONARCHIÆ

IN ULTERIORI SICILIÆ REGNO,

ET VIRO UNDEQUAQUE DOCTISSIMO,

C. S. M. R. N. C. A. S. & IN S. I. S. S.

Grammatophylacii Præfectus.

S. F. O.

LICET omnes mihi ſingulari quadam, ac præcipua laude digni videantur (glorioſi nominis Vir inter eruditiſſimos, quos cœli oculus unquam aſpexit) qui in aſſequenda honeſtarum artium ſcientia, operam, & induſtriam ſuam locarunt; tum ii præcipuè qui veluti majore quodam numinis afflatu perculſi, propè omnibus poſthabitis, ad *divinarum humanarumque rerum notitiam, juſti atque injuſti ſcientiam*, omnes cogitationes ſuas, atque omnia ſtudia contulerunt. Igitur cùm magnis ſemper extolli præconiis mereatur, qui maximum hoc atque Auguſtiſſimum Imperium terra marique à continuis hoſtium exercitibus claſſibuſque, viribus, armis, ac pecuniis tuentur; Qui vigiliis, laboribus, & ſcriptis ſuis præclaris cauſam Reipublicæ, & jus Regis ſui protegunt, nihil minùs commendari debent, quàm pro patria pugnantes. Quò reſpiciens eloquentiæ Princeps *in oratione pro Murena*, urbanam militiam appellat hanc curam reſpondendi, ſcribendi atque cavendi. *Non enim ſolùm illos pro imperio militare* teſtantur Leo, & Anthemius Imperatores, *qui gladiis, clypeis, & thoracibus* armati in hoſtes *nituntur, ſed* eos *etiam qui dirimunt ambigua facta cauſarum*, ſuique patrocinii *viribus ſæpè publicis in rebus ac privatis* oppreſſa ſublevant, *lapſa erigunt*, labantia *reparant*, omniaque demum jure faciunt finibus ſuis eſſe contenta, neque *minus humano generi provident, quàm ſi præliis, atque vulneribus patriam parentesque ſervarent.* Gratulor ergo lucubrationibus tuis (ſacri ac profani Juris Lumen) ſiquidem ingenii tui fecundi partus ac maturi fructus in lucem prodeunt abſque indigentia Tutani Turilinæque numinum (quæ olim invocare laborantes ſolebant) non enim ope, auxilio vel aſylo illorum eges, cum labores tuos ſacraveris obſequio & Majeſtati Philippi Catholici Regis noſtri multis titulis & rationibus Magni, innumeris heroicisque virtutibus Maximi, cujus Regia jura ab ineunte

ætate magnis conatibus ac ſtudiis viriliter tutaris. Sed lucubrationum tuarum ea eſt doctrinæ vis ac pondus, ut auctorem non tantum in hac mortali vita verè felicem, verè illuſtrem, efficiat, ſed poſt ſupremum diem nominis etiam perpetuitate ac optimæ famæ immortalitate donare queat, eamque ad extremas uſque terras, & omnem poſteritatem maxima cum gloria poſſit tranſmittere. Nec immeritò, namque præter innumeras alias ſcriptorum tuorum virtutes, admirantur utique omnes facilitatem, claritatemque in explicando ac exornando utroque jure tam genuinis, nativis ac peculiaribus quæſtionibus, ut quaſi Atlantis humeris cœlum, ita tuis ſcriptis omnibus numeris undequaque abſolutis, harum artium dignitates ſuſtineri credantur. Quid dicam de ordinis virtute ac venere? (ut Romanæ Lyræ fidicinis verba uſurpem) quem ſemper ſapientiſſimus quiſque plurimi fecit, & cui tantum tribuerunt quidam ex veteribus Philoſophis, ut ſummum ac ſupremum hujus univerſitatis parentem & opificem Deum dicerent in condendo Orbe, nihil aliud præſtitiſſe, quàm ut confuſas & permiſtas inter ſe rudis materiæ partes diſcreverit, certoque ordine ſuis quamque in ſedibus collocarit. Impia cæterum opinio, fateor; omnia enim non tantum digeſſit ac diſpoſuit, ſed ex nihilo effecit ac procreavit Deus. Nec profecto ignorat, quantum ſplendoris ex tuorum editione operum obtineat ipſa Gallæcia patria tua, nobiliſſimorum Equitum, & ſapientiſſimorum virorum parens feraciſſima, quæ te genuit, quæque te ſuo aluit ſinu, quandoquidem gloriatur eum genuiſſe virum ſummæ eruditionis admiratione adeò pollentem, ut quos ad contemplationem ſui maxima provinciæ decora trahere non potuiſſent, tui ſolius famam illam produxiſſe in ultimas univerſi Orbis terrarum partes credendum eſt. Fatetur idem Sicilia noſtra, fidelitatis, ſplendoris, fortitudinis & ſcientiarum Emporium, ea eſt enim illius inclytæ inſulæ in te obſervantia, ac eo amore ut vehementiſſimo tui ſuprà quàm dici poſſit, univerſæ illæ civitates, & populi exardeſcant deſiderio; idque comitate, ac virtute, ita in hac Regia Curia comparaſti, ut nemo tam magna de te animo conceperit, quin tu multò majora præſtiteris. Ne efficacius Magnes chalybem attrahit, quàm tu omnium mentes in tui amorem rapis, nec tam facilè vicina flamma ad Naphtham (Nedeæ id oleum vocant) tranſvolat, undecumque illud viſum, quam facilè tu in omnium mortalium pectora deſcendis. Nec injuria profectò: decet enim magnos animos, & ſublimem fortunam lenitas; nec cadere poteſt, niſi in eos qui clari ſanguine, ac ſtirpe exiſtunt: procul ab ea rudes aut viles homines, qui plerumque ſævire conſueverunt, ubi licentia; aut ſuperbire, ubi fortunæ favor adeſt. Omnia demum quæ ex ore tuo profluunt aut calamo exarantur, talia ſunt, ut in eo genere nec excogitari prudentius, aut diſputari acutius, aut certius definiri, ſtatuique poſſit. Itaque cum in omnibus habeam quod admirer, in nullo habeo quod deſiderem. Præfulciat hanc veritatem quodcumque ſcriptorum tuorum vel caput, aut verſus particula, illud tam validum, hæc tam ſubtilis & ingenioſa, ut tam ii qui ſupremis Magiſtratibus Tribunalibuſque præſunt, quàm etiam qui in foro Curiaque verſantur ducti ſingulari tua doctrina, non minus ex ſacro quàm ex profano penu deprompta ſimul atque ſuboluere typis mandari, ſtatim ſive Jugata ſeu deſultoria folia certatim poſtulavere, tam enixè tantaque contentione, ut non omnibus meritò pro innata animi tui comitate poſſes ſatisfacere, præ nimio cujuſque deſiderio & feſtinatione videndi ac legendi ea ad con firmandam ſui alteriuſve ſententiam apud Togatos Supremi Senatus, Parreſque

cæterorum

cæterorum cœtuum conſcriptos. Quod qüidem effecit ut binis Typographus uti cogeretur prælis ad excuſandam operarum tarditatem, ac tædia quæ cum Bibliopolis ac aliis Librariam negotiationem exercentibus interea tolerabas, dum publicè non proſtabant. Clarè inde liquet librum hunc omni ſane juris ornamento plenum teque illius Auctorem virum doctiſſimum, & vario genere litterarum mirum in modum excultum, ac tractationem de ſupplicatione ad Sanctiſſimum Patrem ac ſummum Chriſtianæ Religionis Antiſtitem quâ decet obſervantiâ pertractantem, nec minus eleganter exornantem. Quid mirum? Si hæreditario quodam jure in te defluxiſſe ſpectamus progenitorum admiranda virtutum ornamenta. Qui non ſolùm nobilitate, & antiqua ſtirpe in Gallæcia celebres fuere, verùm etiam ſtudiis Juriſprudentiæ, atque eloquentiæ ita nituere, ut eos inter primos Reipublicæ Gallæciæ, nedum litterariæ, annumeret ſecunda & conſtans Hiſpaniæ fama. Fidem faciat, ne longiùs abeam, maximæ vir doctrinæ parens tuus: qui variis ingenii monumentis, non modò ſe ab injuria oblivionis aſſeruit, ſed etiam effecit, ut meritò illuſtrium Hiſpaniæ Juriſprudentum albo inſcriberetur. Quid de fratre tuo dicam? Cujus ut cætereas animi dotes ſileantur, adeò Civili maximè ſcientia atque eloquentia floruit, ut ejus Operæ cedro & ære digna præ oculis ſemper habenda ſint. Miramur igitur, jure miramur hæc majorum tuorum decora (nate in exemplar Advocatorum, & Juriſprudentum omnium Magiſter) at magis magiſque admiramur te parum fortunæ, & corporis, verum ſummis animi bonis undequaque cumulatum. Quæ ejuſmodi ſunt ut quidquid rarum in progenitoribus fuit, quicquid eximium, & ſuſpiciendum in te cumulatè niteſcere videatur. Meritò ergo doleamus, qui tibi arctiſſimo neceſſitudinis vinculo conjuncti ſumus, tam procul à nobis fuiſſe munus tibi commiſſum, ut jure ſimul quæramus quod ſummum Togæ, alteriuſve Dignitatis decus in Hiſpania feliciſſima communi patria non obtineris: *Sed quod Principi placuit, & legis vigorem habet.* Euge modò (ſacer utriuſque Juris arbiter & interpres) exequere præjudicata dexteritate bonis omnibus approbantibus præfecturam tibi delatam, manet enim te (nî fallor) pro longiſſimo iſto at glorioſiſſimo itinere alia major dignitas, ad quam munificentia Catholici Regis noſtri nullis finibus circumſcripta opinione, citius eveharis. Plura vellem, imò deberem ſingularibus tuis dotibus, niſi moderationem incomparabilis tua modeſtia ſuaderet. Noviſſimè neutiquam prætermittam Opus hoc tuum Authori ſuo compar, quod cum dico, magnum dixit, nec majus etiam exclamare potero, à quo procul abſit invidia; Nemo enim (Stoico docente) invidet, quod ſe facere poſſe deſperat. Opus hoc, inquam, feliciter perennaturum ſic aveo, ſic ſpondeo. Tuus ex animo: Mantuæ Carpentanorum Kalendis Martiis anni reparatæ ſalutis M. DC. XXXIX.

DIVISIO OPERIS IN DUOS TOMOS PARTITI.

PARS PRIMA.

Continet juſtitiam recurſus Supplicationis ad Sanctiſſimum & retentionis in Senatu, necnon cauſas legitimas retentionis inductivas, formam examinandi illas, ſingulareſque quæſtiones proceſſum tangentes.

PARS SECUNDA.

Continet recurſum ad Regem ob contraventionem Sacroſancti Concilii Tridentini, præſertim circa præſervationem primæ inſtantiæ Ordinariorum.

EX TOMO SECUNDO

PARS TERTIA.

Complectitur Retentionem litterarum Apoſt. in derogationem Juris Originariorum hujus Regni, aut filiorum patrimonialium, ac etiam Magiſtralium Doctoralium & Lecturæ Cathedralium Hiſpaniæ.

PARS QUARTA.

Complectitur retentionem litterarum Apoſtol. in derogationem Juris Regii patronatus, necnon Laicorum.

AUTHORIS PROTESTATIO.

Quidquid in tam gravi utilique Tractatu dixerim, Sanctæ Matris Eccleſiæ limæ, & cenſuræ, ac me ipſum pariter ſubmitto. Quæ ſi aliud cenſet, aliterve ſtatuat, id ipſum Ego cenſeo, & ab ſcriptis libenter deſiſto, teſtorque potiùs me fragilitate humana tunc labi deceptum, quàm intentione, quæ procul dubio ſana eſt, & pia.

INDEX

INDEX

PARTIUM ET CAPITUM

quæ in hoc primo Tomo continentur.

PARS PRIMA.

CAPUT I.

PROTECTIO vaſſallorum, necnon Eccleſiæ, ejuſque ſtatus, cultus Divini, Dogmatum, & Conciliorum tuitio: & quo ſit jure Regalia Principis temporalis à Corona indiviſibilis.

Et an ſuper Regalia ipſa, vel alia ab Eccleſia obtenta Rex inter Eccleſiaſticos cognoſcat. pag. 1

§. UNIC.

De juſtitia retentionis litterarum Apoſtolicar. ob longam Hiſpaniæ diſtantiam, aditumque difficilem ad Sedem Apoſtolic. urgente neceſſitate, inſtanteque ſcandali periculo exequendi interim eaſdem in perniciem Reipublicæ. p. 20

CAPUT II.

Retentio Bullarum ex vera violentiæ cauſa, an in Bulla Cœnæ Domini expreſsè prohibeatur, vel expreſsè, aut virtualiter (ſupplicatione præmiſſa) permittatur. p. 27

SECTIO I.

Oppreſſo ſupplicanti ad Sanctiſſim. incumbit ſupplicationem proſequi, cujus culpa, & deſidia Regis Regaliæ nec imputari, nec obeſſe poteſt. p. 38

SECTIO II.

Et an ipſa Bulla Cœnæ recipiat intellectum excluſivum recurſus uti proveniens ex immutabili jure naturali. p. 41

SECTIO III.

Et an in iis, quibus non fuit in Hiſpania recepta, liget. p. 42

SECTIO IV.

A Bulla Cœnæ, quatenus tangat Regalias, & præjudicium Regis cautè ſtat humiliter ſupplicatum. p. 45

SECTIO V.

Tolerantia S. Apoſtol. quàm ſit efficax ad juſtitiam Recurſus pro Retentione litterarum, etiam ſemoto proprio Jure, & Regalia Regis.

Ubi motiva aliquot Neotericorum contraria examinantur, & manifeſtè diluuntur. p. 48

CAPUT III.

Bullarum executio quibus ex cauſis violentia dicatur, ut earum retentio (juxta Bullam Cœnæ) licita judicetur. p. 55.

§. UNIC.

Secunda juſſio poſt priorem in Senatu retentam ab eadem Sede Apoſtolica emanata, quando & qualiter operetur. p. 61

CAPUT IV.

Scandali cauſa imminentis, ſeu etiam minati an legitima ſit, ut litterarum Apoſtolicarum retentio licita, & permiſſa dicatur. p. 71

CAPUT V.

Præjudicium Regis, vel Regni, atque ideò damnum publicæ utilitatis, an ſit litterarum Apoſtolicarum retentionis legitima cauſa. p. 77

CAPUT VI.

Novitatis, & abuſus notorii cauſa, an legitima ſit dicenda ad Bullarum retentionem. p. 85

CAPUT VII.

Præjudicium tertii, an, & quando legitima cauſa dici poterit, ut Bullarum retentio licitè permittatur. p. 90

CAPUT VIII.

An ob quamlibet litterarum ſimplicem ſurreptionem queat in Senatu ipſarum retentio decerni. p. 98

Index Capitum.

CAPUT IX.

Retentio Bullarum, an ultra ſex caſus à lege Regia ſpecialiter expreſſos locum habeat. pag. 106

CAPUT X.

Eſto, quod Retentionis Bullarum remedio licitè quis uti poſſit poſt earum executionem jam peractam, & poſſeſſionis apprehenſionem, an Senatus ſui decreti virtute valeat eam reponere.

Vel an, & quomodo decretum tunc retentionis iſtud queat exequi.

Vel quo ſit tunc remedio vim patienti conſulendum.

Et an decretum Senatus coram executore Bullarum fidem faciat, & ad quem finem. p. 115

§. UNIC.

Executionis litterarum jam peractæ repoſitio per quem facienda erit virtute Decreti Regii, violentiæ ipſo executore mortuo vel longè abſente.

An per judices & Executores ſuperſtites in litteris nominatos, & an ſi plures ſint præventivè, electio competat utrique parti, vel impetranti duntaxat.

An & quando per Ordinarinm hæc valeat fieri repoſitio.

Et an tunc per ſequeſtrum fructuum beneficii vim patienti & litterarum retentionem obtinenti conſulatur. pag. 135

CAPUT XI.

Concurrentibus in Senatu Bullarum retentionis remedio, & violentiæ querela (ob non delatam appellationem ab executore emiſſam in earum executione procedente) ſive ab una duntaxat parte, ſivè ab utraque intentatis; an violentiæ cognitio ſuſpendenda ſit, donec retentionis articulus terminetur.

Et an utrumque remedium ſimul concurrere, & cumulari poſſit, vel an etiam eodem decreto terminari. p. 147

CAPUT XII.

Contra ſemel intentantem in Senatu Bullarum retentionem ex una cauſa res judicata obtenta, an ei obſtet denuò iterum agenti ex alia tunc non deducta.

Et quid ſi deducta ſemel fuerit eadem cauſa, non tamen, ſed alia proſequuta.

Ubi accuratè, an condemnatus uti Prælatus, adminiſtrator, vel majoratûs poſſeſſor, poſſit inſuper jure proprio executorialium executionem impedire. p. 152

CAPUT XIII.

Pendente recurſu ad Regem ob Bullarum retentionem, concordia inita inter collitigantes, abſque tamen Fiſcalis Regis interventu, an faciat ipſum ceſſare recurſum.

Ubi exactè de effectibus juris complicati, atque connexi cum jure alterius.

Et an ipſorum unus condemnatus queat ex jure alterius complicati executionem in totum evitare. p. 156

CAPUT XIV.

De Regalia Principis in diviſione, aut diſmembratione Provinciarum, nec non generum cauſarum Bullarum retentionem attingentium inter ſupremum Conſilium, cæteraſque Cancellarias.

Et an, & qua via in iſtis queat cognoſci de cauſis tangentibus conſervationem, & executionem Sacri Concilii Trident. aliàs Supremo Senatui ſpecialiter reſervatis. p. 165

CAPUT XV.

Pendente recurſu ad Regem ob Bullarum reſignationis retentionem, duranteque cauſæ examine in Senatu, an ſuſpendatur terminus ad illas publicandum. p. 171

CAPUT XVI.

In retentionis Bullarum cognitione quid principaliter, tam reſpectu principii, quàm reſpectu finis in Senatu deducatur, & quid incidenter: & quemadmodum in examinanda cauſa (ut legitimè appareat) in eo procedatur, & qualiter decreta concipiantur.

Et an & quando decretum violentiæ (de conocer, y proceder ultra decreta laïcorum) in Supremo Conſilio expediatur, & numquid cætera Tribunalia Regia eo uti valeant. p. 174

SECUN-

SECONDÆ PARTIS

INDEX CAPITUM.

CAPUT I.

Quo jure Rex Catholicus, quibuſve rationibus litteras Apoſtolicas in contraventionem œcumenici Concilii Tridentini importunè impetratas, vel retinere, vel remittere valeat, & de utriuſque differentia, de qua latiùs, c. 26. pag. 185

CAPUT II.

Regalia in protectione Sacri Concilii Tridentini, an Rex Catholicus uti poſſit, quando per litteras Apoſtolicas percutitur non ſolùm ejus ſenſus litteralis, ſed & ſenſus intellectualis declaratus per ſacram Congregationem Cardinalium. p. 192

CAPUT III.

De praxi, & ſtylo Senatus in obſervationem Decreti Concilii Tridentini præſervantis primam inſtantiam Ordinario. Et de fundamentali ejus ratione.

Et an facultas Auditoris Cameræ ex eodem ſit, & qualiter ſublata. p. 195.

§. UNIC.

Quod an in Ordinarii, an in ejus ſubditorum favorem ſit inductum.

Et an alterutrius conſenſus in juriſdictionem alienam impediat hanc protectionem per Regem impertiri. p. 199

CAPUT IV.

Regalia protectionis an Rex uti poſſit non ſolùm ubi percutitur prima inſtantia Epiſcoporum, ſed etiam Abbatum, aliorumque Prælatorum inferiorum, ordinariam juriſdictionem legitimè habentium. p. 201

CAPUT V.

Protectio an à Rege deneganda erit his in caſibus, in quibus de jure Canonico, & ante Tridentini decretum ab Ordinario in prima inſtantia licitè recedere fuit permiſſum. p. 207

§. I.

An ob recuſationis legitimam cauſam ab Ordinario liceat recedere in prima inſtantia, & an recuſatio omiſſionem præcedere debeat. p. 208

§. II.

An per appellationem ante diffinitivam ab aliquo gravamine, etiam extrajudiciali appellabili poſſit ab Ordinario recedere in prima inſtantia? p. 213

§. III.

An ratione contractûs, vel ratione delicti alibi geſtorum, aut etiam rei ſitæ, & qualiter à prima Ordinarii inſtantia recedatur?

Et obiter circa bona majoratûs exiſtentia in diverſis Regnis & Provinciis, ſeu diſtrictibus, qui forus attendatur. p. 214

§. IV.

An per remiſſionem cauſæ per Ordinarium voluntariè factam ad ſuperiorem in prima inſtantia ceſſet Trident. & inde Regalis protectio. p. 218

CAPUT VI.

Protectio Sacri Concilii Tridentini à Rege penitùs deneganda his in caſibus ab eodem Concilio ſpecialiter exceptis, ubi etiam quales iſti ſint.

Præſertim circa formam ſubſcriptionis propria manu Sanctiſſimi, & de ejus ſpeciali natura, & efficacia, & an ejus omiſſio commiſſionem, & inde ſequutæ cunctaque derivativa vitiet. p. 221

§. UNIC.

An litteræ annulo Piſcatoris munitæ eandem vim habere dicantur, ac ſi propria manu Sanctiſſimi fuiſſent ſubſcriptæ. p. 227

CAPUT VII.

An Rex Catholicus hac protectionis Regalia uti poterit in obviando ſtylo, etiam immemoriali conſuetudine munito ab aliquo Tribunali diù invento, ut inhibitio temporalis perpetuò inficiat, ita ut etiam termino tranſacto cauſet attentata, ſive in prima Ordinarii inſtantia, ſive ulteriori alia. p. 232

CAPUT VIII.

Si in Rota, aliove Tribunali cognoſcente de appellatione noviter aliquod deducatur jus, an novum dicatur judicium, ita ut novâ egeat inſtantia, ut hanc omnino Senatus remittat Ordinario. p. 237

CAPUT IX.

Litteras monitoriales, aliave reſcripta ad cognoſcendum in Rota de cauſa reconventionis ibidem oppoſitæ (ad quam cauſa conventionis fuit per appellationem devoluta duntaxat)

Index Capitum.

an Senatus retineat, & cauſam Ordinario remittat.

Et quid ſi appellatum fuerit ante diffinitivam, vel etiam à gravamine extrajudiciali. p. 240

CAPUT X.

An Bullæ Apoſtolicæ pro executione gratiæ ſuper beneficio reſervato in prima inſtantia alteri quàm Ordinario commiſſæ, ſint per Senatum Ordinario remittendæ.

Et generaliter an in viis executivis liceat percuti Ordinarii prima inſtantia, ubi accuratè de motu proprio Gregorii XIII. p. 243

CAPUT XI.

Protectionis Regalia an utatur Senatus contra conſervatores procedentes in prima inſtantia in cauſis exemptorum.

Et quid ſi exempti in juriſdictionem conſenſerint Ordinarii, aut aliter renuntient ſuæ.

Et an exemptus citatus ad Romanam Curiam hac protectione utatur.

Et quid ſi ab exempto reus citetur, ut coram conſervatore litiget extra Regnum. p. 248

CAPUT XII.

Commiſſione manu Sanctiſſimi ſubſcripta, impetrata contra aliquem cum clauſula (omneſque alios) an cauſa ſit Ordinario remittenda, mortuo eo re integra, contra quem nominatim fuerit impetrata. Et quid contra ſucceſſores ejus re integra mortui ſub dicta clauſula generali comprehenſi. p. 261

§. UNIC.

Commiſſionem cum clauſula (omneſque alios) ſubſcriptam manu Sanctiſſimi obtinens, ſi inſuper aliam non ſubſcriptam impetret, ex qua citavit aliquem, aliàs comprehenſum ſub clauſula generali prioris, ſi ſic citatus pro remiſſione ad Ordinarium in Senatu inſtet, an ex prima ſubſcripta excludi queat.

Et nunquid impetrans renuntians ſecundæ commiſſioni & citationi, poſſit prioris virtute noviter citare, atque remiſſionem Ordinario per Senatum faciendam evitare.

Et quid ſi in ſupplicatione unus tantùm nominetur adverſarius, per Curſores tamen in extenſione clauſula generalis ſit appoſita, an ſub ſubſcriptione Sanctiſſimi incluſa intelligatur. p. 271

CAPUT XIII.

Si coram Judice appellationis, ſeu delegato in prima inſtantia, ex commiſſione manu propria Sanctiſſimi ſubſcripta compareat tertius excludendo (& quid quando coadjuvando) an per Senatum illius ſit cauſa Ordinario remittenda.

Ubi latè quando tertii cauſa ſeorſum tractanda, ita ut curſum litis inter alios pendentis non ſuſpendat.

Ac etiam quando lis inter plures queat validè pro ſingulis terminari. p. 277

CAPUT XIV.

In judiciis mixtis, juribuſque connexis commiſſionem manu Sanctiſſimi non ſubſcriptam contra reos exiſtentes ſub diverſis Ordinariorum diſtrictibus impetratam, an Senatus retineat, & cauſam ſingulis Ordinariis remittat.

Et quid ſi à Nuntio Apoſtolico, etiam contra exemptos hæc manaverit commiſſio. p. 287

CAPUT XV.

Monachus, alterve alius ab Ordinario exemptus, & proviſus ad Parochialem; munuſve aliud non exemptum, an remedio retentionis litterarum uti valeat, ut ejus cauſa Ordinario remittatur.

Ubi non inelegantèr, quando duorum jura in eadem perſona concurrunt, diverſas etiam perſonas diſcretivè repræſentet. p. 291

CAPUT XVI.

Commiſſio non ſubſcripta impetrata ad cognoſcendum ſuper juriſdictione Ordinaria prætenſa per Prælatos inferiores Epiſcopo, an per Senatum retinenda, ita ut ei uti Ordinario remittatur prima inſtantia. p. 296

CAPUT XVII.

Si pars non contradicens patiatur in Rota aliove ſuperiori Tribunali cauſam in prima inſtantia tractari, vel etiam cum proteſtatione, etiam occulta, conſentiat illic de bono jure agi, an executoriales inde obtentæ, ſive ſuper principali, ſive ſuper incidenti (puta manutentione) ſint inſuper retinendæ, Ordinario per Senatum cauſæ remiſſione facta.

Et nunquid conſenſus Ordinarii ſuperveniens revalidet executoriales, & impediat in Senatu cauſæ denuò tractandæ ad eundem remiſſio. p. 301

CAPUT

Index Capitum.

CAPUT XVIII.

Si emptori pignoris in ſubhaſtatione facta per Judicem Delegatum quæſtio moveatur, an coram eodem Delegato ſit tractanda, vel potiùs per Senatum Ordinario remittenda.

Et an litteris Apoſtolicis ſemel executis, ſi poſſeſſor ceciderit à poſſeſſione, illius cauſa, ſive in poſſeſſione, ſive in proprietate deducta Ordinario remittatur. p. 312

CAPUT XIX.

Impetrata commiſſione ob recuſationem Ordinarii, poſtmodum (re tamen integra) decedentis, vel recedentis, an per Senatum cauſa remittenda erit ejuſdem Ordinarii ſucceſſori. p. 316

CAPUT XX.

Dum in Senatu (ad quem litteræ monitoriales in prima inſtantia à Rota emanatæ fuerunt allatæ) articulus remiſſionis Ordinario diſceptatur: ſi per contradictas in eadem Rota cauſa inſuper proſequatur, an executoriales ſic obtentæ ſub remiſſionis, & retentionis decreto comprehendantur. p. 321

CAPUT XXI.

Nuntius Apoſtolicus cum poteſtate Legati de Latere, eſto, quod de jure Ordinarius dici poteſt, an cum Ordinariis in prima inſtantia concurrat, ita ut ejus litteras Senatus Ordinario non remittat.

Et an Nuntius ipſe queat exequi litteras Apoſtolicas in prima inſtantia directas Ordinario, ſive in forma dignum, ſive in forma gratioſa, ſeu diſpenſationes. p. 330

CAPUT XXII.

Per manus appoſitionem Papæ ſuper collatione, permutatione, aut unione beneficiorum, actuſve confirmatione, an etiam in prima inſtantia ſuper eorum ſurreptione, ita avocata cenſeatur juriſdictio ab Ordinario, ut eidem per Senatum ſit deneganda remiſſio. p. 334

CAPUT XXIII.

Ab electione, aliiſve actis capitularibus appellationis, ſeu contradictionis virtute impetrata commiſſio, an primam Ordinarii inſtantiam percutere dicatur, ita ut ei fiat per Senatum remiſſio. p. 337

CAPUT XXIV.

Letrones, ſeu Sedulones publicis locis affixi pro publicando excommunicato ob non paritionem litterarum Apoſtolicarum, quæ juris requiſita habere debent, ut integra fides illis detur.

Et quando ex eis prima Ordinarii percutitur inſtantia, qualiter Senatus ſic oppreſſo conſulere ſoleat.

CAPUT XXV.

In his cauſis, quæ vel jure ſpeciali, vel tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatum ad Ordinarium pertinent, ſi in prima inſtantia impetretur commiſſio (abſque tamen ſubſcriptione propria manu Sanctiſſimi) an per Senatum retenta, Ordinario erit remittenda cognitio. p. 353

CAPUT XXVI.

Litteræ Apoſtolicæ percutientes primam Ordinarii inſtantiam, an ſint indiſtinctè parti per Senatum tradendæ, ut coram Ordinario eis utatur.

Vel quarum ſit facienda in Senatu retentio, Ordinario ſimpliciter cognitionis negotii facta remiſſione.

Et an litteræ gratioſæ in monitorialibus è Romana Curia emanatis inſertæ fidem faciant.

Et nunquid quando in proceſſu fulminato inſertæ ſint, an ad probationem originalibus deſuper egeat impetrans? p. 359

CAPUT XXVII.

Ob executionem Romæ factam contra obligatum ibidem in forma Cameræ, etiam Romæ non repertum, ſive Clericus ſit, ſive laicus, an percuti dicatur prima Ordinarii inſtantia, ut Regis protectio locum habeat. p. 370

CAPUT XXVIII.

Executorialium ad quantitatem in Rota legitimè obtentarum virtute exequi, an poſſit condemnari debitor, vel an potius illius cauſa ſit per Senatum Ordinario remittenda.

Et generaliter, ubi tertius in executorialibus prædictis non eſt comprehenſus; an hoc recurſu licitè utatur. p. 379

CAPUT XXIX.

Semel ad Rotam legitimè devoluta cauſa in qua vel infirmando, vel confirmando Ordinarii ſententiam, ſuam tulit, an executoriales inde ortæ percutere dicantur primam inſtantiam Ordinarii

in

Index Capitum.

in judicio executivo, ita ut debeant eidem per Senatum remitti. p. 382

CAPUT XXX.

De ſignatura propriæ manus Sanctiſſimi, & quales litteras, quave forma ipſe ſubſcribat, & quot à ſignatura per *conceſſam*, necnon per *annulum Piſcatoris* differat. p. 386

§. I.

Et an ſub ipſa ſignatura manus Sanctiſſimi in gratia appoſita ſimul ſubſcripta intelligatur commiſſio executionis in literis lecta. p. 394

§. II.

Et eſto quod litteras avocatorias non ſubſcribit Sanctiſſimus, nec in illis mentionatur ſubſcriptio ſupplicationis, an & quomodo probanda erit in Senatu. p. 398

§. III.

Et an per exemplum ſupplicationis ſubſcriptæ probatio ſufficiat in Senatu, ne litteræ remittantur Ordinario. pag. 403

§. IV.

Et nunquid monitorialibus, ex quibus per relationem judicis, vel notarii apparet de ſubſcriptione Sanctiſſimi, ſit adhibenda fides, ut nec Ordinario cauſæ fiat per Senatum remiſſio. p. 408

§. V.

Senatus Regis an potius literali Tridentini diſpoſitioni (appetenti ſubſcriptionem Sanctiſſimi in ipſiſmet reſcriptis primæ inſtantiæ advocatoriis) inhæreat: an verò ſola ſupplicatione (qua avocatio petitur) ſic ſubſcripta juxta aſſertas aliquot Declarationes Cardinalium contentetur.

Et ex quibus earumdem fides vacillet, dubia necnon, & incerta reddatur. p. 412

CAPUT XXXI.

Inhibitiones Rotales, an, & quibus caſibus, ſive in prima, aliiſve inſtantiis Tridentini decreta dicantur offendere, ut in Senatu litteræ retineantur. p. 417

CAPUT XXXII.

Delegato ex commiſſione non ſubſcripta ſuper appellatione (quæ verè non fuit emiſſa) procedenti in cauſa prout in prima, vigore clauſulæ (quam, & quas) incluſa in eadem, vel ſuper articulo ſeparato, an obſtet nova Tridentini diſpoſitio, ita ut nihilominus fiat per Senatum Ordinario remiſſio. p. 428

CAPUT XXXIII.

Litteras Apoſtolicas non ſubſcriptas manu Sanctiſſimi avocatorias primæ inſtantiæ in cauſis tangentibus Tribunal Sanctæ Inquiſitionis: an Senatus Regius examinet, ut eidem remittat Tribunali?

Et nunquid Rex Catholicus non ſolùm eaſdem litteras, ſed & alias quaſlibet expeditas in derogationem privilegiorum S. Inquiſitionis retinere valeat tam ex ſua Regalia generali, quàm ex ſpeciali indulto Apoſtol. munita. p. 430

CAPUT XXXIV.

Utrùm Ordinarius (cui fit per Senatum Bullarum Apoſtolicarum, aliorùmve reſcriptorum in prima inſtantia cognitionis remiſſio) an uti Delegatus executor, & in via executiva; an uti Ordinarius, & in via ordinaria procedere debeat?

Et inſuper quibus in caſibus Bullarum executor cauſam Ordinario in prima inſtantia remittere teneatur?

Et ampliſſimè præ cæteris, qui dicatur legitimus contradictor ad impediendam executionem gratiæ Apoſtolicæ.

Et an, & quando in beneficiis reſervatis proviſus ab Ordinario immiſſionem poſſit impedire litterarum Apoſtolicarum.

Et per totum cap. clara diſcretione quando Bullarum virtute via executiva, ſeu via ordinaria ſit præcisè procedendum. p. 450

APPRO-

APPROBACION DEL LICENCIADO

Juan de Zurita.

HE viſto un Libro eſcrito de mano, intitulado: *Tractatus de Supplicatione ad Sanctiſſimum à litteris & Bullis Apoſtolicis nequam & impar tunc impetratis in perniciem Reipublicæ, Regis, aut Regni, aut tertii præjudicium; & de eorum retentione interim in Senatu:* Autor Don FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA, &c. Y certifico, que me parece, que es traſlado de otro del miſmo Autor, y de la miſma materia, que vi y approbè por comiſſion del Señor Lorenço de Iturrizarra Vicario deſta Villa, avrà quatro años, y que concuerda con èl con ventajas, por averſe añadido doctrinas muy importantes en la miſma ſuſtancia que el original, con que le ha exornado el Autor con queſtiones nuevas, y con intento de que las vea y cenſure el Conſejo, en Madrid à 30. Junio de 1638.

El Licenciado JUAN DE ZURITA.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOs el Licenciado Lorenço de Iturrizarra Vicario general de la Villa de Madrid ſu Partido, &c. Por la preſente, y por lo que a nos toca, damos licencia para que ſe pueda imprimir y imprima, un libro intitulado: *De Supplicatione ad Sanctiſſimum à literis & Bullis Apoſtolicis, & de earum retentione in Senatu,* compueſto por el Licendiado Don FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA. Attento que nos conſta, que en el no ay coſa contra nueſtra ſanta Fè y buenas coſtumbres. Dado en Madrid à 30 de Junio de 1638.

Licenciado LORENÇO DE ITURRIZARRA.

APPROBACION DEL LICENCIADO

Don Geronimo de Camargo.

HE viſto una copia manuſcrita que me moſtrò el Licenciado Don FRANCISCO SALGADO, de un libro que ha compueſto, *De Supplicatione ad Sanctiſſimum à litteris & Bullis Apoſtolicis, & de earum retentione in Senatu:* Y certifico y aſſeguro à los y Señores del Conſejo, que correſponde cón el original, que el Autor preſentò en èl, y que ſe rubrico del Eſcrivano de Camara, y ſe dio licencia para imprimirle, y que no ay differencia alguna, ſino es aver exornado las queſtiones con algunos nuevos fundamentos que ſu Autor conſiderò de nuevo, que le han dado ultimo complemento, y que no conſtituyen nueva calidad, lo qual ſe, porque con el afecto à la curioſidad de la materia leì el original antes que ſe llevaſſe, por neceſſitar de algunas queſtiones para caſos particulares que ſe me offrecian: y deſpues acà he buelto aver eſta copia con el miſmo intento, y no defiere de ſu original: y aſſi tengo por conveniente, que el Conſejo mande con brevedad ſe imprima, porque ſalga a luz libro tan docto, y de tanto fruto y eſcuſar que en Francia no le ſaquen antes adulterado, y con las reſoluciones de la materia al contrario de lo que el Autor las reſolvio. En Madrid à 18. de Julio de 1638.

El Licenciado Don GERONIMO DE CAMARGO.

APPRO-

APPROBACION DEL LICENCIADO

Bujan de Somoça.

CErtifico yo el Licenciado Bujan de Somoça, Relator de los Conſejos de Aragon y de la Santa Cruzada, que el libro de Don FRANCISCO DE SALGADO DE SOMOZA, intitulado: *De Supplicatione ad Sanctiſſimum à litteris & Bullis Apoſtolicis, &c. & de earum retentione in Senatu.* Lo he viſto en ſu original deſde la primera letra que el Autor à empeçado à eſcrivir lo, por aver aſiſtido en ſu compania quatros años y mas, y conferido con èl muchas coſas de las eſcritas, y aſiſtido à la primera copia dèl y leyendo à los eſcrivientes, y otras vezes eſcriviendo tambien; y deſpues que la dicha copia fue à Franchia, he leido y manejado por momentos el original que le quedò, aſſi para enterarme de ſus doctrinas y reſoluciones, como para muchiſſimos negocios que han occurrido. Y certifico eſta copia que oy ſe preſenta, ſer ſacada de aquel dicho original primero; porque aſiſtiendo los mas de los dias en el eſtudio del Author, y a quatro eſcrivientes que tenia, vi, y reconoci ſiempre los miſmos quadernos de dicho original, que como dicho tengo manegè por momentos, è infinidad de vezes, y deſpues algunas aqueſta copia que yo ſe preſenta. Tambien ſe, que el dicho Don Franciſco Salgado lo ha limado y perficionado mejor, añadiendo muchas doctrinas a las que tenia eſcritas. Y tambienque tiene hechos algunos capitulos nuevos para añadirlos, y otros prevenidos para hazer, y con intencion de præſentarlos en el Conſejo para la cenſura: y aſſi lo certifico por verdad. En Madrid à nueve de Julio de 1638.

Licenciado BUJAN DE SOMOÇA.

PERMISSUS.

LIbrum hunc inſcriptum, *Tractatus de Supplicatione ad Sanctiſſimum, à litteris & Bullis Apoſtolicis*, &c. Auctore FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA, Typis mandari & in lucem edi, Sumptibus LAURENTII ANISSON, Bibliopolæ Lugdunenſis: Ego Regis Conſiliarius & Procurator in Lugdunenſi Præfectura, non impedio. Lugduni die 8. Auguſti 1662.

VIDAUD.

CONSENSUS.

LIbrum qui inſcribitur, SALGADO DE SOMOZA, *Tractatus de Supplicatione ad Sanctiſſimum, à litteris & Bullis Apoſtolicis*, &c. Typis mandari permittimus, ac ſimul, ne quis citra factam ei poteſtatem denuo excudat, interdicimus. Lugduni eodem anno & die.

DESEVE

TRACTA-

TRACTATUS

DE

SUPPLICATIONE

AD SANCTISSIMUM

A Litteris Apoſt. &c. Et de earum interim Retentione in Senatu.

PARS PRIMA.

Continet Juſtitiam recurſus ſupplicationis ad Sanctiſſ. & retentionis in Senatu, nec non cauſas legitimas retentionis inductivas, atque formam examinandi illas, ſingulareſque quæſtiones, proceſſum, & praxim tangentes.

CAPUT PRIMUM.

Protectio vaſſallorum, nec non Eccleſiæ ejuſque ſtatus, cultus divini, dogmatum, & Conciliorum tuitio: an & quo ſit jure Regalia Principis temporalis à Coronâ indiviſibilis.

Et an ſuper Regalia ipſa, vel alia ab Eccleſia obtenta Rex inter Eccleſiaſticos cognoſcat.

SUMMARIUM.

1 *Supplicatio ad Papam, qua imbibitur reverentia, & humilitas, eſt Regalia Sedis Apoſtolicæ.*
2 *Supplicatio ad Papam eſt actus humilitatis, & reverentiæ.*
Et ſignum ſupremæ Majeſtatis, & poteſtatis Papæ, ibid.
Supplicatio ſupponit altitudinem ſupremæ majeſtatis, & pleniſſimæ poteſtatis, ibid.
Qui alios ſupplicant, fatentur ſe humiles, & adoratis minores, ibid.
Omnes ſupplicationis & adorationis modi, quibus veteres utebantur eò tendunt, & humiles ſe fateantur, ibid.
Superſedens in litterarum executione ad effectum referibendi, dicitur ſervire Principi, ibid.
3 *Reſpublica infelix judicatur violentiis opreſſa protectore carens.*
4 & 14. *Omnia, & miſera, & felicia indigent protectore.*
5 *Plures Sacræ Scripturæ authoritates congeruntur concludentes infelicitatem vi oppreſſi carentis protectore.*
6 *Vim patientem acclamantem malus Judex non exaudit.*
7 *Deus miſeretur ejus, qui liberat miſeros ab oppreſſionibus potentum.*
8 *Deus eſt protector generis humani, ut ex variis Sacræ Scripturæ authoritatibus latè comprobatur.*
9 *Propheta Rex paſſim Deum protectorem invocat.*
10 *Deus liberat vi oppreſſos de manu potentium.*
11 *Deus ab origine creationis de hominis tutela curavit.*
12 *Deus ut verus protector præſto adeſt acclamantibus vi oppreſſorum, tacitis & expreſſis.*
Multa Scripturæ loca ad idem recenſentur, ib.
13 *Principes Dei exemplo viduas habere debent ſub ſua protectione.*
13 *Divi Jacobi Hiſpaniarum unici Patroni authoritas recenſetur.*
15 *Deus in humani generis protectione utitur Angelorum*

lorum ministerio, ut illos regant, dirigam, & tueantur à diabolicis violentiis, ibid.

16 *Deus mandavit Angelis, ut homines custodiant, & tueantur.*

17 *Angelus mittit Deus, ut tollam scandala Regni.*

18 *Violentias & scandala abhorret Deus.*

19 *Deus cuncta ordinavit ad defensionem Reipublicæ.*

20 *Reges Deus creavit, ut protegant vi oppressos à violentiis.*

21 *Saul constitutus fuit Rex à Deo ad protectionem populi.*

22 *Paci omnium Provinciarum providendum est.*

23 *Reges in temporalibus dicuntur Vicarii Dei, ejusque vicem, & locum tenent.*

24 *Reges in temporalibus Dei imaginem habent, & ideò veraces esse debent.*

25 *Rex est Vicarius Dei, non ad ostentationem, sed ad protectionem vassallorum.*

26 *Et sicut à Deo habent delegatam potestatem, Deum debent imitari, ibid.*

27 *Protectionem, cum sæpè sit necessaria, non est vero simile sibi reservasse Deum, sed sui vicem gerentibus commisisse.*

28 *Recursus ad Deum immediatè in cunctis oppressionibus non est homini possibilis.*

29 & *seq. Principum præcipuum officium est Ecclesiam, dogmata & personas Ecclesiasticas tueri.*

31 *Regia potestas non solùm ad mundi regimen, præcipuè ad Ecclesiæ præsidium fuit collata.*

32 *Rex ad restaurationem, & ædificationem Templorum potest reditus Ecclesiæ sequestrare exemplo Regis Joas, n. 32. 59. & 65.*

33 & 34. *Ad Reges Christianos pertinet, ut temporibus suis pacatam habeant suam Matrem Ecclesiam.*

35 & 36 *Reges serviunt Deo, si in Regno suo bona jubeant & mala prohibeant, quæ ad Religionem divinam pertinent.*

37 *Ubi gubernaculum disciplinæ contemnitur, restat ut religio naufragetur.*

38 *Reges quomodo servient Domino, si ea quæ contra ipsum fiunt religiosa severitate non plectuntur.*

39 *Boni Principis est omnia, quæ ad Ecclesiasticam functionem spectant tueri.*

40 *Ecclesiæ tranquillitas, & Religionis, Principi interest.*

41 *Pro protectione præstanda tributum datur Regi.*

42 *Princeps magnam debet habere sollicitudinem circa Dei dogmata, & Sacerdotum honestatem.*

43 *Regibus commendavit Deus defensionem Ecclesiæ.*

44, 45, 46 & 47. *Et statum Ecclesiæ custodire, & ejus tranquillitatem curare.*

48 *Principes præcisam habent obligationem, ut Ecclesiæ protectores, Christianæ Religionis curam habendi, statumque Ecclesiasticum in pace conservare.*

49 & 50. *seqq. Principes speciali studio debent res Ecclesiæ tueri.*

Atque cultum divinum, ibid.

51 *Principes Catholici sicut protectores sunt Ecclesiæ, ita honoribus condecorandi per Pontificem.*

52 *Principes Deo reddent rationem Ecclesiæ, quam à Christo tuendam susceperunt.*

52 & 53. *Principes à Deo potestatem acceperunt principaliter, ut Dei Ecclesiam juvarent.*

54 & 55. *Principes vim, fraudes, turbas & externa mala ab Ecclesia debet arcere.*

56 *Principis boni est, omnia quæ ad Ecclesiasticam functionem spectant tueri.*

57 & 58. *Imperatores assistebant Conciliorum celebrationi, ut obsisterent inquietis, & turbationibus.*

58 *Principes in coronatione jurant defendere Ecclesiam, fidem, & Sedem Apostolicam, quarum sunt protectores.*

59 & 60. *Et sunt protectores Conciliorum & omnium ad statum Ecclesiasticum conservationem & tuitionem spectantium.*

61 *Regis manus murus est Ecclesiæ.*

62 *Divisio inter jurisdictionem Regiam, & Pontificiam, non procedit per viam repugnantiæ, sed simplicis distinctionis.*

63 *Principi quandoque licet definire super concernentibus honestatem Ecclesiæ, & ejus tranquillitatem.*

64 *Rex vocatur protector Ecclesiæ.*

65 *Boni Principis est de pace Ecclesiarum tractare, & contritas reparare, & ædificare.*

66 *Rex multum potest circa reformationem status Ecclesiastici.*

67 *Principes Christiani protectores sunt Concilii Tridentini, sicut universaliter Ecclesiæ.*

68 *Sunt protectores Religionis Catholicæ, ibid.*

69 *Imperia non dubitaverant sacris servire.*

70 *Religionis tutela, & conservatio, & timor Dei solus custos societatis hominum inter se.*

71 *Imperii securitas in Ecclesiarum pace consistit.*

72 *Vassallorum otium, & tranquillitatem debet Principis vigilantia, industria, & occupatio, defendere.*

73 *Cor Regni (nempe Rex) vigilat dormiente Regno.*

74 *Reges exemplo apum, & gruum dantur ad regimen, & protectionem oppressorum.*

75 *Imperium nihil aliud est, quàm cura salutis alienæ.*

76 & 77. *Regnum non tam ad Regis, quàm ad vassallorum utilitatem est introductum.*

77 *Rex non est effectus Dominus rerum particularium, sed earum creatus protector.*

78 *Absque imperio nec natura ipsa, nec gens, nec mundus stare poterat.*

79 *Reges electi sunt, ut timore suos populos à malis coerceant, et vasallos in fide, et æquitate defendant.*

Et ut vim hostium propulsent, ibid.

80 et 81. *Principes armis ad tuendum imperium, et propulsandas injurias instructi esse debent.*

82 *Regnantis est laus, si ab omnibus pax ametur, et tota Respublica morum honestate vestiatur.*

83 et 84. *Principis opinionem latè distentat subditorum custodita tranquillitas.*

85 *Regi præcipua est Reipublicæ salus, et vassallorum tranquillitas.*

86 *Regibus nihil magis studiosum, quàm Sacerdotum honestas.*

87 *Principis præcipuum est interesse, subditos tranquillitate frui.*

88 *Vassallorum divitiæ, et utilitates sunt sicuti Principis, quia utilitas Regni est utilitas Regis.*

89 *Princeps laudatur in opulentia et fortitudine vassallorum.*

90 *Regnantis est gloria subditorum otiosa tranquillitas.*

91 *Honor Regis in pace subditorum consistit.*

Nihil glorioſum nisi tutum, ibid.

92 *Ubi necessitas et violentia instant, imperiale remedium invocandum est.*

93 *Finis et objectum Regis creandi est tuitio Regni, et vassallorum.*

94 *Miserabiles à potentioribus semper vexari multa Sacræ Scripturæ testimonia habentur.*

95 *Princeps tanquam tutor, pater, et defensor vassallorum debet potestatem sibi demandatam exercere.*

Regem cum Regno eam rationem habere, quam tutor cum pupillo, maritus cum uxore, etc. ibid.

96 *Justi-*

96 *Justitia Principis pax est populi, tutamen patriæ, communitas plebis, solatium pauperum, etc.*
97 *Violentum est, quod contra legem est.*
98 *Princeps vigilans esse tenetur, ne violentias subditi patiantur.*
99 *Publicus rerum status ex privato sæpius turbatur et ex eo publica oritur pernicies.*
100 *Vis in populo abesto, lex est duodecim Tabularum.*
101 *Hispaniarum Principibus pietate præexcellentioribus magis convenit vi oppressorum protectio.*
102 *Defensio vi oppressorum cum ipso est Regno ab origine orta et Regni objectum.*
Regnum non propter Regem, sed propter protectionem vi oppressorum à Deo fuit creatum, ibid.
103 *Protectio est de Regalibus Principi competens in signum supremæ potestatis.*
104 *Piscationum redditus inter Regalias Principis computatur.*
105 *Piscari non est de jure prohibitum.*
106 *Piscatio quantum ad protectionem est Regalia Principis.*
107 *Littora maris sunt Regalia Regis respectu protectionis.*
108 *Suprema Principis potestas (quæ Regalia est) versatur in vigilantia in subditos.*
109 *Recursus ad Regem est Regalia ipsius inalienabilis, et inseparabilis à Coronâ.*
110 *et seqq. Rex non potest à se abdicare Regaliam, recursus, nisi renuntiando Regno.*

111 *Recursus ad Regem est de Regalibus majoribus competentibus ei in signum supremæ potestatis.*
112 *Recursus ad Regem est Regalia à Rege inabdicabilis.*
113 *Et Principi reservata in signum supremæ majestatis, inalienabilis, et imprescriptibilis, ibid.*
114 *Majestati Regis nihil convenientius quàm Ecclesiæ instituta, ritus, et Sacerdotalia jura tueri.*

115 *De Regalibus solus judicat Senatus interdicta aliis Judicibus cognitione.*
116 *Jus competens Regi ex privilegio, aut consuetudine in Ecclesiis est Regalia ipsius.*
117 *Majoria Regis est custodire, et tueri bona Ecclesiæ Cathedralis mortuo Prælato tradenda noviter electo, refertur consuetudo Hispaniæ.*

118 *Et hæc majoria Regis Regalia ejusdem dicitur.*
119 *Regium jus est Ecclesiasticam disciplinam, et mystica sacra tueri.*
120 *Protectio oppressorum præcipuum Regis officium est, aliis alienum, non precario, sed proprietate suum.*
121 *Regaliæ ex dicuntur, quia aliqua specialiter Regi regis conveniunt.*
122 *Ubi absolutè Regalia nominatur præcipuè intelligitur de protectione vi oppressorum.*
123 *Honor Regius, quæ est ipsa Majestas dicitur Regalia Regis inabdicabilis.*
124 *Majoria Regis dicitur Regalia de ipsi reservatis in signum supremæ Majestatis.*
125 *Majestas summa Coronæ reservata dicitur majoria Regis.*
126 *Recursus ad Regem est majoria inseparabilis à Corona.*
127 *Regnum nihil aliud est quàm nobilis servitus.*
128 *In pretium summi laboris plura specialia Regibus reservantur ad publicæ utilitatis commoda.*
129 *Regaliæ verbum comprehendit omnia patrimonialia, et Fiscalia Regis.*
130 *Regaliæ numerata in cap. 1. quæ sunt Regalia non excludunt alias esse Regalias.*

131 *Genus non taxatur in enumeratione specierum cum loco exempli appositæ intelligantur.*
132 *De Regalibus potest Princeps cognoscere etiam inter Ecclesiasticos.*
133 *Rex super protectionis Regalia cognoscit inter Ecclesiasticos.*
134 *et* 135. *Super controversia jurium Regalium Rex cognoscit etiam inter Ecclesiasticos, cujus jurisdictio nequit declinari, ubi de jure Regio patronatus.*
136 *Ecclesiastici ratione Regalium, quæ tenent sequuntur forum Regis temporale.*
137 *Regalia Regis est jus Regium patronatus.*
138 *Jus patronatus pertinens Regi efficacius est alio quolibet.*
139 *et* 140. *Super beneficiis Regis patronatus, eorum redditibus, et dotibus etiam inter Ecclesiasticos cognoscit Rex, tam de proprietate, quàm possessione.*
141 *Jus percipiendi decimas Regi concessas à Sede Apostolic. ipsius Regalia est.*
142 *Et de iis juribus, decimis, et tertiis cognoscit Rex.*
143 *Sive tractetur de jure harum decimarum, sive de facto.*
144 *Super re donata per Regem Ecclesiæ cognoscit Rex.*
145 *Res Ecclesiæ procedens à Rege efficitur de foro ipsius Regis.*
146 *Super redditibus (vulgò Juros) et aliis mercedibus factis per Regem Ecclesiis cognoscit Rex.*
147 *Super feudis habitis à Rege per Ecclesiam cognoscit Rex.*
148 *Super protectione vi oppressorum (qua Regi competit de jure uti Regalia) potest Rex cognoscere inter Ecclesiasticos, cum aliter suum auxilium præstare non possit.*
149 *Oppressus occurrens ad Regem debet de violentia docere.*
150 *Violentia non præsumitur, nisi probetur à vim patiente.*
Tanquam juri naturali odiosa, ibid.
151 *Violentiæ probatio incidit in protectionem per necessariam consequentiam.*

152 *Rex ad præstandam defensionem quamvis egeat cognitione, non tamen jurisdictione eget.*
153 *Protectio Ecclesiæ, aut personæ, cui commendata est defensio extrajudicialis, non jurisdictio attributa intelligitur.*

154 *Protector, cui protectio commendata est, potest etiam armis commendatum defendere contra oppressores.*
155 *Commendatus protectioni alicujus ad instar forensis habetur, in quem protector non acquirit jurisdictionem.*
156 *Populi jure fœderis, vel pro pacis mediis alicujus potestati commissi, liberi esse non desinunt.*
157 *Limita, nisi submissio ita procedat, ut jurisdictionem etiam indicet.*
158 *Exemptio à jurisdictione ordinaria non indacitur, quando Ecclesia, aut Hospitalis alteriùs protectioni committitur.*
159 *Jurisdictio non requiritur in supersedente ex justa causa in executione rescriptorum ad effectum rescribendi Pontifici.*
160 *In retentionis Bullarum recursu, cur probatio per testes admittitur, remissivè.*

161 *Ubi adest necessitas publica, damnum irreparabile Reipublicæ, etiam Ecclesiasticæ, scandalumve aliquod, Princeps summa reverentia detinet litteras Apostolicas, donec Pontifex informatus quid censuerit, rescribat.*

162 *Regali officio pertinet statum Ecclesiasticum spiritualem, cultum divinum, dogmata, et Religionem in pace custodire, et in tuto conservare.*

163 *Principes culpantur, qui contra præcepta Dei instituta non prohibent, laudantur autem hoc facientes.*

164 *Violentiam, et injuriam factam Prædicatoribus missis ad terras infidelium ad prædicationem verbi Dei Rex Christianus omnino repellere tenetur.*

165 *et* 166. *Ubi etiam quod tenetur defendere vassallos tyranni Principis, et infidelis impedientis eos recipere Evangelium, et audire verbum Dei.*

167 *Hæc debellatio, et defensio non tendit ad compellendum ut recipiatur fides, sed ad protectionem innocentium, tam prædicantium, quàm volentium illam recipere.*

168 *Christiani jus habent denuntiandi Evangelium ubique terrarum, et mittendi concionatores ad quoscumque infideles.*

169 *et* 170. *Rex infidelis impediens suos vassallos audire verbum Dei, vim illis et injuriam facit per Christianos Principes propulsandam.*

171 *Principes infideles omnes compelli possunt, ne fidei Prædicatoribus vim et impedimentum inferant.*

172 *Bellum infidelibus inferri nequit, eò tantum quod fidem non recipiunt.*

173 *Bene tamen si prædicatoribus, aut volentibus fidem recipere violentia inferatur.*

174 *et* 175. *Pontifex potest mittere Prædicatores in universum, et alicui Principi Christiano submittere eos qui vim prædicationi inferunt.*

176 *Prædicatores fidei à se ejicientes, et relegantes vim inferunt contra jus divinum, et naturale.*

177 *Principes Christiani ex debito officii tenentur Ecclesiam, cultum divinum, Dogmata, et religionem tueri.*

178 *Indi uti miserabiles personæ, talium privilegiis gaudent.*

179 *Indorum protectio et defensio maximè commendata est à Catholicis Regibus.*

180 *Noviter ad fidem conversis, uti miserabilibus personis debita est protectio ab injuriis et violentiis.*

181 *Recursus ad Regem cum universaliter apud omnia Christiana Regna fuerit introductus, jus gentium dicendum, à juris naturalis ratione proveniens.*

182 *Jus gentium semper à ratione naturali æstimandum, licet à principio ab omnibus gentibus non fuerit inventum.*

183 *Mos gentium sequi debet.*

184 *Recursus retentionis Bullarum ab omnibus fere doctis, et piis viris tam Juristis, quàm Theologis approbatus.*

185 *Recursus ad Regem fundatur in jure naturali.*

186 *Quod in legem naturalem, aut divinam, committitur, in omnium tendit injuriam.*

187 *Respublica ubi vel Idololatria, vel opressionibus violentis vexatur, cuilibet licet eam defendere. Lege naturali ordinante, ibid.*

188 *Homines, vel sola naturalis humanitatis ratione cogente tenentur hominum mores ad bonum dirigere, et ab oppressionibus sub tyrannorum jugo passis protegere.*

189 *Communis societatis vinculo cogimur vim patientes adjuvare.*

190 *Non defendens ab injuria, si potest, tam in culpa est, ac si patriam, et patrem deserat.*

191 *Fortitudinis virtus est obviare injuriis, et vim patientem defendere.*

192 *Reges ad virtutem fortitudinis tenentur, obviando violentiis.*

193 *Protectio vi oppressorum, et patriæ, fortitudo est plena justitiæ.*

194 *Violentia oppressorum urbanius tolletur per Principem, qui suum, et eorum jus gerit, cuique ex debito Regalis officii protectio competit.*

195 *De juris naturalis incommutabilitate plura remissivè*

196 *Vim inferunt, et actum involuntarium reddunt nimiæ persuasiones, et importunæ preces.*

197 *Senatus praxis refertur quo expeditur provisio, ut Novitius constituatur in tuto, et libertate, et ejus exploretur voluntas ad profitendum, quoties adest suspicio de morali violentia per importunas preces, aut fraudes.*

198 *Augustini Barbos. et Anton. Dianæ fundamenta contra recursum noviter intuentium, destruuntur, remissivè.*

Recursum ad Regem impugnans nullus hactenus authoris invincibilibus fundamentis satisfecit, sed consulto omisit ne in responsione labatur: ib.

INter præclaras Sedis Apostolicæ sublimes, et majores Regalias, hæc una inabdicabilis (quæ visceribus sacri Diadematis Pontificalibus affixa est et connexa) † reverentia nempè humilis et obedientia, 1
ab omnibus Catholicæ Fidei, et Christianæ Religionis professoribus præstanda, uti jure divino inviolabiliter debita. Quæ certè signum est, et effectus illius supremæ majestatis, et potestatis Papæ, Franciscus Joanettus Bononiensis *in cap.* 90 *et* 93. Paulus. Æmilius *lib.* 2. *historiarum. Francorum.* Wympel. *in epitome rerum Germanicarum, cap.* 9. Aimonius *in lib.* 4. *de gestis Gallorum, cap.* 90. Joseph. Stevanus. *in trac. de adoratione pedum Roman. Pontificis à cap.* 1. *et seqq. et cap.* 6. Marta *de jurisdiction.* 1. *part. cap.* 46.

Quæ sanè humilis reverentia tunc meritò exhibetur, quoties ad eam recurrunt Fideles, et supplicationem interponunt à litteris importunè et subreptitiè impetratis contra suam sanctissimam intentionem, in damnum et perniciem Reipublicæ temporalis, Ecclesiasticæ aut spiritualis scandalum patientis, ut de convenienti remedio provideri dignetur, ne pax publica turbetur, et commune votum detrimentum patiatur.

Sic sanè recognovit Imperator, dum in *Authent. ut qui provincialem hominem extra territorium suum jus prodierit, etc.* in principio, inquit: *Multi sanè, cum nos adeunt, docent potentiam nostram;* atque merito supplicatio ad Papam, aliùmve Principem supremum * actus est humilitatis et reverentiæ abundè probat Abb. Panormit. *in cap. ex litteris numer.* 6. *de restit. in integrum*, Marque. *de commissionibus.* 1. *par. cap.* 1. *numer.* 44. ac verè obtemperat, qui humiliter rescribit, licèt interim executionem suspendat litterarum, Pereira *de manu Regia* 2. *part. cap.* 65. *numer.* 3. quod et Nos copiosè tractamus hac 1. *par. cap.* 3. *et* §. *unico*, imò per omnia *cap.* ejusdem 1. *part.* et post Abba. Palat. Rub. Driedo, et Covarr. idem firmat Manuel Rodriguez loco per Nos citato, hac 1. *part. cap.* 7. *num.* 58. *et* 59. Supponit etenim supplicatio altitudinem supremæ Majestatis, et plenissimæ potestatis simul, ut per Catald. *de Bon. com. in tractat. de potestat. Papæ, numer.* 14. *et* 15. *et per l. Princeps, ff. de legibus, et l. digna vox, C. eodem, l. fin. C. si contra jus vel utilit. publ. cap. prop. fin. de concess.* 2

sion. præben. Bal. *in cap. 1. qual. de feud. prop. prin. in cap. cum venissent. de judiciis.* Craveta *cons.* 41. *num.* 3. *et* 4. asserit Marchesanus *de commission. 1. part. dict. cap. 1. num. 1. et* 2. quoniam qui alios supplicant, fatentur se humiles, et adoratis minores, juxta illud Horatii *lib. 1. Epistolar. Epistol. 2. ad Lucium :*

——— *Jus Imperiumque Phraates.*
Cæsaris accepit genibus minor.

Livius *de legatis Locrensium, lib.* 29. Virgilius 8. *Æneidos.*

Meme ipse meumque
Abjeci caput, et supplex ad limina veni.

Ovidius.

Et genibus pronis supplex, similisque roganti.

Et qui Reges Principesque adeunt, adulatoriè, et parasiticè Deos faciunt, dum illos rogant, et supplicant, uti Martialis peracutè sensit *lib.* 8. *Epigrammate* 24. *ad Cæsarem Domitianum.*

Si quid fortè petam timido, gracilique libello,
Improba non fuerit si mea carta, dato.
Et si non dederis, Cæsar, permitte rogari :
Offendunt nunquam thura, precesque Jovem.
Qui fingit sacros auro, vel marmore vultus,
Non facit ille Deos, qui rogat, ille facit.

Omnes quippe adorationis, et supplicationis modi, quibus antiqui utebantur, eò tendunt, ut se adorantes submissos, et humiles erga adoratos intendant, ut referunt Rhodiginus multis in locis, Pytheus *adversariorum* 1. *cap.* 17. Averetus *lib.* 10. *variarum cap.* 1. Justus Lipsius 2. *lib. elect. cap.* 6 Pierius Valerianus *Hieroglyphicorum lib* 35. et alii, quos citat Pater Pineda è Societate JESU *in commentariis in Job.* et tandem facit illud Virgilii 2. Æneidos.

Ad te confugio, supplex tua numina posco.

Atque etiam supplicatio gratiam et liberalitatem arguit ejus, cui supplicatur; Marant. *de ordine judicis* 6. *part. actu.* 2. *tit. de appellat. nu.* 18. *in fin.* Afflict. *decis.* 341. *nu.* 3. Lancelotus *de attent.* 2. *part. cap.* 19. *n.* 25. Hieronym. Gonza. *in Reg. de mensi. et alterna. glos.* 49. *n.* 10. Nicol. Garci. *de benef.* 5. *part. cap.* 1. *sub n.* 233. Sic insuper Principi servire dicitur, qui supersedendo in litterarum executione eundem consulit, et rescribit, ac damna inde oritura humiliter repræsentat, *Glossa notabilis in §. si quis autem, verb. Nuntians in Authent. de mandat. Princ.* Cagnollus *in Rubric. ff. si quis jus dicenti non obtemperaverit, n.* 8. Ponte *de potestat. Proregis, tit.* 2. *de abundantia civitatis, §.* 3. *n.* 13. *et seqq.* ubi Torus *additionator. et in decis.* 23. *et in cons.* 53. *n.* 5. *lib.* 1. Afflict. *in constit. ac legat. n.* 11. *et* 12. infinitos alios congerit Anton. Amat. *variar. resolut. lib.* 2. *resolut.* 72. *numer.* 26. et ex aliis *Nos infra hac* 1. *p. cap.* 7. *num.* 95.

Ac ideò hanc humilem reverentiam, huncque recursum Regaliam esse, tenerique Principem supremum ex debito officii, et de necessitate muneris omnino saluti Reipublicæ, eiusque paci et tranquillitati consulere, et violentiis vigilanter occurrere : satis abundè per hujus capituli discursum apparebit, atque etiam plura jura Canonica ostendunt clarè infra hac 1. *part. cap.* 3. *§. unic. à n.* 45. *et seq.* allegata.

Respublica illa infelix et lamentabunda judicatur,
3 quæ violentiis oppressa, remediis destituta * protectore caret, sic *Ecclesias. cap.* 4. in hæc verba : *Verti me ad alia, et vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, et lacrymas innocentium, et neminem consolatorem : nec posse resistere eorum violentiæ cunctorum auxilio destituto ;* et D. Augustinus *super Psalmo* 32. inquit : *Omnia indigent domino, † et misera, et felicia ; quia sine illo miser non sublevatur, et felix non regitur :* comprobatur authoritate Deuteronomii, *cap.*
4 28. *lit. C. Opprimaris violentia, nec habeas qui liberet te.** Et Psalmo 37. *Qui juxta me erant de longè steterunt, et vim faciebant, qui quærebant animam meam.* Et Psalmo. 81. *Deus meus es tu, ne discesseris à me : quoniam tribulatio proxima est : quoniam non est qui adjuvet.* Et Psalm. 70. ibi : *Dicentes, Deus dereliquit eum, persequimini, et comprehendite eum ; quia non est qui eripiat.* Et ideò Ecclesiastes, *cap.* 4. sic dicitur : *Væ soli, quia cùm ceciderit, non habet sublevantem se ;* et Job. *cap.* 6. *Ecce non est auxilium mihi in me ; et necessarii quoque mei recesserunt à me :* et illud Isaiæ Prophetæ, *cap.* 5. *n.* 20. *Clamat pauper vim patiens ; malus Judex * eum non exaudit, vociferatur,* 6 *et non est qui judicet, pauperes despicitis, et divites honoratis. O miseri, qui judicatis vosmetipsos, et facti estis Judices excogitationum iniquitatum.* Commemorat Anton. Rosel *lib.* 2. *memorabilium cap.* 2. *n.* 3. Redin. *de potest. Principis, verbo largum beneficium, n.* 37. Pechius *in regula in judiciis, n.* 3. *de regul. jur.* Mansinus *de jure Principum, lib.* 8. *cap.* 7. Bobadill. *in Polit. lib.* 5. *cap.* 1. ubi refert Plutarchum, Guillelmus à Robille *de justit. et injust. lib.* 3. *fol.* 23. *col.* 4. *et fol.* 24. *col.* 1. *et* 2. Conducit Psalmus 71. *Qui liberavit pauperem à potente, et pauperem cui non erat adjutor ;* in Ecclesiastes *cap.* 51. ita legitur. *Circumdederunt me undique, et non erat qui adjuvaret ; respiciens eram ad adjutorium hominum ; et non erat :* 7 *memoratus sum misericordiæ tuæ * Domine, et operationis quæ à seculo est, quoniam eruis sustinentes te, Domine, et liberas eos de manu gentium.*

Sed Deus ipse, Rex Cœlestis, Imperator, * creator generis humani variis Sacræ Scripturæ locis, protector ejusdem acclamatur, prout multorum meminimus *in tractat. de Reg. protect.* 1. *par. cap.* 1. *à n.* 40. *cum multis sequentibus :* quibus et plurima alia hoc capite sunt addenda, Genesis 15. *C. Ego Dominus protector tuus,* Ecclesiastes *in lib.* 2. *litter. C. Protector est omnibus exquirentibus se, et cap.* 51. *litter. A. Adjutor et protector factus est,* et per Prophetam Regem passim hoc attributum Deo * reperimus, et 9 Psalm. 17. *lit. A.* et *E.* Psalm. 26. *lit. A.* Psalm. 27. *C.* Psalm. 3. *A.* Psalm. 32. *D.* Psalm. 70. *A.* et 113. *C.* et 142. *A.* et alibi passim. Genesis 19. ibi : *Noli timere, Abraham, ego protegam te, merces tua multa erit valde, etc.* Relatum *in cap. dicat aliquis* 23. *quæst.* 5. quare Deus dicitur fortis et Princeps pacis, Isaiæ *c.* 9. ibi : *Deus fortis, pater futuri * sæculi, Prin-* 10 *ceps pacis,* et *lib.* 4. *Regum cap.* 20. Ita loquitur Deus: *Sed et de manu Regis Assyriorum liberabo te, et civitatem hanc, et protegam urbem istam,* etc.

Genesis *cap.* 2. legimus, ab origine creationis Deum. de hominis * tutela curasse, ibi : *Tulit ergo Do-* 11 *minus Deus hominem, et posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur, et custodiret illum,* etc. Quod altius interpretatur Augustinus *lib.* 8. *de Genesi ad litteram, cap.* 10. videndus etiam. Pater Guzm. *in tractat. Bienes del honesto trabajo ;* et per Hieremiam. *cap.* 1. inquit Dominus : *Ne formides à facie eorum, nec enim timere te faciant vultum eorum ; ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, etc. Et vallabunt adversùm te, et non prævalebunt, quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te,* etc. Facit etiam homilia venerabilis Bedæ *super c.* 6. Marci *lib.* 2. *cap.* 28. *tomo* 5. ibi : *Unde est illa vox inter undas procellasque tentationum deprehensa, atque auxilium protectionis illius gemebundo clamore querentis, ut quid Domine,* etc.

Protector itaque ipse Deus promptè præstoque vi oppressorum † clamantibus adest expressis ; juxta il- 12 lud Isaiæ *cap.* 38. *Domine, vim patior ; responde pro me,* etc. Sed adhuc et tacitis acclamantibus, et diligens protector occurrit, testatur Divus Chrysostomus,

homil. 2. *super Matthæum*, ibi: *Quando pauper violentiam patitur à potente, etiamsi non est ausus vociferari; sed latenter lacrymatur, tacitus ejus clamor in excelso auditur*, etc. ratio redditur Ecclesiastes *cap.* 5. ibi: *Quia vox pauperis penetrat nubes, et non descendit donec auditur*, etc. meminit Gregorius Lopez *in l.* 5. *titul.* 3. *par.* 3. Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 35. in margine; et eodem Ecclesiastes *cap.* 5. sic legimus: *Si videris calumnias egenorum, et violenta judicia, et subverti justitiam in provincia; non mireris super hoc negotio; quia excelsior est alius, et super hos quoque eminentiores sunt alii, et insuper universæ terræ Rex imperat.* Baruc. 4. *litter. F. Nocentes peribunt, qui te vexaverunt*, et 2. Machab. 1. ibi: *Afflixisti opprimentes nos*, et Ecclesiastes 4. *D.* ibi: *Noli esse quasi leo usque opprimens subjectos sibi;* et Ecclesiastes *cap.* 35. inquit: *Non despiciet Dominus viduam, si fundat loquelam gemitus, nonne lacrymæ viduæ à maxilla descendunt? Et exclamatio super deducentem eas, à maxilla enim descendunt usque ad cœlum et Dominus exauditor delectabitur illis.* Quare
13 tuendas esse viduas a Principe, et alios oppressos, † dicit Mastrillus *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 7. *et seqq.* et Job. *cap.* 29. inquit: *Auris audiens beatificabat me, et oculus videns testimonium reddebat mihi, eò quod liberassem pauperem vociferantem, et pupillam, cui non esset adjutor*, etc. Conducit quod
14 gloriosissimus Apostolus noster Hispaniarum unicus † patronus, Divus Jacobus, *cap.* 2. ibi: *Nonnè divites per potentiam opprimunt vos, et ipsi trahunt vos ad judicia? etc.* Et Machabæorum, *lib.* 1. *cap.* 12 *et dixit Jonathæ: ut quid vexasti universum populum, cùm bellum nobis non sit?* Facit illud Homeri Odyss.

Immortalium Divum auxilium desiderat omnis.

Hinc Deus zelotes generis humani ad hujus protec-
15 tionem, † utitur etiam Angelorum ministerio, et ad mundum gubernandum, et ad tuendos homines ab omnibus violentiis diaboli, juxta Prophetam Psalm. 37. ibi: *Et vim faciebant, qui quærebant animam meam*, etc. Colossenses *cap.* 1. *versicul.* 16. Ephes. 1. *vers.* 21. Et ut ab omni diabolica vi custodiant homines, et tueantur, Psalm. 9. 11. Math 18. 10. 2. Regum 6. 16. *et* 17. Actuum Apostolor. 5. *cap.* 19. quatenus in afflictionibus, tam ad corporalem quàm ad spiritualem vitam tangentibus homines consolantur Angeli, corroborant, et erigunt consiliis, piisque auxiliis. 2. *Samuel* 24. 25. 26. 1. *Regum* 19. 5. 7. 2. *Regum* 1. 3. *Actuum* 27. 23. 24.

Atque denique Angelorum opera utitur Deus in
16 nobis custodiendis, multaque per * illos nobis beneficia præstat, *Daniel.* 10. 5. 6. *Matthæi* 28. 3. et Psalm. 90. ibi: *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis;* super quo Psalmo multa videnda per Divum Bernard. Deus etiam Angelos suos mit-
17 tit, ut tollant scandala Regni, * Matthæi *cap.* 13. *lit. F.* ibi: *Mittet filius hominis Angelos suos, et colligent de Regno ejus omnia scandala, et eos qui faciunt iniquitatem.* Et illud Psalm. 33. *Iste pauper clamavit et Dominus exaudivit eum, et de omnibus tribulationibus eripuit eum, immittit Angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos.*

Et cùm violentias abhorreat Deus, Ezech. *cap.* 46.
18 *vers.* 18. et rigorosè * puniat, Proverbiorum 11. *vers.* 24. cuncta in terris ita ordinavit, et Reges creavit ad defensionem vi oppressorum, ut testatur ipse Deus per
19 Jeremiam *cap.* 45. ibi: *Ego tamen * totum ordinavi ad liberationem populi mei*, etc. Quippe à Deo datum est regimen Principibus temporalibus hoc tantùm fine, qualitate, et attributo; ut populum, Rempublicam et vas-
20 sallos defendant à violentiis, † eosque in pace et quiete conservent et tueantur, latissimè probavimus *in tract. de Regia protect.* 1. *part. cap.* 1. *præludio* 1. *à n.* 4. *cum multis seqq.* et iterum, *præludio* 3. *à n.* 5.

Quibus adde Sacræ Scripturæ authoritatem, 1. *Regum cap.* 15. ubi *Saul constitutus est † à Deo Rex ad* 21
protectionem populi, et illud Esther *cap.* 16. ibi: *Providendum est paci omnium provinciarum. Judicum** 22
cap. 3. *n.* 8. *et seqq.* ibi: *Exclamaverunt ad Dominum, qui suscitavit eis salvatorem, et liberavit eos, Othoniel videlicet filium;* etc. *et Quieviteque terra quadraginta annis*, etc. Exodi *cap.* 2. *n.* 17. ibi: *Supervenere pastores, et ejecerunt eas: surrexitque Moyses et defensis puellis adaquavit oves earum*, etc.

Quare Reges in temporalibus dicuntur Vicarii Dei,
ejusque locum * tenentes, ac substituti, et hoc attri- 23
buto et fine constituti sunt à Deo, ut latissimè probavimus 1. *part. de Reg. protect. cap.* 1. *à n.* 41. quibus adde *l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 8. *Recopilation.* ibi: *Cuan grande es el poder del Rey, que todas las cosas y todos los derechos tiene sobre si, y el su poder no lo ha de los hombres, mas de Dios, cuyo lugar tiene en las cosas temporales*, etc. Pelaez Mieres *in tractat. de major.* 4. *part. quæst.* 22. *n.* 32. Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 18.

Hinc Ægidius Columna *in tract. de regimin. Princip. lib.* 1. *part* 2. dicit: *Decere Reges et Principes esse veraces, quia Dii sunt † in terris, et Dei imagi-* 24
nem habent. Divus Augustinus *quæst.* 55. *in vet. tractat.* Plutarchus *in lib. ad Princip. ineruditum.* Schualembergius *de Regio animo, part.* 1. *pa.* 82. idem Plutarch. 3. *tomo moral. in comment. libri* cui titulus, *in Principe requiri doctrinam*, in hæc: *Quemadmodum enim Deus in Cœlo pulcherrimum sui ipsius simulacrum constituit Solem, et Lunam, talis est in Republica, imago, et lumen Princeps, qui Dei reverens justitiam tuetur;* hoc est, Dei rationem gestat: ut interpretatur Valençuela Velazquez *in discursu status, et belli part.* 2. *considerat.* 13. *à nu.* 13. ubi latè comprobat quod Rex in temporalibus Vicarius sit Dei, Vegetius *lib.* 2. *de re milit. capit.* 5. Chassaneus *in Catalogo glor. n.* 9. *part. considerat.* 24. *cap.* 30. *n.* 16. Petrus Gregorius *de Republic. lib.* 6. *cap.* 5. *n.* 3. *et seq.* Divus Thomas *de Regim. Princip. cap.* 12. Randin. *de Majestat. Princip. verb. Imperatoriam, n.* 10. Orozco *de Regis institut. tract.* 1. *cap.* 25. Anton. Augustin. *de legibus, c.* 2. *in principio* et alii quos citat Valençuel. ubi proxim. et Navarrete *en los discursos politicos c.* 22. *colum.* 5. dicit, quòd Reges sunt Vicarii Dei in temporalibus, * non ad ostentationem et fas- 25
tum, sed ad protectionem vassaliorum miserabilium, et sicut à Deo habent delegatam, et mandatam potestatem, ita illum debent imitari.

Comprobatur ex eo quod dicit Bellarmin. *de officio Princip. lib.* 1. *cap.* 9. *fol.* 53. *Principes*, ait, *quibus** 26
Deus nomen suum communicare dignatur, ea puritate nitere procurent, quæ tanto nomini convenit, sequitur Marius Giurb. *cons.* 1. *sub n.* 27. ubi latissimè pluribus citatis Doctoribus et divinæ Scripturæ locis, inquit, Principes Deos esse, et Dei vicem et locum obtinere (scilicet in temporalibus) vide inferius *hoc. cap. n.* 95. *vers. Potestatem ergo*, etc. ubi probatur, quòd mandatam habent potestatem à Deo.

Nam cùm ista protectio vi oppressorum sæpè sit moraliter necessaria † in multis casibus occurrentibus; non est verisimile, eam sibi Deum reservasse; sed hominibus, quos suos ministros instituit, commisisse, quia alias multum defecisset Deus hominibus in necessariis, quod non est providentiæ ipsius consentaneum, ut cum Cajetano, Soto, Fehno, Navarro, Covar. et aliis probat Suarez *de legibus. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 2. reddens rationem in hæc: *Quia recursus ad Deum ipsum immediatè, non est homini possibilis, nec** *est* 27
consentaneus ordini naturali, ut homines essent perplexi, et miraculo esset opus, vel speciali revelatione divina ad dirigendas suas operationes, quod repugnat omni prudenti providentiæ, etc.

Hinc

Hinc præcipuum Principum et Regum piorum of-
29 ficium est; Ecclesiam, ipsius immunitatem, * dog-
mata, et personas Ecclesiasticas defendere, atque
tueri, scripsit Divus Augustinus *epistol.* 48. 50. *et* 165.
quem ad hoc refert Michaël Agia, *de exhibendis au-
xiliis, fundamento* 27. *in princip. pag.* 109. et testatur
Divus Isidorus *in cap. Principes* 23. *quæst.* 5. in hæc:
*Principes sæculi nonnunquam intra Ecclesiam potesta-
tis adeptæ culmina tenent, ut per eandem potestatem*
30 * *disciplinam Ecclesiasticam muniant; cæterùm in-
tra Ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi ut
quod non prævalent Sacerdotes efficere per doctrinæ
sermonem, potestas hoc impleat per disciplinæ terro-
rem. Sæpè per Regnum terrenum cœleste Regnum pro-
ficit: ut qui intra Ecclesiam positi contra Fidem, et
disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore Principum conte-
rantur, ipsamque disciplinam, quam Ecclesiæ humi-
litas exercere non prævalet, cervicibus superborum po-
testas principalis imponat, et ut venerationem mere-
antur virtutem potestatis impertiat*, sequitur et facit:
*Cognoscant Principes sæculi Deo debere se rationem
reddere, propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam
suscipiunt, nam sive augeatur pax et disciplina Ec-
clesiæ per fidees Principes, sive solvatur, ille ab eis
rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesiam
credidit.* Hactenus de eleganti textu, cujus verba
attentè consideranda et ponderanda sunt, *et in cap.
dicat aliquis* 25. in ordine 23. *quæst.* 5. in fin ita di-
citur, *Præterea sicut Principibus et potestatibus fidem
et reverentiam exhibere cogimur, ita sæcularium dig-
nitatum administratoribus defendendarum Ecclesia-
rum necessitas incumbit, quod si facere contempserint,
à communione sunt repellendi*, etc.

Ad id tendit textus *in cap. administratores plenè* 26.
in ordine 23. *quæst.* 5. ibi: *Administratores planè se-
cularium dignitatum, qui ad Ecclesiarum tuitionem,
pupillorum ac viduarum protectionem, rapacium que
refrenationem constituti*, etc. quorum redditur ratio
uno verbo *in capit. res autem* 21. in ordine 23. *quæst.*
5. in hæc: *Res autem humanæ aliter tutæ esse non
possunt, nisi quæ ad divinam confessionem perti-
nent, et Regia, et Sacerdotalis defendat authoritas.*

31 Et Leo Papa *epistola* 75. ad Leonem Augustum *
sic scripsit: *Debes Imperator incunctanter advertere,
Regiam potestatem non solùm ad mundi regimen, sed
maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam*, etc. *Ut
ausus nefarios comprimendo, et quæ bene sunt statuta
defendas, et veram pacem his, quæ sunt turbata,
restituas*, etc. quam refert Michaël Agia *de exhiben.
auxil. fundamen.* 23. et idem reperit Anastasius 2. *in
epistola* ad Anastasium Imperatorem, et Gregorius *lib.*
9. *epistol.* 60. *ad Regem Angliæ*, Agatho. *in epist. ad
Constantinum* 4. prout refert Anton. Augustin. *in
Epitome veteris juris Pontificii, lib.* 11. *tit.* 13. *cap.*
3. Fab. Montel. *in praxi arbitrali* 4. *part. princip.
quæst.* 1. *num.* 15. *et* 16. Valençuel. Velazquez *in dis-
curs. status, et belli, part.* 2. *consid.* 2. *num.* 96. *et* 97.
et facit textus *in cap. Reatina* 63. *distinction.* ibi: *Rea-
tina Ecclesia, quæ per tot temporum spatia pastoribus
destituta curis consistit, dignum est, ut brachio am-
plitudinis vestræ sublevetur, ac gubernationis tegmine
protegatur*, etc. Facit illud Regis Joas *lib.* 4.
32 *Regum cap.* 12. ubi dicitur: * *Igitur usque ad vigesi-
mum tertium annum Regis Joas non instauraverunt Sa-
cerdotes sarta tecta templi, vocavitque Rex Joas Ioia-
dam Pontificem, et Sacerdotes, dicens eis: Quare
sarta tecta templi non instauratis? Nolite ergo am-
plius accipere pecuniam juxta ordinem vestrum, sed
ad restaurationem templi reddite eam*, etc. de quo
infrà *num.* 65. *et numer.* 39. quod probatur *in cap.
quando* 39. in ordine 23. *quæst.* 4. ibi: *Quia com-
morentur potestates Christianæ adversus detestandos
dissipatores Ecclesiæ. Si non ergo moverentur, quo-
modo redderent rationem de Imperio suo Deo? Inten-
dat charitas vestra, quid dicam: quia hoc pertinet
* *ad Reges sæculi Christianos, ut temporibus suis pa-* 33
*catam velint matrem suam Ecclesiam habere, unde
spiritualiter nati sunt*, etc. Quod et idem compro-
batur authoritate Divi Augustin. *tract.* 11. *in Joan-
nem*, sic dicentis, *Pertinet hoc ad Reges sæculi Chris-
tianos; ut temporibus suis pacatam velint * habere* 34
*matrem suam Ecclesiam, sic ergo quando vult Deus
concitare potestates adversus dissipatores Ecclesiæ,
adversus suffatores Christi, adversus blasphematores
baptismi, non miretur, quia Deus concitat, ut à
Sara verberetur Agar: mirantur autem quia commo-
ventur potestates Christianæ adversus detestandos
dissipatores Ecclesiæ; non ergo mirentur et quomodo
redderent rationem de Imperio suo Deo*; Textus
etiam *in cap. incestuosi* 23. *quæst.* 5. ibi: *Quos opor-
tet per secularis potentiæ disciplinam à tam prava con-
suetudine coërceri*, etc.

Mirabiliter conducit ad propositum, quod ipse Di-
vus † Augustin. *lib.* 3. *super Chrysostom.* asserit in 35
hæc: *In hoc serviunt Reges Deo, si in Regno bona
jubeant, mala prohibeant, non solùm quæ pertinent ad
societatem humanam; sed quæ ad Religionem divi-
nam*, etc. Lactantius *lib* 5. *institut. cap.* 10. *cùm nihil
sit* (inquit) *in rebus humanis præstantius, Religio-
nem * summa vi oportere defendi*, sequitur Erasmus 36
à Cochier *in thesauro politic. lib.* 1. *cap.* 5. *vers. Nec
mente tantum* 1. *part.*

Ubi gubernaculum disciplinæ contemnitur, restat, * 37
ut Religio naufragetur, inquit Pontifex Clem. II. *in
princip. de statu Monach.* facit etiam text. *in cap. de
Liguribus* 43. in ordine 23. *q.* 5. loquendo de ministris
Ecclesiæ, ibi: *Quos idonea est excellentia vestra, et
ratione et potestate reprimere*, etc. Et iterum ibi: *No-
lite ergo dubitare hujusmodi homines principali, vel
judiciali authoritate comprimere: quia regulæ patrum
hoc specialiter constituerunt, ut si qua Ecclesiastici
officii persona*, etc. *Per potestates opprimantur, ecce
Domine, quòd animus vester fortè timidus est, ne
persequi videaris, de patrum vobis authoritate hæc
breviter dirigenda curavi, cum millia alia exempla,
et constitutiones sint, quibus evidenter agnoscitur,
ut scissuras facientes in Ecclesia Dei, non solùm exi-
liis, sed etiam proscriptione rerum, et dura custodia
per publicas potestates debeant coërceri*, etc. Facit text.
in cap. nimium 23. *q.* 4.

*Quomodo ergo Reges servient Domino * in timore*, 38
*nisi ea quæ contra ipsum Dominum faciunt Religiosa
severitate puniendo, atque plectendo*, verba sunt Divi
Augustin. in epistola ad Bonifacium, relata *in cap. si
Ecclesia in fin.* 42. in ordine 23. *quæst.* 4. *cap. duo ista,
eadem causa, et quæs.* refert etiam Albanus *lib.* 1.
politic. c. 7.

Cùm boni Principis sit omnia, quæ ad Ecclesiasti-
cam functionem * spectant, tueri, et protegere, *cap.* 39
*boni Principis est, et religiosi Ecclesias contritas,
atque conscissas restaurare, novas ædificare, Sacer-
dotes honorare, atque tueri*, etc. 96. *distinction.* cùm
tranquillitas et pax in Ecclesia ipsorum Principum
studii et Religionis † intersit, *text. in cap. bene* §. 40
Sancta Synodus 96. *distinction. quanquam* (inquit
Pontifex) *studii vestri, et Religionis intersit, ut in
Episcopatus electione concordia principaliter servetur
in Ecclesia*, etc.

Propter quod tributum * Principibus persolvendum 41
admonet Urbanus Papa in *cap. tributum* 23. *quæst.* 8.
ibi: *Pro pace, et quiete, quâ nos tueri, et defendere
debent Imperatoribus persolvendum*, etc. et Divus
Thomas *in epistola ad Romanos, homilia* 25. *cap.* 13.
lection. 1. ibi: *Principes tributa recipiunt, quasi stipen-
dia sui ministerii: laborant enim ad omnium pacem et
quietem servandam, peccant autem Principes, si utili-
tatem populi non procurant*, et Lucas de Penna *in l.
quicumque, C. de omni agro deserto.*

Hanc insuper obligationem profitentur Principes
42 * Christiani, ut *in Authent. quomodo oporteat Episcop. §. nos igitur, collat.* 1. ibi: *Nos igitur magnam habemus sollicitudinem circa Dei dogmata, et Sacerdotum honestatem*, etc. Et iterum ibi: *Hoc autem futurum esse credimus, si sacrarum regularum observatio custodiatur*, etc. *l.* 2. *tit.* 3. *lib.* 1. *ordinam.* ibi: *Y à los Reyes y Principes encomendo Dios la defension*
43 *de la* * *santa Madre Iglesia;* et iterum in eadem *l.* 2. sequitur et facit, ibi: *E nos recibimos en nuestra*
44 *guarda, è seguro, y defendimiento* * *à los juezes Ecclesiasticos, que pusieren sentencias de excomunion, y à los mensajeros que llevaren las cartas*, etc. Facit etiam text. *in l. universi.* 4. *C. de fundis rei privatæ, et saltibus divinæ domus*, in hæc: *Universi fundi Templorum*
45 *ad rationalium* * *rei privatæ sollicitudinem earumque pertineant, atque ab his anniversariis solutionibus postulatis peculiari (ut semper fuit) studio defenduntur*, etc. et *l.* 28. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil.* quæ tractat de cultu divino conservando, augendo et nulla ex causa mi-
46 nuendo;* et causam diminutionis amovendo, ita insuper profitentur Imperatores Theodosius et Valentinianus *in l. unica, C. nemini liceat signum Salvatoris*, etc. Cujus mirabilia verba ita sonant: *Cum sit nobis cura diligens per omnia superni numinis Religionem tueri*, etc. text. *in l. claras, §. victor Justinianus* in princip. ibi: *Reddentes honorem Apostolicæ Sedi, et vestræ Sanctitati, quod semper nobis in voto fuit, et est (ut decet patrem) honorantes vestram beatitudinem, omnia, quæ ad Ecclesiarum statum pertinent, festinamus ad notitiam deferre vestræ Sanctitati, quoniam semper nobis fuit magnum studium, unitatem vestræ Apostolicæ Sedis, et statum Sanctarum Dei Ecclesiarum custodire*, etc. *de Summa Trinit. et Fide Cathol.* et iterum propè principium, ibi: *Hoc est enim, quod vestrum firmat Imperium: hoc quod vestra Regna servat: nam pax Ecclesiæ, Religionis unitas auctorem facti in sublime provectum grata sibi tranquillitate custodit; neque enim parva ei vicissitudo à potentia Divina tribuitur, per quem nullis rugis Ecclesia divisa secernitur, nullis incertis maculis variatur, etc.*

47 Hoc enim ad Regis officium pertinet † ut docet Divus Thomas *in tractat. de regim. Princip. cap.* 14. *et* 15. in hæc verba: *Quia igitur vitæ qua in præsenti vivimus, finis est beatitudo cœlestis: ad Regis officium pertinet, ea ratione vitam multitudinis bonam procurare, secundùm quod congruit ad cœlestem beatitudinem, ut scilicet ea percipiat, quæ ad cœlestem beatitudinem, ducunt; et eorum contraria, secundùm quod fuerit possibile interdicat;* hæc D. Thomas.

48 Et quod principes temporales Christiani non * solùm habeant auctoritatem, sed et præcisam obligationem, tanquam protectores, defensores Ecclesiæ atque Christianæ Religionis, curam habere de tranquillitate et pace status ecclesiastici, et illam ab omnibus insidiis, et violentiis protegere, impediendo ea quibus cultus Divini diminutio causatur, nec non omnia media pacis impeditiva et scandali nutritiva evellere, quæque in quietem præstent suorum vassallorum animabus avertere, probant ultra hactenus tot jura citata, infiniti penè Doctores *glossa verbo Rationalium indic. l. Universi, C. de fundis rei privatæ, et saltibus*, et ibi, Lucas de Penna, *n.* 10. et Joannes de Platea *n.* 1. dicens: *Et† nota, quod pro Ecclesiastica re tuenda et*
49 *exigenda cognoscere potest Princeps et ejus procurator, quia speciali studio Princeps debet defendere res Ecclesiæ;* idem deducit Cujac. *ex eadem lege*, afflict *decis.* 2. *n.* 1. optimè Baldus *in c. quanto de judic.* dicit:
50 quod Rex etiam si non sit patronus, tenetur res * Ecclesiæ defendere: mirabiliter Olivanus *de jure fisci, cap.* 13. *à princip. et n.* 49. ubi de cultu Divino tuendo, seu agendo et conservando agit, videnda, *l.* 1. *tit.* 15. *part.* 1. Propositus *in c. Imperium, n.* 3. *distinct.*

Anneus Robertus *rerum judicatar. lib.* 3. *c.* 1. *pag.* 548. in hæc: *Nihil certè Regiæ Majestati convenientius videtur, quàm si Christiani Principes Ecclesiæ instituta, ritus, et leges ac Sacerdotalia jura servent, et tueantur;* idem Azevedus *cons.* 37. *n.* 15.

Valdesius *in tract. de dignitate Regum cap.* 10. *à n.* 4. latè comprobat; quod Imperator, et Reges Ecclesiæ defensores et advocati ab eadem vocantur, *in cap. per venerabilem, de elect. Clement. ne Romani de election.*

Pater Frater Lusitanus *in tract. de Justo imperio*
Lusitano; † *Asiatico cap.* 6. *n.* 46. *et n.* 53. *vers.* 51
Idemque summa cum ratione, ubi quod cum Principes Catholici defensores sunt Ecclesiæ, et ad id constituti, atque omnino necessarii, condecens esse, ut honoribus et præmiis pro meritis à supremo Ecclesiæ Principe condecorentur.

Ægidius Bellamera *cons.* 40. *n.* 42. et Duarenus *li.* 1. *de sacris Ecclesiæ ministeriis, cap.* 5. ubi quod Principes sæculares * Deo sunt reddituri rationem 52
Ecclesiæ, quam à Christo tuendam susceperunt, quamque eorum potestati credidit.

Abbas Panormit. *in cap. tua. n.* 10. *de decimis*, ubi ait: † Principes accepisse à Deo potestatem principa- 53
liter, ut Ecclesiam Dei juvarent, et in necessitatibus suis subvenirent.

Petrus Gregorius *lib.* 2. *de Repub. cap.* 2. *n.* 3. Bellarmin. *de Princip. Christian. cap.* 11. Joannes Ekius *in Enchiridio locorum commun. contra Lutherum, cap.* 32. Gundisalvus Pontius *adversùs Wvaramundum, cap.* 2. *vers. Verùm.* Justus Lipsius *contra Dialogistam in princip.* Agia *in tract. de exhibendis auxiliis, fundamento* 27. Ant. August. *epitome veteris juris Pontificii. l.* 11. *tit.* 13. *c.* 3. Fabio Montel. *in praxi arbitrali*, 4. *par. princ.*

Concludentes omnes hi, præcipuum piorum regum munus et officium esse, Ecclesiam ejusque immunitatem et libertatem defendere, ac severis legibus, ac pœnis adversarios coercere.

Valençuela Velazquez (meritissimus Præses Can-
cellariæ * Granatensis) accuratè plurima conjecit circa 54
munus Principis temporalis, in protectione Ecclesiæ, *in discursu status et belli, part.* 2. *consideratione* 2. *à n.* 48. ubi ait: quod Princeps sæcularis vim, fraudes, turbas, et externa mala ab Ecclesia debet arcere, et quantum in ipso sit, pacatam, sacram, et quietam præstare Ecclesiam, et latè prosequitur *numeris seq. ib.*

Anastasius Germon. *de sacrorum immunit. lib.* 3.
cap. 13. *n.* 73. *et cap.* 17. *n.* 32. *et* 33. ubi quod bonus* 55
Principis est, omnia quæ ad Ecclesiasticam functionem spectant tueri et defendere, tanquam Ecclesiæ protectoris. Et ipse iterum in eodem tractat. *lib.* 2. *in præmio, n.* 17. 18. *et cap.* 12. *n.* 24. *et* 25. dicit, hinc morem increbuisse, veteres Imperatores œcumenicis interesse Conciliis, ut quæ à Patribus proponerentur decreta, adhibito pœnarum terrore observari modis
omnibus efficerentur;* et quæ Pontificiis, et Synoda- 56
libus legibus nocumento ac impedimento esse poterant, consultissimè averterent.

Quò tendit illud Martiani Imperatoris in sexta ac-
tione * Concilii Chalcedonensis, relatum in *c. Nos* 96. 57
distinction. dum dixit Imperator: *Nos ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam, exemplo Religiosissimi Principis Constantini Synodo interesse volumus, ut veritate inventa, non ultra multitudo pravis doctrinis attracta discordet*, etc.

Ascanius Tamburinus *in tract. de jure Abbat. tomo* 1.
diso. 15. *quæst.* 5. *à n.* 15. *et* 16 Quod Principes sunt protectores † et defensores Ecclesiæ ex textu (quem allegat) 58
in Clementina 1. *de jurejurando*, ubi *in §. porrò*, apponitur forma juramenti, quod Imperatores præstant Summo Pontifici in eorum coronatione, et inter alia continet quod Fidem et Sedem Apostolicam defendent.

Pulchrè

Pulchrè etiam Narbona *in l.* 59. *l.* 2. *tit.* 4. *Recopilation. glos.* 2. per totam, ubi quod Reges, † Imperatores, ac cæteri Principes supremi, et Christiani Ecclesiarum, Conciliorum, et eorum omnium, quæ ad status Ecclesiæ conservationem et tuitionem spectant, protectores et defensores, ex Regio ipso sibi jure potestatis, et injuncto munere sunt, quod comprobat à principio *dict. l.* 2. *ration. n.* 12. *Nos* plura diximus de hac protectione à Regibus præbenda Ecclesiis Ecclesiasticisq; † personis, *in tract. de Reg. protect.* 1. *part. c.* 1. per totum, et præcipuè *à n.* 57. *et à n.* 107. quibus hæc omnia et dicenda addere potest, iis etiam omnia alia ibidem se ipsa supplere, adde text. *in c.* quæcumque 25. *quæst.* 2. ibi: *Omnibusque qui Ecclesiæ deserviunt, tuitio deferatur* etc. † Ac proinde diximus *in dicto c.* 1. *n.* 113. quod manus Regis murus est Ecclesiæ.

Joannes Quintinus Hæduum *in repetitione, c. novi de judiciis, n.* 127. in hæc: *Divisio* inter jurisdictionem Regiam, et Pontificiam non procedit per viam repugnantiæ, sed per viam simplicis distinctionis; atque ideò ubi publica necessitas id exposcat, permittitur Pontifici in Regis ditionem, et è converso, Regi in ditionem Pontificis suum Imperium exercere, nam obnoxia et precaria utriusque potestas esse debet non aliquo dominationis fastu, sed humili atque concordi administratione*, etc. qui *n.* 140. hæc addit: *Hoc pertinere ad Reges sæculi Christianos, ut temporibus suis pacatam velint Matrem suam Ecclesiam habere, unde spiritualiter † nati sunt, et hanc esse rationem, cur Principi quandoque liceat, super iis definire, quæ concernunt Ecclesiam, ne matris ulla in re violetur honestas, neve turbetur ejus tranquillitas ab iis potissimum, quibus est commendata, etc.* Idem etiam affirmat Turrecremata *in c. filiis vel nepotibus* 16. *quæst.* 7.

Pater Enriquez etiam *in* 3. *tomo summæ de Pontificis clave, lib.* 2. *c.* 15. post principium, ibi: *Quare † tenetur Rex adhibere efficax, præsentaneum, et breve remedium pro suo Regis jure, et protectoris Ecclesiarum officio*, qui *glos. ibi litter. D.* dicit: *Regem vocari protectorem Ecclesiæ*, ex divi Hieron. *in Hieremiam, c.* 7. 21 *et* 22. et comprobat ex 1. *Reg. cap.* 15. ubi Saul constitutus fuit Rex à Deo in protectionem populi.

Chassaneus *in Catalogo gloriæ mundi* 5. *part. confid.* 17. dicit: * quod Principes temporales apud Deum majorem gloriam habere non possint, quàm si per eos Ecclesiarum dispersarum potuerit societas restaurari, ex text. *in c. sicut excellentiam* 23. *quæst.* 4. Atque esse boni Principis, Ecclesias contrarias reparare, et ædificare, ex *c. boni Principis* 96. *distin.* Imo posse Principem temporalem, Ecclesias reparare in negligentiam Sacerdotum ex propriis ipsius Ecclesiæ redditibus; exemplo Joadis Regis Israelitæ, qui negligentias videns Sacerdotum, captis redditibus templi ipsum fecit reparari, 1. *Regum cap.* 12. *et c.* 22. *et. Paralipom. c.* 24. Cogere enim et facere reparare Ecclesias, et Religionem exequi, mixti fori esse, pertinereque non solùm Pontifici, sed et Principibus temporalibus, dicit ipse Chassaneus *ex l. hæreditas in fin. ff. de petition. hæred. l. si in aliquas ædes sacras, ff. de officio Proconsulis.* Atque etiam *ex cap.* 1. *ne sede vacante*, quod Rex cum proceribus Regni multum potest, * et operatur circa statum Ecclesiæ reformandum, habericque etiam textum apertum, *in c. filiis vel nepotibus* 16. *quæst.* 8. ubi prælatis dissipantibus bona Ecclesiæ adiri potest dignitas Regia; ad quæ etiam allegat Guillelmum Benedictum *in c. Rainutius, in verbo Si absque liberis moreretur, de fideicommiss. substit. n.* 34. *et* 35. *de testamentis.*

Hinc principes et Reges Christiani, sicut Ecclesiæ pariter* et protectores sunt Concilii Tridentini, et per summum Pontificem ad protectionem ejusdem Principes omnes allicitet convocat, expressè apparet ex Bulla pro confirmatione Concilii Trident. promulgata, quæ sedet possessiones ejusdem Concil. et *in c.* 20. *session.* 21. ibi: *Seculares quoque Principes officii admonendos esse censuit, confidens eos, ut quos Deus Sanctæ fidei, Ecclesiæque protectores esse voluit, etc.* tenent Paz *in praxi.* 2. *tom. ultimo præludio n.* 10. Azeve. *in l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recopilatic. vers.* 7. *et consequenter*; et ipse Azeved. *in consil.* 37. *numer.* 12. Hieronym. de Zevallos *communium contra communes.* 4. *tom. q.* 897. *n.* 220. *et n.* 218. *et* 219. *et* 339. Narbona *in l.* 59. *glossa* 2. *à princip. et n.* 14. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopilation. n.* 3. *part.* Cardinalis Bellarmin. *l.* 2. *c.* 18. *de laicis, fol.* 1347. Bobadilla *in politica, lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 194 *et* 208. D. Franciscus Carrascus *in interpretation. aliquarum legum Regni, cap.* 9. §. 4. *n.* 18. et iterum ipse Narbona *eadem* 3. *part. Recopilation. super leg.* 81. *tit.* 5. *lib.* 2. *glossa unica, n.* 3. Aloisius Riccius *in practicarum Aurea. resolution.* 299. Pater Enriquez è Societate JESU *in* 3. *tom. summæ de Pontificis clave, l.* 2. *c.* 15. *post princip.* §. 1. *in glossa littera D.* et ipse Enriquez *c.* 11. §. 3. *littera T. et cap.* 12. §. 2. *in fin. et c.* 20. *glossa fi.* et iterum *cap.* 23. Flores Diaz de Mena. *l.* 1. *variarum quæst.* 12. *ex n.* 8. *et quæst.* 4. *n.* 35. et Bodilla *dicto lib.* 2. *c.* 5. *n.* 33. Zevallos *de cognition. violent. glossa* 6. *n.* 62. *Nos in tractat. de Regia protect.* 1. *part. cap.* 1. *n.* 73. *et à n.* 70. *cum seqq.* agimus latissimè, Principem esse Ecclesiæ (tam in particulari, quàm in universali) atque Catholicæ Religionis protectorem et defensorem acerrimum, et per totum præludium † multa videnda utilissima. Sed quia articulus iste peculiarem tractatum desiderat, quo omnes difficultates absolvantur infra 2. *part. hujus tract. de retentione Bull.* erit apponendum, nunc missam facimus. 68

Prædictis nec alienum est, quod Valerius Maximus, *lib.* 4. *c.* 1. ait: *Non dubitaverunt Sacris Imperia servire, ita si rerum humanarum futura* regimen existimantia, si Divinæ potentiæ bene et constanter fuissent famulatæ.* Justus Lipsius *contra Dialogistam, fol.* 27. *c.* 2. inquit: *Firmamenta Imperii* in Religione Principis posita sunt*; nec mirum cum Religionis tutela, ac conservatio, et timor Dei solus sit qui custodit societatem hominum inter se: Lactantius Firmianus *de ira, c.* 12. Lipsius *lib.* 4. *civil. doctrin. c.* 3. *et in monitis et exemplis politic. lib.* 2. *c.* 2. Divus Aug. *epist.* 48. 50. *et* 165. *et lib.* 3. *epistol.* 32. *ad Pantaleonem, Præfectum Africæ l.* 5. *epist.* 63. *ad Maurum Imperatorem, et l.* 7. *epist.* 5. *ad Brunechildem Reginam Francorum*, Bellarm. *lib.* 1. *de Princip. Christian. c.* 11. Petrus Gregorius *de republ. lib* 2. *c.* 2. *n.* 3. 69 70

Recenset idem Petrus Gregorius *l.* 2. *de republic. c.* 2. *n.* 13. quod pax Ecclesiæ, Religionis unitas, auctorem* facti in sublime provectum grata sibi tranquillitate custodit, dicente Petro Ærodia *l.* 1. *rerum judicatarum, tit.* 6. *c.* 19. *Imperii securitatem in Ecclesiarum pace consistere.* 71

Nam ut Gregorius Plaguiari, *observation.* 454. *ad l.* 1. Cornel. Tacit. refert ex Seneca *in l. de brevit. vitæ, Principes † esse de causa institutos, ut omnium quietem illorum vigilia, omnium otium eorum labor, omnium delitias illorum industria, omnium vacationes illorum occupatio defendat.* Et conducit quod ipse Seneca *ad Polybium c.* 26. inquit: *Cæsari cui omnia licent, propter hoc multa non licent, omnium domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delitias illius occupatio*, quo tendit quod dixit Antigonus Æliano: *An ignoras fili mi, nostrum Regnum esse nobilem servitutem?* 72

Quo quidem sensu accipiendum est illud Canticor. *c.* 5. *Ego dormio, † cor meum vigilat*; cum Rex cor dicatur Regni et Reipublicæ, ad quod videndus Navarret. *en los discursos politicos, c.* 22. *fol.* 147. *col.* 3. *et supra.* 73

Et facit exemplum apum, et grues, quo utitur Divus Hiero-

74 Hieronym. *in c. in apibus 7. q.* 1. Nam * quem ad modum in quolibet apum examine unus est Rex, et agmina gruum dum volant, unum Rectorem ordine litterato sequuntur; ita convenit in qualibet bene constituta Republica, Regno, vel Provincia aliquem Imperatorem, Principem, aut rectorem constitui, qui æqua lance inter subjectos sibi populos jura reddere possit, et imbecilles à potentiorum injuriis, et violentiis defendere, quam fuisse præcipuam Regum creandorum causam, optimè scripsit Justinus *Histor. lib.* 1. *in princip.* Aristot. *lib.* 3. *politicorum c.* 11. *et l.* 5. *c.* 10. Cicer. *lib.* 2. *officior.* Divus August. *lib.* 4. *de civitat. Dei. c.* 6. Div. Thom. *de Regim. Princip. lib.* 1. *c.* 14. Div. Iren. *lib.* 5. *adversus hæreses*, et Alphons. Gerrer. Nicol. Boërius et alii quos refert Menchaca *in præfation. ad controver. illustres n.* 102. *et seq. et n.* 120. *et lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 10 *et* 24. Episcopus Chiapiens. *in tractatu comprobat. Indiar. fol.* 51. Guillelm. Bened. *in c. Rainutius, verbo Condidit, cl.* 1. *nu.* 34. *in fin. vers. Propter quos, et n.* 35. *cum seqq.* Et Justus Lipsius *lib.* 2. *civilium doctrinar. c.* 11. Matthæus, Lopez Bravo *in suo aureo libello, de Rege et regendi ration. lib.* 1. *fol.* 8. Melchior de Valencia *Illustrium tract. jur. tract.* 2. *c.* 5. *n.* 5. *et seqq.* et Ægidius Benedictus *in l. ex hoc jure, ff. de justit. et jure, tom.* 1. *c.* 3. *n.* 7. *et* 8. Insignis præceptor noster Dom. Joannes à Solorzano *in tract. de jure Indiarum, lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 59. Aliquos quamplures Doctores ultra hic citatos adduximus inferiùs *à n.* 93. *vers. Finis enim et objectum*, etc. et superiùs, et alios citavimus. *n.* 76

Nam ut præclarè ait Ammian. Marcel. *lib.* 29. *Nihil aliud est Imperium,* 75 * *nisi cura salutis alienæ;* Anneus Robertus *lib.* 2. *rerum judicat. c.* 22. Regnum namque, aut Principatus non tam ad Regis aut Prin- 76 cipis, quam ad ipsius * Regni, et civium utilitatem introductum fuit, ut post Platonem tradit Marcus Tullius *lib.* 1. *officior.* Divus Irenæus *lib.* 5. *contra hæreses*, Divus Thom. *opusculo* 21. *ad Ducissam Brabantiæ*, Aristotel. *lib.* 1. *politicor.* Abbas *in clem. unica de Baptismo*, Lucas de Penna *in l. militaribus, C. de decurion.* Alphons. Guerre *in thesaur. Christia. Religion. c.* 54. *n.* 52. Vasquez *in præfation. lib* 1. *controvers. illustr. n.* 101. *et* 104. *et lib.* 2. 82. *n.* 2. Valenç. Velasquez *in discursu status et belli, part.* 2. *considerat.* 14. *n* 8. et Regnum non propter Regem, sed propter Regnum, et regimen datum esse à Deo Principibus temporalibus diximus 1. *part. de Regia protection. c.* 1. *à n.* 40. *et seqq.* quibus et hæc adde.

Et est *l.* 2. *tit. part.* 2. ibi: *Ca mager los Romanos,* 77 * *que ellos ganaron con su poder el sennorio del mundo, fuessen Emperador, è le otorgassen todo el poder, è el sennorio que avian sobre las gentes, para mantener è defender derechamente el por comunal de todos, con todo esso no fue su entendimiento, de lo hazer sennor de las cosas de cada uno*, etc.

Plato, *lib.* 3. *de legibus*, ait: *Nihil porrò tam aptum* 78 † *est ad jus conditionemque naturæ, quàm Imperium, sine quo nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus.* Et confirmat Marcus Tullius *lib.* 2. *officiorum*; dum inquit: *Sed etiam apud majores nostros servandæ justitiæ causa, videntur olim benè morigerati Reges constituti: nam cum premeretur inops multitudo ab iis qui majores erant, opus fuit capite, et gubernatore, qui eos in æquitate contineret.* Siman. *lib.* 3. *de Republ. c.* 4. Menchaca *in præfatione, l.* 1. *controv. illust. n.* 110. *et* 124. Joannes Stobeus *sermone de Republica* 41.

Quæ fuit sententia Divi Isidori *lib.* 3. *de summo bo-* 79 *no c.* 47. ubi ait: *Principes Reges que* * *electi sunt, ut terrore suo populos à malo coercerent atque ad recte vivendum legibus subderent.* Et Hieronym. Vida *l.* 2. *de Reipub. dignitat. Imperium gentium* (ait) *initio delatum fuit ad unum justum simul et sapientem habitum, ut ille præesset cæteris, existeretque unus in civitate, justi, et æqui custos, ac vindex, quæ sunt firmissima vincula civitatum, gereretque unius civitatis personam, et communi utilitati serviens, cives sibi subjectos æquitate, et fide defenderet, etc.*

Ossorius *lib.* 7. *de Regis institutione*, ait: *A principio Reges creatos,* * *ut miseros et afflictos à tyrannidis crudelitate liberarent, et ut judiciorum scelera coercerent, et unicuique quod suum est tribuerent, et vim hostium propulsarent, etc.* Simanchas *ubi supra de Republica, c.* 4. *n.* 11. Valençuel. Velazq. *in discurs. status, et belli, p.* 2. *consid.* 22. *à n.* 50. 80

Aristoteles *lib.* 7. *politicor. c.* 8. dixit: *Qui Reipublicæ* * *præsunt, hos armis tam ad tuendum Imperium,* 81 *ut detrectantes coerceantur; quàm ad vim si quis injuriam extrinsecus inferre conetur, propulsandam instructos esse, necesse est*: idem tradit imperator Justinian. *in l.* 2. *C. de officio Præfecti Prætor. Africæ*, Philo Jud. *lib.* 1. *de vita Moysis*, Divus Chrys. *serm. de Ascens.* Simanc. *lib.* 9. *de Republic. cap.* 18. ferè per totum, Frater Joannes Guardiola *de nobilitat. Hispan. c.* 15. *fol.* 39. Azev. *in l.* 1. *tit.* 6. *lib* 7. *Recop.* Bobad. *lib.* 4. *polit. c.* 1. *n.* 30. Redin. *de Majestat. Princip. verb. Non armis, n.* 27. Bernard. Mend. *in lib. Theoricæ et practic. Belli, pag.* 9. *lib.* 5. Lipsius *lib.* 5. *politic. cap.* 6. Petrus Gregorius *de Repub. lib.* 11. *c.* 3. *n.* 16. Lelius Zechius, *lib.* 2. *de Princip. c.* 4. *n.* 2. Sebastianus Foxius *lib.* 2. *de Regno Regisque institut.*

Cassiodor. *lib.* 1. *epistolar. epist.* 22. dicit: *Decet* 82 *apices Regalis* † *curam generaliter custodire concordiam, quoniam ad laudem Regnantis trahitur, si ab omnibus pax ametur; quid enim est, quod Principem melius prædicet, quàm quietus populus, concors Senatus et tota Respublica morum honestate vestita.*

Et iterum ipse Cassiod. *lib.* 2. *epist.* 39. inquit: 83 *Principis* † *opinionem longè lateque distentat subditorum custodita tranquillitas. Et in epist.* 29. *l.* 5 ait: *Quies suavissima populi, et dispositio tranquilla Regnorum, præconium probatur esse Regnantium, etc.* Anchises quoque dixit suo filio Æneæ, ut refert Virgil. 6. Æneidos:

Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem.

Seneca *tragœdia* 7.

— *Hoc* † *Reges habent:* 84
Magnificus et ingens nullis, quod rapiat duxi,
Prodesse miseris, supplices fido lare
Protegere.

Seneca *act.* 2. loquendo de Rege:

Consulere patriæ, afflictis fera
Cæde abstinere, tempus atque iræ dare,
Orbi quietem, sæculo pacem suo,
Hæc summa virtus, petitur hac cœlum via.

Ovidius 2. *Pont.* 9.

Regia, crede mihi, res est, sucurrere lapsis.

Regi enim magis convenit Reipublicæ salutem, pacem, et tranquillitatem tueri subditorum, *l. nam salutem* 3. *de officio præfect. vigil. nam salutem* (inquit * Ulpianus) *Reipublicæ tueri, nulli magis creditit con-* 85 *venire, nec alium sufficere, quàm Cæsarem*, etc. Quod et idem profitetur Imper. Justin. *in l. Imperialis, C. de nupt.* ibi: *Imperialis benevolentiæ proprium esse judicantes, ut omni tempore subjectorum commoda, tam investigare, quàm eis mederi procuremus, etc. Authentic. quo modo oporteat Episcop.* in principio, ibi: *Maxima quidem inter homines dona Dei sunt à superna collata,* * *clementia, Sacerdotium* 86 *et Imperium: quorum illud quidem Divinis ministrans; hoc autem humanis præsidens, ac diligentiam exhibens rebus, ex uno eodemque principio utraque procedentia, humanam exornant vitam; ideoque nihil sic erit studiosum Imperatoribus, sicut Sacerdotum honestas,*

honestas, &c. *Imperium autem rectè & competenter exornet traditam sibi Rempublicam*, &c. Illius enim
87 est præcipuum interesse, ut subditi * in tranquillitate vivere possint, *authentic. de hæredibus & falsi. col.* 1. ibi: *Quid Princeps*, Anneus Robertus *lib.* 2. *rerum judicat. c.* 11. Valenç. Velazquez *in discurs. stat. & Bell. part.* 2. *consil.* 22. *n.* 46. quo etiam tendit Alphonsus Rex *in l.* 9. *tit.* 1. *p.* 2. *E deben otrosi guar-*
88 *dar mas* † *la pro communal, que la suya misma; porque el bien y la riqueza dellos es como suya*, &c. ad idem *l.* 14. *tit.* 5. *part.* 2. conducit *l.* 25. *tit.* 8. *l.* 6. *Recopilation.* qua dicitur: *Que el bien del Reyno es el bien y utilidad del Rey.* Et quod laudatur Princeps in fortitudine & potentia subditorum, & de
89 aliis doctrinis huic conducibilibus, plurimos † citat Giurba *cons.* 1. *num.* 16. & quod ex Platone monet Cicero *lib.* 1. *de officiis. Qui Reipublicæ præfuturi sunt, utilitatem civium sic tueantur, ut quidquid agant ad eam referant, obliti commodorum suorum.* Menoch. *cons.* 1283. *n.* 36. Giurb. *cons.* 1. *n.* 38.

Hinc Regum gloriam consistere in tranquillitate,
90 pace & quiete Vassallorum, † Cassiodor. *lib.* 2. *epist.* 29. *Regnantis est gloria subditorum otiosa tranquillitas.* Navarrete *in discurs. politic. discurs.* 2. *fol.* 33. *col.* 2. supr. Chassaneus *in Catal. glor. mund.* 5. *par. consid.* 16. ubi etiam dicit, quod honor Regis &
91 Principis * in pace subditorum consistit; & Salustius *in oratione Lepidi; nihil gloriosum* (inquit) *nisi tutum.*

Justus Belsius Haganus *in Cebetis Thebani tabulam, lib.* 5. *fol.* 322. sic ait: *Ex Græcis Nos fortitudinem discimus, quæ Imperatoria quædam est virtus, non illo sanè genere, quo prudentia, quæ cognitionis vi, & judicio subjectis partibus præest, sed alio quopiam à petitionis nimirum facultate, qua compescere quidem inferiorem animi partem, & in officio continere; externam autem vim propulsare, & ab injuria defendere, quorum propugnatio ad ipsam pertinet, valet.* Et Nicol. Caussinus *in parallelis eloquentiæ Sacræ & humanæ, lib.* 11. *fol.* 444. dum ita ait: *Hoc veri Principis ac etiam Consulis, reconciliare*
92 *æmulas civitates, tumentesque populos non* † *imperio magis, quam ratione compescere; intercedere iniquitatibus magistratuum, infectumque credere, quidquid fieri non oportuit: postremò velocissimi sideris instar, omnia invisere, omnia audire, & undecumque invocatum statim numen adesse.*

93 Idcirco ubi necessitas & oppressio violenta instat, Imperiale remedium implorandum esse, nos docet Imperator Justin. *in l.* 2. *Cod. de veteri jure enucleando*, ibi: *Augustum imploretur remedium, quia ideò Imperialem fortunam rebus humanis Deus præposuit, ut possit omnia, quæ noviter contingunt, & emendare, & componere, & modis, ac regulis competentibus tradere*, &c.

Finis enim & objectum † quo Rex & regna instituta fuere, est ut regnent nempe, Regnumque in pace, justitia & tranquillitate conservent & tueantur. Cicer. *lib.* 2. *de officiis*, Aristot. 1. *Ethicor. lib.* 4. Cremen. *in Rhapsod. cap.* 20. Plato *lib.* 1. *civilium*, Valençuel. *cons.* 70. *n.* 3. Azevedius *cons.* 37. *n.* 16. Molin. *disp.* 2[illegible]. Bobad. *politic. cap.* 1. *num.* 1. & 2. Tepatus *de Princip. potestat.* §. 5. *num.* 27. Bardell. *cons.* 111. *num.* 47. Cavalcan. *de Brachio Regio* 1. *p. nu.* 124. Menoch. *cons.* 1283. *nu.* 33. Aldovin. *cons.* 20. *n.* 218. Petr. Greg. *de Repub. lib.* 9. *c.* 6. *n.* 4. & 5. Natta *cons.* 179. *nu.* 3. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidian. c.* 1. *num.* 5. Afflict. *decis.* 265. *n.* 80. & 81. Marta *voto* 166. *n.* 21. & 22.

Semper enim imbecilles, timidos, & miserabiles à potentioribus † vexari, multis Sacræ Scripturæ, & bonorum Authorum testimoniis comprobat Gaspar. Sanct. *in Isaiam cap.* 51. *n.* 71. & *c.* 73. *n.* 13. consonat illud Michael. Hospitalis *lib.* 5. *suarum poeticar. epist.* in epist. ad Carolum Cardinalem Lotharenum, ubi inter alia, sic ait:

Imbellem, timidumque valentior exuit armis,
——— fit vita Zonarum: &c.

Eoque alludens Juvenalis *Satyra* 8. inquit:

Cur unum in primis, ne magna injuria fiat
Fortibus, & miseris tollas licet omne quod usquam
est, &c.

Et Martialis *in distich.*

Dente timetur aper, defendunt cornua cervum,
Imbelles damæ, quid nisi præda sumus?

Qui quidem cum *divo Paulo* 2. *Corinth.* 1. possunt conqueri; *supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut taderet nos, etiam vivere*, &c. aut cum Hierem. plorare, *Lamentation.* 5. *Recordare, Domine, quid acciderit nobis, intuere, & respice opprobrium nostrum, & lassis non dabatur requies*, &c.

Potestatem ergo sibi demandatam † profiteri debet 95
Princeps, ut se tanquam Princeipem, tutorem, defensorem, & patrem cum subditis gerat, loco & vice Dei, Petr. Greg. *de Republ. lib.* 9. *c.* 2. *n.* 1. Salas *de legib. disp.* 7. *sect.* 15. §. *ad secundum*, Molfesius *in scholio ad consuetudinem R. N. in proœm. qu.* 4. *n.* 25. & 26. Borelius *de præstantia Reg.* 62. *n.* 117. Sayr. *lib.* 9. *clav. Reg. c.* 16. *n.* 31. Olibanus *de actionib. part.* 1. *lib.* 3. *n.* 4. *à n.* 8. latè Molina *de justit. & jure, tract.* 1. *disp.* 15. *tom.* 1. Surdus *cons.* 289. *n.* 3. Cagnolius *in proœmio decreta. Montis Ferra* §. 1. *n.* 10. & 11. Ponte *de potestat. Proreg. tit. de annonis civit.* §. 5. *n.* 7. *tit. de Regal. impos.* §. 8. Marius Giurba *cons.* 1. *sub n.* 36. *ad fin.* tetigimus supra *n.* 26.

Renatus Choppinus *de dominio Franciæ, lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 25. inquit: *Regem cum Regno eandem rationem habere quam tutor cum pupillo, curator cum adolescente, maritus cum uxore, gubernator cum navigante, templi Sacerdos cum Ecclesia sacra*; Et Franciscus Ochoman. *in c.* 1. *quæstion Illustr.* sic scribit: *Rex tanquam populi sui tutor præscriptam tutoribus regulam servare debet, ut tunc denique pro domino habeatur, cùm pupillis providet, hoc est, cum salutem & incolumitatem tuetur, l. tutor.* 27. *ff. de admin. tutor. l.* 7. *ff tutor ff. pro emptor.* D. Joann. del Castillo (post hæc scripta) *in tract. de tertiis, c.* 17. *sub n.* 9. ante fin. Vida. *lib.* 2. *de Reipubl. dignit.* ibi: *Principes* † *enim* 96
verò, & qui aliis præsunt, tales esse oportet, ut cogitent, civium se potius patrocinium suscipere, quam Imperium, aut dominationem, talesque Rectores Plato, non dominos, sed Reipublicæ servatores vocat, sub quibus tutè ac liberè vivitur, nulliusque rei cura illis major incumbat, quàm civium libertas, quæ ab æquitate proficiscitur.

His congruit quod optimè docuit Cyprianus *de duodecim abusibus*, dicens: *Quod justitia Regis pax est populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aeris, serenitas maris, terræ fœcunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, et sibimet ipsis spes futuræ beatitudinis*, quem refert Mastrill. *de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 61.

Et cum Regis objectum sit, quod justum est, † juxta 97
Aristotel. 5. *polit. c.* 10. nec aliud justum dicere solemus, nisi quod ex lege est, quod verò contra ipsam est, id violentum est, Xenoph. *lib.* 4. *mem. fol.* 636. *et lib.* 1. *de instit. Cyr. fol.* 10. latè Tiraquell. *de legib. connubial. gloss.* 9. *princip.* Ambros. *decis.* 23. *n.* 18. Valenç. Vasc. *cons.* 70. *n.* 24. Giurba *cons.* 1. *n.* 16.

Ideò debet Princeps totis viribus † vigilans esse, 98
ne injustas & violentas oppressiones subditi patiantur, Mastrillus *de Magistrat. lib.* 3. *c.* 4. *à n.* 7. *cum seq.* Quia publicus rerum status ex privato sæpius turbatur, privataque injustia saltem causativè, publicam producit perniciem. Zevallos † *comm. contra* 99
comm. quæst. 909. *n.* 391. *p.* 4. Giurba *dict. cons.* 1. *n.* 15. *ad fin. et n.* 16.

Hinc

Hinc duodecim tabularum lex inquit: *Vis in populo*
100 *abeſto*, † cujus meminit Giurba *dict. n.* 16. atque rectè illam interpretatur, ut nec loquatur ſolùm de vi armorum, ſed etiam ubi titulo ficto ſeu apparenti dominationis non legitimo, aliquid quæritur, *ex l. creditore, ff. de vi privata, l. in rebus, C. de jure dot. l. extat, ff. quod metus cauſa.*

Hæc miſerabilium & vi oppreſſorum protectio,
101 præ cæteris Hiſpaniarum † Principibus pietate præexcellentibus convenit, juxta illud Claudiani:

Quid dignum memorare tuis Hiſpania terris,
Vox humana valet? Primò lavat æquora Solem
India, tu feſſos exacta luce jugales
Proluis: inque tuo reſpirant ſydera fluctu
Dives aquis, frugum facilis, prætioſa metallis,
Principibus fœcunda piis.

Igitur cùm protectio vi oppreſſorum, ac ſubditorum
102 defenſio cùm ipſo † ſit regno ab origine orta, ita ut Regni objectum ſit, & cauſa finalis, Regnum ſiquidem propter protectionem vi oppreſſorum, non protectio propter Regnum aut Regem creatum eſt à Deo, ſitque protectio attributum naturale inhærens viſceribus Regiminis, & qualitas infixa oſſibus, ac ſubſtantiæ Diadematis; ita ut Regimen & protectio unum ſit effectum continens indiviſibile, juxta ea quæ accuratè comprobata ſunt *in epilogo præmiali à princip. in tract. de Reg. protect.* quibus & quæ latè hîc conjecimus, addere potes.

Legitima conſequentia inducitur, ut protectio vi
103 oppreſſorum ſit de Regalibus, † ipſi competens in ſignum ſupremæ poteſtatis, prout obiter diximus in *dict. 1. c. 2. nu. 97.* ex Camillo Borello *de præſtant. Regis Catholic. c. 5. n. 7. & 26.* & iterum eadem *1. part. cap. 2. num. 32.* ubi quamplurimos Doctores citavimus quos hîc omittemus. Et quod hic recurſus ad Regem pro tollenda violentia illata ab Eccleſiaſticis, tam in non deferendis appellationibus, quàm in executione literarum Apoſtolicarum in damnum, & detrimentum Reipublicæ Eccleſiaſticæ ſpiritualis, aut temporalis ſit Regalia Regis, abundè Nos ſequutus noviſſimè comprobat Caſtillo *in tract. de tertiis, cap. 41. à num. 163.* ubi quamplurimos Doctores ad eandem concluſionem congerit, quos etiam citavimus. Et iterum ipſe Caſt. *ib. à num. 82. & ſeq.* ubi de hac Regalia Regis in retinendis literis Apoſtolicis, qui *n. 185.* in fine, ſe remittit ad hunc noſtrum Tractatum.

Sed quod protectio ſit Regalia Principis, altiùs hoc capite erit comprobandum, & in primis ad id
104 expendo doctrinam Andr. de Iſernia, † & Jacobi de Albarotis, circa interpretationem text. *in c. 1. quæ ſunt Regalia in uſibus feudorum:* firmantium, quod licet in eo text. inter Regalia Principis apponatur piſcationum redditus; cùm jus piſcandi omnibus ſit commune, nec ſit edictum prohibitorum, ne cui piſcari liceat, nec ad piſcandum quilibet indigeat licentia Principis, tamen protectio & juriſdictio pertinet Regi, & hoc reſpectu Regalia eſt Principis;
105 latiſſimè & eleganter proſequitur † & explicat Roderic. Suar. *allegatione 17. à n. 11. verſic. Nec prædictis obſtat, & n. 12.* ibi: *Et ſic expone Regaliam, quantum ad protectionem Principis;* idem repetit
106 Andreas de Iſernia poſtillando verbum, *Ripaticum,* † de quo in dic. *c. 1.* ad idem etiam videndus erit Peregrinus *de jure fiſci, lib. 1. tit 1. n. 16. & 17. fol.* 4. Chaſſan. *in Catalog. glor mund. 5. p. conſ. 24.* ibi: *Vel ut alii volunt publica & Regalia*, ut dicit Iſern. *quo ad defenſionem & ptotectionem*, &c.
107 Sicut & de littoribus maris ſenſit Celſus † Juriſconſult. *in l. 3. ff. ne quid in loco publico*, dum ea populi Romani eſſe dixit, & ejus Imperio ſubjecta: juxta propoſitionem Accurſii ibidem verbo *Arbitror*, qui ait: *Hoc (ne aliis juribus adverſetur, in quibus littora maris publica, ſive communia omnium eſſe dicuntur) de prædicta generali, & ſuprema tuitione, & gubernatione accipiendum eſſe, qua mediante Romanus Imperator legem admodum imponere poteſt, quatenus eiſdem ripis & littoribus ſit utendum, & cavere, ne quilibet pro ſuo arbitrio, & cum damno Reipublicæ uſum eorum ſibi vindicet:* quam gloſſam poſt antiquiores ibidem ſequuntur Balduinus, Wenſembec, alii *in §. & quidem inſtit. de rerum diviſion.* Brecheus *in l. bona 15. num. 1. de verb. ſignificat.* Everardus Broncorſt. *centuria 1. antinom. c. 13.* D. Joannes de Solorzan. *in tract. de jure Indiarum, lib. 2. c. 21. n. 66. & 69. & lib. 3. c. 3. n. 33. & ſeqq. & lib. 2. cap. 6. n. 22.* quare manifeſtè probant, protectionem eſſe Regaliam Principis.

Probatur etiam, quia ſuprema Principis poteſtas eſt Regalia ipſius, ut notum eſt, & mox dicendum, † ſed 108
ſuprema poteſtas Principis verſatur in vigilantia in ſubditos, juxta Ariſtotelem *1. œconom.* Andreas de Iſern. *in c. Imperialem. §. præterea n. 80. de prohibita feudor. alienation.* per Federic. Capiblanc. *de authoritate Baronum, n. 56.* Belluga *in ſpeculo Princip. rub. 8.* quos ſequitur Maſtrill. *in tract. de Magiſtrat. lib. 3. c. 1. n. 25.* pro quo allegant text. *in §. itaque Deo in authent. ut jud. ſine quoquo ſuffrag.*

Quod magis in ſpecie probant Jacobus Cancerius, & ab eo allegati *variar. reſol. 2. part. c. 2. de juriſd. n.* 114. In hæc † quæ Regaliæ, non fiunt conceſſibiles, 109
declarat Covar. *in dict. reg. poſſeſſor. p. 2. §. 2. n. 8.* ubi dicit, quod Regalias, quæ competunt Regi, in ſignum ſupremæ juriſdictionis, ut ad ipſum appelletur, & per oppreſſos ad eum recurratur, Princeps à ſe abdicare non poteſt, & ſic ſunt impræſcriptibiles; idem poſt Mieres notat Micha. Fer. *1. part. obſervat. cap. 13.* ubi dicit: Regem non poſſe † ſibi auferre ſupremam 110
Regaliam recurrendi ad eum, niſi Sedi Regiæ renuntiaret, allegat Innocent. *in c. cum venerabilis de cenſibus;* & etiam videndus Belluga *in ſpeculo Princip. rubr. 23. verſic. Sed pone, n. 12.* &c. hæc Cancerius, qui benè loquitur & ad propoſitum.

Et quod recurſus ad Principem, ſit de Regalibus majoribus † ex competentibus ei ſignum ſingularis 111
præeminentiæ & Regalis prærogativæ omnino inalienabilis, ex Micha Ferr. *1. part. obſervat. c. 13.* idem affirmat Maſtrillus *de Magiſtrat. lib. 1. c. 19. ſub. n. 1.* dicens: Regem non poſſe ſibi auferre ſupremam Regaliam recurrendi ad eum, niſi † Sedi Regiæ renun- 112
tiaret, ad quam doctrinam allegat Avenda *de exequend. mandat. lib. 2. c. 4. n. 2.* Gaſpar. Vill. *in l. Imperium, n. 79. de juriſdict. omnium judic.* Jaſ. *conſ. 208. lib. 2.* Decium *conſ. 307. n. 9. Reſtaur. de Imper. quæſt. 54.* Oliban. *de jure fiſci, c. 6. per totum*, Natta *conſ. 640. n. 18.* Romanum *conſ. 371. circa fin.* de magis communi teſtatur Socinus Senior *conſ. 275. n. 5. vol. 2.* Purpura. *l. 1. n. 4. ff. de officio ejus, & in conſ. 16. n. 12. vol. 2.* Roſental. *de feudis, c. concl. 16.* Et quod recurſus ad Regem ſit Regalia ipſius, quæ à Rege abdicari nequit, probat expreſsè Olibanus *de jure fiſci, c. 3. n. 40. & c. 14. n. 6. & 114.* quem referens ſequitur Marius Giurb. *conſ. 66. n. 12.*

Et quod recurſus ad Regem ſit de Regalibus ſupremis † competens Principi in ſignum ſupremæ poteſta- 113
tis, & quod ſit alienabilis & impræſcriptibilis, latè comprobat pluribus Doctoribus citatis Matienc. *in l. 1. gl. 9.* per tot. & *in l. 3. gl. 7. n. 8. tit. 10. novæ Recop.*

Et magis in ſpecie quod hæc protectio, quâ tenetur uti Rex † ad conſervationem ſtatus Eccleſiaſtici, Ri- 114
tuum & Sacerdotalium jurium, probat An. Robertus *rerum judicat. l. 3. c. 1. pag. 548.* in hæc: *Nihil certè Regiæ Majeſtati convenientius videbitur, quàm ſi Chriſtiani Principes Eccleſiæ inſtituta, Ritus, leges, & Sacerdotalia jura ſervent, & tueantur*, &c. Et iterum eodem *c. 1. pag. 552.* inquit, de Regaliis ſolus * judicat Se- 115
natus, interdicta aliis judicibus cognitione; hoc autem Regaliæ jus Chriſtianiſſimi Reges in Eccleſiis Cathe-

cathedralibus, non sine magna et probabili ratione sibi vendicant; Cathedrales hujus Regni Ecclesiæ Regem Christianissimum agnoscere tenentur patronum, fundatorem, custodem, largitorem, ac magnificum donatorem, etc. Quod quanta majori ratione de nostro Invictissimo Rege Hispaniarum sit prædicandum, nemo est qui nesciat, alibi dictum; interim est, *l.* 14. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil.* et *l.* 6. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recopil.* omnino videndæ, Anneus Robertus *lib.* 3. *cap.* 1. *pag.* 552.

116 Ulteriùs probatur, nam * si jus competens Regi in Ecclesia ex concessione et privilegio Apostolico, aut consuetudine, in perpetuum appellatur Regalia ipsius Principis, juxtà mirabilem text. *in cap. generali* 13. ibi: *Generali constitutione sancimus, universos et singulos, qui Regalia, custodiam sive guardiam advocationis, seu defensionis titulum in Ecclesiis, Monasteriis, seu quibuslibet aliis piis in locis de novo usurpare conantes*, etc. ubi gloss. pluribus in locis videnda, et in eodem text. id ipsum notat Archidiaconus, *n.* 1. ubi declarat illum text. in verbo *Regalia*, inquit, quòd Regalia dicuntur ea, quæ Rex capit vacante Ecclesia; ea sequuntur Joannes Andreas *ibidem n.* 4. Anton. de Buttio *num.* 3. Geminianus *nu.* 9. Joan. Monach. et alii Doctores, Baldus *de feudis in c.* 1. *numer.* 8. *Episcopum vel Abbat.* quos refert Belluga *in speculo Prin. rubric.* 13. §. *tractamus*, *num.* 38. *versic. Hoc jus*: Anneus Robertus *rerum judicat. lib.* 3. *c.* 1. Carol. de Grassis *de Regalium Franciæ jure* 3. Renatus Choppinus *de dominio Franciæ*, *lib.* 2. *tit.* 9. *n.* 3. Bertrandus *cons.* 276. incipit, *visa concessione*, *par.* 3. Ruzeas *de Regalibus*, *privilegio* 16. *n.* 19. Petrus Gregor. *syntag. juris*, *part.* 2. *l.* 17. *q.* 17. *num.* 19. *fol.* 223. undè generalem regulam deducit Belluga, ubi proximè allegatus, quod ea, quæ Princeps habet ex privilegio Romanorum Pontificum appellantur Regalia, sequuntur Castillo *in tract. de tertiis*, *cap.* 3. *n.* 30. Regnerius Sixtus *in tr. de Regalibus*, *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 54 *et* 55. *fol. mihi* 361. Peregrinus *de jure fisci*, *lib.* 1. *tit.* 2. *numer.* 38. Mastrillus *de Magistratibus*, *lib.* 1. *c.* 3. *ex num.* 2. *et c.* 13. 14. *et* 15. Ergo multò magis Regalia debet dici hæc principis protectio Ecclesiarum; rerum et personarum Ecclesiasticarum, cùm sibi de jure communi, et ex debito inseparabili attributo officii ei competat.

Pro quo est text. mirabilis *in l.* 18. *tit.* 5. *par.* 1.
117 cujus † sunt verba: *Antigua costumbre fue de Espana, è duro toda via, è dura oy dia, que quando fina el Obispo de algun lugar, que lo haze saber el Dean, è los Canonigos al Rey por sus messageros de la Iglesia, con carta del Dean, è del Cabildo, como es finado su Prelado, è que le piden por merced, que le plaga, que ellos puedan hazer su eleccion desembargadamente, è que le encomiendan los bienes de la Iglesia; el Rey debe selo entregar, è embiarlo à recaudar. E despues que la eleccion huvieren echo, presentele el eligido, è el mandado entregar aquello que recibio*; sequitur et
118 facit: *E esta mayoria è honra* * *han los Reyes de Espana por tres razones. La primera, por que ganaron las tierras de los Moros, è hizieron las Mezquitas Iglesias, è echaron de dicir el nombre de Mahoma, e metieron el nome de nuestro Sennor* JESU CHRISTO. *La segunda, por que se la fundaron de nuevo en lugares donde nunca las huvo. La tercera, porque les dotaron, è demas les hizieron mucho bien, è por esso han derecho los Reyes*, etc. et ita Greg. Lopez et circa hanc custodiam bonorum Ecclesiæ vacantis competentem Regi

Hispaniis et aliis. Vide quæ hacè ipse Gregor. Lopez *in l.* 1. *tit.* 15. *part.* 1. *verbo Mayordomo*: ubi *in dict. l. ad fin.* Quando patroni possunt percipere emolumenta bonis, et rebus Ecclesiæ vacantis, de quo latiùs Renatus Choppinus *de sacra politica*, *l.* 1. *t.* 7. per totum; ubi hoc vocat Regaliam, et meritò, sicuti etiam hoc ipsum Regaliam expressè vocavit Pontius *in dict. c. generali*, et Doctores alii laudati suprà *num.* 116. et ipse Renatus Choppinus *dict. tit.* 7. *in n.* 2. dicit: Quòd tanta est vis Regaliorum, ut si quid moliatur Romani pontificis emissarius, quo regium jus minuatur, id velut abusivè factum rescindat Curia.

Facit etiam ipse Renatus Choppinus, *de sacra politica*, *lit. forens. in præfatione*, *n.* 11. in hæc; † Ecclesiasticam certè disciplinam, et mystica sacra tueri, jus regium est, adeò ac politicum, ut in curanda divinorum mandatorum executione eluceat imprimis Christiani Principis solertia, atque prudentia, *Deuteron.* 17. teste idem Beato Hieronym. *in Hieremiam*, unde tractus sanctior Canon *Regum officium* 23. *qu.* 5. Hanc verò civilem tantùm interpretamur, externamque penes Reges politiam Ecclesiasticam, quasi tutelares ejusdem patronatus, *Canon. boni Princ.* 96 *distinct. c. tributum* 22. *qu.* 8. sicuti enim Arnulphi Lexicogens. verbis (Ecclesiastica dignitas Regiam provehit; ita Regalis dignitas Ecclesiasticam conservare potiùs consuevit, quam tollere libertatem) *lib.* 6. *epistola* 96. etc. hæc Choppinus.

Sed quid mirum, quòd Regalia sit, cum protectio vi oppressorum * propriè officium sit Regis, 120
ex *dict. c. Regum officium propriùm est, etc.* ita ut aliis sit alienum. Et proprium, non permissione, aut precariò ab alio, sed in proprietate suum, prout etiam interpretamur in *tr. de Reg. protectio.* 1. *part. c.* 2. *à numer.* 26. Quo etiam modo loquendi utitur in proposito Imperator *in l. Imperialis benevolentiæ propriam esse*, *C. de nuptiis.* Ergo Regis Regaliam protectionem vi oppressorum dici, non est dubitandum.

Quia Regaliæ idcò ita dictæ sunt, quando aliqua duntaxat † Regi pertinent, et conveniunt uti 121
particulari, probant Igneus *in necessarios*, §. *non aliàs*, *et* §. *novissimè*, *numer.* 139. *ff. ad Silanian.* Bart. *in l.* 1. §. de qua re, ff. *de postulan. et in l. quominus* 2. *qu. ff. de flumin.* Bosius *de Regalibus in princ.* Rollandus à Valle *cons.* 4. *n.* 14. et notant *Doctores in c. per venerabilem, qui filii sint legitim.* et ex authoribus latè comprobat Calepinus verbo, *Regale*, Cabedus *dec.* 42. *numer.* 3. *part.* 2. Natta *cons.* 66. *numer.* 16. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *c.* 4. *sub nu.* 2. *versic. Et ideò Regalia dicuntur, quia ad Regem pertinent* etc. ubi plurimos allegat. Quare cùm protectio vi oppressorum tantùm sit majoria Regiæ Coronæ, et dignitas Principi reservata, ut hactenus dictum est; ideo Regaliam esse necesse est, optimè explicat Mastrill. *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 29. pluribus Doctoribus citatis.

In tantum quod licet tot sint speciales prærogativæ, quæ pertinent Regi, uti Regalia; * ta- 122
men ubi absolutè, et generaliter loquatur de Regalia, intelligitur præcisè de hac protectione vi oppressorum, et status Ecclesiæ, prout eleganter considerat in iis (de quibus loquimur) temporis Anneus Robert. *rerum judic. libr.* 3. *cap.* 1. *pag.* 551. hæc. Atque hoc jus tanta dignitate communis dare voluerunt majores nostri, ut licet tempore Regaliæ meritò, multaque sua universalia regalia nomine comprehendat, tamen huic uni [illegible] Regi [illegible] exima quadam

speciali prærogativa Regalia appellationem tribuere, visum sit etc.

Et idemmet intentum hujus sublimis juris et
123 potestatis habuerunt Reges * nostri Catholici, dum de hac re et protectione loquentes peculiaribus utuntur signis, et speciali significatione, prout constat ex *l.* 14. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* ibi: *Y como quiera que esta preeminencia redunda en nuestra Real dignidad*, etc. Et paulò inferiùs, ibi: *Pues la tal oposicion es sobre la exempcion y honra y guarda de la preeminencia de su Rey, y de su patria*, etc. Et quod Imperialis et Regius honor, quæ est ipsa Majestas, sit Regalia Regis inseparabilis et inabdicabilis, probat post alios Peregrinus *de jure fisci*, *lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 71. *fol.* 53. et probatur *in l.* 18. *tit.* 5. *part.* 1. ibi: *E esta mayoria è honra han los Reyes de Espanna por tres razones*, et quod majoria Regis sit Regalia, et de ipsi re-
124 servatis † in signum supremæ Majestatis, plerimos Doctores citavimus *in* 1. *part. de Reg. protect. c.* 2. *à n.* 37. *cum seqq.*

Et quod superioritas Principis sit de Regalibus inabdicabilis ab eo, probat Peregrinus *de jure fisci*, *l.* 1. *tit.* 1. *n.* 13. *et fol.* 4. *tit.* 2. *n.* 71.

125 Et quod ipsa summa Majestas, * ejusque essentia, forma, et substantia Coronæ Regi reservata in signum supremæ potestatis, dicatur majoria, in terminis Senecia *de appellation. quæst.* 8. *nu.* 111. *versic. Opono secundò*, ubi etiam, quod
126 recursus, seu querela ad Regem * est majoria inalienabilis et inseparabilis à Corona, et ipsa suprema Majestate; optimè Covarruv. *pract. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 1. ibi: *Hanc etenim jurisdictionem ideò majoriam vocamus, quòd ea propriè pertineat ad supremam Principatus recognitionem*, etc. Sicque hæc vox, majoria, relata ad Regem Regalia dicitur Regis, maximè in Hispania, sicuti omnes ferè leges Regiæ de Regalibus loquentes hac voce majoria utuntur, sicuti etiam dicit Bobadilla *in politica*, *l.* 1. *c.* 1. *à n.* 14. *usque ad num.* 22. Castillo *de tertiis*, *c.* 41. *sub n.* 19. ante finem.

Nam cum ex *Antigoni* sententia: *Nihil aliud est*
127 *Regum*, * *quàm nobilis servitus*; prout Nos latè superius, *numer.* 69. et insuper idem dicit D. Augustinus *de civitate Dei*, *lib.* 19. *cap.* 14. *Christiani Principes dum recte imperant, etiam serviunt eis, quibus imperare videntur; imperant enim, ut consulant saluti et utilitati eorum, quibus imperant*; ut Divus Chrysost. *Hoc enim est illis vita, hoc studium, ut tu quo modo pace fruaris.*

Ob idque multa specialia jura, quæ aliis omni-
128 no * interdicuntur, sibi tanquam supremo Principi, ejusque fisco in signum supremæ præeminentiæ ob immensi laboris præmia, et publicæ utilitatis commoda, ad Regiam dignitatem et Majestatem conservandam tendentia, competere, et reservata esse dignoscuntur; ut eleganter dicit Mastrill. *de Magistratib. lib.* 3. *c.* 1. *à n.* 29. et firmant homines ibi eas, Reven. Bald. Præposit. Laudens. et alios *in c.* 1. *quæ sint Regalia*, Corsetus *de potestat Regis*, *quæst.* 49. Bosius *tit. de Regal. l.* 1. Avendanno *de excommun. mandat. c.* 4. *cum* 10. *part.* 2. Oralora *de nobilitate part.* 1. *c.* 3. Alvar. Vasc. *de jure emphyt. quæst.* 9. Petrus Gregorius *de concessione feud. part.* 7. *qu.* 5. *nu.* 1. Rolandus à Valle *cons.* 1. *n.* 153. *vol.* 2. Vulte. *de feudis*, *lib.* 1. *c.* 5. *n.* 7. Peregrinus *de jure fisci*, *lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 4 Ferret. Mort. *de feud. c.* 2. et alios passim. Quare cum hæc protectio vi oppressorum, et tanquam Principi nil tale dumtaxat pertineat, huic regiæ vocis sit, Regaliam ipsam dici, non est ambigendum.

Hinc conducit quod dixit Mastrill. ubi supra, *numero* 54. *et seqq.* Prosequendo dicentem, 129
quòd verbum (*Regalibus*) comprehendit omnia patrimonialia, et fiscalia, ex Joann. Andrea et Liparul. *in addition. rubr. quæ sint Regalia in addit. magn. littera L.* Camerar. *in cap. Imperialem*, *col.* 3. *fol.* 37. *de prohibita feud. alienatione*, per Feder. Bart. *in cap.* 1. *num.* 8. *Episcop.* vol. Abb. Bald. *in l. si vacantia*, *C. de bonis vacan.* Lucas de Pen. *l.* 1. *c.* 5. *C. de privil. scol.* Cravetta *cons.* 128. *n.* 5.

Non obstare inquit ipse Mastrillus ibi *num.* 37.
quod *in dict. cap. unic.* Quæ sint Regalia, * aliqua tantum enumerentur, ideoque ea dumtaxat esse Regalia dicat Alvar. Valascus; ubi predicta ge- 9 quoniam verum est, alia relatis similia dicendum Regalia, quæ non excludi *cap. unic.* fines Andreas ibi *n.* 3. Quia genus non tantum enumeratis, nam expressa * loco exempli deducta intelligi- 131
tur, ut notant Afflict. et Alban. *in dict. cap.* 1. *in princ.* Jacobus *de feud. verb. Feudum*, *num.* 3. Cabedo *dec.* 42. *num.* 2. *part.* 2. Mastrill. *dict. num.* 37. *et* 38.

Ex his, quæ longa serie in hoc dicta sunt capite, et fortiter comprobata; duo præcipuè inferuntur, et primum ex eo quòd nunc diximus (protectionem Reipublicæ, Ecclesiæ, ac Catholicæ Religionis, omniumve vi oppressorum universaliter esse Regaliam Principi * reservatam et 132
præeminentiam Regiæ dignitatis) deducitur, posse Principem de hujusmodi causa cognoscere ad illum tantum finem, ut violentia tollatur.

Quoniam omnium est Doctorum concors sententia, quòd de Regalibus potest Princeps cognoscere, etiam inter personas Ecclesiasticas, et tangentibus spiritualitatem, prout de suo patronatu Regio, optimum est *consilium* Cald. Pereira 5. per totum, videndus omnino; *et in num.* 3. citat ad id Auctorum, Guillelm. Benedict. Covarr. et alios, et de aliis similibus, prout quando Ecclesiastici occupant Regalias, et jurisdictionem Regis, ut ipse inter ipsos cognoscat, probant Bobadill. *in politic. to.* 4. *lib.* 2. *c.* 18. *num.* 60. ibi: *Si los* * *Prelados ò sus juezes, ò qualesquier otros Eccleria-* 133
sticos usurpan la jurisdicion Real, o otras Regalias, son avidos por estrannos destos Reinos, y pierden las temporalidades, en lo qual por el buen govierno, y politicamente, y con consideracion tienen mano los juezes seglares; idem dixerat Joannes Garcia *de nobilitat. glos.* 9. *num.* 37. Borrel. *de præcant. Reg. Cathol. cap.* 71. *num.* 55. Peguera *in pract. crim. ca.* 24. *num.* 7. *cum sequent.* Sesse *de inhibitionibus*, *c.* 8. §. 3. *numer.* 100. Olivanus *de jure fisci*, *c.* 12. *à num.* 3. et alii plures citati, sed non sequuti (ut de more habet) ab Anton. Diana, *lib.* 4. *resol. moral. tract.* 1. *de immunit. Eccl. s.* [illegible] 7. Et quod Rex cognoscat de causa civili inter Ecclesiasticos, quoties vertitur quæstio super Regalibus suis, quoquomodo agatur, optimè Olivanus *de jure fisci*, *cap.* 15. *num.* 14. *et c.* 11. *et c.* 14. *n.* 26. Castillo *in l.* 13. *Tauri*, verbo, *De qualquier qualidad.*

Et loquendo de Rege protectore Ecclesiæ, ut hoc sit Regalia, et quod de hac et aliis Regalibus solus cognoscat Rex, et ejus Senatus superior, interdicta aliis judicibus, cognitione expressè, et in terminis, tenent Anneus Robert. *rerum jud. l.* 3. *c.* 1. *pag.* 552. et superiùs *à pag.* 248.

Et quod ubi vertitur contentio, et dubitatio super juribus Regalibus, prout jurisdictione * et si- 134
militudinibus, etiam inter personas Ecclesiasticas, aut Ecclesias ipsas, Rex cognoscit de hac causa, cujus juris-

risdictio declinari nequit, optimè post plures Doctores Palat. Rubeus *in repet. c. per vestras, post notabil.* 3. *vers. Sed est pulchra dubitatio, num.* 49. *in magnis fol.* 189. *col.* 1. videndus omninò, et Didacus Perez *in l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 3. *ordinamenti, glos.* 1. *vers. Quæro si est dubium inter Episcopum.*

Et quod de Regalibus inter personas Ecclesiasticas cognoscat Rex ipse, benè probavimus *in tract. de Regia protect.* 3. *p. c.* 10. *à num.* 188. *et à num.*
135 190. in hæc: Nihilominus tamen * illud et specialissimum in causis Ecclesiasticis, et inter personas Ecclesiasticas, quæ sive in possessione, sive in proprietate Regium Coronæ patronatum attingant, vel alias sint Regalia, Regem ejusque consilium cognoscere, esse que usu receptum, et permissum non solam in *Hispania*, verùm etiam in Regnis *Galliæ, Angliæ, Hungriæ, Apuliæ*, testantur Aufrerius *in addit. ad Capellam Tholos dec.* 165. *n.* 25. *vers.* 25. *fallit*, et quæ tradit Zach. *allegat.* 8. *nu.* 14. *vers. Verum*, Stephan. Aufrerius, *de potest. secular. super Eccl. fallen.* 25. Costall. *in l. de quibus, C. de legibus* (quos duos citat, sed non sequitur) Marta *de jurisdict.* 2. *part. c.* 4. *num.* 1. Joan. Garcia *de nobilitat. glos.* 9. 24. *et seqq. post Speculator. tit. de competent. jud. add. §. generaliter, num.* 2. *vers.* 4. Guillielm. Bened. *in c. Raimutius verb. Et uxorem in* 2. *nu.* 62. *fol.* 48. *de testam. et num.* 74. 78. *et* 79. optimè Castell. à Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 213. etc.

Quibus adde Carabitam *super rita* 52. *notab.*
136 5. *sub num.* 6. ubi de * communi testatur Gregor. Tolosanus *in tract. de appellat. lib.* 4. *c.* 5. *sub numer.* 4. *vers. Et communis*, Scaccia *de appellat. quæst.* 8. *sub num.* 92. *vers. Excende primò*, firmantes communiter, quod Ecclesia et Ecclesiastici ratione Regalium, quæ tenent, sequuntur forum Regis temporale. Et quod de Regalibus suis solus Rex inter Ecclesiasticos cognoscit, Ciurba *cons.* 80. *n.* 31. *et seqq.*

Et insuper probatur, quoniam jus patronatus
137 * Regium Regalia Regis dicitur, *Nos de Reg. protection.* 3. *par. c.* 10. *numer.* 148. *numer.* 226. quia, ut inquit Pal. Rubeus, *de beneficiis vacant. in Curia*, § 11. quod jus patronatus pertinens ad Re-
138 gem in beneficio * efficacius est aliorum inferiorum jure patronatus; etenim, ut dicit Imperator *in l. cum multa, C. de bonis quæ liber. Imperialis fortuna omnes supereminet alias.*

Quare super his beneficiis Regalibus (hoc est
139 quibus adest Regaliorum jus patronatus, † et de patrimonio Regio sunt) ut cognoscat ipse Rex tam super possessione, quàm super proprietate, et de redditibus, et debitibus dictorum beneficiorum, etiam inter Clericos et alias Ecclesiasticas personas, seu Ecclesias, probant Olibanus *in dict. usat. aliunde*, c. 13. *n.* 14. *et num.* 18. Cancerius *variarum resol. lib.* 3. *c.* 14. *de manutent. à nu.* 31. *cum seqq.* ubi sub *n.* 32. advertit, quod aliis fiscus regaliter ad suos Judices fiscales, non trahit perso-
140 nas Ecclesiasticas, * quasi dixerit, hoc esse speciali ratione dignum, cujus cognitio pertinet Regi, *Rex Isidis* 3. *part.* 1. *de Reg. protect. à nu.* 188. *cum seqq.* et supra, ubi plures Doctores citavimus ultra dictos.

Et quod cognitio juris Regii patronatus ad Coronam Regiam spectantis pertinent ipsi Regi, videndus Cardoso *de priv. Judic. verbo Causa. à n.* 10. Cabedo *de patronatu Regiæ Coron. c.* 5. *num.* 5. *et c.* 25. *à num.* 1. ipse Cabedos *in dec. Lusit.* 2. *part. dec.* 120. *num.* 3. *et Arneso.* 91. Callas *Pereyra. for. cons.* 5 *num.* 6 *et sequentibus*, Curia Philip. 2. *part.* 1. §. 5. *numer.* 4. Azebed. *in l.* 2.

numer. 4. *tit.* 1. *lib.* 4. *nov. Recopil.* et remissivè Barbosa *in collect. ad. c. de jure* 16. *nume.* 4. *de jure patron.* Vivianus *in tract. de jure patron. l.* 11. *c.* 9. *num.* 1.

Hinc jus percipiendi decimas, vel alios fructus Ecclesiasticos, * aut proventus Ecclesiæ concessum Regibus ex justa causa, et ut plurimum favore 141
fidei, efficitur Regalia ipsorum, Petrus Barbosa *in l. Titia* 35. *numer.* 41. *ff. soluto matrim.* Gratianus post alios plures *disceptation. forensi, cap.* 138. *nu.* 28. Ac propterea, quia Regalia efficiantur, cognoscit * Rex de iis juribus, decimis, seu tertiis 142
sibi concessis, Covarruvias *practicar. c.* 33. *sub numer.* 2. *versic. Tertiò quoties*, Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 1. *ordinament. pag.* 215. Gutierrez *practicar. lib.* 1. *qu.* 14. *à num.* 3. et suprà, ubi infinitos allegat: ubi, sive tractetur de jure harum decimarum sive de facto, cognitio pertinet † juris- 143
dictioni temporali: sequitur Hieronymus de Zevallos alios citans, *commun. contra communes, qu.* 822. *à num.* 84. *et supra à num.* 67. *cum seqq.* Bobadilla *in politica, lib.* 2. *c.* 18. *à num.* 46. Barbosa ubi proximè.

Quibus convenit, quod lis agitata super re donata per Regem Ecclesiæ, * aut Clerico, alicui- 144
ve Ecclesiasticæ personæ, debet coram Rege tractari, etiam inter Ecclesias et Clericos, et adversùs ipsos; latè agit (et eruditè) ipse Hieron. de Zevallos *in dict. quæst.* 822. *à n.* 92. *cum seqq.* ubi valdè applicat fundamenta, et est *l.* 57. *tit.* 6. *part.* 1. et doctrina Alliat. *dec.* 2. *num.* 4. loquens in iis terminis, atque rem Ecclesiæ procedentem * à 145
Rege effici de foro ipsius Regis: circa quod et aliis plurimis doctrinis hactenus relatis plura congerit, et plurimos Doctores noviter referens videndus D. Joan. del Castillo *in tract. de tertiis, c.* 12. *per totum.* De quo quando scilicet jus patronatus, competens Regi, alteri illud concedat, retineat, vel amittat naturam primævam juris Regii patronatus, et ejus privilegia, commodiori loco *infra* 2. *tomo hujus tractatus*, erit agendum; quare hic omitto.

Et loquendo de redditibus, vasgo (*Juros*) et aliis mercedibus, * aut donationibus factis à Rege Ec- 146
clesiis, vel Ecclesiasticis personis, aut Monasteriis, probat Bobadilla *in politic. lib.* 2. *c.* 18. *num.* 19. allegat. *l.* 6. *tit.* 1. *l.* 4. *Recop. Ant. Com.* et Didacus Perez, ubi etiam, quod Rex potest imponere pœnas Clericis prorogantibus super iis actionibus Regalibus jurisdictionem Ecclesiasticorum, ex Benedict. *in c. Raimutius verbo Et uxore* 2. *nu.* 33. *et seq. et n.* 139. *de testam.*

Qui quidem Bobadilla ibidem à *num.* 155. *cum seqq.* latè tractat; quod Rex potest legitimè * co- 147
gnoscere de rebus habilis per Ecclesias vel Ecclesiasticas personas ab ipso in feudum, sive super possessione agatur, sive super proprietate, ubi plurimos Doctores cumulat; vide etiam Zevallos ubi proximè. Innumerabiles penè Doctores congerit ad idem Car. de Grassis *de effectu Curiæ, effect.* 1. *à n.* 718. *cum seq.*

Igitur necessariò fatendum est, quod cum Principi à jure sit sibi hæc attributa postestas, * tollen- 148
di violentias, et oppressiones factas in suo Regno suis vassallis vi oppressis, istaque protectio ei incumbat ex debito officii ut Regalia; sequitur, ut ad ipsum debeat pertinere examen, et cognitio, ei constans, quæcumque sufficiat rei veritati, et non [illegible] aliter cognoscendo [illegible] protectionem [illegible] sumen evitare autem [illegible] violentiæ, sibi [illegible] dignus. * de [illegible]

dicit : quod qui dicit se vim passum, in judicio probare tenetur, aliàs non præsumitur, sed imò contrarium, ex doctrina Bart. *in l. de pupillo*,
150 § *si quis ipsi prætori*, * *numer.* 14. *de oper. novi nuntiat.* Boerius *dec.* 122. *num.* 5. *vers. Unde hoc.* Decius. *in cap. fin. num.* 1. *vers. Et subjecit, hic, de appell.* plurimos ad id congerit Doctores, Mascard. *de probationibus concl.* 1416. *à num.* 2. qui inter alias rationes, hanc reddit *num.* 3. *et* 4. ut violentia odiosa sit omni juri, præsertim naturæ, ex *l. secundùm naturam, ff. de cond. indebiti, l. si quis in tantam, C. unde vi.* Quod quidem ad protectionem venit in necessariam consequentiam.
151 † Sed quia de hoc amplissimè actum est, *tract. de Reg. protect. cap.* 2. *per totum, et vide à n.* 58. *et* 59. *et à num.* 95. *cum multis seqq.* hoc *c.* omittimus.

Et ex his quæ hoc cap. dicta sunt à principio
152 infertur, quod licèt * assertio legitimè comprobata illatione prima, juridica, et verissima sit, ut quamvis cognitione egeat Princeps regulariter ad tollendam vim, et præstandam tutelam; nihilominus jurisdictione non egeat, nec requiritur; prout latissimè comprobatum est *in tract. de Reg. protect.* 1. *par. c.* 1. per totum; et præcipuè *præludio* 5. *à nu.* 194. quò te remitto, ubi inter alia validissima fundamenta eo usi fuimus, *à nu.* 205. quod cui commendata, data, attributa est pro-
153 tectio Ecclesiæ, * vel personæ, sola defensio ex ajudicialis, non tamen jurisdictio in eo data est, prout amplissimè ibi comprobavi, juribus et authoribus.

Quibus insuper adde, quod dicit Regnerius Sixtinus *in tract. de Regalibus, lib.* 2. *cap.* 14. *à n.*
154 103. quod licet * jus protectione tantum sit, et tam efficax, ut protector armis etiam et vi contra injuriam aliorum, et vim majorem defendere possit, et debeat eos, quos in tutelam et protectionem recepit, *ex l. desertorem, §. fin. ff. de re milit.* Bart. *in proœm. ff. in princ. col.* 1. *in fin. vers. Idem dicitur hic*, Schurff. *cons.* 23. *n.* 1. *et* 2. *centur.* 3. Gaill. *obser.* 54. *n.* 2. *l.* 2. tamen hujusmodi protec-
155 ti et defensi sunt ad instar * forensium; et jus protectoris jurisdictionem non tribuit, *ex c. recipimus in fin. et c. ex parte de privileg.* et ex Joanne de Platea *in rubr. de domestic. et forest. lib.* 12. Natta *cons.* 636. *n.* 69. Gaill. *dict. obsev.* 54. *à nu.* 1 *cum sequent.* communem dicit Schurff. *dict. cons.* 23. *à n.* 1. adeò ut si Cæsar ipse in clientem suum aliquem peculiariter recipiat, et de hac re privilegium largiatur, tamen mediatæ jurisdictioni ordinariæ inferioris magistratus, cui alioquin hujusmodi personæ et bona subjecta sunt, non derogetur, nec præjudicium ullum afferat, ut addit Gaill. *dict. obsev.* 54. *n.* 7. alios allegans.

Quibus addere possumus, quod licèt regulariter
156 populi, qui sè alicujus superiori potestati † et protectioni jure fœderis, vel clientelæ, pro pacis nexibus, vel alia ratione committunt, liberi esse non desinunt, nec sibi aliquam subjectionem imponunt, ut tradunt communiter Bartol. et Doctores *per text. ibi in l. non dubito*, 7. §. *liber autem, ff. de captivis, et postlim. revers.* Felinus *in c. cum non licuit, num.* 9. *et seqnent. de præscription.* Joan. de Platea *in l.* 1. *C. de excusat.* Joan. Cheal. *cons.* 228. Bonostin. Pistorius *cons.* 42. *n.* 30. *decision. Camerac. recollect.* 1. *textu p. voto* 27. *num.* 10. *fol.* 159. Joan. Bodinus *in tract. de Republ. lib.* 5. *cap.* 6. Chopin. *de domanio Franciæ, lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 7. Petrus Gregor. *lib.* 2. *Syntagm. cap.* 5. et plurimi alii relati ab Herrico Rosental. *in epitome juris, p. c.* 1. *cap.* 4. *concl.* 14. *fol.* 124. D. Joan. à Solorzano *Senator Regius in tract. de jure Indiar. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 38. ubi rectè *num.* 39. limitat,
157 * quando ita submissio alterius protectionis fiat, et ultra procedat, ut jurisdictionem significet; ubi plures Doctores allegat.

Et Sixtinus *dict. c.* 14. *sup. n.* 107. dicit, quod Ecclesiasticæ personæ à Principe habitæ in protectionem et tutelam suam, nequeant ab eo collectari, vide Gaill. *d. observ.* 54. *n.* 1. *et seqq.*

Et quod protectio Ecclesiæ, aut hospitalis, alicui competens, vel concessa, nec attributa
158 * jurisdictio, nec exemptio à jurisdictione ordinaria censeatur, dicit Hieron. Gabr. *cons.* 195. *lib.* 2. Joseph. Ludov. *dec.* 4. *nu* 3. Seraphinus *dec.* 1021. *num.* 7. latiùs prosequitur, Toto *in compendio, dec.* 2. *part. verbo Judex delegatus* per totum, *fol.* 309. *et seqq.* Mascardus *de probat. cons.* 513! *n.* 2. novissimè Erasmus à Chockier *in tract. de juris in exemptos*, 1. *p. quæst.* 9. *num.* 3. Augustin. Barbos. *in collectan. ad. c. recipimus, nu.* 8. *à princ. et n.* 7. *et in c. ex parte de privilegiis*, Tamburr. *de jure Abb. tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 15. *à numer.* 14. *cum seqq.* qui quidem Doctores alios allegant, et de articulo altius tractant.

Maximè juxta receptiorem et veriorem opinio-
159 nem contra Decium, quæ habet, quod ad * rescribendum Principi, et supersedendum in ejusdem rescriptorum, aut litterarum executione non sit necessaria jurisdictio in rescribente, atque ita merus et simplex executor, aut quilibet alius mandatarius licitè hoc jure, et facultate uti potest, prout latissimè pro utraque parte disputans, ita ut veriorem, probabiliorem et receptiorem resolvat Anguianus *in tract. de legibus contr.* 5. *à n.* 37. *usque ad n.* 50. de quo latiùs *hac* 1. *part. in c.* 8. *à n.* 21. *cum seqq. vers. Comprobatur ulteriùs*, etc. et suprà, nihilominus videnda erunt, quæ adduximus in hac 1. *part. c. fin. à n.* 17. *cum seqq. et à pr.* ubi apposuimus rationes fundamentales, quare in hoc re-
tentionis * recursu probatio per testes admittitur, 160
atque judicio ordinario causa retentionis deducta in Senatu examinatur.

Quare ubi adest necessitas, seu * utilitas publi- 161
ca, damnum, aut præjudicium irreparabile Reipublicæ Ecclesiasticæ et spirituali, Regi aut Regno, vel scandalum aliquod; poterit Princeps interponendo suam authoritatem detinere summa reverentia litteras, et rescripta Apostolica, ne ex eorum executione perturbetur tranquillitas publica, neque violentia inferatur, cum evitetur per suspensionem illarum, ne pars eis utatur, donec Sum. Pont. (ad quem supplicatio interponitur) melius de veritate informatus, quid senserit, rescribat; iis scilicet casibus quibus de jure ipsemet Pontifex permittit, et præcipit suarum litterarum executionem suspendi, absque metu censurarum in illis contentarum: de quibus omnibus causis, et earum justificatione, *cap.* 2. *et seqq.* successivè discreti, neque erit agendum ex magna Doctorum utriusque juris et Theologiæ professorum caterva illas comprobantium, quos recensemus videndos, *cap. sequenti* à princip. qui omnes hanc retentionis recursum exactè approbant, et justificant.

Hoc enim pertinet Regali officio, omnia media
adhibere, ut * status spiritualis, Ecclesiasticus, cul- 162
tus Divinus, Religio et dogmata Catholica in pace custodiantur, et in tuto sint conservata, neque diminutionem aliquam patiantur, sed potius incrementum in dies recipiant, prout latissimè hoc *cap. à princip. et infra* 2. *part. cap.* 1. latè et abundè docuimus.

Audi insuper Augustinum *epist.* 50. *Aliter servit* in-

inquit) *Rex Deo ; quia homo est, ei servit, vivendo*
163 *fideliter : quia verò etiam Rex est, servit,* * *leges juxta præcipientes et contraria prohibentes, convenienti vigore sanciendo, sicut servivit Ezechias, lucos et templa Idolorum destruendo, sicut servivit Josias, talia et ipsi faciendo ; sicut servivit Rex Ninivitarum, universam civitatem ad placandum Dominum compellendo ; sicut servivit Darius, Idolum frangendo, in potestatem Danieli dando : sicut servivit Nabuchodonosor, omnes in Regno suo positos à blasphemando Deo, lege terribili prohibendo* (et ibidem sic dixit ipse August.) *quis mente sobrius Regibus dicat : nolite curare in regno vestro, à quo teneatur, vel oppugnetur Ecclesia Domini vestri? Non ad vos pertinet in Regno vestro : quis velit esse sibi Religiosus, sive sacrilegus, quibus non potest dici : non ad vos pertineat in regno vestro, quis velit esse pudicus* ; hactenus Augustinus.

Et ita exemplo Ezechiæ, Josiæ, et Nabuchodonosoris (qui laudantur *Vib.* 4. *Reg. c.* 18. *et cap.* 23. *et Daniel cap.* 14.) Div. August. *epist.* 48. *et* 50. *ad Bonifacium comitem*, ita Principes Christianos exhortatur : *Omnes* (inquit) *Reges qui in populo Dei non prohibuerunt, nec everterunt Idola, et alia quæ contra Dei præcepta fuerant instituta, culpantur ; et qui prohibuerunt, et everterunt, super aliorum merita laudantur.*

Hinc provenit receptissima sententia omnium Doc-
164 torum † tam Theologorum, quàm Jurisperitorum ; quod si Prædicatores missos ad terras infidelium ad docendum fidem, et prædicandum Dei Sanctum Evangelium, sic et ipsi infideles ad Dei veri cultum, et sacri Baptismatis susceptionem inviti compelli nequeant, attamen si monitorem hunc recipere recusent, impediendo et resistendo prædicatoribus, illis injuriam et vim inferant ; talem violentiam Rex Christianus omnino tenetur repellere, et virorum tutelam sic missis Religiosis præstare, illosque
165 et infideles, qui fidem † recipiunt, vel recipere velint, defendere et tutam illis viam aperire ; quam sententiam tradunt Innocent. *in cap. quod super, col. ult. vers. Item licet, de voto*, relatus à Bernardino *in repertor. verb. Infideles*, et ad utramque partem disputans resolvit Barth. Cavalcan. *decis.* 21. *num.* 13. *et seqq.* Joan. Azorius 1. *tom. instit. moral. lib.* 8. *cap.* 26. *vers. Tertiò quæritur*, Philippus Paschalis *in tract. de viribus patriæ potest.* 1. *part. cap.* 7. *n.* 17. Anton. Rochlus *in tract. de jure person. extra grem. Ecclesiæ existent. lib.* 2. *cap.* 37. Gregor. Lop. *in l.* 2. *tit.* 23. *part.* 2. *col.* 11. *et* 12. *et col.* 20. *vers.* 3. 4. *et* 8. *conclusion.* et Zevallos *in pract. commun. contra comm. lib.* 4. *quæst. fin. n.* 172. *et seqq.* et melius *n.* 295. *et seqq.* et Covar. statim citandus, et doctissimus atque diligentissimus Præceptor noster Solorzan. *in tractat. de jure Indiar. lib.* 2. *cap.* 20. *à n.* 1. *seqq.*

Et Theologi omnes hanc eamdem opinionem communiter sequuntur post Div. Thom. *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 8. Joan. Major. *in* 2. *distin.* 44. *q.* 2. *et* 3. Albertinus *in rubr. de hæreticis, lib.* 6. *q.* 8. Gines Sepulbeda *in objection.* 10. *contra Episcopum de Chiapa.* Alphons. à Castro *de justa hæretic. punit. lib.* 2. *cap.* 14. Dom. Soto *in* 4. *distinct. quæst. n. art.* 1. *pag.* 162. Salmeron. *tom.* 12. *tract.* 38. *vers. Deinde, pag.* 323. Cardinal Bellar. *lib.* 5. *de Roman. Pontific. cap.* 7. Becan. *in sum. tom. c.* 13. *quæst.* 4. *num.* 12. *et seqq.* Fr. Ant. à Cordoba *in quæst. lib.* 1. *quæst.* 57. *dub.* 4. *vers. Tertia pars, et dub.* 6. *versic. Quæritur dictum*, Gabr. de Valen. 3. *tomo, disp.* 1. *quæst.* 10. *punct.* 6. *column.* 4. 10 post Cajetan. 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 8 *column.* 254. Tabiena *in summa lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. Pater Ledesma 2.

tomo summæ, tract. 1. *cap.* 3. Torres. *de fide, art* 8. *dis.* 51. *dub.* 2. Thomas Sanchez *in summa, tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 4. et novissimè Pater Suarez *de fide, disp.* 18. *sect.* 2. *n.* 8.

Covar. *in regula peccatum*, 2. *part.* §. 10. *num.* 13. † *vers. Quarto licitum, et* §. 11. *num.* 5. *vers.* 166
Fateor planè, ubi cum Div. Thoma, et aliis Theologis docet, Christianos non posse, nec debere impediri justè in prædicatione Christianæ fidei, et quod si impediantur Christiani ipsi, eis fit injuria, ad quam propulsandam, possunt justum bellum Principes Christiani movere ; vel quando infideles moniti, ab Idolorum vano cultu se non abstineant, ubi impedimentum affert Religioni Christianæ, et Legis Evangelicæ prædicationi.

Domin. Bannez *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 10. *column.* 527. *versi. Tertia et quarta conclusio* ; ubi concludit, infideles etiam non subditos jure compelli, † 167
ne ullo modo Christi fidem impediant, atque inde si nuntium Evangelii perveniat ad exteras, et barbaras Nationes, et impediatur prædicare populis à Principibus illarum Nationum ; tunc posse Principem Christianum, ut ministrum Pontificis debellare illos Principes, ne impediant prædicationem, quia non est hoc compellere ad audiendum, sed defendere innocentes, quosdam quidem ad prædicandum jus habentes, alios verò similiter jus habentes ad audiendum legem Evangelicam, quia utrique vim patiuntur in suo jure.

Pater Ludovicus Molina *de justit. et jure, tract.* 2. *disp.* 105. *et in materia de Fide, quæst.* 10. *art.* 8. ubi concludit, quod * cum Christiani jus ha- 168
beant denuntiandi Evangelium ubique terrarum, pariter quoque potestatem habent, concionatores ad quoscumque infideles deferendi, et infideles ipsos cogendi, non quidem ut Evangelium suscipiant ; sed ne impedimento sint, tam prædicatoribus, quominus illud deferrent, quàm etiam suis gentibus, aut vassallis, quominus illud audiant, suscipiant et juxta illud vivant ; nempe quoniam sit necesse ad violentiam illam et injuriam illatam propulsandam. Et quo hoc fine etiam invitis ipsis infidelibus potest Rex Christianus cum navibus ad eos accedere, tamdiuque et cum ea potentia in eorum portubus, et terris commorari, quamdiu, et quantum necesse fuerit, ut hoc turbi faciant ; atque † 169
levetur violentia : quod si gentes aliquæ, aut Reges, et Dynastæ resistant et impediant, fas esse nobis Christianis, bello illos oppressores coercere, injuriamque Fidei, et Evangelio in ea parte illatam reprimere, et amovere.

Pater Joan. Azorius 1. *tom. institut. moral. lib.* 8. *cap.* 26. † *vers. Septimò quæritur*, quem sequitur 170
et transcribit Frat. Thom. à Jesu, *lib.* 5. *de procurat. omnium gent. Salute* 1. *part. dubio* 3. ubi post alios resolvunt, non solùm infideles Christianis Principibus subditos, verùm et quoslibet Paganos et Barbaros, etiam non subditos, ad audiendum Christi Evangelium compelli posse, quia non ideo dici debet, quod ad credendum etiam compellantur, atque ideo negari non potest, quod si viri probatæ vitæ, et spectatæ virtutis mittantur ad Christi Evangelium Paganis annuntiandum, jure naturali digni essent, quod audirentur, nec jure ullo Paganorum, Princeps, aut prohiberet, quominus qui velint, Evangelium audirent, aut idoneos Christi nuntios, aut præcones et interpretes impediret, ne illud annuntiarent ; alioqui enim his, aut illis vim et injuriam manifestam adferret, ad quam propulsandam Christiani Principes tenentur.

Magister P. Lorca *in* 2. 2. *art.* 8. *quæst.* 11.

171 *sect.* 3. ubi * pluribus probat, omnes infideles indistinctè compelli posse, ne fidei, et ejus Prædicatoribus injuriam, violentiam, et impedimentum inferant.

Seraphinus Freitas *de justo Imperio Asiatico*, *c.*
172 9. *numer.* 6. *et* 7. inquit, quod * licet infidelium debellatio non omninò justificetur ob id tantum, quod fidem audire recusent; benè tamen admittere Doctores ab eo citatos, quod si Prædicatoribus Christianis prædicationem impediant, aut alios
173 volentes † illam audire, et forsan fidem suscipere, ad nos accedere prohibeant nec sinerent Prædicatores loqui verbum Dei sine vi, aut fraudibus volentibus audire; jure posse Christianum Principem eorum violentiam, etiam armis propulsare, quia omninò semper manet jus integrum Ecclesiæ ad prædicandum in quolibet Regno, et ad defendendum innocentes, id est, particulares personas, quæ voluerint audire verbum Dei Evangelicum.

Et novissimè Ægidius Benedictus *in l. ex hoc jure*, *ff. de just. et jure*, *cap.* 3. *n.* 16. ubi pluribus Doc-
174 toribus * relatis probat, posse Summum Pontificem mittere Prædicatores in mundum, et subjicere alicui Principi Christiano eos, qui Prædicatores non acceperint, vel injuriosè et malè affecerint, ad quod allegat Bellarmin. *lib.* 1. *de Rom. Pont. cap.* 9. *et seqq.* Patrem Suarez *lib.* 1. *contra sectam Angelicam*, *cap.* 10. affluenter quidem rem hanc tractat diligentissimus præceptor noster D. Joan. à Solorzano *de jure Indiarum*, *lib.* 2. *cap.* 20.

Quo pertinet quod eleganter dixit Joseph à Costa *lib.* 2. *de procuran. Indorum salute*, *cap.* 13. hoc
175 † jus ab ipso omnium conditore Deo conditum videri, ut quæ Christiani à Deo didicerunt, doceant et ipsi omnes mortales, quorum salutem optare, et quærere debent; qui enim dixit: *Ite in mundum universum, et prædicate Evangelium omni creaturæ;*
176 certè liberum aditum quocumque terrarum * aperire voluit, quem, qui nobis præcludere velit, et Summi Dei Prædicatores ac legatos inauditos à se relegant, et ejiciunt, et contra jus divinum et naturale, et contra salutem suam facere, putandi sunt; sequitur etiam Solorzan. *ubi proximè sub n.* 4. *vers. Idem*
177 *sentit.* Atque ideò cum hoc † tendat contra jus divinum et naturale, omninò tenetur Princeps Christianus eodem jure naturali adstrictus, violentiam repellere, et innocentes ab injuriis illatis defendere, et protegere, ut hactenus à princip. hujus cap. latè comprobavimus, et uberius *in tract. de Reg. protectione*, 1. *p. c.* 1. *per totum*, *et c.* 2. Quia ex debito
178 officii Regii tenentur omni jure Principes Christiani * Ecclesiam, cultum Divinum, ejus dogmata Catholica, et Religionem defendere, et omni studio, et conatu auxilium suum præstare.

Hinc provenit (de quo à doctissimo quodam Se-
179 natore Supremo fuit * semel consultum) quod Indi et alii noviter ad fidem conversi miserabilium personarum numero haberi solent, eorumque privilegiis uti et gaudere debent, ex doctrina Innocentii *in c. Judæi de Judæis*, Barbatia *in c. significantibus de officio deleg. in fin.* et Palacius Rub. *in repetition. cap. per vestras*, *notabil.* 2. 11. D. Joan. à Solorzano *de jure Indiar.* 3. *part. c.* 7. *numer.* 50. Et ideò eorum protectio et defensio à violentiis et oppressionibus maximè commendata est à Nos-
180 tris Catholicis Regibus † per varias, et multas cedulas Regias, quarum verba recenset Solorzan. ubi proximè *lib.* 3. *c.* 6. *à numer.* 26. *cum multis sequentibus*, videndus.

Prout generaliter in jure hujusmodi gentium noviter ad fidem nostram conversarum protectio
181 * et defensio à violentiis commendatur, ut miserabilium personarum, sicuti satis constat ex *Extravaganti* 2. *de Judæis*, *inter communes*; ubi Pontifex statuit, eos molestandos non esse, nec suis bonis privandos, præcipitque Rectoribus, et singulis officialibus, ne ullam illis molestiam inferant, nec ab aliis inferri permittant, sed imò ipsos à molestiis, et injuriis protegant, et defendant, ut sic de servitute ad libertatem transisse cognoscant, et percipiant, ne redire prætextu nefandicitatis horribilis, et tædio affecti ad amissam perfidiam compellantur, Rebuf. *in tract. de sentent. provisionali*, *art.* 3. *glossa ultima*, *vers. Decimo quarto*, Solorzan. *de jure Indiar. lib.* 3. *cap.* 7. *à numer.* 28. de quo etiam videndi sunt, Mascard. *in tract. de Judæis et infidel.* 1. *p. cap.* 2. et Roland. à Valle *cons.* 25. *volum.* 3. Paschal. *de viribus patriæ potest.* 1. *p. cap.* 7. *numer.* 14.

Atque tandem in hujus Regiæ protectionis jus-
tificatione illud † ponderandum erit, ut cum hæc 182
violentiarum cognitio, atque ad Principes Supremos recursus universalis sit, eòque utantur omnes nationes, in cunctis Christianæ Religionis Ditionibus, Regnis, et Provinciis, ut adnotavimus *dict. tract. de Regia protection.* 1. *p. c.* 1. *à num.* 159. *cum seqq.* à ratione naturali inductus, et ab omnibus gentibus postulatus, et ob publicam utilitatem inventus; pro jure quodam gentium haberi debet. ut et benè Conanus dixit *lib.* 1. *comment. cap.* 5. *n.* 8. ibi: *Hodie si quid novi excogitatum fuerit, quo agnito, et sponte sua, et libenter omnes utantur, diceretur esse juris gentium, cum ratio naturalis id apud cunctas Nationes constituerit*, etc.

Ad quod mirificè addidit Antonius Faber *jur.*
pruden. Papinian. *tit. de jure natural. princip.* 4. 183
illation. 1. ibi: *Nam cùm ex ratione * naturali semper æstimandum sit jus gentium; parum refert, an quod ratione naturali primum comparatum est, ab omnibus populis sit receptum, nec ne, ut juris gentium esse, vel non esse existimetur: fieri quidem potest, licet rarius, et difficilius, ut illa etiam quæ * naturalem* 184
rationem habent, et ad communem omnium gentium utilitatem pertinent, non tamen ab omnibus sint recepta, idque propter specialem aliquam et propriam rationem, etc.

Ideòque ista hæc universalis observatio, gen-
tiumque mos justus et legitimus * haberi debet 185
et sequi, *l. Labeo*, ibi: *Morem gentium sequi debemus*, *ff. de statu liber. l. quidam referunt*, ibi: *A majoribus nostris observatur*, *ff. de jure codicillorum*, *l. si quis donationes*; ibi; *Quoniam ita usitatum est*, *ff. si ususfruct. petatur*, *l. filii ad Macedonianum*, *l. Julius*, *ff. eodem*, *cap. cum venissent*, *de institution.*

Maximè cum semper fuerit à tot tantisque doc-
tissimis piisque viris, † tam Jurisperitis, quàm 186
Sacræ Theologiæ Professoribus, ut vera recepta et fulcita opinio (quos in unum conjecimus infra *cap.* 2. à prin.) quorum assertio apud omnes disputata, securum et justum reddit hunc recursum, juxta *l. athelas*, ibi: *Ita omnes opinantur*, *ff. de iis qui not. infam. l.* 1. ibi: *Crebrius apud veteres opinio*, *ff. de officio quæstoris*, *l.* 1. *de eo qui sibi, vel hæredibus suis*, ibi: *Cùm inter sapientes super hac quæstione fuit disputatum*, etc. Quo quidem tutam Regis nostri reddi conscientiam, altiùs comprobavimus *cap. seq. num.* 53.

Fundatur quippe hoc jus gentium, † et iste 187
Principis recursus in lege naturali, quâ violentia damnatur, ac vim vi repellere permittitur (ut sæpè dixi *de Reg. protect.* 1. *part. cap.* 1. *per totum*) Sed id quod in legem naturalem committitur, vel in Divinam, † in omnium tendit injuriam, *l. Mori-* 188
chos,

chæos, *versiculo At primum*, *C. de hæreticis*, *l.* 4. *tit.* 5. *lib.* 16. *Cod. Theodos.* Bartol. *in l. Gallus*, §. *ille casus. numer.* 3. *de liberis et posthumis*, *c. urgentis*, *ubi glossa de hæretic.* Justus Lipsius *lib.* 4. *civilium doctrin. cap.* 3. Salvian. *de gubernation. Dei*, *lib.* 4. Melch. Junius *quæst. politic. part.* 3. *quæst* 94. Anneus Robertus *rerum judicat. lib.* 1. *cap.* 12. Lelius Zechus *in tractat. de Princip. cap.* 5. *n.* 1. Solorzan. *de jure Indiar. lib.* 2. *cap.* 13. *numer.* 7. *et* 8. doctissimus et insignis vir D. Joan. Baptista Valenquela Velasq. Regii Supremi Senatus dignissimus *in Monito contra Venetos* 7. *part. nu.* 117. et Petrus de Aragon. *in* 2. *quæst.* 10. *art.* 3. *versiculo Secunda conclusio*, ubi ait : Quòd quotiescumque
188 aliqua Respublica, † vel ad Idolatriam vergit, vel ea innocentes opprimantur, atque injuria afficiantur ; licitum est unicuique, illos bello, et armis defendere, lege naturali id ordinante, ut ejus observantia salva et libera maneat, et idem quoque probant supra citati Doctores, Cajetan. 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 1. Gregor. Lop. *in l.* 2. *tit.* 23. *part.* 2. *glossa magna versiculo tertio* ; *in fin.* Covar. *in reg. peccatum*, 2. *part.* § 10. *n.* 1. *vers. tertio*, *in fin.* Marta *tract. de jurisd.* 1. *part. cap.* 24. *num.* 28. Mascard. *in tract. de infideli.* 3. *p. cap.* 41. *num.* 39.

Debent namque homines, vel sola humanitatis, et cognationis naturali ratione cogente,
189 * aliorum hominum mores ad bonum dirigere, et injurias atque oppressiones, quas sub tyrannorum jugo patiuntur, pro viribus impedire, atque vim passos defendere ; ut optimis exemplis ostenditur Machabæor. *cap.* 1. 3. *et* 4. Zachariæ *cap.* 14. *et* Oseæ *cap.* 10. et communiter notant Bartol. et Doctores *per text. ibi in l. ut vim*, *ff. de justitia et jure*, *l.* 1. *ff. de iis qui sunt sui vel alien. jur. l. si servus ea lege*, *ff. de servis*, *exportat. l. metum*, 9. § *sed licet*, *ff. quod metus causa*, *l. non tantum* 6. ibi : *Humanitatis ratione*, *ff. de appellat. l. culpa caret*, *ff. de reg. juris*, *l.* 1. §. *sed*, *meo*, *ff. ad Sylvianum*, *c. quinto*, *de sententia excomm. c. delicto*, *eodem tit. lib.* 6. junctis aliis, quæ observant Div. Ambros. *lib.* 3. *officior. cap.* 3. Divus August. *lib. de morib. cap.* 27. Marcus Mantica *lib.* 4 *observat.* 36. Tiraquel. *de pœnis temperand. causa* 24. Menchica *in præfatione controver. illustr. nu.* 2. *et seq. et lib.* 1. *c.* 8. *ex num.* 18. *et c.* 16. *num.* 10. *et c.* 21. *numer.* 29. *et seq.* Pinel. *in rubr. C. de rescin.* Cujacius *in recitat. posthum. ad dict. l. ut vim.* Babadilla *in politica*, *lib.* 5. *cap.* 2. *nu.* 2. *litt. D.* in pulchro casu resolvit. D. Soto *in* 4. *dict.* 5. *quæst. art.* 10. quem sequitur Gabriel. *in* 4. *dist.* 4. *quæst.* 2. *art.* 3. Victor. *in* 2. *relection. de Indis.*

Quibus arridet Justus Lipsius *lib.* 5. *civilium*
190 *doctrin. cap.* 4. ubi inquit : *Nec similis* * *ratio in oppressis, quos si gravior aliqua vis, aut extrema tyrannis urget, videtur cogere te communis societatis vinculum, ut adjuves*, et Salom. *Proverbior. c.* 14. *Erue eos, etc et qui trahuntur ad interitum liberare necesse est*, etc. consonat Cicero *l.* 1. *officior.* dum ait : *Qui enim non defendit*,
191 *nec obsistit injuriæ, si potest, tam est* † *in vitio, quàm si parentes, aut patriam, aut socios deserat* ; quod et probat Divus Anastas. et Damascen. relatus *in c. qui potest observare*, *et perturbare* 23. *quæstio.* 5. Sicut enim vitium est et peccatum non defendere oppressum vim patientem, quia peccat contra le-
192 gem et virtutem fortitudinis ; ita istius † est virtus obviare injuriis : ita eleganter argumentatur D. Ambrosius *de officiis lib.* 1. *cap.* 36. transcriptus *in c. non in inferenda* 23. *quæst.* 3. in hæc : *Non in inferenda, sed in depellenda injuria lex virtutis est ; qui enim non repellit à socio injuriam, si potest, tam est in vitio, quàm ille qui facit ; unde Sanct. Moyses hinc prius ortus est tentamenta bellicæ fortitudinis : nam cum vidisset Hebræum ab Ægyptio injuriam accipientem defendit, ita ut Ægyptium prosterneret*, etc. In cujus text. commentario plurima ad propositum congessit Doctor Navar. ubi late *tract.* 1. *et* 2. Reges ad hanc virtutem † fortitudi- 193
nis teneri, in obviandis oppressionibus et violentiis, ac de vitiis et peccatis, quæ in omittendo perpetrantur disputat. Hæc namque fortitudinis virtus exercenda, ubi urget necessitas, plena justitiæ est, ut probat *text. in c. fortitudo*, *quæ vel in bello tuetur à Barbaris patriam*, *vel domi defendit infirmos*, *vel si à latronibus et socios plena justitiæ est* 23 *quæst.* 3. et est doctrina Div. Thom. *in Epist. ad Rom.* 23. *cap.* 13. *lection.* 1. ibi : *Principes tributa recipiunt*, *quasi* † *stipendia sui ministerii*, 194
laborant enim ad omnium pacem, *et quietem servandam* : *peccant autem Principes*, *si utilitatem populi non procurant.* Lucas de Pen. *in l. quicumque C. de omni agro.*

Quantò igitur urbanius mellitiusque Principi hæc protectio, † et defensio vi oppressorum 195
debita est, qui tam suum jus, quàm suorum vassallorum in injuriis et oppressionibus sedandis ex debito et necessitate Regalis officii prosequitur, cum ad id in genere et in specie præcisè teneatur, prout à principio hujus capitul. latiùs comprobavimus ; non immeritò igitur sibi omni jure naturali et positivo licere atque ea uti in necessitatibus teneri ; ut sic Rex noster obvians inquietis, imperantibus Reipublicæ, statusque spiritualis et Ecclesiastici turbatoribus, miseros opprimendi duntaxat causâ commotis, dicere valeat cum Job. 29. *c. versic.* 17. *Conterebam molas iniqui, et de dentibus illius auferebam prædam.*

Ex hoc principio juris naturalis, quo Prin-
ceps tenetur * non pati subditorum violentiam, 196
deducitur praxis quotidiana hujus Supremi Senatus expedientis litteras, ut Novitius ante professionem in tuto et libertate ponatur, quoties timetur per nimias persuasiones Religiosorum cogi ad professionem, ex eo quòd nimiæ persuasiones et importunæ preces * vim inferunt, et reddunt 197
actum omnino involuntarium, *l.* 1. §. *persuadere*, *ff. de servo corrupt.* ibi : *Persuadere est plus quàm compelli*, *et cogi sibi parere*, *l.* 4. §. *si quis volentem*, *ff. de libero homin. exhibendo*, *l.* 1. *C. ne filius pro patre*, *l.* 5. *C. de Apostat. l. unica*, *C. de raptu virgin. l.* 1. *tit.* 19. *part.* 7. ibi : *Como manera de fuerça*, *es solsacar.* Imò assueta persuasio, plus est, quàm compulsio, prout copiosè exornant, ex Oldrado, Castren. Deciano, Craveta, Curtius Junior, Petrus Surdus *cons.* 373. *à n.* 14. *cum seq.* Mantica *de conjectur. ultim. voluntat. lib.* 2. *tit.* 7. *n.* 4. Mieres *de majorat.* 1. *part. q.* 25. copiosè et abundè Castillo *l.* 3. *controver. à n.* 118. *cum multis seqq.* et iterum ipse Castillo *lib.* 4. *cap.* 22. *n.* 81. *cum multis seqq.*

Quare ad tollendam hanc violentiam Novitiis factam, Senatus suam authoritatem interponere
* solet, prout de hac praxi testatur etiam Pater 198
Enriquez *de Pontific. clave. cap.* 19. §. 3. in hæc : *Si in adolescentis admissione ad Religionem esset suspicio de morali quadam violentia per importunas preces*, *aut de fraude sub specie pietatis* ; *datur provisio in Senata Regis*, *ut Novitius in domo alicujus tuta*, *aut in ipso Templo constituatur in libertate per triduum*, *et exploretur ejus voluntas*, *an liberè et scienter velit in monasterio perseverare*, etc.

Et tandem obiter erit adnotandus Augustinus Barbosa, dum *in c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ* 199 *de constit. ex numer.* 7. aliqua * minus urgentia fundamenta exaggravit, contra recursum ad Regem; quibus aliisque multò fortioribus à nemine hactenus consideratis, sed à me ipso noviter inventis, valdè, et efficaciter probavimus responsum *in tractat. de Regia protect.* 1. *part. c.* 1. *per totum*; quæ singula omnia et Nos novissimè allegans recopilavit Castillo *in tract. de tertiis, cap.* 41. *à n.* 163. *cum multis seqq.* Ad hunc nempè finem impugnandi Augustinum Barbosam scribendo signanter singula Nostra Responsa, ad diluenda argumenta ejusdem, qui reperè non callens naturàm recursûs, qualitatem, modum, et formam procedendi in remedio violentiæ (vel quia semper abfuit ab Hispania, et ejus Tribunalibus Supremis quibus hæc materia cuditur, et legitimus procedendi modus agnoscitur, indeque justitia recursus delegitur et in Romana Curia residebat, vel adulandi forsan gratiâ, vel potiùs (ut ego rectius arbitror) ineptiæ, eò quòd in proprio negotio suus adversarius contra illum usus fuit hoc recursu in Regno Lusitaniæ) recessit à communi tantorum priorum Doctorum tam Sacræ Theologiæ, quàm Juri-prudentiæ Professorum, recursum hunc provenientem ex fonte perenni juris naturalis, ad bonum regimen, pacem et tranquillitatem Reipublicæ, et ab immemorabili observantia, stylo et praxi omnium Catholicorum Regnorum munitum comprobantium: et licet aliqui Theologi adversus recursum aliquid insurgere voluerunt, ignari formæ procedendi, et non ex regulis generalibus excludentibus jurisdictionem Ecclesiasticam à judicibus laicis, quæ nihil pertinent, nec obsunt recursui violentiæ; adhuc tamen et ipsi non fuerunt ausi penitus illum reprobare, et agnoscentes, non esse vi oppressis tollendam defensionem, quam præstare suis vassallis tenetur Rex omni jure. Ideò amplius non curamus respondere Barbosæ, contenti iis, quæ in eum insurgit Castillo loco citato, ex nostrismet doctrinis, et fundamentis.

§. UNICUS.

De justitia Retentionis Litterarum Apostolic. ob longam Hispaniæ distantiam, aditumque difficilem ad Sedem Apostolicam urgente necessitate, instanteque scandali periculo exequendi interim easdem in perniciem Reipublicæ.

SUMMARIUM.

1 *Pro utilitate communi recepta recepta sunt contra rationem disputandi.*

2 *Retentionem litterarum ob difficilem aditum ad Sedem Apostolicam, et longam distantiam, omnes fere Doctores justificant.*

3 *Retentionis litterarum Apostol. Regalia omnes totius Orbis Christiani Principes utuntur.*

4 *Regi Catholico pro omnibus prioribus ratio superadditur difficilis recursûs ad Sedem Apostol. ad justificandam retentionem litterarum, cum Hispaniarum Reges in ultimis Europæ, et Orbis finibus siti sint.*

5 *Suppositio litterarum Apostol. si à Sede Apostol. spectetur, de nihilo procederet, cum non nisi pro casu violentiæ, et scandalo urente accedere ad Hispaniarum posset.*

6 *Si Italiæ ditionibus prope Romam existentibus recursus ad Principes licitus est; multò magis Regalis Hispaniæ pro eâ ab ea distantibus.*

Observatio Castilli Borelli ad idem adnotatur, ibi.

7 *Eam provinciam longè distare à Romana Curia dicitur, quæ extra confines Italiæ sita est.*

8 *Text. singularis in cap. cum longè* 23. *distin. adducitur expressè probans longè distare Hispaniarum Regna à Curia Romana, et signanter Regnum Galleciæ, eoque difficiliorem aditum.*

9 *Ob difficilem aditum ad Sed. Apostolic. licitus redditur recursus ad Regem pro suspendenda interim executione litterarum.*

10 *Executor specialiter datus à Sed. Apost. ad executionem litterarum nullum habet in Regno superiorem, ad quem recurratur earum suspensione.*

11 *Recursus quando ita facilè haberi nequit ad Sed. Apost. potest recurri ad Regem pro litterarum suspensione, donec Pontifex consulatur.*

Jacobi de Cressis singularis observatio ad id refertur, distinguens inter Regna remota, et proxima Curiæ Romanæ, ibidem.

12 *Retentionem litterarum, adeò justam reddit longinquitas Regnorum, et difficilis aditus; ut etiam Doctores qui eam impugnant legitimam rationem esse expresse fateantur.*

13 *Patronus qui Ecclesiam devexit, pro removenda dissipatione bonorum Ecclesiæ potest recurrere ad Regem.*

14 *Tex. in cap. administratores, etc. Princeps, et alia jura ponderantur per Martam et seqq.*

15 *Principis officium est liberare vi oppressos.*

16 *Res et personæ Ecclesiasticæ in tuto esse non possunt, nisi eas et Regia, et Sacerdotalis regat potestas.*

17 *Ob difficilem aditum ad Sedem Apost. et locè distantiam recursus habetur ad Principem secularem. Observatio Martæ refertur.*

18 *Periculum ubi est in mora, multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.*

19 *Propter periculum moræ quis subjicitur judici non suo.*

Et ob moræ periculum non est consulendus Summus Pontifex, ibidem.

20 *Dianæ observatio dicentis posse Monachum pro sublata violentia recurrere ad Regem, quando ejus Prælatus longè distat, et instans est gravamen vel captum jam.*

21 *Periculum ubi est in mora posse Clericum pro auferenda violentia recurrere ad Regem, absque metu censurarum, agnoscit Diana.*

22 *Prælatos Ecclesiasticos inobedientes mandatis Regis non posse ejici à Regno, dixit Diana.*

De cujus tamen opinionis veritate legendi sunt Doctores remissivè hic laudati, ibidem.

23 *Ob longam distantiam, et imminens periculum in mora posse Regem Prælatos inobedientes à Regno expellere, agnoscit Diana.*

24 *Scandalum et periculum Reipublicæ, quando timetur, et Pontifex consuli non potest, recurri posse ad Regem, firmat Diana.*

25 *Ad defensionem justam conditio necessaria est moderatum inculpatæ tutelæ.*

26 *Conditiones petitæ à Pisano pro justitia recursus ad Regem, concurrunt omnes in violentiis illatis per Judices Ecclesiasticos in Regnis Hispaniæ longissimè distantibus à Sede Apostol.*

Si ad Sedem Apost. recursus detur, et ab ea remedium expectandum, nequaquam his Matæ defe-

sio naturalis prodesset, ob tam longuam distantiam, et difficilem aditum, num. 27.

Deteriorisque inconvenientiis, sumptibus et vexationibus ansa et occasio præberetur, n. 28.

Rationes longæ distantiæ, difficilis aditus, periculi minantis, et urgentis necessitatis efficaciter urgent in Hispaniarum Regnis, ob executionem litterarum Apostol. in damnum publicæ utilitatis obtentarum, n. 29.

Necessitas urgens, et periculum minans, indiscreta et accelerata executio occasionem præbent vi oppressis impulsu naturæ licitum aliunde remedium quærendi, num. 30.

Dispendia longè majora considerantur in remotis locis, quàm in proximis, num 31.

Hispaniam in extremis terrarum sedere, esseque principium et finem Europæ, et universi Orbis, apud omnes Geographos constans est, n. 32. *et seqq.*

Prophetiam Isaiæ c. 18. *loquentem de extremitate terrarum in Hispania verificari, declarant plures DD. num.* 33.

Spania (nomen Hebraicum significans quid absconditum) fuit appellata Hispania ob ejus remotissimum situm, num. 34.

Insula Cadiz vocabatur Gadeira *Græcè, significans extremitatem terræ, n.* 35.

Sacrum promontorium (Cabo de S. Vincente) Europæ et Orbis terminus est remotissimus, nu. 36.

Epitaphia notabilia sepulchrorum recensentur; quibus Hispania extremitas Orbis appellatur, n. 37. 38. *et* 39.

Cantabria sita est in extremitate terræ, et Orbis, num. 40.

Item Provincia Hispalensis, num. 41.

Item Regnum Galleciæ (Authoris nobilissima patria) ubi est Promontorium Finis terræ. *Sic dictum ob terræ universæ finem, numer.* 42.

Nomen rei convenire debet, num. 43.

A nomine arguimus, cùm talis quis præsumatur, qualis denominatio demonstrat, n. 44.

Promontorium Finis terræ *Regni Galleciæ semper, et usque adhuc conservavit hoc nomen, ibid.*

Roma cùm sita sit in medio Regnorum Christianorum Europæ, pernecesse longe distat ab Hispania sita in ejus extremitate, num 45.

Sedes Apostolica semper recognovit extremitatem Hispaniæ, longum iter, et difficilem aditum, quam ideò excusavit in multis non recipientibus dilationem, n. 46.

Hispania nunquam destitit recognoscere Christi Vicarium uti caput Ecclesiæ universalis, n. 47.

Hispani Catholici antiquissimi gubernabantur cum aliqua independentia à Sed. Apostol. ob terrarum distantiam, et inconvenientia in tarda negotiorum expeditione et recursu ad eam, n. 48.

Pontifices antiquitus creabant Legatum à latere quem Prælatum Hispaniæ, ad evitanda inconvenientia, et dispendia causata ob necessitatem recurrendi ad eos, num. 49.

Plurima Concilia celebrata fuere in Hispania, ad quorum Congregationem, et decretorum observationem, nunquam adita fuit Sedes Apostol. ob longam distantiam, et tardam negotiorum expeditionem, num. 50.

Nec in causis criminalibus, et depositione Episcoporum ad S. Apostol. recurrebatur, num. 51.

Nec ad ipsum appellationes interponebantur, sed causæ penitus finiebantur in Hispania, ibidem

Assertio Gerberti Episcopi Remiensis, dicentis, interiora Hispaniæ Papæ judicia nescire, declaratur, n. 52.

Ex notissima difficultate aditus ad S. A. ob tam longam et remotam distantiam, et iter non tutum, sed plenum maris et terræ periculis, justitia legitimi recursus ad Regem pro interim retinendis litteris Apost probabiliter, et securè deducitur, n. 53.

Pro utilitate communi plura recepta sunt contra rationem disputandi, n. 54.

Publicæ utilitatis causa etiam naturali juri derogatur, num. 55.

Publicæ utilitatis ratio quando urget, Ordo est, ordinem non servare, num. 56.

Ob necessitatem publicam urgentem, et periculum imminens jura transgredi, et licita, licet judicentur aliàs prohibita, n. 57.

Ob necessitatem urgentem actus fieri possunt omissa solemnitate, et consensu alterius aliàs requisiti et necessarii, num. 58.

Licentia Papæ requiritur in oppositione tributorum comprehendente Clericos, etiam ad bonum et utilitatem communem et publicam, numer. 59.

Aditus ad Sedem Apostol. quando urget necessitas publica, et imminet periculum, non requiritur, ut Princeps petat à Clericis contributionem, n. 60.

Necessitas habet secum dispensationem annexam cujuscumque prohibitionis, num. 61.

Necessitas quando urget, et periculum est in mora, facultatesque laicorum non suppetunt notoriè, non consulitur Sedes Apostol. pro imponenda contributione, n. 62.

Si ob moræ periculum, et damnum publicum inevitabile consensus Papæ haberi non potest, præstitus hoc casu à Papa intelligitur, numer. 63.

Periculum instans, et distantia locorum excusat ab Ordinis postulatione, n. 64.

In retentione Bullarum, de qua in Hispania versatur urgens necessitas, minans aut imminens periculum in mora, difficilis aditus ad Papam ob extremitatem locorum, n. 65.

Exemptio Clericorum, et eorum bonorum non extenditur ad necessitatem naturalis defensionis, num. 66.

Occurrere urgentibus necessitatibus juris naturalis est, à quo nulla potest persona excipi, ib.

Jus naturale caret lege permissiva, prohibitiva, et consultiva, ibidem.

Necessitas et periculum in mora tribuit jurisdictionem non habenti, n. 67.

Exempti si non habent judicem in Regno, apud Regem conveniuntur, ne in eo deficiat justitiæ administratio contra commune bonum, et in detrimentum populi, n. 68.

MULTA *autem jure civili contra rationem disputandi pro utilitate* * *communi recepta* 1
esse, innumerabilibus rebus probari potest, docet Consultus *in l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil.* et Pontifex *in cap. Abbat. §. fin. versic. Præsertim cùm nonnulla pro utilitate communi contra juris asperitatem ex æquitatis mansuetudine tolerari noscantur de sententia et re judicata, lib.* 6. Omnes ferè Doctores, præsertim Hispani tractantes * de 2
justitia recursûs ad Regem pro tollenda violentia illata à judicibus Ecclesiasticis, inter alias rationes communem utilitatem, et bonum publicum pertingentes, ei amplius nituntur, quam honestare, et qualificant difficiles aditus ad S. Apostol. ob longissimam abhinc distantiam, et periculum imminens, urgentemque necessitatem, quæ nullatenus patitur dilationem, ut per Nos videre est abunde, *in tract. de Regia protect. 1 part. c. 1. præludio 3. à num. 99. cum seqq.* ubi per plurimorum

jurium

jurium ponderationem, rationes, et Doctorum allegationem hunc articulum accuratè resolutum reperies.

Quæ ratio fortior est, et præstantior in regit in
3 hac, quæ versatur retentio temporalis : quæ licet * tribuatur omnes totius Orbis Principes Christiani, sicuti ex aliis plurimis Doctoribus allegatis infra *in c.* 2. *n.* 5. *et seq. n.* 25. *et* 37. *et hac* 1. *part.* ex fundamentalibus rationibus scriptis partim per Doctores, partim per Nosmet noviter et utiliter consideratis *in c.* 1. *et seqq. hac* 1. *part.*

Adhuc tamen Regi nostro Catholico præter ge-
4 neralia fundamenta omnibus Christiani Orbis * Principibus communia hoc aliud impenetrabile superadditur, quod Hispaniarum Regna in ultimis Europæ, Orbisque et terræ finibus sita sunt (ut mox apparebit) et longissimâ distantia à Romana Curia, cujus aditus ob id difficillimus redditur; et non nisi post longissimum temporis spatium, maximisque, et novissima terræ ac maris pericula; à qua
5 impossibile foret remedium sperare, * nisi jam demum litterarum suarum executione peracta, violentia illata, et scandalo jam ruente, et jacturam Reipublicæ operante : quippe executores earum, velut fulgor ad executionem, et inde ruinam populi festinanter currant; quibus si celeriter et opportunè non occurreretur, per hoc salubre (et à instrastatorum, et brevi duraturum) præsidium retentionis (quo illorum furor definetur et moderatè per omnia temperatur) ut in executione tali pravo Christiano nociva, et scandalosa superveniant in terris dumtaxat, quod de inconvenientiis, periculis, et damnis (juxta Canonum permissiones, de quibus infra *c.* 3. per totum) consulatur Beatissimus Pontifex et super humilem supplicationem certius de veritate et legitima causa instruatur, et interim spes remedii quàm Reipublicæ magis congrui, et conveniens; certè periclitaretur Ecclesiastica libertas, et scandalis ingeretur, atque inde pax Ecclesiæ et status Regni tranquillus turbaretur, quamvis non nisi incongruo tempore, et intempestivè possit à Sede Apostolica sperari remedium, quando jam nil prodesse potest nec aliquid proficere.

Hanc considerationem in iis terminis de recursu
6 ad Principem temporalem coercendi dirionum contemptionem ad Regem nostrum Catholicum, et Regna Hispaniarum reperio singulariter facisse Camillum Borrelum *in tract. de præstantia Regis Catholici*, *c.* 71. *à nu.* 58. qui *in num.* 59. sic ait : *Ne turbetur status Regni tranquillus præsertim subditorum Laicorum, maximè quia in hoc Regno Neapolitano, quod vicinissimum est Summo Pontifici, et Urbi Romanæ, qui statim adiri possit; cujus contrarium militat in Hispania, ut propter longinquitatem, et Romanæ Curiæ distantiam Rex, suique Magistratus modestè clericales contumelias, inter ipsos vertentes compescant;* etiam advertit Villalobos, etc.

Cujus assertio et ex eo justa redditur, quod
7 Nos in iisdem * terminis per alios Doctores adnotavimus *tract. de Regia protect.* 1. *part. c.* 1. *nu.* 200. *et* 201. ut ea provincia longè excipiatur à Romana Curia, quæ sita sit ultra montes, et confines Italiæ : pro
8 signanter loquens * de ut Hispaniarum Regna, quæ etiam nominatim de Regno Castellæ, ejusque patria Numantina *in c.* 1. *n.* 1. *et seq.* ex pluribus doctrinis in hac materia scitu dignissimis locis, ubi proximè allegatis, et ex aliis videlicet singulis hujus capituli hac 2. *p. n.* 46. *et seq.* Nec non ex ea doctrina Geographorum omnium provinces describendi, hoc ipsum clarius apparebit ad securitatem, et necessariam cautionem justitiæ Retentionis litterarum Apostolic. ab ipsamet necessitate inventæ in Hispania, et salubriter introductæ juxta jura gentium et instincta naturæ.

Idem etiam affirmat Flores de Mena *practicar. qu.* * *lib.* 1. *qu.* 12. *à num.* 3. ubi : *Ob vitandas* 9
infinitas lites et importunas molestias, et vexationes quæ Curialibus, aut ab aliis quotidie fiebant degentibus in remotis partibus, etc. Hoc ipsum in his terminis considerat Perez Bermudez *de Pontificis clave*, *in* 3. *tomo summæ, tractat. de Pontific. clave l.* 2. *c.* 16. §. 1. *in glossa, litt. D.* cujus observationem ad litteram refert nos hac 1. *part. c.* 2. *à n.* 70. et signanter *n.* 74. *et* 75. qui omnes Doctores ultra Conedum, et alios per Nos laudatos, *in tractat. de Regia protect. dict. c.* 1. *à n.* 99. in unum et idem firmiter conveniunt : recursum ad Regem fieri ex tam longa distantia horum Hispaniarum Regnorum à Romana Curia, ad quam difficillimum est, imò impossibile recurrere pro vitanda periculo minante, atque etiam tollenda † 10
violentia inferenda per executores suarum litterarum, nec eos cogere ad superadditum in executione, quotiès ad id subsit justa causa, et legitima à jure Pontificio approbata, ut publicum Regni detrimentum evitetur, cum nullum adsit in his Regnis superior delegatus specialiter datus à Papa, qui eo potestate uti valeat; ad quæ recte conducunt plurimæ Sacræ Scripturæ authenticæ cumulatæ *sacri c.* 1. *à num.* 3. *cum seq.* et præsertim illud Psalm. 81. *Deus meus es tu, ne discesseris à me : quoniam tribulatio proxima est, quia non est qui adjuvet.* Ex quibus verbis clarè colligat in tribulationibus proximis, quàm damnosa sit longa distantia, et discessus protectoris remotus.

Clarè etiam, et singulariter hoc probat Jacobus
de Grossis † *in decis. aureis*, *lib.* 4. *c.* 18. *n.* 119. 11
dum ibidem circa explicationem Bullæ Cœnæ Domini, ita ait : *Et cum timeatur magnum gravamen irreparabile, et non ita facile haberi potest recursus ad Sedem Apostol. tunc enim licitum est appellare, litterasque Apostol. retinere, donec ad Sedem Apostolicam recurratur; hoc intelligitur in partibus longinquis, secùs autem in proximis.*

Et hæc ratio difficilis aditus ad Sedem Apo-
stolicam, ob longam ejus * distantiam, adeò ur- 12
gens est ad justitiam recursus ad Principem sæcularem, pro tollenda instantanea violentia per executores litterarum inferenda; ut etiam hi Doctores, qui tepidè acquievernat Regio hujusmodi recursui, imò et hi, qui incautè, et intrepidè illum impugnarunt, adhuc ausi non fuerant eandem denegare; et vim, et efficaciam illius agnoscentes, apertissimè fatentur : quod ubicunque ratio hæc versetur, semper licitus erit justus et jure probabilis talis recursus, teste Marta *de jurisdiction.* 1. *part. c.* 4. qui *à n.* 28. ait : quo fit ut dicetur Ecclesiasticam potestatem deficere, si minimum absens fuerit summus ille Pontifex, à quo justitia obtineri debet, motus ex doctrina prudentissimi Nicolai Bobb. *in quodam suo consilio n.* 33. *post dec.* 181. Cacherani impresso, ipso quo et loco Marta rectè ponderat, et allegat text. *in c. nil vel modicum* 16. *quæst.* 7. quo canone cavetur, ut bonum ejus qui fundavit, vel dotavit Ecclesiam, si viderit ministrum ex eadem vel 13
aliquo delinquere, Episcopo corrigenda demandet, et si Episcopus [illegible], Metropolitano, Primati, Papæ [illegible] quod ipse Auctor ibi notat, [illegible], omnium, præsertim spiritua-

tualium Domino : solvit ex glossa ibi in verbo *Regis*, dicente, ut eum corrigat, cum per Ecclesiasticum cogi non potest, pro quo allegat, *c. administratores, etc. Principes* 23. *quæst.* 5. ubi † administratores secularium dignitatum, qui ad Ecclesiarum defensionem, rapacium refrenationem constituti esse debent, quoties ab Ecclesiasticis viris conveniri fuerint, eorum querimonias attendùs audiant, et secundùm quod necessitas exposcerit, absque negligentia examinent, ac diligenti studio corrigant. Ratio est, quia Principis officium est liberare * de manu calumniantium vi oppressos *c.* 1. *de pace tenend. in princip.* Bart. *in proœm. ff. in vers. omnem col.* 2. *et* 4. præsertim Ecclesiasticas personas; quoniam res, et personæ Ecclesiasticæ † nequaquam in tuto esse possunt, nisi eas et Regia, et Sacerdotalis regat potestas *c. res* 33. *q.* 5. *c. fin. dist.* 96. prout observat dicta glossa per Martam ponderata, et explicata.

Qui quidem Doctor Marta ad justificationem prædictorum † ulteriùs *in numer.* 27. *et* 28. prosequitur in hunc modum : certè meliùs dixisset glossa, ideò à Metropolitano recursum haberi ad Regem, quia non ita facillimè Pontificis aditum haberi poterat, tum ex proprietate dignitatis, tum propter multitudinem negotiorum Sedis Apostolicæ : imo propter loci distantiam, ut dicit Sanens. *in proœmio regular. Cancellar.* quibus casibus absentia inducitur, et ubi periculum * est in mora, multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, argument. *c. cum Ecclesiarum, juncta gloss. de officio ordinar. c. Sanctimoniales, distin.* 3. et dicit glossa *in cap. sacro, §. caveant, de sentent. excommunic. Periculo moræ de sentent. excommunic.* propter periculum moræ aliquando quem subtrahi judici non suo, et quòd ob moræ * periculum non sit consulendus Summus Pontifex, Abbas *in cap. non metus, colum. penult. ver. Putarem, et col. ultim. ver. Puto, de immunitate Ecclesiastica.* Hinc videmus D. Paulum timentem à Judæis occidi, qui in eum conspiraverant, misisse adolescentem, qui indicaret Tribuno Judæorum consilium procedendi, et occidendi illum, ut legitur *Actuum capit.* 23. ergo propter moræ periculum, ne bona Ecclesiæ dilapidarentur, melius est haberi recursum ad Regem, etc.

In id ipsum concidit novissimè Antonius Diana (qui aliàs acriter fert Regaliam recursus ad Reges, † sicuti, et cæteras alias quas ab Ecclesia obtinent) *in resolut. moral.* 1. *part. tractatu de immunitate Ecclesiast. resolutione* 13. et ante finem cognoscit, quod quando Prælatus Ecclesiasticus, ad quem potest recurri pro tollenda violentia, longè distat, ita ut oppressus non possit illum adire pro instante gravamine, vel etiam cœpto, posse tunc Religiosum, vel Clericum recurrere ad Principem secularem, qualis est Rex, quia quando periculum est in mora licitum esse, ait, * Principi seculari ad se advocare causam Ecclesiasticam, et violentiam auferre absque metu, et incursu censurarum Bullæ Cœnæ Domini, ex Sousa *in d. Bulla c.* 15. *disp.* 78. *n.* 2. *et seqq.* et Portel. *in addition. ad dub. Regul. in fine operis, verbo Appellare, n.* 3. et ex Azor, et Bonacina.

Hoc ipsum agnovit ipsemet Diana, ibidem, *in resolut. num.* 17. † qui postquam adduxisset contrariam opinionem, non posse nempe Episcopos, et personas Ecclesiasticas inobedientes mandatis Principis, à Regio expelli (ad cujus tamen veram resolutionem consulendus est Castillo *in tractatu de tertiis, cap.* 31. *à numero* 186. *cum multis seqq.* qui citatos Doctores articulum tangentes, in unum congerit) adhuc tamen ipsum Dianam evicit vis, et efficacia rationis difficilis recursus, et longæ distantiæ à Sede Apostolica, atque periculi imminentis, quam agnoscens dicit; quod si tanta adesset necessitas, quod clarè periculum † esset in mora; tunc adversùs Clericos et Episcopos turbantes pacem Reipublicæ, liceret Principi seculari per modum justæ defensionis facere id, quod recta ratio ad impediendum damnum Reipublicæ imminens, necessarium esse dictaverit, ad quod allegat Molinam *de justitia et jure, tom.* 1. *tractat.* 2. *disputat.* 31. *conclus.* 4. Salas *de legibus, tractat.* 14. *disputat.* 14. *sect.* 9. *numer.* 111. Janerium *in* 2. *disput.* 4. *quæst.* 4. *dubio* 1. *n.* 30. qui insuper ex Zevallos *in tract. de cognition. per viam violent. part.* 2. *quæst.* 77. *num.* 9. et Ugolino *in Bulla Cœnæ c.* 11. *p.* 2. *versic. Aut eos*, §. 1. *n.* 3. *in fin.* et Salzedo *in practic crimin. Canon. c.* 45. *litt. B*, repetit, id posse Principes * facere de licentia Romani Pontificis, vel quando grave scandalum, vel periculum Reipublicæ timetur, et Romanus Pontifex consuli non potest, cujus rationem eam esse, inquit Diana ipse; quia quando non adest periculum in mora, non habet locum modus justæ defensionis, nam conditio necessaria ad justam defensionem est, ut efficiatur cum moderamine inculpatæ tutelæ; sed quando * Princeps potest à Summo Pontifice defensionem postulare, non inculpatè se defendit: ergo, etc. remittens se ad Suarez contra Regem Angliæ, *lib.* 4. *cap.* 34.

Hanc Dianæ resolutionem latè examinat Castillo *in tractatu de tertiis, cap.* 41. *à numer.* 186. *cum seqq.* qui *n.* 190. ipsius Dianæ * recenset assertiones, et dicit omninò facere pro recursibus, quibus Senatus Hispaniarum utuntur in tollenda violentia per Ecclesiasticos Judices illata. Supponit enim inde ipse Castellus, omnes conditiones peritas à Diana ad justificationem recursus Regis de plano concurrere in violentiis illatis per eos, in his Hispaniarum Regnis longè admodum à Romana Curia distantibus, dum dicit; quod si ad Romanum Pontificem, vel Judices alios Ecclesiasticos * recurri deberet, aut Sedis Apostolicæ remedium expectandum esset, nunquam in articulis violentiæ, et vis illatæ defensio naturalis prodesset, et spe tantæ dilationis futuræ, defectusque naturalis protectionis suorum vassallorum, pertinentis privativè ad Regem, non ad superiores Ecclesiasticos, frequentissimè judices et executores violenter se gessissent in magnum subditorum omnium, et Reipublicæ detrimentum, necnon in dedecus, et contemptum Regiæ Majestatis, et authoritatis. Dicit insuper, quod semper adest magnum periculum in morâ in casu inobedientiæ Ecclesiasticorum, atque ideò modus justæ defensionis urget omninò : nec deficit conditio necessaria ad justam defensionem, imo adest omninò, et fit cum omni moderamine inculpatæ tutelæ, et quod si à Romano Pontifice (prosequitur ipse Castillo) remedium * expectaretur, magnis inconvenientiis, et sumptibus, molestiisque et vexationibus ansa, et occasio daretur, et lites ipsæ desererentur, executiveque in casibus jure non permissis vassalli juribus, et rebus suis privarentur, nunquam etiam recursus ad Regia Tribunalia pro vi illata auferenda effectum sortiretur, et perinde esset, ac si recursus ipse tolleretur, aut prohiberetur, si ad Romanum Pontificem partes gravatæ tot sumptibus, dilationibus, et censuris succensi præcisè petere, et recurrere deberent.

Utinam hæ rationes minantis periculi, urgentis necessitatis, nubivi status * tranquilli molestiis, et difficilis aditus ad Sedem Apostolicam

pro

pro remedio vi oppressorum consequendo, hactenus consideratæ, et per discursum ampliùs justificandæ, ita efficaciter non urgerent in his Hispaniarum Regnis, longè ad nodum distantibus à Romana Curia, et quod causæ, quæ passim se offerunt periculi, et scandali, præsertim ex aliquot litteris perperam et importunis precibus obtentis à Sede ipsa in detrimentum publicæ utilitatis congruam paterentur dilationem, atque facilem aditum ad Sanctissimum, ut cuncta hæc intolerabilia mala cessarent, et executores litterarum illa præ oculis haberent, ut sua sponte juxta Canonum decreta, de quibus infra *cap.* 3. per totum, in celeri et indiscreta imprudenteque executione supersederent, et Papam consulerent.

At eorum imprudentia, indiscreta celeritas in
30 exequendis litteris festinanter, * et longa distantia (proh dolor!) occasionem præbent tanti damni, vi oppressis, et in angustia positis, et ut plurimum Ecclesiastica censura succensis et innocuis, petulanter, et festinè perquirendi aliud, et licitum remedium, ipsius juris naturalis impulsu, quo omnia animantia imbuuntur, ut alibi latiùs scripsimus : recurrunt igitur ad eum, Regem nempe, qui solùm creatus fuit et destinatus ad vi oppressorum præsidium, quique violentias, injurias, et externa mala vassallorum in suis Regnis avertere omni studio tenetur, et insomnis super eorum quiete et pace vigilare.

Ut si (ut à principio hujus §. diximus) omnibus licet Principibus Christiani Orbis retentionis
31 litterarum Regalia uti, propè † Romanam Curiam degentibus, quibus facilè petat aditus ad eam recurrendi, ut in totius Italiæ Ditionibus, quantò magis potentissimo Regi nostro Catholico in suis Hispaniarum Regnis tam remotis, et longè ab ea distantibus hoc licebit? quorum ob id dispendia longè majora sunt, et considerantur, ut in similibus terminis prudenter argumentatur Pontifex *in c. unico de Clericis ægrotantib.* ibi : *Verùm ne hos prætextu Ecclesiæ (existentes præcipuè in remotis) dispendia patiantur, Nos earum in hac parte indemnitatibus præcavere volentes*, etc.

Constans est etenim apud Geographos, Hispaniam in extremis terrarum ad Solis Occasum se-
32 dere, esseque extremum principium * et caput totius Europæ, necnon universalis terræ et Orbis finem, et extremitatem, juxta Plinium *de naturali historia, in proœmio* post medium, et *in c.* 1. *in principio*, Mariana *de rebus Hispaniæ*, *c.* 2. à principio, Ambrosius de Morales, *lib.* 8. *c.* 20. *et c.* 48. Didacus del Castillo, *c.* 10. Strabon. *de situ Orbis*, *lib.* 3. *à principio*, Malvenda *lib.* 3. *de Antichristo*, *c.* 17. *et c.* 12. et l. 5. c. 12. et post plurimos alios eruditè tractat diligentissimus Frater Joannes de la Puente *in convenientia utriusque Monarchiæ*, *lib.* 3. c. 19. §. 1. per totum, *et* §. 2. *pag.* 121. ubi accuratè, et valdè singulariter
33 interpretatur, et declarat † illam prophetiam Isaiæ *c.* 18. *Ite Angeli veloces ad gentem convulsam, et dilaceratam, ad populum terribilem, post quem non est alius ;* intelligatur de Apostolis missis ad prædicandum in Hispaniam, in qua verba ejus verificantur, eò quòd sit sita in extremis Orbis, et totius terræ, post quam alias non est populus, et iterum *in lib.* 1. §. 2. *ad principium*, ita ait : *Es Espanna la ultima tierra del mundo ; no es passo para otras Provincias, como lo son Italia, Grecia, y Tracia, y esta distancia e independencia es causa de que se ignoren muchas cosas.*

Et in hoc sensu voluere aliqui, quòd nomen *Spania*, quo antiquissimi has denominavere * pro- 34
vincias, est Hebraicum, significans absconditum, et occultum ; ex eo quod id quod longè abest (prout est Hispania ultima terrarum Occidentalium) quasi quid absconditum, occultum et coopertum videatur, ut videre est per Pinedam *de verbis Salomonis*, *lib.* 4. *c.* 14. *pag.* 187 ubi allegat * 35
Stepanum antiquissimum Geographum loquentem de Insula Cadiz, et dicentem vocari *Gadeira*, quod Græcè significat extremitatem terræ, in illis verbis : *Gadeira Urbs et insula in mare Oceano, angusta, et oblonga, quasi fascia, sic dicta veluti Gisdeira, id est extremitas terræ.*

Et Strabon. *Lib.* 3. *de situ Orbis*, loquens de sacro Promontorio, hoc est Cabo de Sanvicente,
* ita ait : *Hoc enim non longe modò, sed Orbis* 36
universi in Occidentem remotissimum signum terminatur.

Hoc etiam nomine antiquissimi declararunt Hispaniam in suorum * sepulchrorum epitaphiis, prout 37
unum ejusdam militis Italia oriundi refert Ambrosius de Morales, *lib.* 8. *c.* 8. Alibi quoque hoc inventum in Cappara, antiqua civitate prope Valentiam, et Casulo *c.* 10. dicit tale inventum Lucæ, quod sic se habet :

Quam. varia. hominum. fata. Ortus. in Marsis. Lomitius. Terminus. ultimas. adii. terras. arma. secutus. infelicia. CN. Pomp. hic. occubui. etc.

Quod Hispanicè transcriptum sic inquit : *Quan diversos son los hados de los hombres ; Yo Domicio Torano nacì en los pueblos Marsos de Italia, vine à estas postreras partes del mundo, siguiendo las desdichadas armas de Cneyo Pompeyo, cai aqui muerto * en la batalla.* Lapis alter fuit repertus in 38
civitate Ebore Regni Lusitani super sepulchro Sertorii, ita subscriptus :

Sertor. Lusit. Dux. in extrem. Orb. plaga D. immort. vovet. anim. busto. corpus. etc.

Cujus Hispanica traductio hoc indicat : *Sertorio Capitan de los Lusitanos, aqui en esta postrera Region del mundo, ofrece su alma à los Dioses immortales, y el cuerpo à la sepultura ;* quod epitaphium refert Ambrosius de Morales *lib.* 8. *c.* 20. Alter etiam * repertus fuit in civitate Gienensi hoc 39
est de Cadiz in hunc modum :

Heliodorus. insanus. Cartaginensis. ad extremum Orbis. Sarcophago. testamento. me hoc. jussi condier. ut viderem si. me. quisquam. insanior. ad me. visendum. usque. ad hæc. loca penetraret.

Qui vulgari lingua hoc importat : *Yo Eliodoro loco, natural de Cartago, en mi testamento me mandé enterrar en este sepulchro, aqui en lo postrero del mundo, para ver si avria otro mas loco que yo, que por verme llegasse hasta este lugar ;* cujus meminere Cyriacus Anconitanus *in libro peregrinationum antiquarum*, Petrus Appianus *de an-*

tiq-

tiquitatibus, et Ambros. de Morales *in eodem tractatu*, laudati per de la Puente *in conveniencia utriusque Monarchiæ*, *lib.* 5. *c.* 19. §. 1. prope finem, qui §. 2.
40 abunde probat Cantabriam † esse sitam in extremitate terræ, et Orbis, et de provincia Hispalensi, quo
41 significatu Hercules * affixit columnas circumscriptas, *non plus ultra*, Frat. Joan. de la Puente ubi proximè, §. 2. à principio videndus.

Atque tandem de Regno Galleciæ nobilissimo
42 admodum, atque semper fidelissimo; et nostra † carissima ac dulcissima patria testimonium præbet apertum *promontorium finis terræ*, Cabo de Finisterræ, vulgo semper appellatum non procul à civitate Corumnæ (à qua et ego oriundus) ita dictum et nominatum, eò quòd Finis terrarum,
43 et Orbis sit, ut rei nomen rectè conveniunt, * ex §. *est et aliud institut. de donationibus*, *l. cum multæ* 20. *C. de donat. ante nuptias*, §. *in reliquam*, *versic. cujus auditores*, *et ibi glossa*, *verbo Justi-*
44 *nianum*, *in proœmio Digestorum*, *c. Michaël.* † *de filiis presbyteror. cap. per tuas*, *de probationibus*, et ab ipso nomine arguatur, cùm talis quis præsumatur, qualis denominatio demonstrat, Menoch. *de præsumptionibus*, *lib.* 6. *quæst.* 30. plurima de hoc congerit Gratianus *disceptation. forensibus*, *tom.* 4. *c.* 798. *n.* 14. *et seq.* Borellus *de præstantia Regis Catholici*, *c.* 1. per totum, præsertim *à n.* 8.

Quod et in istis terminis asserit Florian. de Ocampo, *lib.* 2. *c.* 2. Pater Joannes de la Puente *in conveniencia utriusque Monarchiæ*, *lib.* 3. *c.* 19. §. 1. *col.* 4. in principio, ibi: *A cierta punta que haze el Reino de Galicia dentro del mar Oceano llamaron*, *Finis terræ*; *y hasta oy retiene el mismo apelli-*
45 *do*. Et hæc extremitas, longaque distantia horum * Hispaniarum Regnorum insuper, et ex eo patet, quod scriptum reliquit ipsemet Joan. de la Puente, ubi proximè, *l.* 1. *c.* 4. §. 2. prope principium, sic dicens: *La primera reside en el Obispo de Roma*, *Padre universal de los Fieles*, *de quien se deriva toda noticia Catolica*, *tiene su silla en medio de los cuerpos celestiales*, *quiero dexir*, *de los Reinos de la Iglesia*; *porque la ciudad de Roma*, *patria commun de las gentes*, *està en medio de las Naciones Christianas*, *que desde el principio de la Iglesia hasta oy han conservado la Religion*, *que una vez recibieron*; qui Author ne ab aliquo reprehendatur, se ipsum glossavit, et generalem illam assertionem restrinxit, et coarctavit ad Regna Europæ, *in Glossa marginali*, *lit. D. Quales son las naciones Catolicas de Europa*, *cuyo coraçon y medio es Roma*, nam si Hispania extremitas sit Europæ, et Finis terræ, sequitur tum multum distare à Roma, tum etiam comparatione ad cætera Regna intermedia, multò majorem rationem militare in istis Hispaniarum ad justitiam retentionis litterarum ex hactenus abundè comprobatis.

Semper enim Sancta Romana Sedes, Regesque
46 Hispaniæ, et ejus habitatores recognoverunt † longissimam distantiam à Romana Curia, difficillimum et periculosum aditum, ita ut in multis Hispaniam excusavit necessitas urgens ab illius aditu, prout signanter et in terminis probat text. singularis *in cap. cùm longè* 63. *distinctione*; *cum longè* (inquit Pontifex) *latèque diffuso tractu terrarum commeantium*, *impeditur celeritas Nuntiorum*, *quo aut non queat Regis auribus decedentis Præsulis transitus innotesci*, *aut de successore morientis Episcopi libera Principis electio præstolari*, *nascitur sæpe*, *et nostro ordini de relatione talium difficultas*, *et Regi ve potestari*, *dum consultum nostrum pro subrogandis Pontificibus suscitanet innumerosa necessitas. Unde placuit omnibus Pontificibus Hispaniæ*, *atque Galliciæ*, *ut salvo privilegio uniuscujusque provinciæ*, *licitum moveat a inceps Toletano Pontifici*, *quoscumque Regalis potestas elegerit*, *et jam dicti Toletani Episcopi judicium dignos esse probaverit in quibuslibet Provinciis*, *et in præcedentium sedibus proficere Præsules*, *et decedentibus Episcopis eligere successores*: consonat text. *in c. juxta patrum*, *et canonum instituta*, *omnes Episcopi*, *qui hujus Apostolicæ ordinationi subjacent*, *qui propinqui sunt*, *annue circa Idus Maii Sanctorum Principum Apostolorum Petri*, *et Pauli liminibus præsententur*, *omni occasione seposita. Qui verò de longinquo*, *juxta Chirographum suum impleant.* 63. *distinction.*

Circa quod singularis adest observatio diligentissimi * Fr. Joannis la Puente *in dict. tractat. de* 47
conveniencia utriusque Monarchiæ, *lib.* 1. *c.* 11. §. 2. in hæc: *Nunca Espanna dexò de reconocer al Vicario de Christo*, *como à Obispo universal de los Fieles*, *y cabeça de la Iglesia* (quod in margine comprobat ex quadam *Epist. Episcoporum Hispaniæ ad Papam*, apud Cæsarem Baronium, *tom.* 6. *anno* 463. *n.* 22. Malvendam *lib.* 2. *de Antichristo*, *cap.* 1.) *pero* * *governavanse los antiquissimos Catòlicos de* 48
Espanna con alguna independencia de la Iglesia Romana, *por la distancia de las tierras*, *y por los inconvenientes que hallaron aquellos santos Prelados Padres de nuestra Fè*, *en vagar los Ecclesiasticos*, *y en la dilacion del despacho*, *y en los recursos*, *y apelaciones al supremo Tribunal*: *y para evitarlos hazian los Papas Legado à Latere à uno de los Obispos de Espanna*: prout fuisse * Joannem Episcopum 49
Tarraconensem, Salustium Episcopum Hispalensem, probat ipse in Glossa marginali, *littera C.* ex Epistolis Papæ ad eosdem Episcopos et Legatos, *tom.* 6. *Annalium*, *anno* 517. *n.* 63. item Leandrum, et S. Isidorum Hispaniarum Prælatos fuisse similiter Legatos à Latere S. Sedis Apostolic. ex Loaisa *de primatu Ecclesiæ Toletanæ*, §. 5.

Qui Joann. de la Puente ad alia specialia descendens prosequitur prout in vers. *Ninguna* * *nacion* 50
Catolica ha celebrado mas Concilios, ad quorum convocationem et Congregationem, decretorumque observantiam nunquam recurrit ad Romanam Curiam ob longam distantiam, et difficilem aditum, atque expeditionem admodum morosam et tardam: item † nec in causis criminalibus, 51
nec in condemnatione, et depositione Episcoporum recurri ad Sedem Apostolicam, nec ad ipsam appellationes interponi; sed in Hispania causas omnes definiri, et ultimo terminari, affirmat ibidem ex variis exemplaribus à se adductis in versiculo, *en las causas criminales*, ita concludens: *Y pues no apelò para la Iglesia Romana ad fenecer las causas*, *y no estabamos puesto en pratica recurrir à la Iglesia Romana*; quod per multi temporis spatium hanc eandem independentiam à Romana Curia perdurasse in Hispania, quousque penitus ob internis inimicis quievit, et bellorum incendium cessavit; quo sensu intelligenda est assertio Gerberti intrusi * Episcopi Remensis, 52
quando tractans de actis Synodi Remensis loquendo de Papa, ita ait: *Interiora Hispaniæ ejus judicia nesciunt*; quem in absoluta, et in discreta propositione mentiri dicunt Malvenda, *lib.* 2. *de Antichristo*, *c.* 1. et Jo. de la Puente ubi proximè *dict.* §. 2. *in glossa marginali*, *litter. A.* ad finem.

Supposita igitur hac notissima difficultate adiue ad Sedem Apostolicam, ob tantam extremitu-

53 tem * longissimamque distantiam ab istis Hispaniarum Regnis, admodum ab illa remotis, iterque difficillimum et plenum periculis maris et terræ, et ut plurimum bellis; et inimicis gloriosissimæ Majestatis, et tantæ potentiæ et felicitati nostri Regis Catholici invidis (qualem nullus unquam universi Orbis Monarcha, alius consequutus fuit, nec habet) impeditum; atque simul stante, instanteque et urgente necessitate, et periculo violenter et festinanter exequendi litteras Apostolicas in detrimentum publicæ utilitatis, et in scandalum populi, licitus et omni jure permissus judicandus erit iste ad Regem recursus Retentionis, ne executor, interim quod consulitur, et instruitur Sanctissimus de legitima suspensionis causa, litteras exequatur, sed potius supersedeat, prout ex Pontificalium Canonum decretis tenetur ad latè tradita per Nos, infra *cap.* 3. *per totum.*

Multa autem (ut ad initium hujus §. redeamus) *jure civili contra rationem disputandi pro utilitate*
54 *communi* † *recepta esse, innumerabilibus rebus probari potest*, dicit Consultus *in l. ita vulneratus ad legem Aquil.* quam exornant latissimè Zevallos *communium contra commun.* 4. *part. quæstion.* 906. *numer.* 341. *et seq.* Valençuel. Velazquez *in consil.* 99. *per totum*; dicens cum aliis plurimis
55 Doctoribus quòd publicæ † utilitatis causa etiam naturali juri derogatur, et copiosè per Nicol. Balvi. *in suo consilio posito post decision.* 68. Octaviani Cacherani *num.* 31. ex multorum observatione, quòd ex magna et publica causa licitum est, legem transgredi; et addit, quòd quando publicæ utilitatis ratio urget, ordinem non servare, ordo est.

Quod multo magis procedit, in casu urgentis necessitatis, et instantis periculi dilationem non
56 patientis. Ob necessitatem namque * publicam, quæ urget, ut illi consulatur, et occurratur, leges etiam, et jura transgredi licet. Nec non quàm plurima permittuntur, quæ aliàs eodem jure sunt prohibita. Adeò ut in omni dispositione, quan-
57 tumcumque * generali, semper urgentis necessitatis causa excepta intelligitur, sicuti abundè videre est ex cumulatis per Castillo *controversiarum*, *tomo* 3. *c.* 11. *n.* 15. 18. *et* 19. superiùs *à nu.* 4. *cum seqq.*

Quia necessitas nulli legi subjicitur, sed supra
58 legem est, † et ipsa facit legem, nec est culpabile quod fit necessitate cogente, adeò ut propter necessitatem urgentem possint fieri actus sine voluntate expressa, et consensu ejus, aliàs deberet concurrere, et requirebatur, atque necessarius erat: Decius *in cons.* 51. *num.* 1. *et* 2. *lib.* 3. Vivius *decis.* 223. *per totam*, *lib.* 2. Matienzo *in l.* 1. *tit.* 10. *glos.* 22. *ex n.* 7. Thuscus *lit. N. conclus.* 17. *et* 19. *et seqq. usque ad conclus.* 24. Cacheranus *decis. Pedemont.* 68. *n.* 26. *et tribus seqq.* Bobadilla *lib.* 2. *c.* 18. *ex num.* 316. *et seqq.* plurimi recensentur per Castillo *controvers. tom.* 6. *c.* 113. *n.* 19. *et seqq. et antea ex numer.* 15.

Hinc est, quòd licet requiratur et necessaria sit
59 præcedens licentia Romani Pontificis, ut ob * necessitates publicas et communes et mixtas laïcorum, et Clericorem, tributum et contributiones Ecclesiasticis personis imponantur, ut post longam disputationem rectè observat Castillo *de tertiis*, *capitul.* 9. *à n.* 32. *cum multis seqq.*

Tamen quando necessitas publica ita urget, ut
60 periculum sit in mora, * ita ut non possit prius consuli nec adiri Sedes Apostolica, absque magno detrimento, et periculo Reipublicæ; tunc licitum esse Principi temporali, hujusmodi exactiones necessarias Clericis etiam imponere, et exigere, ut tanto damno publico celeriter ocurratur, cum necessitas faciat licitum, quod aliàs est illicitum, et habeat secum dispensationem annexam cujuscumque prohibitionis, aut requisiti in contrarium: imò, et permissionem expressam habere videatur ex naturalis, et divini juris ratione, eò quòd necessitas nulli legi subjiciatur, ut permulti communiter probant. Pater Ludovic. Molina *de justitia et jure*, *tom.* 5. *disp.* 672. *col.* 3. *in fin.* Marta *de jurisdict.* 4. *p. casu* 1. *n.* 48. *et* 49. post Alexandrum, Signorolum Seniorem, Gail. Isernia, Afflict. Covar. Calderianum, Federicum de Senis, summam Angelicam, Speculatorem, Turrecrematam, Zabarellam, Lucam de Penna, Archidiac. Collectarium, Innocentium, Bertachinum, Bartol. Albericum, * Jacob. Butricarium, Cepola, Pla- 61
team Barulum, Nicol. de Neapoli, Parisi. Corneum, Ripam, Bertrandum, Decianum, Menoch. Duennas, Octavian. Avendann. Mexiam, Menchaca, Salzed. Franchis, Guido Papa, et alios, quos pro hac parte ita laudat, et intelligit ipse Marta. Post quos, eleganter articulum hunc resolvit et fundat Lucas de Penna, *in l. cum ad felicissimum*, *C. de quibus muner. vel præstat*, *nemini liceat se excusare*, *versic. Sed jam hodie à* princip. *et à n.* 6. et per eundem Aviles *in cap. Prætorum* 23. *gloss. Ordin. numer.* 5. *et seqq.* ubi exclamat hanc Lucæ de Penna observationem, Rebuffus *etiam in constitut. Regaliæ*, *tit. de sentent. provisionalib. art.* 3. *glos.* 6. *pag.* 286. Ludovicus Mexia *in pragmat. taxæ panis*, *conclus.* 1. *n.* 60. *et* 61. *fol.* 21. *et conclus.* 5. *num.* 63. *et seqq.* Nicol. Balvi. *in consilio*, quod habetur post *decis.* 68. Octaviani Cacheran. *n.* 29. *et seqq.* sequitur etiam, et validissimè comprobat Octavianus ipse *dicta decis.* 68. *ex numero* 4. *usque ad num.* 13. *et numero* 20. *et* 21. ubi concludit cum aliis authoribus, quos citat, quòd quando imminet * necessitas, et peri- 62
culum est in mora, facultatésque laïcorum notoriè non suppetunt, non est consulendus Romanus Pontifex, et sic locum non habere decisionem *c. non minus*, *et cap. adversus de immunitat. Ecclesiast.* et repetit *n.* 23. 24. *et* 30. *et* 31. Zevall. *commun. contra commun. tom.* 2. *q.* 578. in fin. in illis verbis, *Sed si fuerit imminens periculum in mora si recurratur ad Romanum Pontificem*, *tunc recedendum est à regulis juris*, Gutier. *practicar. q. lib.* 1. *q.* 3. *num.* 4. *et* 5. Olanus *in antinomia juris litter. C. num.* 38. Azeved. *in leg. tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil. num.* 6. *et* 7. constanter Men. *in cons.* 800. per totum, *lib.* 8. et meliùs *in cons.* 1000. *numer.* 36. *et* 37. *et* 38. *lib.* 10. ubi hanc conclusionem securè affirmat, et per plurimorum allegationem * 63
idem tenet Augustinus Barbosa *in collect. ad c. pervenit*, *de immunitate Ecclesiarum*, ubi concludit, quòd quando propter moræ periculum, et damnum inevitabile, consensus Papæ haberi minimè potest, tunc tacitè in hoc casu ab eodem Romano Pontifice præstitus censetur, notanter quoque Pater Suarez *in defension. Fidei l.* 4. *immunit. Ecclesiarum*, *c.* 26 *n.* 18. *fol.* 290. in fin. in his verbis: *Solum ergo limitari potest illa conclusio in casu urgentis necessitatis*, *quando est periculum in mora*, *quia necessitas caret lege*, etc. Bobadilla *in politica*, *lib.* 2. *capitul.* 18. *num.* 315. *usque ad n.* 326. *et* 332. ibi: *Ni la* † *instancia del peligro*, *y distancia del lugar* 64
le diessen à spera otro orden y decreto, latissimè disputat, et per plurimorum Doctorum observationes, hanc eandem opinionem veram resolvit novissimè Castill. *in tractatu de tertiis*, *c.* 9. *à nu.* 32. cum multis seqq.

Sic

Sic igitur cum in noſtro caſu, quo verſamur,
65 concurrat utilitas publica, * & ejus damnum, urgens neceſſitas, inſtans periculum dilationem non patiens, ac locorum longinquitas, maximaque extremitas, & in Regno non adſit alius qui poſſit reprimere violentiam executoris Sedis Apoſtolicæ: ut ſaluti publici ſtatus conſulatur, licitus redditur, & jure permiſſus recurſus ad Regem, antequam adeatur Sedes Apoſtolica, ut interim ſuperſedeat executor in litterarum executione; *
66 prout eleganter obſervat Bobad. (maximæ authoritatis Doctor) *in politic. lib. 2. cap. 18. à num. 284. cum ſeqq. & num. 297. fallentia 23.* ita ait: *Y porque ſu excepcion y franqueza concedida à la dignidad, ò à la Religion, ò à las perſonas no ſe eſtiende à la neceſſidad de la natural defenſa, ni à la publica de conſervar el bien commun, ni à las oppreſſiones, &c. Porque eſta neceſſidad ſiempre queda exceptuada;* & memorabiliter comprobat, *num.* 316. ſic ſcribens: *Porque ſocorrer a las urgentes y extremas neceſſidades, es de derecho natural, del qual ninguna perſona ſe puede exceptuar, pues en el no cabe diſpenſacion. Y anſi aunque los Eccleſiaſticos ſean exemptos por ſus perſonas y haziendas, &c. Pero en llegando,* qui *n.* 317. ſic ſcribit: *Porque la neceſſidad no tiene la permiſſiva, ni prohibitiva, ni conſultiva,* & *num.* 318. *Y por la neceſſidad muchas vezes ſe alteran, y diſpenſan los preceptos, no ſolo del derecho humano, ſino del natural y divino;* itaque perſuadente ad hoc juſta & legitima cauſa cum antea ſit impoſſibile ipſam Sedem adire, & neceſſitas urgeat, periculum
67 ſit in mora, quod tribuit juriſdictionem * non habenti, etiam contra Clericum, & ex aliis fundamentis ex hoc capite legitimum eſſe recurſum ad Regem, accuratè comprobavimus *in tractatu de Regia protect. 1. part. c. 1. à num. 99. cum ſeqq.* cui & hoc §. addere poteſt, cui reſolutioni rectè inſuper conducunt, & ſcripſimus infrà hac 1. *part. cap.* 10. §. *unico*, *num.* 31. *& à num.* 36. *& ſequentibus*, & melius quæ poſt plurimorum relationem diximus. 2. *part. cap.* 11. *num.* 87. *& ſeqq.* Firmantium de
68 cauſis † exemptorum non habentium in Regno judicem proprium poſſe Regem cognoſcere, ne juſtitia careat in detrimentum, & perniciem vaſſallorum ſuorum.

CAPUT II.

Retentio Bullarum ex vera violentiæ cauſa, an in Bulla Cœnæ Domini expreſsè prohibeatur, vel expreſsè, aut virtualiter, (ſupplicatione præmiſſa) permittatur.

SUMMARIUM.

1 *Ex origine juris naturalis gentium, divini & poſitivi provenit, Principem poſſe obviare violentis executionibus literarum Apoſt.*

2 *Literæ Apoſtolic. in his Regnis Hiſpaniarum multis in caſibus ad ſuprema Tribunalia vehuntur, ut examinentur, an quid contineant in damnum Regis, aut Regni, aut contra publicam utilitatem.*

3 *Literæ Apoſtolicæ in perniciem Reipublicæ Eccleſiaſticæ, ſpiritualis, & temporalis, in Senatu reverenter retinentur, donec Pontifex de veritate informatus vel revocet, vel confirmet ſupplicatione præmiſſa.*

4 *Literarum Apoſtolicarum examine omnes Chriſtiani Principes utuntur,* & 19.

5 *Retentionem Bullarum legitimè factam Doctores, tam Juriſtæ, quàm Theologi approbantes recenſentur.*

Aliud eſt poteſtatem ſecularem mandare abſolutè, ne literæ Apoſtolicæ executioni mandentur, aliud ne ſine ſuo examine exequantur, & de ratione differentiæ, ibidem.

6 *Carolus Imperator obtinuit à Synodo privilegium, ne ſine ſuo conſenſu inſtituerentur Epiſcopi.*

7 *Rex in retentione Bullarum, non intendit judicium Eccleſiaſticum uſurpare, ſed vult ad ædificationem Reipuplicæ ſtatum Eccleſiaſticum promovere.*

8 *Apoſtolicæ literæ contra publicam utilitatem detinentur, quia ad Regem pertinet jure naturali populos ſibi ſubjectos ab hujuſmodi oppreſſionibus liberare.*

9 *Abuſus notorio Eccleſiaſticæ poteſtatis Princeps obviat cum moderamine inculpatæ tutelæ, ne pax publica turbetur.*

10 *Literarum Apoſtolicarum in præjudicium Sanctæ Inquiſitionis executio ſuſpendenda.*

11 *Literarum Apoſtolicarum executio ſuſpendenda erit cum debita reverentia, & ſecunda juſſio expectanda.*

12 *Statutum Florentinum, ne literæ Apoſtolicæ exequantur, niſi habita prius licentia à Senatu ob vitanda ſcandala, validum eſt,* & 13.

14 *Edita hæc ad evitanda ſcandala ordinata valent.*

15 *Statutum ne alienigena obtineat beneficium in Regno pro bono publico,* & *evitando ſcandalo valet.*

16 *Literæ Apoſtolicæ in damnum Regis, aut Regni licitè, retinentur ex juſta cauſa, donec Pontifex melius informatus ſupplicatione præmiſſa ſecundam mittat juſſionem,* & 17.

18 *Literæ Apoſtolicæ falſis ſuggeſtionibus contra publicam ſpiritualis, Eccleſiaſticæ & temporalis utilitatem præter Pontificis voluntatem impetratæ detinentur in Senatu ne exequantur.*

19 *Et non ob id aliquas incurri cenſuras, ibidem,* & *num. ſequent.* & 24. 30. 31. & 33.

20 *Bullarum retentio exiſtente juſta cauſa provenit ab origine,* & *principio juris naturalis dictantis defenſionem vi oppeſſorum,* & 21.

22 *Literæ Apoſtolicæ juſta deficiente cauſa retineri non poſſunt.*

23 *Cauſæ legitimæ Bullarum retentionis variæ ſunt arbitrio docti & pii viri relictæ, num.* 23.

Literæ Apoſtolicæ quæ ſine cauſa tollunt jus tertio quæſitum, juſtæ retinentur, ibidem.

24 *Principes & Senatores retinentes literas Apoſtolicas ex juſta cauſa non incurrunt cenſuras Bullæ Cœnæ,* & 30. & 33.

25 *Retentionis literarum Apoſtolicar. recurſu omnes utuntur Principes Chriſtiani.*

26 *In Francia obſervatur.*

27 *Literæ Apoſtolicæ, contra jus Regis, aut Regni, aut contra œcumenica Concilia generalia ad ſuprema Tribunalia vehuntur, illicque examinantur,* & *retinentur.*

28 *Retentio in caſibus permiſſis exiſtente juſta cauſa fieri debet (ut aſſolet) cum maxima reverentia Sedis Apoſtolicæ ad effectum ſupplicandi.*

Juſta cauſa retentionis quando à Senato non reperitur, ſtatim literæ reddantur impetranti.

29 *Literarum Apoſtol. retentio,* & *examen in Regno Neapolitano, ibidem.*

30 *Ubi quod existente justa causa licitè retinentur literæ Apostolicæ, ne hoc damnare Bullam Cœnæ.*

31 *Bullarum retentio ex principio juris naturalis provenit, & ex necessitate officii Regalis, quo adstringitur Rex ad defensionem impertiendam, n.* 31.

32 *Reipublicæ Christianæ utile fore, Principem obtinere privilegium, ut omnes literæ justitiæ & gratiæ præsententur in Senatu ante earum executionem, qui dixerint.*

33 *Litterarum examen, & retentio licitè fit à Rege, absque incursu censurarum, ubi ita convenit conservationi, & paci boni regiminis.*

34 *Dummodo id fiat sine fraude, aut dolo, non ex causa executionem litterarum impediendi.*

35 & 36 *Praxis retentionis litterarum Apostolic. in Hispania jam diu inolevit, ut si adversentur sacris Conciliis generalibus, informatus Pontifex de veritate, quid Ecclesiæ saluti, fidelium utilitati, Reipublicæ commoditati disponat.*

37 *In Regno Neopolitano, & Siculo non exequuntur literæ Apostolicæ, donec interponatur brachium Regium vulgo dictum (exequatur)*

38 *Judices Regii caveant, ne injustè impediant litterarum Apostolicarum executionem.*

39 *Princeps jure naturæ, quo tenetur ad sedandum tumultum, & seditionis pericula in Regno cujus est protector, in bonis etiam Ecclesiasticis, potest ex hoc litterar. Apostolic. executionem impedire.*

40 *Consuetudo examinandi litter. Apost. apud varias Orbis nationes viget, sciente, & patiente Papa.*

Quam non damnat Pater Henriquez, nisi ob suspicionem fraudulentæ inobedientiæ, aut nisi Rex de fide sit suspectus, ibidem.

Antonius Diana insurgens in retentionem litterarum Apostolicarum reprehenditur.

Retentio in Senatu fit pro tollenda violentia. ibidem.

41 *In Regno Siciliæ non permittitur, litteras Apostolicas executioni dari, donec examinentur à Regio Magistratu, & inde emanet decretum (exequatur.)*

42 *Monarcha Siciliæ dicitur Rex Hispaniæ ex concessione Apostolica, qua exercet jurisdictionem Ecclesiasticam in Prælatos Regni, & non videtur procedere authoritate laicali, sed Apostolica.*

Hæc Siciliæ Praxis originem habet à privilegio Apostolico dato Rogerio primo Regi, qui constitutus fuit legatus Sedis Apostolicæ in suo Regno, ibidem.

43 *Monarchia Siciliæ cognoscit etiam in prima instantia in causis Ecclesiasticis & exemptorum, non obstante Trident.*

Concilium Trident. in cap. causæ omnes : *non fuit usu receptum in Regno Siciliæ, quoad Tribunal Monarchiæ, ibid.*

44 *Legati de latere licèt comprehendantur expressè in exclusione* cap. causæ omnes, *non tamen Rex Siciliæ, uti legatus Sedis Apostolicæ, cum de eo specificè debuit fieri mentio.*

45 *Verba privilegii Monarchiæ Siciliæ, quo Rex creatus fuit perpetuus legatus, qui referant.*

46 *Authores plurimi recensentur, qui tenorem prædicti privilegii, praxim procedendi; & circa quæ addunt, & sequentibus.*

47 *Rex Catholicus in Regno Siciliæ habet Monarchiam in temporalibus & spiritualibus.*

Author est Judex Tribunalis Monarchiæ à Rege Catholico nominatus, ibidem.

48 *Cæsar Baronius contra Monarchiam Regni Siciliæ in spiritualibus nonnulla scripsit.*

49 *Contra quæ nonnullæ Apologiæ exierunt in publicum necnon Regia edicta.*

50 *Princeps potest non admittere in suo Regno Prælatum electum ad dignitatem sibi suspectum.*

51 *Nuntiorum facultates ad Senatum Regium deferuntur, ut illic examinentur, & quibus uti conveniat in Hispania admoneantur per Senatum.*

Nuntiorum litteræ pro negotii gravitate examinantur in Senatu ante earum usum, ne inconvenientibus horum Regnorum moribus utantur, & ad id Summus Pontifex consulatur, ibid.

52 *Nuntiorum Sedis Apostolicæ litteræ non vehuntur ad Senatum ad effectum examinandi idoneitatem personæ, sed ut cognoscatur ex litterarum ostensione, an verè sit missus, & quibus facultatibus, nec illis abutatur, & excedat.*

53 *Principes tuta conscientia utuntur Regalia retentionis Bullarum, tuti tot DD. authoritate.*

Et etiamsi res foret dubia, posset sequi opinionem favorabilem, ibidem.

54 *Retentionis Bullarum usus jure immemoriali, & fundamentis vallatur remissivè.*

55 *Retentioni Bullarum non obstat, imò favet Bulla in Cœna Domini.*

56 *Bullæ Cœnæ Domini quantum attinet ad Bullarum retentionem verba referuntur.*

57 *Bullam in Cœna Domini in cap.* 14. *tangente retentionem litterarum Apostolicar. qui Doctores referant ad litteram.*

58 *Bullam in Cœna Domini conformem esse usui Hispaniæ in litteris retinendis ostenditur.*

59 *Litteræ Apostolicæ in Hispania, hoc tantum licito fine detinentur, ut supplicetur Pontifex, certius informandus.*

60 *Prælati, & Capitula Hispaniæ admonentur à legibus Regiis, ut supplicent à litteris, quæ offendant publicæ utilitati, etiam spirituali, illasque ad Senatum mittant.*

61 *Retentionem Bullarum, in c.* 14. *Bullæ Cœnæ expressè permissam esse (supplicatione præmissa) plurimi recensentur Doctores, id firmantes, & sequentibus.*

62 *Fiscales Regios non comprehendi in Bulla Cœnæ supplicantes à litteris Apostolicis ob bonum publicum Regni, aut Regis.*

63 *Impediens litterarum Apostolicarum executionem text. informandi, & supplicandi Pontificem, & supplicationem prosequendi, non incurrunt censuras Bullæ Cœnæ.*

64 *Quia hoc indulsit Pontifex expressè in Bulla, quoties arbitratur litteras continere iniquum. gravamen.*

65 *Recursum ad Regem ob tollendam violentiam, ex litterarum Apostolic. executione oriundam, non comprehendi in Bulla, nec ejus censuris, qui affirmant.*

66 *In censuras aliquas non incidunt, justa existente causa, suspendentes litterarum Apostolicarum executionem ad effectum melius informandi Sanctissimum.*

67 *Excommunicatio Papæ contra sibi legitimè resistentem non ligat quoad Deum.*

68 *Recursus ad Regem ad Bullarum retentionem immunis est à censuris, cum fiat jure, & Papa permittentibus, existente legitima suspendendi causa.*

69 *Bullas Apostolicas in derogationem Regii patronatus, Rex retinere potest, nec ob non paritionem*

nem aliquas incurrit censuras juxtà Bullam Adriani.

70 *Bulla in Cœnâ tollit fictum prætextum violentiæ ad bullarum retentionem, admittit tamen supplicari sub prætextu probabili violentiæ.*

71 *Si supplicationes prosequantur legitimè hi, quorum interest.*

72 *Bulla Cœnæ non cogit, ut de singulis litteris detentis mittatur statim peculiaris informatio Pontifici.*

73 *Papa contentari solet unâ generali allatione supplicationum à litteris Apostol.*

74 *Supplicationum singularium informatio foret Papæ, in gravissimis occupato, valdè molesta.*

75 *Partesque interdum pauperes expensis gravibus, et longo itinere gravarentur, si ad singulorum prosequutionem astringerentur.*

76 *Pontifex aliquando permittit quædam negotia tractari per Catholicos Reges, Ecclesiastica sua salva authoritate, ut appareat suavitas legis temporalis Evangelicæ.*

77 *Dictio* prætextus *includit dolum, quando pars malitiosè ad effectum differendi, et litterarum executionem impediendi, contrà jura utitur recursu, et seqq.*

78 *Plurimi gravissimi Doctores, Salmantini et Complutenses, qui sic intellexerunt verbum (sub prætextu) Bullæ Cœnæ, recensentur.*

79 *De dictionis prætextùs declaratione, remissivè.*

80 *Evidentiæ certitudo in rebus humanis quærenda non erit.*

81 *Senatus in retentione litterarum Apostolicarum non examinat negotium principale, nec determinat, sed violentiam principaliter deductam.*

EX hoc principio, et constanti fundamento debitæ et necessariæ protectionis, et defensionis
1 provenientis ab origine et fonte perennitateque incommutabili * juris naturalis, moribus gentium Christianorum inducto, et approbato omni jure Divino, etiam et positivo, canonico et civili, necnon inconcussâ et observatâ immemoriali consuetudine vallato (de quo latissimè diximus *in tr. de regiâ protect. 1. par. c. 1. per totum, etc.*) inductum est, posse Principem temporalem Supremum violentiæ executioni litterarum debitâ reverentiâ humiliter obviare.
2 Ac propterea iis in Regnis * multis in casibus et negotiis litteræ Apostolicæ ante executionem earumdem ad Regia mitti solent Suprema Tribunalia, Regio præcedente decreto, ut illic examinentur, ne quid fiat, et obtineatur falsis precibus, ac suggestionibus importunis à Summo Ecclesiæ universalis Præside, Pontifice Maximo, adversùs Regni, Regumque Hispaniarum privilegia, indulta, et concessiones Apostolicas, œcumenicaque concilia universalia et provincialia; neque litteræ hæ interdùm surreptivæ contrà publicam spiritualis, Ecclesiasticæ, et temporalis Regnorum horum utilitatem, cum scandalo, aut etiam damno juris tertii (unquàm minimè citati) ac denique justa et legitima existente causâ, quæ à jure Pontificio fuerit approbata, præter concedentis voluntatem
3 et consensum executioni mandentur, imò in ea supersedeatur † interim duntaxat quòd (ab eisdem litteris supplicatione interpositâ ad ipsummet Pontificem) de legitimâ suspensionis causâ meliùs informatus, et instructus Sanctissimus vel revocet, aut reformet, vel secundam remittat jussionem, per quam sua voluntas libera manifestè detegatur.

Hoc itaque protectionis genus et recursum 4
(quo quidem et alii * Christiani Orbis Principes utuntur, et hactenùs usi fuêre, prout apparebit, et *de Regnis Hispaniarum, Galliæ, Neapolis, Flandriæ, Cathaloniæ, Aragoniæ, Castellæ, siciliæ*, atque in *statu Milanensi*, aliàs *Dolanensi*, et de totâ *Italiâ*, multi Doctores laudati infrà *num.* 37. testantur, et Ant. Amato *variar. resol. lib. 2. resol. 72 et seqq.* cum Doctoribus ab eo citatis) et alii infiniti approbant Doctores utriusque Juris, et Sacræ Theologiæ piissimi professores, quorum plurimos signanter et non inutiliter recensemus.

Doctores retentionem Bullarum probantes.

JOannes Driedorus (vir et moribus et Sacrâ Theologiâ insignis) *in l. 1. de libertate Christianâ, pag.* 183. distinguens, * ità mirabiliter lo- 5
quitur in re hac: Hinc secundum est, quod aliud est, potestatem secularem absolutè mandare, aut constituere, ne quisquam pareat litteris Apostolicis justitiam, et gratiam concernentibus, ne executioni mandet easdem; aliud verò esse potestatem sæcularem mandare, aut constituere, ut sine suo beneplacito, et examine nemo pareat hujusmodi litteris, nec executioni mandet easdem; nam primum cum sit directè contra libertatem et potestatem Ecclesiasticam foret eam prorsùs tollere, et extinguere, nec potest fieri absque contemptu Ecclesiasticæ potestatis, nec potest absque ipsius Pontificis privilegio convenire Regi, aut sæculari potestati. Secundum autem videtur posse fieri absque contemptu Ecclesiasticæ potestatis et absque injuria, et odio, aut gravamine, seu præjudicio Ecclesiasticæ libertatis, vel sanctæ Sedis Apostolicæ, aut etiam litterarum ejusdem. Potest enim contingere, quòd Princeps quispiam, aut ex privilegio, aut ex commissione Papæ hoc faciat: sicuti Carolus Imperator habuit ex privilegio Synodi, ne sine suo consensu consecraretur, † vel institueretur Episco- 6
pus, aut ex causâ rationabili, secundùm congruentiam loci et temporis ad sic statuendum, atque mandandum moveatur propter abusus tollendos, ne præficiantur extranei, aut inidonei, qui per nimiam importunitatem, falsasque suggestiones litteras Apostolicas impetrarunt, vel impetratis abuti volunt, ad oppressiones pauperum, qui alioquin sub prætextu litterarum Apostolicarum longis litibus, gravibusque sumptibus vexari possint: non quod potestas secularis velit sibi aut Judicium Ecclesiasticarum rerum usurpare, aut viros idoneos * authoritate Apostolicâ institutos impedire, 7
aut super illorum idoneitate judicium sumere, sed quod velit ad ædificationem Reipublicæ statum Ecclesiasticum promovere, etc. Hactenus Driedorus, qui rei veritatem rectè calluit.

Simancas etiam *in tract. de Catholicis institu.* (*in excusis Hispaniæ*) *tit.* 45. *de pœnis, à num.* 34. qui *nu.* 35. in hæc verba inquit: Unde fit, * quòd si 8
aliquid Papa discernat contra publicam utilitatem, utputa, contra patronatus laicorum, contra jus eligendi beneficia, seu Sacerdotia patrimonialia, vel quidpiam simile, manu Regiâ retineri, et impediri soleat, quia Regum officium est ab hujusmodi injuriis populos sibi subjectos liberare, et jure naturalis defensionis licet Principibus

9 secularibus † cum moderamine inculpatæ tutelæ, id est salvâ semper in omnibus Summi Pontificis authoritate obviare abusui notorio Ecclesiasticæ potestatis, ne pax publica perturbetur, et commune bonum detrimentum patiatur. Hieremias *c.* 21. *cum seqq. cap. Regum*, 23. *qu. c.* 5. *filiis vel nepotibus* 16. *q.* 7. Stephanus Aufrerius *de potestate seculari*, *regul.* 2. Guillelm. Benedictus *in c. Raimutius*, *verbo*, *Et uxorem*, *nu.* 454. Cajetanus *de potestat. Papæ*, *c.* 27. Navarrus *in dict. c. cum contingat. de rescriptis* 1. *remedio fundam.* 10. Hermas *lib.* 7. *de instaurat. Religio. c.* 25. hæc Simanchas mirabiliter loquitur.

Qui ibidem, *num.* 34. *antecedenti*, aliud et quì-
10 dem singulare * dicit, quòd si Summus Pontifex concesserit rescriptum seu privilegium aliquod in præjudicium officii Sanctæ Inquisitionis, illi esse obtemperandum; in executione autem supersedendum, cùm vero simile non sit, ut summus Ecclesiæ Pastor aliquid facere voluerit in detrimentum Catholicæ Fidei et hæreticorum favorem.

11 Cajetanus etiam 1. *tomo*, *tract. Sancti Thomæ*, * *tit. de authorit. Papæ*, *cap.* 27. *vers. Ad secundam rationem*, ubi, quod cum debita reverentia sit suspendenda executio, et secunda jussio expectanda.

Victoria *in relatione de potestate Papæ, et Concilii in* 22. *proposition. cum seqq.*

Angelus *in cons.* 23. ubi probat, quòd licèt laï-
12 cis nulla sit attributa † potestas in beneficialibus, valet tamen statutum Florentinum, quo cavetur, ut nulla gratia Apostolica, seu litteræ ad beneficia exequantur; nisi habita prius licentia à Senatu, ne scandala et dissensiones oriantur in perniciem et exitium Reipublicæ, sicque contra publicam utilitatem, ad quod plurimos Doctores conjecimus infrà *hac* 1. *part. c.* 4. *à n.* 38.

Capicius *dec.* 131. *num.* 6. *et* 7. idem quod An-
13 gelus repetit, allegans * Abbatem contrarium tenentem, quem quidem procedere posse, cum nulla justa causa et publica ad id subsit, nec præsumatur; hoc sequitur enim Azevedus *in l.* 14. *et* 25. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil. sub num.* 46. id ipsum Antonius Thesaurus *dec.* 131. *num.* 3. *et* 7. ubi sentit, talia statuta et edicta fieri posse pro bono pu-
14 blico, ad evitanda scandala et rixas, quando * oriri timentur, affirmat Petrus Antonius de Petra *in tract. de potestate Principis*, *c.* 6. *num.* 9. ibi disputat Codex Fabrianus *lib.* 3. *tit.* 1. *de judiciis*, *ad fin.* 39. Quintilian. Mandosius *in tract. de monitoriis*, t. 13. *num.* 3. videndus ad id Didacus de Sahagum, *in cap. eam te*, *numer.* 24. *ad fin. de rescriptis*, et novissimè Marius Anton. *variarum resolution. l.* 1. *resolut.* 91. *post nu.* 2. nec non Hieronymus Portolles et ab eo citati in addition. ad Molibum, §. *alienigena*, *num.* 1. *cum multis seq.* ubi quod validum est statutum, ut alienigena
15 non possit in regno † beneficia obtinere, pro bono publico, et scandalo inde oriundo vitando, optimè Cancerius *variar. resolut. lib.* 3. *c.* 4. *de manutentione à n.* 61. 62. *et* 63. ubi inquit post Compostella, quòd licèt aliqui hoc contradicant; tamen in Regno *Castellæ*, *Aragonum*, *et Galleciæ*, servari ex multis Doctoribus à Portolles cumulatis, latissimè etiam videndus Cœnedus *in quæst. canon. q.* 18. *per totum.*

Palatius Rubeus vir doctissimus *in tract. seu libello de beneficiis vacantib. in Curia* per totum, ma-
16 ximè §. 4. 5. 6. 7. et 8. Quibus quidem † amplissimè et abundè comprobat multis rationibus, et fundamentis validissimis, licitè posse Regem retinere litteras à Sede Apostolica impetratas, justa et legitima causa existente, ex iis quæ à jure approbatæ sunt (quæ latius prosequitur) ut in executione earumdem supersedeatur, donec mediante supplicatione Summus Pontifex * de veritate pre- 17
cum meliùs informatus de remedio provideat, et interim secunda jussio expectanda; non tamen prima exequenda in damnum Regni, aut Regis, aut publicæ utilitatis.

Episcopus Covarruvias (doctissimus Præsul toto Orbe terrarum meritò celebratus) *in practicar. quæstion. quæst.* 36. *n.* 4. *versic. Sic etiam* * *in* 18
his Regnis multis in casibus et negotiis litteræ Apostolicæ ante executionem earum ad Regias mittuntur audientias et tribunalia; idque fit ex Regio decreto, ut illic examinentur, ne quid fiat et obtineatur falsis precibus, et importunis suggestionibus à Summo Pontifice, adversùs Regni, Regumque Hispaniarum privilegia, et Apostolicas concessiones: denique ne litteræ summi Ecclesiæ Præsulis contra publicam spiritualis, Ecclesiasticæ, et temporalis hujus provinciæ utilitatem præter ipsius concedentis voluntatem, et consensum executioni mandentur. Etenim † *et* 19
alii Christiani Orbis Principes eodem jure utuntur, et hactenus usi fuere, etc.

Ipse Covarruvias, latiùs rem hanc tractat circa articulum retentionis Bullarum Apostolicarum *pract. quæst. cap.* 36. *num.* 3. per totum, necnon videndus per totum *cap.* videndus etiam *n.* 12. *vers. Hæc verò scripsimus.*

Navarrus *in manuali Latino, cap.* 17. *n.* 70. *vers.* 1.

Dominicus Bannez 22. *q.* 67. *art.* 1. *divis.* 2.

Vega *in summa*, 1. *par. verbo De communion. c.* 85. *casu* 18. *et casu* 19. mirabiliter loquitur, ubi non ob id aliquas incurri censuras, firmat.

Pater Villalobos *in summa tr.* 17. *diffic.* 21. *à n.* 22. ubi citat † alios simul comprobantes, hanc lit- 20
terarum Apostolicarum retentionem ad effectum vim tollendi, ob idque censuras Bullæ Cœnæ non incurri simul affirmantes.

Thoro *in compendio dec. verbo Judex laicus, p.* 294.

Tapia *ad jus Regni Neapolit. part.* 1. *sub rubrica*, *quando Rex inter Eccles. personas.*

Practicus Monteroso *in sua pract.* 5. *tratado de las Chancelarias*, *in c. Siguese el quarto processo*, *que es sobre la retencion de Bullas*, *fol.* 95.

Filliucius *tract.* 16. *c.* 16. *quæst.* 4. *n.* 158.

Bonacina *de morali Theolog. tom.* 3. *tract. de censuris in Bulla Cœnæ Domin. disp.* 1. *qu.* 15. *punct* 4. §. 2. per totum.

Antonius Sousa latè *in tract. de censuris ad Bullam Cœnæ Domini c.* 14 *disp.* 75. *num.* 8. *cum seq. et disp.* 76 *nu.* 1. 2. 3. qui omnes præallegati DD. et alii plurimi ob hanc retentionem litterarum Apostol. nullas incurri censuras securè firmant.

Marius Mutta *decis. Siciliæ* 91. *num.* 4. *et*

Ferdinandus Vasquez Menchaca *controv. illustr. lib.* 1. *c.* 1. *à n.* 19. *cum multis seqq.* ubi doctè * 21
quidem, et eruditè comprobat hanc Bullarum retentionem factam per Senatum Regium, ex origine et principio juris naturalis, dictantis protectionem, auxilium et defensionem vi oppressorum.

Manuelis Rodriguez *quæst. regul. tom.* 1. *q.* 6. *art.* 7. per totum, ubi amplissimè justam probat suspensionem litterarum Apostolicarum legitima et justa causa existente.

Et ipse Rodriguez *ibidem* : *art.* 8. *seq.* in his terminis hæc scribit : *Certissimum esse* † *apud om-* 22
nes, *litteras Apostolicas sine justa causa minimè posse detineri*, *ne executioni mandentur*, ut suprà artic. antecedenti satis patet. *Causæ autem istius deten-*

23 *detentionis sunt variæ, quæ arbitrio* boni, docti et pii viri relinquantur, sicut omnia, quæ à jure non habent expressam determinationem, etc. Sed non possunt unam subire principalem causam, propter quam hujusmodi detentio, et suspensio potest optimo jure fieri: et est, quando litteræ Apostolicæ, sine causa tollunt jus tertii, non enim Papa potest sine causa tollere jus tertio quæsitum, etc.*

Avendannus *de exequend. mandatis, lib. 1. c. 1. num. 32. vers. Item ex eadem*, ubi idem quod Cóvar. probat.

Idem Rodriguez *in addition. ad §. 9. Bullæ* 24 *Cruciatæ, fol. 158.* ita ait: *Dudase mas, si los * Reyes, Principes, y Oidores de los Consejos Reales, deteniendo las letras Apostolicas, quedan descomulgados por la Bulla de la Cena, y respondo, que no, porque el juez Eclesiastico no los tiene por descomulgados, ni su Santidad, Sabiendo lo que hazen de ordinario, los declara por tales, ni el pueblo Christiano los evita*, etc. et quòd ex hac retentione litterarum Apostolicarum legitimo modo, et fine, justaque de causa facta nulla incurratur censura; pariter profitentur Pater Vega, Villalobos, Navarrus, Cordúba, et ferè omnes supra citati Doctores, et citandi.

Eandem etiam praxim probarunt Joan. de la Cruz. *de statu Religionis, lib. 1. c. 6. art. 2. dub. 5. conclus. 1.*

Pater Henriquez *lib 2. c. 12. numero 6. in glossa, lit. Q.* et aliis in locis specificè inferiùs referendis.

Graffis *in decisionibus Aureis casuum conscient. par. 1. lib. 4. c. 18. n. 119.* qui iterum, *n. 120.* ita ait circa explicationem Bullæ Cœnæ, quæ per totum illud, *cap. 18.* enucleatur per singulas ejus partes, et capitula: *Excommunicantur inhibentes litteras Apostolicas, justitiam vel gratiam concernentes executioni demandare, sine eorum beneplacito, examine, aut assensu:* facit text. *in capit. quoniam de immunit. Ecclesiast.* latè per Navarr. *c. 27. n. 60. cum seqq. Et ratio est, quia cum Sedes Apostolica à nemine dependeat, vult à nemine judicari. Sed in Regno secus est quia consideratis considerandis, visisque litteris de hac re à Papa Regi Philippo missis, et è contra censeo, non esse condemnandos nec incurrere Regios Magistratus expedientes Regium exequatur, et illud impetrantes, donec aliter à Sede Apostolica decisum fuerit; caveant autem ministri Regis, ne excedant finem mandati Regis, cujus mens Sanctissima est; in non inferendo præjudicium Sanctæ Sedi Apostolicæ, ne diu vexent negociatores in non expediendo Regium exequatur. Vult enim Rex noster, ut quàm primum statimque litteræ Papæ executioni mandentur, concesso eis Regio exequatur.*

Malderius *in 22. quæst. art. 1. dubio 8.* qui in fin. sic scribit: *Non videtur improbabile, quod* Covarruvias *practicarum quæst. cap. 35. accuratè ex Papæ consensu, præscriptione, et usu immemoriali, et evidenti spiritualis regiminis utilitate, Tribunalia Regia in quibusdam Regnis ritè ita practicare, ut sine sua permissione et consensu nequeant quædam Apostolica mandata executioni mandare.*

Salzedus *in practicar. criminal. Canon. c. 54. numer. 11. numer. 17. 19. numer. 20. et 22.* Quo 25 loco rem hanc abundè tractat, et defendit † hanc retentionis Hispaniæ praxim, et *in dict. numer. 22.* asserit, ut non solùm Hispaniæ Reges hoc jure utantur, sed alii omnes Christiani Orbis Principes, ex testimonio Joannis Driedori *lib. 1. de libertat. Christ. pag. 138.*

Morla *in emptorio juris, 1. p. tit. 2. q. 14. n. 11.* ubi plures Doctores ad hoc allegat.

Humada *in l. 3. tit 15. p. 1. in glos. 9. n. 1. vers. Quæ rescripta.*

Roja *singulari 148.*

Botteus *in tract. de Synodo Episc. 3. p. n. 285. et n. 286.*

Azevedus *in l. 14. tit 3. lib. 1. Recop. à num. 29. cum multis seqq.* ubi doctè et eruditè multis fundamentis hanc retentionem probat.

Vivaldus *in Candelabro Ecclesiæ in explicatione Bullæ in Cœna Dom. casu 14. ex num. 102.* cum multis seqq. et ferè per totum.

Doctor Gerrerus *de concilio, cap. 12. vers. mas esto tambien podria cessar.*

Rebuffus *in praxi beneficia. 3. part. signatu. vers. Nec non jure, n. 12. et 36.*

Et ipse Rebuffus *in tract. nominatio. q. 15. n.* 12. ubi † idem observari in Francia testatur, prout 26 et Morla ubi proximè, *num. fin.*

Joannes de Hevia *in Curia Philippica, p. 1. §. 5. numero 5.*

Castellus de Bobadilla *in politic. lib. 2. cap. 18. numer. 206.* ubi ait, *numer. 103.* Caso es † en la 27 retencion que se haze en el Supremo Consejo, y en las Audiencias, y Chancillerias Reales, en muchos casos de las letras y Bullas Apostolicas, para examinar, si fueron concedidas con falsaò siniestra relacion (con la qual muchas vezes los Pontifices y Principes son engannados) ò si las tales Bullas son contra *el derecho, ò privilegios del Rey, ò del Reyno*, concediendose por ellas Beneficios Eclesiasticos à estrangero, *ò por otras vias, ò si son contra otras Bullas, è indultos Apostolicos, ò contra los Concilios generales de la Iglesia*: y que esto se haga assi por estas razones, lo disponen à cada paso los decretos de los Summos Pontifices, y las decisiones de Emperadores, y lo tienen los Santos de la Iglesia, y el Obispo Covarruvias, y muchos otros gravissimos Doctores. Loqual quando * convenga 28 hazerse, ha de ser, como se haze, con sumo respeto y veneracion de la Santa Sede Apostolica, por las dichas causas, y con el zelo Christianissimo de nuestros Reyes, y sus Consejeros, *para supplicar dello à Santidad*, como cabeça y Rector de la Iglesia, para que informado de la verdad y congruencia, provea y mande, lo que à la salud y bien universal de la Republica spiritual y temporal convenga, † *y cessando las dichas causas*, luego se bue- 29 luen y restituyen las dichas Bullas con facilidad à sus duennos, para que libremente usen della, etc.

Gaspar Rodriguez *de annuis redditibus, lib. 1. quæst. 17. n. 75. vers. Quarto*, ubi de praxi testatur.

Joannes Gutierrez *lib. 2. Canonic. cap. 11. numero 31.*

Flores Diaz de Mena *practic. qu. lib. 1. q. 12. num. 8. et 9.*

Zerola *in praxi Episcopali, §. litteræ Apostolicæ*, ubi affirmat, id ita practicari etiam in Regno Neapolitano.

Hieronymus Llamas optimè *1. part. instruction. Confessor. c. 7. §. 19.* in hæc: *Est advertendum,* * 30 *quod ab immemoriali consuetudine Reges Hispaniæ examinant litteras Apostolicas sic gratiæ, sicut justitiæ cum omni reverentia, et subjectione, solùm ne dolosæ suspectæ sint, vel furtivæ et surreptivæ, et hoc cecidit in obsequium Apostolicæ Sedis, et finis limites non excedunter; hoc non damnant Summi Pontifices, nec censuris vetant, secus si malitiosè id fiat, in favorem unius et damnum alterius*, consonat suprà *n. 19. et numero 24.*

Hieronymus de Zevallos *commun. contra communem*, *lib.* 4. *q.* 897. *à n.* 292. cum multis seq. *et de cognitione per viam violentiæ*, *glossa* 6. *à nu.* 62. *cum seq.* Quibus locis multa in genere, quæ à Doctoribus dicta erant, in hujusmodi retentionis justificatione recenset.

Cenedus *in collectan. ad decretum collectan.* 5. maximè *nu.* 4. ubi ex principio defensionis naturalis † et obligatione seu officio Principis ad illam 31 impertiendam oppressis, dicit *dict. nu.* 4. Reipublicæ Christianæ optimum utileque fore, Principes sæculares obtinere privilegium à Sede Apostolica, ut litteræ citationis, et aliæ omnes Bullæ 32 obtentæ à Romano Pontifice, † anteaquam executioni mandentur in partibus, examinentur à Regis Tribunalibus, prout eruditissimè advertit Gerrero *de Conciliis*, *c.* 12. *vers. Mas esto*, sequitur Bobadilla *in politica*, *dict. lib.* 2. *capit.* 18. *n.* 208. *in margine lit.* D. ubi ad idem refert Vivaldum, et Rojas, qui pariter hoc idem sentiunt, multum conveniens fore utrique Reipublicæ, Ecclesiasticæ, et temporali, quoniam si illud habent Regna, et ditiones Italiæ, prope Romam existentia: quantò magis foret utile his Hispaniarum Regnis ab illa tam remotis, juxta observationes, et doctrinas utiliter consideratas suprà *c.* 1. §. *unico*, per totum.

Cenedus ipse *in quæstion. Canon.* 18. *num.* 5. *et sequentib. et in q.* 45. *sub num.* 9. *versic. Supra dicta etiam confirmantur*, ex traditis per eundem 33 * Manuelem Rodriguez *tom.* 1. *quæst. regular. qu.* 6. *artic.* 8. ubi asserit, sine timore excommunicationis *Cœnæ Domini*, posse Reges, et Principes, et suorum Tribunalium Consiliarios detinere litterarum Apostolicarum executionem, si intelligant, ita convenire ad conservationem, pacem et tranquillitatem boni regiminis Regni sui: dum 34 tamen id fiat sine fraude, et dolo, † et non causa tantummodo impediendi executionem ipsarum litterarum, de quo etiam vide *num.* 10. 19. 24. Idque ita practicari in Regno Neapolis, testatur Thomas Zerola *in praxi Episcop.* §. *litteræ Apostolicæ*, asserens non ex eo Judices Regios incidere in Bullam Cœnæ Domini: cum id non fiat ad impediendum, sed ad videndum et examinandum, an contineant aliquam subreptionem, vel oppressionem, vel an quod conceditur sit jurisdictionis Regis, quod dummodo id malitiosè, et cautelosè non fiat, nec in favorem unius et damnum alterius, sed ad informandum meliùs Romanum Pontificem sequitur Hieronymus Llamas 1. *part. method. c.* 7. 19. hæc ille Cenedus.

Narbona novissimè *in l.* 59. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopil. in* 3. *tomo*, *glos.* 2. *num.* 16. *fol.* 158. in hæc. Ex quibus sanè * tamdiu in Hispania nostra praxis inolevit, ut si Romanorum Pontificum expedian- 35 tur diplomata, quæ propter sinistras impetrantis preces, falsas suggestiones, *vel alias causas quascunque Sacris Canonibus*, *aut generalibus Conciliis adversentur.* Judicum Supremi Regii prætorii auribus intimentur, quibus si ita esse compertum fiat, Regias litteras, quæ vulgò (provisiones) dicuntur, expediendas decernunt; ut antequam Apostolicæ litteræ executioni mandentur, originaliter ad Regia prætoria deferantur, ut illic an ex falsis precibus, et importunis suggestionibus contra Sacra Conciliorum decreta obtentæ sint, examinentur. 36 Quo * comperto Summus Pontifex illius rei certior fit, ac precibus commovetur ut jam veritatis expers, quæ universalis Ecclesiæ saluti, fidelium utilitati, Reipublicæ commoditati, profutura discernat, ac laudabiliter statuat, nec in hoc Regia decreta Pontificiam jurisdictionem quidpiam lædere, aut Sacris constitutionibus adversari videntur, ut satis apparet ex iis, etc. Sesse *de inhibitionibus Regni Aragon. cap.* 8. §. 3. *n.* 83. *et* 88. Castillo novissimè *in tractatu de tertiis*, *cap.* 14. à *n.* 182. cum *seqq.* ubi se remittit ad hunc nostrum tractatum, conscius nostræ diligentiæ, et continuæ vigilantiæ, esseque jam approbatum à Concilio, juxta plurima familiarissima colloquia inter Nos assiduè de eo præhabita.

In Regno *Siciliæ*, *Neapolis* et in cunctis *Italiæ* ditionibus hoc idem observari, quoties litteræ Apostolicæ * tendunt in præjudicium tertii, 37 aut in damnum Reipublicæ temporalis, turbando Regalem jurisdictionem, et pacem subditorum, ut impediatur per Regios Consiliarios earum executio, latè probat Antonius Amato *variarum resol. to.* 2. *resol.* 82. *à n.* 28. *cum seqq.* et videndus *à n.* 26. qui *n.* 28. ad idem allegat Cabedum *dec. Lusita.* 2. *n.* 7. Cancerium *variar. resol. lib.* 3. *c.* 14. *n.* 6. Olibanum *de jure fisci*, *cap.* 10. *num.* 4. Portolem ad Molinam, §. *alienigena*, Grammat. *cons.* 109. Ferretum *consil.* 1. *n.* 14. Petrum de Gregorio *de concession. feud. part.* 8. *quæst.* 7. *nu.* 8. Follerum *in constit. post mundi machinam*, aliosque quamplures, etc. Doctor Don Marius Cuteli R. C. Siciliæ Senator meritissimus *in Codicem leg. Sicular. ad leg. Feder. nota* 46. *per totam.* et iterum *ad legem Martini*, *nota* 64. *per tot.* quibus locis ponit praxim et stylum Regni Siciliæ in examinandis omnibus litteris à Sede Apostolica emanatis, Jacobus de Graffiis *in decisionibus Aureis casuum conscientiæ l.* 4. *circa explicationem Bullæ in Cœna Domini*, *c. princ.* 18. *n.* 120. ubi *de Regio exequatur* Regni Neapolis, de quo ulteriùs infrà *numer.* 11. *et seq.*

Camillus Borellus *in tract. de præstantia Regis catholic. cap.* 52. *nu.* 3. *et* 4. loquendo in prærogativa Regis Hispaniæ retinente Bullas ex justa causa, donec per supplicationis auxilium fiat Summus Pontifex certior, quantum detrimenti Reipublicæ immineat, et quam grave scandalum suboriatur ex illarum executione.

Borellus *ipse*, *cap.* 50. *sub num.* 19. recenset et praxim Regni Neapolitani, ne admittantur Bullæ rescripta, et collationes Sacerdotiorum, Prælaturarum, aut beneficiorum à Sede Apostolica emanatæ, nisi prius interponatur *Regium brachium*, vulgò dictum (*exequatur*) et unde inoleverit hæc praxis affert ibi, *à n.* 18. antecedentibus.

Et iterum ipse Borellus *in addition. ad Bellugam in speculo Princip. rubr.* 6. *in verbo Privilegiis.*

Pater Henriquez è Societate JESU *in* 3. *tomo Summæ de Pontificis clave*, *lib.* 2. *cap.* 22. §. 1. latissimè justam asserit hanc Bullarum retentionem, quando ex legitima et juridica causa fit, et *in c.* 19. §. 1. et iterum *eodem lib.* 2. *cap.* 15. §. 1. *ad fin.*

Ipse etiam Henriquez *in eodem tract. de Pontificis clave*, *lib.* 2. *c.* 11. §. 3. mirabiliter † scribit in hæc: Prudenter perpendant Judices Regii, ne injustè impediant, fieri executionem absque suo ipsorum consensu, ubi tamen appellatio, seu potius *supplicatio ad Papam* meliùs informandum, non videtur frivola; (quippe quæ nititur longo malorum experimento, quæ aliàs sequi solent bono communi in Hispania ob falsas impetrantium impetrationes) non prohibetur *impedire interim Rex*, et ejus Senatus, imò ex jure naturæ pro suo officio * tenetur ad sedandum tu- 36 multum, aut periculum seditionis et schismatis in

Regi o tanquam protector ſui Regni, in bonis etiam Ecclesiasticis, & poteſt tollere violentias ob pericula vitanda. Id præſtat Rex Hiſpaniæ etiam ex privilegio Alexandri Papæ VI. aut immemoriali conſuetudine, nam Pontifex longè ab Hiſpania diſtans à ſtatutis quibuſdam, aliqua concedit falſa informatione deceptus, aut importuna quadam vi precum victus non intendit libera voluntate concedere, cum ignorantia, & quædam coactio impediat voluntarium. Rex verò curat, ſuſpendi executionem litterarum fraudulenter impetratarum, interim dum Pontificem per ſuum Legatum melius informem.

Similis conſuetudo extat ſciente & permit-
40 tente Pontifice, apud varias Chriſtiani † Orbis regiones, quam non damnarem quidem, niſi ob ſuſpicionem fraudulentæ inobedientiæ, contra litteras Papæ (ubi Rex de fide aut ſchiſmate eſſet ſuſpectus) at rebus benè perſpectis, meritò excuſat in Regis verè Catholici Ditione, præſertim cùm ſimul nitatur privilegio ejuſdem Pontificis ſaltem tacito Regi. us conceſſo, &c. Hactenus Pater Henriquez, qui doctè quidem & eruditè loquutus fuit.

Henriquez ipſe Pater variis aliis in locis ejuſdem *tract. de Pontificis clave, lib. 2. cap. 16. §. 1.* & iterum *cap. 16. §. 3. & cap. 23. §. 2.* Quibus & alibi paſſim mirabiles doctrinas apud eundem hanc Bullarum retentionem debito modo factam juſtificantes legimus, in diſcurſu hujus tractatus commemorandas.

Hinc non eſt audiendus modernus Diana *reſol. moral. in tractatu de immunitat. Eccleſiaſt. reſol. 12. per totam*, qui (immemor tantorum piorum Doctorum utriuſque juris, & Theologicæ profeſſionis hanc retentionem, praxim, & univerſalem conſuetudinem omnium ferè Chriſtianæ Religionis Regnorum comprobantium) noviter adversùs eandem reſolvit, nullo probabili fundamento nixus, qui nec rationes urgentiſſimas, utiliſſimaſque Reipublicæ perpendens, nec gravitatem negotii conſiderans facilè labitur, & in ſuam opinionem temerè involvitur in damnum miſerabilium oppreſſorum, (qui alio remedio humano ſunt deſtituti) nec non Reipublicæ, non tantùm temporalis, verùm & ipſius Eccleſiaſticæ & ſpiritualis: quem ideò meritò carpit poſt hæc ſcripta doctiſſimus Dominus Joannes del Caſtillo *in tract. de tertiis, c. 41. à num. 182. cum ſeqq.* ſed ipſum Dianam manifeſtè convincens ex his quæ in hoc *cap. & ſequentibus, & in cap. 1. ſupra hac 1. part.* juridicè & fundamentaliter comprobata ſunt pro hujus retentionis debito modo factæ, & juſta exiſtente cauſa, juſtificatione. Qui quidem Caſtill. *ſub d. numero 182.* ex Covar. Olibano, & Zevallos aſſerit, hanc retentionem litterarum Apoſtolicarum diſcerni in Senatu pro tollenda violentia, quæ ex earum executione ſperatur.

Hinc in Regno Siciliæ, ejuſque Senatu non
41 ſolùm examinantur litteræ Apoſtolicæ, an aliquid contineant in damnum Regis, * Regni, & præjudicium tertii, ut ex aliis Doctoribus annotavimus ſuperiùs hoc eodem *cap. numero 37. verſ. Et in Regno Neapolit. & Siciliæ*, &c. comprobant inſuper hoc *Regium exequatur.* Ant. Coſta *conſ. 1. per totum*, Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 65.* Manuel Rodriguez *in addit. ad Bullam Cruciatæ*, §. 9. Pater à Coſta *in eadem Bulla, quæſt. 96. per totam*, licèt Antonius Diana *variarum reſolutionum, 4. par. tract. 1. de immunitate Eccleſiaſt. reſol. 9.* dicat Regem noſtrum in hoc *Regio exequatur* procedere ex privilegio Pontificis, vel ex concordatis vel ex Bannez *in 2. 2. quæſt. 67. artic. 2. dub. 2. concl. 6.* Caſtro Palao *in opere morali, tomo 2. diſput. unica, puncto 9. n. 10.* Jacobo de Graffiis *deciſion. aureis, part. 1. lib. 4. cap. 18. n. 120.* ubi hæc addit verba: caveant miniſtri Regis, cujus mens ſanctiſſima eſt, in non inferendo præjudicium Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, nec divexent negotiatores in non expediendo *Regium exequatur*, &c. cùm dicti Doctores minimè de privilegio loquantur, ſed de litteris miſſivis particularibus ad invicem inter Papam, & Regem, ut eſt videre ſupra *ſub num. 4.*

Verùm etiam Rex noſter Catholicus eſt, Mo- 42
narcha exercens utramque * juriſdictionem etiam ſpiritualem, tanquam Legatus à latere, in ſuo illo Regno creatus, & conſtitutus à tempore *Rogerii* ejuſdem Regni primi Regis, qui ob eximia beneficia in Eccleſiam obtinuit ab *Urbano Papa II.* non ſolùm titulum Regis Siciliæ, verum & ſingulare privilegium, nempe ut deinceps Siciliæ Princeps habeat utrumque gladium. Qui cognoſcit de omnibus cauſis Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus tangentibus ad forum Eccleſiaſticum, atque de cauſis exemptorum, tanquam Legatus à Latere Sedis Apoſtolicæ, cujus in hac parte juriſdictionem exercet ex dicto privilegio; & non tam per viam appellationis ab omnibus Ordinariis, & Judicibus exemptorum ante deffinitivam emiſſæ, verùm etiam in prima * inſtantia per viam ſimpli- 43
cis gravaminis, ſeu recurſus abſque appellatione, imò gravaminis aditu mediante ſolet impunè Judex Illuſtriſſimus Monarchiæ retinere totam cauſam in ſuo Tribunali, juxta praxim retrò vetuſtiſſimam & immemorialem, continuatam etiam poſt *Concilium Trid. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 20.* præſervans aliàs primam Ordinariorum inſtantiam, ita ut in illo Tribunali Monarchiæ, & Regno Siciliæ, hæc conſtitutio conciliaris non fuerit recepta, quoad prædictum modum procedendi ſemper continuatum, juxta eâ quæ abundè cumulavimus infrà *hoc in cap. à num. 114. cum multis ſeqq.* ubi etiam de aliquibus capitulis *Concil. Trid.* minimè obſervatis, quia uſu non fuere recepta; de quo etiam ſpecialiter egimus *in tract. de Reg. protect. 1. part. cap. 1. à num. 131.* & ſuperiùs. Et hoc *c. nu. 133. & 134.*

Et quæ in ſimilibus terminis latè comprobat Nicol. Garc. *de beneficio 11. p. c. 5. à n. 149. cum multis ſeqq.* ubi de decreto quodam *Concilii Trid.* non recepto ab aliquibus Cathedralibus Eccleſiis, *& à num. 158.* ſatisfacit difficultati ortæ ex eo, quod in Hiſpania fuit generaliter receptum totum Concilium Tridentinum, ut tanquam generalis non obſtet aliquorum decretorum ſpeciali non receptioni, quem conſulere potes pro latiori explanatione.

Et inſuper quia licèt *in d. Trid. decreto* pro- 44
hibitivo Legati quoque de latere expreſsè comprehendantur, tamen inter illos minimè comprehenditur Rex Catholicus, & ejus hæc Regalia. Etenim cùm omne quod à Sede Apoſtolica Reges obtinent in perpetuum, Regaliam Regis eſſe diximus ſuprà *hac 1. p. c. 1. num. 116. & à n. 141.* Idcirco in quibuſvis conſtitutionibus generaliter loquentibus, Regum jura & privilegia minimè includuntur, ſed potius excepta, intacta, & præſervata remanent, ob eorum prærogativam & excellentiam, *text. in c. fi. in pr. de offic. deleg. in 6.* ibi: *Regibus & Regnis, qui ſicut dignitatis altitudine præeminent, ſic prærogativa gratiæ ipſos convenit antefferri duntaxat ex capitis*, &c. *c. ne reliqui*,

de privilegiis, *lib. 6. c. ſolitæ de major. obed.* & per hæc & aliqua alia jura & Doctores copiosè reſolvit Hieron. Gonzal. *l. de alter. gloſſ.* 24. *à numero* 116. *cum ſeqq.* nata quod ſpeciali nota & expreſſione dignum eſt, ſi fuit omiſſum, cenſetur quaſi neglectum, *l. item apud Labeonem*, §. *ait prætor*, *ff. de injuriis*, *l. C. eos*, *de aquæ doctu*, quod latè exornat Caſtillo *de tertiis*, *c.* 20. *d. num.* 8. *& à princ.* Jus enim Regum efficacius eſt alio quolibet ut dicit *Imperator*, *in leg. cum multæ*, *C. de bonis quæ lib.* ibi: *Imperialis fortuna omnes ſupereminet alias*; de quo ſuprà *c.* 1. *à n.* 137. quo ſuppoſito in *Concil. Trid. d. c. cauſæ omnes*, non includitur Monarchiæ Tribunal, quod ſemper continuavit ſuum antiquiſſimum jus cognoſcendi in prima inſtantia, quod equidem validiſſimis aliis fundamentis (quæ pro nunc omittimus, cum noſtri inſtituti non ſint) roborari poſſet.

Et quod Tribunal Monarchia non ſolùm cognoſcat per viam appellationis ab omnibus Regni judicibus ordinariis, & exemptorum, ſed & per viam gravaminis adeatur in prima quoque inſtantia, & quod hæc Regia Monarchia minimè comprehendatur *in Bulla Cœnæ Domini*, & de aliis pluribus juſtificationem Monarchiæ, atque ſtyli tangentibus, latiſſimè Pater Henr quez *in tractatu de Pontificis clave*, *cap.* 26. *per totum*, ubi quod Rex Catholicus non videtur procedere authoritate laicali, ſed Apoſtolica (cui & ego libenter aſſentio.)

Quo loci refert ad litteram hoc privilegium *Ur-*
45 *bani*, & ob quam * cauſam fuit *Regi Rogerio* conceſſum; ejuſdem privilegii etiam verba refert Borell. *de præſtantia Regis Catholici*, *cap.* 71. ubi latiſſimè comprobat non ſolùm in temporalibus, verum in ſpiritualibus Reges noſtros, quoad illud Regnum Siciliæ Monarchas appellari poſſe, quoniam in eo Legati de latere Sedis Apoſtolicæ cum pleniſſima ſuper omnes Prælatos Ecleſiaſticos ejuſdem Regni poteſtate & juriſdictione conſtituti ſint ex conceſſione *Urbani II. Rom. Pont. Rogerio Normantino*, *tunc Comiti Siciliæ & Calabriæ*, ejuſque filiis hæredibus & ſucceſſoribus in perpetuum facta *anno Domini* 1099. *tertio Nonas Julii*; cujus verba ibidem ad litteram refert, & latè comprobat. Adducit etiam caſus ſpeciales, qui à Judice Monarchiæ ad Se-
46 dem Apoſtolicam per † appellationem fuere delati, & ad eandem Monarchiam per Papam iterum remiſſi; quos etiam recenſet Marius Mutta *ſuper c. Regni Siciliæ*, *tomo* 3. *per totum*, *fol. mihi* 161. *& ſeqq.* ubi de ejus juſtificatione pariter tractat; ejuſdem etiam privilegii verba extant apud Thom. Facellum *rerum Sicular. decad.* 2. *l.* 7. *cap.* 1. Marianam *de rebus Hiſpaniæ*, *lib.* 10. *cap.* 5. Gaufredum Monachum *de rebus Normannis in Italia geſtis*, *lib.* 4. *cap.* 29. Joſeph. Carnebal Siculus *lib.* 1. *de Hiſtoria Siciliæ*, Joann. Lucam Barberium *in cap. Brevium Siciliæ*. Hieronym. Zurita *l.* 3. *Annalium Aragon. cap.* 68. Franc. Maurolium *in compendio rerum Sicularum*, *lib.* 3. *fol.* 98.

Cujus Bullæ virtute ut iidem Authores recenſent, Reges Siciliæ ex eo tempore * ibidem Tri-
47 bunal tenent, quod Monarchia appellatur, in quo introducuntur appellationes ab ejus Regni Prælatis, & ad ſuos Regios Magiſtratus devolvuntur, ab eiſque uti Legatis de latere cauſæ deciduntur, per quos etiam Doctores idem recenſet doctiſſimus Præceptor Noſter Joan. de Solorzan. meritiſſimus Senator Concilii Indiarum *in ſingulari tractatu de jure Indiarum*, *lib.* 3. *cap. numero* 71. *cum ſequentibus*; & licet quondam Rex ipſe, & ejus Proteges de cauſis ſpiritualibus cognoſcebant, concordantia poſtea facta eſt inter Sedem Apoſtolicam, & Regem Catholicum, ut Judex quidem ſacris initiatus præeſſet huic Monarchiæ Tribunali nominandus à Rege independenter à Sede Apoſtolica, quo munere me inſignivit, immeritum decoravit & munificentiſſimè contulit *Sacra Catholica Majeſtas Philippus IV.* cognomine *Magnus*, *anno* 1636.

Et licet Illuſtriſſimus Card. Cæſar Baronius *in ſuis Annalibus Eccleſiaſticis*, *tomo* 11. *anni Chriſti* 1097. *num.* 18. *cum multis ſeqq.* ſupra dictis * authoribus, aut non viſis, aut inſuper habitis, Monarchiam 48
hanc Eccleſiaſticam exagitet, ſerióque improbet, & rigidis atque aſperis verbis piiſſimos Reges Noſtros ea utentes ſuccenſeat: *Bullamque Urbani II.* commentitiam, vel nimis adulteratam eſſe oſtendere nitatur.

Tamen contra eum plures docti viri peculiares * Apologias ſcripſere, & præcipuè illuſtriſſi- 49
mus Domin. Joan. Beltranus de Guebara Archiepiſcopus Compoſtellanus; quapropter Regiis edictis, & ſchedulis, *Data en el Pardo* 15. *Junii* 1611. liber ille Baronii intercipi juſſus eſt ut tradunt Jacobus Gordanus *in ſua Chronographia*, *anno* 1610. *pag.* 195. de cujus executione teſtatur Solorzan. *lib.* 3. *numero* 76. *&* 77. *cap.* 1.

Ad hujuſmodi etiam Bullarum legitimam retentionem (à qua ſupra modum digreſſi ſumus, dulci impulſu Monarchiæ ducti) redeuntes, rectè conducunt * illi omnes Doctores ſine contradic- 50
tione probantes, poſſe Principem ſecularem non admittere à Sede Apoſtolica, aliterve proviſam ſeu electum, ſi ſit perſona ſibi ſuſpecta, de qua non poſſit confidere, ne fortè revelet adverſariis arcana, & ſecreta ſui Regni, Innocent. *in c. ſuper his numero* 8. *de accuſatione.* Abb. *in cap.* 1. *numero* 9. *& in conſ. cum terra ſub numero* 2. *in cap. quod ſicut numero* 7. *de electione.* Hoſtienſis *titul. de election.* §. *quis poſſit eligere*, *num.* 5. *verſ. Sed electione jam facta*, Joann. Andræa. *in cap. nobis* 25. *ſub numero* 12. *de jure patron.* Joann. Selba *de benefic.* 2. *part. quæſt. fin. num.* 65. Palatius Rubeus *in rubrica de donation. inter virum & uxorem*, *in præfatione*, §. *decretalis*, *numero* 29. *&* 30. ubi in propoſito alia plura conducit Hieronymus Gonzal. *in regula de alter. gloſſa* 4. *numero* 166. & ſuprà, Joannes Igneus *in l. neceſſarias* §. *non alias numero* 331. *ff. ad Sylanianum*, Chaſſaneus *in Catalogo gloriæ mundi*, *part.* 5. *conſider.* 24. *verſ.* 194. Covarruvias *in cap. quamvis pactum in* 2. *part. relectionis*, *numero* 5. *in fin.* Borellus *de præſtan. Regis Catholici*, *cap.* 50. *num.* 19. facit text. *in l. ſi quis aliquid.* §. *transfugæ*, *ff. de pœnis. l. omnes*, §. *exploratores*, *ff. de re militari*, text. ſingul. *in l. mercatores*, ibi: *Ne alieni Regni (non convenit) ſcrutentur arcana*, &c. *C. de commerciis & mercatorib.* plurimos Doctores, citat Azevedius *in l.* 14. *tit.* 3. *l.* 1. *Recop. n.* 19. *&* 20. ergo ubi concurrat ſimilis illi cauſa juſta contra Reipublicæ utilitatem, aut cum ſcandalo, &c. litteræ proviſionis licitè (reverenter tamen) retineri poſſunt.

Conducunt etiam Doctores illi qui ex praxi uſitata affirmant, etiam in aliis multis caſibus extra legem Regiam expreſſis Apoſtolicas litteras ad Summum Senatum deferri, prout apud Hiſpanos * poteſtas, ſeu facultas Legatorum ſeu Nun- 51
tiorum Apoſtolicæ Sedis examinatur, ut admoneri poſſint à Summo Regis Prætorio, quibus uti conveniat diſpenſationibus, & commiſſionibus, ne

quid

quid fiat in Reipublicæ dispendium, cum plerumque Nuntii Apostolici exteri sint, nec satis noverint, quæ sint præcavenda, ne falsis precibus et suggestionibus decipiantur, quod et apud Gallos, et Belgicos Flandriæ observari ex aliis testatur Covar. *practic. qu. cap.* 35. *num.* 4. *ad princip.* Salzedus *in praxi criminal. c.* 54. *nu.* 19. ubi quod ante facultatem hujusmodi usus pro negotii magnitudine examinantur, ut Pontifex Summus consulatur, quibus facultatibus in his Regnis uti conveniat, quæ autem sint relegandæ; et licet hos Doctores non alleget, bene probat fundamentis Zevallos *commun. contra comm. q.* 897. *à n.* 338. *tom.* 4.

Probat etiam Pater Henriquez *lib.* 2. *de Pontificis clave*, *c.* 22. §. 3. dicens, quod quando Nuntius, aut Legatus à latere mittitur à Pontifice, in more
52 habet Senatus Regis † petere, ut ostendat facultates commissas à Pontifice, non animo examinandi idoneitatem personæ missæ: sed ut hunc juvet, quem litteris patentibus constat esse Nuntium aut Legatum Papæ, et ut adhibeatur ei fides, in iis quæ pertinent ad munus suum.

Quibus ita suppositis atque ulterius hoc in cap. et præcedentibus aliisque sequentibus consecutivè supponendis, tot juris naturalis, Divini et positivi
53 * fundamentis munitis, totque Doctorum utriusque professionis authoritate roboratis, meritò affirmare debemus, nullum scrupulum considerari posse ex parte Regum; qui jam diu ab immemoriali consuetudine Regalia retinendi litteras Apostol. (ad finem dumtaxat obviandi damnis Reipublicæ et violentiam sincerè tollendi, et reverenter humiliterque supplicandi Sanctissimum de medela et remedio provisurum) usi fuerunt. Cum putare non debuerint, tot Catholicos antecessores suos errasse, nec falsum esse, quod omnes ferè tam docti, tamque Catholici Doctores securè licere affirmant, censent, et consulunt. Tritum enim est in jure nostro, et apud Theologos Scholasticos et Morales, certum velut axioma; sapientium, Doctorumque omnium sententias, et opiniones sequendas esse tuta conscientia, et ab omni culpa excusare tam in foro interiori, quàm exteriori, ut notant Bartol. per tex. ibi, *in l. in bonorum, ff. de bonorum possess.* Bald. et alii *in l. juris ignorantia, C. qui admitti*, Ancharan. et alii *in Clementin. ne Romanæ delectioni*, Paz ad Scala *in tractatu de Consilio sapientium ferè per totum*, Sylvester *in summa*, *verbo Dubium*, *num.* 4. *et verbo Ignorantia.* Navarr. *in Manuali Latino*, *cap.* 27. *num.* 289. Cardin. Toletus *in summa*, *lib.* 5. *cap.* 26. *in fi.* Sà *verbo Dubium*, *n.* 3. Suarez *de censuris*, *disp.* 4. *sect.* 8. *n.* 18. latissimè Tiraquell. *de pœnis temporal. casu* 51. *n.* 26. Menochius *de arbitrar. l.* 1. *q.* 23. *et centur.* 2. *casu* 117. *n.* 5. *et in tractatu de præsumpt.* Infinitos etiam penè Doctores congerit in similibus terminis Solorzano *de Jure Indiarum*, *l.* 3. *c.* 2. *n.* 29. *cum multis seq.*

Imò etiam et si res hæc foret dubia, tutissimi Reges sunt, sequentes opinionem favorabilem, et probabilem, ut ex Victoria, Cajetano, Sylvestro, Navarro, Valencia, Bannez, Ayala, Lorca, Suarez, Molina, aliisque plurimis probat Solorzan. ubi proximè *n.* 38. etiam omissis opinionibus magis probabilibus, prout multis relatis firmat Solorzan. *sub dict. n.* 38. et latissimè Nicol. Garcia *de beneficiis*, 7. *part. c.* 2. *n.* 24. *et part.* 11. *c.* 5. *à n.* 351. plura cumulat exempla, variosque casus sub hac doctrina comprehensos novissimè Antonius Diana *res. moral.* 4. *p. tract.* 3. *de conscientia dubia*, per totum.

Bulla in Cœna Domini, *casu* 14.

TAntorum Doctissimorum virorum (quorum hactenus mentionem fecimus approbantium, hunc retentionis Bullarum antiquissimum * usum, 54
et immemorialem consuetudinem legitimis fundamentis vallatam, et jure omni comprobatam et fulcitam, ut in *c.* 1. hujus tractat. et *in cap.* 1. *et* 2. *part. de Regia protection.* adduximus longa serie, ubi adest legitima ad suspensionem earundem litterarum Apostolicarum causa, de quibus ulterius sigillatim in capitibus erit tractandum) opinioni receptissimæ et communi, *cap.* 14. *Bullæ in Cœna Domini*, nec obstat, imò potiùs in eo (si debito † modo, et ad evitandam violentiam fiat littera- 55
rum Apostolicarum retentio) expressè, vel potius causativè approbatur, et ut hæc veritas clarior fiat ejusdem verba insero.

Item excommunicamus, et anathematizamus omnes et singulos, † qui per se, vel alios autho- 56
ritate propria, aut de facto, quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, et litterarum Apostolicarum prætextu beneficiales, et decimarum, ac alias causas spirituales, ac spiritualibus annexas, ab Auditoribus, et Commissariis nostris, aliisque Judicibus Ecclesiasticis avocant, illorumve cursum, et audientiam, ac personas, Capitula, Conventus, Collegia, causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione, tanquam Judices interponunt; quive partes actrices, quæ illas commoti fecerunt, et faciunt, ad revocandum, et revocari faciendum citationes, vel inhibitiones emanarunt, à censuris et pœnis, in illis contentis absolvi, per statutum, vel aliàs compellunt, vel executionem litterarum Apostolicarum, seu executorialium, ac decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel suum ad id favorem, consilium aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum, sed etiam donec ipsi ad Nos informandos, ut dicunt, supplicaverint, aut supplicare facerint, nisi supplicationes hujusmodi coram nobis et Sede Apostolica legitimè prosequantur, etc.

Hunc *casum* 14. *Bullæ Cœnæ Domini*, ad litteram referunt Cardinalis Toletus *in summa*, *l.* 1. *c.* 27. † Augustin. Barbosa *de potestate Episc. alle-* 57
gat. 50. *n.* 71. *tom.* 2. *fol.* 13. Piasequius *in praxi Episcop.* 2. *part. c.* 1. *sub n.* 3. aliquam partem scilicet ultimam, *dict. c.* 14. etiam refert Cenedus *in qu. canon.* 45. *n.* 11. Vivaldus *in candelabro Ecclesiæ*, *in explicatione ejusdem Bullæ*, *c.* 14. *fol.* 391. in ultima impressione eundem refert ad litteram Pater Villalobos *in summa*, *tr.* 17. *de la descommunion*, *difficult.* 21.

Vides igitur, quàm conformis sit *Bulla Cœnæ Domini*, Hispaniæ usui, et immemorabili * consue- 58
tudini suspendendi interim executionem litterarum Apostolicarum, ubi justa et legitima violentiæ causa timetur ad effectum supplicandi ab illis ad eundem Summum Pontificem meliùs informandum; hoc enim licito et jure permisso fine dumtaxat detinentur, et interim suspenduntur, ut expressè † disponunt, et profitentur Hispania- 59
rum Reges, *in lib.* 24. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil.* ibi: *Lo qual es en mucho danno y perjuizio de nuestros Reynos: mandamos, que † quando algunas Bullas* 60
sobre lo susodicho vinieren, supliquen dellas los Cabildos y las Igiesias donde se trageren, y embien Cluego la relacion al nuestro consejo, para

que

que alli se provea, etc. Et *in l. 26. eodem tit.* ibi: *Y encargamos a los Prelados y Cabildos, y personas Ecclesiasticas, que si algunas Bullas cerca desto vinieren, y les fueren notificadas, supliquen dellas, y las embien ante los del nuestro Consejo, para que alli las vean, y provean cerca dello lo que convenga*, etc. *l. ejusdem tit.* ibi: *Encargamos à los Prelados y Cabildos y personas Ecclesiasticas que si algunas Bullas cerca desto vinieren y les fueren notificadas, supliquen dellas, y las embien ante los del Nuestro Consejo, para que por ellos vistas provean cerca lo que convenga* etc. Quibus quidem legibus convenit concors opinio Doctorum omnium, quos à principio hujus c. laudavimus, et in unum congessimus.

Quare Doctores, qui *dict. c. 14. Bullæ* ponderarunt, et attentè legerunt, † unanimiter profitentur, 61
in eo expressè approbari suspensionem executionis litterarum Apostolicarum supplicatione proposita demum proséquuta, ut in terminis Manuelis Rodriguez post alios *in summa*, 1. *par. c.* 156. *n.* 8. *et in addit. ad.* §. 9. *n.* 87. Cenedus *in quæst. Canonic. q.* 45. *n.* 11. ubi ad id allegat Vivaldum *in explicat. Bullæ Cœnæ Dom. n.* 109. videndus etiam in ultima impressione *anni* 1620. super eodem casu 14. *nu.* 3. ibi: *Omnes detinentes Apostolicas litteras, nisi in casu à Bulla concesso*, etc. Ponderat etiam Suarez *in tract. de censuris, tom.* 5. *disp.* 21. *n.* 75. *et* 76. Simancas *de Catholica instit. tit.* 45. *de pœnis, n.* 54. optimè notat Vega *in summa*, 1. *part. Descommunion, c.* 85. *casu* 18. et *casu* 19. pulchrè Pater Villalobos *in summa, tr.* 17. *difficult.* 21. *à n.* 2. ubi alios scilicet, Navarr. *in Manual. Latino, c.* 27. *n.* 69. *et* 70. et Cordub. *in summa, qu.* 35. ita tenentes citat, et explicantes dictum *c.* 14. Bullæ Cœnæ.

Pater Henriquez etiam *in tr. de Pontific. clave.* 12. 62
§ 2. *in glossa litt. R.* in nostris terminis * affirmat, in Bulla Cœnæ Domini non comprehendi fiscalem Senatus, dum supplicat nomine Regis, et boni communis ac publici, ad Regnum pertinentis, ne derogetur lex, aut consuetudo immemorialis, et privilegia: et iterum ipse ibidem, *c.* 16. §. 2. et in aliis locis inferius citandis.

Et cum Alterio, et Filiucio, Bonac. *de Morali Theol. to.* 3. *de censuris, disp.* 1. *q.* 15. *punct.* 4. §. 2. 63
ubi in hæc: *Impedientes* † *litterarum Apostolicarum executionem, excusari possunt ab excommunicatione hujus Canonis, si impediant prætextu informandi, et supplicationem tamen coram Sede Apostolica legitimè prosequantur, ita expressè in hoc Canone habetur: cum enim sæpè contingat, ut quis litteras Apostolicas subreptitias esse, aut iniquum gravamen, vel similia continere arbitretur; Summus Pontifex indulsit,* 64
† *ut impedientes litterarum Apostolicarum executionem interposita apud ipsum supplicatione, immunes sint ab excommunicatione, modo hujusmodi supplicationem coram ipso Summo Pontifice, et Sede Apost. prosequantur*, etc. f. 113.

Eodem etiam modo hunc Bullæ casum explicant, et intelligunt Graffis superius citatus *suò n.* 24. et Manuel Rodriguez *in addit. ad Bullam Cruciatam*, §. 9. *n.* 89. Vivald. *in Candelabro aureo* 2. *p. de Bulla Cœnæ Dom.* per quos et Navarrum loco citato, singulariter observat, et interpretatur *Bullam Cœnæ*, Pater Villalobos loco proximè citato, *tract.* 17. *difficult.* 21. qui *n.* 3. ita subdit: Acerca de lo qual se ha de advertir, que esta censura de la Bulla liga tambien à las personas Ecclesiasticas, que hazen lo que en ella se prohibe, que no es licito avocar à si las causas, aunque sea por via de fuerça, como expressamente lo dize la clausula, y lo advierten Cayetano, y Suarez. Y quanto à las fuercas se ha de advertir, que los Reyes, y Gouvernadores del Reino pueden, quando en realidad * de verdad se haze agravio y fuerça, 65
remover los impedimentos que estorvan la paz, tranquilidad y buen govierno del Reino, y suplicar a su Santidad conforme à un capitulo de derecho. Y aun se colige de las palabras de la censura, que dize: *Nisi supplicationes hujusmodi coram Nobis, et Sede Apostolica legitime prosequantur*, para que desta manera su Santidad mejor informado de los inconvenientes que ay, suspenda la execucion de sus letras Apostolicas, y ponga el remedio al damno, que de su execucion se podia seguir, como dize al Padre Fray Manuel Rodriguez, siguiendo a Vivaldo, Navarro, y Cordoua, la palabra *Sub prætextu*, queda declaranda arriba, dize que quiere dezirlo mismo, *que socolor.*

In id ipsum etiam tendunt omnes alii Doctores, qui meritò affirmant, in nullas censuras * incidere eos, qui ex justa et legitima causa à 66
jure Pontificio approbata suspendunt executionem litterarum Apostolicarum ad melius informandum Summum Pontificem, et ut ejusdem spectetur secunda jussio, *glossa in Authentico de mandatis Princip.* §. *si quis autem*, tenent Abbas *n.* 2. Zabarella *q.* 1. Ripa *nu.* 17. et cæteri communiter Doctores *in c. si quando de rescriptis*, Maranta *disputatione* 1. *num.* 19. Barbosa *in collect. ad c. si quando in additis*, super verbo, *Quare adimplere non possis*, probat Rodoanus *in tractat. de rebus Eccles. q.* 49. *n.* 23. ubi inquit, quòd excommunicatio * tota per Papam contra sibi legitimè resis- 67
tentem non ligat quod ad Deum. Plures Doctores adducit Anguianus *in tract. de legibus, lib.* 1. *controver.* 5. *n.* 7.

Adsunt etiam in his terminis verba Palatii, Rubei *in libello seu tract. de Benefic. vacan. in Curia* §. 7. *per totum*, et §. 12. *ad fin.* ibi: Et per hoc * defendi satis probabiliter potest id, quod nos 68
Regii Consiliarii quotidie in Regio Senatu facimus; præcipimus enim, quòd quando aliquæ litteræ Apostolicæ emanarunt, etc. supersedeatur in executione, donec litteræ ad Regium deducantur Senatum; ut videatur, an aliquid in eis contineatur, quod Reges, vel patronos laicos tangat, quo cognito supplicetur humiliter Papæ, ut sua Sanctitas dignetur informari de veritate, et Regis, vel patronum, vel filiorum, patrimonium gravamen revocetur, nec per hoc (ut arbitror) excommunicationem, vel alias pœnas incurrimus, cum jure, et Papa permittentibus hoc facimus, ut ex jam dictis satis patet, et plenè dico *in c. ex eo de pœniten. et remission. in recollectis*; hæc Palatius. Tenent etiam in his terminis Azevedus *in l.* 14. *tit.* 3. *l.* 1. *Recopil.* Graffis *in decis. Aureis casuum conscientiæ, part.* 1. *l.* 4. *c.* 18. *n.* 119. *n.* 120. et alii plurimi citandi inferius, *c. seq. n.* 25.

Hoc etiam ita in his terminis declaravit Summus Pontifex, *Adrianus* VI. † dum in Bulla loquendo 69
de jure patronatus Regii (quam ad litteram adduximus *in tractat. de Reg. protectione*, 3. *part. cap.* 10.) ita ait ibi: *Et quascumque litteras Apostolicas, desuper quolibet pro tempore confectas, etiam quascumque derogationes quorumvis jurium presentandi, etiam cum quibusvis efficacissimis et prægnantissimis clausulis in se contentis, nullius roboris vel momenti existere, vosque ac dictos successores vestros, seu vestrum aliquem illis nullatenus parere debere: et ob non paritionem hujusmodi, aliquos*

etiam

etiam in ejuſdem literis contentas cenſuras, & pœnas nullatenus incidere poſſe, &c. Hactenus Adrianus Pontifex.

Alias autem doctrinas, quæ omnino conveniunt materiæ & declarationem hujus capitis, videbimus *in c. ſequenti, à num.* 10. *& ſequentib.* Non tamen omittam eas, quas ſcriptas reliquit Pater Henriquez, quæ miro modo conducunt rei, de qua agimus, ac propterea ejus verba ad literam referenda.

Ipſe igitur *in* 3. *tomo Summæ tractat. de Pontificis clave*, *lib.* 2. *c.* 16. §. 1. ita loquitur: Pontifex in Bulla Cœnæ Domini prima facie videtur
70 tollere excuſationem, qua Judices * Regii *ſub prætextu violentiæ*, ſe ingerentes, *ſupplicant*, *vel ſupplicari faciunt à parte litigante*, *aut Fiſcali ad Papam melius informandum.* Pontifex vetat fictum prætextum, admittit tamen ita ſupplicari ſub prætextu probabili violentiæ, quæ illata creditur, aut ſi vis impedit, timetur inferenda, ut explicabitur,
71 *c.* 17. §. *ſi modo* * *dictas ſupplicationes coram Sede Apoſtolica legitimè proſequantur illi*, *quorum intereſt*: quæ verba non cogunt, ut de ſingulis impeditis, literis Apoſtolicis ſtatim mittatur peculia-
72 ris informatio Pontifici; cùm * enim multæ quædam ferè derogationes paſſim è Roma in Hiſpaniam afferantur, contentus eſſe ſolet una gene-
73 rali allatione * literarum, ſeu ea informatione, quæ Pontifici per annos aut per ſtatuta tempora à legato Regio offertur. Hæc enim cenſetur multorum negotiorum ſpecialis informatio, cum in virtute contineat varias ſupplicationes, & informationes, quas ſigillatim Judices Regii adhibere poſſent pro temporum, & cauſarum opportunitate, nam repetitio, & delatio ſingularum ſuppli-
74 cationum, & informationum * eſſet Papæ in graviſſimis, & penè infinitis Orbis negotiis adſtricto minus gratia, imò valdè moleſta, & inutilis, nec commodè poſſet, aut vellet, ſingula etiam minutiſſima expedire, & ob prolixitatem cauſæ nimiis
75 paſſim expenſis gravarentur parentes litigantes, quarum intereſt. Et ſuccumberet * pauper, qui pecunias pro tam longo itinere non habet, periculumque eſſet, in tanto negotiorum numero apud Judices tam longè poſitos taceri verum, & in actibus proceſſus, aut literis expeditis admiſceri falſam informationem, quare ut conſtet, ſuavem eſſe ſtatum, jugumque temporalis
76 legis Evangelicæ, decenter † Pontifices ſinunt, quædam negotia Eccleſiaſtica expediri per Judices Catholicos, ſalva ſemper Pontificis authoritate, & reverentia, &c. Hactenus Doctiſſimus, & Religioſiſſimus ille vir.

Cui doctrinæ rectè conſonat obſervatio quædam ſingularis, & non abſimilis Lucæ de Penna *in l. cum ad feliciſſimam*, *C. de quibus muneribus*, *vel præſtationibus*, *nemini liceat ſe excuſare*, *à n.* 2. ubi tractans de aditu ad Sedem Apoſtolicam pro imponendis, & exigendis muneribus ſeu exactionibus ab ſtatu Eccleſiaſtico in utilitatibus, & neceſſitatibus mixtis, & communibus publicis, ita ait. In iis quæ bonum commune directò reſpiciunt, & ipſi Clerici non minus quàm laici commodum exinde conſequuntur, non eſt opus, quòd proinde Romanus Pontifex adeatur: argumento ſuprà *de theſaur. l.* 1. *poſt principio*, *ff. de condition. inſtitution. quæ ſub conditione*, §. *ultimo* 24. *qu.* 1. *capitul.* 1. Satiſque abſonum videretur, ut pro modica pecunia, quæ fortè alicui villæ imminet in iis caſibus exolvenda, ut Romanus Pontifex in longinquo conſiſtens neceſſariò proindè conſulatur. Jam pluris tunc eſſet oneris, expenſarumque ſubjectio, quam commodi ex contributione Clericorum illatio, quod lex abhorret, ſuprà *de annonis*, *& tributis*, *l. mediterran. ff. de judiciis*, *l. ſed & ſi ſuſceperit*, §. 2. *& l. ſi longius*, §. 1. Hoc enim potius eſſet, pauperes univerſitates, portione contingente Clericos & Eccleſias pro majori parte defraudare, quàm grati Conſilii ſuper hoc munus impendere ad hoc *in Authentica de iudiciis*, §. *ne autem.* Item quia ubi per præſcriptas leges facta proviſio invenitur, non eſt veriſimile, quòd Romanus Pontifex ſe conſuli ſpecialiter reſervaverit argument. *ff. de aliment. legatis*, *l. alimenta*, §. *Baſilicæ*, *& l. ſi Stichus de verborum obligat. l. doli clauſula*, *ff. de pœn. ſanctio. & l.* 6. *de præbendis*, *c. dudum*, *& c. quamvis tibi*, &c. Et inferius ibi: Veriſimile eſt igitur, quòd ipſe nolit ulterius ſuas aures moleſtari ſuper eo, quod eſt per leges tam ſalubriter definitum, *dict. l.* 1. *ſupra de theſauris*, &c. Quem ad idem referunt, & ſequuntur Avileſius, Rebuffus, Mexia, & Nicolaus Balui laudati à Caſtillo *in tractatu de tertiis*, *c.* 9. *num.* 35. *&* 36. & conducunt, quæ latiùs diximus *hac* 1. *cap.* 1. §. *unico*, per totum.

Adhuc & ipſe Henriquez in gloſ. ejuſdem, §. 1. multa notabilia ponit in comprobationem eorum omnium, quæ dicit in ejus contextu, quorum aliqua ſpeciali annotatione digna repetam; dicit igitur ibidem litera A. in hæc, *c.* 12. §. 1. *P. & tunc Judex incurrit excommunicationem infra*, *c.* 21. §. 2. *nam vox* (prætextus) *includit dolum puta*, *dum* * *pars aut Judex*, *aut malitiosè contra* 77
jura differat litem & cauſam effugii; curavit iterum atque iterum habere recurſum ad Regia Tribunalia, *& opponit titulum ſimulatum de prohibenda vi*, *accipitque in quendam fictum prætextum & colorem*, *quando conſtat*, *nullam ſubeſſe vim*, Michael. Thomaſius & Salamantini, & Complutenſ. * Theologi, ac Juriſperiti Moya, 78
Frater Gallo, Frater Bartholomæus de Medina, Noſter Deza, Auditor ille Atienza (qui fecit recopilationem legum) & *praxis hæc ita à peritis & timoratis Auditoribus defenditur*, *& cit. t. c.* 12. §. *litera M. N.* &c. Ad id autem quod hic dicitur de dictione (*Prætextus*) vide quæ in comprobationem adduximus *Nos in tract. de Regia* * *pro-* 79
tection. 1. *p. cap.* 2. *num.* 16. 17. *& num.* 18. in propoſitum ejuſdem ſignificationem ponderantes, & hoc. *c. à n.* 111. *& ſeqq.*

Qui Henriquez *ſub litera B.* ubi dixerat admitti in Bulla ſupplicationem prætextu probabili violentiæ, ita gloſſat: † *Quia in rebus humanis non* 80
eſt quærenda certitudo evidentiæ, *c.* 19. §. 3. *litera F. Et Judices auditis advocatis viſum proceſſum diligenter examinant*, *non ut decidant principalem cauſam Eccleſiaſticam*, *tanquam Judices*, *ſed examinant de aliis*, *ut explorent an inſit violentia*, *de qua principaliter* † *cognoſcunt: & qui habet* 81
jus ad cognitionem circa finem pro bono communi; habet & ad media proportionata, *ut auferatur vis; ut autem tutius procedant habet Rex privilegium Papæ aut tacitum ejus conſenſum ex conſuetudine immemoriali*, &c.

SECTIO I.

Oppreſſo ſupplicanti ad Sanctiſſim. incumbit ſupplicationem proſequi, cujus deſidia, aut culpa Regis Regaliæ nec imputari, nec obeſſe poteſt.

SUMMARIUM.

82 *Supplicationem à literis Apoſtolicis, quas partes interponunt, vel per Senatum interponere jubentur, Regius Fiſcalis proſequi ſuit aut Regis expenſis non adſtringitur.*

83 *Senatus ubi reperit cauſam retentionis literarum legitimam in eodem decreto, ſimul ſolet in aliquibus caſibus jubere, ut pars, cujus intereſt, ſupplicet Sanctiſſ.*

84 *Bulla Cœnæ eo ſolo contentatur, ut Rex ſupplicet à literis, vel ſupplicare faciat.*

85 *Dictio (aut) eſt alternativa, & ſufficit alterum adimpleri.*

Sive diſpoſitio, quæ opponitur, ſit affirmativè, ſive negativè concepta.

86 *Bullæ Cœnæ verba declaruntur, ut unuſquiſque tam Rex, quàm pars ſuas ſupplicationes proſequantur.*

Singula ſingulis congruè referenda ſunt, ubi ad plura ſingularia infertur.

Manutentionis, & immiſſionis ſimul petitio ſi adſunt bona poſſeſſa, & non poſſeſſa, ſuſtinetur, referendo ſingula ſingulis.

Si præceſſit diſpoſitio diſtributiva inter aliquos, & ſequatur clauſula generalis copulativa, intelligitur diſtributiva inter illos.

87 *Regi de jure permittitur tollere violentiam illatam ex literis Apoſtolicis in damnum Reipublicæ impetratis per executionis ſuſpenſionem.*

88 *Supplicationem proſequi coram Sanctiſſimi in privatis negotiis non Regi, ſed parti, cujus intereſt, incumbit.*

89 *Impetrans, cujus Bullæ detinentur poſt examen tanti Senatus, merito diffidens de ſecunda juſſione, cauſam deſerit, cognoſcens Sanctiſſ. noviter, & verius informandum.*

90 *Literis deſertis per impetrantem ob legitimam retentionis cauſam ſupplicationis proſequendæ obligatio videtur ceſſare.*

91 *Appellans conſentiendo gravamini renuntiat appellationi, & inhibitioni appellationis virtute expeditæ.*

92 *Supplicans à literis Apoſtolicis nullo termino eſt adſtrictus ad eam ſupplicationem proſequendam.*

93 *Ponderantur verba Bullæ Cœnæ, ibi*, legitimè proſequantur, *ut intelligantur cum partis citatione, & cauſæ cognitione.*

94 *Parte ſupplicante à literis citata, & non comparente, ſecunda juſſio obtenta obtemperantur in Senatu.*

95 *Recurſus præcedens legitimè interpoſitus in literarum retentione, non redditur illicitus ob non proſequutam ſupplicationem per oppreſſum interpoſitam, & ſeq.*

96 *Actus licitus reſpectu principii, & prohibitus reſpectu finis, illud attenditur, ut licitus judicetur.*

97 *Præſcriptio inchoata tempore permiſſo, completa tamen tempore prohibitio licita judicatur, & ſeqq.*

Finis quando habet neceſſariam conſequentiam ad principium, non finis, ſed principium attenditur.

98 *Quod ſecundum legem factum eſt, ex eventu non retractatur.*

99 *Præſcriptio bona fide inchoata, & perfecta, per ſupervenientem malam fidem non redditur illicita.*

100 *Rex per ſuum legatum per annos refert Pontifici ſupplicationes.*

Et plures recenſentur legati Regii miſſi ad Pontificem, ut conferrent hanc retentionis materiam.

QUod autem ipſe Pater Henriquez dixerat in contextu: *Si modo dictas ſupplicationes coram Sede Apoſtolica legitimè proſequantur*, &c. juſtam literam ejuſdem Bullæ (de quo ſuperius, *nu.* 70. ubi ad literam hunc Authorem retulimus) ita gloſſa ibidem, *in litera C. Non* * *tenentur Judices, aut Fiſcalis, ſuis aut Regis expenſis deferre ſingulas literas impetratas, ſed pars litigans, cujus intereſt, debet privatam ſuam cauſam deferre; Fiſcalis verò in generali refert Pontifici per Legatum Regium. Ita poſt maximum ſtudium, & conſultationem reſolvit Doctor Julianus de Caſtrejon, cum eſſet Fiſcalis Senatus Regii, & eam praxim Senatus probant viri ſapientes*, &c. 82

Quæ veriſſima doctrina, & aſſertio ex plurimis aliis exornatur, & roboratur. Etenim Senatus Regius, quando indagatâ cauſâ propoſitâ * & 83
deductâ, legitimam & juſtam retentionem literarum reperit, eaſque retineri decernit: in eodem ſimul injungit decreto, & præcipit, ut ad ſuam Sanctitatem ſupplicet pars oppreſſa. Quo ſolo, quantum attinet ad Regem bis in cauſis & negotiis, ſuum auxilium præſtantem oppreſſis, Summus ipſe Pontifex in eadem Bulla contentatur, ut & clarè * indicant ejuſdem verba, ibi: *Etiam* 84
ſub prætextu violentiæ prohibendæ, vel quod ad nos informandos (ut ipſi aiunt) ſupplicaverint, aut ſupplicari fecerint, &c. Ponderata illa dictione diſtributiva, & adverſativa (*aut*) appoſita inter illas bipartitas orationes *ſupplicaverint*, relata ad partem cujus intereſt executionis ſuſpenſio: & aliam *ſupplicari fecerint*, relatam ad Regem & Senatum, qui hoc onus oppreſſo expreſsè imponere aſſolent, ex qua ſufficit * alterum adimpleri, 85
l. ſi heredi plures, ff. de conſtitutionibus inſtitut. l. plerumque, §. final. ff. de jure dotium, l.ª quis ſtipulatus fuerit, in fin. ff. de verborum obligation. cum pluribus ſimilibus. Quod procedit ſive diſpoſitio ſit affirmativa, ſive negativa, quia ſi utatur hac dictione alternativa (*aut*) ſimiliter operatur, ut ſufficiat alterum adimpleri, latè Cenedus *ſingulari. 6. num.* 3. Barboſ. *in diction. 46. à princ. & num.* 3.

Cùm enim hæc Bulla primitus loquatur alternativè, & diſtributivè de Regibus, ſeu parte * vim 86
patiente quoad ſupplicationem interponendam, ibi (*ſupplicaverint, vel ſupplicari fecerint*) nempè quando Reges ſupplicant, quod nunc accidit, quando cauſa immediatè, & directè tangit jus Regis, vel generaliter jus publicum Regni, quia tunc Fiſcalis Regis ſupplicat, juxta doctrinam inferiùs, *num.* 159. & *ſeq.* latius etiam *in c.* 13. *à num.* 53. *verſicul. Ex quibus omnibus mirabiliter*, & per totum; cap. præſertim, *à num. 6. verſic. Quibus tamen, & aliis, & à num.* 57. *verſ. Quam noſtram reſolutionem.*

Quando autem negotium tangit jus partis par-

tica-

ticularis, et privatæ, tunc ipsa pars supplicat, quam supplicare faciunt, et expressè decernunt Senatores. Idcirco verba illa alia generaliter, indiscretè, et indistinctè et copulativè prolata per dictam Bullam postmodum subsequuta, ibi : *Nisi supplicationes hujusmodi*, etc. *Legitimè prosequantur ;* distributivè et discretivè accipienda, et intelligenda sunt singula singulis congruè referenda juxta præcedentem distributionem, et alternativam, ut ei incumbat supplicationem prosequi, qui eam amisit, attenta significatione vocabuli, *Prosequantur*, quod non verificatur nisi in incipiente, et eandem supplicationem emittente, jura sunt expressa, *in c. cum sit Romana, de appellation. et relation.* ibi : *Quod si is qui appellaverit, causam appellationis non fuerit prosecutus*, etc. *c. persona, c. ex ratione eodem titulo*, cum infinitis. Sicque de necessitate referenda sunt ad proponentem, etenim quoties præcedit dispositio, et clausula distributiva inter aliquos, et subsequitur generalis copulativa omnes complectens, intelligitur eodem themate retento, distributivè inter illos, singula singulis referendo, Rotæ *decis.* 611. *numer.* 3. *et* 4. penes Farinacium *in posthumis*, *tom.* 1. *et decis.* 568. *numer.* 3. *et decis.* 206. *nu.* 3. optimè Mantica *de contractibus*, *lib.* 2. *tit.* 3. *numer.* 18. *et supra*, et in singulari casu Burgos de Paz, *quæst. nu.* 3. bona doctrina Viviani *de jure patronatus*, *part.* 2. *lib.* 13. *cap* 8. *num.* 249. idem Farinacius *tom.* 1. *noviter novissima decis.* 160. *num.* 4. ubi de eo qui petit immissionem simul, et manutentionem, quòd si adsunt bona possessa, et non possessa; remedia postea petita promiscuè, generaliter referuntur singula singulis, manutentio ad bona possessa, immissio ad non possessa : sequitur Ludovisius post *de manutention. observation.* 59. *n.* 75. Cassanate *cons.* 36. *n.* 8. *seq.* Surdus *cons.* 362. *à n.* 17. *lib.* 3. *cons.* 150. *à num.* 65. *et in consil.* 336. *numer.* 26. D. Joan. Baptista Valençuela Velasquez, *cons.* 121. *n.* 30. *tom.* 2. *et cons.* 171. *numer.* 6. Alexand. Ludovis. *decis.* 297. *num.* 9. *et decis.* 433. *numer.* 9. Rotæ *decis.* 605. *num.* 4. *et* 5. Seraphin. in qua aliæ recensentur, Flamin. Parisius *de resignat. tom.* 2. *quæst.* 7. *à nu.* 100. ubi quod si in supplicatione duo supplicantes petant res diversas, et postea in conclusione ambo copulativè loquantur, petendo indistinctè easdem res simul loquendo, intelligatur distributivè, non cumulativè, sed referendo singula singulis ad præcedentia, Castillo *tom.* 5. c. 86. à n. 22. (licèt nullum ex præcitatis Doctoribus alleget) qui omnes consulendi sunt pro singularibus casibus.

Quocirca Regi non incumbit, omnes etiam privatorum supplicationes prosequi, sed unusquisque quam prorumpit ; ita ut ob negligentiam et desidiam partis in eam prosequendo, juri, et Regaliæ Regis (qui semel retentionem legitimè decrevit, et supplicare simul mandavit) detrahi et obesse non possit, ut statim *à n.* 95. *cum sequentibus*, et facit *l. quid ergo*, §. *contrarium*, *versic. Sufficit de contr. et utili action. tutel.* ibi : *Sufficit tutori bene, et diligenter negotia gessisse, etsi eventum adversum habuerit, quod gestum est*, *l. sed an utero*, §. *is autem*, *ff. de negot. gestis*, *l. tutor qui*, §. *si posthum. ff. de administration. tutel.* ubi si tutor cœpit utiliter gerere rem pupilli, licèt postea malus exitus sequatur non culpa tutoris, nihil ei imputatur, sed est excusatus ; quæ jura et alia plura latè exornat Præsul Valençuela, *consil.* 154. *à n.* 14. *cum multis sequentibus*, *tomo* 2.

Rex igitur et Senatus quantum in se est, faciunt : sibi enim permittitur, et à jure tanquam

* protectori, et in Bulla Cœnæ Domini, interim reverenter suspendere executionem litterarum, quoties ex ea notabile damnum in perniciem Reipublicæ temporalis, aut Ecclesiasticæ indeque vis aliqua timetur, ad effectum supplicandi, ad Summum Pontificem melius informandum, et ut coram sua Sanctitate supplicationem eandem legitimè prosequantur partes, quibus hoc onus in privatis suis negotiis, non aliis incumbit, ut * tenet expressè P. Henriq. loco supra citato, *à n.* 70. *et* 82. et consonat Pacius Scala *in tract. de consilio sapient. lib.* 4. *c.* 25. *post medium*, *versic. si verò litteræ ;* ubi dixit, quòd potiùs judici est honestum, quàm necessasium Principi, rescribere, cum potiùs ad ipsas partes, quarum interest, quàm ad judicem reclamatio spectet. 87 88

Quæ si (postquam sibi à Rege mandatur, suam emittere * supplicationem) negligunt eam prosequi, nihil Regi est imputandum, sed partibus ipsis, quæ ut plurimum ita cunctantur in prosecutione supplicationis, ex eo forsan, quod vel intolerabiles expensas metuunt, longissimùmque, et periculosum valdè iter aufugiunt ; vel quod altera pars impetrans (cujus litteræ suspenduntur in Senatu) ampliùs de earum confirmatione, aut secunda jussione non curat, forsan meritò diffidens à sua Sanctitate iterum concedi, dum coram Sede Apostolica noviter affertur causa probabilis, ac in Senatu deregitur legitima, post longum examen, diligenter adhibitum à tot Catholicis viris litteris et experientia ornatis, Christiano zelo summàque reverentia Sedis Apostolicæ succensis perscrutantibus ; quæ si fuissent cognita à Summo Ecclesiæ Præsule tempore impetrationis, vel non concederet, vel saltem difficilior ad concedendum redderetur. 89

Qua etiam legitima causa, et ratione moti impetrantes ipsi, * ut plurimum consultè viam illam, et litteras deserunt, negotium asperum, aut nimis difficile, maximisque ambagibus, et infructifero labore involutum prudenter judicantes, cum Pastor Orbis (qui suam Rempublicam Ecclesiasticam et spiritualem, ac etiam temporalem pacatam habere, toto desiderio conatur) secundam jussionem melius noviter informatus denegabit, ne pax publica turbetur et bonum commune detrimentum patiatur : quod quotidie ferè in omnibus iis negotiis accidere videmus, et experimur. Quo supplicans aliquo modo ad prosequendum excusatus videtur. 90

Quare principali fundamento sublato, neglecto, et derelicto, à quo * supplicatio, et cætera omnia procedunt et dependent meritò et ipsa supplicatio, ac per consequens, et ejus prosecutionis obligatio cessare videtur ad text. in cap. cum cessante causa, de appellation. cum sua materia, conducunt bene quæ *Nos in tractatu de Regia protect.* 1. *c.* 5. *à num.* 17. *usque ad nu.* 21. *et numer.* 78. ubi post multos Doctores, quòd appellatio interposita à gravamine, et ejus virtute impetratum rescriptum, et inde emanata inhibitio cessant, ubi gravamen principale tacitè, vel expressè consentiat pars, vel revocet judex à quo, quia cum principale non subsistit, nec ea quæ sequuntur locum habent, ex juris regula vulgari. 91

Videtur enim hoc casu moraliter excusatus supplicans à prosecutione, * qui ad eam termino nullo adstrictus est à Bulla. Quia ubi tempus non est determinatum à lege aliquid fieri præcipiente, sufficit quocumque tempore fieri, *l. qui fundum*, *ff. de contr. emptione* Aymon Cravetta *consil.* 4. *numer.* 13. Petrus Surdus *dec.* 326. *n.* 76. facit etiam *text. in l.* 1. *ff. de ventre inspicien.* 92

et cum Riminaldo idem Surdus *decis. 266. num. 4.* Caldas Pereira *de nomination. emphyt. l. 1. quæst. 17. n. 24.* et per B. Roman. Jasson. et Rebuffum, Castillo *controversiarum, l. 4. c. 36. n. 11.* idem in casu practico observant Gregorius Lopez *in l. 25. tit. 9. part. 6. verbo, Del anno adelante* Covarruvias *in l. c. 3. n. 7. de testamentis*, Padilla *in l. cum quidam, n. 27. de legatis* 2. Mieres *de majoratu*, 1. *qu. 48. n. 2.* Matienzo *in. l. 7. tit. 4. glossa 2. n. 2. lib. 5. Recopil. et in l. 14. gloss. 1. n. 45. eodem titulo, et lib.* Joan. Guttierrez *practicarum lib. 2. quæst. 46. n. 2.* Castillo ubi proximè, *n. 11. cum seqq.* ubi *à n. 16.* nisi subsequatur requisitio, et interpellatio, post utrumque Molinam, Padillam, Sarmientum, Tuschum, Petrum Surdum, et alios; maximè agnoscens adversarium suum jus ex litteris habere pro derelicto.

Quò videntur tendere illa verba *dict. c. 14. Bullæ Cœnæ Domini*, ibi: *Nisi supplicationes hujusmodi coram nobis, et Sede Apostolica † legitimè*
93 *prosequantur*, etc. Ponderando illud verbum, *Legitimè*, hoc est cum parte legitima si adsit, et cum causæ cognitione prosecutio facienda. Ut secus sit, quando impetrans instat pro suarum litterarum confirmatione, et secunda jussione coram Sede Apostolica, citato adversario, cujus interest, et non comparente, suamque supplicationem dese-
94 rente; legitimè dicetur † eam prosequi, meritòque secunda jussio obtenta omnimodo obtemperabitur, et executio utrarumque litterarum relaxabitur, et libenter permittitur, prout in cap. sequenti altius explicabimus, atque etiam quomodo quandòve hæc litterarum relaxatio fit.

Nec ex eo quòd ex accidentibus supra dictis subsecutis, absque tamen culpa Regis ob omis-
95 sam † supplicationis prosecutionem, cùm ab eo fieri præcipiatur; erit illicita judicanda protectio nec recursus præcedens, justâ et legitimâ causâ jam semel præstitus, quoniam quando actus licitus est respectu principii, et prohibitus aliquo pacto respectu finis, inspicitur principium, ut lici-
96 tus dicatur: plura * congerit Alphonsus Villagut. *de extension. legis pœnal. à jure inflig. procurant. abortum, à n. 33. fol. 277.* optimè conducunt, quæ latè adducit Ludovisius Molin. *de majoratu, lib. 2. cap. 10. n. 3.* infinitos penè Doctores congerit Castillo *controversiarum, tomo 5. c. 93. §. 8. à nu.*
97 *13.* ubi quod præscriptio inchoata * tempore permisso, si prosequatur, ac compleatur tempore prohibito, licita admodum et permissa judicatur, quia attenditur initium permissum. De quo ulterius erit agendum, Deo dante, in tractatu de concursu contrariorum circa idem subjectum edendum. Sicque attendendum est principium protectionis præstitæ licitum, non quod postmodum accidentaliter successit ob culpam et negligentiam supplicantis.

Quia quando finis habet necessariam consequentiam ad principium non finis sed principium attenditur, *l. in ratione, in princ. §. Imperator. ff. ad legem Falcid. l. Pomponius 2. de negotiis gestis* multa per Rodrig. *de annuis redditibus, lib. 2. quæst. 17. numero 25.* Lancelotus *de attentat. 2. part. capit. 4. numero 4. cum sequentibus*, et facit *text. in l. Sancimus, Cod. de administrat. tutor.* ibi: *Non enim debet, quod secundùm leges factum est ex alio eventu retractari*; quo fit, ut quan-
98 do bona * fide et titulo, et justis initiis inchoat, et perfecta præscriptio fuit, si postmodum mala fides superveniat, præscriptio ipsa legitima reputatur, ita ut nec præsentibus restituere teneatur,
* sive juris civilis, sive Canonici juris regulas at- 99
tendamus, ut cum magis vera, et communi opinione residet *glossa in c. vigilanti, verbo temporis, de præscript.* ubi Innocentius, Hostiens. Abbas Bald. Felin. Butrius, Collectarius, et alii, Joannes Andreas, Ancharran. Philippus Franchus, et Petrus Pechius *in regula possessor. de reg. juris, l. 6.* Didacus Covarruvias *ibid. 3. p. §. 2. n. 1.* Bartol. *in extravagant. ad reprimendum, verbo, De renuntiation.* Angelus *in l. 1. num. 59. Cod. de judiciis*, Jasson. *in l. post divisionem, Cod. de juris et facti ignorantia*, et innumeri alii, quos referunt, et sequuntur Tiraquell. *in tractatu cessante causa, limitation. 12. nu. 16.* Menchaca *lib. 2. controversiarum illustris. c. 74. num. 1.* Balbus *de præscription. 2. part. 3. principal. quæst. 9. nu. 1.* Everardus Broncorst. *antinomia. centuria 4. assertion. 7.* Zevallos *commun. contra communem, quæst. 657. per totam, et quæst. 729. num. 20.* Joannes Garcia *de nobilitate, glossa 6. nu. 5.* et novissimè Pater Gilhenius, qui utriusque opinionis Authores, et argumenta recenset *in tractatu de præscript. 2. part. membr. 2. c. 8. per totum*, et ex Theologis idem probant et defendunt Divus Thomas *quodlibeto 12. artic. 24.* Paludan. et Major. *in 4. sententia. distin. 15. quæst. 11.* Dominic. Sotus *lib. 4. de justitia et jure, quæst. 5. art. 4.* Angelus *in summa, verbo, Præscriptio, §. 26.* Sylvester *eodem verbo num. 13.* quod et superius citati Doctores tenent.

Et insuper prædictis etiam congruit, quod ipse † Pater Henriquez ubi suprà ad litteram, *à num.* 100
60. et seqq. relatus prosequitur *in Glossa lit. D.* ad comprobationem illius propositionis à se firmatæ in contextu, ibi: *Contentus esse solet Papa una generali allatione litterarum, seu ea informatione, quæ Pontifici per annos, aut per statuta tempora à Legato Regis offertur*, qui quidem, *in Clossa dicta lit. D.* in hæc inquit: Sic à Rege Catholico Ferdinando missus est Palatius Rubeus ad Pontificem, ubi edidit libellum de beneficiis vacantibus in Curia; per Philippum Secundum ad Pium V. missus est Franciscus Vera (quem postea creavit Consiliarium Regium) cum Marchione de Alcannixas et per alios Legatos suos id sæpè facit Rex. Item cum Cardinali Alexandrino misso in Hispaniam à Pio V. anno 1572. hæc praxis, et cum Nuntiis latè disputata, et tractata est: Carolus V. Imperator, et Rex Hispaniæ misit Joannem à Vega Legatum ad Pontificem, qui postea fuit Prorex Siciliæ, Præses Senatus Regii, item Franciscus de Vergas (qui fuerat Fiscalis) missus est Legatus, qui defendit consuetam praxim Hispaniæ, etc. hactenus Henriquez.

Ac iterum ipse Henriquez *in c. 11. §. 3. in glossa lit. V.* affirmat, Regem per suum Legatum, certis temporibus monere Pontificem de statu istorum negotiorum.

Hujus Authoris ideò tam exactam volui facere specificam mentionem, tum ob ejus gravitatem, religionem, et insignem scientiam cunctis notam; tùm etiam quia iste liber *de Pontificis clave*, ita facilè præ manibus non habetur.

SECTIO

SECTIO II.

Bulla Cœnæ non recipit intellectum exclusivum recursus, uti provenientis ex incommutabili jure naturali.

SUMMARIUM.

101 *Defensio vi oppressis non prohibetur in Bulla Cœnæ per principes legitimè præstanda, et omni jure debita.*
102 *Pontifex est fons, et origo justitiæ, et pater pacis.*
103 *Defensio, ut tollatur, à nulla constitutione sumenda erit interpretatio.*
104 *Defensio nec in specie tolli potest per aliquam dispositionem.*
105 *Defensio differri, modificari, et variari potest.*
106 *Defensio provenit à jure naturali, Divino, Canonico, et Civili.*
107 *Defensio à nemine potest tolli proveniens à jure naturali.*
108 *Defensio, nec à Principe tolli potest.*
109 *Defensio nec per Papam tolli potest.*
110 *Defensio, nec directè, nec indirectè potest tolli.*
111 *Verba Bullæ Cœnæ ibi, (sub prætextu violentiæ tollendæ) intelliguntur, quando ficto colore malitiosè impeditur litterarum Apostolicar. executio.*
112 *Lex tollens defensionem interpretatur de defensione frivola non de legitima.*
113 *Et intelligitur tollere defensiones civiles, non naturales.*

101 NEc enim in dicta *Bulla Cœnæ Dom.* necessaria defensio * prohibitur vi oppressis, legitimè per Principes præstanda, ab eisdemque omni jure naturali debita, cum affixa sit visceribus Coronæ, et dignitatis, Regalisque officii, ut sæpè diximus *c.* 1. *hac* 1. *part.* et latiùs in specie dictæ Bullæ comprobavimus *in tractatu de Regia protect.* 1. *part. c.* 1. *prælud.* 5. *à n.* 232. *cum multis seq.* In quo universi Doctores dictam Bullam Cœnæ enucleantes in hoc eodem consonant, et uniformes conveniunt, prout est videre superius *hoc c. à nu.* 54. *et seq.* ultra quos plurimos allegat alios Diana *resolut. moral. tom.* 1. *tract. de immunitat. Ecclesiastica, resolution.* 6. *per totam* (qui tandem contra nonnullos resolvit in dicta Bulla Cœnæ non comprehendi cognitionem per viam violentiæ quam Principes et Reges habent.)

Nec tam absonus intellectus capiendus erit à Sancta et Christiana intentione Pontificum conditorum
102 præfatæ constitutionis (cum sint suos et origo * justitiæ, et patres pacis) velle tollere miseris vi oppressis hoc refugim tam salubre, tamque necessarium universali Reipublicæ.

Sicuti à nulla alia lege, statuto aut constitutione talis intellectus sumi * debet, ut tollatur de-
103 fensio, uti notavit Dominic. *in c. dilect. de litis contestatione in glossa* 3. *in fin. lib.* 6. Decius *in c. ex parte ei* 2. *n.* 77. *de officio delegati*, ubi etiam Felinus *cum* 99. idem Felin. *in rubrica de exception. in principio*, Cæsar Contardus *in repetition. l. diffamari, n.* 4. *C. de ingenius et manumiss.* ubi ponit differentiam, quando statutum tollit defensionem, et quando exceptionem, et hoc non sine ratione; quia defensio numquam censetur per legem, statutum, vel aliam quamlibet dispositionem sublata, *Clement. pastoralis de re judicata, l.* 1. §. *cum arietes, ff. si quadrupes pauper. fecisse dicat.* Natta *cons.* 119. *n.* 13. *lib.* 1. Curtius Junior, *consil.* 235. *n.* 12. *et* 13.

Imò nec in specie potest tolli defensio per * 104
aliquam dispositionem, Kirchou. *in commun. opinionib. cent.* 4. *conclus.* 62. *n.* 34. ubi alios allegat; Bonacosa *in quæstion. crimin. lib.* 1. *in verbo Defensio, in fine, et in* 2. *lib.* 1. *in verbo Defendere, per totum*, Beccius *consil.* 51. *numero* 9. Carolus de Grassis *in tract. de exceptionibus exception.* 21. *n.* 1. *et* 3.

Et licèt possit defensio differri, modificari, et variari * juxta Abb. *c. cum olim. num.* 22. *de* 105
appellation. Alexand. *cons.* 225. *num.* 11. *lib.* 6. Roland. à Valle *cons.* 19. *num.* 39. *et* 40. *lib.* Vantius *in tract. de nullit. tit. de nulli. ex defect. citata; n.* 19. *in fine*, Intrigol. *cons.* 23. *num... vol.* 1.

Nihilominus defensio, cum proveniat à jure naturali, * Divino, Canonico, et Civili, *cap. non infe-* 106
renda 23. *q.* 3. *l. sciendum*, §. *qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil. l.* 1. *Cod. unde vi*, notat, Marsil. *in l. unicus*, §. *cognitorum, n.* 56. *ff. de quæstione et in l. ut vim, ff. de justitia et jure, et cons.* 4. *n.* 4. *et in* §. *quoniam n.* 76. *glos. in* §. *quod verò instituta de jure natural. gent. et civil.* Curtius Junior *cons.* 235. *n.* 11. Beccius *cons.* 51. *n.* 80. Nevizan. *cons.* 16. *n.* 43. Gofredus *cons.* 48. *num.* 20. Malvasia, *cons.* 14. *n.* 9.

Et cùm jus naturale sit immutabile. §. *jus natural. institut. de jure natural. gent. et civil.* à memi ne potest tolli * defensio, quæ eo jure proveniat, Marsill. 107
in practicar. crimin. in §. *ultima quæst. nu.* 23. *et* 31. *et consil.* 8. *n.* 30. *et consil.* 16. *num.* 24. *et consil.* 25. *num.* 52. Beccius *cons.* 51. *nu.* 9. Brunus *in suo repertorio, verbo, Defendere*, Bonacosa *in dicto verbo, Defendere*, Caravita *super Ritu Regni Neapolitan. ritu* 220. *n.* 13.

Imò nec per Principem * potest tolli defensio, 108
Beccius *dict. cons.* 51. *n.* 9. Marsilius *dicto cons.* 8. *numero* 28. *et cons.* 81. *numero* 48. *et consil.* 73. *numero* 52. Borell. *super pragmat. odia litium*, §. 2. *glossa* 4. *numero* 38. Joan. de Amicis, *numer.* 117. *numero* 6. Marius Anguisol. *cons.* 42. *numero* 13. Granat. *consil.* 150. *numero* 2. *in civili.* Carolus de Graffis *de exception. excep.* 21. *num.* 5.

Et quod plus est, nec etiam * per Papam 109
potest tolli defensio, Marsillus *in practica.* §. *quoniam, numero* 79. *et dicto cons.* 16. *numer.* 22. *et cons.* 251. *n.* 52. *et* 81. *n.* 43. *et cons.* 73. *num.* 52. Borellus ubi proximè, et Graffis *nu.* 5. *et* 6. ubi dicit: quòd nec directè, nec indirectè tolli * pos- 110
sit defensio, Marius Anguisol. *consil.* 76. *numero* 19. Beccius *dict. concil.* 71. *numer.* 9. Ideòque nullatenus intelligendum erit, voluisse per dictam Bullam, Papam tollere justam, et legitimam defensionem miseris vi oppressis, ut clarè indicant verba ejusdem, prout latiùs explicavimus *de Regia protect.* 1. *p. c.* 1. *prælud.* 5. *à numer.* 232. *et seqq.*

Et præsertim illa, *snb prætextu violentiæ tollenda*, * ut intelligantur, quando hoc quæsito colo- 111
re frivolè, et calumniosè impeditur jurisdictio Ecclesiastica, et Bullarum Apostolicarum executio, ut in specie ponderavimus, *dict. tract. de Regia protect.* 1. *par. c.* 2. *num.* 16. *et* 17. et suprà *hoc c. num.* 77. *et seqq.*

Et quia lex quæ tollit defensionem, sic intelligi, et * interpretari debet, ut solummodo tol- 112
lat frivolas, inanes, et non legitimas, et juridicas,

cas, ut probant Bartol. *in l. omnes populi in penult. calumn. versic. Ultimo quæro, ff. de justitia et jure, et in l. 1. §. 1. ff. quod vi aut clam.* Alberic. de Rassar. *in 1. part. statuto. quæst. 65.* Paul. de Castro *cons. 183. col. 3.* Hippolitus de Marsill. *consil. 16. num. 1. et cons. 64. n. 5. et in prac. §. ultima quæst. num. 1. et 32.* Jasson. *in l. col. 2. C. de Sacrosanct Eccl.* Carolus de Grassis *in tract. de exception. 21 n. 7.*

Atque etiam censetur tollere defensiones civiles,
113 non autem defensiones naturales, * Bald. *in cap. à nobis in fin. de exception.* Felinus *in c. cum dilecti, col. 5. eodem tit.* Marsillis *cons. 75. n. 51. et consil. 31. n. 42. et consil. 72. n. 51. et in prac. dict. §. quoniam, n. 78.* Camillus *in verbo defensio, in principio,* ubi alios allegat. Grassis *dict. exception. 21. n. 8.* ubi *n. 10.* post Bart. *in l. facultas, C. de jure fisci;* Felinum, *in c. dilecti, n. 7. de exceptionib.* Cumian. *super ritu Magnæ Curiæ, cap. 40. n. 42.* Quòd censetur lex tollere defensiones facti, non juris; quapropter hæc defensio cum proveniat à fonte perenni, et origine juris naturalis incommutabilis et perpetui, quo omnia animantia imbuuntur; nihil mirum, ut hac Bulla Cœnæ Domini minimè comprehendatur, nec intelligatur ex hactenus dictis et aliis pluribus dicendis inferius *2. p. cap. 20. à n. 76. et seqq.*

SECTIO III.

Bulla in Cœna Domini, quantum attinet ad protectionem vi oppressorum in his Ecclesiasticis causis, non fuit recepta in Hispania.

SUMMARIUM.

114 *Bulla in Cœna in his, quæ attinent Regaliam Regis in tollenda vi, et retentionem Bullarum justa causa factam in Hispania non fuit recepta.*

115 *Lex non recepta, nec moribus utentium comprobata, non ligat.*

116 *Legis non receptæ transgressor non dicitur, illam non servans.*

117 *Lex sub conditione lata intelligitur, si moribus utentium approbetur, cui tacitè conditioni subjicitur, et sequentibus.*

118 *Etiam si habeat clausulam irritantem, et* 119.

120 *Dum disceptatur super constitutione Pontificali, an fuerit recepta non ligat.*

121 *Lex Canonica non ligat, ubi est verisimile, Papam ignorare rei difficultatem, pro tali loco, vel tempore.*

122 *Contraventio, et observantia contraria paulatim tollit vires legis, et censuras, etiam si ab initio cum peccato fuerit introducta.*

Dubitans, an constitutio excommunicationem imponens sit recepta, tutus est contraveniens.

123 *Lex Pontificia non recepta à majori parte populi prætextu rationabilis causæ non obligat.*

Leges humanæ tam Civiles, quàm Canonicæ non receptæ non ligant, nec obligant.

124 *Lex Canonica ex tempore, loco, et causa intelligitur lata, atque ex eorum diversitate temperari.*

125 *Divus Paulus per singulas Ecclesias vulneribus medetur.*

Uno collyrio omnium oculos curare imperiti Medici est.

126 *Pontifex universo præest Orbi, et singulorum Regnorum mores facile ignorat.*

127 *Unaquæque Provincia abundat in suo sensu, et variis corporis, et animi inclinationibus ducitur.*

128 *Patriæ moribus multæ leges non conveniunt.*

129 *Pontificis ignorantia, de moribus Regni in dubio præsumenda.*

130 *Mores singulares gentium sequi debemus.*

131 *Leges Pontificiæ multæ non receptæ in aliquibus Regnis, quia eorum moribus non conveniunt, cum seqq.*

132 *Ecclesia Orientalis jus Canonicum non recipit ob morum diversitatem.*

133 *Concilium Tridentinum in aliquibus Regnis non obligat, quia non receptum.*

134 *Tridentin. capitul. 17. sect. 24. in Hispania non est receptum, quia antea, et post uni plura simplicia conferuntur.*

135 *Constitutio 9. Julii 3. non est in usu in Regnis Hispaniæ.*

136 *Constitutio Pii V. de non conferendis beneficiis resignatis consanguineis Episcoporum in Hispania non fuit recepta, sed ab ea supplicatum.*

137 *Constitutio Gregorii de facienda publicatione resignationis, aut permutationis beneficiorum facta coram ordinario non est in Hispania recepta.*

138 *Bulla Clementis de largitione munerum Religiosis prohibita, non fuit recepta.*

139 *Leges Pontificiæ non obligant, non receptæ.*

140 *Motus proprius Pii IV. de professione Fidei in aliquibus religionibus, non ligat, quia non recepta.*

141 *Bulla Gregorii XIV. de immunitate Ecclesiarum in Hispania non fuit recepta.*

142 *Regula Cancellariæ circa conservatores alicubi non fuit recepta.*

143 *Bulla Cœnæ quoad Capitula tangentia Regaliam protectionis non obligat in Hispania, quia non fuit recepta.*

144 *Lex habens plura Capitula quoad non recepta non ligat, quoad cætera sic.*

145 *Censuræ pro parte Canonis recepta ligant duntaxat, non pro parte non recepta.*

146 *Consuetudo Provinciæ attenditur, observantia ad justitiam actus, sitne licitus, aut illicitus.*

147 *Ad valorem Constitutionis census attenditur consuetudo, observantia Provinciæ.*

SED quando dicta Bulla in aliquo offenderet Regaliæ, et præeminentiæ Regis, omni jure
* protectoris legitimi Reipublicæ Ecclesiasticæ et 114
temporalis, ut suprà probatum est, *c. 1. hujus tractatus, et c. 2. in tractatu de Reg. protect.* immemorabili consuetudine munito, de quo amplissimè egimus *eodem tract. c. 1. à n. 102. cum multis seq.* (quò te remitto) tantorumque doctissimorum Doctorum justificatione, et fundamentis fulcito, et comprobato, quos accuratè congessimus, hoc eodem *c. à princip.* et signanter *à num. 54.* quando in eadem Bulla ita expressè (prout hactenus vidisti) non foret permissus (justa et legitima causa existente) iste retentionis Bullarum usus: tutus judicatur Rex ob non receptam dictam Bullam in Regnis Hispania-

paniarum quantum ad illam ejus partem duntaxat, quæ posset Regiæ Regaliæ in propulsanda violentia inter suos subditos indistinctè obesse, cùm et ante ipsius Bullæ promulgationem per tempus immemoriale semper hæc prærogativa, et præeminentia (visceribus regiminis et Coronæ adhærente) usus est, et post eam usque nunc absque intermissione, et interruptione aliqua utitur, et à cunctis subditis et vassallis, quomodolibet vi oppressis indistinctè postulatur, eisdemque frequenter impertitur, cum moribus, privilegiis, et indultis horum Regnorum, inconveniens in hac parte tantum fuerit judicata: quam considerationem licèt alibi fecerimus, *in tract. de Regia protect. 1. part. c. 1. præludio 5. à n. 315.* noviter aliis mediis hic erit prosequenda et altius, alitèrque consideranda.

Certi namque juris est, legem, et dispositionem Principis non receptam, nec acceptatam, nec moribus utentium comprobatam non ligare * subditos, 115
saltem quando non fuit observata sciente et tolerante Principe, *c. in istis 4. dict.* Sicut enim moribus utentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt; ita moribus utentium ipsæ leges confirmantur, *l. de quibus, ff. de legibus*, ibi: *Leges nulla alia causa nos tenent, quàm quod judicio populi receptæ sunt*, etc. Aristot. *lib. 2. polit. cap. 6.* dicit, quod *lex nullam vim habet, ut illi pareatur, nisi ex more.*

Legis itaque non dicuntur transgressores, non servantes leges non receptas, ex Quintiliano * 116
Mandos. ad Lapum *allegat. 36. in lit. Q.* et ex Ancharano, Jasson. Guttier. et aliis tenet Cenedus *in collect. ad decretales, col. 84. n. 2.* et tenent infiniti penè Doctores tàm Theologi, quàm Juristæ, quos retulimus *in tract. de Regia protect. 1. p. cap. 1. prælud. 5. à n. 321.* ultra quos hic alios plurimos laudabimus.

Unde Domin. Geminian. *in §. leges, d. cap. de istis*, subdit, *quod Princeps * videtur statuere à prin-* 117
cipio sub tali conditione; scilicet, si moribus utentium approbetur, et sic habet desuetudo saltem tacitum consensum Principis, qui legem condendo, ipsam fecit subjectam tali conditioni; ergo non servantes non dicuntur venire contra præceptum superioris. Hactenus Geminianus.

Et quod lex Principis habeat tacitam hanc conditionem, * si à populo approbetur, et recipia- 118
tur; pluribus comprobat Romanus *in cons. 330. à n. 16.* ubi copiosè Horatius Mand. *in additione lit. M.* Flamin. Paris. *de resignat. lib. 8. quæst. 8. nu. 154.* Gonzalez *glos. 26. num. 1. et seq.* Gratianus *disceptation. forens. cap. 202. numer. 17. lib. 2.* ubi, quod procedit, * etiam si lex habeat *clausulam irri-* 119
tantem, quia non habet locum non verificata conditione, Alexander Ludov. *dec. 159. numer. 7.* Hieronym. Gonçal. *in dict. regul. 8. de alterna glos. 66. numer. 25. cum sequentibus*, qui omnes receptissimam sententiam censent, quam sequuntur Felin. *in c. 1. num. 6. et 7. de tregua et pace, numer. 12. vers. Sed si à principio noluerunt observare novam*, etc. Covar. *lib. 2. variar. c. 16. nu. 6.* ubi dicit communem: Beneintendi *dec. 13. numer. 9.* Duennas *regula 79. ampliat. 3.* Joseph. Ludovic. *dec. Perusin. 98. numer. 1.* Navarrus *cons. 1. constit. à n. 25. cum sequentibus*, Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 2.* Cochier. *de jurisdict. ordinar. in exemptos, part. 1. quæst. 5. à numer. 8.* Sayrus *in clavi Regia, lib. 3. cap. 5. numer. 13.* Manuel Rodriguez *quæst. regulari, tom. 1. quæst. 6. art. 6. c. 11.* alios plurimos recenset Augustinus Barbosa *in collect. ad capitul. 1. numer. 9. de tregua et pace*, Puteus *decis. 1. lib. 1.* Paul. Æmilius Veralli *dec. 203. num. 1. et 2. part. 3.* Farinacius *dec. 415. num. 3. part. 2. novissimo*, Cardinal. Mantica *de contractibus, lib. 5. tit. 13. num. 35.* Marta *de jurisd. casu 19. num. 16. et 17.* ubi dicit communem, et *casu 94. num. 71. cum seq.* Petrus Surdus *cons. 58. num. 8. lib. 1.* Mascardus *de statutis, concl. 8. num. 27. et seq.* Azeved. *in l. 3. tit. 1. l. 2. Recop. n. 23.* ubi alios allegat, et idem tenuerunt plures Theologi, Vasquez *1. 2. tom. 2. disp. 156. cap. 5. num. 34. cum sequentibus*, Suarez *de legibus, lib. 3. c. 19.* ubi fatetur communem, Bonacin. *tom. 2. tit. de legibus, dis. 1. quæst. 1. punct. 3. num. 45.* Salas *de legibus, quæst. 69. tract. 14. disp. 13. sect. 1.* dicit communem; Laiman *tom. 1. tr. 6. de legibus, c. 3. nu. 3. vers. Tertium si lex in provinciis, pag. 47.* Castro Palao *in suis operib. moral. tom. 1. tract. 3. dis. 1. punct. 3. n. 9. 10. et seqq.*

Sequitur Gratian. *in discept. forens. cap. 588. à numer. 13. cum seqq.* ubi ait: Quod dum disceptatur * de acceptatione Pontificalis constitu- 120
tionis, antequam per usum comprobetur, non ligat.

Et ipse Suarez *in dict. tract. de legib. l. 4. c. 16. num. 4.* dicit legem * Canonicam inducere obli- 121
gationem præcisam, licèt sit dura et difficilis, nisi verisimile sit, legislatorem ignorasse rei præceptæ difficultatem pro tali loco, vel tempore, aut alia occasione; nam si probabiliter creditur hæc ignorasse, credi etiam potest, noluisse cum tanto rigore obligare.

Quia contraventio, et observantia contraria paulatim vires legum, earumque pœnas, et censuras abrogat, et enervat, etiamsi ab initio * irrationabi- 122
liter et cum peccato fuerit introducta, juxta doctrinam Panormitan. *in c. 1. de tregua et pace*, Sylvester *verbo Consuetudo, quæst. 6.* Caietan *1. 2. quæst. 97. art. 3.* Soto *lib. 1. de justitia et jure, quæst. 7. art. 2. ad 2.* Avila *de censuris 1. part. dubio 8.* et colligitur *in c. cum venerabil. de consuet. ubi glossa*, Joan. Andreas, et Panormitan. *num. 5.* Jasson. *in l. de quibus, num. 8. litt. F. de leg.* Ancharran. Hostiens. Alexand. et alii plures, quos refert et sequitur Covar. *in cap. quamvis pactum, 1. part. §. 7. numer. 12. de pact. lib. 6.* Tiraq. *de pœnis temperand. causa 42. numer. 1. et seqq.* Anton. Gabriel, *lib. 2. commun. conclus. tit. de malefciis, concl. 8. num. 16.* Guttierrez *cons. 38. numer. 1.* Cardin. Tusch. *verbo Consuetudo, concl. 448.* doctissimus Præceptor Noster Solorzano *de jure Indiar. lib. 2. cap. 24. num. 81. et c. 14. n. 72.* conferunt quæ inferiùs dicimus hoc *cap. à n. 146. vers. Ad cognoscendum*, etc. et *à n. 143. et seq.* et cum Ugolino, Azorio, Navario, et aliis probat latè Moneta *de conservatoribus, cap. 7. à n. 611. cum seqq.*

Adeò ut dubitans, an constitutio excommunicationem imponens sit usu recepta, tutè possit existimare, et sequi opinionem, negantem receptam fuisse, ita ut nullatenus ligatus maneat constitutionis censurâ pro tuta opinione in utroque foro; tenent Azorius *instiut. moralium, lib. 2. cap. 19. quæst. 12.* Salas *in part. 2. 21. tract. 8. disp. un. sect. 18. numer. 169.* Castro Palao *tom. 1. disp. 3. punct. 6. numer. 4.* Emanuel de Moura *opusculo 1. de ensalmis, et incantatione, sect. 1. c. 5. n. 13.* Ant. Diana *resolut. moral. 4. part. tract. 3. resol. 14.* Rebellius *part. 2. lib. 1. de contract. in genere, q. 2. sect. 1. n. 4. §. 2.*

Et quod lex pontificia promulgata, ubi non sit recepta * majori parte populi prætextu ratio- 123
nabilis causæ, non obliget; tenent Navar. *cons. 1.*

de

de const. quæst. 5. Azor *instit. moralium*, *lib.* 5. *cap.* 4. *q.* 4. Suarez *de legibus*, *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 11. Joan. Maio. *in* 4. *distin.* 15. *q.* 5. Salas ubi proximè, Layman *in summa Theol. mor. tom.* 1. *tract.* 4. *de legibus*, *cap.* 2. *n.* 4. ubi optimè alios allegat. Hieron. Gonz. *gloss.* 26. *à n.* 21.

Et quod leges humanæ tam civiles quàm Pontificiæ, si non sint usu receptæ, non ligent, nec obligent, probant Mastrill. *de Magistrat. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 108. *et tribus seq.* post Fel. Socin. Paris. Cephalus, Roland. et Joseph. Ludov. Augustinus Barbos. *in collect. ad c.* 1. *de tregua et pace*, *n.* 9. remissivè ad Felin. Covarr. Benintendi, Didac. Perez, Duenas, Gaillum, Rebuff. Hipolyt. de Marsil. Joseph. Ludov. Navarr. Flamin. Vasquez Menoch. Cochier. Sayr. Gonça. Carrascum, Narbon. et Azor. idem Ant. Dian. *mor. resol. tract.* 18. *de leg.* post Conchier. Valentiam, Tannerum, Filiucium, *et* Mirand. Becanum, Sanctarellum, Reginald. Homobonum, et Navar. idem tenet Azeved. *in l.* 1. *tit.* 1. *de las leyes*, *num.* 8. singulariter etiam Villalobos *in summa*, *tit. de legib. difficult.* 16. plures Doctores Theologos referens.

Certum est enim, ex tempore, loco, persona
124 et causa, regulas Canonum * subintelligi, atque ex diversitate eorum temperari, ut docuit Isidorus, relatus *in cap.* 1. *dist.* 29. in hæc: *Sciendum est, quod pleraque capitula ex causa, ex persona, ex tempore consideranda sunt, quorum modi, quia medullitus non indagantur, in erroris labyrinthum nonnulli imtricando inpinguntur, text. in c. regulæ Sanctorum Patrum, pro tempore, loco, et persona, et negotio, instante necessitate, traditæ sunt, eadem dist. text. in c.* 3. (qui continuatur etiam in sensu cum *dict. c.* regulæ Sanctorum, proximè antecedenti) et sic prosequitur, in hæc: *Necesse est, ut juxta diversitates locorum, et temporum et hominum, quibus scriptæ sunt, diversas causas, et argumenta, et origines habeant, et quomodo?* Beatus Joannes *in Apocalysi sua, septem scribens Ecclesiis in unaquaque earum specialia reprehendit, vel virtutes probat; ita et Sanctus Apostulus Paulus per singulas Eccle-*
125 *sias vulneribus * medetur illatis: nec ad instar imperiti Medi ci uno collyrio omnium oculos vult curere.* 29. *dist.* qui quidem singularis ex text. consonat text. *in l. ideo* 4. *ff. quod certo loco*, ibi: *Pecuniarum quoque licèt videatur una, et eadem potestas ubique esse, tamen aliis locis facilius, et levioribus usuris juventur, aliis difficilius et gravioribus usuris*, nec retardat hanc regionum varietatem quod traditur *in l. supervacuam, C. de temporib. in integr. restit.* in illis verbis, ibi: *Ex differentiis enim locorum aliquod induci discrimen, satis nobis absurdum visum*, quæ tendunt ad rem longè diversam, ut rectè considerat Rea *in decis. Granaten. disputation.* 11. *n.* 25. *et in cap.* 2. *dist.* 4. qualitates Canonis recensentur, ubi: *Erit autem lex honesta, justa, possibilis, secundùm naturam, secundùm patriæ consuetudinem, loco, temporique conveniens.*

126 Quoniam cùm Summus Pontifex universali * præsit Orbi, juxta jura laudata, infra hanc 1. *part. cap.* 3. §. *unico*, *cum.* 45. facilimè potest singulorum Regnorum et Provinciarum mores nescire, ac inde damna eorum ignorare, cujus intentio quidem est, illa inferre nolle juxta text. *in c. de constitutionibus*, *ib.* 6.

Quippe unaquæque provincia abundat in sensu
127 * suo, *cap. jus Quiritum.* 1. *dist. cap. utinam distinct.* 75. *l. observare*, *ff. de officio Proconsul.* et variis corporis et animi affectionibus, et inclinationibus ducitur, *l. quod si nolit*, §. *qui mancipia*, *ff. de ædilit. edicto* junctis aliis quæ eleganter notat Aristot. *politic. cap.* 10. Cicero *in oratione de provincia. consul.* Euforus *in Iconibus omnium nationum*, Joannes Boœmius *de moribus omnium gentium*, Tiraquell. *in l.* 7. *connubialium* 12. *et de nobilitat. cap.* 12. Mantica *in glossario classi* 17. *cap.* 32. *numer.* 1. Claud. Pratus Gonzal. *gener. juris*, *lib.* 3. *titul. quart. cap.* 3. qui inde rectè inferunt ad diversitatem et veritatem morum. Et post Anchar. et Felinum dicit Gonza. *in regul.* 8. *gloss.* 25. *n.* 4. Quod multæ * leges moribus patriæ non conveniunt, 128 et ideò permittitur cuilibet provinciæ abundare suo sensu.

Mores namque singulares gentium sequi debemus, *l. Labeo.* ibi: *Morem * gentium sequi de-* 129 *bemus*, *ff. de stat. lib. quidam*, ibi: *A majoribus nostris observatur*, *ff. de jure codicill. cap. cum venissent de institut.* quorum quidem ignorantia in Pontifice in dubio præsumenda, prout ipse profitetur *in cap. bonæ el* 2. §. *intellexímus*, ibi: *Quia verò non * plenam de personis illius Regni notitiam* 130 *habebamus, ideòque non poteramus salva conscientia eidem Ecclesiæ in alia persona, quam de Regno Hogariæ orginem duxerit, congruè providere, nec vellemus ei præficere alienum*, etc. *de postulatione Prælatorum.*

Hinc fit, ut multæ constitutiones, et leges Pontificales, * ac motus proprii non obligent, quia non 131 sint receptæ in aliquibus Regnis, et Provinciis, quia earum moribus non convenire compertum est, prout patebit inferiùs ex Doctoribus citatis, *n.* 59. vers *Ad quod quidem varia.*

Hinc * Ecclesia Orientalis jus Canonicum, et ejus 132 Canones non recepit, ut ex aliis probat Carolus de Grassis *de effectibus Clericatus*, *in præfation. n.* 427.

Hinc etiam Concilium Trident. in aliquibus * Regnis et Provinciis non obligat, quia recep- 133 tum non fuit, Navar. *in consil.* 1. *de constit. quæst.* 7. *et* 8. decet Solas *de legibus*, *disp.* 13. *section.* 3. *in fine*, Layman. *in summa Theol. moral. tract.* 4. *de legibus cap.* 3. *num.* 4. *ad fin.* plures refert Cenedus *manonicar. qua. cap.* 21. *per totum*, ubi multa.

Hinc Concil. Trident. *sect.* 24. *cap.* 17. in Hispania non * fuisse receptum, eò quod post il- 134 lius promulgationem, sicut antea uni plura beneficia simplicia conferuntur, et pacificè retinentur, probat Nicol. Garcia *de beneficiis*, *part.* 11. *cap.* 5. §. 3. *num.* 23. Imò et alia decreta ejusdem Concilii Trident. in Hispania recepta non fuere, nec usu admissa absque reatu, nec obstare quod in Regnis Hispaniæ fuit generaliter admissum, et receptum, de quo supra *hoc cap. à nu.* 43. et sursum ex eadem Garcia.

Et quod *constitutio* 9. *Julii* non sit in usu in Hispaniæ Regnis, * et in provincia Mediolanensi, testatur 135 post alios Nicol. Garcia *de beneficiis*, 2. *part. c.* 1. *à. n.* 11. *cum seq.* Sicuti etiam *Paulina constitutio*, prohibens alienationem rerum Ecclesiæ, et novam imponens formam alienationi, ultra jus commune non observatur in Regno Scotiæ, quia non fuit recepta, juxta Rotam ut per Crescentium, *dec.* 3. *n.* 4. *de jurejurand. aliàs dec.* 150. *fol.* 63.

Et similiter *constitutionem Pii* præscribentem casus, in quibus * Ordinari possunt admitte- 136 re resignationes, in Hispania non fuisse receptam, sed ab ea ad Sedem Apostolicam supplicatum, probat Garcia 11. *part. c.* 3. §. 3. *à n.* 270. *et seq.* Saltem quoad illam partem constitutionis ejusdem,

ejusdem, de non conferendis beneficiis resignatis consanguineis, affinibus, aut familiaribus Episcoporum.

Constitutionem etiam *Gregorii XIII.* disponen-
137 tem resignationis, * et permutationis, factæ coram Ordinario faciendam publicationem præcisè, non esse per usum receptam in Hispania, firmat ipse Garcia *part.* 11. §. 4. *n.* 332.

138 Item constitutionem *Sixti V.* de habitu et censura disponentem cum pœna privationis ipso jure beneficii, hoc respectu, et parte non esse usu receptam in Hispania, probat Garcia ipse, *p.* 7. *cap.* 1. *n.* 24.

Hinc *Bullam Clementis VIII.* de largitione † munerum prohibita religiosis sub pœnis, non fuisse receptam, sed idcirco non ligare, probant Stephanus Gratian. *disceptat. cap.* 102. *num.* 17. *tom.* 2. Patr. Megala *part.* 2. *l.* 2. *cap.* 17. *q.* 7. *numer.* 65. Joannes Valerus *verb. Munera*, *nu.* 106. Homobonus *de casib. reservat. part.* 4. et Victorellus *in notis*, *ad Manualem Navarri*, *cap.* 18. *n.* 105. Homobonus *de bonis*, *in suo exam. Ecclesiast. part.* 1. *tract.* 7. *cap.* 30. *quæst.* 123. Megala *consil.* 33. *num.* 17. Tannerus *in* 2. 2. *disp.* 6. *quæst.* 3. *dubio num.* 107. Scortia *in const. Pontific. epist.* 159. *theorema* 399. *in fin.* Peirinus *de Religion. sub tit.*
139 1. *cap.* 2. *qu.* 2. §. 6. ex communi sententia, * leges Pontificias non obligare, nisi recipiantur à subditis, de qua testatur Becanus *in summa Theolog.* 1. *tomo part.* 2. *tract.* 3. *c.* 6. *q.* 8. *n.* 3. Azor. 1. *part. l.* 5. *c.* 4. *q.* 1. Diana *resol. moral. tom.* 1. *tract.* 6. *resol.* 1. *per totam.*

Hinc *motus proprius Pii IV.* quoad fidei pro-
140 fessionem * obligans Prælatos Regulares, cùm in usu non fuerit receptus in aliquibus Religionibus, istas non ligare probat Tamburin. *in tractat. de jure Abbatum*, *tom.* 2. *disp.* 8. *q.* 3. *num.* 3. Hieronym. Sorbo. *annotat. ad compendium privileg. tract. professio fidei*, *num.* 3. Sigismundus Bonac. *in tractat. de elect. part.* 1. *cap.* 8. *dubio* 50. *c.* 7. Villalobos *in summa*, *tom.* 2. *tract.* 1. *difficul.* 6. *n.* 3. Thomas Sanchez *in summa tom.* 1. *l.* 2. *c.* 5. *nu.* 3. Pater Diana *resol. moral. tract.* 2. *de dubiis regul. resol.* 78.

Pariformiter *Bulla Gregorii XIV.* super immu-
141 nitate Ecclesiarum * disponens, in Hispania non servatur, quia usu recepta non fuit, ut testantur Fagundez *de præcepto Eccles. tract.* 2. *l.* 4. *cap.* 4. *num.* 46. et ex Portel. Villadiego, Cambacurta, et Suarez, firmat Pater Diana *resol. moral.* 1. *part. tract. de immun. Ecclesiast. resol.* 5. *per totam* et iterum *in resol.* 39. *in fin.*

Item quoque *Regula Cancel. Clement. VIII.* cir-
142 ca conservatores * aliqua disponens, in aliquibus partibus non fuit recepta, nec observatur, ut testatur Moneta *de conservat. c.* 5. *num.* 151. *et* 152. ubi comprobat, et vide *à num.* 144. ubi ad litteram refert *dict. Regulam.*

Quare cùm his Regnis Hispaniæ dicta Bulla Cœ-
143 næ, quatenus tangeret * præeminentiam, et Regaliam Regis Nostri consistentem in protectione vi oppressorum, non fuerit unquam recepta, sciente et tolerante Sede Apostolica, non debet obligare quoad ipsa ejusdem capitula, licèt quoad cætera omnia sic; quoniam quando lex habet plura capitula distincta super diversis rebus, et quod ad
144 unam, * vel alterum capitulum non fuit recepta, quoad ista non ligat, quoad cætera autem omnino. Ita post Valentiam, et Navarrum, tradit Salas *de legibus*, *disp.* 13. *sect.* 1. *n.* 7. *vers. Tertiò adverto*, *pag.* 212. Quia limitata causa limitatum producit effectum, jura vulgaria, ad quam doctrinam alijs similes et singulares applicare poterit, de quibus infrà 2. *p. cap.* 31. *à n.* 101. *cum seqq.*

Et in specie probant Ugolinus *de censuris tabula* 1. *c.* 12. §. 10. post Felin. *c. inter alios*, §. 1. *num.* 5. *de constitut.* † et latè tradit Azorius *instit. mo-* 145
ral. 1. *part. lib.* 5. *cap.* 18. quod latè etiam Joan. Petrus de Moneta *in tract. de conservat. c.* 7. *à n.* 611. *cum seqq.* ubi quod pro ea tantum parte censuræ Canonis ligant, pro qua fuerit receptum, pro parte autem non recepta non ligant, post Ugolinum, Azor. Navarr. et alios.

Ad cognoscendum etenim, et judicandum, an aliquis actus * sit licitus, vel illicitus; consuetudo 146
et observantia, quæ viget in aliqua provincia attenditur, ut licitus habeatur apud omnes, probant Bart. *in l. quis sit fugitivus*, §. *apud Labeonem*, *ff. de ædilit. edicto*, *et ibi glossa*, Oldradus *cons.* 197. *num.* 7. Joannes de Amicis *cons.* 154. *numero* 18. ubi per consuetudinem contractus, qui ex se esset illicitus, fit licitus et validus, Tiraquel. *de retrac. convent. ad fi. tit. n.* 131. Decianus, et plurimi alii Doctores, quos pro hac opinione allegat Cencius *de censibus*, *part.* 1. *c.* 1. *q.* 4. *num.* 4. *cum pluribus seq.* Rota *decis.* 124. *num.* 12. apud ipsum Cencium, Robertus *ad pragmaticam* 5. *de censibus*, *n.* 118. *et seq.* Bonacina *tom.* 2. *tit. de legibus*, *disp.* 1. *q.* 1. *punct. ult.* §. 3. *vers. Præterea si dubium sit*, *pag.* 71. Farinac. *in praxi*, *tomo* 3. *q.* 91. *numer.* 5. Portoles ad Molinam *tomo* 4. *verb. Usura*, *num.* 12. Thesaurus *l.* 1. *q. forens. q.* 32. *num.* 5. ubi quod ad valorem * constitutionis census attendatur Regio- 147
nis consuetudo, Laiman *tit. de contractibus*, *sect.* 5. *tract.* 5. *c.* 18. *de censibus*, *num.* 10. *et seq. et ad finem*, ibi: *Denique plures audivi*, *qui adeò contractum illum Germanicum in his Regionibus invaluisse*, *testantur*, *ut sine maxima negotiatione*, *et commerciorum jactura tolli non posse videatur*; *ergo non est causa cur contractum iniquitatis damnemus*, *etc.*

Quæ doctrinæ conducibiles rectè sunt, etiam ad articulum supplicationis immediatè tractandum, quo plurimæ aliæ similes congregantur. Ex quibus omnibus securè affirmandum erit, quod Bulla Cœnæ Domini (casu quo intenderet in aliquo detrahere Regaliæ recursus ad Regem Catholicum) non ligat in his Hispaniarum Regnis, cùm recepta non fuerit in iis, quæ detrahere potest legitimo recursui, ex eo quod gentium et provinciarum harum moribus nec congruit, nec conveniens e.t.

SECTIO IV.

A Bulla Cœnæ, quatenus tangat Regalias et præjudicium Regnis, cautè stat humiliter supplicatum.

SUMMARIUM.

148 *A lege lata non appellatur.*

149 *Nisi allata in præjudicium certarum personarum.*

150 *A lege etiam Pontificia supplicari licet ex justa causa; quando moribus alicujus Provinciæ non convenit.*

151 *Legem universaliter latam, facilè accidit non convenire moribus gentium omnium.*

Ecclesia complectitur varia Regna habentium varios ritus, et mores servandi.

152 *Supplicari potest à lege Pontificia per Regnum illud, cujus moribus non convenit, et seqq.*

153 *Sci-*

153 *Scientia universalis Pontificis non potest extendi ad particularia Regnorum.*

154 *Leges Canonicæ non receptæ non ligant.*

155 *Supplicatio à lege Pontificia suspendit interim ejus effectum, et seq.*

157 *Fas est populi communi consensu suspendere legis effectum, animo supplicandi Principem.*

158 *Dum disceptatur de receptione legis, nemo sua possessione privatur.*

159 *A Motu proprio Pii V. de censibus in Hispania non recepto ad Papam fuit supplicatum nomine Regis.*

160 *Motus proprius Pii V. de censibus in Neapoli non fuit receptus, nec in Sicilia.*

161 *A Brevi Pii V. de iterum examinandis Religiosis semel approbatis ad confessiones audiendas, ob scandalum inde ortum in Ecclesia supplicavit Philippus II.*

Quod ob id Gregorius XIII. postea reformavit, ibid.

162 *A Bulla Cœnæ in Capitibus tangentibus Regaliam protectionis vi oppressorum magis ex reverentia Rex supplicavit.*

163 *Supplicatio à Bulla Cœnæ suspendit ejus effectum, ita ut licitè Rex recursu utatur.*

164 *Decretalis non conveniens juri communiter observato in Provincia non admittitur in litibus, sed ad Pontificem rescribendum.*

Cap. Pastoralis de fide instrum. ponderatur, et interpretatur, ibi.

165 *A Bulla Cœnæ pro majori cautela, et Regis Regaliæ securitate humiliter fuit supplicatum.*

166 *Titulos plures cumulare, sive certus, sive incertus de jure suo ad majorem ejus corroborationem, et cautelam nemo prohibetur.*

167 *Renuntiare jari suo non videtur impetrans illud iterum ex privilegio.*

168 *Jus commune, et privilegium concurrentia ad idem non confunduntur, sed utroque potest quis uti.*

169 *Per privilegium incompatibile cum jure aliàs alicui competente, isti renuntiatum censetur.*

170 *Titulorum multiplicatio in beneficialibus ad majorem corroborationem sui juris non prohibetur.*

171 *Ex titulorum incompatibilitate data in beneficialibus defendi quis potest, non agere.*

Et quando debet eligere unum ex titulis incompatibilibus.

QUamvis à lege lata per Summum Pontificem,
143 aut Principem * Supremum non detur appellatio, ex Bart. *in l. fi. sub num.* 3. *de appellat. recipiend.* latiùs Scaccia *in tractatu de appellation. quæst.* 17. *limitat.* 20. Id tamen limitatur, si fuerit condita in præjudicium certarum personarum, ut
149 puta contra unum quaternum civitatis, vel * contra homines alicujus civitatis, Rota *decis.* 50. *num.* 6. *cum seqq. part.* 2. *diversorum*, plura per Cancerium *variar. resolut. tomo* 2. *c.* 3. *tit. de privileg. à num.* 92. *cum seqq.* et alibi passim.

Ab ea tamen supplicare licitum est ex justa
150 causa, quando * moribus alicujus Provinciæ inconveniens sit, tradunt Castro *de lege pœnali, lib.* 1. *c.* 1. *fol.* 8. *sub lit. B*, ubi loquitur de lege per Principem temporalem lata, et idem de lege Pontificia, tradit Manuel Rodriguez *quæst. regul. tomo* 1. *q.* 6. *art.* 7. Suarez *de leg. lib.* 4. *c.* 16. *num.* 6. Salon. *de censuris, tom.* 2. *art.* 3. *disp.* 4. *concl. fi.* Salas qui latè prosequitur, *de legibus, tract.* 14. *disp.* 13. *sect.* 4. Anguiano *de legibus, controvers.* 5. *nu* 2. *et per totam*, et plures alii citandi.

Nam ut inquit Suarez *dict. c.* 16. *n.* 17. eo ipso, quod lex universaliter fertur, facilè * accidere 151
potest, ne congruat moribus, aut dispositionibus gentium omnium, pro quibus fertur, quod maximè contingere posse ait, in legibus Canonicis, et Pontificiis, quæ pro universali Ecclesia feruntur: Ecclesia quippe complectitur varia Regna, et Provincias habentes varios ritus, et modos vivendi; unde licèt talis lex, regulariter loquendo, non sit disconveniens, vel nimis dura pro universali Ecclesia. Idcirco licet respectu * totius non 152
habeat locum supplicatio: nihilominus uni, vel alteri Regno aut Provinciæ potest esse nimis dissentiens à moribus ejusdem, contra consuetudines illius, quas non solent Pontifices velle mutare, nisi id exprimant, sed potius conservare, juxta *c. certificari de sepulturis.* In tali ergo casu ratio postulat (inquit ipse Suarez) videlicet, supplicare Pontificem, quia scientia ejus universalis non potest semper * extendi ad hæc particularia; jux- 153
ta text. *in c. bonæ.* 2. §. *intelligimus, de postulation. prælat.* et hoc ipsum est à Pontificibus cautum *in c.* 1. *de const. lib.* 6. ex quo videtur colligi absque alia supplicatione à lege Pontificia, ipsam ex vi illius constitutionis et juris ipso facto non obligare in simili casu, nihilominus tamen quia potest contingere, ut casus non sit ita clarus et certus, quin sit conveniens nova declaratio Pontificis, ergo tali casu (infert Suarez) licita erit supplicatio, atque juri consentanea.

Et cum Granado *in part.* 2. *contract. tract. part.* 1. *disp.* 7. *num.* 6. Malder. *in part.* 2. *quæst.* 90. *articul.* 3. *dubio* 2. *folio* 341. *column.* 2. Salas, Suarez, et aliis pro veriore resolvit Antonius Diana *in resolut. moral. tomo* 1. *tract.* 10. *de legibus, resol.* 6. et Villalobos *in summ, tomo* 1. *tractat.* 2. *dubio* 16. *num.* 6. ubi sic ait: *Las leyes Canonicas, sino* * *se* 154
reciben, no obligan, de la qual conclusion se sigue: que si se suplicasse de las leyes del Pontifice, tambien suspenderia su efeto, como dize Felino, y otros, y consta de la costumbre que ay en muchas Provincias de la Iglesia, que suplican al Pontifice, y el passa por ello, etc. Cujus ratio est, quia talis præsumitur rationabilis voluntas legislatoris; nam posita aliqua justa causa, consonum videtur, ut subditi habeant aditum ad legislatorem pro revocanda lege, et interim non obligentur illam * servare, donec 155
legislator mentem suam explicaverit, quam reddunt Diana, et ceteri Doctores relati.

Omnes insuper supra dicti citati Doctores (uno dempto Manuale Rodriguez) * tenent, quod si 156
ex causa justa et rationabili supplicatum fuerit à lege lata per Principem temporalem, vel à constitutione Pontificia; potest licitè suspendi ejus executio, Suarez *ubi sup. lib.* 4. *c.* 16. *num.* 8. Bannez, et Salon, quos sequitur Salas *dict. sect.* 4. *nu.* 21. *et sect.* 1. *sub nu.* 2. dicens: *Fas esse communi consensu* * *populi vel Principis inferiorius suspendere* 157
aliquamdiu executionem legis, animo supplicandi ad superiorem legislatorem, et dum expectatur responsum legislatoris, non peccabunt, qui legem non observaverint, etc. hoc Salas. Idem etiam tenet Anguianus *de legibus, contr.* 5. *numer.* 8. *et numero* 9. Rota *dec.* 50. *part.* 2. *diversor.* Ubi quod dum * controvertitur, an lex sit exequen- 158
da, non debet quis sua possessione privari prætextu legis vel statuti.

Cui doctrinæ consonat quod determinavit Rota, ut per Ludovisium *dec.* 289. *per totam*, ubi

ubi benè per Oliverum Beltrami *in adnotat.* per Nicol. Garciam, Surdum & alios. Quod virtute privilegii, vel tituli habentis ſtatum implicitum, an ſit validum, vel nullum, puta quia factum dicatur à Pontifice ſchiſmatico, interim ante declarationem prodeſt poſſidenti.

Ad quod quidem varia exempla præ manibus
159 habemus. * Etenim *motus proprius Pii V.* circa ſenſus conſtitutionem diſponens, in Hiſpania receptus non fuit, & ab ea conſtitutione Regio nomine humiliter fuiſſe ſupplicatum, cavetur *in l.* 10. *tit.* 13. *lib.* 5. *Recop.* interimque ejus effectus eſt ſuſpenſus, nec ad determinationem cauſarum admittitur, ut in terminis probat Barnardus Diaz, *in pract. Canonic. c.* 88. Gutierrez *lib.* 2. *pract. quæſt. civil. quæſt.* 117. *in fin.* ſentit Laſarte *in tract. de decima vendit. c.* 10. *num.* 2. *& num.* 20. *in fin.* Manuel. Rodriguez. *in explicat. ejuſdem motus prop. Pii V. in princ* latè Gaſpar. Rodriguez *de annuis redditibus, lib.* 1. *quæſt. à num.* 28. *&* 29. Salas *de legibus. diſp.* 13. *ſect.* 4. *num.* 21. *verſ. Conſentit.* Bannez. *pag. mihi* 297. Salon, *de juſtitia. tom.* 1. *tract. de caſibus, art.* 3. *controv.* 4. *verſ. Secundò affirmant, col.* 1277. Ledeſma *in ſumma*, 2. *part. tract.* 8. *c.* 34. *verſ. A eſta duda reſponde, pag.* 460. & uterque Rodriguez locis citatis trahunt ad literam petitionem Regni, cui reſpondit Rex: *A eſto vos reſpondemos, que el proprio motu que dezis, no eſta recibido, antes ſe ha ſuplicado del por el Fiſcal de nueſtro Conſejo, adonde ſe ha hecho juſticia en los caſos que ſe han ofrecido*, &c.

Pariter nec in Neapoli iſte motus proprius fuit
160 * receptus, ut teſtantur Molfe. *in ſumma, tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 6. *num.* 82. Gaito. *de credit. cap.* 2. *part.* 7. *num.* 2210. nec in Sicilia receptus fuit, ut per Maſtrill. *dec.* 262. *n.* 1. *p.* 3.

Pariformiter *Conſtitutionem Pii* V. præſcribentem caſus, in quibus Ordinarii poſſunt admittere reſignationes, ob ſupplicationem interpoſitam ad Sedem Apoſtolicam in Hiſpania non fuiſſe receptam, teſtatur Nicol. Garcia *de beneficiis* 11. *p. c.* 3. §. 3. *à n.* 270. *& ſeqq.*

Hinc cùm publicaretur brevis *Pii V.* ut Epiſ-
161 copus † ſucceſſor potuiſſet iterum denuò examinare Religioſos ſemel examinatos & approbatos ad confeſſiones audiendas à ſuo prædeceſſore, *Philippus II. Hiſpaniarum Rex* ab eo ſupplicavit ad eandem ſedem Apoſtolicam, ob tumultus & ſcandala inde orta, & timenda, & ob gravia inconvenientia: *Greg. XIII. Pontifex maximus*, illud poſtea reformavit melius informatus, *anno* 1572. quæ reformatio reperitur in *Bullario, tom.* 1. *pag.* 1208. *& ſeqq.* Alia quam plurima exempla conjecimus ſuperius hoc eodem capite circa receptionem Bullæ in Cœna, *ſect.* 3. *à num.* 114. *cum multis ſeqq.* per totam ſectionem.

Similiter igitur quamvis à capitibus ejuſdem *Bullæ Cœnæ*, quatenus ſub generalitate & invo-
162 lucro verborum tangerent * recurſum ad Regem, & retentionem Bullarum debito modo factam, non erat neceſſaria ſupplicatio, quia ut vidiſti ſuperiùs *à n.* 54. *cum multis ſeq. & ſectione* 1. *à n.* 82. *per totam*, nihil detrahunt Regaliæ, & præeminentiæ Regis noſtri: nihilominus ad omnimodam ſecuritatem, & majorem cautelam, neque ex eorum capitulorum generalitate ignari forſan diverſimodè ſentiant; vel dubitandi aliquod veſtigium ſubſit, aut ſcrupulus, ideo pro parte ſuæ Majeſtatis ſupplicatum fuiſſe ab eiſdem, teſtantur Morla *in emporio juris*, 1. *part. tit.* 4. *q.* 14. *n.* 8. *in fin.* Cenedus *in g. canon. q.* 45. *n.* 36. ſubdentes hujuſmodi ſupplicationem de jure Canonico operari effectum ſuſpenſivum, eaque interpoſita rectè poſſe recurſu & protectione † uti, præſertim, cùm 163
timeatur ſcandalum, vel aliud grave inconveniens in tota Hiſpania, ſi hæc antiqua immemorialis conſuetudo hactenus uſitata, hocque tam ſalubre refugium à miſeris oppreſſis morboque gentium mirè inventum, & introductum ſuſpenderetur, quod ex hactenus juridicis aſſertionibus fortius comprobatum remanet per totam hanc *ſectionem* 4. uterius ex juribus in cap. ſequent. citandis in verſic. *Hanc ſtatumque ob cauſam*, &c. *à n.* 13. Ad quod eſt text. expreſſus *in cap paſtoralis* 8. *de fide inſtrumentorum*, in hæc: *Paſtoralis*, &c. *Et infra*,
* *authoritate præſentium duximus ſtatuendum; ut* 164
cum decretalis aliqua, de qua judex meritò dubitet, allegatur, ſi eadem juri communi ſit perſona, ſecundùm eam non metuat judicare, cum non tam ipſius, quam juris communis authoritate procedere videatur; verum ſi juri communi ſit diſſona, ſecundum ipſum non judicet, ſed ſuperiorem conſultat ſuper ea; hactenus Pontifex, qui ſuperſedendi in executione decretalis, ubi juſta cauſa aderit, tribuit facultatem.

Itaque ut dictum eſt, pro majori reverentia Sedis Apoſtolicæ, nec * non majori cautela, & 165
ſecuritate Regis Regaliæ, ut in totum ſecura ſemper remaneat, & tuta; ab eadem Bulla (quatenus forſan generaliter, & confusè, licèt non in particulari obeſſe poſſet Regio recurſui huic) ſupplicatum ſtat pro parte ſuæ Majeſtatis, ad majorem ſui juris ſecuritatem, & corroborationem, argum. *l. inutiliter, ff de leg.* abundans quippe cautela non ſolet eſſe nociva. *l. non ſolent.* 94. *ff. de reg. juris, l. teſtamentum* 17. cum vulgaribus, *C. de teſtam.* prout vulgare eſſe proverbium inter Juriſperitos, dicit D. Auguſtinus *l.* 4. *de civitate Dei, c.* 27.

Cùm nemo prohibeatur plura jura & titulos cumulare, tam ad ſui juris confirmationem, * cùm 166
de eo certus eſt, quàm ad majorem cautelam, quando de eo dubitat, *l.* 4. *ff. ad legem Falcidiam, c. Sacrorum* 12. *q.* 2. *c. poſt electionem, de conceſſ. præbendæ*, cum aliis quæ plenè congerit Felinus *in c. noſtra, n.* 2. *de reſcriptis*, Ludov. Roman. *conſ.* 350. *num.* 13. Paul. Caſtrenſ. *in l. quidem*, §. *ſed cum veteres, num.* 2. *Cod. de neceſſar. ſervo. hæred. inſtit.* Zazius *in l.* 3. §. *ex pluribus, nu.* 34. *ff. de acquirend. poſſeſſione.* Ofredus *conſ.* 1. *n.* 56. Cavalinus *milleloquio* 77. Cervantes *in l. Tauri, nu.* 66. 72. Menochius *l.* 4. *per totam*, Molina *de primogeniis, l.* 2. *cap.* 2. *n.* 11. *in fin. & n.* 14. *& c.* 7. *n.* 70.

Hinc provenit verior illa reſolutio, quod quando quis impetrat per privilegium illud *. idem, quod 167
ſibi de jure communi competebat, non dicitur juri ſuo renuntiare, quando non adeſt incompatibilitas, repugnantia, ſeu contrarietas cum jure ſuo, quod quidem nec diminutionem aliquam, aut confuſionem patitur, nec renuntiationem inducit, ſed potius unum jus alterum confirmat, ac juvat, & electivum manet, aut etiam ſimultaneum, ſi (ut diximus) ſe invicem non impediant, *c. poſt electionem, de conceſſione præbend.* ubi Abb. *num.* 4. *& in cap. veniens, n.* 18. *& in cap. auditis de præſcript. cap. cum perſona*, §. *cum ſi tales, de privileg. lib.* 6. *c. cum dilectus, de conſuet.* & eſt optimus text. *in l. forma*, §. *fin. ff. de cenſibus*, ibi: *Si quis veniam petierit, ut ſibi cenſum emendare permittatur, deinde poſt hoc impetratum cognoverit, ſe non debuiſſe hoc petere, quia res emendationem non deſiderabat, nullum præjudicium: ex eo, quod petit,*

uc

ut cenſum emendaret, fore, ſæpiſſimè reſcriptum eſt; ubi *gloſſa verbo, Reſcriptum*, alios concordantes allegat. *l. fin. Cod. de repudian. hæreditat.* per quam ſolam, ſic poſt Bald. Alexandrum, & alios quos refert docet Molina *de primogen. lib. 2. cap. 10. num. 95.* ibi: *Nam quoties concurrunt quoad*
168 *aliquid jus commune*, * *& privilegium non confundantur, ſed poteſt quis quoad id uti jure communi, & etiam privilegio*, optimè proſequitur diligentiſſimus Præceptor noſter laude omni digniſſimus Solorzano *de jure Indiar. lib. 3. cap. 1. à num. 56. & ſeqq.* ultra quos idem probat Anton. Gomez. *in l. 45. Tauri, num. 97. & 98.* & Joannes Andræas Monach. & Dominic. *in dict. cap. cum perſonæ*, Cravetta *conſ. 16. numer. 6.* Decianus *conſ. 13. num. 1. col. 2.* pulchrè etiam Decius *conſ. 271. n. 19.* Rodericus Suarez *conſ. 10. n. 65.* Roman. *conſ. 350. n. 14.* Mandoſ. *in addit. ad ipſum Roman. conſ. 433. lit. E.* latiſſimè pro utraque parte diſputans, & reſolvit Cancer. *variarum reſolut. tom. 2. part. 3. c. 3. à num. 81. cum multis ſeqq.*

At ſecus erit, quando inter jus jam competens,
169 & † impetratum per privilegium adeſt incompatibilitas, & contrarietas, quia tunc ſic impetrans videtur juri ſuo renuntiare, argum. *cap. veniens, de præſcr. l. ſi mulier. 8. fin. ff. de eo quod metus cauſa, l. ſicut, ubi gloſſ. verbo. Mutandæ, ff. de ſervitut. l. de pupillo, §. meminiſſe, ff. de novi oper. nun.* quæ jura ſic loqui & intelligenda eſſe ſub præfata diſtinctione, probant ſupra citati Doctores, & plura fundamenta, doctrinas, & jura pro hoc diſtinctionis membro videre poteris apud Cancer. ubi proximè per *plures numeros.*

Ex qua doctrina infertur, quod titulorum mul-
170 tiplicatio etiam * in beneficialibus ad majorem cautelam, & majorem juris ſui corroborationem non prohibetur, ut per *dict. cap. poſt ceſſionem de conceſſ. prebend.* ſæpe tenuit Rota ut per Caſſiod. *dec. 291. numer. 5. ſuper regul. & dec. 3. de cauſa poſſeſſion. & propriet.* Verall. *dec. 280. lib. 1. in manuſcriptis*, Rota ut per Nicol. Garcia. *de Benef. 5. part. cap. 1. ſub num. 591. ad fin. dec. adductæ, & 6. part. cap. 4. ſub numero 39. in deciſion.* ibi, poſt medium, & in una *Virdunen. Canonicatus 6. Martii 1595.* de qua per eundem Garciam *5. part. c. 3. num. 43.* tenet Gonzal. *de altern. gloſ. 52. numero 54.* Rota ut per Coccinum *dec. 317. numero 4. & in dec. 47. numero 20.* quæ deciſiones videntur inſinuare, eſſe ſpeciale in beneficialibus, admitti titulorum etiam incompatibilium multiplicationem, ut *in dict. dec. 47. num. 20.* ibi: *Poſthemò, quod dicebatur jus Franciſci Alphonſi eſſe incompatibile cum jure quod Joannes habebat ex reſignatione Petri, non fuit habitum in conſideratione, cùm in beneficialibus admittatur multiplicatio titulorum*, &c.

Sed tu declara verum eſſe multiplicationem
171 hanc in beneficialibus admitti, ita tamen, ut * ibi datur incompatibilitas titulorum defendi poſſit ex utiliori, non verè agere, vide Solorzan. *de jure Indiarum, lib. 3. c. 1. à nu. 65. & 66.* & ſurſum. Quia tunc cogitur actor unum ex titulis incompatibilibus eligere; &, ita intelligi debent dictæ Rotæ deciſiones, & conducit Rota *dec. 570. à nu. 2.* ut per Farin. *in poſthum. tom. 1. fol. 520.* Qua dicitur, quod quando in electo concurrunt plures tituli habentes contrarietatem, unum eligere tenetur, ut intelligatur quando electus, & beneficiatus vult agere duplici titulo incompatibili & contrario, nam tunc opinor indubiè, audiendum non eſſe, ſed unum quem maluerit eligere cogatur, adverſario deſiderante, per communem Doctorum reſolutionem, & diſtinctionem, quam etiam in terminis ſequitur Auguſtinus Barboſa *in tr. de jure Eccleſ. lib. 3. c. 13. à n. 212.* videndus.

SECTIO V.

Tolerantia S. Apoſtolicæ, quàm ſit efficax ad juſtitiam recurſus pro retentione litterarum, ſemoto etiam proprio jure, & Regalia Regis.

Ubi motiva aliquot neotericorum contraria examinantur, & apertè diluuntur.

SUMMARIA.

172 *Recurſus ad Regem pro tollenda violentia ex executione litterarum in damnum Reipublicæ competit Regi jure proprio, & eſt Regalia ipſius, quæ in Bulla Cœnæ non prohibetur, & ideò nec tolerantia Papæ eget.*

173 *Tolerantia Pontificum legitimum præſtaret titulum ad juſtitiam recurſus retentionis, quando in Bulla Cœnæ comprehenderetur.*

174 *Conſuetudines aliquot contra libertatem Eccleſiaſticam, per tolerantiam longiſſimam Pontificum ſuſtinentur & juſtificantur.*

175 *Per Bullæ Cœnæ publicationem tolli conſenſum omnem Pontificis in aliquibus caſibus, verum non eſſe probat Diana.*

176 *Qui cum aliis loquitur in conſuetudinibus contra libertatem Eccleſiaſticam, contra quam non fuit inventus recurſus pro tollenda violentia, ſed in ejus favorem.*

177 *Retentionem litterarum in Hiſpania juſtificat tolerantia Pontificum, eò quod in evidentem ſpiritualis regiminis utilitatem vergit.*

178 *Doctores aliqui Theologi volentes enervare robur tolerantiæ in recurſu ad Regem recenſentur & examinentur, & ſeqq.*

179 *Per Bullæ Cœnæ quotannis publicationem tolli conſenſum Papæ ortum ex tolerantia recurſus, & conſuetudinem contra libertatem Eccleſiaſticam, qui dixerint.*

180 *Tolerantiam Pontificum cum ſcientia non inducere ſufficientem conſenſum ad juſtitiam recurſus pro tollenda violentia, & conſuetudinem contra libertatem Eccleſiaſticam, qui dixerint.*

181 *Tolerantia Papæ non eſſe approbativam animo inducendi, vel confirmandi conſuetudinem contra libertatem Eccleſiaſticam, ſed ut ſcandalum vitetur, qui dixerint.*

182 *Tolerantiam Pontificum inducere conſenſum approbativum in conſuetudinibus aliquot contra libertatem Eccleſiaſticam, plurimi Doctores tenent.*

183 *Tolerantia Pontificum ſuper recurſibus pro tollenda violentia non cadit ſuper conſuetudine contra libertatem Eccleſiaſticam, uti falsò ſupponunt aliquot Theologi; &* 184.

185 *Recurſus pro tollenda violentia, qui non eſt contentus in Bulla Cœnæ, per quamlibet ejus publicationem non inficiatur.*

186 *Recurſus pro tollenda violentia, etſi comprehenderetur in Bulla Cœnæ, ſtante tolerantia per tot ſæcula ejus publicatione ſubſequuta non includeretur, ſed foret præſervatus.*

187 Ge-

187 *Generalis provisio non extenditur ad eos casus, qui habent specialem providentiam.*

188 *Tolerentia Principis habet vim dispensationis, confirmationis, & consensus.*

189 *Tolerantia Pontificum in recursu pro tollenda violentia provenit ex animo approbandi, ex natura negotii conformis juri naturali, & divino, & pro utilitate publica.*

190 *Tolerantia recursus non oritur à causa vitandi scandali, sed ex agnitione Pontificum, utilem esse & necessariam recto utriusque Reipublicæ regimini.*

191 *Iste Pontificum animus ex multis colligitur, ex Bulla nempe Martini V.*

192 *Et ex aliquibus epistolis Pontificum, & Regum Catholicorum ad invicem missis.*

193 *Quas concordata vocavit Diana.*

194 *Epistolæ Papæ, & Principis legis vim habent, & pro lege possunt allegari.*

195 *Animus Pontificum approbans recursus ex eo colligitur, quod aliqua verba rigidiora illum respicientia, noviter fuere sublata à Bulla Cœnæ Domini.*

196 *Regalia recursus pro tollenda violentia, plurimi Theologi vocarunt privilegium.*

197 *Privilegia, ex quibus competit ad Principes cognitio de aliquibus causis spiritualibus non sunt revocata per Bullam juxta magis receptam sententiam.*

198 *Privilegia Regum obtenta à Sede Apost. ob remunerationem circa jura spiritualia Summus Pontifex debet revocare.*

199 *Pontifices multum deferunt Regaliis, & consuetudinis immemorialibus Principium Christianorum, circa res spirituales, maximè in Regno Hispaniæ tam remoto à Sede Apostol.*

200 *Animus approbans recursus pro retinendis litteris colligitur ex Bulla Cœnæ, quæ expressè permittitur.*

201 *Supplicatio ad Papam humilitatis & reverentiæ indicativa ostentat potentiam supremæ Majestatis S. A. quam hac Regalia privare velle non est verisimile.*

202 *Recursum pro retentione litterarum nunquam impugnavit Rota. n.* 203.

204 *Tolerantia Pontificum approbativa recursus multis justissimis utilitatis rationibus applicari potest, non vitando scandalo, ut putarunt Theologi aliqui.*

205 *Animus alicujus directè probari nequit, sed ex verbis ejus, aut actibus externis.*

206 *Tolerantia recursus tametsi provenerit ex vitando scandalo, non ideò tolerantiæ effectus enervantur, & sequentibus.*

207 *Multa per patientiam tolerantur, quæ si in judicium deducerentur, non tolerarentur, quomodo intelligatur, & sequentibus.*
Tolerantia Papæ post impletam præscriptionem integrum jus, & omnes effectus dispensationis, & approbationis integrè consequitur, ibidem.

208 *Tolerantia Papæ, pro evitando scandalo in juribus pertinentibus ad Sedem Apost. post completam præscriptionem præstat integrum jus tolerato, non antea.*
Cap. nihil de præscriptionibus &c. nisi esset de præbendis, ad id interpretatur, & veras intellectus adducitur, ibidem.

209 *Tolerantia Papæ ob scandalum vitandum majorem præstat causam ad dispensandum, & magis Papam arctat.*

210 *Propter pacem firmandam, & habendam, ut cesset scandalum facilior redditur Papa ad dispensandum in prohibitis.*

211 *Tolerantia Papæ, non præstat apparitionem, nec dispensationem statuti contra jus divinum.*

212 *Tolerantia Papæ in iis, quæ non sunt contraria juri divino, approbationis & dispensationis vim habet.*

213 *Tolerantia Principis in iis quæ non dependent à sua potestate nihil operatur.*

214 *Theologi negantes effectus tolerantiæ Pontificum in recursibus falsò autumant, recursus esse contra jus divinum.*

215 *Recursus pro tollenda violentia sunt conformes juri naturali, & divino, & in favorem libertatis Ecclesiasticæ.*

216 *Recursus pro tollenda violentia uti rem tam gravem non tolerarent tandiù Pontifices si utiles non judicarent utrique Reipublicæ.*

217 *Recursus pro tollenda violentia, si Pontifices judicarent juri naturali aut divino, nec non libertati Ecclesiasticæ obviare, viriliter resisterent, & non tolerarent.*

218 *Sicut in similibus fecisse, & passim facere pro salute animarum, & Pastorali officio, ostenditur ex multis Canonicis decretis.*

219 *Pontifices tolerant recursus ad Regem pro tollenda violentia agnoscentes ita utile & necessarium esse utriusque Reipublicæ bono regimini.*

220 *Tolerantia Pontificum multum operaretur ad recursus justitiam, quando ea egeret Rex, cui hæc regalia competit jure proprio, & ex debito Regalis officii.*

QUANDO recursus ad Regem pro tollenda violentia orta ex executione litterarum Apostolicarum in perniciem Republicæ obtentarum, non foret proprium jus, & Regalia ipsius. Et † consequenter quando ex Bulla Cœnæ Domini damnatus fuisset Recursus hic ad Principes temporales, pro tollenda violentia (prout per eam minimè damnatum fuisse, nec illius generalitate comprehensum, imò specialiter permissum esse pro suspensione executionis litterarum Apostolicarum, juxta & legitima existente causa publicum detrimentum tangente, interim quod supplicatione præmissa recurritur ad Sanctissimum longè absentem, satis abundè ostensum est capitibus antecedentibus, & signanter in hoc 2. à principio. Atque magis in specie circa Bullam Cœnæ Domini, *à numero* 54. *ad numer.* 172. 172

Adhuc tamen tolerantiam tot Pontificum per † longissimum & immemorabile tempus consensum, dispensationem atque per consequens, justum & legitimum titulum præbuisse Regi nostro, ut eo licite uti possit cum moderamine inculpatæ tutelæ, ac semper servata reverentia Sanctæ Sedi Apostolicæ, post multorum piorum Doctorum utriusque professionis ostendimus, & accuratè probavimus *in commentariis de protect. Regia* 1. *p. c.* 1. *à numer.* 139. usque *ad numer.* 252. quo in loco copiosè hunc articulum examinavimus, & impenetrabilibus, atque indissolubilibus fundamentis roboravimus. 173

Et ultra Doctores ibidem laudatos hanc eandem verissimam sequuntur Lessius *de justitia & jure, lib.* 2. *c.* 33. *dubio* 5. *numero* 19. Turrianus *in* 2. 2. *tom.* 2. *disp.* 14. *dubio* 4. *numer.* 12. Salas *de legibus, quæst.* 96. *tract.* 14. *sect.* 11. *numer.* 121. Vasquez *in opusculo de restitut. capitulo* 6. §. 1. *numero* 33. Molina *de justitia & jure, tom.* 3. *tract.* 2. *disp.*

2. *disp.* 270. *numer.* 5. Malderus *in* 2. 2. *tract.* 5. *capit.* 6. *dubio* 8. post Henriquez quem sequitur & remissivè ad nostram doctrinam loco citato. Idem novissimè dixit Castillo *in tract. de tertiis, capitul.* 41. *sub numero* 279. ante finem, & Diana etiam novissimè *in resolutionibus moralib. tomo* 1. *de immunitate Ecclesiastica tract.* 1. *resol.* 5. Qui post-
174 quam † retulit aliquos Doctores contrarium sentientes, ita tandem resolvit. Sed his non obstantibus non desunt Doctores excusantes aliquas consuetudines adversùs libertatem Ecclesiasticam ex tolerantia, & tacito consensu Pontificis, quia scit, & tolerat, ut Salgado *de protect. Regia, tom.* 1.
175 *part. præliud.* 3. *numer.* 148. &c. Ergo † non est verum dicere absolutè, quòd per publicationem Bullæ tollitur omnis consensus Pontificis, sed dicendum est, quòd stante publicatione Bullæ, quando adest talis consensus Pontificis tacitus, & approbativus, colligendus erit prudenter, ut notat Malderus, ubi supra, cum Henriquez. Sed, quia res est multùm dubia & periculosa, videant Principes, & ministri laicalis jurisdictionis, quid faciant. Hæc Diana, qui plu-
176 rimos aliòs Doctores † ad idem allegat; in quo & illud vellem attendas, quòd Diana, & cæteri alii loquuntur in terminis longè magis rigorosis, quando scilicet hæc Pontificis tolerantia cadit super consuetudinibus introductis contra libertatem Ecclesiasticam, extra quos terminos Nos versamur, & nostra residet disceptatio, cum recursus pro tollenda violentia ex executione litterarum aliquot Apostolicarum sit potius inductus in favorem & robur libertatis Ecclesiasticæ, prout inferiùs annotabimus *à n.* 183. & *à n.* 211. *cum seqq.*

Tenent etiam signanter in hoc articulo reten-
177 tionis † cum Covar. idem Malderus alio in loco 2. 2. *q.* 1. *art.* 10. in hæc non videtur improbabile quod Covar. *pract. c.* 35. tradit ex Papæ consensu, præscriptione, & usu immemoriali, & evidenti spirituali regiminis utilitate; tribunalia Regia in quibusdam Regnis rite ita practicare, ut sine sua permissione & consensu nequeant quædam Apostolica mandata executioni mandare, &c. Idem observant Palatius Rubeus relatus supra *hoc c.* ad principium, *numero* 68. Pater Henriquez ad litteram relatus ibid. *num.* 40. & pariter Manuel Rodericus ibidem transcriptus, *num.* 24. & infiniti alii maximè Hispani Doctores hanc retentionem litterarum justificant, etiam ex hac tolerantia Pontificum, & excusant à Bullæ Cœnæ censurarum incursu, quos recensere foret tædiosum valdè.

178 Sed quia nonnulli Neoterici † quadam ficta & apparenti ratione, carente juris nomine voluere hanc fundamentalem firmiter per omnes receptam debilitare, & robur ab ea eradicare, non incongruum putavimus, eosdem hìc referre, & earum fundamenta appendere, & attentè examinare, ut nemo de cætero decipiatur, sed attentè, & cautè eos perlegat, Azorius *part.* 1. *lib.* 5. *c.* 12. *vers. Quæri solet*, Fillicius *tom.* 2. *tract.* 16. *cum* 10. *n.* 236. Pensantius *de immunitate Eccles. disput.* 3. *num.* 2. Alterius *de censuris rom.* 1. *lib.* 5. *disput.* 16. *c.* 2. *fol.* 686. Acosta *in Bullam Cruciatæ*, *q.* 79. Quorum aliqui loquuntur genericè in tolerantia Papæ super consuetudine contra libertatem Ecclesiasticam; a-
179 lii verò † specialiter contra recursum ad Principes temporales ex eadem ratione dicentes, quòd talis consensus non posset præsupponi, cùm Summus Pontifex quotannis excommunicet contrarium facientes, & tollit omnes consuetudines cum ampliss imis clausulis; & Joan. Malderus *in* 2. 2. *qu.* 96. *art.* 4. *col.* 1. sic asserit: *Sanè ne tolerantia Papæ in hac re allegari possit in defensionem consuetudinis, impedit vel ipsa Bulla Cœnæ, quotannis repetita, quæ diserte resistit ejusmodi consuetudini*, &c. Idem dicit Laiman. *in Theol. mor. lib.* 4. *tract.* 9. *c.* 10. *n.* 1. Vigianus *tractatu de immunitate Ecclesiastica, capitul.* 2. *tom.* 4. ubi ita ait: *Cùm quotannis die Cœnæ publicè excommunicat magistratus, & persuasissimum cuique esse debet, Summum Pontificem, hanc consuetudinem, quam corruptelam vocant, æquo animo non perferre, & consequenter nec expressè, nec tacitè assentire* &c. hoc etiam dicit Ugolinus in responso ad Jurisconsult. Gymnasii, *c.* 7. Barbosa *in collect. lib.* 1. *decret. tit.* 2. *Ecclesia S. Mariæ, de constit. n.* 5. Philiarchus *de officio Sacerdotum, p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 9. *in fi.* Tannerus *in* 2. 2. *disp.* 5. *quæst.* 3. *dub.* 4. *n.* 132.

Aliam etiam ad id rationem † novam considerat 180
Suarez *de legibus, lib.* 7. *c.* 13. *n.* 12. dicens, tolerantiam sola supposita scientia, non indicare sufficienter consensum; quia multa per patientiam tolerantur, quæ non approbantur, juxta *c. cum jam dudum, de præb.* Qui tamen text. id non probat, nec ad id potest allegari, cum ejus verba hæc sint: *Cùm multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuerint in judicium, exigente justitia non deberent tolerari*; quæ ad aliud tendunt, & aliud diversùm significant, ut est videre inferius *à nu.* 204. unde ait Filliucius *ubi supra, tom* 1. *tract.* 16. *cap.* 10. *n.* 256. Loquens in terminis nostri casus, simplex tolerantia, quando scilicet Princeps non potest commodè providere, non satis est ad dispensandum ex *cap. denique, dist.* 4. & Jurisconsultus Surdus *tom.* 3. *cons.* 301. *n.* 57. asseruit, in his casibus tolerantiam
Papæ † non esse approbativam animo inducendi, 181
vel confirmandi consuetudinem; sed potiùs ut scandalum vitetur, & hoc ipsum postea etiam docuit Collegium Bononiense *contra Venetos in resp. pro liber. Eccles. n.* 57.

Sed contra hos omnes Doctores, quos refert, resolvit Diana ubi suprà allegatus *à num.* 174. se-
quutus † quam plurimorum aliorum veriorem re- 182
solutionem, cui consonat Pater Suar. *contra Regem Angliæ, lib.* 4. *c.* 32. *num.* 23. ubi sic asserit: Ex dictis satis constat, nullam consuetudinem, etiam si immemorialis sit, ullo modo contra immunitatem Ecclesiasticam prævalere posse, solùm objici solent quædam particulares consuetudines aliquorum Regnorum, quæ licèt sint contra immunitatem Ecclesiasticam, sine scrupulo à magistratibus laicis observantur; ad illas verò possumus uno verbo respondere, illas consuetudines non ad jus, sed ad facta hominum pertinere, propter quæ veritatem negare non possumus, nec illorum rationem dare tenemur, sed ad illos hoc spectat, qui consuetudines illas observant. Ita Suar. & prò eodem Suare facit Jurisconsultus *in l. ita vulneratur. ff. ad leg. Aquil.* in illis verbis: *Multa autem jure civili contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta esse, innumerabilibus rebus probari potest.*

Adhuc tamen pro examine horum motivo-
rum quibus moventur † Doctores allegati pro 183
contraria parte, *à numero* 178. Primitùs animadvertendum, quod inter Doctores ipsos controversia cadit generaliter super tolerantia Papæ consuetudinem manifestè infringentium libertatem Ecclesiasticam. Nos autem versamur in tolerantia approbativa immemorabilis cujusdam consuetudinis inductæ in favorem ejusdem, & reverentiam Sedis Apostolicæ prout copiosè videre est *in Commen. de protect. Regia*, 1. *p. s.* 1. *à numer.* 146. *& à numer.* 139. *cum multis seqq.* & videndus Hieron.

ron. de Liamas superius citatus, *hoc c.* 2. ad *fin. princip. nu.* 30. et ferè omnes hoc fatentur cum sit hic recursus conveniens juri naturali, divino, et humano. Nos *dict. c.* 1. *à num.* 79. *cum multis seq. et in c. et seqq. hujus tractatus de supplicatione.* Atque ideò licèt nonnulli Doctores ex supra citatis tenentes tolerantiam Papæ non inducere consensum, loquantur in recursu ad Regem, eo tamen moventur falso supposito, et minus cautè supponunt, recursum esse contra libertatem Ecclesiasticam. Et sic Malderus pro contraria parte citatus, *n.* 179. licèt generaliter illam partem assequutus fuerit: nihi-
184 lominus † alio in loco *in* 2. 2. *q.* 1. *art.* 10. per Nos citatus ad principium hujus *c. sub n.* 24. dum sibi obtulit occasio specialiter tractandi de hoc recursu ad Regem pro retentione litterarum Apostol. aliud agnovit ex eo motus, quòd vergat in evidentem utilitatem Regiminis Reipublicæ spiritualis et temporalis, recursus iste.

185 Nec obstat, quod præfati doctores dicunt de publicatione Bullæ quotannis, † reperita, ex qua impediri consensum Papæ sectantur, cui multipliciter respondetur. Primò, quoniam si legitimus recursus ad Principes pro tollenda violentia non continetur in eadem Bulla nec per eam intelligitur reprobatus, ut à principio hujus *c. diximus præsertim à n.* 54. ubi etiam specialiter de hac retentione litterarum ad effectum supplicandi Pontificem, quæ expressè ad hunc finem in eodem *c.* 14 approbatur, et permittitur: quomodo, quæso, publicatio quantumvis repetita potest recursum comprehendere; quia illa publicatio est quædam ratificatio, et confirmatio generalis, quæ ultra ea quæ in Bulla continentur, et comprehenduntur, nihil potest operari. Ad latissimè tradita per Nos infrà 2. *p. c.* 12. §. *unico. n.* 53. *et seqq. et in c.* 30. §. 1. per totum.

Deinde quia et si recursus comprehenderetur
186 in dicta Bulla (quod † ex communissima verè et recepta omnium doctorum sententia demptis relatis suprà, negamus) adhuc stante Pontificum tolerantia, ex qua inducitur consensus, approbatio, et dispensatio, sicuti probat magna illa Doctorum caterva per Nos laudata *in comment. de protect. Regia*, 1. *p. c.* 1. *à n.* 139. et signanter *à n.* 148. (de quo ulterius statim erit tractandum) sequitur, quòd publicatio quantumvis repetita non impedit præstitum jam consensum Papæ, cum ei inhæreat qualitas specialis tolerantiæ, prout ex Lessio, Turriano, Sal. Vasq. Molina, Malderio, et Nobis contra alios rectè adverit Ant. Diana *in res. mor. tr.* 1. *de immunit. Eccles. res.* 5. *ad fin.* vers. *Sed his non obstantibus.*

187 Quoniam cùm dicta Bulla † contineat varia capitula, et complectatur varia Regna, in quibus variæ et diversæ consuetudines adsunt, quarum aliquæ forsan sint contra libertatem Ecclesiasticam vel retrò introductæ, vel de novo introducendæ (quæ cum ignorentur à Papa, minimè etiam toleraæ dicentur.) Ideò ob eas publicatur Bulla cum sua qualitate, et exceptione earum quæ scienter toleratæ fuerunt; quia in dispositione generali non comprehenduntur illa quæ specialem providentiam habent, atque ideò præservatæ sunt ab hac generalitate, *l. Stichus* 20. *ff. de adiment. legatis*, *l. aliment* §. *Basilicæ*, *ff. eodem tit. l. Seiæ* 20. *in pr. ff. de fundo instructo*, *l. cohæredi*, §. *qui patrem*, *ff. de vulgari et pupill. substit.* Bart. *in l. quæsitum*, §. *fin. ff. de fundo instructo*, *et in l. talis scriptura*, §. *fin. ff. de legatis* 1. Beroius *in cons.* 37. *n.* 11. *vol.* 3. Ant. Gabriel. *commun. concl. lib.* 6. *tit. de lausulis*, *conclus.* 9. *num.* 8. per quos et alios hanc regulam construit Petrus Surdus *in cons.* 426. *nu.* 4. *et per ea quæ tradita in dict.* §. *qui patrem*, *et* [illegible] *in cons.* 720. *et num.* 50. *et seqq. lib.* 6. *et in cons.* 26. *numer.* 6. *lib.* 3. Fachineus *in cons.* 26. *num.* 36. *lib.* 1. Alexand. Raudeus, *dec. Pisan.* 22. *nu.* 44. Tiber. Decian. *cons.* 10. Ludovi. Cisanate *cons.* 57. *nu.* 15. *et cons.* 19. *n.* 1. *et* 17. *et cons.* 26. *nu.* 3. *cons.* 37. *n.* 30. *et cons.* 44. *n.* 5. ac inde per Castillo *controv. tom.* 5. *c.* 29. *à num.* 23. *et seq.* ubi latè examinat omnes, ex d §. qui particularem eam eliciunt regulam, quod generalis provisio non extenditur ad eos casus, qui habent specialem providentiam, maximè si specialis præcedit generalem.

Nec obstat alia ratio reddita † de qua per 188
Suarez, Fill. et Colleg. Bononiense citatos sup. *nu.* 80. videlicet tolerantiam cum scientia Papæ in consuetudinibus infringentibus libertatem Ecclesiasticam, non esse approbativam, nec animo inducendi consensum ex eo, quod multa tolerantur, quæ non permitterentur, si in judicio fuissent deducta, quæ quidem assertio tam generalis, et absoluta magis in divinatione animi Pontificum, quàm in doctrinali fundamento consistit, et uti indistincta et indiscreta complectens omnes casus universaliter incerta redditur; contra quam reclamant innumerabiles penè Doctores constanter affirmantes, tolerantiam Principis inducere actus confirmationem, consensum, et dispensationem, quorum nomenclaturam congessimus *in comm. de protect. Regia*, 1. *p. d. c.* 1. *à n.* 148. ultra alios qui signanter de recursu, et retentione, ibi, et *à n.* 130, et hac in sectione à principio.

Ut igitur prædictorum Doctorum fundamentum diluamus, obiter notandum erit. Primò, quòd in hoc, de quo agimus recursu, et retentione † 189
litterarum pro tollenda violentia, et ejus consuetudine immemorabili, non potest dubitari de animo, et intentione Pontificum. Tum ex hactenus scriptis in hac sectione, et ex magis communi, et recepta Doctorum in numero excedentium. Tum ex natura, qualitate et justitia negotii tam conformis juri naturali, divino, et positivo, quæ clamant pro defensione vi oppressorum, pro sedandis scandalis, pro quiete et pace Reipublicæ Ecclesiasticæ et temporalis, et imponentia strictam obligationem Principibus ad hanc defensionem impertiendam vi oppressis.

Si igitur animum Pontificum ad præsumptionem
† reducere volunt illi Doctores citati suprà, *n.* 188. 190
(quamvis illi nullam in contrarium pro se consideraverint) hæc potentissima est, et quibuslibet urgentior, ex qua clarè detegitur animus tolerantiæ Pontificum, non Provenisse ob vitandum scandalum ex contradictione, et impugnatione oriundum; sed ex eo quòd agnoscentes manifestam et evidenter necessariam utilitatem recursus legitimo modo præstiti utrique Reipublicæ, indecens judicant et inhumanum, illum miseris vi oppressis adimere, ut sæpè sæpius diximus in hoc *c.* 2. et aliis pluribus.

Hæc insuper Pontificum intentio, et animus ex aliis variis actibus externis, et decretis Canonicis † cognovimus, et in primis *ex Bull.* 191
Martini V. quam ad litteram retulimus, in nostris *commentariis de protect. Regia*, 1. *p. c.* 1. *à num.* 290. per quam declaravit Pontifex, in Bulla qua sub gravibus censurarum pœnis inhibuerat Clericis patientibus se conveniri coram sæcularibus Judicibus, non comprehendi, nec suæ intentionis fuisse, casus illos Ecclesiasticos pertinentes Regi tam de jure, quàm de consuetudine immemoriali; consonat text. *in c. Agatho*, 2. ibidem. *Non debeat ordinari, qui*

electus fuerit, nisi prius decretum generale introducatur in Regiam Urbem secundùm antiquissimam cõsuetudinem, ut cum ejus scientia et jussione debeat Ordinario provenire 63. *distinctio*, junctis *c. lectis, et c. Reatina, et c. cum longe eadem dist.* 63. et est etiam text. singularissimus *in c. causam quæ* 7. *qui filii sint legitimi*, ibid. *Si eadem possessione fuisset per violentiam spoliatus. Nos attendentes, quòd ad Regem pertinet non ad Ecclesiam de talibus possessionibus judicare, ne videamur juri Regis Anglorum detrahere, qui ipsarum judicium ad se asserit pertinere, fraternitati vestræ mandamus, quatenus Regi possessionis judicium relinquentes, de principali, etc. plenius cognoscatis.*

Apparet etiam hic Pontificum animus, et in-
192 tentio ex epistolis missis à Papa ad Catholicum † Regem Nostrum, et è contra, quarum meminit Jacobus de Graffis *in decisionibus Aureis*, 1. *part. l.* 4. *c.* 10. *num.* 130. ibid. *Sed in Regno secus est, quia considerctis considerandis, visisque litteris de hac re à Papa Regi Philippo missis, et è contra, censeo non esse condemnandos, nec incurrere Regios Magistratus expedientes Regium* exequatur, etc. (quas epistolas privatas, et missas concordata cum eodem Summo Pontifice vocat, et
193 minus rectè opinatur † Diana *in resolut. moral.* 4. *part. tract.* 1. *de immunit. Eccles. resolut.* 9. post
194 medium) quæ quidem Epistolæ uti procedentes † à Papa et Rege vim legis habent, et possunt hæc epistolæ allegari pro lege: ita notabiliter dicit Angel. *in l. item veniunt*, §. *cæterum*, *ff. de petit. hæreditatis*, Roman. *in cons.* 160. *num.* 1. ubi de epistola Pontificis loquitur, sequitur addition. ad Bart. *in l.* 1. *ff. de feriis*, et in epistola cujuslibet Principis idem probavit Alexand. *in dict. l.* 1. *num.* 24. Corsetus *in tract. de Regibus, qu.* 22. Fulgos. *in l. civitas*, *ff. si certum pet.* ubi etiam Jass. *nu.* 7. et ibi Decius *nu.* 5. *et* 6. idem Decius *in rubrica de rescriptis*, *col.* 2. in princ. sequitur Petr. Surdus *in cons.* 371. *n.* 27. qui cum pluribus aliis probat procedere tam in epistola Papæ, et Principum contra Angelum hoc limitantem in sola epistola Papæ, et Imperatoris.

Atque insuper constat iste animus Pontificum ex
195 eo, quod verba † quædam circa hæc generalia, et rigidiora contenta in Bulla Cœnæ tempore Gregorii XIII. fuerunt per posteriores Pontifices moderata, et temperata, ut adnotavit Malderus *in p.* 2. *quæst.* 96. *art.* 4. *fol. mihi* 407. *col.* 1. et Fagundez *de præcept. Eccl. tract.* 1. *lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 17. relati à Diana 1. *p. tract.* 1. *de immunit. Eccl. resolut.* 6. *vers. Sed post hæc scripta.*

Ex quo plurimi Doctores inferunt, quod hoc jus, et Regalia competens Regibus Hispaniæ cognoscendi et tollendi violentias inter quosli-
196 bet † etiam Ecclesiasticos, (quam privilegium vocant plures Theologi, Bannez *in* 2. 2. *quæst.* 67. *art.* 1. *dubio* 1. *concl.* 2. Joan. de la Cruz *in directorio conscient. part.* 1. *præcept.* 8. *quæst.* 3. *art.* 1. *dubio* 1. *conclus.* 3. Pesantius *de immunitate Ecclesiastica*, *disputation.* 3. Castr. Palao *in opere moral. tom.* 2. *disputatione unica*, *puncto* 9. *numer.* 10. Diana *dict.* 4. *part. tract.* 1. *de immunitate Eccles. dict. resol.* 9. *vers. Igitur contrariam sententiam*, *et in tom.* 1. *eodem titulo, et tract. resol.* 6. *in principio.*) non sit per Bullam Cœnæ Domini revocata, sicut nec cætera privilegia hujus generis, quæ habent in rebus Ecclesiasticis Reges, et per immemorabilem consuetudinem per eos observata fuere, ex quorum Doctorum numero sunt jam citati, et Zanardus *in directo. Confessor. tom.* 1. *cap.* 50. Decianus *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *numer.* 66. Zippæus *Analo. jur. Canon. lib.* 2. *de foro competent. numer.* 41. *in fin.* Pater Henriq. *lib.* 16. *cap.* 15. *numer.* 5. *in glossa littera G.* quem citato nomine sequitur Malderus *in* 2. 2. *tract.* 5. *c.* 6. *dubio* 7. *in fine.* Asserentes etiam, Pontificem jura quædam spiritualia, quæ Rex quispiam ex contractu † remune- 197
ratorio, aut immemoriali habet, revocare non debere, Filiucius *tom.* 1. *tract.* 16. *cap.* 10. *nu.* 258. Suarez *contra Regem Angliæ*, *lib.* 4. *c.* 34. *numer.* 20. ex Cardin. Bellarmino, Navarrus *in manual. c.* 27. *num.* 71. Vasquez *in p.* 2. *tom.* 2. *disput.* 167. *c.* 4. *num.* 32. Becanus *in summa Theolog.* 2. *tract.* 3. *c.* 6. *quæst.* 11. *num.* 2. Salas *de legibus*, *disput.* 14. *sect.* 9. *nu.* 108. Malderus *in part.* 2. *quæst.* 96. *art.* 4. Fagundez *de præcept. Eccles. tract.* 1. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 17. et nos allegans tenet contra alios Diana 1. *part. tract.* 1. *de immunitate Ecclesiastica*, *resolut.* 6. ex quo colligitur animus † Pontificum, 198
multum deferentium juribus, Regaliis, et immemorabilibus consuetudinibus Principum Christianorum, verè agnoscentium, utiles esse utriusque Reipublicæ recto regimini, præsertim in his Hispaniarum Regnis tam remotis, atque longissimè distantibus à Sede Apostolica, à qua opportunè obtineri non potest necessarium remedium, instante periculo violentiæ, cujus rationis robur ostendimus clarè suprà, *c.* 1. *unico per totum.*

Ostenditur denique et iste animus Pontificum ex Bulla Cœnæ Domini, *c.* 14. quod † renulimus, et 200
copiosè exornavimus hoc *in c.* 2. *à princip.* et signanter *à n.* 54. *cum infinitis seq.* libenter assentientium hujusmodi litterarum retentioni, et suspensioni legitimo modo factæ per Principes Christianos, interim quod ad Sedem Apostolicam pro remedio recurritur mediante supplicatione ad eam interposita et legitimè persequuta, ne status Regni tranquillus turbetur, et violentiis opprimatur. Quæ supplicatio sic humiliter interjecta præclarè † ostentat, et agnoscit illam altitudinem supremæ 201
Majestatis esse Sedis Apostolicæ, uti manifestè probavimus suprà *c.* 1. *à n.* 1. *cum seqq.* et non est verosimile velle Pontifices hac Regalia se privare, et amittere, seu à Sede ipsa eradicare.

Quod recursûs genus nunquam sublatum, aut impugnatum vidimus à Rota Romana (quæ licet à paucis hinc annis restiterit recursui violentiæ ob non elatam appellationem † legitimam, improbabili 202
fundamento nitens, nempe Principes sæculares, incapaces esse jurisdictionis Ecclesiasticæ, et spiritualis, quod nos fatemur; negamus tamen illum recursum interponi per viam jurisdictionalem, ut alibi adnotavimus latissimè *in commentariis de Regia protect.* 1. *part. c.* 1. *et c.* 2.) Tamen super hoc recursu retentionis litterarum nullibi legi aliquam decisionem, † tametsi omnia volumina hucusque impen- 203
sa attentè et cunctanter perlegerim, et revolverim, et nullam reperire potuerim, quæ de recursibus hoc ejus impugnatione tractasset, licet plures decisiones enumeraverim infrà 2. *part. cap.* 2. *n.* 4. *et seq.* loquentes de Senatu hoc Regio decidente Possitoriales, compulsoriales, et similes, quæ à fallo dicendant, nempe ad recursum pro retinenda violentia facta Ordinariorum primæ instantiæ.

Si igitur tot adsunt certæ legitimæ et justissimæ 204
causæ, quibus attribui potest tolerantia † Pontificum per longum et immemorabile tempus continuata in istis recursibus Regnorum Hispaniæ salubriter introductis pro tollenda violentia, cur, quæso, præfati Doctores tolerantiam hanc divinatoriè adaptare et attribuere conantur incertæ cuidam præsumptioni improbabili, nempe ob excusan-

dum

dum ſcandalum, cujus nullum etiam indicium reddunt, ex quo verè intentio talis deducatur, &
[205 præſumatur. Nam cum ea † quæ in animo alicujus conſiſtunt indirectè improbabilia non aliter inducantur, quàm vel ex verbis prolatis, vel ex actis externis ipſius, ut latè per Maſcard. *de probation. concluſion.* 94. *& ſeq.* Quorum neutrum Theologi oſtendunt, nec teſtantur; & de auditu proprio, & verbis ſummorum omnium, & ſingulorum Pontificum retrò per immemorabile hoc tempus ſedentium in Cathedra S. Petri, atteſtatio illis impoſſibilis eſt. Sicque animi atteſtatio iſta magis in divinatione præfatorum Doctorum conſiſtit, quàm in vera probabilitate, cui reſiſtunt juridicæ præſumptiones ſcriptæ ſuperius, & ſcribendæ.

Et dato caſu, quod vera ſit animi inductio
206 Theologorum, ut iſta Pontificum tolerantia † cauſetur ex ſcandalo vitando; adhuc tamen ob id tolerantiæ effectus non impediuntur, quoniam licet veriſſimum ſit, quod multa per patientiam tolerantur, quæ ſi in judicio deducerentur non tolerarentur, juxta *dict. c. cum jam dudum de præbendis*, citatum ſuprà *num.* 108. non exinde ſequitur, quod hæc talis tolerantia præcedente ſcientia, poſt tempus neceſſarium ad præſcriptionem non operetur conſenſum, approbationem, diſpenſationem, & omnes ſuos juris effectus, nempè jus, & titulum legitimum, atque efficacem in tolerato, quovis reſpectu ipſa tolerantia producatur, prout decepti, & temerè dixerunt præfati Theologi (quorum ut plurimum in ſuis legalibus propoſitionibus adulteratam paſſim agnoſcimus juriſprudentiam, & ejus ſubverſa principia aliàs conſtantia) ſicque text. *in dict. c. dudum*, lóquitur (& benè) interim quod in judicium deduci poteſt tolerantia controverti, non verò poſt completam præſcriptionem, & ex ea cauſa tam extinctionem juris, & actionis tolerantis.

Quoniam nulla adeſt tolerantia in Principe,
207 † quæ ab aliquo ſpeciali & particulari reſpectu non cauſetur: & tamen patientia, & tolerantia ipſa ſemper præſtat legitimam cauſam præſcribendi, & ex integris titulis *de præſcriptionibus & uſucapionibus*, juris Civilis, & Canonici, & poſt perfectam præſcriptionem jus integrum, titulum legitimum, & incommutabilem, nulla adhibita, nec ſcripta diſtinctione, quo reſpectu patientia & tolerantia præſtita fuerit (niſi ſit precaria, vel jure familiaritatis) ut in ſpecie de hac tolerantia Papæ, & alterius cujuſlibet Principis ultra citatos Doctores ſuprà à *nu.* 173. *& ſeq.* probat illa Doctorum caterva per Nos cumulata *in tract. de protect. Regia*, 1. *part. c.* 1. *à num.* 108. quibus adde Oldrad. Abbat Fenlium, Stephanum, Aufrerium, & Guillelm. Benedict. relatos & ſequutos à Menochio *in conſil.* 800. *num.* 46. *tom.* 8. & poſt alios Petrus Surdus *in conſ.* 361. *numer.* 58. *ton.* 3. Peroius *conſ.* 183. *numer.* 16. *lib.* 3. Craveta *conſ.* 168. *numero* 4. idem Beroius *conſ.* 258. *num.* 2. *lib.* 3. latè Burſatus *conſ.* 223. *num.* 26. & 27. *n.* 54. *lib.* 3. Bartol. 3. *conſ.* 223. & infinitos alios.

Et ſignanter de tolerantia Papæ ob evitandum
208 ſcandalum, & jurgia litium in juribus † pertinentibus ad Sedem Apoſtolicam, ut ſcilicet poſt completam præſcriptionem adquiratur jus perfectum tolerato, licèt interim, quod non completur, Papæ toleranti, & ſucceſſoribus ſuis non officiat, eſt text. expreſſus *in c. nihil de præſcriptionibus*, juxta unum & veriſſimum & indubitabilem intellectum (ſic dictum per ſcribentes laudandos) cujus verba ſunt: *Nihil poteſt*; & infra *nihil cum ſcandalo, nihil cum forali ſtrepitu vobiſcum nos velle de cauſis pauperum definire, vobis ſcripſiſſe meminimus. Sed illud ſcire vos credimus, tuæ turmitatem atque potentiam noſtram futuris poſt me Pontificibus in rebus pauperum præjudicium non facturam*; quem textum ita intelligit Joan. Andræas, & ſummas ſequuntur Abbas Panormitan. ibidem, *n.* 6. Paulus Pariſius *in repetitione ejuldem text.*, *à n.* 9. *& ſeq.* ubi latè diſcutit & reſolvit hunc intellectum eſſe veriſſimum, & ab omnibus ferè receptum, & quantum ad ſui veritatem à neminè impugnatum, nempe ut hæc tolerantia Papæ non inferat præjudicium interim, quod non completur præſcriptio ex poſſeſſione, & tolerantia cauſata; ſecus poſt eam. Idem dicit Maſcardus *de probat concluſ.* 304. *nu.* 5. poſt Felin. *in c.* 1. *de litis conteſtat.* Geminian. *conſ.* 91. *præmitto.* Idem Felin. *in c. ſuper. his*, *column. penul. de accuſat.* poſt Innocentium ibi, Decius *in conſil.* 118. *viſo inſtrumento*, *vel.* 2. latè Jaſſ. *in l. ſciendum*, *col.* 8. *in* 4. *limitation. principal. C. qui admitti*, plura etiam per Felin. *in c. Albericus*, *col.* 2. *de teſtibus.* Adeſt & ad idem text. *in c. niſi eſſent*, *de præbendis & dignit.* ubi tolerantia Papæ pro bono pacis præſtita ſuper quodam pacto illicito, & omni jure reprobato inter collitigantes electos efficaciter operatur, juſtumque & legitimum titulum confert, ibi: *Se pro bono pacis, utilitatis hoc ordinaſſe fatentur.* Et ibidem protinus: *Nos eam hoc adhibito moderamine toleramus*, junctis iis quæ in duobus numeris proximè ſequentibus ſcripſimus.

Ergo falſò opinantur † Theologi, quod con- 209
ſenſus, & diſpenſatio non ita perfectè inducatur ex tolerantia cauſata, & præſtita ob evitandum ſcandalum, cum potius hæc ratio evitandi ſcandali efficacius influat in eam, & arctet Papam, & Principem ad facilius conſentiendum, & diſpenſandum in prohibitis, & aliis illicitis, & ex ea ratione majus robur, & efficaciam nec non juſtitiam recipit tolerantia ipſa (ſuper iis cadat, quæ pendeant à poteſtate Principis de quo protinus) quia valdè intereſt boni communis ſcandala vitari; hanc doctrinam ſingulariter firmant Hoſtienſis, *in c. quia circa in fi. de conſanguinitate*, *& affinit.* & ibi Joan. Andræas. *n.* 4. Abbas *n.* 2. Alexand. de Novo, *n.* 2. Præpoſitus, 1. Henricus, *in fi.* Mandoſ. *de ſignatura gratiæ*, *tit. diſpenſationes matrimoniales*, verbo *Ad evitanda gravia ſcandala*, Antonius Cuchus, *lib.* 5. *inſtitution. majorum*, *tit.* 13. *n.* 14. Covar. *in* 4. *decretal.* 2. *part. c.* 6. §. 10. *n.* 3. Henriquez, *lib.* 12. *de matrimoni. cap.* 3. *n.* 9. Gutierrez *quæſt. Canon. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 107. Petrus de Ledeſma *de matrimonio*, *quæſt.* 56. *art. ultim. dubio* 4. *col.* 2. Felinus *conſ.* 26. *n.* 19. Menochius *conſ.* 385. *n.* 7. *vol.* 4. Thomas Sanchez *de matrimonio*, *lib.* 8. *diſp.* 19. *n.* 9. *& ſeqq.*

Sicuti etiam ex identitate † rationis propter pacem 210
firmandam, vel habendam, & ut ceſſent, & extinguantur lites, & controverſiæ, ex quibus oriri ſolent ſcandala, juſta eſt cauſa concedendi diſpenſationem in prohibitis & vetitis, Navarrus *in ſumma Latina*, *c.* 22. *addit. ad numer.* 85. *in fi. cap.* 22. Divus Thom. 2. 2. *quæſt.* 63. *art.* 2. *ad* 2. Paludan. 4. *diſtin.* 40. *quæſt. unic. art.* 3. & ibi ſupplementum Gabrielis, *quæſt. nu. art.* 3. *dub.* 3. Divus Antonius 3. *par tit.* 1. *c.* 14. §. *ultimo ad fi.* Victoria *Summa*, *ubi de matrimonio*, *num.* 295. Henriquez *lib.* 12. *de matrimonio*, *cap.* 2. *numer.* 9. Petrus de Ledeſma *de matrimonio*, *quæſt.* 58. *art. ultimo ad fi. & in ſumma Sacrament. ubi de matrimo-*

nio, cap. 27. concluſ. 5. Ludovic Lopez *inſtructor. conſcient. de matrimonio, cap. ultimo, col. penult.* Manuel. Rodriguez *1. tomo, ſummæ 2. editione, cap. 237. concl. 1. numer. 2.* Graſſis *in deciſ. aureis 1. part. lib. 2. c. 81. in fin.* Vega. *2. tomo, ſummæ cap. 34. caſu 167.* Abbas *in cap. quia circa, num. 2. de conſanguinitate, & affinit.* & ibi Alexand. de Nevo *num. 2.* Præpoſitus, *n. 1.* Mandoſius *de ſignatura gratiæ, titulo diſpenſationis matrim. verſic. Juſta cauſa diſpenſandi*, Cuchus *lib. 5. inſtitut. majorum, tit. 13. num. 14.* Galego *de cognation. ſpiritual. cap. 22. n. 7. & 16.* Sicque tantum abeſt quod cauſa vitandi ſcandali, admitat vires, & enervet effectus tolerantiæ, ut potius eidem robur addat, & facilitet conſenſum, & diſpenſationem.

Petrus Surdus *in dict. conſil. 301. numer. 57. &* 58. in contrarium allegatus ſuprà *numer. 181.* noſ-
211 tram probat doctrinam communem, † dum diſputans & probans, quoddam ſtatutum temporale, de quo ibi, contra Clericos promulgatum eſſe contra jus divinum, in quo non cadit diſpenſatio expreſſa, & per conſequens nec tolerantia. Sic *à n. 57. & 58.* loquitur in hæc: tollitur ex prædictis, quod allegat Domin. Menochius, præſumi ſcientiam, & licentiam Pontificis, ejuſque tolerantiam haberi pro diſpenſatione, & privilegio: nam ſi expreſſa Pontificis conceſſio non poteſt Clericos poteſtati ſæculari ſubjicere: multò minus id efficiet ſimplex ſcientia, & tolerantia; ita arguit Additionat. ad Marian. *in dict. c. ſi quis Clericus, numer. 46.* validior enim eſt expreſſus conſenſus, quàm tacitus, *c. ſcienti de reg. juris in 6.* &c. Et in ſpecie, quod ſcientia & tolerantia Papæ non validet conſuetudinem, per quam Clerici ſubjiciuntur laicis: probarunt Joannes de Lignaro, & Gaſpar Calderin. *in c. decernimus de judiciis;* quia patientia non juvat in eo, quod irrationabiliter fit, & multa tolerantur, quæ tamen non permittuntur, aut conceduntur, ut in propoſito benè dicit Abbas *in c. Clerici., num. 6. de judiciis*, ubi ſuſtinet, quod hæc conſuetudo eſt nulla, tam que contra Eccleſiaſticam libertatem, Marianus *in dict. c. ſi quis Clericus, n. 43.* ubi etiam vult, quod talis conſuetudo non jubetur per ſcientiam, & tolerantiam Pontificis (ſequitur & facit ipſe Petrus Surdus) quæ ergo à Menochio allegantur
212 † de Papæ ſcientia, tolerantia & diſpenſatione, optimè procedunt in iis, quæ juri divino non contrariantur: at ubi repugnat divinum jus, tunc non eſt credendum, quod Papa velit circa id patiendo, & tacendo diſpenſare, quod expreſsè ſtatuendo, & diſponendo facere non poſſet. Hactenus obſervatio Petri Surdi.

213 Quæ quidem juridica eſt, † & veriſſima, nam poſtquam probabiliter ſuppoſuit illud ſtatutum Principis temporalis fuiſſe editum contra jus divinum; rectè ſequitur, quod tolerantia Papæ nihil operatur, ſicuti etiam vivicus careret, ſi præſtetur ſuper iis, quæ non conſiſtunt in poteſtate Principis, tenent Beroius *conſ. 183. num. 25. l. 3. addit.* ad Bertazol. *in conſ. 176. verſ. 4. maximè.* Alexand. *conſ. 84. num. 3. l.* Natta *conſ. 636. nu. 191.* quod etiam reſolvimus *in noſtris Commentariis de protect. Regia, part. c. 1. nu. 150.* ubi poſt Abbat. Loazes, Maſcardum, & Cenedum, diximus: Quod Summi Pontificis tolerantia in eo, quod à jure naturali non prohibetur, pro diſpenſa-
214 tione habetur expreſſa. In quibus etiam terminis † loquuntur Doctores contrarii citati ſuperiùs *à num. 178.* dum ad tollendum vires, & effectus tolerantiæ Pontificum eo fundamento moventur, quod recurſus ad Regem pro tollenda violentia ſunt contra jus divinum, & per conſequens contra libertatem Eccleſiaſticam, quæ ſuppoſitio ſi fuiſſet vera (ſicuti eſt falſa) rectè procederet conſequentia, & illatio ex hactenus comprobatis, quod contra jus divinum, & naturale non operatur tolerantia Principis.

At cùm iſti noſtri ſaluberrimi recurſus ad Regem pro tollenda violentia, non ſolùm † non ſint 215
contra jus divinum, aut naturale, ſed imò juri naturali, & divino, admodum conformes, & ab eiſdem fluxerint, deriventur, & juſtitiam trahant, nec adhuc in aliquo obſiſtant libertati Eccleſiaſticæ, ſed ei nervosè aſſiſtant, & in ejus favorem præcipuè dirigantur, ut ſæpiùs probavimus ex omnium ferè Doctorum hac de re tractantium aſſertione, & ſuprà hac *ſect. 5. num. 183.* tetigimus. Sequitur, quod patientia, & tolerantia Pontificum ſuas integraliter vires obſervet, & conſenſum juſtum, & legitimum titulum præſtet hujuſmodi recurſibus legitimè introductis, & præſtitis.

Nec enim credendum eſt rem tam gravem, & notabilem per tot ſæcula, & immemorabile † tem- 216
pus, tot Pontifices tacere, & tolerare voluiſſe non aguita juſtitia Regis ex maxima Reipublicæ utilitate procedente, & omni jure roborata, ad text. celebrem, *in l. ſi fortè, §. 1. ff. de pœnis*, ibi: *Nec enim debebat tam magnam rem tandiu reticere, &c. 1. de frigidis, & maleficiatis* ibi: *Quia ſi pro clamare voluit, cur tandiu tacuit, l. 6. tit. 8. part. 4. Præſertim cum nonnulla pro utilitate communi contra juris aſperitatem ex æquitatis manſuetudine tolerari noſcantur;* quæ ſunt verba expreſſa Pontificis *in cap. Abbate. §. ſi verſ. Præſertim, de ſententia & re judicata, lib. 6.* quæ jura clarè monſtrant, ex quo fonte, & cauſa publicæ utilitatis nempe Pontificum Romanorum tolerantiam hujuſmodi fluxiſſe, & originem trahere.

Si enim putarent Pontifices Maximi, hos recurſus pro tollenda violentia † obſiſtere juri divino, 217
naturali, aut libertati Eccleſiaſticæ, aut in aliquo detrahere juribus, & authoritati Sedis Apoſtolicæ, & Principes ob id innodatos eſſe cenſuris Eccleſiæ, nullatenus paterentur; ſed pro ſalute animarum, & populi Chriſtiani obſiſterent viriliter, ut cum judicio perpendunt omnes ferè Doctores, præſertim Hiſpani de hac re tractantes ſuperius ad principium hujus *c. 2.* per multos numeros laudati: ſicuti ratione muneris, & paſtoralis officii ad id tenentur, & uti paſtores evigiles intrepidè & nervosè prædictis ſe opponerent, & animosè ſubverterent, & eradicarent, prout nullo humano reſpectu attento contra plures Reges, & regna feciſſe (ubi 218
ſaluti † animarum conſulere ſibi ipſis viſum fuit) pluribus in decretis Canonici legimus, ut *in c. Clericis 2.* ibi: *Suæque ſubmittere ditioni, & (quod dolenter referimus) nonnulli Eccleſiarum Prælati Eccleſiaſticæque perſonæ trepidanter, ubi trepidandum non eſt, tranſitoriam pacem quærentes, plus timentes majeſtatem temporalem offendere, quam æternam; talium abuſibus non tam temerariè, quàm improvidè acquieſcunt. Nos igitur talibus iniquis actibus obviare volentes, de fratrum noſtrorum Conſilio Apoſtolica Authoritate ſtatuimus*, &c. *de immunitate Eccleſiaſtica, lib. 6.* conſonat bene illud Divi Greg. *2. Paſtoralis, c. 4.* relatus *in c. ſit Rector 43. diſtinction. Sæpe Rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta, pertimeſcunt*, text. etiam, *in cap. fin.* ibi *Nos juſtitiam noſtram, & Eccleſiæ ſponſæ noſtræ nolentes negligere, qui alios in ſua juſtitia confovemus*, &c. *de immunitate Eccle-*

ſtaſtica, lib. 6. & qui text. totus legendus erit, quia multùm confert rei de qua ſpecialiter agimus, & text. *in capitul.* 1. ibi: *Expedit, quod per diligentiam, & authoritatem Sedis Apoſtolicæ (quæ curam habet Eccleſiarum omnium & tutelam) contra talium auſus, & conamina opportunum remedium apponatur, ut Eccleſia ipſa in plenitudine juris ſui, & libertatis integritate lætetur, ac deteſtabilis malignorum audacia & inſolentium nefaria temeritas propulſetur. Sanè intelleximus, quod in Regno Franciæ*, &c. *eodem titulo, & lib. cap.* 1. ibi: *Hac generali conſtitutione animarum periculis obſiſtere cupientes*, &c. *de jurejurando, lib. 6.* & tandem ſingularis ad propoſitum eſt text. *in c. loci. 29. quæſt. 9.* in illis verbis: *Si negligenter ea, quæ malè uſurpantur, omittimus, exceſſus viam aliis procul dubio aperimus.* Idem legitur *in cap. pervenit, 93. diſtinct.* & infinitis aliis.

219 Concludendum erit igitur, quod † cùm Summi Pontifices tot evigiles Paſtores ſalutis animarum, juriumque & authoritatis Sedis Apoſtolicæ non obſiſtunt, & obviant his recurſibus pro tollenda violentia; ſed tolerant per tot ſæcula, & immemorabile tempus, eo moveri, quod valdè utiles, & neceſſarios utrique Reipublicæ ſemper agnoverunt. Et quod hæc tolerantia (licèt aliàs ea non egeat Rex noſter Catholicus, cujus eſt proprium jus, munus, & Regalia inſeparabilis à ſua Corona, ut per *c. 1. & ſeq. hac 1. part. & in commentariis de protect. Regia, capitul.* 1. & 2. latiùs
220 comprobavimus) Tamen quando ea egeret, † indubiè valdè prodeſſet ad juſtitiam horum recurſuum juſtamque cauſam præſcribendi, & inde legitimum titulum, & diſpenſationem adquirendi præſtaret ſcientia hæc, & longiſſima Pontificum tolerantia juxta communem, & magis receptam Doctorum ſententiam, tenentium etiam in aliis conſuetudinibus immemorialibus, non contra jus divinum, aut naturale, ſed aliter contra libertatem Eccleſiaſticam introductis; tolerantiam Pontificum inducere conſenſum, approbationem, confirmationem, & diſpenſationem, de quibus ſuprà *à numer. 1. & ſeq.* & per totam hanc ſectionem. Et hanc conſequentiam legitimam etiam probant omnes alii Theologi negantes tolerantiæ Pontificum effectus in ipſius recurſibus pro tollenda violentia, dum ad id moveantur falſo ſuppoſito, quod recurſus hic ſint contra jus divinum, & libertatem Eccleſiaſticam, quod ſi deficit, jam agnoſcunt tolerantiam Pontificum ſuos omnes juris effectus operaturam, ut *numer.* 214. annotavimus.

CAPUT III.

Bullarum executio quibus ex cauſis violenta dicatur, ut earum retentio (juxta Bullam Cœnæ) licita judicetur.

1 *In Bullarum retentione nihil ſit, quod detrahat Pontificis authoritati, ejuſve puriſſimas aures offendat.*

2 *Rex Catholicus omni reverentia, & conatu pro ipſius ſumma Religione decreta Pontifici, colit, & exequi conatur,*

3 *Papa non concederet Reipublicæ ſpiritua li, & temporali damnoſa reſcripta, ſi illud ſciret à principio.*

4 *Damnum illatum per litteras Pontificales Reipublicæ, non aliter participaretur à Sede Apoſtolica, quàm per delationem omnibus numeris abſolutam factam Papæ per Senatum.*

5 *Reges ſuum præſtant auxilium, ut exequantur litteræ Apoſtolicæ mediocriter tolerandæ, & ſub graviſſimis pœnis idem exhortantur.*

6 *Litteræ aliquot interim ſuſpenduntur dum Summus Pontifex inſtructus de damno publicæ utilitatis aliud cenſeat.*

7 *Multa jura Canonica, & Civilia grato animo ferunt ſuſpenſionem litterarum ſuggeſtionibus obtentarum in damnum Reipublicæ.*

8 *Pontifex per importunitatem nimiam multos concedit non concedenda.*

9 *Importuna petitio non ſolum Papam, & Principes temporales, ſed & ipſum Chriſtum vicit.*

10 *Importunitas in Principem quandam inferi violentiam, qua multoties involuntariè multa concedit non concedenda.*

11 *Violentia, & immodica perſuaſio æquiparantur à jure.*

12 *Per Importunitatem obtenta, cum ſiant invito concedente, non valent.*

13 *Multa jura permittunt litterarum Apoſtolicarum ſuſpendi executionem legitima exiſtente cauſa, ad effectum reſcribendi ad Principem. Cap. ſi quando de reſcriptis, verba ponderantur. ibid.*

14 *Cap. cum teneamur de præbend. verba declarantur.*

15 *Authent. de mandatis Princip. §. deinde competens ponderantur.*

16 *Authent. ut nulli Judic. §. & hoc verò mirabilis adducitur.*

17 *L. fin C. contra jus vel utilit. public. ponderatur.*

18 *Plures leges Partitæ, & Recop. conferuntur mandantes Regis litteras non exquendas, ſed reſcribendum Regi de damnis publicæ utilitatis.*

19 *Mandatum Superioris in dubio juſtum præſumitur, eique obediendum.*

20 *Principis mandati executio ſuſpendenda, ſi timetur ex ea majus damnum, quàm ex dilatione.*

21 *Principis mandatum injuſtum, aut ipſo jure nullum, non exequendum.*

22 *Commiſſarius non ſuſpendens executionem præſcripti notoriam continentis injuſtitiam ad effectum reſcribendi, an puniatur pœnæ ordinaria, remiſſivè.*

23 *Reſcriptorum executio ſuſpendenda, donec de inconvenientiis, aut periculo Princeps informatus, vel revocet, vel ſecundam mittat juſſionem.*

24 *Si ex litteris Pontificis, vel Principis oritur ſcandalum, vel magnum damnum, peccat obediens.*

25 *Juſta cauſa ſuſpendendi reſcriptum ubi adeſt, illius cenſura non incurritur.*

26 *Qui jure contendit non dicitur inobediens.*

27 *Cenſuræ contra inobedientes fulminatæ eos ligant, qui cum obſtinatione non adimplent.*

28 *Retentio Bullarum ex legitima cauſa, zelòque Chriſtiano ob bonum publicum ſpirituale, aut temporale, non odio, nec immodeſtia facta licita judicatur à Doctoribus.*

29 *In litteris, ex quibus reſultat damnum publicum, deficit intentio Papæ.*

In Bullarum retentione Senatus nihil agit de Pontificis poteſtate, nec de viribus litterarum, ſed de ejus intentione dubitatur, quod licitum eſt, ibidem.

30 *Voluntas & poteſtas ubi ad invicem repugnant, nihil agitur.*

31 *Defectus intentionis, vel facti annullat litteras Apoſtolicas.*

32 *Defectus intentionis Papæ, & ſurreptio æquiparantur.*

33 *Clauſulæ quantumcumque prægnantes non tollunt defectum intentionis Papæ.*

34 *Clauſula (motu proprio) non tollit defectum intentionis.*

35 *Conſula (motu proprio) nihil operatur contra præſumptam, vel veriſimilem voluntatem concedentis.*

36 *De defectu intentionis Papæ, qui latè tractent DD. remiſſivè.*

37 *Exceptio defectus intentionis vel facti, non cenſetur excluſa ab ſtatuto rejiciente omnes exceptiones.*

38 *Iſta exceptio non cenſetur rejecta per pactum de non opponendo, & admittitur contra exceptionem.*

39 *Defectus intentionis, & facti non tam eſt exceptio, quàm defenſio non comprehenſa in ſtatuto excludente exceptiones.*

40 *Nec comprehenditur in ſtatuto negante defenſiones.*

41 *Exceptio defectus intentionis, & facti etiam poſt terminum datum à Judice ad opponendum admittitur.*

42 *Exceptio defectus intentionis, & facti ex illis eſt quas Judex ſupplere tenetur parte non opponente.*

43 *De hac exceptione defectus intentionis qui tractent, & explicent, remiſſivè.*

44 *Senatus in recurſu retentionis tantum indagat intentionem Papæ, quæ deficit exiſtente juſta cauſa ad ſuſpendendam executionem litterarum.*

45 *Si Curiæ Roman. miniſtri recognoviſſent finem, & prætextum Regis in hac Bullarum retentione, non ægrè ferrent eandem.*

1 Non exiſtimet aliquis, quidquam apud † Regia Hiſpaniarum Pr toria in hiſce rebus, & negotiis Eccleſiaſticis fieri, quod, vel minimum deroget Summi Pontificis poteſtati, vel puriſſimas ejus aures offendat: abſit enim hoc à Catholicis Hiſpaniarum Principibus, qui Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ejuſque Summi, & totius Chriſtiani
2 Orbis Pontificis Sacroſancta † Decreta, & mandata maximo conatu pro ipſorum pietate, & in Deum religionem colunt, exequuntur, & venerantur: is obſecro, candido animo expendat, litterarum Apoſtolicarum executionem quandoque differri, ac ſuſpendi regii Prætorii Decreto, & authoritate: ut maximus Chriſti Vicarius interim certior fiat, quot, & quantis † afficiatur incom-
3 modis, & gravaminibus, calamitatibus, & ærumnis Reſpublica iſta, propter multa, quæ ab ipſo falſis precibus, & ſuggeſtionibus impetrantur, quæ minimè Sanctiſſimus Pontifex foret conceſſurus, ſi per ſinceram, juſtamque narrationem certò ſciret, quid ſpirituali, Eccleſiaſtico, & temporali hujus Regni, & principatus recto regimini ſit magis
4 conveniens, & conducibilius, quanta inſuper incommoda illa adverſarentur. Quod non aliter percipi valet, quàm per delationem omnibus numeris abſolutam, quæ à viris prudentiſſimis, † atque in hujus Reipublicæ adminiſtratione diu continua experientia & tantorum, atque graviſſimorum negotiorum curſu exercitatiſſimis ipſum et Pontifici fiat. Ut & benè advertit Præſul Epiſcopus, Covar. *practic. quæſt. cap.* 35. *n.* 6. Azeved. *in l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recopil. col.* 3. *fol.* 106. Cened *Canon. quæſt.* 45. *n.* 11. qui alios allegant, Salzed. *in pract. crimen. Canon. cap.* 54. *n.* 21.

Reges etenim noſtri hoc tantùm fine, & animo litteras ſic Reipublicæ præjudiciales Apoſtolicas detinent, † cum aliàs omni conatu, & obedientia certant Summi Eccleſiæ præſulis cunctas omnes tolerabiles litteras exequi, & ad id ſuum auxilium libentiſſimè præſtant, ut ipſimet Reges profitentur, atque teſtantur *in l.* 14. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil. in fine.* ibi: *Y es de creer, que nueſtro muy Sancto Padre condeſcendera à la publication que ſobre eſto le hizieremos, aviendo acatamiento à la juſticia y buena razon ſobre que ſe funda, y à la obediencia que ſu Santidad. y ſus prædeceſſores ſiempre ſallaron ennos, y en nueſtros progenitores.* Et ſimiliter *in l.* 25. *eodem, tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil.* ibi: *Se nos ha dado muchas querellas de los agravios, que cada dia reciben en eſto nueſtros Reinos, de proviſiones que ſe deſpachan en corte de Roma, en derogacion de las preeminencias dellos, y de la coſtumbre immemorial, ſuplicandonos por el remedio. Y porque nueſtra intencion y voluntad es, como ſiempre ha ſido, y ſera, que los mandamientos de ſu ſantidad, y Santa Seda Apoſtolica, y ſus miniſtros, ſean obedecidos y cumplidos con toda la reverencia y accamiento debido, y aſſi lo tenemos encargado; y por eſta encargamos, mandamos à los Arçobiſpos, y Obiſpos, y à todos los Cabildos, Abades, y Priores, y Archipeſtes deſtos nueſtros Reinos, y à ſus juezes y officiales, que aſſi lo hagan y que todas las lettras Apoſtolicas que venieren de Roma, en lo que fuere juſtas, y razonables, y ſe pudieren buenamento tolerar, las obedezcan, y hagan obedecer y cumplir en todo y por todo, ſin poner en ello impedimento, ni dilacion alguna, porque nos teniamos por deſervidos de lo contrario, mandaremos proceder con todo rigor contra los inobedientes, &c.*

Inter omnes totius Orbis Chriſtianas nationes nulla excellentior Hiſpanica in obſequio præſtando Sedi Apoſtolicæ, in ejus authoritate tuenda, in reverentia, & obedientia Pontificum decretis propter fidei puritatem, & ardentem Catholicæ Religionis zelum, & cultum, quo ſemper Hiſpaniarum Reges, eorum miniſtros efflagraſſe noſcuntur, Hiſtoriographi exteri, & naturales, ultra plures alios ita oſtendit Lucius marinæus Siculus *in Reb. Hiſp. lib.* 5. *cap. de Hiſp. ſobrietate*, ibi: *Quare quidem meo judicio in Orbe toto terrarum, nulla gens eſt hodie Hiſpana, ut ita dicant, Chriſtianior.* Joannes Baſæus Belga, *lib.* 1. *Chronicor. Hiſpan. c.* 9. ibi: *Fuit profecto Hiſpania Chriſtianæ Religionis ſemper obſervantiſſima, & fidem Catholicam, quæ ſemel imbuta ſinceriſſimè uſque coluit, Hæreticis infeſtiſſima*, quod & latè proſequitur Simancas *de Catholicis inſtitut.* 2. *n.* 3. & 14. Borellus *de præſtantia Reg's Catholici, c.* 81. Baldeſius *de dignit. Reg. Hiſpan.* 20. *à n.* 19. Domin. Gregor. Lopez, Madera *Supremi Conſilii digniſſimus Senator in Monarchia Hiſpan. cap.* 6. *fol.* 46. & *cap.* 112. *a n.* 3. & noviſſimè Frat. Joan. Salazar. *in Politica Hiſpan. propoſition.* 3. Navarrete *in diſcurſ. politic.* 7. Doctiſſimus Præceptor Noſter Solorzan. *in tract. de jure Indiarum, lib.* 2. *cap.* 25. *à numero* 12. & *per totum, cap. videndus*; qui plura congerit in propoſito. Et de hac natione Hiſpanica nimis obediente prælatis Eccleſiæ, Frat. Joan. de la Puente *in convenient. utriuſque Monarchiæ, lib.* 1. *cap.* 2. §. 3. *ad medium.*

Interim

Interim igitur dum Summus Pontifex instruc-
6 tior hisce de rebus publicæ † utilitati consulere decernit per secundam jussionem, aliquot litterarum Apostolicarum executio differtur, eò quod nec ipse Summus Ecclesiæ Pastor vult, quemquam opprimi, et violenter gravari, imò potius hoc ipsum denotat in dicta *Bulla in Cœna Domini*, *dict. cap.* 14. dum supplicationes ad ipsum, Sedemque Apostolicam permittit interponi, ut ipse melius informatus de inconvenientiis suspendat suarum litterarum per importunitatem nimiam extortarum effectum, dignetarque ea damna evitare, et tollere, ut in illis verbis *Dict. Bullæ in Cœna Domini*, ibi: *Vel aliàs executionem litterarum Apostolicarum, vel executorialium, etiamsi sub prætextu violentiæ prohibendæ; vel quod ad nos informando, (ut ipsi aiunt) supplicaverint; aut supplicari fecerint, nisi ipsæ supplicationes hujusmodi coram nobis, et Sede Apostolica legitimè prosequantur*, etc. De quo amplissimè cap. antecedenti actum est, Cened. *quæst. Canon.* 45. *num.* 11. et alii, *cap.* 2. citati à principio.

Hoc enim grato animo ferunt Pontifices, et
7 Principes † omnes per varia Canonica Decreta et Cæsarea responsa meritò prævidentes damna oriunda ex multis litteris Apostolicis, per suggestiones, et importunitatem extortis contra ipsorum voluntatem, in damnum publicæ utilitatis. Quòd si cognovissent eo tempore, minimè concessissent, prout in dies lamentantur Pontifices, ut *in c. in juventute*, §. *cæterum.* ibi: *Cæterum quia procurator instabat, compulsi fuimus, non tam juris necessitate, sed importunitate petentis*, etc. *de purgat. Canonica*, text. *in c. tuæ*, ibi: *Quæ per ambitionem nimiam, per quam non concedenda multoties concedimus*, etc. *De*
8 *præbendis* textus *in c. fi.* ibi: *Sed quia non solum † importuna petentium inhiatio postmodum multiplicationem extorsit, de præscriptionibus in 6. textus in extravaganti execrabilis, de præbendis*, in principio, ibi: *Et improbitas importuna petentium à nobis, et prædecessoribus nostris non tam obtinuisse, quàm extorsisse plerumque noscantur*, etc. et ibi glossa verb. *Quam extorsisse*, ait: *Ab invito per talem importunitatem*, et Imperatores hoc ipsum affirmant, *ut in l. 2. C. de petit. honor. sublatis*, ibi: *Inverecunda petentium inhiatione constringimur*, etc. et *in l. fi. C. de manibus non excus.* ibi: *Sed quoniam plerumque in nonnullis causis inverecunda petentium inhiatione constringimur, ut etiam non concedenda tribuamus*, etc. textus etiam *in l. 2. C. de Canone frum. l. 2. C. de fundis limitrophis, auth. ut non fiant pignorationes, colat.*

Et non solùm Principes Ecclesiasticos, et tem-
9 porales vincit † prolixa, et importuna petitio; sed et ipsum *Christum*, ut et Divus Hieronymus loquendo de *Cananea*, dixit, obtinuisse à Christo importunitate, quod precibus non potuerat, ibi: *Quod precibus non potuit, tædio impetravit.*

Quoniam importunitates in nobilibus ani-
10 mis Principum quandam vim, † et violentiam inducunt, ut multoties non concedenda concedant, ex d. juribus, et facit *l. 5. C. de Apostatis*, ubi violentia, et importuna, immodicave
11 persuasio † æquiparantur, ut constat ibi: *Qui servum, sive ingenuum invitum, vel suasione*, etc. text. *in l. 2. inviti persuadere, ff. de servo corrupto*, ibi: *Persuadere est plusquam compelli, et cogi sibi parere*, etc. et est singularis *l. 1. tit. 19. p. 7. in fi.* ibi: *Como manera es de fuerça solsacar. Facit l. ursica, B. de rapta virginum, in fi.* Concludunt etiam quamplures authoritates Doctorum, † qui variis in causis, et negotiis, res- 12
pondent per importunitatem obtenta non debere valere, et dici fieri, invito concedente, horum numerum habent Glossa, Dominicus, Rebuffus, Palatius Rubeus, Matienzus, Azeved. Peralta, Ludovic. Burgen. Antonius de Petrus, Segura, Avila, Cœpola, Lucas de Penna, Gomez, Arias, Boërius, Calcane. Spino. Roman. Curtius Junior, Decianus, Padila, Menoch. Gutierr. Angelus de Ubald. Martinus de Garatiis; et alii, quorum dicta, et observationes congessit Pater Thom. Sanch. copiosissimus et doctissimus vir, *in tractat. de matrimonio, lib. 4. de consensu coact. disp. 3. n. 4. per tot. fol. 720. et seq.*

Multa etiam congerit Castillo *controver. l. 3. c. 1. à n.* 105. *cum multis seqq.* et iterum ipse Castillo *lib. 4. c. 22. à n.* 18. *cum seqq.* quibus locis copiosè, et doctè (ut assolet) hunc articulum examinat.

Hanc itaque ob rationem meritò permittunt Pontifices, et jura, † ut justa causa existente possit in execu- 13
tione litterarum Apostolicarum supersederi, interim dum informatus Summus Pontifex de legitima causa, vel revocet concessionem et mandatum, vel secundam mittat jussionem, text. est capitalis, et expressus *in c. si quando* 5. *de reseriptis*, *Si quando* (inquit Pontifex) *aliqua tuæ fraternitati diriginus, quæ animum tuum exasperare videntur, turbari non debes*, (et infra) *Qualitatem negotii, pro quo tibi scribitur diligenter considerans, aut mandatum nostrum diligenter adimpleas, aut per litteras tuas, quare adimplere non possis, rationabilem causam prætendas, quia patienter sustinebimus, si non feceris, quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum*, etc. Dignissima quidem Decretalis tali Pastore.

Textus est etiam *in c. cum teneamur 6. de præben-*
dis, in hæc: *Cùm † teneamur (et infrà) si mandatum* 14
nostrum pro alicujus provisione receperis, qui aliud beneficium habeat, de quo valeat commodo sustentari, nisi fortè in litteris ipsis de hoc mentio habeatur, aut si non potest ei sine scandalo provideri, aquanimiter sustinemus, si pro ea mandatum nostrum non duxeris exequendum, etc.

Similis text. *in auth. de mandatis Principum*, §.
deinde competens, ibi: *Si quis autem, cui tale † ali-* 15
quid jussum est, veniat: omnino non respicias eum, nisi sacram nostram pragmaticam ostendat formam pro hoc scriptam: tunc suspiciens quidem talem formam, non autem aliquid agens ex ea, antequam ad nos nuntians, secundam præceptionem nostram suscipiat; etc. Ubi glossa verbo, *Nuntians*, ita ait: *Et hoc est contra miseros Prælatos, qui timent in tantum litteras Domini Papæ, ut non audeant reclamare, quod facere non debent, ut hic dicitur, etc. Neque per hoc deserviunt legi, imò serviunt propter hoc Papæ, vel Principi, ut C. de appellationibus l. fin. in fin.*

Text. mirabilis *in Auth. ut nulli Judicum*, §. *et*
hoc verbo, in hæc verba: *Si verò † hujusmodi in* 16
scriptis jussio publicum respicit, injuriat eam, et si quidem non lædatur Fiscus, quæ in ea comprehensa sunt adimpleat, si verò ad lesionem est Fisci, nihil super ea omnino agi: nuntiare verò nobis properet, ut secunda nostra fiat de hoc jussio. Et ea propter ea et cujuslibet Judicis sint, et priusquam insequatur hæc, aut præcipientem, aut aliquem præcepta facta sunt, contigerit removeri, de singulis sic. Qui scias fuerit Judex hæc suspeciat, et exigat si legitimè facta sunt; si verò contra legem, aut contra publicum facta sunt, hæc pro non scriptis esse jubemus, etc.

Textus etiam *in l. fi. C. contra jus, vel utilit.*
public. cujus sunt verba: *Omnes cujuscumque † ma-* 17
joris vel minoris administrationis existentes nostræ Reipublicæ Judices monemus, ut nullum rescriptum, nul-

nullam pragmaticam sanctionem, nullam sacram adnotationem, quæ generali juri, vel utilitati publicæ adversa esse videantur, in disceptationem cujuslibet litigii patiantur proferri, sed generales sacras Constitutiones modis omnibus non dubitent observendas etc. Concordat *c. Pastoralis, de fide instrum. l. universa rescripta, C. de precibus Imperatori offerend.* Idem probatur *in l. nec damnosa, C. eodem tit. l. jubemus, C. de sacrosan. Eccles. l.* 1. *C. de petit. bono. sublatis,* cum pluribus aliis utriusque juris.

Et plurimis nostri Regni legibus hoc idem statutum
18 † est, similia rescripta Regis obediri, non tamen adimpleri, et exequi, sed suspensis rescribatur Regi de inconvenientiis, et damnis publicæ utilitati contrariis. Indeque secunda jussio, et responsio expectetur, ut optimè *in l.* 19. *tit.* 18. *p.* ibi: *E si fueren contra los Derechos del Rey, no deben luego ser las primeras cumplidas, ca non han fuerça ninguna, porque pueden ser dadas con priesa de afincamiento, o con gran cuita, non pudiendo al fazer, por desviar su gran danno, o aviendo dever otras cosas, porque non pudiesse y pararmientes, mas aquellos à quien las emblare deben lo fazer saber al Rey, como recibieron tales cartas, que eran contra sus derechos, o amenguamiento dellos, que les embie ha dezir como hagan, E si les embiare las secundas cartas en aquella misma razon de bien las cumplir,* etc. Et in l. 30. eodem tit. *Fueren dadas algunas cartas non deben ser cumplidas las primeras, ca non han fuerça, porque son en danno de muchos, mas deben lo mostrar al Rey, rogandole, è pidiendo merced sobre aquello que les embia à mandar en aquella carta,* etc. Et inferius: *Nin se deben cumplir hasta que lo hagan saber ay Rey aquellos à quien fueron ambiadas, que les embie ha dezir la razon, porque la manda hazir. Catodo hombre debe sospechar, que despues que el Rey entendiere el fecho, que les non mandar à cumplir las cartas,* etc. Idem *in legibus* 31. *et* 32. *eodem tit.* Ad id vide omnino *l.* 1. *tit.* 14. *lib.* 4. *Recopil. et l.* 3. *et l.* 4 *ejusdem tit.* et alias plures infrà citatas, *hac* 1. *p. c.* 7. *à n.* 17. *cum multis seqq.*

19 Quamvis enim præceptum Superioris indubiè † præsumatur justum, *ex gloss. verbo, Iniquitas, in c. quid culpatur* 23. *q.* 1. *glossa, verbo, Obedientiam, in c. ad aures, de temporibus ordinand. glos. verbo, Mandato, in c. ex tenore,* et ibi scribentes *de sentent. excomm. text. et glos. in c.* 2. *de majoritate, et obedien.* Et notat Paludan. *in* 4. *dist.* 19. *q.* 4. *col.* 3.

Multa ad hoc congerit circa obedientiam mandatorum Principis, ut illis omnino sit parendum, Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 97. *casu* 1. *à princip. et casu* 2. *à n.* 22. *lib.* 3. ubi infinitos Doctores ad id allegat.

20 Attamen hujusmodi præcepti † executio potest licitè suspendi, et differri, quoties majus damnum timetur ex ea, quàm ex dilatione, quæ fit, donec appareat de vera talis præcepti justitia, secundùm Adrianum *quodlibeto* 2. *vers. pro solutione.* Dominicus Soto *in relect. de secreto memb.* 3. *q.* 2. *conclus.* 1. *et* 2. Navarr. *in c. inter verba* 11. *q.* 3. *col.* 53. latè Palatius Rubeus *in libello de beneficiis vacan. in curia,* §. 3. §. 4. *et sequent.* Cenedus *in collect. ad Decretales, colum.* 3. *n.* 1. *et* 2.

Mandatum enim Principis injustum, ipso jure nullum, aut notoriam injustitiam continens,
21 † obtemperandum non est, nec exequendum, text. *in c. si dominus, in c. qui resistit.* 11. *quæst.* 3. *glos. in c.* 2. *verbo Principis, et in verb. Morte de majoritat. et obedient.* Marsill. *in l.* 1. *numero* 122. *ff. ad leg. Cornel. de Sicar. per l. meminerim,* cum ibi notatis per DD. *unde vi, et ex B.* Bal. Angel. Roma. et Felin. in locis ibi per eum notatis, Maranta *in sua disp.* 1. *post practicam, nu.* 20. *et* 37. Carrerius *in pract. in* 3. *tract. de homic. et assi.* §. *sequitur ex quibus causis excusetur mandatarius numero* 19. ubi alii recensentur concordantes, Jacob. Novell. *reg.* 47. *fallentia* 2. Ant Gomez *de delictis, tit. de homicid. numero* 42. *post princ.* Petrus à Plaça *in epitome delictorum, lib.* 1. *c.* 15. *num.* 25. Roland. *cons.* 12. *n.* 80. *et seqq.* Novel. *in tract. ad defensionem in princ. numero* 85. Tiraquel. qui plures congerit *in tractat. de pœnis temper. causa* 36. *à princ.* Carrerius *in praxi crimin. in tractatu de homicid. numero* 95. Clarus *in pract. criminal.* §. *fin. q.* 60. Jacobus de Graffis *in suis decisionib lib.* 2. *c.* 64. *num.* 11. *p.* 1. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 354. *à numero* 1. *et seqq.* amplissimè Farinac. *in pract. crimin. lib.* 3. *quæst.* 97. *de pœnis temper. casu* 1. *per totum, et casu* 2. ubi latissimè hinc inde disputat, an casu quo Commissarius posset supersedere † in 22
executione rescripti nullius, vel continentis notoriam injustitiam et rescribere ad Principem, puniatur, si ita non faciat, vel potiùs excusetur à pœna etiam arbitraria.

Quare justissimè per præfata jura Canonica, et Civilia deducitur, et mandatur, ut rescripta Pontificalia, Regiaque suspendantur, et in eorum † executione supersedeatur, quoties aliqua 23
causa subsit justa, ob quam executio debeat differri, donec de inconvenientiis, et damnis, aut periculis instantibus consultus Pontifex, aut Princeps de remedio provideat, revocando, aut secundam jussionem mittendo, æquanimiter et patienter sustinere juxtam hanc causam suspensionis. Hanc conclusionem ex d. Jurib. deduxerunt, et communiter DD. probarunt omnes, scribentes præcipuè *in d. c. si quando de rescriptis,* prout sunt Alb. *in antiqui Collectar.* Zabarella, Barba. Bellamera, Joan. Andr. Anan. Imola, Hostiens. Ancarran. Abb. Panormit. Bald. Felinus, Decius, Riga, Rurrius, Henricus Boich. Mart. Uranus. Et in repetitione, ad dictum text. Didacus de Sahagun, et Doctor Navarr. qui omnes probant, quòd præceptum Superioris, ubi injustum, durum, asperum apparet, nullo modo est exequendum, et tenetur illud impediens secundam jussionem expectare, probant insuper Alpharus *in collect. n.* 507. Cardinalis *cons.* 142. Doctissimus Dominus Palatius Rubeus *de beneficiis vacant. in Curia,* per totum, pulchrè Azeved. *in l.* 14. *ex n.* 33. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* Robertus Maranta *in disp.* 1. *n.* 19. Felin. *in c. nonnulli de rescriptis, n.* 9. *et* 14. Didacus Perez *lib.* 2. *tit.* 4. *l.* 29. *glos.* 1. *versic. Unde contra prædictum rescriptum, ex p.* 252. Lancelot. Conradus *in Templo omnium judicum, lib.* 1. *c.* 1. §. *tit. de præstantia et potent. Imperator. vers. Obedire ei omnes debent, n.* 16. *fol.* 91. Jacobus Menoch. *de arbitrariis, casu* 334. *n.* 6. Alphonsus Oieda *de benef. incompat.* 1. *p. cap.* 21. *n.* 5. Ægidius Bossius *in praxi crim. tit. de homicidio, ex n.* 96. latissimè Nevir. *in Sylva nuptial. lib.* 6. *n.* 49. Franciscus Persona, *de judiciis, q.* 17. *n.* 8. optimè Covar. *pract. q. c.* 35. *n.* 6. *et in Regula peccatum* 1. *p. in princ. n.* 5. optimè Joan. de Segura Davalos *in decreto Judic. Ecclesiastico,* 2. *p. c.* 5. *ex n.* 3. eruditus Hieronym. Portoles *in Scholiis ad Molinum in* §. *consultatio, ex nu.* 17. latissimè Flaminius Cartarius *de executione sentent. capto.* Bannito *in c. fin. ex n.* 317. Padilla *in l. causas, num.* 4. *C. de transaction.* Roderic. Suarez *allegation.* 12. *num.* 49. *et* 50. *in l. post rem judicat. casu* 12. per totum, plures referens Balde-

sius

ſius *in ejus additione ad leg. Regni*, §. *eſt alius caſus notab.* 12. *verſic. Alius eſt evidenter*, *pag. mihi* 100. Jacobus de Graſſiis *in deciſion. aut p.* 1. *lib.* 2. *c.* 10. *à nu.* 21. noviſſimè Joan. Baptiſta Fini. *de reg. juris*, *concl.* 33. *verſ. Benigniſſima*, Doctor Anguianus *de legibus*, *diſp.* 5. per totam & nullis ex iis allegatis, alios tamen quam plures citans Farinac. *l.* 3. *de pœnis temperand. q.* 97. *caſu* 2. *à n.* 33. *cum ſeq.* & poſt Innocent. dixit Pinell. *in* 1. *part. rubricæ*, *C. de reſcind. vendit. c.* 2. *numer.* 20. *in final. verbis.* Quod peccat obediens mandato injuſto Pontificis, † vel Principis, quando ex tali mandato oriuntur ſcandala, vel magnum damnum, ſequitur Cened. *in collect. ad Decretales* 3. *in fi. & à princip.* Barboſa *in collectan. ad c. ſi quando*, *de reſcriptis*, *num.* 2.

Quare ubi adeſt juſta cauſa ſuperſedendi in executione † reſcripti, non incurri illius cenſuras, probant Abb. *in dict. c. ſi quando*, *nu.* 2. Zabarella *quæſt.* 1. *n.* 3. Ripa *nu.* 17. latiſſimè probat Palatius Rubeus *in libello de benefic. vacant. in Curia* per totum, & præcipuè §. 7. & §. 12. ad fi. ita reſolvit etiam Aug. Barboſa *in collect. ad c. ſi quando in addition. verſic. Ibidem poſt*, *num.* 3. Marata *in diſp.* 1. *num.* 19. Felin. *in dict. c. ſi quando*, *n.* 2. *verſ. Per iſtum text.* ubi ampliat etiam, ſi Papa mandet ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ex Ancharrano, quem allegat *in conſ.* 285. *incipit per prædicta ſubtiliter*, &c. ſequitur Farinac. *in praxi crimin. lib.* 3. *de pœnis temperand. q.* 79. *caſu* 2. *num.* 40. Quia tunc non dicitur non parere, † cum faciat lege permittente, ex d. juribus, & quia qui jure contendit non dicitur inobediens, Menochius *conſ.* 29. *n.* 19. probat etiam Barboſa *in dict. c. ſi quando*, *à num.* 3. & amplius in noſtris terminis probant omnes DD. citati ſuprà *c.* 2. circa Bullam Cœnæ Domini *à num.* 19. *& ſeqq. num.* 24. 30. 33. *& num.* 34.

Quoniam revera illæ pœnæ, & cenſuræ contra præcisè † non obtemperantes fulminatæ intelliguntur, & eos duntaxat comprehendunt, qui cum obſtinatione, & inobedientia, non adimplent, & in propoſito quando ſubeſt legitima cauſa ſuperſedendi, quod mandatarii ſubditi non ſunt inobedientes, qui quamvis realiter mandata non compleant attento tenore verborum; animo tamen ſuperioris, & ejus juris menti ſatisfaciunt, prout ex plurimis Doctoribus & fundamentis, comprobat Anguianus *de legib. lib.* 1. *controverſ.* 5. *n.* 7.

Hanc eandem concluſionem exornat magna illa Doctorum † caterva, quorum nomenclaturam in unum congeſſimus ſuprà *c.* 2. *à princ.* & per totum (quos ulterius non recenſeo) qui quidem inter alia fundamenta, hoc hactenus adducto juſtificant retentionem litterarum Apoſtolicarum omni reverentia, Chriſtiano zelo, legitimo fine, nullo odio nec immodeſtia, ſed ob bonum publicæ utilitatis, & quietem Reipublicæ ſpiritualis, Eccleſiaſticæ & temporalis factam per Regia ſuprema Prætoria, & Tribunalia horum Hiſpanorum Regnorum juſtificant, & licitam aſſerunt exiſtente juſta, & legitima cauſa ex iis quæ à jure Pontificio approbatæ ſunt prout hactenus vidiſti, & de ſingulis inſuper in cap. ſequentibus erit accuratè tractandum.

In quibus omnibus cùm deficiat intentio Pontificis, vel facti, † quia ipſe non fuit informatus de inconvenientiis tangentibus damnum publicæ utilitatis, ut per capita ſequentia latiùs videndum erit, ſequitur, ut legitimè inter Bullarum retentionem, in qua nihil agitur de poteſtate Pontificis, nec de viribus litterarum ad effectum decernendi ſuper illis (abſit) ſed dumtaxat de ejus voluntate & intentione dubitatur, quod licitum eſſe latiùs probat Hieronymus Gonçalez *in reg.* 8. *gloſſ.* 9. §. 2. *à n.* 69. *cum ſeq.* Ubi poſt alios, quòd non ſufficit poſſe facere, niſi intendat, & velit facere, & quod quando † voluntas, & poteſtas ad invicem repugnant, nihil agitur ex *c. cum ſuper de officio delegati*, & aliis Doctoribus. Quæ ſi tales ſint litteræ, quæ offendant Rempublicam Eccleſiaſticam, aut temporalem, ex quo non fuit ſua Sanctitas informata, nec ſibi de inconvenientiis, & damnis fuit facta relatio; ac deficit intentio ejus ex defectu facti, & per conſequens litteræ corruunt, & nullæ ſunt, eaſque exequi nullo modo vult nec permittit † Sanctiſſimus. Rota ut per Seraphinum *deciſion.* 261. per totam, & *numero* 1. ſic ait: *Quia prætenditur gratiam Equitis Guceii fuiſſe invalidam ex eo quòd tempore datæ dictæ gratiæ jus fuerit quæſitum fratri Rodulpho vigore dictæ expectativæ maximè ſtante confirmatione Apoſtolica, & ideo cum Papa non habuerit ſcientiam juris alteri quæſiti gratiam ex defectu intentionis corruere*, &c. Et iterum *n.* 9. *Ideò hujus juris ignoratio reddit gratiam nullam ex defectu intentionis, & neceſſarium erat derogare Regulæ de jure quæſito non tollendo*, &c. Et ipſe Seraphinus *in deciſion.* 341. *nu.* 8. & 9. ibi: *Ex quo etiam ſequitur quod revocatio iſtius conſenſus reddere gratiam nullam uſque ab initio propter defectum intentionis Papæ, qui defectus annullat gratiam ab initio*, Caſſiodorus *deciſ.* 3. *de penſionibus*, *nu.* 5. gratiæ enim à tempore datæ initium ſumit, & propterea tempus illud attenditur, *c. ſi ſuper gratia de officio delegat.* Gigas *quæſt.* 22. *n.* 16. *de penſionibus.* Clarus eſt autem defectus intentionis, quia Papa noluiſſet inferre hoc præjudicium Domin. Julio, &c. & in *deciſ.* 1498. *n.* 1. & *n.* 3. ibi: Et ideò gratia corruit ex defectu intentionis, ut per Geminia. *conſ.* 36. *in princip. Collectan. in c. conſtitutus quæſt.* 5. *de conceſſione Præbendæ*, Roman. *conſ.* 335. &c.

Aliam recenſet ipſe 338. in hæc, gratiam fuiſſe nullam à principio ex defectu intentionis reſervatæ generaliter, ſive eventualitate, & demum 20. Martii, eadem deciſio per Dominos confirmata, præcipua fundamenta deciſionis fuerunt; primo authoritas Doctorum *in c. cauſamque el* 2. *de teſtibus*, ubi Gloſſa, Hoſtienſ. Joann. Andr. Ægidius, Abbas, Felin. Aretin. & alii per informantes allegati, Jaſon *in l.* 2. *num.* 2. *C. ut lite pendent.* Antonius de Butrio *in c. cum noſtris*, *colum.* 2. *circa med. verſ. Quia licet Papa*, & ibi Abb. *ſub n.* 9. *verſic. Nam motus proprius*, *de conceſſione præbend.* idem Abb. *in c. ad aures*, *ſub nu.* 5. *de reſcriptis*, *& in cap. cum olim*, *numer.* 15. *de re judic. & in c. quia circa*, *ſub num.* 7. *de conſanguinitate & affinitate*, Felin. *in tractat. quando literæ Apoſtolicæ*, *num.* 2. *verſicul. Ampliatur*, Probus ad Menoch. *in c. ſi motu proprio*, *num.* 6. *de præbend. in* 6. Ripa *lib.* 2. *reſponſ.* 1. *c.* 28. *n.* 22. Ricurius *conſ.* 116. *ſub numer.* 5. *volum.* 1. Et hoc idem, quod gratia etiam motu proprio ſit nulla ex defectu intentionis, ſemper tenuit Rota *Antiqua*, *Moderna*, *& Moderniſſima*, ut per Ægidium *deciſ.* 39. Rota *in antiq. deciſ.* 445. Caſſiodor. *dec.* 3. *de penſionib. & Chaſin.* 97. Qui omnes uno ore dicunt, gratiam etiam motu proprio factam eſſe nullam, quando adeſt defectus intentionis, & licet non dicant eſſe ipſo jure nullam, tamen ſunt etiam aliqui, qui hoc dicunt, veluti Pariſius *conſ.* 74. *nu.* 32. *lib.* 4. Et hoc idem videtur firmare Caſſiodor. *deciſ.* 3. *de penſion. num.* 3. *in fi.* &c. & tandem, *numero* 5. tradit eſſe

nullam

nullam ipso jure, licet fundet se etiam in subreptione, quia in casu suo gratia erat ad partis postulationem, sed non tollit æquiparationem,
32 quam facit subreptionis, † & defectus intentionis quia passim æquiparant subreptionem, & defectum intentionis, &c. ubi latè prosequitur, & iterum Seraphinus ipse *in decis.* 351. *num.* 26. 29. & 39. ubi hæc æquiparatio subreptionis, & defectus intentionis, ut utroque casu gratia reddatur ipso jure nulla.

Et ita pluries tenuit Rota, ut constat ex Alexandro Ludovisio *decis.* 164. *à numer.* 7. ibi: Præsertim quia Papæ non fuit narratus hujusmodi defectus, nec intellexit præjudicium quod inferebatur Domino Paulo Emilio; si ejus obligatio deberet sortiri effectum, propterea non est dicendum confirmationem operari, quod non loquitur, & fuit omnino alienum à mente, & intentione confirmantis, ex latè adductis *in Romana Secretaria* 30. *Aprilis* 1592. *coram Reverendissimo Patriarcha,*
33 in qua etiam fuit dictum, † clausulas quantumvis prægnantes, & cujuscumque generis non tollere defectum intentionis, nec contra eam operari, quod fuit etiam resolutum, *in Mediolanen. fructuum* 24. *ejusdem mensis, coram Illustrissimo Cardinali Blancheto*, &c. plures ad id Rotæ decisiones, quod defectus intentionis vitiet gratiam, refert Marescot. *variar. resolut. libro* 2. *c.* 18. *à num.* 47.
34 Et quod clausula motu proprio † non tollat defectum intentionis, probant Felin. *in c. si propter, vers. Et finaliter, de rescriptis in* 6. Jo. Andreas *in c. si motu proprio, in principio, de præbendis in* 6. Abbas *in c. quia circa, versic. Sed quæro, de consanguinitate, & affinitate.* Imola *in c. mandatum, vers. Et ex prædictis, de rescriptis, & in l. quidem consulebant, vers. Et similiter*, Aretinus *in c. causamque el* 2. & ibi Felinus *de testibus*, Ægidius *decis.* 392. *& decis.* 475. Milles *in Repertor. gratia si est impetrata*, Felin. *in c. cæterum, versic. Septima restrictio, de rescriptis, & in c. constitut. vers. limita quartò, eodem tit.* Alexander *in cons.* 215. *vol.* 7. Socinus *cons.* 115. *nu.* 2. *& sequentib. volum.* 3. *& cons.* 220. *vers. Non obstat. volum.* 2. Curtius Senior. *consil.* 35. *n.* 36. *& seq. & consil.* 50. *num.* 154. Martin. de Lauden. *in tractatu de privileg. & rescriptis, conclus.* 62. Vitallin. *in tractat. clausula, versic. Clausula motu proprio*, Ruinus *cons.* 123. *n.* 19. *vol.* 3. Rebuffus *super concordant. in ultimo effectu, versicul.* 8. *non tollit.* Parisius *consil.* 82. *n.* 66. *vol.* 1. *& cons.* 74. *num.* 23. *vol.* 4. *& consil.* 79. *nu.* 22. *eodem volum. & cons.* 74. *num.* 76. *volum.* 1. Ant. Gabriel. *commun. conclus. tit. de clausulis, conclus.* 2. *à n.* 18.

Ubi *n.* 19. quod nec operatur hæc clausula
35 (*motu proprio*) contra † præsumptam, vel verisimilem voluntatem concedentis, Cardinalis *in Clemen. si Romanus, in* 2. *quæst. de præbendis*, Antonius de Butrio *in c. cum in nostris, & ibi*, Abb. *num.* 19. *de concessione præbend.* Abb. *in c. causamque el* 2. *in quæst.* 2. *de testibus*, Barba. *in c. ad res, numero* 36. *de rescriptis*, Cardin. *cons.* 96. Ægidius *consil.* 392. Felin. *in c. ad aures, versicul. Quantus casus, de rescriptis*, Selva *de beneficiis*, 3. *part. quæst.* 12. *versicul. Quintus casus*, Gigas *de pensionibus, q.* 29. *n.* 5. *& q.* 9. *n.* 6. Cassiodor. *decis.* 3. *de pension. num.* 4. Ruinus *cons.* 98. *volum.* 4. Marian. Junior. *in cons.* 77. *n.* 104. *vol.* 1. & aliter ampliat Ant. Gabriel. ubi proximè, *n.* 21. *& seq. & n.* 24. Quòd Papa debet esse plenè informatus, ut non adsit defectus intentionis.

Et post Cardos. Vincent. de Franch. Flamin. Paris. Joan. Cochier, Monetam, Farinac. & alios, nec non Rotæ decisiones † de hoc defectu intentionis, latiùs tractat Augustinus Barbos. *in tract. de clausulis, claus.* 78. *à n.* 47. *cum seq.* 36

Et hinc est quòd exceptio defectus intentionis, & facti † non censeatur rejecta à statuto rejiciente 37
omnes exceptiones; secundùm Decium *in c. ex parte el* 2. *nu.* 85. *de officio delegati*, Bald. *in l. peremptorias, num.* 27. & 38. *C. de donationibus, & in l. in rebus in fi. de jure dotium*, Alexander *in l. qui se debere, n.* 2. *ff. de condit. causa data.* ubi Jass. *nu.* 6. Asinius *in pract.* §. 31. *c.* 47. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 48. *num.* 37. Felin. *in rubric. de exception. numer.* 7. Covar. *in c. possessor. in* 1. *part. relect. num.* 4. *in fi. de reg. jur. in* 6. Alexand. *in additionibus ad Bart. in l.* 1. *parv. numer.* 7. *littera A, versicul. Adde quod ff. quod vi aut clam.* Surdus *consil.* 186. *num.* 26. *lib.* 2. Cumian. *super ritibus magn. Curi. c.* 26. *num.* 39. Beroius *in c. item cum quis, num.* 19. & 20. *de restitut. spoliat.* Guido Pap. *in tract. de compulsoria. litter. quæst.* 9. Riminald. Junior. 41. *n.* 4. *lib.* 1. Purpuratus *in l.* 2. §. *creditum, num.* 19. & 20. *ff. si certum pet.* Milanens. *decis.* 3. *numero* 27. *& decis.* 2. *num.* 169. & 170. *& decis.* 8. *nu.* 45. *lib.* 2. ubi dicit, quòd ista exceptio non censetur rejecta, etiam † per pactum de non apponendo, & quod 38
admittitur contra executionem, sequitur Carolus de Grassis alios referens *in tractatu de exceptionibus, except.* 26. *n.* 1. & 2. Cumian. *super dict. Ritu, c.* 40. *n.* 231.

Et ratio hujus doctrinæ benè quadrat huic retentioni, quia hæc exceptio † defectus intentio- 39
nis, & facti non est propriè exceptio, sed potius defensio, ideò non comprehenditur in statuto loquente, & excludente exceptionem, Paulus de Castro *in l.* 2. *de exceptionibus*, Baldus *in dict. l. peremptorias, col. penult. C. senten. rescindi non posse*, Petrus Calefac *in repetit. l. juris gentium, nu.* 66. *ff. de pact.* Cumia. *in dict. Ritu dict. cap.* 16. *numer.* 4. Carolus de Grassis *dict. excep.* 26. *nu.* 3. qui *num.* 4. ampliat, ut nec † etiam com- 40
prehendatur in statuto denegante defensiones, ex Alexandro *in l. qui se debere, numero* 1. *& ibi*, Jason. *numer.* 6. *ff. de condition. causa data.* Beneintend. *decis.* 69. *in fine*, Menochio *dict. præsump.* 58. *num.* 37. Bertachin. *in repertor. in verbo defensio, numero.* 14. Cumia. *super dict. capitul.* 40. *Ritus numero* 231. ubi allegat *Provincialem*, & videndi sunt Aret. & Doctores *in l. cum servum, C. de servis fugitivis*, Maur. Burgen. *in tractatu de laudemi. part.* 4. *inspection.* 40. *num.* 116. Milanens. *decis.* 2. *nu.* 156. Fulvius Pacianus *in tractat. cui incumb. onus prob. negat.* 1. *part. c.* 66. *nu.* 60. *& seqq.*

Et est defensio, & exceptio intentionis, & facti tam privilegiata, quod etiam post terminum † datum à Judice ad opponendum omnes excep- 41
tiones, hæc potest opponi, Pacianus ubi proximè, *num.* 73. post Bald. *in l. in rebus, num.* 26. *C. de jure dotium* Jass. *in l. qui se debere, ff. de condit. causa data*, Felin. *in Rubr. de except. nu.* 7. Grassis *dict. except.* 26. *n.* 6.

Nec non hæc exceptio defectus intentionis, & facti, est una † ex illis quas Judex etiam parte non 42
opponente tenetur supplere, Glossa *in c.* 1. *in verbo Defensionis, de litis contestat. in* 6. *Speculator. in tit. de exceptionibus*, §. 1. *num.* 4. Jason. *in dict. l. qui se debere, nu.* 6. *ff. de condit. causa data*, Bald. *in l. si constat., num.* 3. *C. de compensationibus.* Fulvius Pacian. *in pract. probatio negat.* 1. *part. c.* 68. *numero* 80. Petrus Surdus *cons.* 186. *numero* 26.

lib.

lib. 2. Alexand. *conſ.* 83. *n.* 10. *lib.* 5. Cumia *ſuper Ritib. magnæ Curiæ*, *c.* 42. *n.* 39. Graſſis *dict. except* 26. *n.* 7. ubi poſt alios, quòd habens hanc exceptionem non tenetur ex parte ſua aliquid probare.

Et quæ ſit hæc exceptio intentionis, & facti, &
43 ad ejus † intelligentiam, vide ultra deciſiones Rotæ ſuperius adductas, Afflict. *ſuper Conſt. Regni*, *lib.* 2. *Rubric. de non retard. litis conteſtat. n.* 3. Petrum Surdum, *dict. conſ* 186. *n.* 26. Millanenſ. *deciſ* 2. *n.* 115. *& deciſ.* 9. *n.* 83. *& deciſ.* 15. *n.* 19. *lib.* 2. qui alios allegant.

44 Senatus igitur in hac retentione litterarum † Apoſtolicarum tantùm inquirit, & ſequitur intentionem Pontificis, quæ omninò deficit in litteris ab eo impetratis ex ſuggeſtione, in quibus concurrit aliqua ex legitimis cauſis, de quibus in hoc capite, & in quatuor, ſeu quinque ſequentibus, cùm in eis adſit damnum publicæ utilitatis, de quo Summus ipſe Pontifex informatus non fuit, nec ſibi facta relatio, vel ſaltem integra, & cum deficiat omninò ejus voluntas, & intentio, juſtum eſt, ut cum tanto damno, & pernicie publicæ utilitatis non exequantur, cum uti nullæ, ipſo jure executionem non remorantur ex ſuperius deductis, ac propterea dum inſtruitur, & de veritate, ac inconvenientiis informatur Sanctiſſimus; detinentur in Senatu dictæ litteræ, ne inſuper temerè cum ſcandalo, & de facto eas exequatur Judex.

45 Quòd ſi tam juſtus prætextus attentè fuiſſet † à miniſtris Curiæ Romanæ recognitus, non eſt credendum, tam ægrè laturos hunc ſalubrem recurſum; putant enim in Senatu hoc Regio tractari de viribus litterarum ad effectum determinandi in negotio principali, (abſit) cum ſolum deducatur, & tractetur in Senatu de cauſa ſcandaloſa Reipublicæ, & de violentia, ut interim detentis litteris per ſupplicationem inſtruatur, & informetur Sanctiſſimus, quod & ipſe permittit in ſimilibus cauſis juxta jura in hoc capite citata, & in ſequentibus citanda, quod ejus miniſtri litteras hujuſmodi expedientes ægrè ferunt (*juxta l.* 25. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat.* in illis verbis: *Porque qualquiera coſa que ſe proveyere por ſu Santidad, y ſus miniſtros, en derogacion de las coſas ſuſodichas.*)

Sed hic eſt defectus humanæ naturæ noſtræ, no-
46 lentis † audire id quod contra ſemel apprehenſum, & reſolutum eſt, tendit ut dicit Sanctus Sixtus III. *in epiſtola de malis Doctoribus. Habet enim hoc conditio humanæ naturæ, ut aliud nolit audire, quàm*
47 *animo decreverit exercere.* Difficilis † res eſt, fateor, & acerbum ſuadere Principi id quod utilius eſt, & magis conducens Reipublicæ, ut rectè conſideravit Cornelius Tacitus *lib.* 17. dicens: *Suadere Principi, quod oporteat, multi laboris aſſentio erga Principem quemcumque, ſine affectu peragitur.* Salluſtius *ad C. Cæſarem, de Republica ordinanda. Scio ego quàm difficile atque alperum factu ſit, conſilium dare Regi, & imperatori;* rationem deducimus, ex Solon apud Diogenem Laertium, *Principi non dulciora, ſed optima ſunt conſulenda.*

Sed hanc humanam conditionem naturæ noſtræ
48 facilè domant † Chriſtiani Principes; & præcipuè Sanctitas & Chriſtiana Charitas S. Apoſtolicæ permittentis conſuli damna, & ſcandala, quæ ex ſuis juſſibus importunè, & ſubreptitiè extortis oriunda timentur in Republica, & patienter ſpectanti, atque ferentis eorum ſuſpenſionem ad effectum conſulendi, prout ex adductis *in toto hoc cap. & in* 6. *ſequenti*, clarè demonſtratur, atque apertiſſimè Pontificum intentio detegitur.

Salgado de Supplic. & Retent.

§. UNICUS.

Secunda Juſſio poſt priorem in Senatu retentam ab eadem Sede Apoſtolica emanata, quando, & qualiter operetur.

SUMMARIUM.

1 *Diſputatio ſacrilega de poteſtate Vicarii à Chriſtiana imaginatione abeſt.*
2 *Papæ poteſtas nullis legibus, aut regulis coarctatur.*
3 *Papa facit unum Conſiſtorium cum Deo.*
4 *In retentione Bullarum non diſceptatur poteſtas, ſed voluntas Papæ, quæ certe eſt nolle aliquid diſponere in perniciem Reipublicæ ſpiritualis, aut temporalis.*
5 *Juſſione ſecunda adveniente à Papa per juridicos tramites obtenta, informato de inconvenientiis obtemperanda erit.*
6 *In adimplemento ſecundæ juſſionis poſt litterarum retentionem factam à Senatu variant Doctores.*
7 *Covarruvias inſinuat nunquam admittendas litteras in derogationem juris patronatus.*
8 *Bulla Adriani refertur, quâ immunes ſunt Reges Hiſpaniæ à cenſuris quibuſlibet non parentes litteris in derogationem juris Regii patronatus.*
9 *Retentionis Bullarum recurſus originatur à jure naturali.*
10 *Pontifex ſemel etiam informatus de inconvenientiis litterarum retentarum ſimiles duplicans adhuc retinendas, cum non à mente ejus, ſed ab officialium negotiatione procedere præſumi firmat Menchaca.*
11 *Litterarum damnum publici regiminis ſuper materia, quâ Princeps nequit diſponere, etiam ſecundo, & tertiò miſſas non exequendas firmat Anguianus.*
12 *Retentionis recurſum poſtulare non debet Fiſcalis animo impediendi executionem litterarum, ſed ſupplicandi Sanctiſſimum, ut inſtructus provideat quod magis Reipublicæ Eccleſiaſticæ conveniat.*
13 *Pontifici iterum, atque iterum mandanti, quod repugnat Reipublicæ, iterum replicari, cum non ſit ad contentionem obdureſcere, ſed veritatem ſtudioſius indagare affirmat Zaballos.*
14 *Abraham, Job, & Moyſes Deo replicare, & argumentari in pluribus Sacræ Scripturæ locis legimus.*
15 *Si Papa informatus ſecundam mittat juſſionem, poſſe ſecundo ſupplicari, & interim ſuſpendi executionem, donec tertia accedat juſſio, firmat Pater Henriquez.*
16 *Si in ſecunda juſſione novum aliquod gravamen addatur ex falſa informatione, admitti poſſe in re gravi tertiam ſupplicationem, aſſerit Pater Henriquez.*
17 *Author non admittit abſolutè obſervationes Doctorum circa ſecundam, aut tertiam juſſionem, ſed cum ſedere diſtinctionis.*
18 *Supplicatione à litteris interpoſita legitimè, & cum partis citatione proſequuta ſecunda juſſio à Papa obtenta, regulariter obtemperabitur in Senatu.*
19 *Jura permittentia ſuperſederi in litterarum executione ad effectum referibendi, & expectandi ſecundam juſſionem, nullam faciunt mentionem de tertia.*

20 *Bullarum executio suspenditur quando ex justa præsumitur extorta voluntas Principis, quod durat donec de libera voluntate appareat.*

21 *Quando clarè constat de Principis jam instructi, & informati intentione, velle etiam injustum mandatum exequi, obtemperandum erit.*

22 *Primæ litteræ habentes clausulas, ex quibus appareat libera voluntas Principis exequendæ sunt, quia habent vim secundæ jussionis, declaratur, n. 34. & sequentibus.*

23 *Impetrans (cujus litteræ fuere in Senatu retentæ) si secundam jussionem obtineat non citato supplicante, adhuc in Senatu detinendam.*

24 *Verba Bullæ Cœnæ (legitimè prosequantur) ponderantur.*

Legitimum dicitur, quòd à lege approbatur, & secundùm eam fit, ibid.

25 *Informatio Senatus, qui bullas retinuit, necessaria est in supplicationis prosequutione.*

26 *Papa non legitimè instructo de inconvenientiis, ex quibus suæ litteræ sunt retentæ, secunda jussio in idem icidit inconveniens, & defectum.*

27 *Nihil volitum, quin præcognitum.*

28 *Professionem nullam non ratificat exercens actus professi, dum est ignarus causæ nullitatis suæ professionis.*

29 *Ordines metu assumptos ratificat non ordinatus, per eorum exercitium dum adhuc latebat.*

30 *Quia primus consensus qui nullus fuit videtur perdurare, nec dum est ignorans denuò consentit, sed in virtute prioris consensus nullius agit.*

31 *Papa dum non est instructus, & certus de inconvenientiis primarum litterarum (quas Senatus retinuit) secundam concedens jussionem denuò non consentit, sed virtute prioris consensus agit, idem continentis inconveniens.*

32 *Ad secundam jussionem obtinendam debet consueta juris forma servari.*

33 *Supplicari posse Sanctissimum semel, & iterum quando litteræ continent damnum Reipublicæ spiritualis, & temporalis, & scandalum timeatur.*

34 *Litteræ Principis si contineant damnum intolerabile, & irreparabile; tutius est secundo replicare, & expectare tertiam jussionem.*

35 *Clausula (non obstantibus, &c.) in rescripto apposita habet vim secundæ jussionis.*

36 *& seq. In rescripto Principis habente clausulam (non obstante scandalo) nihilominus supersedendum ad effectum rescribendi Principi.*

37 *Rescriptum continens scandalum contra Rempublicam, non exequendum, adeo ut nec secundæ jussioni obtemperetur.*

38 *Secundam jussionem in derogationem juris patronatus Regis, aut laicorum retinet Senatus.*

39 *Pontifex non vult ita durius agere contra Regem per tres jussiones, cum ejus non sit intentione Regis, aut Regni juribus, & consuetudinibus derogare.*

40 *Papa non impedit Regem hac Regalia uti, sed in genere hortatur & terret, ne ministri per abusum excedant.*

41 *Ex derogatione juris Regii patronatus maximum potest timeri scandalum vitandum omninò.*

42 *Consuetudo vetusta, ex qua Princeps confert beneficia, tolli non debet, quando timetur scandalum.*

43 *Censuræ non publicandæ in Regem, quoties timetur scandalum, refertur casus Zabarellæ.*

44 *Supplicari iterum Sanctissimum posse à secunda, & ulteriori jussione in derogationem juris strangerii ob universale scandalum.*

45 *Pontifex semel informatus à Senatu de inconvenientiis Reipublicæ suarum litterarum non solet ita durius agere, ut aliam mittat jussionem.*

46 *Pontifex, ut pastor vigilans semper suos subditos invitat ad pacem, non vultque aliquem vim pati.*

47 *Pontifex semel informatus de damno Reipublicæ; non dubitat remedium adhibere, nec aliud verendum de suo Paternali amore, ad quem nos invitat pro reparatioae damni ex suis litteris, & decretis orti.*

48 *Mirabilis text in c. nos si incompetenter 2. q. 7. & alia singularia jura ponderantur in proposito.*

49 *Litteras Principis ex justa causa suspensas certissimè de ea, & de damno, excquendas insuper non mandat Princeps.*

50 *Princeps facile corrigit, quæ injustè mandavit damno cognito.*

Sapiens timet, & declinat, ibid.

Sapiens audiens sapientior erit, ibid.

Plura jura recensentur, in quibus Princeps pollicetur corrigere, quæ ipse malè informatus decrevit, adhibitis perfectioribus consiliis, ibid. & num. seq.

51 *Diver sa jubere non procedit ex levitate Principis, sed ex utilitate Reipublicæ.*

52 *Dei incommutabilem naturam pro misericordia mutasse, & temperasse suam sententiam sæpè in sacris litteris legitur.*

53 *Senatus Regius semper est vigilantissimus in Reipublicæ salute, & humili reverentia non de facili causam retentionis examinat.*

Supplicatio est actus humilitatis, ib.

Verè obtemperat, qui litterarum Apostolicarum executionem justè suspendit, ib.

54 *Pontifex ob gravitatem tanti Senatus sibi notam, illius supplicationi, & informationi acquiescit.*

55 *Cap. veniam 45. q. 9. mirabiliter ponderatum in proposito.*

56 *Sedes Apostolica nonnulla rationabiliter ordinat quæ suadente subditorum utilitate consultius revocat.*

57 *Ob evidentem utilitatem, vel urgentem necessitatem quandoque statuta variantur humana.*

58 *Pontifex ad relationem tanti Senatus damna delet, certus aliter non moveri, quàm publica poscit subditorum salus.*

59 *& seq. De Senatus Regii authoritate, scientia, & experientia, de ejus fidelissima relatione, & quanta sit ei fides danda, plurima jura ponderantur.*

60 *Senatores partes Principis sunt, à quo ut patres venerantur.*

61 *Senatus pars corporis Principis est, & inter ejus membra numeratur.*

62 *Senatorum scientia est officium civilis intelligentiæ.*

63 *Senatus nihil proprius, quàm omni vigilentia curare de bono publico.*

64 *Senatores sunt electi tam doctrina legum, quàm experientia pollentes.*

65 *Principi (quem Senatus repræsentat) asserenti de timore scandali, inconvenientiis statur, & creditur de jure.*

66 *Jussio secunda, ulteriorve ad hæc Regna non solent expediri, vel quia partes timent expensas in prosequutione supplicationis, vel agnoscentes, quanta sit fides adhibenda fidentissimæ Senatus relationi.*

67 *Impetrans secundam, vel tertiam jussionem, proter-*

ve

re, & tenerè agit expositus privationi naturalitatis, & incapacitati obtinendi beneficia in his Regnis.

68 *Impetrans proterè secundam, aut tertiam jussionem, præbat causam seditioni, ac turbationi pacis publicæ, qui, ut seditiosus, expelli potest à Regno.*

69 *Publicus rerum status sæpius ex privato turbatur, privataque injustitia causativè publicam producit perniciem.*

70 *& seqq. Papæ placet, ut iterum, atque iterum sibi replicetur, & arguatur circa damnum Reipublicæ, ut veritas clariùs luceat.*

71 *Pro æquitate servanda justi Principes sibi patiuntur contradicere.*

72 *Principes debent permittere Consiliariis liberè judicium suum proferre, ne deterriti verum taceant.*

73 *Abusibus resistere maximè laude dignum est.*

74 *Supplicare sæpè Pontificem à litteris in perniciem Reipublicæ licet.*

75 *Per replicationem, & argumenta veritas clarior patet.*

76 *Mores gentium agnoscere impetrantibus conducibile est.*

77 *Papa non potest ab alio, quàm à Senatu Regio certus reddi de damno Regni.*

78 *Æquius est, ut unus Princeps multorum sequatur consilium, quàm ut multi unius voluntatem.*

ABsit ab imaginatione Christiana sacrilega disputatio de Summi Pontificis † (totius Orbis Pastoris, Vicarii Christi, vices ejus gerentis, qui omnia potest, caput universale) Potestate, juxta text. *in l. disputare de crimine sacrilegii*, Craveta *cons.* 241. *num.* 2. Costa *consil.* 19. *num.* 24. ejus enim potestas controverti non potest, Berretus *cons.* 134. *n.* 36. Bardellus *cons.* 136. *num.* 2. Menoch. *cons.* 156. *num.* 2. Costa *dict. consil.* 19. *num.* 4. Petra *de potestate Princ. c.* 1. Natta *cons.* 625. *num.* 2. Butrius *de Princ. num.* 70. Giurba *cons.* 49. 2 *num.* 1. *&c.* quia Papæ † potestas nullis legibus, aut regulis coarctatur, Grammaticus *cons.* 2. 3 *num.* 23. ad finem decisionum suarum, & facit † unum consistorium cum Deo, Gonçalez *in Regula de mensib. & alternat.* §. 1. *proœmiali*, ubi multa congerit de potestate omnimoda, & absoluta Pontificis, cujus Brevia, rescripta, & mandata summa reverentia, obedientia, & humilitate recipienda, & obedienda sunt, secundùm Hieronymum Alvanum *in tractatu de potestate Princ.* 1. *part. n.* 123. *&* 2. *part. n.* 137. *&* 249. Lælius Jordanus *in tractatu de Romanæ Sedis Origine, c.* 12. *num.* 23. Michaël. de Aninio *in tract. de unitate Ovilis, & pastoris, c.* 29. *ex num.* 9. Turrecremata *in summa de Eccleſiast. lib.* 1. *c.* 37. Petrus Amonte, *in tractatu de potestate Principis, rubrica de potestate, præstantia, & excellentia ejus, ex nu.* 7. *cum seq.* Victoria *in relectione* 4. *de potestate Papæ, & Concilii, propositione* 16. ubi congerit quam plurima, & Fulvius Pacianus *in cons.* 80. *ex numer.* 16. *cum multis seq. & in consil.* 123. *ex numer.* 86. *volum.* 1. Petra *de potestat. Princ. c.* 8. *& c.* 29. ubi latiùs, Mastrillus *de Magistratibus lib.* 1. *c.* 2. per totum.

In hac igitur litterarum Apostolicarum retentio-4 nis cognitione † nunquam disceptatur, nec dubitatur de Summi Pontificis potestate (absit) sed de ejus voluntate dumtaxat, cùm certa sit, nolle aliquid disponere in perniciem Reipublicæ spiritualis, Ecclesiasticæ, aut temporalis, æquo animo permittentem suarum litterarum executionem suspendi, donec de legitima suspensionis causa, & inconvenientiis consultus, vel revocet, vel secundam mittat jussionem, ad hunc dumtaxat finem sua Sanctitas hoc permittit; ut amplissimè hactenus dictum fuit à principio hujus capitis tantorum Jurium caterva, quam meritò exornant tanti Doctores in comprobationem citati insequentes intentionem juris, & finem suspensionis approbantes. Quare adveniente † secunda Pontificis Maximi jussione § legitimè, ac per juridicos tramites obtenta mandantis, ut prior jussio exequatur humiliter quidem obtemperanda erit juxta præfata jura superiùs adducta, & in unum congregata à principio hujus *c.* 3.

Sed quia in re hac quantum attinet ad complementum secundæ † jussionis, adhuc varios vide- 6 rim Doctores; ideò cunctanter insistendum & accuratè ulterius examinandum, ne quid illicitè, indecensve contra jus fieri contingat.

Nam Dominus Præsul Covarruvias *practicarum quæst. cap.* 36. *n.* 3. ad principium, † dum loquitur 7 de retentione Bullarum, in derogationem juris patronatus laicorum, insinuat absolutè unquam admitti hujusmodi derogationes in hæc: *Apud Hispanos minimè derogationes istæ admittuntur, nec admitti consuevere: imò ipsa Suprema Regis Tribunalia, & qui regio nomine illic justitiæ ministerio præsunt, statim Apostolicas litteras examinantes propter publicam utilitatem earum executionem suspendunt, earumdem usum gravissimis pœnis, & commi.ationibus interdicentes; idem apud Gallos fieri testantur* Petrus Rebuffus *in prax. beneficiorum, 3. p. Signaturæ in verbo, Necnon jure patronatus, n.* 12. *&* 37. idem Rebuffus *in tract. de nomination. q.* 15. *nu.* 2. &c.

Cui & quidem consonat *Bulla Adriani VI.* dum loquendo † de juris patronatus Regii derogatione, 8 per litteras Apostolicas facta, ita ait: *Vosque, aut dictos Successores vestros, seu vestrum aliquem illis nullatenus parere debere, & ob non paritionem hujusmodi aliquas etiam in eisdem litteris contentas censuras, & pœnas nullatenus incidere posse*, &c. Quam Bullam ad litteram adduximus *in tract. de Regia protect.* 3. *part. capitul.* 10. *à n.* 10. ponderando illa verba (*nullatenus parere debere*) quæ secundam, & ulteriorem jussionem excludunt, & absolutam renitentiam clarè ostendunt.

Ferdinandus Vazquez, Menchaca vir doctissimus magis resolutivè, & apertius fuit loquutus *in lib.* 1. *controversiar. illustrium, c.* 41. qui † postquam *à* 9 *num.* 19. latè comprobavit hanc litterarum Apostolicarum retentionem ex principio debitæ defensionis à jure naturali originato, *à num.* 24. infert ad justam hanc Bullarum retentionem ob legitimam causam violentiæ factam à Senatu, ut Summus Pontifex de inconvenientiis informetur, *in n.* 26. ad nostrum propositum sic quærit in hæc: *Quid autem si Summus Pontifex, † etiam postquam ad* 10 *eum rescriptum esset, rem illam non correxisset, & Bullas duplicasset? Certè etsi similes duplicasset, idem adhuc dicerem, quia semper id ab ejus mente alienum intelligerem, & officialium inclinatione perpetratum, vel eo, quòd ipse nullum habeat superiorem sed sit omnibus eminentior, inque vim jurisdictionis nullus possit factum ejus corrigere: tamen in vim, naturalis defensionis nullus est, qui non possit, quinimò debeat, & teneatur resistere vim inferenti, aut*

injuriam, & auxilium patienti vim, aut injuriam, gradatim tamen; nam primùm hæc cura pertinet ad Magistratus, quibus impeditis, vel non volentibus, reliquis quoque privatis hominibus hanc ad rem patet aditus, & ita sunt intelligendæ, & defendendæ leges Hispanæ hac de re loquentes, &c. Hactenus Menchacæ resolutio:

11 Eodem pariter ferè modo † loquutum fuisse Doctorem Anguianum *in tractatu de legibus controvers. 5. num. 65.* in hæc: *Ex quibus manifestè deducitur quantum interfit mandata Principum esse justa, & rationi, rectæque Reipublicæ administrationi consentanea, aliàs enim, si fuerint injusta, & super materia super qua Princeps ipse ex defectu potestatis disponere nequeat, & auferre inconvenientia, quæ probabiliter timentur, nullatenus erunt exequenda, etiamsi per primam, secundam, & tertiam jussionem dimanaverint.*

Etenim cum omnia mandata Principum ob defectum voluntatis, & potestatis corruere possint, atque deficere, sicuti quando præcipit aliquid prima simplici jussione, quia probabiliter credimus, si præceptum sit tale, quòd sine scandalo non possit adimpleri, defeciisse ejusdem Principis voluntatem, eo quæsito colere possumus, & debemus in executione supersedere; ut latius tradidimus in præcedentibus: ad eundem modum, si deficiat in Principe potestas, quia præcipit aliquid, in quo non possit disponere, nec ex vi suæ dispositionis injustitiam, & peccatum tollere, utique non erit illi ullo modo obtemperandum; ut justè considerárunt, & philosophârunt, Felinus & plures alii *in dicto c. si quando, de rescriptis*, Decius *in dict. c. cum teneamur, n. 5.* ubi Abbas & *communis Schola*, & post eos Covar. *in d. c. 5. cum pluribus aliis ab ipso relatis.* Hæc Anguianus.

12 Hieronymus de Zevallos autem † in re hac apertè etiam, & intrepidè loquutus fuit, *in practicar. commun. contra communem, q. 899. à numer. 292. lib. 3.* qui *à numer. 294.* in hæc: *Quòd fieri debet à Regio Fiscali, non animo, nec intentione impediendi executionem litterarum Apostolicarum, sed ut informetur Pontifex Maximus, ut melius instructus de precibus supplicationis provideat illud, quod magis Sedi conveniat, & sacrosanctis Decretis Concilii, & sic Regii Consiliarii, cum Pontifex interloquitur, non debent illius Decreta impugnare, sed qua debent decentia, modestia, ac reverentia suam accommodatius proferre sententiam, quia text. in c. si quando, de rescriptis, ut quandò rescriptum Papæ videatur repugnare legibus, expectetur secunda jussio, ut ipsi Principi, si ita res postulet, Magistratus potest replicare, quando negotium publicæ utilitati manifestè adversatur, ut in Authentic. de mandatis Princip. §. deinde, ubi glossa verbo, Nuntians, l. si vindicari, C. de Pœnis, in tantum quod etiamsi Princeps, & Pontifex iterum urgeant, dum non animo illud impugnandi, sed veritatem faci-*
13 *lius inveniendi,* † *poterunt Consiliarii iterùm, atque iterùm respondere, & rationes quæ obstant moderatè refutare, cum hoc non sit ad contentionem obdurescere, sed ad veritatem studiosius indagare, cum veritas aliquando lateat, & in profundo obstrusa sine argumentis, & sine disputationibus difficulter comprehendi potest. Cujus rei exempla in sacris litteris extant.* Genesis 18. Exodi 32. Num. 14. Job.
14 10. & 13. *Ubi* † *Abraham, Job, & Moyses, & alios Sanctos viros, ita plerumque cum Deo causas egisse, ut aliquando argumentarentur, obsisterent, & rationibus quodammodo convincere tentarent*, &c. Hactenus Zevallos. Quod latius exornatur *ad fi. hujus c. à num. 70. vers. Tandem igitur*, &c. *& p. seqq.*

Pater Henriquez doctissimus, & religiosissimus vir *in lib. 2. de Pontificis clave, capitul. 16. §. 2.* latè prosequitur † hunc discursum, & concludit. Quòd 15
si Papa vellet (non obstante supplicatione, aut informatione generali) ut nihilominus mandatum, & litteræ exequantur; posset servata consueta juris forma addere secundam jussionem, sententiam in particulari, & tamen interim suspenderetur executio repetita supplicatione ad Pontificem, donec accederet tertia jussio, quæ habet vim sententiæ, &c.

Et iterum ipse Henriquez ibid. *dicto c. 16. in* §. 3. ita ait: *interdum* † *à Judicibus Regiis* 16
prima Bulla Apostolica detinetur propter vitium subreptionis, ut quia mentionem non fecit de præjudicio pleno juris, alieni aut de consensu patroni, & tamen pars ad Pontificem recurrens, si afferat secundas litteras, habito, vel suppleto consensu Patroni, admittitur planè in Senatu finente, ut litteræ mandentur executioni; si tamen in secunda, aut etiam tertia jussione, & sententia constet ex falsa informatione, adjectum esse gravamen, non contentum in prioribus sententiis admitti posse in re gravi tertia supplicatio ab adjectione gravaminis, &c.

Hæc sunt, quæ in hoc articulo secundæ jussionis circa hanc † retentionem litterarum Apostolicarum 17
dixere viri tot docti, quorum assertiones in re tam gravi, ita absolutè non auderem confirmare absque fœdere distinctionis casuum, & conclusionum sequentium.

Prima sit, quoties ob legitimam & probabilem causam à jure approbatam † in Senatu facta fuit 18
Bullarum retentio, impetranfque pro consequenda secunda jussione à Sede Apostolica, aut supplicans prosequendo suam supplicationem, aut horum quilibet proposuerit coram eadem Sede præfatam causam, ut certior de ea fiat Pontifex, atque ita supplicationem ad ipsum interpositam legitimè fuerit prosequuta (juxta *Bullæ in Cœna Domini* tenorem) hoc est cum causæ cognitione, & citata parte, cujus interest, obtineatur secunda jussio, ei (regulariter loquendo) omninò humiliter parendum est à Senatu Regio, sinente executioni litteras liberè mandari.

Hanc conclusionem probant omnia jura, & Doctores à principio hujus capituli citati, cum nullibi illorum jurium tertiæ jussionis † mentio 19
fiat, sed dumtaxat permissa litterarum Apostolicarum suspensio, & retentio, donec Romanus Pontifex consulatur, & quid sit faciendum provideat, præcipuè ex textu expresso *in capit. 2. de officio delegat.* ibi: *Donec Romanum Pontificem consulant, & suam exinde cognoscant plenius voluntatem, executioni supersedeant utrarumque*, &c. Hoc ipsum constat ex mente omnium illorum Doctorum, quos in unum congessimus suprà *capit. 2. à principio*, qui dùm probant in Rege hanc retentionem ex justa causa, interim dum Summus Ecclesiæ Pastor de ea fiat certior, vel revocet, vel secundò rescribat. Supponunt igitur omnes (prout in eorum lectura manifestè continetur) retentionem litterarum, & earum † suspensionem durare dumtaxat, do- 20
nec sua Sanctitas melius informata jubeat, & per secundam jussionem tacitè declaret suam intentionem & voluntatem liberam fuisse, non invitam, extortam precibus importunis, nec partis suggestionibus; ex iis omnibus juribus, & authoritatibus copiosè adductis supra *hoc cap. à principio*, quasi tunc constito de Summi Pontificis libera voluntate, cessaverit causa finalis principalis retentionis, in cujus cognitione non

disce-

disceptatur ejus potestas (absit) sed ejus dumtaxat voluntas in dubium (ubi adest justa dubitandi ratio) vertitur.

21 Et insuper hæc conclusio † probatur, quia quando Princeps certioratus à Judice nolente à principio suum præceptum exequi, adhuc secundò jusserit omninò exequi, tunc enim etiam obediendum est, quia certum est, quòd Princeps ita vult, et ejus mandato, quamvis duro, et injusto parendum est, quando clarè constat, Principem velle, ut illud exequatur sive justum sive injustum. Ita ex hac ratione probant Felin. *in c. consanguinei, num.* 8. *vers. Et si Princeps consultus, de re judicata*, post B. Butrium, et Immolam in locis per eum relatis, Decius *in c. si quando, num.* 8. *in fine, et nu.* 9. *de rescriptis*, Hypolitus de Marsil. *in l.* 1. §. *si quis ultro, num.* 51. *versicul. Et si Princeps, ff. de quæstionib.* Bosius *in practic. crimin. tit. de homicidio, num.* 96. *et* 97. *in fin. et num.* 99. post Angelum, et Alexand. quos allegat *in l à Divo Pio, de re judicata*, Vivius *opinio.* 638. *numer.* 13. ubi testatur de communi, Farinacius *in praxi criminal. lib.* 3. *de pœnis temperand. q.* 97. *casu* 1. *à num.* 48. Conducunt etiam plurimi Doctores ab eo ibidem citati, *à nu.* 46. *et seq.* dicentes, quòd si
22 litteræ habeant † clausulas, ex quibus deducatur voluntas libera Principis, absque suggestionibus, et subreptionis præsumptione (cum tales clausulæ habeant vim secundæ jussionis) primis litteris obtemperandum esse. Supponunt igitur secundæ jussioni acquiescendum. Vide nihilominus Farinacium ibidem, cujus facienda mentio inferiùs ad hujus doctrinæ intelligentiam, et temperamentum, cùm sic generaliter scripta, rigorosa nimis sit, et dissonans, *num.* 34. *et seq.* ulterius erit agendum.

Secunda sit conclusio. Si pars (cujus litteras
23 Apostolicas Senatus retinuit) præveniendo, † ac supplantando prosequutionem supplicationis ab adversario suo interpositæ, secundam jussionem obtineat, absque tamen citatione partis supplicantis, quæ secundùm *Bullam in Cœna Domini in c.* 14. ac juxta *c. si quando de rescriptis*, cum concordantibus, legitima est, et ut talis legitimus fuit effectus, contradictor, et absque causæ cognitione nihil agit, quoniam ad revocationem litterarum Apostolicarum, vel ad discernendam secundam jusstionem à Summo Pontifice supplicationis prosequutio legitimè debet fieri, ut ex *Bulla Cœnæ Domini, c.* 14. patet ibi, *Nisi supplicationes hujusmodi coram nobis, et Sede Apostolica legitime prosequantur, etc.* Nec enim potest dici legitimè prosequuta, ubi deficiunt omninò substantialia, prout est citatio, quæ omninò requiritur à jure, ubi de interpretatione rescripti, vel Principis privilegii tractatur, Hostiens. Innocent. et Joannes Andræas et Abbas *in c. olim, n.* 21. Socin. Junior. *consil.* 77. *num.* 112. *volumin.* 1. Borellus *in summa decision. tit.* 44. *de citatione, num.* 119. *et n.* 320. Giurba *in consil.* 39. *num* 45. ubi quoque post plures alios idem esse, ubi agitur de modificando, aut moderando privilegio, et rescripto; quare aliàs si contra juris dispositionem fiat prosequutio, non dicetur legitimè prosequuta supplicatio.

24 Legitimum quippe illud dicitur, † quod à lege approbatur, et secundùm legem fit, *l. legitima, ff. de pactis, l.* 3. §. *final. ff. pro socio*, Decius *cons.* 258. *nu.* 4. *vol.* 2. Joan. Garcia *de expens. c.* 6. *n.* 16. *ad finem*, Parladorius *lib.* 2. *rerum quotidianarum, c. fin.* 5. *part.* §. 11. *n.* 4. *Nos in tractat. de Regia pro-*

tect. 4. *part. c.* 7. *n.* 2. *et* 3. idem dicit plura jura allegans et rubricas Moneta *de commutation. ultim. volunt. c.* 10. *in princip. n.* 17.

Supplicationis enim prosequutio æquiparatur appellationi, nisi in casibus, in quibus reperitur expressa differentia, Capicius *decis.* 28. *sub n.* 11. Roland. *consil.* 94. *n.* 9. *lib.* 1. Scaccia *de appellation. c.* 2. *quæst.* 19. *remed.* 3. *n.* 24. *in fi. et n. sequenti*, Afflict. *in proœmio constitution. quæst.* 10. Peregrinus *cons.* 79. *num* 3. *lib.* 1. Menoch. *de arbitrar. quæst.* 7. *n.* 55. Mastrill. *decision.* 39. *num.* 9. Seraphin. *decision.* 495. *n.* 1. *et* 8. Marius Giurba *decision.* 30. *à num.* 7. Antonin. Amato *variarum resolut.* 1. *part. resolut.* 7. *nu.* 22. ubi laudat Doctores apponentes decem differentias.

Quoniam aliter sua Sanctitas non benè potest de inconvenientiis informatus dici, nisi negotium per legitimos suos juris tramites tractetur, ex juribus, et doctrinis vulgaribus, cùm etiam Summus Pontifex de se ipso dicat non posse contra inauditam partem aliquid definire *in c.* 1. *de causa possessionis, et propriet.*

Maximè quia ad idem præcisè debet intervenire, et permitti Senatus Regii relatio, et informatio circa inconveniens, damnumque † Reipublicæ, quòd lon- 25
go examine, auditis utriusque partis defensionibus ut legitimam causam censuit, et judicavit ad Bullarum prædictarum retentionem interim faciendam, ut dicit Henriquez *lib.* 2. *de Pontificis clave, c.* 19. §. 3. Alioquin quomodo simplici unius partis relationi (ut plurimum incertæ) fides adhibenda erit à Sede Apostolica?

Ac propterea dum legitimè, et ex integro, vere- 26
que non constiterit † suæ Sanctitati de inconvenientiis priorum litterarum : Secunda jussio priorem ratificans in idem incidit inconveniens, quæ uti informis non probat voluntatem liberam, et absque suggestionibus extortam suæ Sanctitatis. Ut enim actus præcedentis inutilis ratificatio valeat, debet ratificans de causa nullitatis esse certus; nihil enim volitum, † quin præcognitum, ut probant 27
Doctores statim citandi, affirmantes, quòd si professio, aut matrimonium ex aliquo defectu, aut causa fuit nullum; † licèt expressè ratificetur à 28
conjuge, vel à novitio, ignaro tamen nullitatis prioris professionis, et ex qua causa nullitas ipsa provenerit, non validatur, nec convalescit, etiam per plures actus, professo vero pertinentes, ut quamplures Doctores probant, et variè exornant. In variis prædictis et aliis materiis, Cajetan. 2. 2. *quæst.* 589. *artic.* 5. *paulò post princip.* Navarrus *in summ. c.* 12. *numer.* 71. *et comm.* 4. *de regularib. num.* 74. §. *advertendum quartò, et lib.* 2. *consiliorum in* 1. *edition. tit. de his quæ vi, cons.* 5. *num.* 8. *et lib.* 3. *tit. de Regularibus, consil.* 5. *num.* 15. *et* 18. *et consil.* 39. *nu.* 4. *et consil.* 44. *num.* 4. *et consil.* 96. *num.* Azorius *lib.* 12. *de institut. moral. c.* 4. *quæst.* 7. Sorbus *in compend. privileg. Mendicantium, verbo Novitius, nota* 4. Graffis 1. *part. decisionum, lib.* 3. *c.* 5. Manuel Rodriguez 2. *tom. Summæ, capitul. num.* 2. *et c.* 8. *conclus.* 4. *num...* Ancharan. *in c. litteras de dispensatione impuberum, num.* 8. Francus *in capitul. unico eodem tit. in* 6. *numer.* 5. Brunellus *de sponsalib. conclus.* 5. *num.* 1. Rosella *in summa, verbo totum* 1. *nu.* 13. *et verbo votum, Matrimonium, numer.* 4. §. 10. Navarr. *in summa Latina, capitul.* 12. *nu.* 71. Corduba *in summa, quæst.* 146. *et* 147. idem Rodriguez 2. *tom. summæ, c.* 99. *num.* 7. Vega *lib.* 5. *summæ, casu* 97. *et* 105. Richard. *in* 4. *dict. articulo* 2. *quæst.* 1. Paludan, *ibi, quæst.* 1. *art.* 1. *concl.* 3.

num. 9. Rosella *verbo*, *Impedimentum*, *impedimento* 3. *n.* 6. *et* 7. Angelus *in Summ. verbo*, *Matrimonium tertiò*, *impedimento* 4. *nu.* 8. Sylvest. *in Summ. verbo*, *Matrimonium octavò*, *quæst.* 3. *dict.* 2. Tabiena *verbo*, *Impedimentum*, *impedimento* 1. *quæst.* 11. *n.* 12. Sotus *in* 4. *dist.* 35. *quæst. unica*, *artic.* 2. *versic. Sed est præterea.*

Thomas Sanchez *de matrimonio*, *tom.* 2. *lib.* 7. *disp.* 37. *quæst.* 7. *à nu.* 59. *et lib.* 1. *disp.* 16. *n.* 7. ubi plura similia fundamenta congerit, et iterum, *lib.*
29 2. *disp.* 36. *n.* 3. *et lib.* 7. *disp.* 6. *nu.* 9. Ubi etiam † non censeri ratum haberi ordinem metu assumptum per ipsius exercitium, dum exercens latebat, se ad ordinis observantiam adstrictum non esse, quia incertitudo tollit consensum, et voluntatem, ut iis in locis exactissimè probat.

Et hanc eandem considerationem reperio fecisse nostris terminis Doctorem Anguianum *in tractatu de legibus*, *controvers.* 5. *sub n.* 25. *post medium*, licèt sic nec exornet, nec comprobet.

Et est elegans doctrina Glossæ *cap.* 1. *de eo qui duxit in matrimonium*, *verbo*, *Inscia*, ibi: *In primo*
30 † *consensu*, *qui nullus fuit*, *videtur perdurare*, *et non alium approbare*, ubi Innocentius *in fin.* ita ait: *Nam ex consequentia prioris consensus videtur ignorans cognoscere*, et idem repetit Hostiensis ibidem *in principio*, Joan. Andræas *ad fin.* Anton. *n.* 8. Ancharran. *num.* 4. Cardinal. paulò post princip. vers. *Opponò.* Henricus, et Alexand. de Nevo, *nu.* 11. Præpositus *n.* 1. *in fin.*

31 Igitur Papa dùm non est † instructus, et certus de inconvenientiis priorum litterarum (quas Senatus justè motus retinuit) secundam concedens jussionem, denuò non dicitur consentire, sed virtute prioris consensus agere idem continentis inconveniens, ex jam relatis doctrinis, quam alii comprobant.

Scotus *in* 4. *distin.* 35. *quæst. unica*, §. *respondeo primus consensus*, his verbis: *Non consentit novo consensu, sed tantum agit in virtute prioris consensus.* Idem dicit Abulens. 1. *Regum* 8. *quæst.* 38. Cuchus *lib.* 5. *instit. major. tit.* 12. *num.* 50. Sylvest. *verbo*, *Matrimonium* 8. *quæst.* 2. *dicto* 2. Henriquez *lib.* 11. *de matrimonio*, *c* 3. *num.* 6. Adrianus *in* 4. *materia de sponsalibus*, *dubio* 23. *versicul. Præterea*, ibi: *Quia semper intelligitur ex priori consensu facere*, Viguerius 3. *lib. institution. cap.* 16. §. 7. *vers.* 9. *impedim.* 1. Veracruz 3. *part. special. art.* 12. *conclus.* 1. *et* 1. *par. artic.* 9. Angles. *in florib. Theolog.* 1. *part. de matrimon. quæst.* 10. *de impediment. error. artic.* 1. *dub.* 1. *conclus.* 3. Petrus de Ledesma *de matrimonio*, *quæst.* 52. *art.* 1. *dub.* 2. Philiarcus *de officio Sacerdot. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 2. *c.* 5. *impedim.* 2. Ludovic. Lopez *instructor.* 2. *part. de matrimonio*, *c.* 47. *fol.* 118. Villalobos *in communibus*, *lit. M. n.* 68. Covarruvias *in* 4. *c.* 2. *part. num.* 5. Gregorius Lopes *in l.* 4. *tit.* 5. *part.* 4. *verbo*, *Nos es ansi*, Didacus Perez *in lib. ordinan. tit.* 1. *lib. fol.* 41. Sicque non plenè instructo Papa de priorum litterarum inconvenientiis, per secundam jussionem confirmatoriam prioris non potest argui, et percipi ejus libera voluntas sine suggestionibus, nimiisque persuasionibus emanata, sed imò eodem modo extorta secunda, quo prior præsumenda, deficiente supplicationis legitima prosequutione, quam *Bul. Cœnæ* appetit. Atque ideò similiter hujusmodi secunda jussione retenta, iterum ab ea supplicari licebit.

Et quòd ad obtinendam à parte (cujus litteras
32 Apostolicas † Senatus retinuit) secundam jussionem, à Sede Apostolica, debeat fieri servatione consueta juris forma (hoc est, causæ cognitione adhibita cum partis citatione) expressè in his terminis tenet Henriquez *lib.* 2. *de Pontificis clave*, *Capitul.* 16. §. 2. *superius relatus*, *n.* 15.

Tertia fit conclusio, quando litteræ Apostolicæ manifestè † vergant in damnum publicæ utilitatis, 33
et Reipublicæ spiritualis, Ecclesiasticæ aut temporalis, aut scandalum ex earum executione probabiliter timeatur, vel damnum aliquod notabile inducatur, semel et iterum posse humiliter supplicari Sanctam Sedem Apostolicam, arbitror ut pro sua piissima misericordia velit tanto damno obviare, atque sic ulterius expectari tertiam jussionem, et ad terminos hujus conclusionis bene admittam reducendam doctrinam Covar. *pract. quæst. c.* 36. *numer.* 3. *ad princip.* Zevallos *in contra commun. lib.* 3. *quæst.* 897. *à n.* 292. (qui quidem rectè, et eruditè loquutus fuit in hoc articulo) Menchacam etiam, et Doctorem Anguianum suprà citatos à *num.* 7. *cum seq.* Pater Henriquez *lib.* 2. *de Pontificis clave*, *cap.* 16. §. 2. et iterum *in* §. 3. Quorum quidem Doctorum specificam fecimus mentionem suprà, et amplius latiùs comprobatur eorum assertio sic, ut præmisimus, declarata, et intellecta ad finem hujus §. versic. *Tandem igitur*, *à num.* 70. *cum seq.* ubi alii etiam Doctores in hoc articulo specialiter, et signanter loquentes laudantur.

Et comprobantur, quoniam † quando litteræ 34
Principis continent duritiem, aut injustitiam, ex qua inferri potest damnum irreparabile; tutius esse ulteriùs, et secundò replicare, atque ita tertiam jussionem expectare probant Grammaticus *voto* 32. *n.* 18. Nevizanius *in Sylva nuptiali*, *lib.* 6. *n.* 50. *ad finem*, ubi quòd non obstante secunda jussione adhuc Principi injusta mandanti obediendum non sit, sequitur Farinac. *in prax. criminal. lib.* 3. *de pœnis temperandis*, *quæst.* 97. *casu* 2. *nu.* 51. ubi ita declarat, et temperat generalem, et absolutam (duram tamen) opinionem aliquorum (quos retulerat ipse, ibi, *num.* 50. *antecedenti*, et Nos suprà *in prima conclusione*, † *vers. Et insuper* 35
hac conclus. et n. 24.) dicentium secundæ Principis jussioni, etiam injustæ, duræ, et asperæ obediendum esse.

Probatur etiam, † quoniam clausula, *Non obstan-* 36
tibus, *etc.* in rescripto apposita habet vim secundæ jussionis, prout ex allegatis à Farinacio ubi proximè, *n.* 46. 47. *et* 48. sed quando rescriptum Papæ ex cujus executione timeretur futurum scandalum habeat clausulam, *Non obstante scandalo.* Nihilominus supersedendum erit et rescribendum Pontifici, sicuti expressè probat Felin. *in cap. si quando*, *in verbo*, *supersederit*, *n.* 2. *et* 3. Jacobus de Graffis *in suis decisionibus casuum conscientiæ*, *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 25. *n.* 8. quos sequitur Farinac. ubi proximè, *dict. q.* 97. *casu* 2. *num.* 36. *ad finem.* Ergo ex hac causa ulterius secundæ jussioni, licitè et tutiùs erit replicandum, et in executione supersedendum. Et conducunt quæ *in cap. sequentib.* latiùs erunt tractanda.

Et quòd quando rescripta † Principis sint injus- 37
ta, et rationi, rectæque Reipublicæ administrationi consentanea non sint; esse in executione earum supersedendum, adeò ut neque secundæ, vel tertiæ, vel quartæ sit obtemperandum, quantumvis sit ipse jam Princeps instructus de inconvenientiis, etiam si nihilominus rescribat cum clausula (*Non obstante scandalo*) latissimè et constanter post alios probat Anguianus (Præceptor primariæ Cathedræ in Universitate Complutensi, et postmodum Senator

in

in Cancellaria Vallisoletana) *in tractatu de legibus, lib. 1. controvers. 5. à n. 65. 66. et num. 67. et seq.*

38 Ad hanc conclusionem reducendam, † applicanda erunt rescripta Apostolica continentia derogationem Jurispatronatus Regii, cæterarumque Regaliarum Regis, ac litteræ derogationem patronatus laicorum, prout probant Henriquez, Covarruvias, et Zevallos locis allegatis ad principium hujus §. *à num. 7. cum seq.* et ulteriùs in ea derogatione Juris Regii patronatus, ut nullatenus admittantur litteræ Apostolicæ in contrarium, neque illis Rex ullatenus parere teneatur, facit in terminis *Bulla Adriani Papæ VI. sup. adducta, vers. Cui et quidem consonat, num.* 8. Pro quo adest insuper doctrina Henriquez *l. 2. de Pontificis clave, c. 16. dicto* §. 2. ubi latè de tertia jussione expectanda, dicit etiam, quòd Pontifex non vult ita
39 duriùs † agere contra Regem per tres jussiones et tres sententias, cùm non sit Pontificis intentio derogare Juribus Regalibus Regis ex privilegiis Papæ utentis, nec Regnorum, atque Tribunalium consuetudini. Advertit insuper, quòd quamvis vult Papa Regem uti suo consueto jure, nihilominus non desinit in communi, et generi-
40 cè monere, † et terrere (prout gerere assolet Prædicator in genere) ne fortè ministri per abusum excedant. Est enim in hoc casu cœlestis, et prudentialis monitio, et Christiana providentia, et medicina. *Multoties namque vetandum est aliquid etiam ex licito; ne excessus perveniat seu attingat prohibitum.*

Igitur cùm ex hac Regum juris derogatione, ut
41 plurimum † semper timeantur scandala et seditiones; omninò vitandæ sunt, meritòque sub conclusione ista comprehenditur. Facit doctrina Felini *in capitul. nihil sub, n. 4. versic. Vigesimo sexto, de præscriptionibus;* dicentis quod non debet Episco-
42 pus mutare vetustam † consuetudinem, quamvis invalidam, ex qua Princeps diu contulit beneficia à se fundata, quando ex hoc dubitatur de scandalo, sed debet rescribere Papæ, qui consuetudinem eradicet, vel confirmet, allegat Cardinal. *cons. 58. proposita quæstione in fin.* sequitur Joan. à Kechier *in tractat. de juris exempt. tom. 2. in Scholiis ad Constit. Concilii Lateranens. 1. part.* §. 3. *num. 24. folio* 32.

Conducit ulteriùs doctrina elegans Cardin. Zabarellæ *in cap. si quando, n. 30. in fin. vers. Quarto circa hæc:*
43 † ubi testatur, se aliàs consuluisse, differendam esse *Urbani VI.* jussionem directam Episcopo Florentino, ut certos publicaret processus contra Carolum Regem Hierusalem, et Siciliæ, eidemque Urbano rescribendum ob timorem publici scandali inde proventum, quem referens sequitur Farin. *d. q. 97. casu 2. sub n. 36.*

44 Sub hac etiam conclusione includuntur litteræ † impetratæ ab alienigenis horum Hispaniarum Regnorum, ex quarum executione probabiliter timeri potest maximum scandalum universale, quo turbaretur pax publica si indultis suæ Sanctitatis, et consuetudini immemoriali, fuisset fortè in aliquo detractum, de quo, et aliis similibus videndum erit *in cap. seq.* Atque etiam ex identitate rationis, de qua *in l. 25. tit. 3. lib. 1. Recopilat. et in l. 21. eodem tit. et lib. 1.* Idem dicendum erit in litteris impetratis in derogationem juris filiorum patrimonialium; atque etiam Canonicatum Doctoralis, Magistralis, lecturæ, et pœnitentiariæ, juxta quæ latiùs diximus hac *1. par. c. 10. à n. 69. et in §. unico à n. 90. cum multis seq. et c. 9. num. 35.* Nec in præjudicium juris tertii, quod per dictas litteras tollatur, et auferatur, nam cùm hoc fiat contra jus naturale, et per consequens divinum, etiam tertiò replicari debet, et supplicari, ut latiùs videre est infrà, *c. 7. per totum*, et signanter *à n. 19.*

Sed licèt hæc ita se habeant de rigore Juris, † ejusque honestate; tamen in hac de qua versamur retentione, rarò, aut nunquam nostris temporibus, vidimus, nec audivimus; summum Ecclesiæ Præsulem informatum semel de inconvenientiis, et damnis Reipublicæ, secundam, vel tertiam jussionem concedere, qui pro sua piissima misericordia, paternali affectu, et Apostolica charitate erga Respublicas suorum Christianorum subditorum, nequit ita duriùs agere, quas potiùs ad quietem, tranquillitatem in dies invitat, et sollicitus est, et uti pastor evigilans toto desiderio conatur scandala removere, et subditos modelis consolari; nequit enim quemquam in debito gravari, et violentiam pati, nec scandalum aliquod, prout testatur ipse Pontifex *in c. 1. de officio legati, lib. 6.* in hæc verba: *Officii nostri debitum remediis invigilat subditorum, quia dum eorum excutimus onera, dum scandala removemus, Nos in eorum quiete quiescimus, et fovemur in pace: et in cap. ad Apostolicæ 2. de re judicata, lib. 6.* ibi: *Nec non cum omnibus hominibus optabamus parati sibi pacem et tranquillitatem dare, ac mundo etiam universo*, textum etiam in Clement. Pastoralis, *de sententia, et re judicata: Pastoralis Cura* (inquit Clemens V.) *sollicitudinis nobis divinitùs super cunctas Christiani populi nationes injuncta, Nos invigilare remediis subjectorum, eorundem periculis obviare, et scandala removere compellit*, et Bonifac. VIII. *in proœmio 6. decretalium in principio*, in hæc: *Sacrosanctæ et Romanæ Ecclesiæ (quam imperscrutabilis divinæ providentiæ altitudo, universis incommutabili dispositione prætulit Ecclesiis, et totius Orbis præcipuum obtinere voluit Magistratum) regimini præsidentes, curis sollicitamur continuis, et assidua meditatione urgemur; ut juxtà creditæ nobis dispensationis officium, subditorum commodis (in quorum prosperitate utique prosperamur) jugi, quantum nobis ex alto concessum fuerit, sollicitudinis studio intendamus. Amplectimur quippe voluntarios pro ipsorum quiete labores, et noctes quandoque transimus insomnes, ut scandala removeamus ab ipsis.* Quod et ipsum profitetur Gregor. IX. *proœmio decretalium, cap. studendum 90. distinction. cap. ipsa pietas 23. q. 4. cap. 1. de tregua, et pace*, et alibi passim. Singulariter etiam comprobatur *in c. cùm ad verum 96. distinction.* in illis verbis: *Pastoralis cura sollicitudinis nobis divinitùs super cunctas Christiani populi Nationes injuncta, nos invigilare remediis subjectorum, eorundem periculis obviare, et scandala removere compellit. Extravag. Joan. XXII. de electione, c. 2. de majoritate, et obedient. c. unico*, ibi: *Ecclesiæ Romanæ eorumque fidelium dispendia dissimulare non possumus, quin postquam nobis cognita fuerint, adversus ea opportunis remediis occurramus, de majoritate, et obedientia, inter extravagant. Joannis XXII.* prout in his quibus versamur terminis advertit Henriquez *lib. 2. de Pontificis clave, c. 16.* §. 2.

Semel enim informatus † Summus Pontifex de 46
damno Reipublicæ, de scandalo futuro (ubi meritò timeri potest ex suarum litterarum executione detrahentium indultis, et privilegiis Apostolicis, laudabilibus horum Regnorum immemorabilibus

consuetudinibus ab Ecclesia semper toleratis, et approbatis à jure) non dubitabit, remedium adhiberi salubre, ut constat ex ratione textus *in cap. non minus, de immunitate Ecclesiarum*, in illis verbis: *Romanus Pontifex prius consulatur, cujus interest communibus utilitatibus providere.* Aliud enim, nec debemus vereri, nec suspicari de immensa illa pie-
47 tate, et paterno amore, ad quem nos † omnes invitat, ac pollicetur ipsa Sedes Apostolica, *in extravaganti unica, de sentent. excommunicat.* in hæc: *Cùm ad sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ sinum velut ad matris ubera referta dulcedine, ac ad Romani Pontificis Christi Vicarii, successorisque Petri clementiam, tanquam ad Patris plenam providentia pietatem, orbis terrarum, qui habitant in eo gratiarum spe assiduè confluant universi, indignum credimus nostris fore temporibus, ut quibus Nos, et Ecclesia ipsa exuberamus in gratiis, deficiamus in donis, ne murmurandi inde præstetur occasio, unde gratitudine necessitas aderat collaudandi: neve Scriptura reddat onustum, quod liberalitas fecerat gratiosum*, etc. Textus etiam *in c. Nos si* 41. *in ordine*
48 2. *qu.* 7. in hæc: *Nos si* † *incompetenter aliquid egimus, et subditis justæ legis tramitem non conservavimus, vestro ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare judicio*, etc. Prout sic rescripsit Pontifex Imperatori; ut patet in textu, ibi: *Quemadmodum, si vestra præsens fuisset Imperialis gloria*, etc. *c. ad Apostolicæ.* 2. *de re judicata, lib.* 6. ibi: *Præterea, quòd si Ecclesia eum in aliquo contra debitum læserat (quod non credebat) parata erat corrigere, ac in statum debitum reformare*, textus *in c. statutum, quod circa Judices à Sede Apostolica deputandos nuper edidimus: cum quædam contenta in eo, quæ pro communi utilitate credebamus inducta (sicut experientia docuit) tendere dignoscantur ad noxam: sanctione præsenti (quam irrefragabiliter observari mandamus) suadente utilitate in melius duximus reformandum* 11. *in ordine, de rescriptis, lib.* 6. faciunt *c. sententiam, capitul. Apostolicæ Sedis, c. grave, c. Gregorius, cap. sicut ergo* 35. *quæst.* 9. *cap. Joannes Chrysostomus* 50. *distinct.*

49 Quod etiam in his terminis † assecurat Sapiens ille Alphonsus Rex *in l.* 30. *tit.* 18. *part.* 3. ibi: *Tales cartas no han fuerya ninguna, nin se deben cumplir, fasta que lo fagan saber ad Rey, aquellos à quien fueron embiadas, que les embie ha dezir la razon porque lo manda hazer, catodo home debe sospecar, que despues que el Rey entendere el fecho, que no les mandar à cumplir la carta*, etc.

Dignum quidem pignus, et assecuratio tanti, ac Catholici Principis Facit etiam quod Imperator dixit *in Authentica de nuptiis, collat.* 4. ibi: *Non enim*
50 † *erubescimus, si quid in melius etiam in eorum, quæ prius diximus adinveniamus hoc sentire, et competentem prioribus imponere correctionem, nec ab aliis expectare corrigi*, etc. et Proverb. *c.* 14. *Sapiens timet, et declinat*, et Prov. *c.* 1. *Audiens sapiens sapientior erit.*

Et facit *Authent. de nuptiis, col.* 8. ibi: *Existimavimus autem oportere nunc Consiliis perfectioribus causam considerantes, etiam quædam corrigere non aliorum solummodo; sed etiam, quæ à nobis ipsis sancita sunt, non enim erubescimus, si quid melius etiam horum, quæ ipsi prius diximus, adinveniamus, sancire, et competentem prioribus imponere correctionem; nec ab aliis expectari corrigi*, etc.

51 Et facit illud Esther. 18. *c.* 9. ibi: † *Nec putare debetis, si diversa jubeamus ex animi nostri lenitate procedere, sed ex necessitate temporum, ut Reipublicæ poscit utilitas ferre sententiam*, etc. Magnæ sapientiæ est revocare hominem, quæ malè loquutus est, text. *in c. magnæ sapientiæ* 22. *quæst.* 4. prout etiam † 52
mirabiliter argumentatur Pontifex *in c. incommutabilis*, ibi: *Incommutabilis, eademque semper existens Dei natura parcens sua sæpè in Sacris litteris legitur mutasse promissa, et pro misericordia temperasse sententiam.* 22. *q.* 4. et idem docemur *in c. non semper*, ibi: *Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut Scriptura indicat, eadem causa et quæstion.*

Hoc ipsum nimis confidenter, et intrepidè sibi promittunt Reges nostri Catholici de Sede Apostolic. Summoque Pontifice, ut omnia, quæ in damnum Reipublicæ, et vassallorum fuerint ab ea emanata, aut per nimiam importunitatem perperam extorta, libenter revocabit in melius ad supplicationem Regum, ut *in l.* 14. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat.* manifestè legimus, ibi: *Y supplicacion, que entendomos hazer a su Santidad, que por respeto de las cartas nuestras de naturaleza, ni de alguna dellas, etc. No dè ni provea de gracia expectativa, dignidad, ni Canongia, etc. Y si algunas cosas so este color ha dado, las revoque su Santidad*, etc. Sequitur et facit: *Y es de creer, que nuestro muy Santo Padre condescendere à la supplicacion que sobre esto l. fiziéremos, viendo acatamiento à la justicia, y buena razon sobre que se funda; y à la obediencia que su Santidad sus predecessores siempre hallaron en nos, y en nuestros progenitores.*

Quod et securius redditur ex † gravitate, et au- 53
thoritate tanti Regii Senatus vigilantissimi in Reipublicæ salute, qui Christianissimo zelo, humilique reverentia, et timorata conscientia rem hanc tractat, atque adimplere, et obedire instar Summi Ecclesiæ Præsulis Decreta, et œcumenica Concilia, cujus quidem Apostolicas litteras non aliter detineri, et suspendi desiderat; nisi demum, ubi justa, et legitima causa subsit, quæ vergat in detrimentum publicæ utilitatis, quam quidem attentè considerat Senatus ipse, et non ita facilè, sed post longam examinationem partium defensionibus hinc inde propositis, præhabitis, et auditis, perscrutando decernit, qua posthabita Senatus informationi, humilique supplicationi, et deprecationi (quæ sanè actus est reverentiæ, et veræ humilitatis, quo indubiè imbibitur suprema Majestas, potestasque, et Regalia Sanctæ Sedis Apostolicæ, ut fusiùs scripsimus hac 1. *p. c.* 1. *in prin.*) meritò Summum Pontificem † multùm deferre, nemo dubitet, cum tanti Se- 54
natus Regii, ex eminentioribus Orbis viris ornati electis Pontifex maximus integram notitiam habeat.

Propterea, illius justæ deprecationi, et informationi acquiescere nemo ambigit juxta text. optimum *in c. veniam* 5. *in ordine* 35. *quæst.* 9. ubi ita ad ipsum profitetur Summus Pontifex in hæc: *Quia res ad salutem* † *reddit, veniam. Nos hanc in* 55
tantum vobis admittentibus post condemnationem more Apostolico subrogamus, tantisque vestris assertionibus, vobisque tam bonis, tam charis non dare consensum omnibus rebus duris durius arbitramur, pro vestra ergo approbatione (fratres charissimi) et sententia, ac postulatione Episcoporum Photinum habetote (licitum est enim ita constituere, ut deprecamini) et nostram in melius conversam sententiam labore, vel testimonio vestro compotem vobis suscipere, etc.

Qui quidem textus litteris aureis erit ad propositum describendus. Facit etiam ad idem textus celebris *in c. Alma mater* 24. *de sententiæ excommunicationis*

52 tionis, *libro* 6. in hac: *Alma mater Eccleſia*, * *plerumque nonnulla rationabiliter ordinat, & con-*
jultè: quæ ſuadente ſubjectorum utilitate, poſtmodum conſultius, ac rationabilius revocat, in meliuſve
commutat, & textus etiam *in c. non debet* 8. ibi: *Non debet reprehenſibile judicari, ſi ſecundum va-*
57 *rietatem temporum* * *ſtatuta quandoque varientur humana, præſertim, cum urgens neceſſitas, vel evi-*
dens utilitas id expoſcit: de conſanguinitate, & affinitate bona jura, *in c. 1. 2. & 3. 29. diſtinct.* text. etiam *in c. 2. ad Apoſtolicæ, de ſententia & re judicata, lib.* 6. cujus verba adduximus ſup. *n.* 48. *Sæpenumero ea quæ factu optima videntur, niſi opportunè fiant, ingentes afferunt jacturas*, inquit Polybius *lib.* 3. *pag.* 199. & illud Ovidii *lib.* 3. *de Ponto:*

Curando fieri quædam majora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigiſſe fuit.

Quare ad relationem fideliſſimam tanti Senatus
58 graviſſimi * in dies evigilantis ſuper utilitate Reipublicæ, Summus Pontifex damna delet, certus illum aliter non moveri, quàm publica ſalus ſubditorum poſcat. Facit textus *in l. Divi fratres* 17. *de jure patronatus*, ibi: *Sed cum & ipſo Metiano, & aliis amicis noſtris Juriſperitis adhibitis plenius tractavimus magis viſum eſt*, &c. *l. nonnunquam* 8. *de collat. bonorum*, textus *in l. ſi aviam* 3. ibi: *Si cum peritioribus tractatum habuiſſes facilè cognoſcere, C. de ingenuis & manumiſſis, l.* 2. §. *fin.* ibi: *Scilicet, conſulendo prudentiores, ut diligentem patrem familia conſulere dignum ſit, ff. quis ordo in bonor. poſſeſſ. ſervetur.*

Mirabilis textus *in l. unica*, §. 1. *ff. de officio Præ-*
59 *fecti Prætor.* ibi: *Credidit* * *enim Princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & gravitate ad hujus officii magnitudinem adhibetur, non aliter eſſe judicaturos pro ſapientia, ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret judicaturus*, &c. Quibus quadrat quod Imperator *in l. humanum, C. de legib.* ibi: *Benè enim cognoſcimus, quòd cum veſtro conſilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem noſtri Imperii, & ad noſtram gloriam redundare.*

De quo Senatu dixit Alphonſus Sapiens Rex, *in*
60 *l. 7. tit.* 1. *p.* 4. *E à tal. Conſejeros* * *como eſſe llaman en Latin Patricio, que es aſſi como padre del principe.* Conſonat. *l. quiſquis*, ibi: *Qui à nobis loco Patrum veneratur, C. ad Jul. Majeſt.* & firmat D. Tho. *de regimine Principis: Sed Patritii ideò dicuntur, quia, ſicut pater filiis, ſic illi Cives Romanæ Reipublic. curam gerunt;* & Caſſiod. *lib.* 6. *epiſt.* 2. *Patritiatus culmen aſcende, quod quidem iuridicorum*
54 *à patribus eſſe dictam voluerunt;* imò Senatus hîc
61 pars corporis * Regis eſt, *dict. l. quiſquis*, ibi: *Nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt, in quo nos ipſos numerus*, &c.

Et quia cùm, ut dixit Rex Alphonſus *in l.*
62 2. *tit.* 21. *part.* 3. *Son ſabidores* * *de los aconſejar por arte, è por uſo* Atque idem Senatorum ſcientia eſt officium civilis intelligentiæ ſecundùm Platonem, *Dialogo. Euthydemo*, & Ariſtot. 4.
55 *Politicor. c.* 4. ibi: *Eſt munus Civilis intelligen-*
63 *tiæ*, nihil Senatus proprius, * quàm omni cura, & vigilentia curare de bono publico, ut dicit Caſſiodorus *lib.* 2. *epiſtola* 32. ibi: *Quid enim tam Senatorium, quàm ſi utilitatibus publicis intendat effectum;* & ideò dicit Conſultus *in l.* 2. *ff. de juſt. & jure. Juſtitiam namque colimus, & boni, & æqui notitiam profitemur, licitum ab illicito diſcernentes*, &c.

Et ut dixit Juſtinianus Imperator, *in l.* 2. *C. de*
64 *vetere jure enucleando*, ibi: *Glorioſiſſimis* * *electis viris, tam doctrina legum, quàm experientia rerum poſſentibus*, quibus profectò venerabilibus Senatoribus quadrat omnino illud Danielis *c.* 1. *In quibus nulla eſſet macula, decoros forma, et eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia, et doctos diſciplina, et qui poſſent ſtare in Palatio Regis*, &c. Multa alia tangentia authoritatem Senatus, ad quem legitimè recurritur pro inconvenientiis ortis ex litterarum Appoſtolicarum executione, cum ipſe certius cognoſcat mores Regni, privilegia, & conſuetudines laudabiles, longa manu ſcripſimus *infra c.* 5. *verſ. Quare ad harum cauſarum, à num.* 63. *cum ſeqq.*

Quapropter hac ratione attenta, Summus ipſe Pontifex rarò, aut nunquam (quod ipſe audierim, nec viderim, ut ſuprà dictum fuit (ſecundam, aut tertiam juſſionem concedit in his caſibus, certus fortè de Chriſtiana tanti Senatus intentione & zelo, ac de juſta & legitima cauſa retentionis, litterarum, poſtquam ab ipſo Senatu diligenter indagata eſt negotiis veritas, & certitudo ad effectum informandi Summum pontificem, cui, ut diximus informationi multum ipſe defert, juxta illud Machabæorum 1. *c.* 1. ibi: *audivit autem Judas, et populus ſermones iſtos, convenit Eccleſia magna cogitare, quid faceret fratribus ſuis, qui in tribulatione erant.*

Et jure probatur, quia Principi * quem Sena- 65
tus repræſentat ex ſupra dictis, & in ſpecie probat Avendanus *in Dictionario, verbo, Chanciller*, poſt Caſaneum, afflictum, & alios, & eſt textus *in l. quominus, ff. de fluminibus* ubi Jaſon, & Ripa, Gloſſ. *in l. cum ambigitur*, ubi Bart. *ff.* Afflict. *deciſ.* 120. *in fine*, Decius, Aymon. & alii relati à Rolando à Valle *conſil.* 68. *n.* 17. *volum.* 3. Doctor Perez de Lara (quondam Pincianæ Cancellariæ Senator graviſſimus, nunc Toletanæ Eccleſiæ Canonicus Doctoralis Doctiſſimus) *in tractatu de Aniverſar. et Capellaniis, lib.* 1. *capitul.* 10. *n.* 39. *et* 40. Zevallos *communium contra communem, lib.* 3. *quæſt.* 282. *à n.* 107. Caſtillo (cum laudans *in tractatu de tertiis, c.* 12. *n.* 33. & per textus *in l.* §. *de aqua autem, ff. de poſtul.* Bart. *in l. Æmilius ad fin ff. de minoribus* Craveta *conſil.* 144. *n.* 20. *et conſil.* 198. *num.* 7. Rollan. à Valle *conſ.* 169. *num.* 26. *vol.* 3.) afferenti de timore ſcandali, aut de inconvenientiis alii ſtandum eſt, & credendum poſt multos Doctores quos laudat, probat Maſcardus *de probationibus, tomo* 2. *concluſ.* 1233. *à n.* 20. *et ſeq.* & latiùs *Nos* infrà, *c. ſeq. à n.* 57. & vide ſuperius ibidem de hoc puncto.

Ulteriùs etiam, cauſa ob quam * ad hæc Regna 66
non perveniat ſecunda Pontificis, juſſio, fortè poteſt etiam eſſe ea, quam ſuperiùs latiùs examinavimus, *cap.* 2. *verſ. Cui adde, quod Senatus Regius*, &c. *à n.* 83. *cum ſeq.* Nempè partes (quibus Senatus præcipit ſupplicari à dictis litteris Appoſtolocis ad Pontificem melius informandum de cauſa retentionis earum (vel timentes magnas expenſas in profecutione ſupplicationis, nec non longa itinera tot plena maris, & terræ periculis, vel impetrantes agnoſcentes ſummum ipſum Pontificem legitimam habiturum cauſam retentionis à Senatu, jam accuratè examinatam, ejuſque informationi meritò fore delatarum, viam illam deſerunt, & litteras impetratas negligunt, & de bono exitu meritò diffidentes à tam aſpera, & rigida prætentione conſulto deſiſtunt, & ideo ſecundam juſſionem ulterius non procurant.

Huc pertinet, quod Henriquez *lib.* 2. *de Pon-*
tificis clave, c. 16. §. 3. in his terminis affir-
mat, qui * poſtquam dixerat quando tertia juſſio 67
ſit

sit expectanda, à Sede Apostolica mittenda, inquit in hæc: *At si quis contentiosa quadam contumacia afferret à Papa tertiam beneficii Bullam cum derogatione expressa patronatus laicorum, aut Regii, censetur hic aperire ostium in damnum commune Regni, & interdum privatur per Senatum Regium naturalitate Regni, factusque extraneus manet incapax beneficiorum Hispaniæ, atque ita oportet, ut hic rursus inchoata lite fieret capax ex dispensatione, & obtineret à Papa jus suæ causæ per alias tres sententias conformes, quod vix ullus audebit tentare contra Regium Senatum propter summam negotii difficultatem, & nimias expensas*, &c. Hactenus Hanriquez.

Quod ex eo potest comprobari, quia iste talis ex sua protervia * præbet causam seditionis, & pacem 68 publicam turbat, ac inde majoribus verendis malis occasionem non remotam suggerit, quem ut seditiosum, & pacis publicæ turbatorem, posse etiam Clericum à suo Regno Regem expellere, quia ratione originis seu habitationis subditus est Regi tanquam capiti politico, ac ideò turbantem pacem publicam coercitione œconomica à Regno expelli cum honore posse, juxta receptissimam quamplurimorum Doctorum sententiam, ut post Grass. Gregorium Lopez, Azeved. Bobad. Covarruvias, Gutierrez, Sesse, Mexiam, Avendannum, Cened. & innumerabiles alios Doctores probavimus *in tractatu de Regia protectione*, 1. *part. cap.* 2. *à n.* 273. *cum multis seq.* quibus adde Giurbam *in consil.* 49. *à n.* 16. & à principio, vide infrà *cap.* 5. *n.* 56. ubi redduntur exemplaria Regnorum Hispaniæ, & Franciæ, è quibus Nuntius, & Cardinalis expulsi fuere, turbantes statum reipublicæ tranquillum.

Quàm plurimos etiam Doctores novissimè post hæc scripta refert ad idem Castillo *in tractatu de tertiis*, *c.* 41. *n.* 186. *cum multis seq. & à n.* 150. invehit in Antonin. Dianæ resolutionem, dum ipse *tractatu de immunitate Ecclesiastica resolut.* 17. contrarium scribit, qui quidem Author modernus, iterùm noviter hoc idem firmavit *in* 4. *p. resolut. moral. tract.* 1. *de immunitate Ecclesiastica*, *resol.* 81. qui tantum sequutus Megalii opinionem, ausus est à communi tot patribus, & fundamentis comprobata recedere, motus quidem puerilibus, ne dicam, ridiculis fundamentis. Primùm quia de jure divino Clerici possunt liberè in quacumque mundi parte habitare, & exercere officia Ecclesiastica, juxta Marcum *cap.* 16. *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ*, &c. Sed quid ad rem? Prædicare Evangelium jussi sunt, non tamen scandalizare populum, quod est contra ipsum Evangelium, & jus divinum prout latissimè probavimus infrà *cap.* 7. *à princ.* Fundatur etiam Diana & ipse in Concil. Trid. *sess.* 23. *cap.* 16. *de reformatione*, quo disponitur, Clericos per litteras commendatitias suorum Ordinariorum libere undique posse incedere, & sacra ministeria exercere, quod fatemur, non autem pacem publicam turbare, & scandalizare, cum nullus, sive Rex, sive Papa à Deo licentiam acceperit peccandi, ut alibi latiùs diximus, *cap.* 7. *à num.* 8 *& seq.* Igitur ne pax publica turbetur, & seditioni aliquis occasionem præbere audeat, providè Senatus remedio prædicto utitur, de quo *n.* 68. *& seq.*

69 Sæpiùs enim publicus rerum status * ex privato turbatur, privataque injustitia saltem causativè publicam producit perniciem, Zevallos *commun. opinionem*, *quæst.* 906. *n.* 391. *part.* 4. Giurba *in consil.* 1. *n.* 15. cui damno obviam ire à principio necesse est, ablata causa & occasione immediata.

Tandem igitur pro Coronide hujus discursus illud adnotandum erit; * quòd quoties agnoscatur in 70
Senatu, litteras Apostolicas grave damnum, aut scandalum Reipublicæ illaturas, aut aliter, Summum Ecclesiæ caput minus plenè esse informatum de inconvenientiis, periculo, & damno populi, semel, ac iterùm sibi potest replicari, ut integrè instruantur, juxta illud Prophetæ Psalmo 121. *Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem.* In quo Senatus multùm deservit ei, qui libenter desiderat damna tollere, & negotium in melius commutare, ut superius abundè fuit ostensum, *à n.* 46. *cum seq.* justam enim & legitimam replicationem supplicationemque Papæ placere, quis dubitat? juxta sententiam Regis Theodorici: *Nam pro æquitate servanda, & nobis patimur contradici*, ut refert Cassiodorus *lib.* 3. *formul.* & justus Lipsius *in proœmiis Politicorum*, inquit: *Ut illud in principatu beatissimum est, non cogi; ita non miserrimum, non sinere suaderi*, comprobat Seneca *de beneficiis*, *lib.* 6. *c.* 30. quod & Martialis peracutè consideravit *lib.* 8. *Epigrammate* 24. ad Cæsarem Domitianum:

Si quid fortè petam timido gracilique libello
Improba non fuerit si mea carta, dato.
Et si non dederis, Cæsar, permitte rogari
Offendunt nunquam thura, precesque locum.
Qui fingit auro sacros, vel marmore vultus,
Non facit ille Deos, qui rogat, ille facit.

Et consonat quod Isocrates * dixit Regi: *Hos* 71
*fidos existima, non qui quidquid dixeris, feceriseve laudant, sed qui errantem increpant, permitte prudentibus liberam loquendi facultatem, ut si quid extiterit, de quo ambigas; habeas cum quibus rem expendere possis, & ne timeant * ob id tuam gratiam,* 72
favorem, & benevolentiam amittere, ut refert Carmenat. in Rhapsod. *c.* 18. *pag.* 188. & Divus Gregorius 2. *part. Pastoral. c.* 4. relatus *in c. sit Rector* 43. *distinct. Sæpè Rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt*; maxima ideò habenda est fidelitas illorum subditorum, & vassallorum, qui prævidentes jussu sui Principis paritura esse executionis, curant illos divertere, & damna vitare, ut scribit *Attalaricus Tullo Patritio*, apud Cassiodorum *l.* 8. *variar. c.* 9. *Rarum confidentiæ genus est, interdum resistere contra vota Principis.*

Quod & in nostris terminis comprobat Simancas *de Catholicis institut. c. de Papa*, *n.* 32. *aliàs* 35. ibi *Est quippe laude dignum resistere hujsmodi abusibus, congruis remediis, non obediendo in malis, non adulando, * non tacendo, sed arguendo etiam* 73
exemplo Pauli, c. ultimo ad Colossens. & quod semel, & iterum in his causis retentionis litterarum Apostolicarum, de quarum executione damnum Reipublicæ timetur, sit licitum semel, & iterùm, * 74
sæpequæ Papæ rescribere, & supplicare, fundat Pereira *de manu Regia*, *c.* 65. *num.* 3. ubi tacito Authore transcribit Zevallos loco superiùs laudato, *à num.* 12. *& seq.* Idem etiam ex aliis probat Mastrillus *de Magistratibus*, *lib.* 5. *c.* 6. *à numer.* 220. *& seq.*

Conducit rectè illud Divi Pauli *ad Ephes. c.* 5. *Omnia autem * quæ arguuntur à lumine mani-* 75
festantur, omne enim quod manifestantur lumen est, &c. *Magis autem redarguite*, veritas quippe sæpius examinata magis illucescit, *cap. grave* 36. *quæst.* 9. *c. inter dilectos*, *de fide instrumentorum*, Roland. *consil.* 6. *num.* 2. *vol.* 1. *& consil.* 66. *num. volum.* 2. *& consil.* 12. *n.* 1. *vol.* 4. Cravata *consil.* 135. *num.* 18.

18. Flamin. Parisius, *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 21. *n.* 3. Hieronym. Grac. *consil. Syndicatus, nu.* 265. *cum seq.* Bobadilla *in Politicar. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 1. Quia per disputationem magis certitudo invenitur, *l. numerum*, §. *fin. ff. de muneribus & honoribus*, textus *in cap. grave* 35. *quæst.* 9. ibi: *Quia veritas sæpius exagitata magis splendescit in luce, & pernicies revocata in judicium gravius, & sine pœnitentia condemnatur.*

Apostolica quippe Sedes, quæ ferventi zelo, &
76 charitate paterna † cupit omnia corrigere, & in melius commutare semel à se dispositа, quæ noxia esse deteguntur, à nemine alio potest ita plenius, & syncerè instrui de damno publico, quàm à Senatu in dies vigilante pro Reipublicæ salute, & utilitate, quippe dexteritate, & experimento cognoscit mores Regni, ignotos Papæ, ut sæpius diximus suprà Conducit illud Senec. *Tragica* 7. *Si judicas cognosce, si regnas jube, conducibile enim est hominum mores nosci*, quod, & alia plura similia scripsimus superiùs, maximè *cap.* 2. *à n.* 124. *cum multis seqq.*

77 Non aliter enim quàm à Senatus † informatione potest his in causis Pontifex desiderium suum implere, *l. hac consultissima; C. qui testam. facere poss.* ibi: *Sed nec locum quidem relinquat insidiis tot oculis expectata, tot insinuata sensibus tot insuper in tuto locata manibus*, &c. *l. si aviam C. de ingenuis & manumiss.* ibi: *Si cum prudentioribus tractatum habuisses, facilè dignosceres, l. in bonor.* ibi: *An consulendo prudentiores, l.* 2. *ff. quis ordo in bonorum possess. serv. l. utique*, §. *culpa, de rei vindic. l.* 11. *tit.* 22. *part.* 3. singularis textus ad propositum *in c. de quibus* 20. *distinct.* ibi: *Seniores provinciæ congrega, & eos interroga. Facilius namque invenitur, quod à*
78 *senioribus quæritur*, † *c. porro* 4. *distinct. Job.* 12. *in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia, Proverb.* 11. 14. *ibi salus, ubi multa consilia.* Et *Esther.* 1. 13. Assuerus nimis laudatur, quia *interrogavit sapientes, qui ex more Regio semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilio, proverb.* 20. 18. & 246. *Cogitationes consiliis roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella, quia cum dispositione initur bellum, & erit salus ubi multa consilia, c. prudent. in fin. de officio delegat.* ibi: *Integrum est judicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, c. Ecclesia, de electione.*

Hac virtute appetendi consilium, & sequendi uti solebat Marcus Antonius magnus Imperator, & Philosophus, ut de eo scribit Julius Capitol.
79 *Semper* † *sanè cum Optimatibus non solùm bellicas res, sed etiam civiles priusquam faceret, aliquid contulit, denique sententia illius præcipua semper hæc fuit; æquius est, ut ego tot, & talium amicorum consilium sequar, quàm ut tales amici meam unius voluntatem sequantur.*

CAPUT IV.

Scandali causa imminentis, seu etiam minati an legitima sit, ut litterarum Apostolicarum retentio licita, & permissa dicatur?

SUMMARIUM.

1 *Scandala abscindi Christus in Evangelio jubet.*
2 *Casus, ad supersedendum in executione litterarum Apostolicarum, quas justas esse, jura prudentis arbitrio reliquerunt.*
3 *Scandali causæ, ut eminentioris specialiter meminit jus ad litterarum suspensionem.*
4 *Cum scandalo nihil agendum.*
5 *Angelos suos mittet Deus, ut omnia tollant scandala à Regno.*
6 *Pro scandali suspicione auferanda satagendum est.*
7 *Pro scandalo vitando Dei protectionem invocat Propheta.*
8 *Scandalum ubi imminet in executione litterarum Apostolicarum supersedendum est.*
9 *Retentio Bullarum ob scandalum justificatur.*
10 *Cum scandalo etiam Papæ non obediendum, ubi rectitudo rationis dicta potius expedire, non obtemperari, quàm quod scandalum nascatur.*
11 *Scandalum novum quando oritur ex mandato Principis, observantia omittenda erit.*
12 *Scandalum, vel absurditas, aliudve inconveniens si oritur ex mandato Principis, officialis excusatur non obtemperans.*
13 *Scandalum si imminet, vel malum aliquod contra bonum publicum litteræ Apostolicæ non exequendæ ob majus vitandum damnum.*
14 *Executio rescripti non facienda, ubi timetur de universali futuro scandalo.*
Adducitur exemplare de processu fulminato contra Carolum Regem Siciliæ, ob scandalum suspenso, ibid.
15 *Censuræ in litteris fulminatæ contra non obtemperantes non ligant non obtemperantem ratione scandali vitandi.*
16 *Propter scandalum suspendi potest mandati executio quantumvis pœnalis.*
17 *Scandali periculum ubi vertitur, Principi non obtemperatur. Nec Papæ, ib.*
Novitas à lege introducta scandalis, & seditionibus occasionem præbet, ibid.
18 *Censuræ litterarum suspenduntur, suspensa earum executione ob scandalum. Ubi adducitur exemplare quoddam, ib.*
19 *Papæ etiam rescribendi cum clausula (non obstante scandalo) non obtemperatur si immineat.*
20 *Scandalum est contra finem præcepti divini.*
21 *Scandalum subditorum præcavere debent Prælati.*
22 *Superior caret potestate præcipiendi aliquid exequi cum scandalo, quia concurrit cum præcepto divino.*
23 *Potestas data à Deo Principi non fuit in destructionem, sed in ædificationem.*
24 *Potestas Principis justitia coarctatur, & ultra non potest, quàm honestè, non quando lædit pietatem, aut bonos mores.*
25 *Triginta & tres casus, quibus ob scandalum receditur à juris dispositione refert Felinus.*
26 *Scandalum maximum oriretur in Regno, si alienigenæ admitterentur ad beneficia, aut ob derogationem Regii patronatus.*
27 *Scandala, & seditiones magnæ fuere in Hispania ortæ, anno* 64. *ob admissionem alienigenarum ad beneficia.*
28 *Ob scandala, & turbationes ortas in Hispania, concessit Paulus III. quod nullus alienigena potiretur pensionibus & beneficiis in ea.*
29 *Ex Reipublicæ turbatione scandalum nascitur.*
30 *Ob scandalum imminens compellitur quis cedere, beneficio obtento.*
31 *Ob scandalum debet quis renuntiare electioni de se factæ.*
32 *Ob scandalum potest Episcopus compelli renuntiare Episcopatui.*

33 *Ob scandalum quis privatur.*
34 *Ob scandalum transfertur qui de una Ecclesia ad alteram.*
35 *Scandali tanta est vis, ut ejus ratione multa fieri permittantur, quæ alias non permitterentur.*
36 *Ob scandalum vitandum legitimè retinentur in Senatu litteræ in derogationem Regii patronatus, laicorum, & juris strangerii.*
37 *Ob scandalum vitandum litteræ in derogationem Concilii Tridentini retinentur in Senatu.*
38 *Ob scandalum vitandum licita est lex Regni disponens, ne alienigenæ in Regno obtineant beneficia.*
39 *Propter scandalum vitandum, & quietem Reipublicæ, potest etiam Clericus à Regno, aut Civitate expelli per œconomicam Regis potestatem.*
40 *Breve Pii V. de iterum examinandis Religiosis Confessoribus ob ingens scandalum inde ortum reformavit Gregorius XIII. ad supplicationem Philippi II.*
41 *& seqq. Ex novitate magna oriri assolent scandala inter Religiones, & Clerum omninò vitanda.*
42 *Declaratio S. Congregationis refertur, quæ ad evitanda scandala inter Ordinarios, & religiones oriuntur propter novam Confessorum examen noviter decrevit.*
43 *Doctores qui videndi circa novum examen Religiosorum Confessorum.*
44 *Ob suspensionem generalem licentiarum Religiosis ad confitendum datarum factam in Archiepiscop. Toletano per D. Villegas, maxima orta fuêre scandala, quæ Rex, ut protector status Ecclesiastici sedanda curavit.*
45 *Cùm Episcopus Cordubensis idem obtinuisset per Breve, ob scandali causam decrevit Senatus, ne fiat novitas.*
46 *Si ex præcepto injusto Papæ præsumitur statum Ecclesiæ turbari, & oriri scandalum, non obtemperatur sine peccato.*
47 *Scandalum ubi timetur potest Rex pro illo sedando inter Ecclesiasticos, & Religiosos procedere, & componere non jurisdictione, sed œconomica potestate.*
48 *Ubi ob scandalum turbatur Regis status tranquillus, Rex inter Ecclesiasticos extrajudicialiter cognoscit.*
49 *Ob longam Romæ distantiam Hispani difficillimè possunt adire Pontificem, ac ideo contumelias inter Ecclesiasticos Senatus modestè compescit.*
50 *Per Legatos ad Romam missos, scandala, quæ patitur Ecclesia, Rex vetat.*
51 *Princeps ante oculos habere debet ne scandala mittantur.*
52 *De pace omnino procuranda in Republica, remissivè.*
53 *Ob scandala vitanda, & pacem habendam multi sunt casus speciales, in quibus receditur à jure, remissivè.*
54 *Scandalum nascitur ex inobservantia legum, & privilegiorum, è contrario verò pax.*
55 *Non omnia, quæ possunt fieri, sunt facienda, ubi adest inconveniens.*
56 *Retentio Bullarum locum habet, etiam mero jure validarum, si ex earum executione scandalum damnumve notabile timeatur.*
57 *Senatus examen, quo legitimam retentionis causam reperiit, ubilibet talis debet judicari.*
58 *Principi asserenti timorem scandali, aut alicujus damni omnino standum erit.*
59 *Pontifex multum defert examini Senatus ad Bullarum retentionem, ejusque informatione super damnis oriundis ex litterarum executione.*

CHristus Omnipotens Dominus per Matthæum cap. 28. † exclamando, inquit, *Væ mundo à scandalis*, &c. *Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum*, & iterum ibi: *Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te.* 1

Quàm justa igitur & legitima sit scandali imminentis, † seu minantis causa, ad retinendas litteras Apostolicas in Senatu ad effectum supplicandi, & rescribendi ad Summum Pontificem melius instruendum, & informandum; in hoc potissimum cognoscetur, quòd licèt in omnibus Pontificalibus Decretis citatis in *cap. antecedenti*, à principio, supersedendum patienter permittentibus in executione rescriptorum justa existente causa, nullibi specificatur, quæ justa dicatur, sed judicio discretionis, & arbitrio executoris justo omninò relinquitur, ut eorum lectura manifestè monstrat. 2

At cùm causa scandali eminentior sit ejusdem † specialiter meminit Pontifex *in c. cum teneamur. 6. de præbendis*, ibi: *Aut si non poteris ei sine scandalo providere, æquanimiter subsinemus, si pro ea mandatum nostrum non duxeris exequendum*, &c. 3

Quia nihil * cum scandalo fieri animadvertit Pontifex, *in c. nihil 2. de præscriptionibus*, ibi: *Nihil cum scandalo, nihil cum forali strepitu vobiscum nos velle de causis pauperum definire, vobis scripsisse meminimus*, &c. 4

Et in Matthæo c. 13. *littera F.* legimus: *Et mittet filius * hominis Angelos suos, & colligent de Regno ejus omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem.* Quem locum S. Gregorius super Matth. *c. 25. homil. 12.* sic declarat: *Sed sciendum nobis est quòd sæpè in sacro eloquio Regnum cœlorum præsentis temporis Ecclesia dicitur, de quo alio in loco Dominus dicit: Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de Regno ejus omnia scandala. Nec enim in illo Regno beatitudinis, in quo pax summa est, inveniri scandala poterunt, quæ colligantur*, &c. 5

Satagendum quippe est * pro auferendo suspicionis scandalo, ut inquit text. *in c. satagendum 10. in ordin. 25. quæst. 1.* Sicque Propheta Rex Dei protectionem invocat pro evitando * scandalo, Psal. 140. *Custodi me* (inquit) *à laqueo, quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem.* 6 7

Quare ubi imminet scandalum in executione gratiæ, & * litterarum Apostolicarum, exequendum non esse, sed supersedendum in ea, & rescribendum ex *dict. c. cum teneamur*; plurimi Doctores probant, & fundamentis exornant: Innocent. *in c. nisi cum pridem, de renuntiat.* Abb. *in c. quæsitum, de rerum permutat. & in dict. c. cum teneamur*, Felinus *in c. si quando, colu. 2. de rescriptis*, ubi Decius *num. 3. 5. & 14.* idem Felin. *in c. consanguinei, num. 7. de re judicat.* optimè Cardinal. Zabarel. *in dict. c. si quando, n. 30. in fin. vers. Circa hæc*, Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum, n. 64. de constitut.* post Innoc. & Abbat. in locis ab eo citatis, Sylvester Aldobran. in additionibus ad Decium *in dict. c. si quando, num. 14. lit. G.* Felin. *in c. nihil de præscriptionibus*, latè Rebuffus *in 1. tom. tit. de litteris obligatoriis, art. 6. gloss. 2. numer. 9. & 10.* plura congerit Loazes *de matrimonio Regum Angliæ, dub. 3. numer. 21. cum pluribus seq.* Mexia *in apparatu ad legem Toleti. de taxa panis, fundament. 12. part. 12. à numer. 33. cum seq.* qui *numer. 47.* hanc doctrinam applicat * retentioni Bullarum factæ per Senatum, 8 9

Ol-

Oldrad. *conſ.* 292. *n.* 2. *verſ. ſed ſi quælibet unio ;* ubi dicit: Reſcripta Pontificis aliquibus ſcandalis ſubſequutis non exequenda, latiſſimè Alphonſus Azeved. *in l.* 14. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil. à num.* 29. *cum ſeqq.*

Lætiſſimè & mirabiliter per Covar. *in repet. c. peccatum* 1. *part. à n.* 7. *& in verſic. Hinc ſanè ſit*, *ut cùm* * *ſcandalo minimè ſit obediendum ſuperiori, & etiam Papæ, quoties rectitudo rationis dictat, potius expedire, quòd non obtemperetur, quàm quod ſcandalum oriatur.* Et in principio dicit, quod propter vitandum ſcandalum omitti juſtè poteſt obedientia, alias debita ſuperiori, Selva *de beneficiis*, 3. *part. quæſt.* 8. *n.* 1.

Pelaez. à Mierez *in tractatu de majorat.* 4. *part. quæſt.* 1. *limit.* 1. *n.* 106. * ubi ex Cardinali, Imola, & aliis *in c. ſi quando, de reſcriptis*, & Romano *in l. ſi verò*, §. *de jure Valentia* 7. *de ſoluto matrimon.* Socin. Junior. *in l. hæredes mei*, §. *cum ita, ff. ad Trebellian. n.* 36. *fol.* 223. dicit, quod quando ex obſervantia mandati Principis ſequitur novum ſcandalum, non tenetur quis obedire.

Palatius Rubeus *in c. per veſtras, fol.* 66. *in magnis. col.* 3. *concluſ.* §. 18. *n.* 16. & latiſſimè *in tractat. de beneficiis vacantibus in Curia*, §. *per totum*, ubi eleganter multa congerit, & per totum tractatum, *& in* §. 11. *col.* 3. *ad finem*, *& col.* 4. *ad princip.* Cenedus *in collectanea ad Decretales, collect.* 3. qui *n.* 2. ex plurimis Doctoribus ab eo citatis dicit, quòd excuſatur officialis, non obtemperans primo ſuperioris mandato, quando ex eo ſequitur abſurditas, vel ſcandalum, aut aliud inconveniens, optimè Jacobus de Graffis. *in ſuis deciſionibus caſuum conſcientiæ, part.* 2. *lib.* 3. *c.* 25. *n.* 8.

Obiter cum Azevedo, tantum dicit Barboſ. *in collectan. ad c. cum teneamur, n.* 2. *de præbendis.*

Ipſe Barboſ. meliùs * *in addition. collect. ad c. ſi quando, de reſcriptis*, ubi *in colu.* 1. *poſt princip. & col.* 2. *in princip.* dicit, quòd quando imminet ſcandalum, vel malum aliquando contra bonum publicum, ita ut majus damnum timeatur in litterarum Apoſtolicarum executione, quàm ſit bonum ex eis prætenſum, ſuperſedendum eſſe.

Latiſſimè etiam Anguianus *in tractat. de legib. & conſtitut. lib.* 1. *controverſ.* 5. *n.* 3. 5. 18. 21. 50. & aliis plurimis ejuſdem controverſiæ.

Antonius Faber *in ſuo Codice, lib.* 7. *tit. de appellat. tanquam ab abuſu, defin.* 8. *p.* 471. *definit.* 23. *p.* 475.

Farinacius *in prax. criminal. part.* 3. *tom.* 1. *tit. de pœnis temperand. quæſt.* 97. *caſu* 2. *n.* 36. dicit, quòd * quando in executione reſcripti timetur de univerſali futuro ſcandalo, non erit facienda.

Ubi & *ſub nu.* 33. adducit doctrinam Cardinal. Zabarell. *in c. ſi quando, nu.* 30. *in fin. verſ. Quæro circa hæc*, teſtantis ſe aliàs conſuluiſſe, differendam eſſe Urbani VI. juſſionem factam Epiſcopo Florentino, ut certos publicaret proceſſus contra Carolum Regem Hieruſalem, & Siciliæ eidemque Urbano reſcribendum, & expectandum ſecundam juſſionem, non obſtantibus graviſſimis pœnis contentis in prima juſſione, & hoc propter ſcandalum magnum, de quo in prædictis Regnis, & Provinciis dubitabatur, aut timebatur, ſi talis fieret publicatio.

Farinacium, & Zevallos laudans, idem refert Antoninus Amato *variarum reſolut. l.* 2. *c.* 72. *nu.* 29. ubi proſequitur hunc articulum, ſuperſedendum eſſe in executione litterarum Apoſtolicarum, quando in ea periculum imminet ſcandali, & in Senatu eidem denegandum eſſe (exequatur) quo Rex in Sicilia utitur, uti adnotavimus multis citatis Doctoribus ſuperiùs *in c.* 2. *n.* 37. *& 41. cum ſeqq.*

Ejuſdem Zabarellæ caſum ad litteram adducit Palatius Rubeus, §. 11. *& §. 7. ante finem.* Ubi proximè citatus, * adverrens, eſſe notandum, cùm ex hoc evitentur plùrima inconvenientia, quæ acciderent litteris indiſtinctè ; & indiſcretè parendo ex qua doctrina deducit ipſe Palatius Rubeus unam concluſionem, quam dicit notabilem ad propoſitum, in quo verſamur retentionis. Quòd ſi Papa aliquid præcipit fieri ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ipſo facto incurrendæ contra non obedientes, vel obtemperantes, ſi ex mandati executione timetur ſcandalum, vel alii mala futura, vel aliter dubitatur de mente Principis, licitè ſine metu excommunicationis mandatarius differre poteſt, dum Papæ reſcribit, & ſecundam juſſionem expectat.

Et poſt Felinum *in c. nihil*, * *verſic.* 30. *de præſcriptionibus*, Joannes à Cochier, *de juris in exempt. tom.* 2. *in Scholiis ad conſtit. Concil. Lateranenſ. part.* 1. §. 3. *folio* 32. *n.* 20. dicit quod propter ſcandalum poteſt ſuſpendi executio mandati Apoſtol. quantumvis pœnalis, *& n.* 21. Quòd Principi non eſt obediendum, * quoties vertitur periculum ſcandali, ex Divo Thoma 2. 2. *quæſt.* 8. *articul.* 1. Vincent. Carocius *de remediis, except.* 6. *n.* 28. videndus Tiraquellus *de pœnis temper. cauſa* 46. nec Papæ obediendum, eſſe, quoties vertitur periculum ſcandali, Firmian. Barbatia *de præſtantia Cardinal. p.* 1. *nu.* 37. Hieronymus Gratus *conſ.* 1. *nu.* 39. *column.* 2. Cochier. ubi proximè, *num.* 26. & comprobatur authoritate Divi Auguſtini *de Civitate Dei, lib.* 3. *c.* 24. ubi loquens de novitate inducta per legem Agrariam, inquit: *Quòd fuit initium civilium ſeditionum, & bellorum in Republica. Volebant enim* (inquit) *Grachi legibus Agrariis agros populo dividere, quos nobilitas perperam poſſidebat; ſed eis tam vetuſtam iniquitatem audere convellere perniciosiſſimum: imò verò, ut ipſa res docuit, perniciosiſſimum fuit, nec enim legibus, & ordine poteſtatum, ſed turbis, armorumque confluctibus nobiles, ignobileſque necabantur.*

Comprobat hanc concluſionem * Palatius Rubeus ex alio exemplari adducto per Petrum de Ancharanis *in conſil.* 241. incipiente, *Per Prædicta ;* conſulentem non eſſe obtemperandum cuidam mandato Papæ, per quod mandabat cuidam monialı, ut ad primum rediret monaſterium (à quo legitimè, & cum ejus authoritate fuerat egreſſa) ſub graviſſimis pœnis, & cenſuris, & conſuluit, quòd non obtemperando, excommunicationem nullatenus incurrit, quia clauſula, *Si preces veritate nitantur*, etiam tacitè ſubintellecta juxta *capitul. de reſcriptis ;* ſuſpendit effectum excommunicationis.

Quod ampliatur, etiamſi Papa vel Princeps reſcriberet * cum clauſula (*non obſtante ſcandalo*) quoniam adhuc executio ſuſpendenda erit, Felin. *in c. ſi quando, de reſcriptis, in verſ. Superſedere, n.* 2. *&* 3. Graffis *in deciſionibus aureis caſuum conſcientiæ, part.* 2. *lib.* 3. *c.* 25. *num.* 8. Anguianus *de leg. lib.* 1. *controverſ.* 5. *n.* 68. Abbas *in c. quæſitum de rerum permut. & in cap. cum teneamur, de præbendis*, Azevedus *in l.* 14. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilation. ſub n.* 29. optimè Covarru. *in prælection. c. peccatum* 1. *part. num.* 7. *poſt. medium*, Farin. *praxim. crim.* 3. *part. tit. de pœnis temperan. q.* 97. *caſu* 2. *num.* 36. & per Navarr. *in c. Sacerdos ; num.* 130. *& num.* 131. & Abb. *in dict. c. cum teneamur, de præbend.* tenet Cochier. *de juriſdiction. ordin. in exemptos, tomo* 2. *in Scholiis ad Conſtitution. Concilii, Lateranen. part.* 1. *paragrapho* 3. *num.* 44. *fol.* 33. Ubi dicunt, etiam Papam non poſſe ſuper

ſcandalo diſpenſare, nec tunc illi obediendum.

20 Et ratio eſt, quia ſuperior * non poteſt ita hoc præcipere, cùm ſit contra charitatem, quæ finis eſt præcepti divini, 1. *ad Timotheum c.* 1. & præ-
21 cipuè cavere debent Prælati * ſubditorum ſcandalum, *c. cavendum* 10. *quæſt.* 3. Unde ſuperior poteſtatem non habet præcipiendi aliquid exequi exiſtente ſcandalo, cum concurrat cum præcepto di-
22 vino, * cui nihil detrahi poteſt, ſicut ſentit Bald. *in l. reſcripta, C. de precibus Imperator. offeren. col.* 2. & Decius *in c. ſi quando, de reſcriptis, col.* 2. Archidiacon. *in c. ſi peccaverit, col.* 3. 2. *quæſt.* 1. quem ſequitur Palatius Rubeus *in repetit. c. per veſtras, fol.* 66. *in magnis, col.* 3. *concluſ.* 1. §. 18. *n.* 16. optimè Covar. & Azeved. ubi proximè citati, Anguian. *dict. controverſ.* 5. *nu.* 5. dicens, quòd Princeps poteſtatem non habeat præcipiendi aliquid, ex quo ſcandalum, aut aliud grave malum
23 ſit ſequendum, quia poteſtas, quam dedit * illis Deus non fuit in deſtructionem, ſed ædificationem, teſte D. Paulo 2. *ad Corint.* 10. *& ultim.* & facit *c.* 14. *diſt.* ibi: *Peccandi licentiam ſuſcipere*, ex qua impotentia in ſuperiore infert conſequentiam ad inferiorem ſubditum, ut eodem modo nequeat obedire, ſed reſiſtere, quia poteſtas Principis juſtitia
24 coarctatur, & ultra non poteſt, * quàm honeſtè poſſit, & quando facta Principis lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam, & generaliter contra bonos mores, facere non poſſe, credendum eſt; magnam Doctorum catervam, multaſque ſpeciales doctrinas videndas per Giurbam *conſ.* 1. *à num.* 17. *cum ſeq.* quibus quidem mirabiliter exornabis verba textus *in d. c. ſi quando, de reſcriptis*, ibi: *cùm non poſſis juſtè*, &c.

Felinus *in c. nihil, de præſcriptionibus*, refert
25 trigenta & tres caſus, * quibus ob ſcandalum receditur à juris communis diſpoſitione.

Ex quibus infertur ad noſtrum propoſitum, quòd
26 cùm maximum * timeatur ſcandalum in his Regnis Hiſpaniarum inter Regnicolas, & originarios, ſi ipſis expulſis alienigenæ admitterentur ad beneficia Eccleſiaſtica in derogationem juris, & privilegiorum hujus Regni, ut expreſsè conſiderat Rex noſter, *in l.* 25. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat.* ad medium, ibi: *Porque qualquiera coſa que ſe proveyeſſe por ſu Santidad, y ſus Miniſtros, en derogacion de las coſas ſuſodichas, ò qualquiera dellas, traeria muy grandes y notables inconvenientes, y dello podian nacer eſcandalos, y coſas que fueſſen en decervicio de Dios nueſtro Sennor, y nueſtros danno, y deſto Reinos, y naturales dellos*, &c. Et *in l.* 14. *eodem tit. & lib.* idem dicitur ibi: *eſt à muy cierto y conocido, que quando las dignidades, y beneficios de nueſtros Reinos ſe dan à los eſtrangeros, reſultan dello muchos inconvenientes que ſe ſiguen*, &c. Et ibidem inferiùs poſt medium, ibi: *Y como quiera que ante de agora veiamos, y ſentiamos eſta injuria,*
27 *y dannos*, * *que nos, y nueſtros naturales recibian, ſpecialmente del anno de ſeſenta y quatro a eſta parte, que ſe commençaron los movimientos, y turbations en nueſtros Reynos*, &c. refert copiosè Doctor Illeſcas *in ſua hiſtoria Pontificali, capitulo*
28 *de la guerra final del Rey de Francia*, * *para cobrar el Ducado de Milan*, §. 10. *fol.* 225. ubi refert has commotiones hac de cauſa eveniſſe, quòd contrà jus Regni providerentur exteris officia, & beneficia, *& lib.* 6. *ejuſdem hiſtoriæ, c.* 27. §. 17. *de Paulo III. Pontifice* 228. *fol.* 338. refert, tunc fuiſſe per ipſum *Paulum III.* conceſſum, quod beneficia, penſiones, & Eccleſiaſtica exteris non dentur, hoc idem refert Azeved. *in d. l.* 14. *num.*
31 Salzedus *in practica crimin. Canon. c.* 54. *n.* 18.

29 Quibus quidem turbatur Reſpublica, & inter omnes oritur ſcandalum, * juxta illud *Sanct. Hilarii in Commentar. in Matthæum*; *c.* 25. dum ait: *Atque his quidem vexationibus multi turbabuntur, & in tantis inſurgentibus malis ſcandalizabuntur, & uſque in mutuum odium excitabuntur*, &c.

Nihil enim eſt, quod pacem & tranquillitatem Reipublicæ, & ſubditorum magis turbet, quam ſcandala, quæ ideò evigilans Principis munus omnibus modis, & remediis adhibitis abſcindere, & delere conatur, ut & ipſe etiam pace & tranquillitate fruatur; hanc ſtatus rationem Nos docet Pontifex *in c.* 1. *de offic. legati, lib.* 6. in hæc verba: *Officii noſtri debitum remediis invigilat ſubditorum, quia dùm eorum excutimus onera, dum ſcandala removemus, Nos in eorum quiete quieſcimus, & fovemur in pace;* ex quo text. etiam, & illud colligitur, quòd pax, & tranquillitas Prinpis, in pace & tranquillitate ſubditorum conſiſtit, & quod una ab alia reciprocè dependet. Videnda alia jura allegata ſuprà *c.* 3. *à num.* 45. *& ſeqq.* quò tendit illud Davidis Prophetæ Pſalm. 44. *Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt Regna.*

Hinc provenit celebris doctrina Innocent. *in c. niſi cum pridem, de renuntiat.* ubi dicit, quòd propter ſcandalum * imminens, non ſolùm gra- 30
tia non eſt exequenda, verùm etiam poteſt quis compelli cedere beneficio ſuo jam obtento, in quo jus habet radicatum, pro quo facit *c. cum decorem, de Clerico conjug.* in fin. quod commendat Barbatia *in tractatu de præſtant. Cardinal. nu.* 37. & declarat Rochus de Curte *de jure patronat. verb. Honorificum, num.* 3. *column.* 3. Plures alios allegat Mexia *de taxat. panis in apparatu* 11. *fundament. part.* 22. *num.* 23. *cum ſequentibus, & num.* 47. videndus etiam noviſſimè Vivianus *de jure patronat. l.* 7. *c.* 8. *num.* 14. *& à num.* 9. Azeved. *in l.* 14. *tit.* 3. *lib. Recopilat. num.* 29. *in principio*, & poſt Abbatem, Felin. & Decium, idem probat Covar. *in regula peccatum*, 1. *part. num.* 7. *ad medium*, ubi, quòd propter ſcandalum debet quis renuntiare electioni * de ſe factæ (apud quem, 31
num. 4. latè videbis, quando ſcandalum eſt paſſivum, aut dativum, ſeu activum prout eſt in ſupradictis caſibus) Azeved. *in dict. l.* 14. *num.* 51.

Et etiam Epiſcopatum propter ſcandalum poteſt quis * compelli ad dimittendum, & renun- 32
tiandum. Federic. de Senis *in tractat. de permutat. benefic. num.* 4. Hoſtienſ. *in c. niſi cum pridem. num.* 62. *de renuntiat.* Cardinal. Jacoba, *de Conſil. lib.* 9. *art.* 3. *num.* 24. *& num.* 37. Mant. *in Dialogo de Conſil. num.* 55. & eſt communis opinio in praxi quoque recepta, ut affirmat Pariſius, *de reſignat. beneficiorum, l.* 3. *q.* 18. *n.* 22. namque * ratione ſcandali quis 33
privatur, Gambar. *in extravagant. Julii II. de ſimoniaca Papæ electione, n.* 156. Stephanus Aufrerius *in Clem. ut Clericorum, num.* 12. *de offic. Ordinar.*

Et ratione ſcandali quis transfertur de una Eccleſia * ad aliam, Archidiacon. *in c. ſuggeſtum* 7. 34
quæſt. 1. Abbas *in c. de election.* Rodoanus *de rebus Eccleſiæ non alienand. rub.* 18. *n.* 54. Pariſ. ubi proximè *n.* 24. communem dicens.

Tanta enim eſt vis ſcandali, * ut multa fiant ra- 35
tione ſcandali, quæ aliàs non permitterentur, Philippus Probus *de jure Regalium, q.* 23. *n.* 3. Cepolla *de ſimulat. contract. n.* 247. Cardinal. Pariſius *conſil.* 68. *n.* 132. *vol.* 4. Flamin. Paris. *dict. lib.* 3. *q.* 18. *n.*
27. qui

27. qui poſt alios *num.* 26. *& ſeqq.* idem affirmat in Papatu.

Borellus *in tractatu de præſtantia Regis Cathol.*
36 *c.* 52. *num.* 3. 4. *&* 5. Loquendo de * prærogativa Regis Hiſpaniarum in retinendo Bullas Apoſtolicas in derogationem ſui Juris Regii patronatus vel laicorum, vel Juris ſtrangerii, licitè fieri ob evitandum ſcandalum hinc ſuboriundum, ex hac etiam ratione ſcandali obviandi eſſe legitimam, & jure permiſſam, hanc, de qua agimus, Bullarum Apoſtolicarum retentionem, latiſſimè probat Palatius Rubeus *de beneficiis vacantibus in Curia*, §. 7. *&* §. 11. *per totum*; imò etiam per totum tractatum, & Mexia abundè *in lege Toleti de taxa panis, fundamento* 11. *part.* 12. *à num.* 33. *uſque ad* 47. Salzed. *in pract. criminal. Canonic. c.* 54. *num.* 20. Covar. *pract. c.* 36. *in principio.* Ex qua ratione & fundamento fere Doctores omnes, qui de hac Bullarum retentionis uſu, & praxi tractant, quos in unum congeſſimus ſuprà *cap.* 1. à Plincipio, illam juſtam, & licitam profitentur.

37 Et loquendo in retentione * litterarum Apoſtolicarum contra diſpoſitionem *Concilii Tridentini* obtentarum ob evitandum ſcandalum inde ſperandum licitè facienda probat Henriquez *lib.* 2. *de Pontificis clave*, *c.* 23 §. 3. videndus, cùm ſit in detrimentum, & præjudicium boni communis, & publicæ utilitatis, ut videri licet.

Hinc eſt, quod ad evitandum ſcandala, quæ
38 futura eſſe timentur, * ex quibus damnum oritur, licita eſt lex Regni, vel ſtatutum diſponens, ne alienigeni obtineant beneficia Eccleſiaſtica in Regno, vel Provincia, Angelus *conſil.* 23. Capitius *deciſ* 132. *numer.* 6. *&* 7. Azevedus *in l.* 14. *tit.* 25. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopiliation. ſub num.* 46. optimè Anton. Theſau. *deciſ.* 131. *num.* 3. *&* 7. Petrus Ant. Petra *in tract. de poteſtate Princip. cap.* 6. *num.* 9. Codex Fabian. *lib.* 3. *tit.* 1. *de judiciis*, *definition.* 39. Quintilian. Mandoſ. *in tractatu de monitor. quæſt.* 13. *num* 3. Hieronym. Portoles, & ab eo citati *in addition. ad Molin.* §. *alienigena*: *numer.* 1. *cum ſeqq.* Cancer. *variarum reſolut. l.* 3. *cap.* 14. *de manutent. à num.* 61. *cum ſeq.* Ubi mirabiliter de hac ratione ſcandali, & alii
31 per Nos citati ſuprà *cap.* 2. *hac* 1. *part. verſic.* Angelus *in conſ. à num.* 12. quibus adde Pariſium *de reſignation. lib.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 3. Ojeda *de beneficio incompatibil.* 1. *par. cap. fin. num.* 116. Azorius *in inſtitut. moralib. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *quæſt.* 25. *verſic. Deinde cum alienigenæ*, ex quo
32 ita infert, ibi: *Hinc eſt quod ſtatutis & legibus Principum, & regum exteri, & alienigenæ penitus excludantur à beneficiis in Regno, Provincia, vel Urbe inſtitutis, quæ leges jure Canonico permittuntur, nec improbantur*, &c.

Confert etiam, quoniam propter ſcandalum
39 vitandum, *& quietem Reipublicæ poteſt etiam Clericus expelli à Regno & civitate per Regem œconomica poteſtate, ut in exemplis adductis ex aliis Doctoribus per Jacobum de Graſſis *in tract. de effectibus Cleric. effectu* 1. *num.* 10. *&* 11. & ex iis quos latiùs citavimus ſuprà *cap.* 3. *hac* 1. *in* §. *unico à num.* 67. *uſque ad fin. atque infra* 1. *part. cap.* 1. *à num.* 32. *&* *ſeqq.* ubi plurimi
34 citantur.

40 Hinc eſt etiam quòd cùm * publicaretur *Pii V. Breve*, ut Epiſcopus ſucceſſor in dignitate potuiſſet ad ſuæ conſcientiæ ſecuritatem rerum examinare Religioſos, ex licentia prædeceſſoris ſui adminiſtrantes pœnitentiæ Sacramentum; orta eſt maxima
35 diſſenſio inter omnes, quare ob bonum publicum, & evitanda ſcandala in damnum Reipublicæ Eccleſiaſticæ & temporalis, *Philippus II.* [illegible] *Rex* ſupplicavit ab eodem Brevi, & inſtanter petiit humiliter à Sede Apoſtolica ejus revocationem ob hoc ſcandalum futurum, quod quidem propterea illud reformavit *Gregorius XIII. anno* 1572. quæ reformatio ſtat in *Bullario tom.* 1. *pag.* 1208. *& ſeq.* Et ex hac novitate, quam * magna ſcandala 41 timeri debeant, & oriri ſoleant inter Religioſos, & Clerum, in terminis videnda ſunt & legenda, *in Clementin. dudum de ſepulturis*, per totam, maximè *in verſ. Ab olim.*

Et referendo has eaſdem Bullas ſcilicet *Pii V. & Gregorii XIII.* latè & optimè hunc articulum examinat noviſſimè Joan. Maria Novarius *in pract. concluſion. novi juris Pontific. tit. de confeſſion. Sacramen. abſque loci ordinar. approbat. non audiend. concluſion.* 2. alias reſpectu operis, *concluſion.* 69. *per totam*, *& n.* 4. adducit ſequentem declarationem Cardinal. quæ cùm * conducat rectè rei, de 42 qua agimus illam non omittam in hæc.

Cùm Sacræ Congregationis Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum innotuerit, Confeſſionarios Regulares graviter conqueri, quod ab Archiepiſcopis, Epiſcopis locorumque Ordinariis ab audiendis Confeſſionibus quavis de cauſa diſcriminat, ſuſpendantur: & propterea ſæpè contingere, ut ab eiſdem Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis omnibus ſimul unius Conventus Confeſſariis Confeſſiones audiendi facultas adimatur, illuſtriſſimi ejuſdem Sacræ Congregationis Patres rati vix fieri poſſe, ut hæc ſine ſcandalo, magnaque animarum pernicie contingant, re mature perpenſa ad omnem ſcandali materiam ſubmovendam, & quo magis ſpirituali piarum mentium conſolationi conſulatur; Statuunt, ac decernunt Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque Ordinariis locorum, ad quos Confeſſarios approbandi jus ſpectat, Confeſſarios Regulares, aliàs ab ipſis liberè approbatos ab audiendis confeſſionibus poſthac ſuſpendere minimè licere, niſi ex nova cauſa, eaque ad confeſſiones ipſas pertinente, aut ob non ſervatum interdictum ab ipſis Ordinariis poſitum, ſtatuunt inſuper eoſdem Archiepiſcopos, & locorum ordinarios confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul unius Conventus Regularibus Confeſſariis, eadem Sacra Congregatione inconſulta nullo pacto adimere poſſe, quod quidem Decretum, ut illi Illuſtriſſim. Patres opportunum, & neceſſarium duxerunt, ita inviolabiliter jubent obſervari Romæ 20. *Novembris* 1615. *A. Mar. Epiſcop. Hoſtienſ. Cardinalis Gallus V. Theatin. Secret.*

Quæ declaratio omnimodam in hoc caſu tollit diffinitatem, ne ſcandala * oriantur Et circa hanc 43 controverſiam, videndi inſuper ſunt Riccius *in prax. tom.* 4. *reſolution.* 70. *numer.* 5. Zanard. *in director. Theolog.* 1. *part. de pœnitent. Sacrament.* 24. §. 4. Fagund. *præcept.* 2. *lib.* 7. *c. numer.* 20. Miranda *in Manual. Prælat. tom.* 1. *q.* 45. *art.* 7. Joann. Hieronym. Campanil. *diverſor. Juris Conon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 70. Villalobos *in ſumm. tom.* 2. *tract.* 9. *diffin.* 53. *num.* 5. Dian. *in reſolution. moral. tractat.* 2. *de dubiis regular. reſolut.* 27. *&* 28.

Et cùm Doctor Villegas (vir non ſatis laudandus) hujus * Archiepiſcopatus Toletani Guberna- 44 tor Generalis pro Sereniſſimo infante Cardinali, voluiſſet ſuſpendere licentias Religioſorum ad confitendum obtentas, & prædicandum ſine ſua, Rex Catholicus noſter Philippus Quartus, tanquam Protector ſtatus Eccleſiaſtici (prout latiſſimè probavimus *cap.* 1. *hac* 1. *part. per totum*) authoritatem Regiam interpoſuit, ad evitanda ſcandala

maxima, & commotiones inde motas in Ecclesia Dei, ac ita decrevit *Novitas ne fieret.*

His etiam temporibus nostris Episcopus Corduben-
sis ad id ipsum obtinuit Breve à Sede Apostoli-
45 ca, & ex eadem ratione scandali vitandi, * & ob quietem Reipublica Ecclesiasticæ, & temporalis ac spiritualis, idem ordinatum & Decretum fuit à Regio supremo Senatu ad quod conducunt omnes doctrinæ hactenus relatæ à principio hujus Capituli; & facit insuper, quam adducit Palatius Rubeus *in tractatu de beneficiis vacantibus in Curia*, §. 11. *col.* 3. *ad fin. & colum.* 4. ex doctrina Innocentii *in c. Inquisitioni, de sentent. excommunication. in fine*, dicentis: Quòd si ex præ-
46 cepto * injusto Papæ vehementer præsumitur statum Ecclesiæ turbari, vel scandala ventura esse, non esse parendum, imò foret peccatum, obtemperare; & videndus est Cened. *in collect.* 1. *part. collect.* 5. *numero* 3. ubi plurimas allegat hujus Decreti comprobationes. Ad quæ videnda sunt, quæ longa serie diximus hac 1. *part. c.* 1. *per totum*, quæ omninò probant, quæ hic dicuntur.

47 Supra dicta omnia roborantur * ex eo, quòd ubi timetur scandalum exoriri, & seditiones, procedere potest Rex pro illis sedandis, etiam inter Ecclesiasticas personas, & Religiosos, & co-ponere non jurisdictione, sed œconomica potestate, & authoritate, ne pax publica turbetur, & bonum publicum detrimentum patiatur, probant Archidiacon. *in cap.* 1. *de restitutione spoliatorum*, Augustin. Beroi. *consil.* 56. *num.* 13. *volumin.* 4. Guido Papæ *decision.* 1. *& ibi*, Ranch. *in addition. & decis.* 552. *& consil.* 78. Anton. Thesaur. *decis.* 82. *decisione* 131. *n.* 10. *& utrobique addition.* Gutierrez *practicarum quæst. cap.* 34. *numero* 18. *& 22. lib.* 2. Rodriguez *de annuis redditibus, lib.* 2. *quæst.* 22. *n.* 60 & Codex Fabian. *lib.* 3. *tit.* 1. *de judiciis, definition.* 33. & quòd Princeps licitè possit authoritate suam Regiam interponere, ubi timetur scandalum inter Religiosos & Ecclesiasticas personas non per viam judicii, sed extraordinariæ cognitionis, notant insuper Zephalus *cons.* 19. Albanus *consil.* 75. *n.* 5. Bosius *in tractatu causar. crim. titulo de Principe, nu.* 211. Olivanus *usitat. alium namque cap.* 14. *n.* 144. Petra *de potestate Princip. c.* 6. *nu.* 85. Cavedus *de patronatu Regio, c.* 36 *n.* 3. Thesaur. *dict. decis.* 131. *n.* 8. & ex aliis Cancer. *variarum resol. lib.* 3. *c.* 14. *de manut. à n.* 7. *cum seqq.*

Borellus *de præstantia Regis Catholici, capitul.* 7. *à n.* 58 dum loquutus fuerat de Rege Catholico, & ejus Tribunalibus cognoscentibus de violentiis factis inter personas Ecclesiasticas, *n.* 59. ita ait: *Et hoc ambiguum esset, * si faceret per viam cogni-*
48 *tionis ordinariæ, & propriæ jurisdictionis, sed potiùs per modum defensionis cujusdam extrajudicialis, ne inter personas Ecclesiasticas in Regno scandala, & rixæ oriantur, & perturbetur status Regni tranquillus præsertim subditorum laicorum, maximè quia in hoc Regno Neapolitano, quod vicinissimum est Summo Pontifici, & Urbi Romanæ, qui statim adiri possit, cujus contrarium militat in Hispania, ut propter longinquitatem, & Romanæ Curiæ distantiam, Rex, suique magistratus modestè Clericales * contumelias*
49 *inter ipsos vertentes compescant, etiam advertit Villalobos, &c.*

Quibus consonat bonus textus *in c. qui à Sancta Romana Ecclesia, * cui auctore Deo præsidemus à*
50 *pluribus patitur violentias, &c. Ab Imperatore directâ interfunt Nuntii, qui scandala fieri vetent, &c. Ne vel Ecclesia scandalizetur, & Imperialis honorificentia minuatur*, & *c.* 28. *in ordine*, 63. *distinctione.*

Et quòd ad scandalum vitandum possit Princeps Regiam manum interponere ex *l. æquissimum* 17. *de usufructu*, ubi notant omnes communiter scribentes, *& in l.* 1. *Cod. de prohibita sequestrat. pec.* Petrus Gregorius 3. *part. syntagmat. lib.* 23. *c.* 3. *num.* 23. Franciscus de Ponte *cons.* 21. *numer.* 1. *vol.* 1. Mandelus de Alba *consil.* 78. *lib.* 1. *num.* 2. ibi: *Cum & passim jura dicant, debere Principem, & Judicem * habere ante oculos viam* 51
tutiorem, præsertim ne scandala committantur, &c.

Et de pace omninò curanda ob sedandos tumultus, rixas & concitationes ex quibus quies turbatur Reipublicæ, non fine magno omnium scandalo: multa in jure specialia introducta sunt, quæ aliter non permittentur, ex textu *in leg. cum pater* 77. §. *dulcissimis* 20. *de legatis* 1. *l. qui decem* 16. *in fin. ad leg. Cornel. de Sicariis, l. æquissimum* 14. *ff. de usufruct. l. cum oportet* §. *non autem hypotheca, versiculo Sin autem res, Cod. de bonis quæ l. cum teneamur, de præbendis, cap.* 2. *ubi bona glossa, desponsa. impuber.* Hostiens. *titulo de foro competent. vers.* 52
Ex præmissis, col. 4. * Aufterius *de potestat. Eccles. super laicos, numero* 16. tradit plura Mierez *de major.* 4. *part. quæst.* 22. *à n.* 8. *& 20. cum sequentibus*, Cenedus *in collectan.* 70. *ad decretales, num.* 1. Lancelotus Conradus *de templo Judicum, part.* 6. *de pace, conclus.* 102. *nu.* 2. *fol.* 53. *& libro* 1. *de Imperatore*, §. 4. *assertion.* 16. *fol.* 81. *nu.* 1. latè Petrus Gregorius *in tractatu de Republica, lib.* 11. *c.* 13. *& c.* 14. Gregor. Lopez *in l.* 58. *glossa. & Esios, tit.* 6. *part.* 1. Quesada *in suis diversis quæst. c.* 29. *num.* 1. *in fin.* apud quos multa vicere poteris, & facit *c. final. de transactionibus.* Necnon alia plura jura * 53
& Doctrinas videre poteris per Guillel. Benedictum *in c. Rainuntius, verbo, Et uxorem nomine, decis.* 2. *à nu.* 114. *& in verbo. Mortuo itaque testatore.* 1. *à num.* 227. *cum multis seqq.* ubi abundè congerit multos casus, quibus à jure recedituv ad pacem habendam, seditiones, & scandala vitanda, cum in pace vertatur utilitas publica, latissimè etiam per Martam *de jurisdiction.* 1. *p. c.* 41. *per totum*, & post plurimos Doctores, Tiberius Decianus *in practicarum crimin. tomo* 1. *c.* 10. *num.* 3. & copiosè per Franciscum de Borullinis *in tractat. de duobus fratribus, num.* 20. *tomo* 6. 1. *part. diversorum*, plura congerit Pater Thomas Sanchez *de matrimonio, l.* 8. *disp.* 19. *à n.* 8. *cum sequentibus*, Mastrill. *de Magistratibus, l.* 3. *c.* 4. *à n.* 98. *& à n.* 275. *cum seqq.*

Ex observantia quippe legum, & privilegiorum Regni * pax conservatur, aliter atque cunctis erit 54
scandalum, juxta illud Propheræ: *Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum, &c.*

Insuper notandum erit pro complemento, quòd non omnia, quæ * possunt fieri, facienda sunt, sed 55
evitanda, quando habent inconvenions, *l. Julius* 15. *ff. de condition. instit. l. in causis* 16. §. *idem Pomponius, ff. de minoribus, l.* 1, *in princip. ff. de aqua quotidiana & æstiva. l. non omne ff. de regul. juris*, Pinellus *in l.* 2. *C. de rescind. venditione, part.* 1. *c.* 1. *nu.* 35. latissimè plura congerens Petrus Gregorius *de Republica, lib.* 9. *cap.* 1. per totum, & dixit Mecænas Augusto Cæsari apud Dionem, *lib.* 5. *Id tibi Consilium do, ne quando abutaris potentia tua deque eam parte esse diminutionem potentiæ tuæ, si non omnia facere possis, quæ possis, sed quanto magis omnia, quæ facere*

potueris

poteris perficere, tantò magis cura, ut optima tibi quæque proponas, Gregorius Acaius *lib. 3. de privilegiis, c. 5. num.* 46. Ut & rectè Claudianus ad Theodosium *in Panegyr. in 4. Consula. Honor.* ait :

Nec tibi quod liceat, sed quod feciſſe licebit.
Occurrat, mentemque domet reſpectus honeſti.

Et inde Seneca *Troas, actu 2.*

Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.

Quò tendit illud Theodorici Gothici Regis, relati per Caſſiodorum *l. 4. Epiſtolarum, c. 9. Noſtræ providentiæ eſt, ut non ſolum juſta fiant, ſed fieri videant omnes, ſciantque, & ab omnibus probata æmulatrix poſteritas ſuſcipiat*, &c.

56 Quod quidem latiùs examinandum * hac 1. *part. c. 8. à num.* 12. *& ſeq. verſic. Et ad hanc noſtram veriſſimam*, &c. ubi tractatur, quod Bullarum retentio hæc locum habet, etiam quando ipſæ de jure validæ ſunt, & non ſubreptitiæ, attamen ob ſcandalum, aliquodve aliud notabile damnum, & inconveniens, inde ortum, vel futurum, probabiliter timetur (ut in hoc *c. & ſeq.*) ſuſpendi debet earumdem executio.

Pro quo & pro Coronide hujus capituli unum
57 utile erit notandum * quod & cæteris etiam cauſis, quas legitimas dicimus in hoc tractatu ad hujuſmodi retentionem conveniat; nam poſtquam Senatus Regius (juxta quæ latiùs dicimus in *c. ſequent. vers. Quare ab harum cauſarum. & c. à n.* 63.) exactam (ut aſſolet) examinationem alicujus cauſæ ad retentionem faciendam propoſita, juſtam eſſe arbitratur, talem congruit decetque, ubilibet apparere & judicari, quoniam Principi aſſerenti de
58 timore ſcandali, * vel alicujus damni omnino ſtandum eſt; optimè Jacobus Mandellus, *conſil. 75. num.* 6. latè Alexander *conſil. 216. nec arguendi ſumus, col. 9. volum. 2. & in conſil. 21. conſideratis, in principio, vol. 2. & in l. 1. col. 18. vers. Sed juxta hoc quæritur, de officio ejus* Decius *conſ. 125. in cauſa ſpoliationis, numer.* 4. Rolandus à Valle *conſ. num.* 68. *vol.* 2. Curtius Senior. *conſil.* 20. *n.* 10. & Cephalus *conſil.* 173. *num.* 26. Jaſſon. *conſil.* 227. *in novo fundamento, vol.* 2. Tiraquellus *de utroque retractu, part.* 1. §. 1. *gloſſa* 14. *num.* 49. optimè Jacobus Maſcardus *in tract. de probation. concluſ.* 1233. *à num.* 20. *ubi num.* 21. & 22. reddit rationem. Et quod de timore ſcandali ſit ſuperiori credendum, probat cum Stat. *conſ.* 10. *c.* 10. *p.* 1. Cochier. *in tract. de Juriſdiction. in exemptos, tomo 2. in Scholiis ad Conſt. Concil. Lateran. p.* 1. §. 3. *n.* 35. *fol.* 32.

59 Cui doctrinæ optimè conducunt ea quæ latiùs * dicimus hac 1. *part. c.* 3. §. *unico, verſic. Sed licet hæc ita ſe habeant, & c. à numer.* 45. *& ſeq.* Quod Pontifex Maximus in his cauſis retentionis multum defert informationi ſibi factæ per Senatum Regium ſupremum ſuper inconvenientiis, & damnis oriundis ex executione litterarum aliquot Apoſtolicarum, cum ipſe Senatus eas accuratè examinaverit. Ex eiſdemque movetur ad earum litterarum retentionem, interim quod per ſupplicationem emiſſam, vel emittendam ad Sanctiſſimum, ipſe inſtructus, & certiùs informatus de veritate precum, periculoque & ſcandalo minantibus de ſalubri Reipublicæ provideat remedio.

CAPUT V.

Præjudicium Regis, vel Regni, atque ideò damnum publicæ utilitatis an ſit litterarum Apoſtolicarum retentionis legitima cauſa.

SUMMARIUM.

1 *Regni, & Regis damnum ad invicem compatiuntur, cum unum faciant indiviſibile corpus.*
2 *Rex eſt cor, & anima Reipublicæ.*
3 *& ſeq. Rex eſt caput, & anima Reipublicæ, & ipſa ejus corpus.*
Cuſtodiri Regem à malis nihil prodeſt, ſi & Regnum non cuſtodiatur, ibid.
4 *Mundus homo grandis dicitur, & homo ſymbolum eſt Reipublicæ.*
Inter hominem, & Rempublicam magna, & propria ſimilitudo reperitur, quoad ſingula utriuſque membra, ibid.
5 *Membra non debent à capite diſcedere.*
6 *Regnum uti corpus infirmitatibus, & accidentibus eſt ſubjectum.*
7 *Regna ſicut corpora humana florent, & interitum patiuntur.*
8 & 9 *Bellum nullum ſuſcipiendum, niſi pro fide, aut ſalute Reipublicæ.*
10 *Salus corporis in bene compoſito more, ac ejus adminiſtratione decora conſiſtit.*
11 *Utilitatem publicam non convenit diutina ludificatione differri.*
12 *Reipublicæ ſalus nulli magis convenit, & intereſt, quàm Principi.*
13 *Ex bono regimine Reipublicæ ſimultaneum oritur utile Regi, & Regno.*
14 *Regnantis eſt gloria ſubditorum otioſa tranquillitas.*
15 *Princeps magis commodum commune, quàm ſuum cuſtodire debet, quia divitiæ vaſſallorum quaſi ſuæ ſunt.*
16 *Princeps ita ſuos vaſſallos tueri debet, ne debiles inveniat quando illis eget.*
17 *Utilitas Regni eſt commodum Regis.*
18 *Quanto quis melioribus præeſt, tanto major ipſe & honorabilior eſt.*
19 *Regem divitiis & auro abundare nihil prodeſt, ſi populus ſit tributis laceſſitus, & oppreſſionibus infirmus.*
Exemplo ſtatuæ Nabuchodonoſoris contrita comprobatur, ibid.
20 *& ſeq. Utilitas publica ita tuenda, ut commodi proprii obliviſcatur Rex.*
21 *Salus populi ſuprema lex eſto.*
22 *Pro conſervanda utilitate publica cum potentioribus eſt dimicandum.*
23 *Vigilantia Principis omnium domos defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius occupatio.*
24 *Salutem Reipublicæ turbant violentiæ, & ſcandala.*
25 *Ne pax publica turbetur, & bonum publicum detrimentum patiatur, valet Rex inter Eccleſiaſticos authoritatem ſuam œconomicam interponere.*
Majeſtas Imperii publicæ ſalutis tutela eſt, ibid.
26 *& ſeqq. Ad Reipublicæ conſervationem debet Princeps obviare iis, quæ ſuis Regaliis, & ſuorum privilegiis, & conſuetudinibus obſunt.*

27 *Si negligenter, quæ uſurpantur omittimus, exceſſus viam aliis aperimus.*

28 *Regi nihil magis noxium, quam ſemel amittere ſuam majoriam.*

29 *Majus eſt dedecus parata omittere, quàm omnino non paraviſſe.*

30 *Debilis in obviando cognitus ferociori animo invaditur.*

31 *Publica neceſſitas ubi poſſit, permittitur Pontifici in ditionem Regis, & è converſo ſuam imperium exercere.*

32 *Propter publicam utilitatem multa admittuntur contra rationem diſputandi, quæ aliàs de jure non permittuntur.*

33 *Publicæ utilitatis cauſa poteſt Princeps auferre dominium.*

34 *& ſeq. Damnum publicæ utilitatis, nempe Regni, aut Regis juſta cauſa eſt ad Bullarum retentionem.*

35 *& ſeq. Plura jura ad idem ponderantur, civilia, & Regia permittentia ſuſpendi executionem litterarum in damnum publicæ utilitatis Regis, & Regni.*

40 & 41. *Retentionem Bullarum in Senatu ob damnum Reipublicæ faciendam ex l. Regiis Recopil.*

42 *Damnum, ſeu utilitas Regni, aut Regis ad invicem convertuntur, quia non dabimus damnum Regni, quin vergat in damnum Regis.*

Ponderatur, & interpretatur in propoſito Authent. ut nulli judic. §. hoc verò, *ibid.*

43 *Genus præcedens non reſtringitur per ſpeciei appoſitionem, cum fiat loco exempli.*

44 *Quoties plura habent eandem rationem, licet de uno tantum fiat mentio, cenſetur fieri exemplariter.*

45 *& ſequentibus, uſque ad n.* 55. *Damnum Reipublicæ Eccleſiaſticæ ſpiritualis aut temporalis legitimàm eſſe cauſam retentionis litterarum Apoſtolicarum in Senatu, omnes ferè firmant Doctores de hac retentione tractantes, relati, quorum obſervationes ad litteram recenſentur.*

56 *Papæ præceptum, ex quo præſumitur publicum Eccleſiæ ſtatum turbari, non eſt exequendum. Exemplum redditur de Cardinali expulſo è Regno Franciæ turbante publicum Regni ſtatum, ibid. Simile exemplum habetur in Hiſpania è qua Philippus Secundus expulſit Nuntium Apoſtolicum reſiſtentem decreto violentiæ Senatus. ibid.*

57 *Reſcriptum conceſſum privato non derogat conceſſo ad publicam utilitatem.*

58 *Privilegium, quod tranſit in contractum, aut ob aliam cauſam oneroſam obtentum poteſt revocari ex cauſa publicæ utilitatis.*

59 *Privilegium ob remunerationem ſervitiorum ex pretio, vel alia oneroſa cauſa modificari, aut revocari poteſt, ſi ſit noxium Regi, aut Regno.*

60 *Ob publicam utilitatem poteſt Rex concedere legem, ne alienigenæ obtineant beneficia in Regno.*

61 *Ob damnum publicum litterarum Apoſtolicarum in executione eſt ſuperſedendum.*

62 *Supplicari poteſt à lege, quæ non convenit utilitati publicæ.*

63 *Senatui ſuo Rex commiſit cauſarum ob quas petitur retentio, examen, qui in dies evigilat in ſalute Reipublicæ.*

64 *Senatores ſcientia, & experientia experti melius agnoſcunt, quod utilitati publicæ ſit convenientius, aut noxium.*

65 *Senatores cognoſcunt mores Regni, conſuetudines, & privilegia.*

66 *Senatores ſciunt præterita, & de futuris æſtimant eruditè.*

67 *Senatores Regii ut prudentes ex præſentibus accidentibus, quæ mala ventura erunt agnoſcunt, quæ damna præcavenda.*

68 *Prudentiæ eſt cavere, quæ non putantur emergere.*

69 *Providentia eſt notio futurorum, & adventium calamitatum munimen.*

70 *Multa de Senatorum laude, & munere in Reipublicæ ſalute, remiſſivè.*

71 *Regnorum finis, quo creata ſunt, is eſt, ut Vaſſalli in pace conſerventur.*

72 *Recuſus retentionis quatenus tendit in utilitatem Reipublicæ omnino favorabilis eſt cenſendus.*

REgni, & Regis damnum ad invicem * compatiuntur, cùm, ut Seneca ait, *in libro de Clementia*, Rex & Regnum unum & idem faciant indiviſibile corpus in hæc: *Ille eſt enim vinculum, per quod Reſpublica cohæret; ille ſpiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt, nihil ipſa per ſe futura, niſi onus & præda, ſi mens illa ſubtrahatur.* Optima *l.* 5. *tit.* 1. *part.* 2. (E por ende lo llamaron coraçon è alma del pueblo * ca aſſi como y aze el alma en el coraçon del hombre; è por ella vive el cuerpo, è ſe mantiene: aſſi en el Rey y aze la juſticia, que es vida è mantenimiento del pueblo de ſu ſennorio. E bien otro ſi, como el coraçon es uno, è por el reciben todos los otros miembros unidad para ſer un cuerpo, bien aſſi todos los del Reino, maguer ſean muchos (porque el Rey es, è debe ſer uno) por eſſo deben otro ſi ſer todos unos con èl, &c. (Et in fine illius legis, ibi:) Onde el es alma, * è cabeça, è ellos miembros, &c. Et ad idem vinculum, & unitatem Regis, & Regni eſt, *l.* 3. *tit.* 19. *par.* 2. ibi: E por ende dixeron los Sabios antiguos, que ſon como alma è cuerpo, que maguer en ſi ſean departidos, el Ayuntamiento les haze ſer una coſa. Onde maguer el pueblo guardaſſe al Rey, è todos coſas ſobredichas, ſi al Reino no guadaſſen de los males, que y podrian venir, non ſeria la guarda complida, &c.) 1 2 3

Et iterum hæc unitas apparet ex eadem *l.* 5. ubi Rex dicitur caput Reipublicæ; quæ ideò corpus myſticum dicitur: ibi: (E naturalmente dixeron los Sabios, que el Rey es cabeça del Reyno, ca aſſi como de la cabeça nacen los ſentidos, porque ſe mandan todos los miembros del cuerpo, bien aſſi por el mandamiento, que nace del Rey, que es ſennor, è cabeça de todos los del Reyno, ſe deben mandar, è guiar, è aver un acuerdo con el, para obedecerle, è amparar, è guardar, è acrecentar el Reyno onde el es alma, è cabeça, è ellos miembros, &c. Quod & dicit Divus Thomas *l.* 1. *de regimine Principis, capitul.* 12. *Hoc igitur officium Rex ſe ſuſcepiſſe cognoſcat, ut ſit in Regno ſicut in corpore anima; & ſicut* Deus *in mundo, quæ diligenter recogitet,* &c.

Moſes *in primo verbo Hebraico Geneſis*, mundum vocat * hominem grandem, homo etiam ſymbolum eſt Reipublicæ; D. Paulus *ad Rom.* 12. *Ezechiel. c.* 24. & Interpretes Eccleſiaſtici in eiſdem locis Sanderius *l.* 5. *de viſibili Monarchia, c.* 3. atque ideo Picus Mirandula *in Eptaplo*, myſterioſam quandam refert expoſitionem, & veram ſimilitudinem inter corpus myſticum, & individuum, atque itidem Sixtus Senenſis *lib.* 2. *Bibliothecæ ſanctæ*, & Andreas Laurentius Protomedicus Henrici IV. Regis Franciæ *in libro de Anatomia*, ſubtiliter quidem explicat proportionem hanc inter hominem, & Rempublicam. Dicunt enim, quòd inter has duas creaturas poſſunt abſque ulla impoſitione nomina permutari, eò quod in Regno Rex eſt caput, apud quem reſidet regimen, corpus 4

corpus autem populus eſt, & vaſſalli, oculi ſunt Senatores Conſilii juxta illud *Proverb. capit.* 4. *Oculi tui recta videant*, communiter inſuper Interpretes explicarunt teſte Hieronymo Laureto *in ſua Sylva*, *verbo*, *Oculus*, cum aſſiſtant Principi, & illum adjuvent in regimine Reipublicæ, brachia ſunt hujus corporis duces, & milites, *Daniel.* 11. *c.* 11. & ibi Lyra, in quibus conſiſtunt opera fortitudinis, & executionis qua Reſpublica defenditur, atque inimici offenduntur. Univerſitates, & ſtudia generalia diverſarum Artium (unde juventus docetur, & Reſpublica abundat Doctoribus Theologis, Juriſperitis, Medicis, & aliis ſimilibus) ſunt ſtomachus, & officinæ, quas condidit natura ad coquendum cibum, eique dat perfectam formam : ut diſtribuatur per omnes corporis partes, dando cuilibet neceſſarium alimentum. Carceres autem loca ſunt, ad quæ natura prorumpit inutile, & nocivum, cibi. Triremes denique, & cætera loca aſſignata facinoroſis pro pœna ſunt latrinæ, ſeu propriùs Cloacæ, & Foricæ in quas projiciuntur excrementa, hoc eſt expurgatur, ſeu exoneratur Reſpublica gentibus perniciosis. Igitur in omnibus reperiemus proportionabilem æquiparationem, & ſimilitudinem inter hominem, & Rempublicam. Videndus ad idem Frater Joan. de la Puente, *en la conveniencia de entrambas Monarchias*, &c. *lib.* 1. §. *in princ. c.* 1.

Inde infertur hæc unitas inter Regem, & Rem-
5 publicam, ille caput, hæc membra inſeparabilia * à ſuo capite, quia membra non debent à capite diſcedere, *c. cum non liceat* 12. *de præſcriptionibus*, Molina *de Hiſpanor. primogen. l.* 1. *c.* 1. *nu.* 17. Romanus *ſingular.* 50. Nicolaus Loſæus *de jure univerſitatis*, *part.* 3. *c.* 13. *n.* 7. Felinus *in c. Paſtoralis*, *nu.* 10. *de officio delegati*, Menochius *conſ.* 51. *per totum*, *& conſil.* 257. Alexander Ludoviſius *deciſ.* 284. *n.* 1. *&* 3. Auguſtin. Barboſ. Noviſſimè *in tractat. de Canonicis*, *& Dignitatibus*, *c.* 18. *n.* 55. textus *in c. novit. de his quæ ſiunt à Prælat.* cum aliis.

6 Quare Rex & Regnum ad invicem * debent ſua damna, & infirmitates communicare, & de remediis opportunis ad ſuam conſervationem, & Reipublicæ ſalutem mutuo tractare. Quoniam Regnum uti corpus benè conſideratum ſubjicitur accidentibus, & infirmitatibus, ut inquit Poeta Claudianus *de bello Getico.*

Quid mirum ſi Regna labor mortalia vexat? Cui conſonat quod dixit Velleius Paterculus, *lib.* 2.
7 *ut appareat* * *quemadmodum Urbium*, *Imperiorumque ; ita gentium*, *nunc florere fortunam*, *nunc ſeneſcere*, *nunc interire*, &c. Cicero ad Atticum *lib.* 2. *Epiſtolar.* 20. Delens de Republica infirmitate oppreſſa, cùm nec eſſet qui de medicamento ad ejus ſalutem, & convaleſcentiam tractaſſet, ita ait : *Nunc quoque novo quodam morbo civitas noſtra moritur, ut cum omnes, quæ ſunt apta improbent, querantur, & doleant ; & varietas in re nulla ſit, aperteque loquantur, & jam clarè gementi medicina nulla afferatur*, &c.

Cui convenit, quod idem Cicero tractat *l.* 3. *de*
8 *Republica*, dicens : *Nullum bellum à civitate* * *optima ſuſcipitur ; niſi aut pro fide, aut pro ſalute ;* cujus meminit Præclarus Juriſprudentiæ, atque humanarum litterarum Princeps doctiſſimus Senator Valençuela Valaſquez, meritiſſimus pronunc Præſes Regiæ Granatenſis Cancellariæ, *in monitorio contra Venetos*, *p.* 7. *n.* 60. *pag.* 448.

In qua Ciceronis authoritate animadvertes, fidem
9 ibi non accipi, * quatenus cum Religione Catholica convenit (quia hæc Ciceroni fuit incognita) ſed pro fœdere in ita tuenda Republica, juxta regulam juris ; *frangenti fidem fides frangatur eidem*, *de reg. juris*, *l.* 6. *l. conventio. n.* 5. *de pactis*, ut notat Ferdinandus Mendoça *lib.* 2. *c.* 9. Conanus *lib.* 5. *Commentar. c.* 1. Guibertus Conſtanus *quæſtion. Juris*, *c.* 3. Revardus *lib.* 4. *variarum capitul.* 1. Vincent. Cabotius, *lib.* 2. *diſputation. c.* 10. *& ſeq.* & in ſpecie advertit Divus Auguſtinus ita Ciceronem intelligens, *lib.* 22. *de Civitate Dei*, *capitul.* 6. & Joſeph. Acoſta *lib.* 2. *de procurand. Indor. ſalute*, *c.* 4. *pag.* 224. *& de ſalute*, non intelligitur de ſalute corporis individui, ſed de corporis Myſtici Reipublicæ, ut declarant Doctores citati, de quâ Nos hactenus loquimur in hoc capite.

Conſonat rectè Joachimus Opeius Friſius * de 10
vera Juriſprudentia, *lib.* 1. *tit.* 5. *de definition. Nomothetic. cujuſque ſalus* (inquit) *ut optimè compoſito more*, *atque ejus adminiſtratione decora conſiſtit*, refert Maximus Tirus *ſermon.* 6. *fol.* 77.

Etenim ſicut homo parvus gubernatur, pariter ſic mundus totus univerſalis ſimilitudinariè, ut docet Ariſtoteles, at cùm in regimine unius individui corporis naturalis conſtat, quòd ubi nullus humorum exceſſus, nulla eſt rebellio repugnans, nullaque diſtributio conſervationum : ubi autem eſt humorum exceſſus propter inordinatum forte regimen, tunc pugna eſt naturæ tendentis in conſervationem cum exceſſibus tendentibus ad deſtructionem corporis, ut aliquando ſufficiat naturalis potentia ad correctionem humorum, ipſos expellendo de corpore, & aliquando propter exceſſum morbi natura eſt per ſe impotens, egeratque adjutorio extrinſeco, ut medicamine ſapientis, qui exhortator eſt naturæ miniſtrando congrua ad expulſionem morbi, ipſius naturæ auxiliator exiſtat ; ita in Republica, & magno mundo contingere experimur quotidie, uti corpore miſtico, nam aliquando in climatibus ejus nullus eſt rebellium exceſſus, & tunc ceſſat pugna, ſed tendit ſolum natura ad mundi conſervationem ſalutis, quæ eſt in pace, & tranquillitate vivere ; aliquando & rebellis exceſſus, & diſcordia tendentium ad deſtructionem, & tunc opus medicamine ſapientis, & hoc fieri poteſt, vel ab ipſa natura reducente res ad proprios terminos, ſedando rebelles, ut videmus interdum, quod orta ſeditione ipſi invicem eorum prudentia reconciliantur, aliquando eſt tantus exceſſus rebellium, quòd non poteſt ipſa natura ſola, & tunc opus eſt medicamine rebellico, ut expulſis rebellibus revertatur Reſpublica ad priſtinam ſanitatem. Unde merito Deus, qui eſt omnium creator, & Medicus univerſi, adhibuit miniſtros, & Medicos ad domanda multa, & gravia mala gentium, ut hominem, & mundum magnum in pace, ſocietate, & ſalute conſervarent, ut ſtatim dicemus, & vide Martam *de juriſdict.* 1. *p. c.* 40. *à princ.*

Quò tendit illud Poetæ.

Temporibus medicina valet, data tempore proſunt.
Et data non apto tempore vina nocent.

Et Eccleſiaſtes *c.* 43. *vers.* 24. ibi : *Medicina omnium in feſtinatione*, &c.

Et illud Caſſiodori. *Utilitatem* * *publicam non* 11
convenit, *diuturna ludificatione differri. Nec enim* (ſecundùm Ariſtotelem 5. *Politicor. c.* 8.) *cujuſvis hominis eſt, ſed civilis intelligentiæ præditi, malum quod efficitur in principio cognoſcere*, &c. Et Plato *lib.* 6. *de ſapientia Ciceronis Philippi. II.* ibi : *Civilis facultas*, *& Civitatis*, *& Gentium commune bonum conjectans.*

Quare Princeps continuo debet eſſe evigilans pro ſalute populi, ne ob ſcandala, & pacem turbatam infirmetur. Quid enim utilius aptiuſque Reipublicæ ſaluti pace, ut inquit Pontifex * in *c.* 3. 13. *quæſt.* 1. 12
ibi : *Si autem pax humana tam dulcis eſt pro temporali ſalute mortalium*, &c. & ibi ſuperiùs : *Non enim*

pax quæritur, ut Bellum excitetur; ſed bellum quæritur, ut pax adquiratur. Concordia quippe & pax ſunt præcipuè nexus, & vincula, quibus quaſi indiſſolubiliter annectuntur omnia corpora Myſtica, quæ ad ſimilitudinem corporis naturalis, (de qua ſuprà) requirunt concordiam pro ſui conſervatione, & ſalute. Sicut enim naturale corpus per ſuarum partium concordiam, & annexionem conſervatur in valetudine, & virium robore, & per earumdem diſcrepantiam reſolvitur, & perit: ita & myſticum corpus & ſingulorum membrorum & partium diſcordia inordinatur, infirmatur & perit, ſic ex D. Paulo 1. *ad Corint.* 12. probat D. Joan. Ramirez *in tractatu de confirmat. Ordin. S. Jacobi*, *c.* 25. *n.* 1. Et hanc corporis miſtici conſonantiam uti penitus ad ejus conſervationem neceſſariam præ oculis in ſomnis habere tenetur Rex, nam Reipublicæ valetudo nulli magis prodeſt, quàm Regi ipſi, teſte Ulpiano *in l.* 3. ibi: *Nam ſalutem Reipublicæ tueri, nulli magis credidit convenire, nec alium ſufficere, quàm Cæſarem, &c. de officio Præfecti vigilum*, atque etiam Imperatore Juſtiniano *in l. Imperialis, C. de nuptiis*, ibi: *Imperialis benevolentiæ proprium eſſe judicantes, ut omni tempore ſubjectorum commoda, tam inveſtigare, quàm eis mederi procuremus, &c. & in l. humanum, C. de legibus*, ibi: *Bene enim cognoſcimus, quòd cum veſtro conſilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem noſtri Imperii, & ad noſtram gloriam redundare, &c.* Ex quo textu colligitur * ex bono re- 13
gimine ſimultaneum, & unitum oriri beneficium Regno & Regi; adeſt etiam text. ſingulari *in c. de officio legati, l.* 6. ibi: *officii noſtri debitum remediis invigilat ſubditorum, quia dum eorum exactimus onera, dum ſcandala removemus, Nos in eorum quiete quieſcimus, & fovemur in pace*; ex quo textu duplici doctrina imbuimur, altera quod pax & tranquillitas vaſſallorum pax eſt, & quies Principis, & promiſcuè omnes ea fruuntur, quapropter Principis intereſſe, & debitum muneris eſſe pacem ſubditorum mediis omnibus curare. Altera ex ſcandalis Reipublicæ ſubditorum pacem, & quietem turbari, ab ſcandaliſque inquietem gigni, & oriri: alia plura ſimilia jura videbis ſuprà *c.* 3. §. *unico*, *à n.* 45. in idem tendentia.

Facit textus in *Authent. de mandat. Princip.* §. *deinde conveniens*, *collat.* 3. ibi: *Deinde conveniens eſt, ut nulli populi civitatum alterutris ſeditiones faciant, ſed omnem pacem eſſe Dei civitatibus æquitas*, &c.

Et conducit * illud Caſſiodori *l.* 2. *epiſtol.* 29. ibi: 14
Quia regnantis eſt gloria ſubditorum otioſa tranquillitas; pulchrè Divus Auguſtinus *de Civitat. Dei*, *l.* 19. *c.* 14. *Chriſtiani Principes dum rectè imperant etiam ſerviunt eis, quibus imperare videntur; Imperant enim, ut conſulant ſaluti, & utilitati eorum quibus imperant.* Et Divus Chryſoſtomus: *Hæc enim eſt illis vita, hoc ſtudium, ut tu quoquomodo pace fruaris.*

Clarè etiam & mirabiliter * hoc idem dixit Rex 15
Alphonſus *in l.* 9. *tit.* 1. *p.* 2. ibi: *Et deben otrosi, ſi guardar mas la pro comunal, que la ſuya miſma, porque el bien, è la riqueza dellos es como ſuya*, &c.

Mirabilis eſt etiam * ad conſervationem ſalutis 16
Reipublicæ, quod ipſe Alphonſus Rex dixit *in l.* 14. *tit.* 1. *par.* 2. ibi: *E como quiera que el Rey es ſennor de ſus pueblos para mantenerlos en juſticia, è ſervir ſe dellos, con todo eſſo guardarlos debe, en manera que no le falleſcan, quando meneſter los oviere*, &c.

Ita etiam Rex Henricus III. * dixit bonum, & 17
utile ſui Regni propriam ſuam eſſe utilitatem Regis, *in l.* 25. *tit.* 19. *lib.* 6. *Recopilat.* ibi: *Mandamos por el provecho comun, que es pio mio*, &c.

Quanto enim quilibet præeſt * melioribus, tan- 18
to major ipſe, & honeſtior eſt, verbis utor Juſtini Imperatoris *in Authent de defenſo. Civit. c.* 7. §. *nos igitur*, *collat.* 3. quod exornat Probus ad Monach. *in c. novit. num.* 11. *ad fin. de Judic.* Auton. ſola *de Decreta Sabaud. tit. de nominat. domino. gloſſ.* 2. *n.* 2. *& tit. de edicto annon. gloſſ.* 1. *num* 4. Lancelotus Gallian. *conſ.* 46. *n.* 40. Valençuela Velaſquez *conſil.* 59. *n.* 15. Marzar. *conſ.* 26. *num.* 19. *&* 21. Guerrero *in Theſaur. Chriſtianæ Relig. cap.* 16. Laudaturque Princeps, ex potenti opulentia, & fortitudine ſubditorum; Borrellus *de præſtantia Regis Catholici*, *cap.* 82. *nu.* 14. & alii videndi per Giurbam *conſ.* 1. *n.* 16.

Quid enim divitiæ Regis, & theſauri proſunt auroque * abundare, ſi populus ejus miſerè infirme- 19
tur, & tributis, oppreſſionibuſque ſit laceſſitus, & languidus? nihil cettè ex hactenus dictis, ac etiam exemplo ſtatuæ potentiſſimi Regis Nabuchonoſoris, cujus caput erat aureum (quo figuratur Rex in populo (pectus argenteum, caterave membra diverſi metalli, pedes verò lutei erant, lapis de monte elapſus eos tetigit tantùm, quo ſolo caput aureum cæteraque membra fortia illico ceciderunt collapſa, quæ vera eſt figura inter Regem & populum. Quod & inſinuavit Bald. *in conſ.* 410. *n.* 5. *verſic. Nam theſaurus Principis non eſt Fiſcus, ſed ſubditi bene ſe habentes*, *lib.* 5. *folio* 108. & eſt bonus textus *in Authent. ut Judices, ſine quoquo ſuffragio.* §. *cogitatio*, *verſic. Conſideravimus enim, quia licet quæſtus immodicus imminuitur imperio; attamen noſtri ſubjecti incrementum maximum percipient, ſi indemnes à Judicibus conſerventur, & Imperium, & Fiſcus abundabit, utens ſubjectis locupletibus: & uno hoc introducto ordine plurima rerum, & innumera erit ubertas.* Conſonat *l.* 2. *C. de omni agro deſerto.*

Quibus legibus benè * convenit, quod inquit 20 20
Cicero *lib.* 1. *de officiis. Qui Reipublicæ præfuturi ſunt, utilitatem civium ſic tueantur, ut quidquid agant, ad eam referant obliti commodorum ſuorum.* Merloch. *conſil.* 1283. *num.* 35. Giurba *conſil.* 1. *n.* 38. Et de Rege idem dicit Eraſmus à Cochier. *in theſaur. Politico* 2. *part. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 6. *commodum omnium præferatur utilitati ſingulorum, unius & commodo Principis ipſius, per l. unic.* §. *penult. C. de caducis tollend.* ubi etiam adducit illud Ciceronis 1. *de legibus*, *&* *rurſus* * *de finibus*, *lib.* 5. *Salus* 21
populi ſuprema lex eſto.

Et docet Cicero in oratione pro Caio Rabir. *Eſt* (inquit) *boni Magiſtratus* * *cum auxilia Reipubli-* 22
cæ labefactari, convelliquè videt, ferre opem patriæ, ſuccurrere ſaluti, fortuniſque communibus ſuam ſalutem poſteriorem ſalute communis ducere. Et idem Cicero rurſus *in oratione pro Sextio*, ait: *Sudandum eſt iis, qui Magiſtratum gerunt, pro communibus commodis, adeundæ inimicitiæ, ſubeundæ ſæpè Reipublicæ tempeſtates cum multis audacibus, improbis, nonnunquam etiam potentibus dimicandum.*

Deducitur etiam hoc officium, & obligatio Principis in ſalute, & vigilantia Regni, cum ipſe populi dicatur cor, ex *legib. Partitæ*, ad principium citatis.

Quia cùm cor ſit origo venarum, & fons ſangui- 23
nis * quod celeritate maxima, & impetu ſuccurrit omnibus aliis membris, abſque prolixa dilatione. Ut ex Plato. *Dialogo. Timæo, Cor venarum origo, fonſque ſanguinis, impetu quodam manans*, &c. Et ſicut hoc munus exercet cor, etiam quieſcente, & dormiente corpore; ita Princeps illud debet imitari, ut & benè inquit Seneca *ad Polybium. Cæſari, cui omnia licent, propter hoc multa non licent, omnium do-*

mos

rans illius vigilia defendit, omnium ut unius labor, omnium delicias illius occupatio, &c. Quo sensu intelligo, quo dicitur *Canticorum capitul.* 5. ibi: *Ego dormio, cor meum vigilat.*

Et ideo ne status Reipublicæ languescat, & detrimentum oriatur cujus præcipua * causa solet esse turbatio pacis, orta ex violentiis, & scandalo obveniente, cujus est causa immediata, juxta illud 24
S. Hilarii *Commentar. in Matthæum, cap.* 25. dum inquit: *Atque his quidem vexationibus multi turbabuntur, & tantis insurgentibus malis scandalizabuntur & usque in mutuum odium excitabuntur*, &c. Ex hac quippè vassallorum inquiete, & turbatione Regni interitus succedit, juxta illud Davidis Prophetæ, Psalmo 45. *Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt Regna.* Prout latiùs in Capitulis sequent. & cap. præcedenti monstravimus.)

25 Princeps omnino curare debet infirmitatem hanc per vigilantiem *protectionem suorum vassallorum, juxta *l.* 13. *t.* 13. *part.* 2. ibi: *E para defender los, que non reciban mal ni fuerça, l.* 18. *t.t.* 9. *part.* 1. Et ea, quæ abundè diximus *in tract. de Regia protect.* 1. *part. c.* 1. *à n.* 66. *& seq.* & à princ. per totum Cap. Ut Natalis Com. *l.* 3. *historiæ primum* (inquit, *omnium bonorum humanorum pax est, & tranquillitas populorum, quam Principes in primis debent procurare*; cùm ex pace, & concordia tot utilitatibus Respublica sibi commendata, & ipsi pariter simul fruantur; quod consideravit Augustinus *in libro de Sermone Domini in monte*, in hæc inquiens: *Concordia est serenitas mentis tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortium charitatis; hæc simultates tollit, Bella compescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordias sedat, inimicos concordat, cunctis est placida, nescit extolli, nescit insteri, hanc qui accipit, teneat, qui perdidit, repetat qui amisit, adquirat; sine tamen justitiæ administratione pax assistere nequit*, &c.

26 Ne igitur pax publica turbetur, & bonum publicum detrimentum patiatur. * licitè posse Regem etiam inter Ecclesiasticos authoritatem suam œconomicam interponere, firmant omnes Cov. *in pr. c.* 35. *n.* 3. latissimè Navarrus *in c. cum contingat, de rescript. in* 1. *remedio* per totum, Carol. Grassal. *lib.* 2. *Regal. Franc. jure* 7. Ofascus *dec.* 30. Menoch. *de retinenda poss. remed.* 3. *ex nu.* 558. Segura Davalos *in Director. Judic. Ecclesiast. tom.* 2. *part. c.* 13. *n.* 51. Azeved. *in l.* 2. *per totum, tit.* 6. *l.* 1. *Recop.* Joan. Martines de Olano *in antinom. lit. l. n.* 73. Avenda. *de exequendis mandatis Princ.* 1. *part. c.* 1. *n.* 32. Didacus Perez *l.* 3. *tit.* 13. *l.* 6. *pag.* 718. *vers. Ratio est, quia.* Et optimè *in l.* 5. *in gl. pueden conocer, tit.* 1. *l.* 2. *ordin. p.* 169. Navarr. *in l. Manuali Latino, c.* 27. *n.* 69. Guttierrez *de Juram. confirmator.* 1. *par. c.* 2. *nu.* 28. Bart. Humada *in l.* 13. *tit.* 13. *par.* 2. *in gloss.* 4. *verbo, Nin fuerça, ex n.* 1. Hieronym. Portoles *in scholiis ad Molin. §. firma, n.* 101. Gregor. Lopez *in dict. l.* 13. *in glossa. Nin fuerça*, Vival. *in Candelabro Ecclesiæ in explicatione Bullæ in Cœna Domini, casu* 14. *ex n.* 102. & optimè *casu* 16. *n.* 115. optimè Salzed *in addit. ad praxim. crim. Canon.* Bernard. Diaz. *c.* 102. *l. A*, Lancel. Robert. *de attent.* 2. *p. c.* 4. *n.* 36. Gen. *in collect. ad Decretum* 1. *p. collect.* 5. *n.* 3. & alii plurimi, quos omitto, & videre poteris *in tract. de Regia protect.* 1. *p. c.* 1. *à n.* 119.

Quapropter dixit Quintus Curtius *l.* 8. relatus à Valençuela Velasquez *in tract. de statu, & bello* 2. *part. consideration.* 6. *n.* 11. *Majestatem Imperii publicæ salutis esse tutelam.*

Ad cujus conservationem omni conatu debet Princeps * obviare iis, quæ utilitati publicæ adversantur, conservando suam præeminentiam & honorem Regium, suas Regalias sua & suarum Provinciarum privilegia, atque consuetudine laudabiles, & jure approbatas ne aliter indè contraventione oriantur scandala, prout abundè diximus *in c. antecedente.* Et ait Vannozius *in animadversion. politic. vol.* 2. *n.* 1978. dixit, & satis prudenter Divus Greg. Joanni Episc. Syracusano *l.* 7. *epist.* 28. Et Steph. Papa *in c. loci* 29. *q.* 9. ibi: *Si negligenter ea, quæ male usurpantur * omittimus, excessus viam aliis aperimus*, habetur *in c. pervenit.* 96. *dist.* Flor. de Sancto Petro *in l. sed & si quid, §. mancipiorum, n.* 14 *ff. de usufruct.* Valenzuela Velasquez ubi proximè *n.* 13. qui *n.* 12. advertit; non aliam rem esse * quæ Regnis plus noceat, quàm Principem 27 28 29
semel amittere authoritatem, & majoriam suam, & Salvianus *l.* 7. dicens: *Potestas magna, & potentissima, quæ inhibere scelus potest, qua probans cum sciens patiatur, perpetrari*, Greg. Pagliar. *observation.* 207. *ad lib.* 2. Cornelii Taciti & Sallust. *de bello Jugurtino* ait: *Majus decus * esse parata* 30
omittere, quàm omnino non paravisse, imò Tacitus *l* 15. *Annalium* dixit, quòd *sua retinere privatæ domus, de aliena certare Regiam laudem esse.* Unde Demosthenes *in Oratione de Rhodiorum libertate*, ait: *Nemo enim est, qui pari contentione, & rapinas, & opes suas proprias defendat, sed de his, quæ de propriis asseruntur, omnes vi summa pugnant, de finibus autem propugnandis, quibusque audiendis non ita.*

Hoc, & idem signavit * Marcus Portius Cato, 31
contra conjurationem Catilinæ, dicens Senatui: *Quanta majori vigilantia occurreritis negotio; tanto magis ipsi animo cadent, sed si in vobis cognoverint aliquam debilitatis similitudinem, aut formam; illico vos invadent animo feroci*, ad quod plura adducit Frachetta *l.* 1. *de Princ. c.* 4. *& l.* 2. *c.* 2. Tit. Livius *l.* 8.

Hinc ad nostrum propositum conducit, quod Joannes Quintinus Hæduum *in repetition. c. novitat. de judiciis, num* 126. dicit in hæc: *Divisio inter jurisdictionem Regiam, & Pontificem non procedit per viam repugnantiæ, sed per viam simplicis distinctionis: atque ideo quoties publica necessitas id expostat, permittitur Pontifici in Regis ditionem, & è converso Regi in ditionem Pontificis suum imperium exercere, nam obnoxia, & precaria utriusque potestas esse debet, non aliquo damnationis fastu, sed humili, atque concordi administratione*, &c.

Et *n.* 140. addit * *Hoc pertinere ad Reges seculi* 32
Christiani, ut temporibus suis pacatum velint Matrem suam Eccl siam habere, unde spiritualiter nati sunt, ne matris ulla in re violetur honestas, neve turbetur ejus tranquillitas ab impotissimum, quibus est commendata, &c.

Et Turrecremata *in c. filiis, vel nepotibus* 17. *qu.* 7. facit *l.* 40. *tit.* 5. *l.* 2. *Recop.* in fine.

Multa enim ob utilitatem * publicam contra ra- 33
tionem disputandi admittuntur & permittuntur, quæ aliàs non permitterentur de jure text. est *in l. ita vulneratus* 51. *ad finem. ff. ad legem Aquiliam.* Concordat. l. *licitatio*, §. *quod illicitè, de publicanis*, exactè Larata *conf.* 45. *n.* 3. *cum seq.*

Textus etiam *in l. Lucius, ff. de evictionibus, l. item si verberatum, §.* 1. *ff. de rei vindicatæ*, * *l.* 34
quod semel ff. de decretis ab ordine faciend. Quibus juribus probatur, posse Principem ex causa publicæ utilitatis auferre dominium alicui quæsitum, de quo vide Monetam *de commutation. ultimarum voluntat. c.* 8. *quæstion.* 6. *à n.* 50. & latè etiam per Mariam *de jurisdictione* 1. *part. c.* 41. *à n.* 23. *& seq.*

Rescripta

Reſcripta igitur Papæ, vel alterius cujuſlibet
35 Principis * hac de cauſa, quando ſcilicet vergunt in damnum publicæ utilitatis, hoc eſt, Regni, vel Regis, detineri juſtè poſſunt, & in eorum executione ſuperſedendum ad effectum reſcribendi, & expectandi ſecundam juſſionem emanandam ab eodem Principe, meliùs de inconvenientiis, & damno publico inſtructo; & informato; quia damnum publicæ utilitatis Regis, ſcilicet, & Regni legitimam, ad hoc cauſam eſſe, jura probant textus *in authent. ut nulli Judicum*, §. *& hoc verò*, *colla-*
36 *tion.* 9. ibi: *Si verò hujuſmodi* * *in ſcriptis juſſio publicum reſpicit, inquirat eam, & ſi quidem non lædatur Fiſcus, quæ in ea comprehenſa ſunt adimpleat. Si verò ad læſionem eſt Fiſci, nihil ſuper eo omninò agi, nuntiare verò nobis primùm, ut ſecunda noſtra fiat de hoc juſſio*, &c. Textus etiam *in*
37 *authent.* * *de mandat. Principum*, §. *inde competens*, *collation.* 3. ibi: *Et nec permittere alicui proferenti præcepta cujuſcumque fori; hæc videlicet, quæ ſolemniter diriguntur formam aquæ cauſa, & portuum, & itinerum ſternendorum, & imaginum, & murorum, & domuum deſtructionis, tanquam in publico factæ, & aliorum talium damnificare noſtros ſubjectos. Non enim volumus, nec per talem cauſam ullum eis inferri damnum*, &c. ſequitur & facit, ibi: *tunc ſuſcipiens quidem talem formam: non autem aliquid agens ex ea, anteaquam ad nos nuntians ſecundam præceptionem, noſtram ſuſcipiat*, &c.

38 Textus eſt etiam ad idem * expreſſus *in l. fin. Cod. ſi contra jus, vel utilitatem publicam*, ibi: *Omnes cujuſcumque majoris, vel minoris adminiſtrationis univerſæ noſtræ Reipublicæ Judices monemus, ut nullum reſcriptum, nullam pragmaticam ſanctionem, nullam ſacram admonitionem, quæ generali juri, vel utilitati publicæ adverſa eſſe videantur, in diſceptationem cujuſlibet litigii pa-*
39 *tiantur proferri*, &c. *L. nec damnoſa Fiſco*, * *nec juri contraria poſtulari oportet*, *C. de precibus Im-*
40 *peratori offerendis*, *textus in l. 1. C. de petition. honor. ſublat.* ibi: * *Fiſcus invaſerit: nullus ſub ſpe munificentiæ principalis audent proprio jure poſcere, qui contra legem id auſus fuerit ſperare quod non licet*, &c.

41 Concordant nonnulla jura * Regni, *l.* 29. *t.* 18. *part.* 3. (Cartas, ò privilegios, y à de otra manera, que ſon contra fuero, è contra derecho, eſta pueden ſer ganadas en muchas guiſſas, Ca ò ſon ganadas contra derecho de nueſtra Fe, de quo hablamos en el primero libro; ò contra los derechos del Rey, ò ſon contra derecho del pueblo communalmente, ò contra derecho de algun hombre ſennalado, &c. E dezimos, que ſi ſon contra la nueſtra Fè, non han fuerça ninguna, ni ne deben ſer recibidas en ninguna manera, ni ne deben valer, è ſi fueren contra los derechos del Rey, non deben ſer luego las primeras cumplidas, &c.

42 Et *in l.* 30. ſeq. continuatur diſpoſitio * præcedentis in hæc: (Si contra derecho comunal de algun pueblo, ò a damno del fueren dadas algunas cartas, non deben ſer cumplidas las primeras, ca no han fuerça, porque ſon a danno de muchos, mas debenlo moſtrar al Rey, &c.

Ad idem eſt etiam textus expreſſus ad hunc articulum retentionis *in l.* 14. *tit.* 3. *l.* 1. *Rec.* (Y como quieta que eſta preheminencia redunda en nueſtra Real dignidad, principalmente del uſo y guarda della, ſe ſigue grande honra, y provecho à nueſtros ſubditos y naturales, &c.) Et iterum: Porque venos y ſentimos quantos inconvenientes eſto trae à nueſtros Reinos, y quanto es en derogacion y muenga de nueſtra Real dignidad, y de la Corona de Caſtillo, &c. (Et iterum circa finem, ibi:) Y otro mandamos, y damos facultad à todos, y qualeſquier nueſtros ſubditos, y naturales, que ſobre eſto ſe puedan oponer, y hazer reſiſtencia, pues la tal opoſicion es ſobre la exempcion y honra y guarda de la preheminencia de ſu Rey, y de ſu patria, &c. Et ad idem, & ſuper eadem diſpoſitione facit *l.* 15. *ſequens eodem t.* 3. *l.* 1. ibi: Y porque nueſtra voluntad es de proveer à la honra de nueſtros ſubditos, y naturales, &c.

Et *in l.* 24. *eodem tit. & lib.* ibi: (Lo qual es en mucho danno y perjuizio de nueſtros Reinos, &c. Et *in l.* 25. ibi: Y dello podian nacer eſcandalos, y coſas que fueſſen en deſervicio de Dios nueſtro Sennor, y nueſtro danno, y dellos Reinos, y naturales dellos, &c. Et ibi paulo poſt loquendo de litteris Apoſtolicis in damnum Regni, & Regis: (Que ſubreſcan en el cumplimiento dellas, y no las executen ni permitan, ni den lugar que ſean cumplidas, ni executadas, y las embien ante nos, ò ante los del nueſtro Conſejo, para que ſe vea y provea la orden que convenga, que en ello ſe ha de tener.)

Et idem etiam diſponunt leges ejuſdem tituli citatæ, quæ omnes loquuntur in conſervatione præeminentiæ, utilitatis publicæ Regis, & Regni, & eorum laudabilis conſuetudinis immemorialis, ne exteri obtineant à Sede Apoſtolica beneficia Eccleſiaſtica horum Regnorum, cum hoc redundet in commodum, ſalutem & utilitatem Reipublicæ.

Ex quibus omnibus juribus * unum notabile de- 43
duces quantam connexionem, & vinculum habeant inter ſe utilitas, aut damnum Regni, & Regis; convertuntur enim ad invicem; non enim poſſumus dare damnum Regni, quin redundet in damnum Regis, & è converſo, prout à principio hujus capituli latiùs comprobavimus.

Utroque enim caſu vertitur utilitas publica, prout mirabiliter deducitur ex *dict. authent. ne nulli Judic.* §. *& hoc verò*, ibi: *Publicum reſpicit, inquirat eam, & ſi quidem non lædatur Fiſcus*, &c. Quo quidem textu præcedit genus in illis verbis (*publicum reſpicit*) & ſequitur * enumeratio ſpe- 44
ciei ibi (*Et ſi quidem non lædatur Fiſcus*) loco exempli, quòd non reſtringit genus præcedens, textus optimus *in l. quæſitum*, 12. §. *final. ff. de inſtructo fundo legat.* Jacobus Gallus *conſ.* 69. per totum latè Caſtillo *controverſiar. tomo* 4. *c.* 41. *à n.* 18. Quia quoties multa habent eandem rationem, * licet de 45
uno tantùm fiat mentio, videtur fieri exemplariter non reſtringendi gratiâ. Caſtillo *to.* 6. *c.* 177. *n.* 2. de quo altiùs tractatur infrà *c.* 9. *hac* 1. *part. à n.* 15. *cum multis ſeq.*

Hinc eſt quod ferè omnes Doctores tractantes de hac praxi Hiſpaniæ * in retinendis litteris Apoſtoli- 46
cis inter alias cauſas præcipuè hanc publicæ utilitatis temporalis, Eccleſiaſticæ, & ſpiritualis legitimam, probant; Simancas *de Cathol. inſtit. t.* 45. *de pœnis*, *n.* 35. in hæc: *Unde fit, quod ſi aliquid Papa decernat contra publicam utilitatem, ut puta, contra patronatus laicorum, contra jus eligendi beneficia, ſeu Sacerdotia patrimonialia, vel quidpiam ſimile, manu Regia detineri, & impediri ſoleat, quia Regum officium eſt ab hujuſmodi injuriis populos ſibi ſubjectos liberare, & jure naturali defenſionis liceat Principibus ſecularibus, cum moderamine inculpatæ tutelæ, id eſt, ſalva ſemper in omnibus Summi Pontificis authoritate, obviare ne pax publica turbetur, & commune bonum detrimentum patiatur.* Jeremias *c.* 21. *cum ſeq. cap. Regum.* 23. *quæſt.* 5. Stephan. Aufrer. *de poteſt. ſæcu. reg.* 2. Guillelm. Bened. *in c. Raynuntius*, *verb. Et uxorem. n.* 114. Cajetan. *de poteſtate Papæ*, *c.* 27. Navarr. *in dict. c. cum contingat*, *de reſcript.* 1. *remed. fundament.* 10. Hermoſ.

lib.

lib. 7. inſtauration. Religionis, cap 25. Hæc Simancas.

Palatius Rubeus *in tractatu de beneficiis vacan-*
47 *tibus* * *in Curia*, §. 11. *per totum*, & præcipuè *col. 4. ad fin. & col. ſeq.* ubi probat hanc retentionem litterarum Apoſtolicarum in damnum Regis, & Regni, cùm ex eis naſci præſumatur ſcandalum omnino vitandum, & per totum §. illum.

Doctiſſimus Præſul Covarruvias *practicarum*
48 *quæſtion.* * *cap. 35. n. 4. in principio*, ibi: *Ne quid fiat in Reipublicæ diſpendium, & in dict. n. 4. vers. Sic etiam in his Regnis*, ibi: *Ne quid fiat, & obtineatur falſis precibus, & importunis ſuggeſtionibus adversùs Regni, Regumque Hiſpaniarum privilegia, & Apoſtolicas conceſſiones. Denique ne litteræ Summi Eccleſiæ Præſulis contra publicam ſpiritualis, Eccleſiaſticæ, & temporalis hujus Provinciæ utilitatem*, &c.

49 In his etiam * terminis Driedorus *in lib. 1. de libertate Chriſtiana, pagin.* 183. loquendo de hac Bullarum retentione, ibi: *Sed quod velit ad ædificationem Reipublicæ ſtatum Eccleſiaſticum promovere*, &c. Quem Driedorum etiam allegat Covarruvias ibidem, *dicto n. 4.* qui *& in dict. capitul 35. n. 6.* in principio, iterum repetit, ibi: *Litterarum Apoſtolicarum quandoque differri executionem, ac ſuſpendi Regio Prætorio Decreto, & authoritate, ut Maximus Chriſti Vicarius interim certior fiat, quot, & quantis afficiatur incommodis, & gravaminibus Reſpublica iſta propter multa, quæ ab ipſo falſis precibus, & ſuggeſtionibus impetrantur, quod minimè Sanctiſſimus Pontifex foret conceſſurus, ſi per ſinceram, juſtamque narrationem certò ſciret, quid ſpirituali, Eccleſiaſtico, & temporali hujus Regni, & Principatus recto regimini ſit conducibilius.*

50 Et ipſemet Covarruvias * iterum *in cap. 37. ſub n. 12. verſic. Hæc verò ſcripſimus*, ad finem ita loquitur: *in aliquot tamen caſibus, quibus hæc Reſpublica exiſtimat, & experimento cognoverit maximè lædi, & multorum hominum ſuggeſtionibus, falſiſque precibus gravari, per ſupplicationem multis nominibus obſequentiſſimam ab ipſo Sanctiſſimo Pontifice remedium ſperantes*, &c. Et ulteriùs in eodem *c. 36.* in principio: ibi: *Donec per ſupplicationis auxilium Summus ipſe Pontifex certior fiat, quantum detrimentum hinc Reipublicæ immineat, quàm grande ſcandalum ex hiſce frequentiſſimis derogationibus, ut tandem huic læſioni publicæ occurrat*, &c. Ampliùs *capitul. 35. ſub n. 3. verſ. 5.*

Salzed. *in addition. ad praxim* Bernard. Diaz.
51 *capit. 54. n. 20. n. 21.* ibi: *Sed ideò litterarum* * *executio ſuſpenditur, ut Pontifex certior factus intelligat, quot, quantiſque calamitatibus, & ærumnis iſta Hiſpaniarum Regna afficiantur, quando falſis precibus, & ſuggeſtionibus gratiæ Apoſtolicæ impetrantur, quas Sanctiſſimus Antiſtes minimè concederet, ſi ea damna, & incommoda, quæ maximè adverſantur ſpirituali, Eccleſiaſtico, & temporali regimini præ oculis haberet*, &c.

Alphonſus Azeved. *in l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopi-*
52 *lationis, n. 42.* ibi: *Si ergo Principi,* * *vel Regno damnoſa peti non debent, & ſi petantur, & concedantur, cenſentur per importunitatem conceſſa, & per circumventionem, & ſubreptionem tanquam præjudicialia, cùm in derogationem tanti privilegii ſint, & in damnum Regis, & Regni obtenta*, &c. *& n.* 43. in principio, ibi: *Dicendum eſt, reſcriptum, privilegium, vel gratiam, in contrarium conceſſa damnoſa eſſe, & præjudicialia Regno*, &c. Ubi latè proſequitur, & iterum *à n. 6.* & meliùs omnino videndus, *à num. 46.* ad fin. *& num. 50.* ubi de damno Regis, & Regni latiùs diſcutit, & legitimam cauſam ad retentionem probat.

Borellus *in tractatu de præſtantia Regis Catholici, cap. 52. n. 4.* ubi loquendo de hac praxi Hiſpaniæ in retentione Bullarum in hac, inquit: *Et ideo Regios Magiſtratus ſuſpendere executionem litterarum Apoſtolicarum, donec per ſupplicationis auxilium fiat Summus Pontifex certior, quantum detrimenti Reipublicæ immineat*, &c.

Cenedus *in quæſtion. Canon. quæſt. 18. ſub n.*
19. ibi: *Sed ideò litterarum* * *executio Regia autho-* 53
ritate à Summis Senatoribus ſuſpenditur, ut Pontifex Summus certior factus intelligat, quot quantiſque calamitatibus, & ærumnis iſta Hiſpaniarum Regna afficiantur, quando adversùs has leges pro bono Reipublicæ, omnium populorum conſenſu editas: & adversùs immemorabilem conſuetudinem tot ſeculis præſcriptam falſis precibus, & ſuggeſtionibus Gratiæ Apoſtolicæ impetrantur, quas ſanctiſſimum Antiſtitem minimè conceſſurum meritò arbitramur; ſi ea damna, & incommoda, quæ maximè adverſantur ſpirituali, Eccleſiaſtico, & temporali regimini, præ oculis ſua Beatitudo haberet, &c.

Caſtellus à Bobadilla *in Politica lib. 2. cap. 18.*
nu. 208. ibi: *Para que informando* * *de la verdad y* 54
congruencia provea y mande lo que à la ſalud y bien univerſal de la Republica è ſpiritual y temporal mas convenga.

Pater Henriquez *lib. 2. de Pontificis clave, c.*
23. §. 3. ubi dicit retinendas litteras Apoſtolicas in derogationem Concilii Tridentini expeditas, ob bonum publicum, ne inde oriatur ſcandalum. Et quod publica utilitas, ſeu damnum Regni, aut Regis ſit juſta cauſa ad retinendas litteras Apoſtolicas, plures referens probat Pereira *de manu Regia 2. p. c. 65. n. 2. & à n. 4. & ſeqq.* qui benè loquitur ad propoſitum videndus.

Cerola * *in praxi beneficior. §. litteræ Apoſtoli-* 55
cæ, loquitur de hac retentione Bullarum quando vergunt in damnum & præjudicium Juris Regii.

Emanuel Rodriguez *quæſtion. regular. 1. tomo,*
qu. 6. art. 8. dicit, poſſe fieri * hanc retentio- 56
nem litterarum Apoſtolicarum, ſi notum ſit Senatoribus illud convenire conſervationi, & paci Reipublicæ temporalis (& eo dumtaxat citato) idem dicit Hieronymus de Zevallos *in tractatu de cognitione per viam violentiæ gloſſa 6. ſub n. 64.* & ipſemet Zevallos *in communi contra communem, qu. 897. ſub n. 367.* refert Victoriam *in relection. de poteſtate Papæ, & Concilii, c. 27. propoſ. 22.* Quod non ſolum licebit non parere talibus mandatis; ſed etiam facto, vi reſiſtere illis poteſt, maximè intercedente publica utilitate Principis ſervato moderamine inculpatæ tutelæ.

Nam ubi præcepto Papæ præſumitur publicum
ſtatum Eccleſiæ perturbari, * vel aliqua mala fu- 57
tura, non eſt obediendum ſtatim, ut per Aymon. Craveta, Menochium, & alios probat Azevedus *in l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopil. n. 32.*

Pulchrè Borrellus *de præſtantia Regis Catholici,*
capitul. 71. à num. 58. & ſeq. Antonius Scapius *de jure non ſcripto, lib. 1. c. 16. n 1. & 2.* plurimi citantur ſuprà *c. 3. §. unico, à n. 67. cum ſeq.* Et videndus eſt Menochius, *conſ. 1000.* per totum, *lib. 100.* maximè *n. 27. & ſeq. & n. 60. & ſeq. & 97.* ubi adduxit exemplum de quodam Cardinali expulſo à Regno Franciæ ex hac ratione turbati publici ſtatus. Et ſimile exemplum, & ob eandem cauſam audio in Hiſpania permanere, à qua Nuntium Apoſtolicum expulſit ſapiens Rex ille Philippus Secundus, eò quod inobediens reſiſtere præſumpſit decreto Senatus, quo declaraverat vim illum feciſſe.

Ac inſuper per Felinum *in c. ſi quando, de reſcriptis, verbo, Superſederi,* * *column.* dicit Gregor. Lo- 58
pez

pez in l. 29. *ſub gloſſa* 2. *verbo, Contra los derechos del Rey.* Quod reſcriptum conceſſum ad privatam utilitatem non derogat conceſſo ad utilitatem publicam, etiamſi ex certa ſcientia, & motu proprio ſit expeditum. Optimè etiam Rodericus Suarez *in allegation.* 12. *à n.* 48. *& ſeqq.*

Et facit ad hæc validiſſimum fundamentum; 59 nam ſi privilegium (non loquor de ſimplici, * & gratioſo, quod ad libitum Principis revocari poteſt) quod tranſit in contractum, aut ob aliquam cauſam oneroſam obtentum poteſt ex cauſa publicæ utilitatis revocari, multi Doctores tenent, quos refert & ſequitur Antonius Gabriel. *practic. concluſ. tit. de jure quæſito non tollendo, concluſ.* 6. *n.* 19. *junctо numero* 6. *cum tribus ſequentibus.* Pater Sanchez *de matrimonio, lib* 8. *diſp* 33. *n.* 3. Suarez *de legibus, lib.* 8. *c.* 37. *numero* 9. Moneta. *de commut. ultim. volunt. c.* 8. *q.* 6. *à num.* 500. *cum ſeq.* qui alios plurimos Doctores allegant. Ergo à fortiori gratia ſimplex beneficii poterit ſuſpendi, ubi adeſt cauſa publicæ utilitatis.

Et quod privilegium, quod tranſiit in vim con- 60 tractus, vel aliàs oneroſum * ob remunerationem ſervitiorum, vel ex pretio, ex quo fuit tertiò jus jam quæſitum poteſt revocari, aut modificari, quando eſt nocivum Regi, aut Regno, & publicæ utilitati; probant Doctores plurimi, in unum relati à Caſtillo *controverſ. tom.* 5. *c.* 89. *n.* 93. *& à nu.* 86. *cum ſeqq.*

Hinc etiam oritur quod ob bonum Regni, & 61 ob cauſam * publicæ utilitatis poteſt Rex temporalis concedere legem, ne alienigenæ obtinere queant beneficia Eccleſiaſtica in ſuo Regno, ut ex Angelo, Capicio, & Azevedo, Antonio Theſauro, Petro Antonio Petra, Portoles, Jacobi Caſerio, Flaminio Pariſio, Azor. & aliis diximus *c. præcedenti* 4. *verſ. Hinc eſt quod ad evitanda ſcandala. n.* 58.

62 Quò pertinet quod dicit Barboſa *in collect.* * *ad c. ſi quando, de reſcriptis in addition. tom.* 2. poſt principium, *& in verſic. ibi. poſt. n.* 3. *in textu ibi, &c.* Quòd ob aliquod ſcandalum, vel notabile malum præſertim publicum non ſint exequendæ litteræ Apoſtolicæ, ſed ſuperſedendum in earum executione.

Et poſt alios Doctores multa ad hoc idem congerit omnino videndus Rodericus Suarez *in allegatione* 12. *n.* 48. *cum ſeqq.*

Dicit etiam poſt alios Anguianus *in tractatu de legibus, controverſ.* 5. *n.* 5. *n.* 16. *& nu.* 18. Quod quando ex executione litterarum Apoſtolicarum timetur aliquod damnum notabile, aut notabile præjudicium, probabiliter debeat in ea ſuperſederi, nullum damnum iſtius qualitatis poteſt dari, quàm hoc tangens publicam utilitatem Regni, vel Regis ex ſupra dictis.

63 Quibus adde, * quæ ſuprà *c.* 2. *hac* 1. *part.* diximus, *verſical. Quamvis à lege lata, &c. n.* 148. *cum multis ſeq.* ubi de cauſa legitima tractavimus, ob quam à lege ſuperioris Principis queat ſupplicari, quoniam rectè conducunt ibidem ſcripta materiæ hujus capituli.

Quare ad harum cauſarum rectam examinationem * Senatus ſui Patribus Rex Catholicus commiſit, & meritò confidit, quibus horum negotiorum comprehenſio competit, qui in dies pro ſalute Reipublicæ horum Regnorum tuenda, & conſervanda continuò evigilant, hique ſcientia, & experientia, zeloque Chriſtianiſſimo melius cognoſcunt, quod utilitati Reipubliçæ, & Regi magis ſit aptius, & convenientius, vel adhuc nocivum, & lethale, juxta quæ Caſſiodorus *lib.* 8. *epiſtol.* 9. in hæc: *Senes ipſi Conſiliis ſapientiam * diſcunt, & à maturis in communi quæritur, quod pro omnium ſalute, & utilitate tractatur, ſolatium curarum ſæpe nter ſibi adhibent maturi Reges, & hinc æſtimantur meliores, ſi ſoli omnia non præſumunt.* Hinc Tacitus *lib.* 1. *Annalium*, experiendo dixiſſe: *Quàm arduum quàm ſubjectum fortunæ regendi cuncta onus: Proinde in Civitate tot illuſtribus viris ſubnixa ſatius eſſe, non ad unum omnia differri, plures facilius omnia Reipublicæ ſocietatis laboribus executuros, &c.* Qui quidem præ oculis habent illud Claudiani.

Tu Civem, Patremque geras, tu Conſule cunctis,
Non tibi: nec tua te moveant, ſed publica damna.

Tanti enim Senatores præclari cognoſcunt, & ſciunt * mores Regni, & conſuetudines, & privilegia, 66 necnon Reges, ad quos meritò pro cauſa juſtæ, & legitimæ retentionis confugi ndum eſt, juxta illud Eſther. *c.* 1. ibi: *Interrogavit ſapientes qui ex more Regio aderant ei, & illorum faciebat cuncta conſilio ſcientes leges, ac jura majorum*, &c.

Quibus Senatoribus benè quadrat illud *Sapien-* 67 *tiæ* 8. *c.* 8. *Sciunt præterita, * & de futuris æſtimant eruditè.* Seneca *Trag.* 7. *Si judicas cognoſce, ſi regnas jube: conducibile eſt enim hominum mores noſce;* facit textus *in c. de quibus* 20. *diſtinct.* ibi: *Seniores Provinciæ congrega, & eos interroga, facilius namque invenitur quod à pluribus ſenioribus quæritur, c. porrò* 84. *diſt.* Job. *c.* 12. *In antiquis eſt ſapientia, & multo tempore prudentia.*

Ipſi etiam tot prudentes Chriſtiana providen- 68 tia agnoſcunt * ex præſentibus accidentibus, quæ damna futura erunt præcavenda, ut dicit Laurent Juſtinian. *de caſto connubio, c.* 6. *ante omnem eventum, quæ futura ſunt adverſa cogitanda proponantur, & futura tanquam præterita examinanda ſunt, ut nihil novi contingere, videatur* & Caſſiodor *l.* 3. *epiſtola* 48. *tamen prudentiæ* 69 *nihilominus eſt * cavere etiam quæ non putantur emergere, &c.* Et juxta Terent. *illud eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt videre; ſed etiam illa quæ futura ſunt, proſpicere, &c.* Aug. *de ſpirit.* ibi: *Providentia * eſt notio futurarum per-* 70 *tractans eventum, cujus officium eſt ex præſentibus futura perpendere adverſùs advenientium calamitatem, ſe conſilio præmunire.*

Quibus quidem doctiſſimis Senatoribus convenit rectè, quod de Conſiliariis dixit Alphonſus Rex *in l.* 5. *tit.* 9. *part.* 2. *Et tales deben ſer Conſejeros al Rey, que muy de luenne ſepan catar las coſas, è conocerlas antes, &c.* Et iterum ipſe Rex *in l.* 1. *tit.* 5. *part.* 5. *E porende debe catar muy de luenne las coſas, que ſon à ſu proprio, è à ſu honra, è a ſu guarda.* Et probatur Geneſ. *c.* 49. *&* 41. Et Daniel. 27. *c.* Scientiâ etenim, prudentiâ, & arte debent conjecturare, quæ utilitati publicæ conveniunt, ut inquit Plato *lib.* 6. *de ſapientia Ciceronis Philipp.* 12. Pro quibus meritò velut fortiſſimis humeris (in quibus tota Hiſpanica Reſpublica validè requieſcit) poteſt rectè Regi noſtro Catholico dici, quod Claudianus in Rufinum.

Quid dignum te laude feram, qui penè ruenti
Lapſuroque tuos humeros objeceris Orbi?

Alia multa circa Senatus hujus ſupremi gravitatem, * fidem, & authoritatem, vigilantiam aſſi- 71 duam in Reipublicæ ſalute, atque etiam quanta ubique debeatur fides ejus relationi fideliſſimæ, poſt examen cauſæ urgentis ad retentionem litterarum Apoſtolicarum, longa ſerie ſcripſimus *in c.* 3. §. *unic. à n.* 45. *verſ. Sed licet hæc ita ſe habeant.* & pluribus *num. ſeq.* & ſignanter *à n.* 53. *uſque ad finem* §.

Hæc etenim una eſt obligatio Regis, ut pro ſalu- te Reipublicæ * ſemper evigilet, cùm finis, quo 72

Reges,

Leges, & Regna inſtituta fuere & creata, is ſit contractus, ut regnent, Regnumque in pace conſervent, ac juſtitia, Cicero *lib.* 2. *de officiis*, Ariſtoteles 1. *Ethicor. lib.* 4. Cremen. in Rapſid. *cap.* 2. Plato, *lib.* 1. *Civili*, Divus Thomas *in opuſculo ad Ducissam Barbam*, Valencuela *conſil.* 70. *num.* 3. Azeved. *conſil.* 37. *num.* 16. Molina *diſput.* 25. Bobadilla *in Politica*, *lib.* 2. *capit.* 1. *nu.* 1. 2. Top. *de Princip. poteſtat.* §. 5. *num.* 27. Bardellus *conſil.* 111. *n.* 47. Cavalcanus *de brachio Regio*, *part.* 1. *n.* 124. Menochius *conſil.* 1283. *num.* 34. Aldovin. *conſil.* 20. *num* 218. Petrus Gregor. *de Republica*, *lib.* 6. *c.* 6. *num.* 4. & 5. Natta *conſil.* 179. *nu.* 3. Parladorius *lib.* 2. *rerum quotid. c.* 1. *nu.* 5. Afflictis *deciſ.* 165. *num.* 80. 81. Marta *voto* 116. *n.* 21. Galliac. *conſ.* 1. *à num.* 57. & *conſ.* 45. *à num.* 21. & 22.

73 Retentio itis igitur † remedium, hoc, quatenùs tendit ad humani generis utilitatem & ſalutem Reipublicæ, ut favorabile omninò amplectendum erit, ut jura docent, *l. ita vulneratus*, *ff. ad leg. Aquil. l congruit*, *ff. de officio Præſid. l. cum hi de tranſactionib. l. ſi cui de ſervitutib. l. in fundo de rei vindic. l.* 3. §. *hi qui*, ibi: *Quòd in commune utile eſt*. *ff. ad Silanian* facit *l. ſi operis*, §. *penult. l. ſi longius* 10. §. 1. *de judiciis*, *c. licet Heli de ſimonia*, *c. ut famæ*, *de ſentent. excommunicat. c. fin. de poſtulat. Prælat. B. in l. quemadmodum*, *C. de agricol. & cenſit.* & ibi latè Lucas de Penna, Bald. *in l.* 1. *num.* 5. *Cod. de novo Cod. facien. & in l. omnes populi*, *num.* 23. *de juſtitia & jure*, *& in Authent. ingreſſi*, *numer.* 24. *in fine*, *Cod. de ſacroſſ. Eccleſ. & in l. cum quidam*, *column.* 5. *verſicul. Primò ergo*, *ff. de liberis & poſthum.* Felin. *in c. de quarta*, *col.* 5. *de præſcription.* Decius *in c. Eccleſ. Sanctæ Mariæ in fin. verſicul. Et materia favorabilis*, *de conſtitutionibus*, *& in conſil.* 327. *n.* 5. *& conſil.* 65. *column.* Alexander *conſil.* 171. *col.* 2. *verſic. Fortificat. lib.* 3. Romanus *conſil.* 105. *column. ultima* Farinacius *conſil.* 25. *nu.* 13. *lib.* 1. Ubi Fabianus Cenſolinus, *littera H.*

CAPUT VI.

Novitatis & abuſus notorii cauſa, an legitima ſit dicenda ad Bullarum retentionem.

SUMMARIUM.

1 *Terminos antiquos à Patribus noſtris conſtitutos tranſgredi non libet.*

2 *Mutatio ipſa conſuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat.*

3 *Novitatis & abuſus effectus eſt turbare Rempublicam, & ſtatum inquietare.*

Omne novum & incognitum, quid ſuſpectum eſt, ibid.

Mutatio in melius ſæpe numero conſuevit malorum malorùm eſſe principium, ib.

Nemo eſt tam fortis, qui rei novitate non turbetur, ib.

Periculoſa eſt omnis in Republica legum mutatio, ib.

4 *Eccleſiaſtica inſtituta, & Concilia laudabiliter in Regno obſervata, & mores Provinciarum recepta ſemper conſervanda ſunt.*

5 *Ex novitate, & abuſu turbatio populorum oritur.*

6 *Ad perpetuam, & communem utilitatem, quæ fuere introducta, nulla mutatione varianda ſunt.*

7 *Statuta ſaluberrima à majoribus conſtituta, nec excedenda, nec immutanda ſunt.*

8 *Ex mutatione, & novitate circa eà, quæ à patribus noſtris admiſſa ſunt, juri publico detrahitur.*

9 *Ex novitate, abuſu, & mutatione eorum, quæ ab antiquo ſunt obſervata, oritur ſcandalum tanquam cauſa à cauſato.*

10 *Eccleſiæ univerſalis concordia cuſtoditur, ſi quæ à patribus inſtituta fuere, ætas ſubſequens reverenter obſervet.*

11 *Mutanda non erit conſuetudo, quà Princeps diu contulit beneficia, ne ex novitate, & mutatione oriatur ſcandalum.*

A reſtitutione Regni excuſatur Rex etſi injuſtus poſſeſſor, ſi magnum damnum inde oriatur ſuo ſtatui, ib.

12 *Juripatronatui laicorum, licèt de juris rigore poſſit Papa derogare, tamen non eſt faciendum cum tanto Regis, & Regni ſcandalo.*

13 *Si ex præcepto injuſto Papæ vehementer præſumitur ſtatum Eccleſiæ turbari, non eſt parendum.*

14 *Propter ſcandalum vitandum receditur à forma data.*

15 *Ob ſcandalum vitandum Eccleſia patitur Decimas non ſolvi in Provinciis, in quibus ſolvi non conſueverunt.*

16 *Eccleſia multa debet tolerare ob ſcandali timorem.*

17 *Multa per patientiam tolerantur, quæ exigente juſtitia ſi in judicium deducerentur non tolerarentur.*

18 *Canonem novum Papæ poteſt Epiſcopus contradicere, eò quòd Religioni ſuæ non convenit.*

19 *A conſtitutionibus maximè Pontificalibus ſupplicari licet, eò quòd non conveniunt moribus vetuſtis Regni.*

20 *Novitates, & abuſus cùm ſint genitrices ſcandali in damnum publicæ utilitatis, juſta cauſa eſt ad Bullarum retentionem.*

21 *Novitates, & abuſus valde duri vulgo apparent.*

22 *Univerſalis vulgi opinio eſt quodam modo jus naturale, non artificiosè, ſed originaliter gentium mentibus inſixum.*

23 *Reſcriptis Principum inſolitis non eſt parendum.*

24 *Inſolitum dicitur, quod non ſolet fieri, ſolitum verò quod aliquando factum fuit.*

25 *Contra inſolita reſcripta præſumitur, ideò in eorum executione ſuperſedendum.*

26 *Reſcriptum continens inconſueta, ſuſpectum eſt de falſo.*

27 *Abuſus dicitur Serpens, & contra jus, ac rationem uti.*

Abuſus in jure vocatur pernicioſus, deteſtabilis, & illicitus, ibid.

28 *Abuſus notorius in materia retentionis ille dicitur, quoties in illo actu uſus nullus ſtat.*

29 *In Regno Franciæ appellatur ad Senatum ab abuſu notorio facto per Eccleſiaſticos contra ſancta decreta, & concordata.*

30 *De abuſu notorio poteſt Curia cognoſcere, quando veniat quis contra authoritatem Regiam.*

31 *Et contra ſancta decreta, & concordata.*

32 *Abuſus notorius eſt trahere Regnicolam extra Regnum, à quo in Francia appellatur ad Curiam.*

33 *Regiorum tanta eſt vis, ut ſi quis aliquid impetret*

petret in diminutionem juris Regii Curia rescindit.

34 *Retentionem Bullarum ex abusu, & novitate scandali genitrice, status pertubetur, licitè fieri, justamque & legitimam esse causam multi probant.*

35 *Litteræ Apostolicæ prætextu violentiæ retinentur quando continent novitatem circa decimas, aut redecimas.*

36 *Novitas, & abusus notorius violentia quædam est.*

37 *Princeps inter personas Ecclesiasticas potest obviare novitati & abusui notorio, ne pax publica turbetur, & commune bonum detrimentum patiatur.*

38 *Pro novitatibus vitandis Imperiale implorandum auxilium.*

39 *Privilegia Regis, aut Regni expressè & tacitè concessa per Sedis Apostolicæ tolerantiam irrevocabilia, & intacta esse debent, cùm fuerint in renumerationem servitiorum concessa, & tolerata diù.*

40 *Si negligenter ea, quæ malè usurpantur amittimus, excessus via aliis aperitur.*

41 *Privilegia, & toleratæ consuetudines Regni, & Regis tanquam factæ, & inductæ à protectoribus, & defensoribus Ecclesiæ, nec convellendæ, nec mutandæ à Pontifice sunt.*

1 PRoverbiorum *capit.* 22. Sapiens ait: † *Nec transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui.* Et Deuteronom. *c.* 8. *Interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi.* Repetitum *in c.* 8. *Job. Interroga enim generationem pristinam, & diligenter investiga patrum memoriam.* Et per Hieremiam docemur *c.* 6. *State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea.*

2 Laudabiles igitur consuetudines in aliquibus † Regnis, & Provinciis à Sancta Sede Apostolica diu toleratæ, privilegiaque ob remunerationem concessa Regi, aut Regno, intacta semper manere debent, nec novitate turbari, etsi ex mutatione, & abusu videatur utile nasci, ut & mirificè docet D. Augustinus *epist.* 118. *c.* 5. ibi: *Ipsa quippe mutatio consuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat*, &c.

3 Novitatis quidem, & abusus † is est inevitabilis effectus, turbatio Reipublicæ, ac inquies publici status. Tanquam summoperè nocivæ, nec sunt introducendæ, ubi evidens, atque manifestissima utilitas non detegitur; exornarunt nonnullis, & contra novitates acriter scripserunt, Arias Pinellus *in l.* 2. *part.* 2. *capitul.* 4. *nu.* 2. *C. de rescindenda vendit.* Alciatus *reg.* 2. *præsumption.* 80. Joan. Nevizan. *consil.* 26. *num.* 9. Menchaca *de succession. creat.* §. 30. *num.* 312. Mantica *in Enchirid. rerum singul. c.* 5. Pater Villalobos in loco statim referendo, Menochius *præsumpt.* 34. *lib.* 5. & *in consil.* 302. *num.* 16. *vol.* 4. & *in cons.* 1042. *nu.* 11. Franciscus Vivius *decision.* 255. *numer.* 26. & *seqq.* Rebuffus *in Rubrica de rescriptis, num* 25. & *in tractatu nomination. quæst.* 30. *numer.* 34. Castillus Ramirez *de lege Regia*, §. 11. *num.* 31. Gregor. Lopez *in l.* 33. *tit.* 12. *part.* 5. Valençuela Velasquez *in consil.* 15. *à num.* 1. *cum seq. tomo* 1. ubi refert Ludovicum Morocium *responso* 99. *num* 1. & *seqq.* ubi & illud refert Tertulliani: *Novum omne, & incognitum quod est, suspectum est*; & addit, quòd maximè reprehensione dignus est, qui novitates introducit, ex *c. hæc autem scripsimus* 35. *distin.* etiam si bono animo id facere dicat, cùm adhuc ex eo detur origo malorum: nam, ut ait Lucianus *lib.* 1. *verarum historiarum. Sæpe numero etiam mutatio in melius majorum malorum consuevit esse principium*, addit idem Valençuela amet ipse quod inquit Cæsar *lib.* 6. *de bello Gallico, nemo est tam fortis, qui non rei novitate turbetur*, & ultra eum Franciscus Balduinus *in* §. 7. *sed naturalia, num.* 24. & 25. notabiliter observat; quod periculosa est omnis in Reipublica mutatio legum, nam eam sequitur repentina quædam, & morum, & vitæ mutatio, videndus Pater Villalobos *in Summa, tit.* 2. *de las leyes, difficult.* 37. *n.* 2. Quare dicit Consultus *in l. penul. ff. de constitut. Principum*, ibi: *In rebus novis constituendis evidens esse utilitas debet.* Sanct. Thomas 2. 2. *q.* 79. Soto *de justitia & jure, l.* 1. *q.* 7. *artic.* 1. Sarmiento *lib.* 2. *selectar. capitul.* 4. *n.* 9. *in fine*, Simancas *de Catholicis instit. tit.* 31. *n.* 28. Menochius *consil.* 52. *n.* 154. & plures relati à Bobadilla *in Politica, l.* 1. *cap.* 5. 9.

Semper enim novitas nociva est Reipublicæ, * 4 & scandali nutritiva ex supra dictis, & specialiter probandis inferius. Docet Leo Papa *lib.* 12. *epistola* 82. *ad Anastasium, cap.* 2. *Si ea destruerem, quæ Antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed everfor esse justè comprobarer, testante veritatis voce*, relatus *in c. si ea destruerem* 4. in ordine 25. *quæst.* 2. & *in cap.* 2. ibi: *Nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate mutari*, &c. & *in c.* 3. ibi: *Nec prætermitti posset hoc, quod antiqua Patrum institutio.*

Conducunt alia plura jura Civilia adducta suprà *c.* 1. *à n.* 181. *vers. Atque tandem*, &c.

Conducit quod S. Joann. Chrisostom. *super Psalmo* 43. ibi: *Non enim pro uxoribus & liberis & ancillis patriæque eversione, & captivitate, sed pro lege, & patria Republica pugnabant*, &c.

Canonica etenim instituta, & œcumenica Concilia Patrum antiquitùs dispositа, & laudabiliter observata in Regnis, moribusque provinciarum recepta & custodita semper conservanda sunt, & in tuto esse debent. Facit illa celebris sententia. Cassiodori *lib.* 2. *epistola* 4. *Delectamur vetustatis invento, & sequi regulas constitutas libenter amplectimur; quia locus surreptionibus non relinquitur quoties rationabiliter constituta servantur.* Idem Cassiodorus *lib.* 16. *epistola* 25. Et Magister Alvarez Archiepiscopus Tranensis *in Isaiam, c.* 12. *num.* 13.

Erasmus à Cochier, *in Thesau. Politicor.* 1. *part. lib.* 1. *cap.* 5. *versic. Nec mente tantum, cum P. in Gallo*, inquit: *Majorum enim instituta tueri, sacris ceremoniisque retinendis sapientis est.* Et conducit valde notabile illud Mæcenatis prudentis viri consilium, quod refert Diocasius *lib.* 52. *histor.* Simancas *de Catholicis institut. tit.* 46. *nu.* 21. & Petrus Gregorius *lib.* 33. *Syntagmat. c.* 7. *nu.* 8. & *lib.* 8. *de Republica, c.* 2. *n.* 14. Solorzano *de jure Indiarum, lib.* 2. *c.* 16. *num.* 73. *Deum semper & ubique cole, ut moribus patriis est receptum, ad eundemque cultum alios compelle, &c.* 5

Cùm ex novitate, abusu, & mutatione conturbatio populorum oriatur * & seditiones atque discordias sæpe numero generari per novitates, dixit text. *in c. cum consuetudinis de consuet.* Alciatus *in tractat. de præsumption. regul.* 2. *præsumpt.* 30. Menochius *lib.* 5. *præsumption.* 34. *numer* 2. Ancharanus *consil.* 157. *num.* 4. Jaff. *in l. in rebus, n.* 2. *ff. de constitution. Princip.* Rebuffus *in repetition. Rubricæ de rescriptis, num.* 24. *versic. Item in rebus, & in titulo nomination.* 5. *quæst. principali,*

n. 34.

n. 34. juxta illum Aphorismum Hippocratis: *Omnes mutationes periculosæ.* Omnis enim novitas præsumitur mala, secundùm Jaff. ubi proximè, *n.* 4. *Ecclesiasticæ moderationi* (inquit Gregorius Papa) *est omninò conveniens, ut quæ ordinata fuerint, vel rationabiliter decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari, in c. Ecclesiasticæ* 12. in ordine 25. *quæst.* 2. repetitum *in c.* 1. 35. *quæst.* 9. ibi: *Omnibus modis Ecclesiasticæ disciplinæ, vel moderationi conveniens est, ut quæ rationabiliter ordinata fuerint, vel decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari.* Et *in c. non puto.* 25. *q.* 2. ibi: *Ea, quæ sunt ab Apostolis eorumque successoribus instituta, nulla desidia negligantur, nulla dissensione violentur, nulla concertatione turbentur, &c.* & *in c. privilegia* 3. in ordine eadem causa, & quæstione; ibi: *Nulla possunt iniquitate convelli, nulla novitate mutari*, &c.

Quæ ad perpetuam utilitatem generaliter instituta sunt, * nulla commutatione varientur, nec ad 6
privata trahantur commoda, quæ ad bonum sunt communè præfixa, sed manentibus terminis, quos constituerunt Patres, nemo injustè usurpet alienum, sed intra fines proprios atque legitimos, prout quis voluerit in latitudine se exerceat charitatis, inquit, ad litteram Pontifex *in c. quæ ad perpetuam* 25. *q.* 1. Conducunt verba *l. testamenta* 18. ibi: *Mos namque retinendus est fidelissimæ vetustatis;* conducunt benè *l. 2. ff. de constitutionibus Princip. l. minimè ff. de legibus.*

Quod Patres nostri, sive in sanctis Canonibus, sive * in mundanis affixere legibus excedere mini- 7
mè debemus: contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si quod ipsi divino statuerunt consulto, intactum non conservamus, &c. Ut verbis utar Leonis Papæ IV. relatis *in c. ideò* 25. *q.* 2. *& in c. quod verò* 25. *quæst.* 1. ita ait Pontifex: *Quod verò dicitis nostris temporibus servari debere, quæ à meis quoque prædecessoribus tradita, atque custodita sunt, absit à me, ut statuta majorum consacerdotibus meis in qualibet Ecclesia infringam, quia mihi injuriam facio, si fratribus meis jura perturbo*, &c.

Quoniam ex novitate, & abusu intentato contra ea quæ antiqua traditione, & consuetudine sunt à 8
nostris Patribus, * & Prædecessoribus admissa, & constanter observata detrahitur juri publico, & inde tumultui & dissensioni occasio datur, pacemque publicam turbari probabiliter timere debemus.

Si quidem novitas, & abusus maximum vincu- 9
lum, * & affinitatem habent cum scandalo, & tamquam causa à causato inter se habentur, quod omni conatu evitandum. Docet Pontifex *in c. quod dilecto, de consanguinitate & affinitate*, in hæc mirabilia verba, ibi: *Unde in hac parte consultius duximus multitudini, & observatæ consuetudini deferendum; quàm aliud in dissensionem, & scandalum populi statuendum quadam adhibita novitate, &c.* quo alio testimonio hujus veritatis egemus, aut quærimus? probat insuper textus *in c. consuetudinis, de consuetudine:* ibi: *Et plerumque discordiam pariunt novitates: novitas* (dixit Joannes Chrysostomus homilia 9. ad Corinth. 2.) *omnium animos offendit, ea verò acerbitatem majorem affert, quæ priscorum rituum fundamenta effringit, ac leges radicitùs evellit, &c.* Semper enim novitates Rempublicam lædunt; ut ex Aristotele refert Patricus *de Republica, lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 44. ibi: *Civitatis statum diligant, contentique eo nihil moliantur, nihil cogitent, quod alienum, novumque sit, sed eam viam ire pergant, quam majores instituerunt, quæque aliorum vestigiis attrita sint, novarum enim rerum studium semper Rempublicam labefactare solet, quàm eam aliqua ex parte meliorem reddere, &c.* Nimis enim periculosæ sunt novitates, solentque in Republica dissidium parere, prout latè probat Menochius *lib.* 5. *præsumption.* 34. & diximus suprà *à num.* 1. *cum seqq.*

Et cùm hanc recognovisset veritatem Pontifex * Symmachus in quadam Epistola ab eò scripta, 10
& missa Episcopis Franciæ, hæc dixit: *Sedis Apostolicæ instituta sollicitant, ut de concordia universalis Ecclesiæ pervigili cura tractemus, quæ in eo præcipuè efficaciùs adolescit, si ea quæ à Patribus statuta sunt, ætas subsequens reverenter observet.* Quam Epistolam ad litteram refert Pater Azorius *institut. moral. lib.* 3. *c.* 36. *littera E.*

Ex hoc fonte provenit doctrina Cardinalis *in consil.* 8. *proposita quæstion.* in fine, prudenter * do- 11
centis, quòd Episcopus non debet mutare consuetudinem, ex qua Princeps diù contulit beneficia à se fundata, quando ex hoc dubitatur de scandalo inde crituro, sed debet rescribere Papæ, qui consuetudinem vel eradicet, vel confirmet.

Quod plurimorum doctrina comprobantur communiter recepta affirmantium, Regem etiam injustè possidentem Regnum aliquod à restitutionis necessitate excusari, si ex ea damnum, aut periculum aliquod timeatur in suo statu, atque si damna magna indè consequeretur Respublica, quos in unum congessit Solorzano *in tractatu de jure Indiarum, lib.* 3. *c.* 5. *à n.* 25. *cum seqq.* cujus doctrinæ argumento Navarrus *in Commentar. ad text. in cap. cum minister.* 23. *quæst.* 1. *& in Epistola ad Ducem de Alburquerque, versicul. Ad primum igitur, pagin.* 368. Defendit retentionem Regni Navarræ (quod etiam nunc possident nostri Reges Catholici) eo quod *per restitutionem præfati Regni certum est*, (inquit.) *apertum ire ostium Gallis inferendi maxima damna in alia Regna Hispaniæ per montes Pyreneos;* & in similibus casibus præfatam doctrinam probant Episcopus Chiapi, Victoria, Acosta, Joan. Matienzo, Joan. Boterus, Rebellus, Freitas, & alii quos studiosè congessit Solorzan. modò citatus *à n.* 29. & à princip. illius *c.* 5. videndus.

Et supra scriptam Cardinalis doctrinam referens sequitur * Felin. *in cap. nihil, sub num.* 4. *vers.* 26. 12
de præscriptionibus, quem, & alios sequitur Palatius Rubeus *de beneficiis vacantibus in Curia*, §. 11. *col.* 3. *ad fin. & col. sequenti*, in hæc: Undè licèt de juris rigore Papa præjudicare possit juri patronatus laicorum, ut traditur in allegatis Juribus, tamen non est fiendum, cum tanto Regis, & Regni scandalo, ut dicit Joannes Immola, *dict. c.* 2. *vers. Pontifex in fine, de præbendis, lib.* 6. quem alii sequuntur, & Franciscus Cardinalis *c. præterea el.* 1. *de Jure patronat. & in cons.* 57. refert & sequitur Felin. *in c. nihil. de præscriptionibus, col.* 2. *vers.* 26. dicentes: Quòd si ex consuetudine immemoriali Reges habent jus conferendi præbendas, & 13
ex hujus consuetudinis violatione, oritur scandalum, permittendum est sibi, ut beneficia conferant, quia cum scandalo nihil fiendum est, *cap. nihil. de præscriptionibus*, cum concordantiis, multò fortiùs.

Item videtur circa præsentationem, quæ cadit in laicum, & notatur *in cap. quanto de judiciis*, ad hoc benè facit, quod notantur voluit Immola *in cap. Inquisitione, de sent. excommunication.* in fine. Ubi dicit, quod si ex præcepto injusto Papæ vehementer præsumitur * statum Ecclesiæ turbari, vel alia mala 13
ventura esse, non esse parendum mandato, imo peccaret quis obediendo; cùm debeat futura mala præcavere, non juvare secundùm eum, quem omnes sequuntur, &c. Imò propter scandalum vitandum recedi potest

14 † à forma data à Superiore, Felinus *in dict. c. nihil sub nu.* 4. *versiculo, Trigesimo secundo*, & latiùs *in capit. cum dilecta. col.* 33. *vers. Limita septimo, de præscriptis.* Hæc Palatius Rubeus.

Cui consonat, quod propter vitandum scan-
15 dalum † probabiliter oriundum Ecclesia non petit decimas in terris, & Provinciis, in quibus non consueverunt dari, imò præeligit læsionem talis damni ad evitandum periculum alterius majoris mali, prout est scandalum, & status publici turbatio, ut firmat Cardinalis Turrecremata *in c. si tributum* 11. *q.* 1. *num.* 1. per totum, & per eum fatetur Marta *de jurisdiction. part. cap.* 25. *num.* 43. sequitur Felinus *in dict. cap. nihil, sub nu. vers. Trigesimo*
16 *tertio*, ubi ad finem dicit, hanc doctrinam loco † exempli esse secundùm Glossam, esseque applicabilem ad multa, quæ Ecclesia tolerat ob scandali timorem, quæ ipsemet Felinus recenset *in c.* 1. *de tregua & pace.* Quia multa per patientiam toleran-
17 tur † quæ si fuissent in judicium deducta, exigente justitia tolerari non deberent, ita dicit Pontifex *in c. dudum de præbendis*, Alexand. Ludovis. *dec.* 162. *n.* 11. ubi alii citantur.

Cui adaptatur Glossa *in c. in istit.* 4. *distin. verb. Judicent.* quæ per textum ibi dicit: *Cùm ergo Papa*
18 *vult condere Canones, Episcopi* † *possunt contradicere, & dicere Canon iste non convenit consuetudini Regionis nostræ, &c.*

Ex hac etiam ratione multi probant Doctores,
19 à mandatis, * & legibus principum superiorum, & Pontificis licere supplicare ex justa causa, quæ tunc talis judicatur, quando moribus laudabilibus, & vetustissimis alicujus Regni, aut Provinciæ minimè conveniunt, maximè à Constitutionibus Summi Pontificis Pastoris, & Principis universalis Ecclesiæ, quæ sub se tot complectitur Provincias, & Regna, quorum mores, & consuetudines probabiliter (quia in facto; & non jure scripto consistunt) ignorare præsumitur, ac propterea supplicare licitè judicant Doctores omnes, cùm ex hac novitate, & morum mutatione turbatio Reipublicæ, & status Ecclesiastici probabiliter timeatur, & exinde facillimè scandala oriri soleant (ut dictum est)
20 probant Castro *de lege pœnal. libro* 1. *cap.* 1. *folio* 8. *sub lit. B.* Manuel. Rodriguez *quæstion. Regul. tom.* 1. *quæst.* 6. *articul.* 7. Suarez *de legibus, lib.* 4. *cap.* 16. *nu.* 6. & Salas *de censur. tomo* 2. *articul.* 3. *disput.* 4. *conclusion. fin.* Salas *de legibus, tract.* 14. *disputat.* 13. *sanct.* 4. Anguianus *de legibus, controvers.* 5. *n.* 2. *& per totum*, Bannez, & Salon. quos referens sequitur Salas *dicta sanct.* 4. Suarez ubi proximè *n.* 4. Sed quia de hoc articulo plurima congessimus hac 1. *part. cap.* 2. *versicul. Nam ut inquit Suarez à n.* 148. *cum multis seqq.* ad quæ te remitto, ulterius non tracto.

Et cùm hæ novitates, & abusus sint genitrices
20 scandali, † & turbationis pacis, & tranquillitatis publicæ, ex quibus notabilia damna, & inconvenientia dilabuntur, omni modo prævenda sunt, justaque tunc causa & legitima dicitur ad suspendendam executionem litterarum Apostolicarum, ne pax publica turbetur, & bonum commune detrimentum patiatur; propterea huic articulo abusûs, & novitatis eas omnes doctrinas poteris applicare, quas longa manu conjecimus *cap.* 4. & 5. *supra hac* 1. *parte.* Quæ omninò conveniunt ex indentitate rationis, & ex præcisa, & necessaria consequentia, ut hactenus in hoc capite vidisti. Cùm ex novitate & abusu oriatur scandalum in damnum Reipublicæ, atque utilitatis publicæ.

21 Novitates, & insolita, seu † abusus (quæ idem sunt in effectu acerbissima, & valdè dura, & assepera vulgo semper apparent, quæ omninò prævenda sunt, ut dicit Patianus *in consil.* 113. *num.* 7. *usque ad n.* 12. *folio* 69. ibi: *Quod vulgò insolitum, ac durissimum videtur, id quippe à Judicibus fieri non potest, debemus etenim cavere,* * *ne aliquid ju-* 22
dicando, vel. consulendo dicamus, quod vulgò videatur iniquum, quia universali vulgi opinio, est quodammodo jus naturale, non artificiosè, sed originaliter mentibus hominum infixum.

Quare insolitis rescriptis Principum parendum * 23
non esse, sed imò spernì dicit Menochius *cons.* 1. *n.* 343. Giurba *decision.* 47. *n.* 1. & 2. ubi dicit. Idcirco libenter Imperatorum concedere, *in l. rescripta, C. de precibus Imperator. offerend.* rescripta, mandataque sua non observari, si juri repugnent, Aldovinus *consil.* 20. *n.* 58. Scaccia *de judicis, c.* 53. *sub n.* 33. Carthanus *de execution. sentent. capto Bannito c. fin. n.* 341. plura apud Grammatic. *cons.* 45. *nu.* 48. & 49. Farinac. *quæst.* 37. *nu.* 74. Bolognet. *consil.* 1. Peregrinus *cons.* 2. *sub. n.* 143. *vol.* 2.

Insolitum nempè dicitur, * quod nunquam so- 24
let fieri, nam cùm solitum dicatur, quando aliquid fuit aliquando factum una vice, *l. nulla*, §. *sed si aliment. ff. de alimentis, & cibariis legat.* ubi Bart. Curtius junior, *cons.* 19. *n.* 4. Angelus, & Paulus Castrens. *in l. consentaneum, C. quomodo, & quando Jud.* Zephalus *cons.* 28. *nu.* 31. *vol.* 1. Solorzano *de jure Indiarum, l.* 2. *c.* 24. *numer.* 89. Decianus *in cons.* 124. *num.* 8. *lib.* 2. Craveta *cons.* 899. *nu.* 6. Thuscus *lib.* 6. *litt. S. concl.* 334. *num.* 11. Castillo *de tertiis, c.* 9. *num.* 53. *in fin.* ultra quos Doctores ex aliis nempè, ex Alexand. Raud. Petro Surdo, Gozadino Brunore à Sole, Antonio Gabriel. & aliis diximus *in tractatu de Regia protectione*, 2. *par. c.* 9. *à n.* 21. *cum seqq.* ità è converso, insolitum dici, quando nunquam factum fuit, probavimus ex aliis, ibid. *n.* 23.

Hinc contra insolita rescripta, * & inconsueta 25
præsumendum est, adeò ut in ejus executione sit supersedendum, probant Felin. *in c.* 2. *n.* 16. *de rescriptis*; ubi etiam textus, pro quo facit textus *in c. in memoriam*, 19. *distinct.* Abbas *in dict. c.* 2. & *in c. ex parte el* 1. *in fin. de officio delegat, & in c. cum instantia prope fin. de censibus*, textus *in c. ex parte, de Capillis Monachorum, & in l. sacri affatus*, & ita ibi sumat Bald. *de diversis rescriptis, c. porrecta*, ubi glossa magna in verbo, *Confirmat, de confirmat. utili, vel inutil.* Roman. *consil.* 378. *quæstio est, nu.* 12. *versicul. Secunda ratio*, Decius *in c. ex. parte, versic. Nota tertiò*, Rolandus à Valle *consil.* 39. *nu.* 29. *vol.* Mandos. *supra Regula Cancellar. de infirmis, quæst.* 16. *n.* 8. & ex aliis probat Mascardus *de probationibus, conclusione* 1275. *à n.* 3. qui *n.* 11. dicit, quòd rescriptum continens * in- 26
consueta, censetur suspectum de falso, per Ripam *in dicto cap.* 2. *n.* 32. *col.* 8. & 9. Curtium Junior. *in consil.* 174. Abbas *in dict. c. ex parte*, per text. *in capit. quamvis, de rescriptis in* 6. & ex aliis probat Mascardus ibidem.

Pariter etiam abusus dicitur, * perperàm; & ma- 27
lè uti contra jus, & rationem, *l. plenùm*, §. 1. ibi: *Non usque ad abusum, ff. de usu, & habition.* Qui propterea in jure aliquando vocatur abusus perniciosus, ut *in c. perniciosus, de celebratione Missarum*, aliquando detestabilis, ut *in c. si Canonici in fin. de officio Ordinar. in* 6. aliquando nequiter abuti, ut *in c. Sedes, de rescriptis*; aliquando abusus dicitur illicitus usus, *c. ut privilegia, de privilegiis, & c. privilegium* 11. *quæst.* 3. Lucas de Penna *in l. usum aquæ, col. Cod. aquæductu*, Guido Papa *singulari* 577. *utrum quis*, Rebuffus *in tractat. de congrua portion. quæstion. final.* Rebuf-

fus

ſus *ipſe in l. bona ejs itatis, ſuper verbo, Abuſivè, verſ. Abuti etiam decimas, ff. de verborum ſignificat.* & per Archidiacon. *in c. quamvis, de officio delegat. in 6.* & Lucam de Pen. dicit ipſe Rebuf. *in tractata de appellatione tanquam ab abuſu, numero 1.*

28 Et tandem in noſtra ſpecie † abuſus notorius ille dicitur, quoties in actu, qui geritur uſus nullus fiat, *l. ob eas vitia, §. idem Pomponius, ff. de ædilitio edicto*; & latiùs explicavimus *de Reg. protect. 2. part. c. 1. à n. 116. & ſeqq.*

29 Qui quidem Rebuffus ibidem † dicit, inde in Regno Franciæ introductam eſſe appellationem, quæ vocatur *à notorio abuſu*, quando ſcilicet palam, & notoriè quis ſanctis decretis, ac concordatis, privilegiiſque Galliæ perperam utitur, juxta illud Ciceronis pro Roſcio Amerino: *Quid eſt alio judicio, ac legibus, ac majeſtate abuti?* Et ibidem idem Re-
30 buf. in *n.* 8. dicit, poſſe de notorio abuſu Curiam † cognoſcere, quando quis venit contra authoritatem Regiam, ut ſi in illo Regno Comes Palatinus legitimet in temporalibus, vel creet Notarios, ut tunc ab iſta legitimatione appelletur ad Curiam Regiam tanquam ab abuſu ſecundùm Benedictum *in c. Rainunt. in verbo, & uxorem, n. 197. & ſeqq.* Aufrer. *in ſtylo Parlamenti, arreſto* 251. & ipſe
31 Rebuf. in *n.* 10. Quando quid ſit contra ſancta † Decreta, & concordata, ut putà, quando quis omiſſo medio velit appellare ad Papam, vel quando Judex delegatus ab eo voluerit cognoſcere in prima inſtantia, ut ob abuſum notorium appelletur ad Curiam Regiam.

Et in *n.* 11. recenſet ipſe Rebuff. caſum, quando
32 † contra privilegia Regni aliquid fiat, ut ſi aliquis exterus trahat aliquem Regnicolam extra Regnum, ſecundùm Aufrer. in ſtylo Parlamenti, *arreſto* 359. & *arreſto* 269.

Hinc dixit Renat. Choppinus *de ſacra politia, l.*
33 *1. tit. 7. n. 2.* ibi: *Tanta † vis eſt Regaliorum ut ſi quis moliatur Romani Pontificis candidatus, quo Regium jus minuatur, id velut abuſivè factum reſcindat Curia, &c.*

34 Cùm igitur ex abuſu & † novitate perturbatio ſtatus, atque ſimul indè ſcandalum oriatur, meritò dicunt Doctores, juſtam & legitimam eſſe cauſam, ut à Senatu ſupremo fiat litterarum Apoſtolicarum reverenter retentio, probant Driedorius *in l. de libertate Chriſtiana, pagin.* 183. cujus verba ad litteram retulimus ſuprà *cap. 2. à numero 5.* Salzedus *in praxi crim. Canon. c. 54. n. 22.* Martinus Navarrus *in c. cum contingat, remedio 1. verſ. Decimo facit, de reſcriptis*, Aufrerius *de poteſtate ſeculari ſuper Eccleſias, folio* 30. Simancas *de Catholicis inſtitutionibus tit* 45. *numero* 35. Azevedus *in lib.* 14. *tit. 3. l. 1. Recopilat. à numero* 45. ubi dicit, quòd etiam in ſententia Principis ſuperſedendum eſt, quoties aliquid irregulare, & novum præcipit, poſt Felinum, Decium, Cepolam, Palatium, Rubeum, Suarez, Guillelmum Benedict. Chaſſaneum, & alios plures, ex quo infert ad noſtram, de qua agimus Bullarum retentionem, ut ſi juſta cauſa quando in eis præcipiatur quid novum, & irregulare, & fere omnes, qui de juſtificatione hujus retentionis litterarum Apoſtolicarum tractant, quos recenſui ſuprà *in l. 2.* à principio, id ipſum conſtanter, & communiter affirmant.

Et ipſe Azevedus *in l. tit. 5, lib. 1. Recopilat. ante finem*, ubi dicit, litteras retineri Apoſtolicas
35 † prætextu violentiæ, quando continent novitatem decimarum, aut redecimæ. Quia novitas in decimis petendis & exigendis, nec inducenda, nec permittenda eſt, ſed antiqua in illis percipiendis conſuetudo ſervanda, ob vitandum ſcandalum, & com-

motiones inde oriundas, *Gloſ. verbo, Decimarum, verſic. Alii dicunt, in c. 1. de decimis in 6.* & ex notatis per Bald. *in l. 3. n. 9. C. de ſervitut. & aquæ* tradit Barba *in addition. ſi. ad eum*, & ibi Anton. de Butrio *in c. 2. num. 1. de decimis*; dicens contra tales novas exactiones de jure præſumpi. Anton. Faber. *lib. 1. ſui Codicis, tit. 2, de ſacroſanctis Eccleſ. diffinit.* 63. Papon. *lib. 1, tit. de decimis, Arreſto* 3. Vincent. de Franchis *deciſion.* 124. *nu.* 1. Inde ut Covarruvias ait. *lib. 1. variar. c. 17. nu* 8. perpendi poteſt ratio vera, & ſanè juſtiſſima, quæ Catholicos Hiſpaniarum Reges, & præſertim Carolum Cæſarem Invictiſſimum induxerit, ut publicis edictis vetuerint in his Regnis, decimas etiam à laicis exigi, quæ per conſuetudinem contrariam ne ſolverentur, inductum erat, ut cautum fuit ab eodem Cæſare *in Comitiis Toleti, anno* 1515. *l. 14. & 76. & l. 19. & 56.* quæ hodie habentur *in dict. l. 6. cum ſeqq. tit. 5. l. 1. Recopil.* Gregor. Lopez *in l. 1. tit. 20. p. 1. gloſſ. 3. ad fin.* Vaſcuel. Velaſquez *in conſ.* 146. *à num. 46. cum ſeqq.* ubi ſingulariter perpendit damna Reipublicæ, & ſeditiones ortas ex hujuſmodi novitate, & abuſu. Idemque apud Gallos ſtatutum fuiſſe à Philippo IV. *anno* 1353. & ex conſuetudinibus *Albericæ* conſtat, *tit. 17. art. 18. & ex Bituricenſibus, tit. de conſuet. prædiali. §. 12.* ubi Boerius, pluries ita fuiſſe judicatum refert, traditque Carol. de Graſſalib. *l. 23. Regal. Franc. jure 7.* ex Ordinatione Philippi pulchri, Francorum Regis *edita anno* 1324.

Ratio eſt hujus concluſionis, quia re vera novitas, & abuſus notorius violentia quædam eſt, † 36
ut probat Martinus Navarrus ubi proximè *in c. cum contingat, remedio 1. verſ. Decimo facit, de reſcript. & Nos dict. c. 1. ſub n. 117. de Regia protect.* Ex ea novitate etenim, & abuſu notorio violantur laudabiles conſuetudines, & vetuſti uſus jura, & privilegia Regni, aut Regis; ac indè vim notoriam fieri, quis dubitat? ſi ſubvertantur.

Undè fit, ut Principes inter perſonas Eccleſiaſticas poſſint novitati inſolitæ, & abuſui notorio obviare, ne pax publica † turbetur, & commune 37
bonum detrimentum patiatur, ut poſt magnam Doctorum catervam, probat Cen. *in collect. 1. p. col. 5. n. 3.* & poſt Simancas, & alios idem probat ipſe Cen. *in quæſt. Canon. 45. n. 6. & 7. Nos in tr. de Reg. protect. 1. p. c. 1, à n. 116,* ubi alios allegamus ad hoc propoſitum.

Hinc docet Imperator † Juſtinianus *in l. 2, C. de* 38
veteri jure enucleando; quòd in novitatibus remedium Imperiale imploretur, ibi: *Auguſtum imploretur remedium, quia ideò Imperialem fortunam rebus humanis Deus propoſuit, ut poſſit omnia, quæ noviter contingunt, & emendare, & componere, & modis, ac regulis competentibus tradere*, &c. Hinc Poeta de Didone teſtatur.

Res dura & Regni novitas me talia cogunt
Moliri, & late fines cuſtode tueri.

Ad curam enim Regis pertinet novitates, quæ in Republica moliuntur, feſtinanter evellere, juxta notabilem Epiſtolam Regis Antiochi, quam ad litteram refert Joſephus *l. 12. antiquitatum, c. 3.* in hæc: *Rex Antiochus Zeuxidi patri ſalutem: Si vales bene eſt, ergo quoque valeo. Quia quoſdam in Phryg & Lydia res novas moliri audio, videtur hoc negotium curam meam depoſcere; quapropter conſultis de hac re amicis, placuit mihi ex Judæis, qui Babyloniam, ac Meſopotamiam incoluit, duo millia familiarum cum tota ſupellectili eò traducere, & locis opportunis per præſidia diſponere*, &c. Eandem refert Joan. de la Puente *en la con-*

veniencia de entrabas monarchias, l. 2. c. 17. §. 6. ad finem.

Igitur privilegia Regis, aut Regni à Sancta Sede
39 Apostolica concessa ob remunerationem † servitiorum Ecclesiæ gestorum ab eisdem Rege, & Regno (tanquam protectoribus, & defensoribus acerrimis Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Religionis) sive expressa, sive tacita ex permissione, & tolerantia ob hanc causam, cæteræque laudabiles, & vetustissimæ consuetudines diu vigentes, ut latè probatur *in l. 14. t. 3. l. 1. Recop.* inviolabiliter debent permanere, & incommutabiliter conservari, nulli subjecta alterationi, nec novitatis turbationi juxta *c. cum longè 63. distinctione*, ibi: *Salvo privilegio uniuscujusque provinciæ.* Ne Respublica ista commotiones, & scandala patiatur, sine cujus maximo detrimento quævis in iis novitas securè non transibit; talia quippè privilegia, tamquam facta in remunerationem servitiorum, quæ transeunt in vim contractus non possunt revocari. Infinitos penè Doctores congessit Giurba *conf. 89. n. 14.* & infrà latiùs *in conf. 114.* principio & *à n. 4. cum multis seq. & conf. 94. n. 12.* & in nostris terminis, quòd hujusmodi privilegia concessa Regi, vel Regno, cùm sint in remunerationem servitiorum, & obsequia in Ecclesiam præstita, transeant in vim contractus, & facta dicantur ob causam onerosam, & ideo non posse revocari in terminis, Pater Henriquez *de Pontific. clave, c. 24.* latè per totum, Azeved. *in l. 14. tit. 3. l. 1. Recopil. à n. 42.* & suprà. Infinitos alios Doctores Theologos in iis terminis loquentes laudavimus suprà *c. 2. à n. 196. usque ad n. 199.* Ideò nihil mirum, ut per Bullarum retentionem earum executionis suspensionem, necnon humilem supplicationem ad Sanctissimum tanto damno publico obvietur, & celeriter occuratur, ut nulla novitate turbentur in notabile damnum & perniciem, scandalumve horum Regnorum, omni modo præcavendum.

Facit optimus textus *in c. loci 29. quæst. 9.* ibi:
40 *Ecclesiastici † quippe vigoris ordo confunditur, si aut temerè illicita præsumantur, aut non concessa impunè tententur; proinde si negligenter ea, quæ malè usurpantur, omittimus, excessus viam procul dubio aliis aperimus, &c.* Quæ quidem verba repetuntur *in c. pervenit 93. distinctione*, in fin. Quare ne occasio aliis nequiter impetrantibus detur, sed via omnìnò omnibus claudatur, talium importunitatibus, & suggestionibus diligenter occurrendum est, atque hujusmodi damnis Reipublicæ per eosdem causatis.

Et insuper quoniam hujusmodi privilegia tam
41 expressa, † quàm tacita ex tolerantia justa Sedis Apostolicæ, ut inquit, *dict. l. 14.* cùm facta sint, & tolerata Regi, & Regno tamquam protectoribus Ecclesiæ, & acerrimis defensoribus, intacta semper debent permanere, ut profitetur Gregorius Pontifex Bonifacio I. defensori Ecclesiæ, relatus *in c. institution. 7.* in hæc: *Institutionis nostræ decreta, quæ pro defensorum sunt privilegiis, & ordinatione dispositа; perpetua stabilitate, & sine aliqua constitutimus refragatione servari, sive quæ rescripto decrevimus, sive quæ in nostra præsentia videntur esse dispositа, nec à quoquam Pontificum in totum, vel in partes ea qualibet occasione convelli, decernimus, vel mutari, & c. 25. q. 2.* qui textus multa dignus est ponderatione.

CAPUT VII.

Præjudicium tertii an, & quando legitima causa dici possit, ut Bullarum retentio licitè permittatur.

SUMMARIUM.

1 *Principis objectum est, quod justum est, juxta Aristotelem.*
2 *Violentum est, quod injustum est, & contra legem.*
3 *Potestatis supremæ prætextu à licito recedere non licet.*
4 *Destructio paratur civitati in qua legi magistratus præsunt, non istis lex.*
5 *Principes, quibus Deus nomen suum communicavit, ea puritate nitere procurent, quæ tanto nomini convenit.*
6 *Ubi non est cura juris, pietas, & fides, instabile Regnum est.*
7 *Sublata justitia, fluctuat orbis terrarum universus.*
8 *In plenitudine potestatis Principibus data à Deo non veniunt illicita.*
Vera Principis potestas est, quæ in peccando posita non est, ibid.
9 *Potestas Principis absoluta æquo, & bono temperanda est.*
10 *Deus non dedit Principi jurisdictionem peccandi, nec auferendi alienum.*
11 *Potestas Principis non cognoscitur, ubi subditis fit injuria.*
12 *Princeps quod ultra justitiam operatur, ex impotentia gerit.*
13 *Id est posse, quod licitè, & justè fieri potest.*
14 *Princeps non dicitur posse quod honestè non potest.*
15 *Absoluta principis potestas non cadit in Principe Christiano, cui nihil licet, quod divino naturali, aut Gentium juri repugnet.*
16 *Potestatis absolutæ mentio aliqua non habetur in toto jure.*
17 & 18. *Pontifices & alii Principes justè statuere, rescripta omnia in præjudicium tertii emanata non exequendo, quia contra jus sunt, & Principis voluntatem.*
19 *Contra jus naturale privilegium concessum à Rege non valet.*
20 *Privilegium contra jus naturale dicitur, quo res alterius alicui conceditur.*
21 & 22. *Ob publicam utilitatem res aliena auferetur data recompensa, vel pretio soluto, juxta l. Partitæ.*
22 *Litteræ contra jus naturale in præjudicium juris tertii non adimplentur.*
23 *Imperator Dominus est subditorum quoad protectionem ne vim patiantur, non tamen rerum particularium, quas auferre nequit, nisi ob causam publicam data recompensa.*
24 *Imperatoris potestas dominium, in gubernatione, & protectione subditorum consistit dumtaxat, non in rebus singulorum.*
25 *Rescripta, quæ à Rege impetrantur in præjudicium juris tertii obedienda esse, non tamen exequenda, leges Regiæ enixè commendant.*
26 *Princeps nisi ex justa causa à lege approbata jus tertii tollere nequit.*

27 *Nec*

27 *Nec ex plenitudine potestatis, quia à bono, & æquo temperatur, aliter non cadit in Principe Christiano.*

28 *Princeps quantumcumque supremus de bonis subditorum non potest disponere, nisi ex justa causa, & data recompensa, juxta veriorem opinionem.*

29 *Summus Pontifex sine causa alicui auferre beneficium, & alteri dare non potest.*

30 & 31. *Pontifex ex justa causa auferre potest beneficium alicui, data tamen recompensa.*

32 *Causa publicæ utilitatis legitima dicitur, ut Princeps tollat dominium proveniens à jure naturali, aut gentium.*

33 *Danda tamen tunc erit recompensa.*

34 *Propter pacem, & concordiam potest Rex jus unius alteri dare.*

35 *Ex causa publicæ utilitatis superveniente potest Rex revocare, aut modificare donationem, privilegium, aut contractum à se gestum, quando graviter lædunt Coronam.*

36 *Id tamen faciendum per legem generalem.*

37 *Rex, vel ejus successor, an possit revocare donationem, aut privilegium ob remunerationem servitiorum, remissivè.*

38 *Rex ex causa publicæ utilitatis potest dominium tollere tam de jure Civili, quàm de jure gentium quæsitum, intellige ut ibi.*

39 *Nec Papæ, neq; Regi obtemperandum in illicitis.*

40 *Litteræ impetratæ contra jus tertii, tanquam contra jus naturale obtentæ non sunt exequendæ, sed suspendendæ.*

41 *Executor non suspendens executionem litterarum contra jus naturale, an debeat puniri.*

Et quid contra jus positivum, vel consuetudinarium, ib.

42 *Contra rescriptum tollens jus tertii præsumitur, cùm sit contra voluntatem Principis.*

43 *Papa tolerat suspendere executionem rescripti in grave tertii præjudicium obtentum.*

44 *Litteræ Apostolicæ retinentur in Senatu ob grave damnum juris tertii ad effectum supplicandi Sanctissimum.*

45 *Papa sicuti quilibet alius peccat tollendo jus tertii.*

46 *Rescripta contra jus tertii censentur impetrata ob nimiam importunitatem maximè Curialium.*

47 & *seq. Præjudicium tertii justa causa est retinendi litteras Apostolicas in Senatu.*

50 *Litteræ, quibus tollitur jus tertii radicatum justo titulo ad beneficium cum deficiat potestas, sunt in Senatu retinendæ.*

51 *Litteræ Principis emanatæ super materia, in qua deficit potestas in principe non exequentur, etiam accedente secunda, & tertia jussione.*

52 *Litteras in præjudicium juris tertii retineri in Senatu, nulli magis, quàm ipsi Papæ interest.*

53 *Supplicare licet Clerico à litteris, quibus jus suum ad beneficium tollitur, ut melius informatus Papa illas reformet.*

54 *Et peccaret Papa non admittendo hanc supplicationem.*

55 & 56. *Ad Papam pacisentem cum Clero de præstanda certa summa nomine decimæ si aliquem postea eximat à solutione, potest Clericus supplicare.*

Immunitas à solutione facta per Regem alicui particulari cedit in damnum Regis, non Regni concedentis certam summam, ibid.

57 *A litteris in præjudicium tertii potest ad Papam supplicari, qui si non admitteret supplicationem, peccaret.*

58 *Supplicatione reverenter, & cum causarum expressione interposita suspenduntur litteræ Apostolicæ in præjudicium juris tertii.*

59 *Contra mandatum Papæ, aut Principis non dicitur venisse, qui pro majori utilitate; & honore Papæ illud suspendit.*

60 *Executio litterarum suspenditur, quoties timetur majus damnum ex ea, quàm ex dilatione.*

61 *Jus tertii potest tolli per legem generalem quæ cunctos comprehendat, non particulares.*

62 *Retentio litterarum in Senatu ob præjudicium juris tertii, tunc habet locum dumtaxat quando ex executione earum inducitur violentia, aut aliud damnum publicum.*

Litteræ in derogationem juris patronatûs laicè non tam retinentur ob præjudicium patroni, quàm ob damnum publicum inde illatum, ibid.

63 *Litteræ Apostolicæ in præjudicium juris tertii tunc continent violentiam, si expediantur absque ejus citatione, & causæ cognitione.*

64 *Justa causa tollendi jus tertii, tunc præsumitur in Principe quando facit cum citatione partis, non aliter.*

65 *Princeps absque citatione, & juris ordine aliquem condemnans iracundia motus suspendenda erit executio.*

66 *Mandatum Principis contra jus divinum, aut naturale inductum suspendendum erit, non exequendum.*

67 *In executione rescripti supersedenda inferentis notabile præjudicium.*

68 *Rescriptum contra jus tertii eo tamen non citato retinetur in Senatu, ne violentia fiat per executionem ejusdem.*

69 & *seqq. Pater Henriquez declaratur in confusione duorum remediorum, appellationis, nempe ab executore, & Bullarum retentionis remedio.*

70 *Tertius de cujus præjudicio conqueritur in Senatu, si fuerit ad id citatus, non utitur remedio retentionis litterarum, sed appellationis ab executore, quando excedat, & ob non delationem per viam violentiæ adiitur Senatus.*

71 *Si in expeditione litterarum Apostolicarum contra jus tertii, iste non citetur, nec causæ cognitio adhibeatur ob violentiam sibi factam potest recursu retentionis uti.*

72 *Privata justitia saltem causativè publicam quandoque producit perniciem.*

73 *Injustitia, qua jus tertii tollitur, vis publica est.*

ILlud Principis Supremi objectum † (inquit Aristotel. 5. *Politicor. c.* 10) quod justum est: nec enim aliud † justum dicere solemus, nisi quod legis est, quod verò contra legem est, id violentum est, Xenophon *l.* 5. *moral. fol. mihi* 336. & *l.* 1. *de institut. Cyr. for.* 10. latè Tiraquellus *ad leges connubiales, glossa* 9. *princ.* Ambrosius *dec.* 23. *numero* 18. Valençuela Velasquez. *consil.* 70. *numero* 24. Marius Giurba *cons.* 2. *num.* 16. Tùm quia dirigitur ad bonum publicum, & commune, Camillus Borellus *de præstant. Regis, c.* 31. *n.* 34. Tùm quia potestatis supremæ † prætextu à justitia, & licito recedere non licet, *c. quisquis* 11. *qu.* 3. exornat Paleotus *in tr consult. sacrarum const. p.* 1. *q.* 9. Castill. Ramirez *de lege Regia*, §. 3. *n.* 116, 117. & *seq.*

Hinc Plato, *l.* 4. *de legibus*, inquit, *Paratum*

4 *exitium* † *illi Civitati video, in qua non lex Magistratibus, sed legi Magistratus præsunt*, comprobat Decianus *libro crimin. cap.* 30. *numero* 7. Borellus *de Magistratibus edit. l.* 3. *cap.* 4. *numero* 2. Petrus Gregor. *de Republica, l.* 7. *cap.* 20. *n.* 2. & alii, ut per Mexiam *de taxa panis, concl.* 7. *n.* 29. notat Boterus *l.* 2. *de ratione status, c. penult. fol.* 60.

Ideò Bellarminus *de officio Principis, l.* 1. *c.*
5 *9. fol.* 53. *Principes* (ait) *quibus Deus* † *nomen suum communicare dignatur, ea puritate nitere procurent, quæ tanto nomini convenit.* Et Seneca *in Trag. Thyest.* inquit, *ubi non est pudor, nec cu-*
6 *ra* † *juris, sanctitas, pietas, fides, instabile Regnum est*, & Sophocles apud Stobæum *sermone* 48. *justo resistente non est facile Philemonis, justitiæ tum apud mortales, tum apud Deos immortales perpetuò gloria solius perdurat*; his connectit Bellarminus ubi
7 proximè *l.* 1. *c.* 19. *fol.* 122. *Sublata* † *justitia fluctuat Orbis terrarum universus*, Bardellus *conf.* 136. *n.* 28.

Tum quia licèt Deus dederit Principi amplitu-
8 dinem † potestatis (de qua differunt copiosè Suarez, *lib.* 1. *de leg. cap.* 8. Bobadilla *in Politic. lib.* 3. *capitul.* 9. Vasquez *lib.* 1. *controversia illustrium, cap.* 4. *numero* 11. *& cap.* 5. Lepatus *l.* 1. *variarum, tit. de Principis potestate*, per totum) Ea tamen concessione non veniunt illicita, *l.* 1. *ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni jur. l. si procurator. ff. de condit. indebiti, cap.* 1. *de jurejurand.* Petra *de potestat. Principis, cap.* 24. *nu.* 28. Menoc. *de arbitrar. lib.* 1. *c.* 7. *num.* 77. Sola, *tit.* 23. *de insult. glos.* 2. *nu.* 2. Top. *de Princip. potestate*, §. 8. *n.* 22. Montier *dec.* 8. *n.* 19. Quia vera Principis potestas est, quæ in peccando posita non est, *cap.* 1. *dist.* 40. *sunt quidem* 25. *q.* 1. Bursatus *conf.* 162. *n.* 12. Canagnolus Montisfer. *decret.* 20. §. 1. *q.* 10. *n.* 8.

9 Absoluta etenim illa potestas † Principi attribuitur non recognoscenti superiorem, ut ea utatur ad justitiam æquo, & bono temperandam, Morla *in emporio jur. tit.* 1. *de legib. q.* 1. *n.* 17. Peregrinus *conf.* 7. *num.* 22. *lib.* 4. Renneri. *decis.* 22. *numero* 19. *part.* 4. Surgen. de Neapol. *illustrat. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 18. Marius Giurba *conf.* 1. *n.* 36.

Hinc Bart. *in fi. n.* 2. *C. si contra jus vel utili-*
10 *tatem publicam*, † ita inquit: *Non enim Principi dedit Deus jurisdictionem peccandi, nec auferendi alienum*, Soto *l.* 4. *de justit. & jure, q.* 4. *articulo* 1. Morla ubi proximè, *dict. numero* 7. Fabius Anna *consil.* 62. *numero* 26. Villar. *consil.* 8. *sub num.* 21. in fin. Rota Avenionens. *dec.* 133. *n.* 20.

11 Quoniam ut subditis fiat injuria, illic se Principis † potestatem non cognoscere (inquit Sazius *consil.* 10. *numero* 7. *vol.* 2.) sed tyranni; Covarruvias *lib.* 3. *variarum resolution. cap.* 6. *numero* 8. Pascalis *de viribus patriæ potestatis*, 1. *part. cap.* 1. *numero* 52. Marta *voto* 166. *numero* 22. Mascard. *de generali statutor. interpretat. conclus.* 5. *numero* 181. Gaill. *lib.* 2. *observat.* 58. *numero* 14. Parlador. *l.* 2. *rerum quotidian.* 1. *part. c. fin.* §. 7. *num.* 10. Morla *in emporio juris, tit. de legibus, quæst.* 1. *num.* 7. Marta *de fideicommiss. lib.* 3. *c.* 22. *n.* 15. Et quod
12 ultra gerit, † non ex potentia, sed ex impotentia procedere, dicit Petrus Gregor. *de Republica l.* 9. *c.* 2. *n.* 1.

13 Non enim potestas est, † quæ ad injustitiam exercendam potens est, quia id est, posse, quod justè & licitè fieri potest. Plures citat Thomas Sanchez *de matrimonio, lib.* 2. *disp.* 15. *sub numero.* 3. Ac. *l.* 3. *de privileg. c.* 5. *numer.* 44. Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 7. *à numero* 31. *cum seqq.* Menochius *l.* 4. *præsumpt.* 283. *numero* 5. Fontanel. *de pact. nuptialibus, claus.* 4. *glos.* 4. *numero* 41. Gratian. *dec.* 13. *numero* 34. Peregrinus *consil.* 4. *numero* 12. *vol* 4. Surdus *de aliment. tit.* 7. *qu.* 14. *numero* 1. Thesaur. *dec.* 15. *numero* 3. Molfes. *ad R. N. consuet. part.* 5. *de aliment. qu.* 11. *numero* 9. Petrus Cenedus *collectan.* 167. *sub numero* 2. *part.* 2. Matienço *in Dialogo relato. part.* 4. *cap.* 12. *numero* 9. Bardellus *conf.* 136. *numero* 25. Gregor. *de Republica, l.* 9. *cap.* 2. *numero* 1. apud quos plures alios videbis, † nec dicitur Princeps posse, quod honestè non potest, Riminald. *consil.* 215. *num.* 14. Fabius 14
Anna *cons.* 62. *n.* 25. Caval. *cons.* 111. *v.* 35. *vol.* qui alios allegant.

Ex his facilè probabis, potestatem illam, quam aliqui absolutam vocant, nullo juris principio niti, † ipsam certè in Principe Christiano non agnos- 15
co, cum bono Principi, Christiano saltem, nihil liceat, quod vel divino, vel naturali, vel gentium juri repugnet. Parlador. *l.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 1. §. 7. *numero* 9. Cavalcan. *de brachio Regio*, 1. *part. numero* 168. Nizol. *alleg.* 1. *numero* 25. Gratianus *disceptat.* 216. *numero* 27. Menochius *lib.* 2. *præsumpt.* 9. *numero* 18. *& de arbitr. casu* 389. *numero* 21. Villar. *consil.* 8. *sub numero* 21. *in* 1. Bardellus *conf.* 136. *n.* 19. & 44.

Credendum itaque est, chimericam hanc potestatem absolutam in Principe damnari, & meritò à Pinello *part.* 1. *Rubric. de rescind. vend. cap.* 2. *numero* 24. & 25. Soto *de justitia & jure, l.* 4. *quæst.* 4. *art.* 1. Vasquez *l.* 1. *controversia illustr. controvers.* 26. *numero* 15. Mendoça *l. de pactis, cap.* 5. *numero* 37. Alvarus Vaz *de jure emphyteut.* 1. *part. quæst.* 3. *numero* 10. Bajard. ad Jul. Clar. §. *final. quæst.* 59. *num.* 71. Covarruvias *l.* 3. *variarum, cap.* 6. *n.* 8. Matienço *in l.* 3. *glos.* 12. *numero* 2. *t.* 10. *l.* 5. *Recop.* Parlador. *l.* 2. *rerum quotid. c. final. part.* 1. §. 7. *numero* 10. Bursat. *consil.* 162. *num.* 13. Capiblanc. *de Baronibus, pragmat.* 1. *numero* 9. Selle *inhibitionibus, cap.* 4. §. 3. *numero* 13. Morla *in emporio juris, t.* 1. *de legibus, qu.* 1. *n.* 7. *& t.* 3. *de pactis in prælud. numero* 69. Mendoça *l.* 1. *de pact. cap.* 5. *numero* 35. Pater Sanchez *de matrimon. l.* 2. *disputat.* 15. *numero* 1. Fachineus *l.* 8. *controversia. jur.* 63. *versiculo Ad secundum*, Rodolphinus *de suprema Princip. potestate; cap.* 1. *numero* 3. Fontanella *de pactis nuptial. claus.* 4. *glos.* 14. *numero* 40. Matheatius *de fideicomm. l.* 3. *cap.* 22. *num.* 45. Petrus Gregorius *de Republ. l.* 9. *cap.* 20. *numero* 57. Jacob. Laurent. *de judice suspecto, cap.* 2. *sub numero* 17. Sarmientus *selectar. interpretat. l.* 1. *cap.* 8. *num.* 20. Topi *de Princ. potestat.* §. 6. *numer.* 2. Surdus *cons.* 419. *numero* 49. Pascalis *de vir. patriæ potestat.* 1. *part.* 1. *num.* 94. Caved. *dec.* 9. *numero* 9. *pagin.* 1. Amatis *dec.* 8. *numero* 6. & 8. Spino *de testamentis, glossa* 1. *Rubr. numero* 25. Thesaurus *dec.* 91. Canagnol. Montisferr. *decreto.* 20. §. 1. *qu.* 10. *à numero* 6. *& seq.* Ramirez *de lege Regia*, §. 23. *num.* 3. & idem Calistus Ramirez §. 30. *numero* 53. & 54. & superius Cavedo *dec.* 12. *numero* 9. *part.* 2. latissimè Ludovic. Molina *de primogeniis, l.* 1. *cap.* 8. *ex numero* 28. *usque ad* 36. & *l.* 4. *c.* 3. *à numero* 1. *& seq.* Camillus Gallinius *de verborum signific. l.* 10. *c.* 33. *à nu.* 44. & 45. Tapia *de constitution. Princ. cap.* 1. *numero* 77. & 78. 1. *part. glossi. Rubr. num* 25. Peregrinus *de jure fisci, l.* 1. *t.* 3. *numero* 67. *fol.* 22. Azeved. *in l.* 1. *t.* 1. *l.* 4. *Recopilation. ex numero* 23. *usque ad numero* 31. Morla *in emporio juris*, 1. *part. tit. de legibus*, *qu.* 1.

quæſtion. 1. *numer.* 7. Petrus de Cened. *collect.* 167. *numer.* 2. *part.* 2. Gaill. *lib.* 2. *obſervat.* 56. *numer.* 9. Cavalcan. *deciſion.* 35. *num.* 98. *part.* 2. Cancert. *variarum reſolut. lib.* 3. *cap.* 3. *de privilegiis*, *nu.* 114. Eugenius *conſil.* 1. *n.* 88. Valençuela Velaſquez *conſil.* 69. *nu.* 132. & Petrus Gregorius ubi proximè ſubdit, nec Papinianum † nec Ulpianum, nec ullum alium veterem Juriſconſultum in toto jure hujus abſolutæ poteſtatis, nec verbo quidem meminiſſe, Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 52. *n.* 122. Giurba *conſil.* 1. *n.* 37.

17 Quare ſanctiſſimè ſancitum eſt à Pontificibus † aliiſque Principibus temporalibus Chriſtianis, reſcripta emanata in præjudicium juris tertii vim nullam habere, nec à Judicibus adimplenda, cum contra jus expedita fuerint, & ſuggeſtionibus, aut nimia petentium importunitate contra concedentis Principis voluntatem extorta præſumantur, textus eſt *in cap. reſcripta contra jus elicita ab omnibus judicibus præcipimus refutari, niſi fortè aliquid eſt, quod non lædat alium, & profit petenti, & c.* 25. *q.* 2. *& in cap. nec damnoſa Fiſco, nec juri contraria poſtulari oportet, eadem cauſa & quæſt. & in c. Imperiali conſtitutione apertè conſtitutum eſt, ut ea quæ contra leges fiunt, non ſolùm mutila, ſed etiam pro infectis habenda ſint, dict.* 25. *quæſt.* 2. & iterum *in cap. dicenti*, 16. in ordine ibi: *Illa ſacra uniuſcujuſque ſupplicantis deſiderio conceſſa prævalere, & effectui mancipari, quæ cum juris, & legùm ratione concordant, ea verò, quæ ſubreptione, vel falſis precibus forſitan impetrantur, nullum ſupplicantibus fert remedium*, &c. Eadem cauſa & quæſtione, quæ jura leges Partitæ mox citandæ clarius declarant.

18 Ad idem † eſt etiam *lex final. C. ſi contra jus, vel util. publicam, l. reſcripta, l. nec damnoſa, C. de precibus Imperator. offerend. l. omnium, C. de vectigal. l.* 2. §. *ſi quis, ff. ne quid in loco publ.*

L. 30. *tit.* 18. *part.* 3. ibi: (E ſi ſon contra derecho de alguno ſennaladamente, aſſicomo que le tomen lo ſuyo ſin razon, è ſin derecho, ò que hagan otro tuerto conocidamente en el cuerpo, ò en el aver, tales cartas non han fuerça ninguna, nin ſe deben cumplir, haſta que lo hagan ſaber al Rey aquellos à quien fueron embiadas, que les embie ha dezir la razon porque lo manda hazer, ca todo hombre debe ſuſpechar, que deſpues que el Rey entendieſſe el hecho que los non mandar à cumplir la carta, &c.

Et mirabiliter hoc explicat *l.* 31. *& ſeq.* Contra
19 derecho natural † non debe dar privilegio, nin carta Emperador, nin Rey, nin otro ſennor, è ſi la diere non debe valer, è contra derecho natural ſeria, ſi
20 dieſſen por privilegio † las coſas de un hombre a otro, non aviendo hecho coſa porque las debieſſe perder aquel cuyas eran, fuera ende ſi el Rey las ouieſſe meneſter, por hazer dellas, ò en ellas algu-
21 na labor, ò alguna † coſa que fueſſe a pro comunal del Reino, aſſi como ſi fueſſe alguna heredad, en quo vieſſen à hazer caſtillo, ò torre, ò puente, ò alguna otra coſa ſemejante deſtas, que tornaſſe à pro, ò à amparamiento de todos, ò de algun lugar ſennaladamente; pero eſto deben hazer en una deſtas dos maneras, dandole cambio por ello primeramente, ò comprandoſelo ſegun que valiere, &c. Et *in l.* 32. *ſeq.* ibi: E los que eſtas cartas ganan mueveníe malicioſamente à demandar ſu pro à danno de otro, &c. Et iterum: E porque tal carta
22 como eſta es contra el derecho natural, † tenemos por bien, è mandamos, que el juzgador, ante quien pareciere, non conſienta que ſe creida, ni vala, &c.

In tantùm ut hæ litteræ quæ auferunt jus tertii, cùm ſint expeditæ contra ipſum jus naturale, & per conſequens, etiam divinum, ſuſpendendæ ſint, & ſuperſedendum in earum executione, etiam ſi ab eodem Principe emanaverit ſecunda, tertia vel ulterior juſſio cum quibuſlibet, etiam prægnantiſſimis clauſulis (uti expreſsè Chriſtiano impulſu moti, & Catholica charitate ſuccenſi determinarunt Reges Catholici, *in l.* 2. *tit.* 14. *l.* 4. *Recopilat.* in hæc: Muchas vezes por importunidad de los quo nos piden algunas cartas, mandamos dar algunas cartas contra derecho: y porque nueſtra voluntad es, que la nueſtra juſticia florezca, y aquella no ſea contrariada, eſtablecemos, que ſi en nueſtras cartas mandaremos algunas coſas en perjuizio de partes, que ſean contra ley, ò fuero, ò derecho, que la tal carta ſea obedecida, y no cumplida no embargante, &c. Que las tales cartas no ayan efeto, aunque las nueſtras cartas contengan las mayores firmezas, que pudieren ſer pueſtas, &c. melior *l.* 3. *ſeq. eodem tit. & lib.* in hæc: Mandamos, que le ley de Viruieſca antes deſtas, porque es juſta, ſe guarde en todo ſegun en ella ſe contiene; y demas de aquella mandamos, que ſi entre partes y privadas perſonas ouiere comienda, ò debate, y en perjuizio de qualquiera dellas ſe diere alguna nueſtra carta ò proviſion; y ſobre ella ſe de ſecunda juſſion y otras qualeſquier nueſtras cartas, y ſobrecartas, con qualeſquier penas y clauſulas derogatorias, y firmezas, y abrogaciones, y derogaciones, &c. Aunque ſe diga proceder de nueſtro proprio motu, y cierta ciencia, y poderio Real abſoluto, &c.

Singulariter eſt alia *lex* 2. *tit.* 1. *De los Emperadores, y Reyes, part.* 2. ibi: Otroſi dezimos que quando
23 † el Emperador quieſſe tomar heredamiento, ò alguna otra coſa para ſi para darlo a otro, como quier que el ſea ſennor de todos los del Imperio, para ampararlos de fuerça, è parameníenerlos en juſticia: Con todo eſſo non puede el tomar a ninguno lo, ſuyo ſin ſu placer, ſi non hizieſſe tal que lo debieſſe peder ſegun ley. E ſi por aventura jo lo ouieſſe a tomar, por razon que el Emperador ouieſſe meneſter de hazer alguna coſa en ello, que ſe tornaſſe à procomunal de la tierra, tenido es por derecho de le dar ante buen cambio, que vala tanto, ò mas, de guiſa que el finque pagado à bien viſta de hombres buenos, &c. Sequitur & facit rationem reddens: Ca maguer los Romanos que antiguamente ganaron con ſu poder el ſennorio del mundo, hizieſſen Emperador, è le otorgaſſen todo el poder, è el ſennorio del mundo que avia ſobre las gentes, para mantener è defender derechamente el pro comunal de todos, con todo eſſo non fue ſu entendimiento de lo hazer ſennor de las coſas de çada uno, de manera que las pudieſſe tomar à ſu voluntad, &c. Et ad exactam interpretationem dictarum legum Partitæ, videndus erit Gregorius Lopez, ibid.

Eſtque omnium communis obſervatio, ut non
24 ita plenum, & abſolutum dominium Imperatori † fuerit attributum, ut de ſubditis ſibi hominibus, eorumque bonis, & rebus ad libitum diſponere poſſit; ſed tantùm ut ſupremam in illis juriſdictionem exerceat, ſeu dominium quoddam univerſale, quod magis in gubernatione, & protectione ſubditorum, quàm in eorum ſpoliatione, aut expilatione conſiſtit, juxta dominiorum diſtinctionem, quam tradit Bart. *in l.* 1. §. *per hanc, ff. de rei vendicatione, & in extravaganti ad reprimendum, verbo, Totius Orbis*, Paulus Caſtrenſis *conſ.* 56. *num.* 2. *vol.* 2. Alexand. *conſ.* 46. *vol.* 5. Abbas *in cap. ſignificaſti* 2. *notab. de præſcriptionibus*, Socinus *in l.* 1. *in princip. col.* 3. & 4. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Jacobus de Sanct. Greg.

Greg. *in inveſtitura feudor. verbo*, *Inveſtitura*, Guido Papæ *deciſ.* 551. Mandellus *conſil.* 62. *n.* 21. *lib.* 1. Covarruvias *in regul. poſſeſſor.* 2. *part.* §. 2. *n.* 1. Cujacius *lib.* 15. *obſervat. cap.* 30. & plures alii relati à Petro Gilkeni. *in l. properandum*, *n.* 4. *Cod. de judiciis*, Cardinalis Tuſchus, *verb. Imperator concluſ.* 33. *n.* 3. & 5. Maſtrillus *de Magiſtratibus*, *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 5. & 9. Solorzano *de Jure Indiarum*, *lib.* 2. *c.* 21. *à n.* 64.

Ad idem faciunt *l.* 1. 2. & 3. *tit.* 14. *lib.* 4. *Recopilat.* Quibus † diſponitur in variis caſibus, quòd 25 ſi aliqua reſcripta procedant, & impetrentur, quæ jus in tertii præjudicium tangant & lædant, obediantur; ſed non exequantur, nec compleantur, *in l.* 2, ibi: (Que ſi nueſtras cartas mandaremos algunas coſas en perjuizio de partes, que ſean contra ley, ò fuero, ò derecho, que la tal carta ſea obedecida, y no cumplida, non embargante, que en la dicha carta ſe haga mencion general, ò eſpecial de la ley, ò fuero, ò ordeniamento contra quien ſe dieſſe, &c. Y aunque las nueſtras cartas contengan las mayores firmezas que pudieren ſer pueſtas, &c.) Et latius fortiùſque diſponitur *in dict. l.* 3. *ſep. & in fine*, ibi: (Que la tales cartas non ſean cumplidas, faſta que nos las embien à monſtrar, y proveamos como à la nueſtra merced fuere; &c. Videndæ dictæ leges omninò.

26 Quare Doctores communiter † tenent, quòd Princeps non poſſit abſque juſta & legitima cauſa à jure approbata tollere jus tertii, & ejus rem Cynus *in l. reſcripta*, *C. de precibus Imperato. offer.* Gloſſa *in l. quoties eodem titul. Bart. in proœmio Digeſtorum*, & *in l. fin. verſicul. Aut vult mihi auferre*, *Cod. ſi contra jus vel utilitatem publicam.* Bald. *in l. fin. verſicul. Sed immediatè oppono*, *Cod. ſentent. reſcind. non poſſe*, Angelus *in conſil.* 139. *verſic. Non enim poteſt civitas*, ſentit Bart. *in l. item verberatum*, *in* §. 1. *ff. de rei vendic. & in l. Antiochienſium*, *ff. de privileg. credito.* ubi dicit, quòd per viam legis generalis poteſt hoc facere Princeps, ſecùs autem reſcribendo ad privatam utilitatem, Antonius de Butrio *in cap. quæ in Eccleſiarum*, *verſic. Si quæritur an poſſit ſtatuere*, *de conſtit.* & ibi Imola, & Joan. Andræas, Bald. *in l. reſcripta*, *verſicul. Tertiò quærunt*, Doctores *C. de precib. Imperator. offer.* Cardinal. *in dicto cap. quæ in Eccleſiarum*, *quæſt.* 6. Roman. *in conſ.* 310. Jaſſo. *in l. Barbatius*, *verb. Decimo tertiò fallit*, *ff. de offic. Prætor.* Felin. *in dicto cap. quæ in Eccleſiarum verſic. Secundum verò membrum*, Fulgoſi. *in l. final. C. ſi contra jus vel utilit. publicam*, dicens, quòd iſta pars eſt communior, & rationabilior, quam etiam communem dicit Brun. *conſil.* 11. *verſic. Cæterum*; ubi nûlla ſupereſt cauſa, Barbat. *in conſil.* 1. *verſ. Quod notat Gloſſa*, *vol.* 2. Bertrandus, qui dicit communem opinionem, *conſil.* 15. *vol.* 1. Socinus *conſil.* 164. *lib.* 2. ubi communem dicit Abbas *in cap. fin. de confirmation. utili vel inutili*, Cardin. *in conſ.* 142. Domini. *in cap. per principalem* 9. *quæſt.* 3. Ancharan. *in dict. c. quæ in Eccleſiarum*, *num.* 8. & ibi Imola, Fulgoſius, *conſ.* 61. ubi dicit communem Jaſſon. *in l. quominus de flumin.* dicens communiter teneri Aymon. *conſil.* 6. Pariſius *conſil.* 11. *num.* 15. *vol.* 1. & *in conſil.* 101. *eodem vol.* Pariſius dicens communem *in conſ.* 87. *num.* 52. *vol.* 1. Brunus *in conſ.* 1. Bertrand. *conſil.* 1. *vol.* 1. *in antiquis*, magis communem dicit poſt plures alios Ant. Gabriel. *communi. opinion. tit. de jure quæſito non tollendo*, *concl.* 1. *à principio*, qui *n.* 2. ampliat, etiam in dominio directo, & *num.* 16. Quod nec de plenitudine poteſtatis, † ſuperiùs probavimus, non eſt danda poteſtatis, quæ juſtitia non continetur, & æquo temperetur.

Longè namque verior opinio eſt, † Imperatorem, nec alium Principem, ſuperiorem non recognoſcat, bona auferre nec diſponere, niſi ubi contrarium aliqua, & neceſſaria cauſa ſuadeat, & tunc id aufertur competenti ſatisfactione penſandum ut ad expoſitionem textus difficilis *in l. Lucius ff. de evictionibus*, & *in item ſi verberatum*, §. *item ſi forte*, *ff. de rei vendicat.* & aliorum, quæ latè recenſet poſt magnam Doctorum antiquorum catervam. Ant. Gabriel. locis citatis, Portius *lib.* 5. *communi. concluſio.* 15. Covarruvias *lib.* 2. *variarum*, *cap.* 6. *num.* 6. Menchaca *lib.* 1. *controverſiar. illuſtr. c.* 4. 5. & 6. Andræas Guillelmus *lib.* 1. *obſervat. cap.* 56. Hieronymus Franchus *in Regul. id quod noſtrum*, *n.* 12. *ff. de reg. juris*, Tiraquel. *in l. ſi unquam*, *verbo*, *Donatione largitus*, *n.* 4. *C. de revocand. donat.* Zevallos *communium contra communem*, *lib.* 4. *qu. fin. per totam*, Bobadill. *in Politic. lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 11. Caſtillo *lib.* 2. *controverſiar. cap.* 28. & ultra eos Alciatus *lib.* 2. Parergon. *cap.* 38. Duarenus *lib.* 2. *diſputat. animadverſ. cap.* 35. Forcat. *in Necromantia*, *dialog.* 18. *n.* 5. Adrianus Puledus *in tractatu de rei alienæ diſtraction. cap.* 2. Antonius Faber. *lib.* 2. *conjecturarum*, *cap.* 4. Vincentius Cabotius *lib.* 1. *diſputat. jur. cap.* 23. *cap.* 29. *pag.* 359. latiſſimè Anton. Petra *in tractatu de poteſtat. Principis*, *cap.* 21. & *ſeqq.* Solorzano *de jure Indiarum*, *lib.* 2. *c.* 21. *à num.* 62. plures alios citat & ſequitur Cancer. *variarum reſolut. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 3. *de privilegiis*; & *n.* 84. *cum ſeq.* & *ſurſùm.*

Imò nec Summus Pontifex † (licèt ſit Dominus 29 Beneficiorum) poteſt ſine cauſa auferre beneficium alicui, & alteri dare, nec à Prælato prælaturam tollere, Abbas *in c. fin. de confirmat. utili*, *vel inutil.* & *in cap. conſtitutus*, *verſ. Aut quæritur*, *de Religio. domib.* & *in cap. final. de poſtulation. Prælato. in* 2. *diſputat.* incip. *Epiſcopus*, Romanus *in conſil.* 345. Cardinal. *in conſil.* 142. Dominicus *in cap. quod per principalem.* 9. *quæſt.* 3. Selva *in tractat. de beneficio*, *in* 3. *part. quæſt.* 40. Felinus *in cap. cum olim*, *verſ. Secundum exemplum eſt*, *de ſent.* & *re judic.* Barbacia *in cap. quod tranſlationem* (ubi proſequitur hanc quæſtionem) *de officio legati*, & *in conſil.* 3. *vol.* 3. Jaſſon. *in conſil.* 145. hanc ſequitur, & dicit communiorem, Felinus *in c. quæ in Eccleſiarum*, *de conſtit.* duas opiniones contrarias refert Antonius Gabriel *communi opin. tit. de jure quæſito non tollendo*, *concl.* 1. *à num.* 9. & *ſeqq.* quas reconciliari intendit Aymon. *de antiquitate tempor. num.* 37. & *ſeq. in* 1. *part.* ut hæc procedat de æquitate, & honeſtate, contraria autem procedat de juris rigore, & abſoluta poteſtate, ſed ut ſuprà diximus, abſoluta poteſtas non cadit in Principe Chriſtiano.

Et licèt Hieronymus Gonçales alios Doctores pro contraria opinione referat *in regula de menſi. & alternat.* §. 1. *proœmia*, *à numer.* 33. tamen indeciſus manet, dicens ſe pro tunc non examinare dictam quæſtionem & ultra citatos, hanc negativam veriorem ſequuntur poſt Baldum, Caved. *deciſ.* 18. *num.* 13. *part.* 2. poſt quos & Calicium *extravagan. gra.* Curia *c.* 7. *num.* 4. *verſ. Septimò quia Princeps* & in Margarit. Fiſto. 8. *dubio*, *num.* 34. *fing.* 210. Cancer. *variarum reſolut. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *de privilegiis*, *numer.* 84. *in fin.*

Quoniam

Quoniam quemadmodum æqua est potestas Principis secularis circa leges civiles, & Pontificis quoad Canonicas constituriones; sequitur, ut sicut ille non potest alterius juri detrahere in rebus prophanis suæ ditionis; ita nec Pontifex in suo jure Canonico, ac sic in utroque par debet esse defectus potestatis in jure quæsito tollendo, hoc argumentum non habere congruam responsionem, tradit Molina *l.* 4. *de primog. cap.* 3. *n.* 13. *in fi.* cui adde quod *ex cap. super eo, ubi glossa, verbo intentionis, de officio delegati*, citatis Hostiens. Panormitano, Felino, & aliis notavit Rota, ut per Farinacium 1. *part. novissimarum, dec.* 234. *num.* 8. *in* Principe Ecclesiastico eam præsumptionem esse urgentiorem, ne velit tertio præjudicium inferre, sequitur novissimè D. Joan. Baptista de la Rea *in decision. Granaten. disp.* 8. *n.* 87. & signanter *n.* 88.

Ipse autem Antonius Gabriel, ibidem *n.* 13. post
30 multos Doctores † ab eo allegatos limitat contrariam opinionem, ut tunc debeat Pontifex dare recompensam, ubi alias plures limitationes annectit huic opinioni negativæ hactenus relatæ.

31 Et quòd hoc casu Princeps debet † dare recompensam, ultra supra citatos probant post alios Mastrill. *de Magistrat. lib.* 3. *c.* 3. *à num.* 355. Roland. *cons.* 69. *nu.* 44. Ponte *consil.* 41. *num.* 6. *lib.* 2. Rodulfin. *de suprema Princip. potestat. capitul.* 6. *nu.* 165. & suprà, Marius Muta *decis.* 83. *Siciliæ, à n.* 8. *& seqq.* Bimius *consil.* 214. *à num* 2. *& à principio, lib.* 3. Mandellius *cons.* 25. *num.* 19. Gratianus *tom.* 5. *cap.* 991. *nu.* 85. Gonzales *de alternati. glossa* 36. *num.* 47. & 38. Capiblancus *de Baronib. pragmat.* 8. *p.* 1. *nu.* 214. apud quos latè videbis Principem supremum non posse tollere jus tertii, nisi ob publicam utilitatem, vide etiam Petram *de potestate Principis, c.* 32. *& §. capio nunc, à n.* 143. *& seq.* Cancerium *lib.* 3. *cap.* 3. *à num.* 90. *cum seqq.*

32 Et suprà qui latè * post alios tractant, quando Princeps tollere possit dominium rei alienæ, cùm Princeps tollere possit dominium rei alienæ, cùm proveniat à jure naturali, & gentium, etiam per legem generalem.

Et quamvis apud exteros controvertatur, an Princeps possit abdicare jus quæsitum alicui ex jure civili; tamen apud nos receptius est, non posse etiam in hoc præjudicium tertio inferre, ideoque magis commune esse constat ex relatis ab Antonio Gabriele *dict. concl.* 1. *n.* 17. & resolvit tanquam inconcussum Covarruv. *lib.* 3. *variarum, cap.* 6. *n.* 9. Matienzo *in dialogo relator.* 4. *part. cap.* 12. Molina *lib.* 4. *de Hispanor. primogen. c.* 3. *nu.* 12. de la Rea meritissimus supremi Consilii Fiscalis, *in dec. Granat. disp.* 8. *n.* 47. *& n.* 48. Quæ opinio & resolutio legibus Regiis expressè, & clarè roboratur, quas adduximus superiùs *à n.* 18. *cum seqq.*

Et ipse Antonius Gabriel ibidem *in concl.* 2. latè prosequitur causam, ex qua Princeps possit jus tertii tollere, & dominium tam de jure Civili, quàm de jure gentium quæsitum: & principalis est publica utilitas, prout ibi latè *à numer.* 14. *&* 15. pluribus citatis, quòd etiam contra contractum potest venire Princeps ex causa publicæ utilitatis; *& per num. seqq. & à nu.* 25. Hanc tamen limitationem
33 sublimitat, ut tunc possit † Princeps tollere jus tertii, & dominium prædictum ex causa publicæ utilitatis, data nempe recompensa, ubi in comprobationem magnam Doctorum catervam adducit, & consonant leges Patriæ supra citatæ, *à num.* 4. &
34 suprà; quòd propter pacem, & concordiam † potest Princeps jus unius alteri dare, quem per te vide, quia latè prosequitur, & videndi infrà laudati Doctores, *n.* 38.

Et quod princeps possit ex causa superveniente, non solùm modificare donationes à se factas, sed etiam revocare, † & etiam factas per viam privi- 35
legii, aut contractus ex causa superveniente, putà publicæ utilitatis, quia graviter Coronam lædunt, aut cœperunt esse damnosa Regi, aut Regno, & Reipublicæ, idque procedere, & habere locum per legem generalem † faciendo. Infinitos penè 36
Doctores congerit Castellus *lib.* 5. *contr. cap.* 80. *à n.* 83. *cum multis seqq.* videndus omninò.

Et an possit revocare donationem à se factam,
* aut privilegium, ob renumerationem servitio- 37
rum, vel an successor Principis concedentis: Vide ibidem *à n.* 86. *cum multis seqq.* ubi magnam ad id adducit Doctorum catervam.

Et quòd Princeps ex causa publicæ utilitatis urgente * queat tollere jus tertii, dominium, tam 38
jure Civili, quàm de jure gentium quæsitum, latè prosequitur Sanchez *de matrimonio lib.* 8. *disp.* 33. *à num.* 1. *cum seqq.* quæ & alia plura videbis per Monetan. *de commutat ultimarum volunt. cap.* 8. *quæst.* 6. *à numer.* 50. *cum multis seqq. fol. mihi* 807.

Ex hactenus dictis deduces, * quòd nec Princi- 39
pi, nec Papæ etiam obediendum sit in illicitis, *cap. si Dominus* 11. *quæst.* 3. Abbas *in cap. cum ad monasterium de statu Monachor.* Marius Giurba *consil.* 1. *n.* 36. ad medium.

Deindè, quia ut suprà diximus *ex l.* 32. *tit.* 18. *part.* 3. quòd litteræ * Principis contra jus 40
tertii impetratæ non sint adimplendæ, quia sunt expeditæ contra jus naturale. Pariter hoc ipsum probant per textum *in cap. non licet, distinction.* 10. Archidiaconus *in c. rescripta, num.* 2. *vers. Aut alicui obest* 25. *quæst.* 2. *& ibidem*, Bellamer. *nu.* 2. *vers. Nulli, & vers. si patrim. Bald. in cap. cum adeo sub num.* 11. *post principium, de rescriptis*, Archidiaconus *ubi suprà, vers. Si juri naturali*, Martinus Laudens. *in tractat. de Principe, quæst.* 28. Grammaticus *voto* 32. *nu.* 8. quos referens sequitur Farinacius *in praxi crimin. quæst.* 97. *casu* 1. *à num.* 6. qui *num.* 7. *&* 8. tractat, an executor non suspendens * 41
executionem litterarum expeditarum contra jus naturale debeat puniri, & affirmat post alios, quod sic, contra jus autem positivum, vel consuetudinarium distinguit inter notabile, graveque præjudicium tertii, & leve, ut tunc non sit puniendus in parendo, quando est parvum, & leve præjudicium. Et quando sit supersedendum in executione rescripti impetrati contra jus latissimè probat post plura jura, & Doctores Rodericus Suarez, *allegat.* 12. *nu.* 44. & per totam allegat.

Quoniam præsumitur contra * rescriptum, quo 42
jus alterius tollitur, cùm princeps non præsumatur rescribendo auferre jus alicujus, ita Alciatus *de præsumptionibus, reg.* 3. *præsumpt.* 11. *in princ.* & post plures alios Doctores, Mascard. *de probat. concl.* 1275. *à n.* 10.

Et quòd quando agitur de gravi præjudicio tertii, * permittat, & toleret Papa suspendere 43
executionem litterarum Apostolicarum, & supersedere in eadem, latissimè probat post plures Doctores Felin. *in cap. si quando, n.* 2. *super verbo, Supersedere, de rescriptis*, & iterum ipse Felinus ibidem sub *n.* 7. *vers. dicta per istum textum.*

Et in nostris terminis, quòd litteræ Apostolicæ, impetratæ * contra jus radicatum tertii, & in ejus 44
damnum, & præjudicium quòd non sint executioni mandandæ, sed potius in ea supersedendum, ad effectum humiliter supplicandi Summum Pontificem, ut de damno, & tertii præjudicio informatus, & instructus provideat de remedio, probat latè Alphonsus

phonſus Azevedus *in l.* 14. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat. à nu.* 58. ubi dicit poſt Andræam Iſerniam *in cap.* 2. *verbo*, *Flumina*, *numer.* 4. *Quæ ſint Regalia in uſibus feudor.* & per Palatium Rubeum *de beneficiis vacantibus in Curia.* §. 4. *cum ſeqq.* & Rebuffum *in praxi benef. in reg. de non tollend. jure quæſito, quæſt.* 21. *numer.* 62. *& ſeqq.* & per doctrinam Soti *de juſtitia & jur. lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 3. *column. penultim. pag.* 244. Quòd eſt injuſtitia tollere jus tertio
45 quæſitum, eoque caſu † peccare Papam, ſicut quemlibet alium, & quòd iſta hæc injuſtitia eſt data, & non intentata, quia Papa in dubio nemini vult præjudicium facere, ex Bald. *in l. acceptam in fin. C. de uſuris*, per textum expreſſum, *in c. ſi clientulus*, §. *ſi diverſum de alienatione feudi*, latè Palatius Rubeus *in rubrica*, *d. tract.* §. 7. *col* 8. Barba *conſ.* 47. *col.* 17. *in fin. cum ſeqq. lib.* 1. Decius *conſil.* 695. *numer.* 25. & 26. & per dicta per Avendanum *in cap. Præto. cap.* 4. *numer.* 6. *in princip.* Et eſt optima *l.* 11. *tit.* 18. *part.* 3. ubi latè Gregorius Lopez, plurimos alios Doctores refert Azeved. ubi ſuprà *à num.* 48. *cum ſeqq.* & ſuprà, & *à n.* 45.
Quòd iſta reſcripta impetrata contra jus, & in
46 præjudicium & damnum † juris tertii radicati cenſeantur impetrata propter nimiam importunitatem, maximè à Curialibus, ad quod plurimos Doctores allegat videndus.

Hieronymus de Zevallos *in contra commun. quæſt.* 897. *à n.* 338. *cum ſeqq. & à n.* 351. *uſque ad n.* 356. latè probat litterarum Apoſtolicarum executionem in præjudicium tertii obtentarum ſuſpendendam eſſe, & ſuperſedendum, donec Pontifex
47 † Maximus informetur meliùs per humilem ſupplicationem, quia hoc caſu ipſum præſumi circumventum, cùm Princeps, qui omnibus vult, & debet prodeſſe, nemini debet nocere, per *l. neque cauſas*, *C. de appellat. l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo*, & per alias rationes juſtificat iſtam cauſam retentionis litterarum Apoſtolicarum, ad quem te remitto eruditè loquentem. Quem referens in his terminis etiam ſequitur noviſſimè Caſtillo *in tr. de tertiis*, *c.* 41. *ſub n.* 158.

Et quòd litterarum Apoſtolicarum retentio in
48 Senatu Regio ſit legitima ob hanc cauſam † præjudicii, & damni tertii, probat etiam in terminis Henriquez *lib.* 2. *de Pontificis clave*, *cap.* 16. §. 3. ubi latè, & latiùs, & apertiùs ipſe *in cap.* 18. 9. 2. ubi proſequitur, cujus inferiùs meminimus.

49 Mirabiliter tamen, & meliùs † cæteris loquutus eſt Man. Rodriguez *in quæſt. regular. tomo* 1. *quæſt.* 6. *art.* 8. in hæc. Certiſſimum eſſe apud omnes, litteras Apoſtolicas ſine juſta cauſa minimè poſſe detineri; ne executioni mandentur, ut ex ſuprà dicto articul. antecedenti ſatis patet; cauſæ autem iſtius detentionis ſunt variæ, quæ arbitrio docti, boni, & pii viri relinquuntur, ſicut omnia, quæ à jure non habent expreſſam determinationem, &c. *Sequitur*, *& facit*, ibi; ſed non poſſunt unam ſubire principalem cauſam, propter quam hujuſmodi detentio & ſuſpenſio poteſt optimo jure fieri; & eſt quando litteræ Apoſtolicæ ſine cauſa tollunt jus tertii, nam papa ſine cauſa non poteſt tollère jus tertio quæſitum, prout concludit Iſernia *in c. verſ. Flumina*, *n.* 4. *quæ ſunt Regalia in uſibus feudorum.*

Palat. Rub. *in tr. de benefic. vacant. in Curia*, §. 4. *cum ſeqq.* Rebuff. *in pract. benefic. in Regula de non toll. jure quæſit. glo.* 6. *nu.* 13. & 14. *& de nominat. q.* 21. *n.* 62. Soto *lib.* 3. *de juſtitia & jure*, *q.* 6. *art.* 3. *col. penult. pag.* 244. &c. ubi latè proſequitur quòd hoc caſu, quando adeſt præjudicio juris tertii, cenſetur Papa per importunitatem concedere tale reſcriptum, ubi varia exempla reddit hujus mirabilis doctrinæ: & quidem mirificè, & juridicè loquutus fuit in hoc articulo, & juxta ea omnia quæ hactenùs diximus à principio hujus cap.

Et in noſtris etiam terminis, quòd Bullæ Apoſtolicæ † ſint in Senatu Regio retinendæ, quando 50
Summus Pontifex ex eis tollit beneficium; in quo ex collatione Canonica, & legitimo titulo quis habet jus quæſitum & radicatum, quaſi proveniant ex injuſtitia, & defectu poteſtatis, probat latè Ferdinand. Vaſqu. Menchaca *controverſ. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 41. *à n.* 24. *& ſeq.* ubi quòd nec ſecunda juſſio ſit admittenda, prout ſuo loco eum retulimus.

Idem etiam † probat Anguianus *in tractatu de* 51
legibus, *controverſ.* 5. *nu.* 65. dicens quòd quando litteræ Principis emanarunt ſuper materia, ſuper qua Princeps ipſe ex defectu poteſtatis diſponere nequeat, nec auferre inconvenientia quæ probabiliter timentur, tunc nec prima, nec ſecunda, nec aliqua juſſio executioni mandandæ ſunt, ſed in ea ſuperſedendum, quæ robur recipiunt ex ſupra dictis à principio hujus capitis.

Et reddit rationem Menchaca ubi proximè *n.* 25. dicens: Tunc ad Pontificem † referibendum, ut 52
re meliùs cognita ipſemet eam debitè reformaret, & nullius hoc tantùm intereſt, quàm ipſiuſmet Papæ, cùm hujuſmodi anſus, & tyrannides nunquam procedant à ſanctiſſima ejus mente, ſed ab avaritia, & machinatione officialium.

Horum Doctorum aſſertio comprobatur, quoniam tertio ipſi Clerico, quem litteræ ita indebitè lædunt, permiſſa eſt ſupplicatio † ad Summum 53
Pontificem, ut meliùs informatus de damno tertii (cui ſua Sanctitas non intendit præjudicare) illud revocet, ut probat Selva *de beneficiis*, 3. *part. quæſt.* 8. *num.* 10. *verſicul. Decimo-nono*, & in noſtris terminis Azevedus *in l.* 14. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat. à numer.* 49. ubi latè probat, permiſſam eſſe hanc ſupplicationem à litteris Papæ *ex c. cum ex litteris*, *de in integrum reſtitut. &c. paſtoralis de appellationibus & authen. quæ ſupplicatio. C. de precibus Imperat. offeren.* Et quòd peccaret Papa hanc ſupplicationem † non admittere, & 54
quod hæc ſupplicatio habet effectum, ut Papa meliùs informatus mutet ſententiam in meliùs, juxta celebrem text. *in c. veniam* 35. *q.* 9. Et quòd quoties reſcriptum videtur præjudiciale, poſſe probari, Papam non fuiſſe bene informatum, ſecundùm Decium *in conſil.* 407. *col. fin. & conſil.* 626. *col. fi.* quem reprobare Corneo, ſequitur Gomezius *in Regula Cancellariæ de jure quæſito non tollendo*, *quæſt.* 1. *pag.* 3. *in princip.* in parvis & ipſe Azeved. latè proſequitur comprobans. Et ipſum transcribens idem dicit Zevallos *in contra communibus*, *q.* 8. 97. *nu.* 405. Authore tamen citato.

Quod tenet etiam mirabiliter Moneta poſt Abbat. Felinum, & alios, † quos allegat circa il- 55
lam quæſtionem, quod Papa, vel Camera Apoſtolica convenit cum Clero certæ Diœceſis, ut ſibi ſolvat Clericus nomine decimæ impoſitæ certam ſummam ſi deindè Papa eximit à ſolutione aliquem, vel aliquos beneficiatos, an adhuc teneatur reliquus ſolvere integram ſummam conventam. Ad quod plurimos Doctores ad id allegat Moneta *in tract. de decimis*, *c.* 9. *q.* 3. *à n.* 130. *cum ſeqq. uſque ad finem*; de qua etiam videndus eſt Cancer. *variar. reſolut. lib.* 3. *c.* 3. *de privilegiis*, *à n.* 306. *cum ſeqq.*

Quia tunc maximum dicitur præjudicium Cleri & tolerabile, quod non in ipſius præjudicium, ſed Papæ eximentis debet refundi ex eiſdem DD. & per plures alios idem affirmat Maſtrillus *de Magiſtratibus*, *lib.* 5. *c.* 15. *à num.* 10. *& ſeqq.* ubi quòd immunitas à ſolutione facta per Regem alicui particulari

culari perſonæ cedit in damnum & præjudicium Regis exi nentis, non tamen Regni promittentis in genere certam ſummam diſtribuendam & exigendam à ſubditis Regni.

Tamen Moneta ipſe *à n.* 131. *cum ſeqq.* latè diſ-
56 curit † doctrinam Abbat. *in c. accedentes, n.* 8. *de præſcriptionib.* & concludit, quòd ob hoc damnum, & præjudicium ſeu læſionem tertii poteſt Clerus ſupplicare ad Summum Pontificem, cum Felino etiam *in dict. c. accedentes, n.* 8.

57 Optimè etiam hanc noſtram † doctrinam probat in his terminis Rodriguez *in q. Regul. t.* 1. *q.* 6. *artic.* 7. per totum dicens, non eſſe dubium ſuam Sanctitatem poſſe ſupplicari, ut ſuas Conſtitutiones aut revocet, aut moderetur, imò & à mala informatione facta poſſe Clericum ſupplicare, ſecundùm Selvam, ubi proximè citatum, imò amplius firmat, peccare Papam non admittentem juſtam hanc ſupplicationem pro moderatione, aut revocatione alicujus reſcripti particularis, & quòd hæc ſupplicatio habeat effectum, ut Papa bene informatus mutet ſententiam in melius.

Quo loci ulterius proſequitur dicens, quòd exe-
58 cutio reſcriptorum, † & litterarum particularium interpoſita ſupplicatione poteſt ſuſpendi, obediendo tamen reverenter ipſis litteris Apoſtolicis, allegando cum debita humilitate cauſas, & circumſtantias, propter quas non poſſunt commodè executioni mandari, allegat ad id Hoſtienſ. Abbat. Palatium Rub. Driedorum, & Covarruviam, & quòd tunc ſit expectanda ſecunda juſſio, non enim (inquit Pater ipſe) dicitur contra mandatum Regis, nec Papæ veniſſe, qui pro majori utilitate:
59 † & honore Papæ, aut Regis non facit id, quod in aliquo reſcripto, aut litteris particularibus ipſi imponitur faciendum, ex doctrina Bald. *in l. fi. C. de negotiis geſtis*, Alexand. *conſil.* 106. quod iterum confirmat ex eo, quòd executio præcepti
60 Superioris differri poteſt, † quotieſcumque majus damnum timetur ex executione, quàm ex dilatione, quod fit, uſque dum appareat de vera præcepti juſtitia, ubi comprobat.

Convenit rectè, quæ latè proſequitur poſt plurimos alios Cancerius *variarum reſolut. tom.* 2. 3. *part. cap.* 3. *à n.* 99. *cum multis ſeq.* Quòd nempè Princeps poteſt ex cauſa per legem univerſa-
61 lem, † & generalem jus tertii auferre, quæ univerſaliter comprehendat omnes, & quæ in ſe non reſpiciat magis præjudicium unius, quàm alterius, quia leges non ſunt ſtatuendæ contra ſingulares perſonas, ſed generaliter, & ob bonum publicum, aliàs ſi in præjudicium particularis tendat lex dumtaxat, poterit ab ea ſupplicari per ipſum intereſſe habentem, & interim ſuſpenſa manet ejus executio.

62 Hanc tamen Doctorum † aſſertionem hactenus relatam, qua diximus præjudicium juris tertii cauſam eſſe legitimam, ut Senatus Regius queat licitè litteras Apoſtolicas retinere; ut intelligas velim procedere dumtaxat eo in caſu, quando ex earum executione violentia inducatur, non aliàs, quoniam ubi ceſſat violentia, Princeps, & Senatus authoritatem ſuam nequit interponere, nec vult, attamen ea interveniente licitè poſſe, probatur abunde in capitibus antecedentibus. *& in tract. de Regia protect. cap.* 1. *per totum.*

Ita tamen ut non procedat hæc litterarum retentio ex quolibet levi remoto, aut incidenti tertii præjudicio, prout ſuperiùs *num.* 41. ſed tantùm quando ex earum executione contra privatum intentata inferatur, atque conſequutivè inducatur damnum aliquod publicum, ced reve in detrimentum Reipublicæ Eccleſiaſticæ aut temporalis, quod tunc procederet, & verificabitur in præjudicio juris tertii lædente jus naturale, prout ſuperiùs, quoniam illud omne quod in legem naturalem, aut divinam committitur violentia eſt, juxta quæ abundè comprobavimus 1. *part. c.* 1. *à n.* 185. *cum ſeq.* prout quando in principe ad detrahendum juri tertii deficit poteſtas, ex hactenùs plenè probatis, quia tunc ſcandalum naſci in perniciem Reipublicæ & violentiam, non eſt dubium, juxta quæ ſurſum, *c.* 4. *per totum*, atque etiam ſic de ſingulis cauſis retentionis, de quibus *in c.* 3. *uſque ad* 7. incluſivè ſupra hac 1. *part.* cum ex ſingulis violentam induci executionem in perniciem Reipublicæ latiùs comprobaverimus in eiſdem cap. & inſuper in *c.* 2. *& c.* 3.

Exemplum hujus doctrinæ etiam verſatur in litteris expeditis in præjudicium, juriſpatronatus laicorum, quæ ideò retinentur, non quatenùs tangunt ſimpliciter jus tertii, hoc eſt patronorum, ſed quatenùs conſequutivè vergunt in detrimentum, & perniciem Reipublicæ ſpiritualis, ut cum Simanca *de Catholic. inſtit. in præſ. Hiſpaniæ, tit.* 45. *de pœnis, à. n.* 34. *&* 35. ibi: *Si aliquid Papa decernat contra publicam utilitatem, utputà, contra patronatus laicorum, contra jus eligendi beneficia, ſeu Sacerdotia patrimonialia, vel quidpiam ſimile*, &c. idem dicit Bobadilla *in politica, lib.* 2. *c.* 18. *n.* 208. Salzed. *in pract. crimin. Canon. c.* 54. *à n.* 20. & ex Covarru. & Borell. diximus infrà, *c.* 8. *à n.* 30. *verſicul. Imo, & omnes Doctores &c.* ea ratione. Nempè ne fideles laici abſtrahantur à fundatione, conſtructione, & dotatione Eccleſiarum, & ſic ab hujuſmodi piis operibus, & ſanctis, quod redundaret in perniciem Reipublicæ ſpiritualis, & Eccleſiaſticæ, *Gloſſa verbo, Collation. in c.* 2. *de præbend. in* 6. Simoneta *de reſervat. q.* 6. cum ibidem citatis, Covar. *practic. quæſt. cap.* 36. *n.* 4. Gonçales *in regul. de alternat. gloſ.* 9. §. 1. *à n.* 67. & latiùs *in gloſ.* 18. *n.* 2. & 3. ubi quamplurimos Doctores recenſet, quod ex identitate rationis, & principio idem procedit in litteris ad beneficia patrimonialia impetratis, ex eodem Simanca, necnon in aliis ſimilibus de quibus infra hac 1. *p. c.* 10. *à n.* 69. *& in* §. *unico à n.* 90. *cum multis ſeqq.*

Tunc etiam ſcies violentam * executionem lit- 63
terarum & reſcriptorum eſſe, quando expediantur in damnum, & præjudicium juris tertii, abſque ejus citatione & cauſæ cognitione, quia tunc pati violentiam, & ſpolium, atque itidem executorem vim committere, affirmant Chirchovi. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 329. *pag.* 220 & ibidem Vivius *n.* 304. *verſ. Idem ampliatur, pag.* 217. Gozadin. *conſil.* 93. *n.* 16. Mantica *deciſ.* 29. *n.* 3. *& deciſ.* 44. *num.* 1. Rota per Farinac. *deciſ.* 135. *n.* 3. *& deciſ.* 295. *n.* 11. *part.* 2. *in recent.* Menoc. *de recuper. poſſeſſ. remedio* 8. *n.* 20. *& in conſil.* 104. *in fin. volumin.* 2. Didacus Perez *in l.* 1. *gloſ.* 1. *tit.* 14. *lib.* 3. *ordinamen. fol.* 723. Franciſc. Maldonad. *in conſil.* 104. *in fi. vol.* 2. Lancelotus *de attentatis* 1. *part. c.* 2. *n.* 89. Azeved. *in l.* 2. *n.* 24. *cum ſeq. tit.* 13. *lib.* 4. *Recopil.* Maſcard. *de probation. concluſ.* 489. *n.* 7. Hondedeus *conſ.* 82. *n.* 23. *vol.* 1. Gratian. *deciſ.* 110. *n.* 9. Bernard. Greva. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concluſ.* 76. Auguſtinus Barboſ. *in collect. ad c. conquerente* 7. *de reſtitut. ſpoliat. per textum ibi*, Marius Anton. *variar. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 56. *n.* 8. *& reſolut. ult. caſu* 52. & alibi paſſim Doctores.

Quæ doctrina comprobatur, quoniam licèt quan-
64 do Papa vel Princeps † tollit jus tertii ex justa causa, puta propter publicam utilitatem, ut superiùs latè probatum est, præsumatur tunc causa, tamen fallit quando ipse Papa, vel Princeps procedit sine citatione partis ad dispositionem tertio præjudicialem, Socinus *in conf.* 266. *& in conf.* 164. *& in conf.* 62. *vol.* 4. Jas. *conf.* 233. *vol.* 2. Aymon. Cravet. *conf.* 50. *n.* 5. Socin. *in conf.* 27. *n.* 20. *vol.* 3. Curtius Jun. *in conf.* 170. *num.* 23. Curtius Senior, *in conf.* 20. *verf. Tertiò potest responderi*, Abb. *c.* 1. *de cauf. possess. & propriet.* Ant. Gabriel. *commun. opin. tit. de jure quæsito non tollend. concl.* 3. *à n.* 7. *& n.* 9. & idem est quando ad præjudicium tertii procedit absque causæ cognitione, Ruinus *conf.* 8. *vol.* 3. sequitur Gabr. *ibid. n.* 10.

Infinitos penè Doctores in his terminis adducit Mascard. *de probation. conclus.* 275. *à num.* 18. *cum seqq.* & iterum *à n.* 27. quibus locis latè de rescriptis Principis non admittendis in præjudicium juris tertii quæsiti jure gentium, *& à n.* 8. videndus.

Pro qua doctrina facit, quod de se ipso dixit Summus Pontifex, minimè posse procedere contra inauditam partem, *in c.* 1. *de causa possess. & propriet.*

Hinc dicit Barbosa *in collect. ad c.* 2. *de majo-*
65 *rit. & obed. n.* 13. † post Covar. Avila. Menoch. Bobadilla, Azeved. Gama. & alios, quòd quando Princeps absque causæ cognitione, & non servato juris ordine aliquem condemnavit iracundia, aut vindicta motus, ut tunc sit supersedendum in executione sententiæ, mandati Principis, latè probat Cened. *in Canon. quæst.* 9. *n.* 117. & ipse Barbosa ubi proximè *n.* 11. quod quando mandatum Principis constat esse contra præceptum di-
66 vinum, vel aliud † præeminentius, putà jus naturale, vel sacræ Scripturæ, cùm sit injustum tale præceptum, erit supersedendum in ejus executione, alios allegat.

Hinc etiam DD. communiter probant supersede-
67 dendum in executione † rescripti inducentis aliquod notabile præjudicium, ut latè est videre per Anguianum *de leg. controvers.* 5. *à num.* 18. *cum seqq.*

Et hoc est quod in nostris terminis voluit dicere Henriquez *lib.* 2. *de Pontificis clave*, *c.* 18. §. 2. in hæc: Interdum data Romæ sententia
68 etiam † trina à Judice Apostolico, & fulminato processu mittitur executor in Hipaniam, & interdum executoriales litteræ continent violentiam, ut si sententia lata sit ex falsa præsumptione contra partem absentem, & non auditam, aut si litteræ sint subreptitiæ, aut non faciunt expressam derogationem rei necessariæ, aut quia hîc contra jus tertii legitimè possidentis exequitur, & intimat censuras, ut mittat in possessionem eum, qui mitti non debet, sic appellatio ab executore modum excedente admittitur; apud Judices Regios, aut per litteram Senatus ante datas Prætor (facta summaria informatione de violentiæ periculo, aut de subreptione litterarum) arripit litteras executoriales, & defert in Senatum Regis. Porro Judices Regii quia extra eorum territorium degentes Judices Apostolicos rogare, aut compellere non possunt, ut sublata violentia suspendant executionem, comprehendi jubent executorem injustum, & reponi quidquid ab illo cum vi notoria factum, seu attentatum est, compelluntque si executor mixtus sit cum aliqua cognitione causæ, ut ipse absolvat, reponat attentata, & deferat appellationi, seu supplicationi, aut certè ut ipse, qui merus est executor respectu prioris sententiæ, suis expensis procuret plenam absolutionem hominis læsi, aut fieri suspensionem causæ per Papam, vel Nuntium, qui eum misit, atque ita spoliatus restituitur in pristinum statum, vel potius conservatur in antiqua possessione sublata vi attentata, quia hoc non est ex mente Pontifi. cis absque causæ cognitione procedere velle. Hactenus Henriquez.

Qui quidem licèt veram praxim Senatus referat in hoc articulo, & casu; tamen illam confundit ex inordinata appositione duorum remedio-
rum, † quibus tertius læsus potest uti ad diversos 69
effectus per hunc authorem licet confusè, & intricatè relatos, de quibus inferiùs dicendum erit distinctè, & apertiùs hac 1. *p. c.* 11. *ad finem*, *à n.* 39. & juxta dicta in hoc capite. Et sic eum declara, & reduce ad terminos claros, & juridicos de quibus in *dict. c.* 11. *& in c.* 10. *à n.* 80. *cum multis seqq.* ubi latè quando hæc quo remedia simul jungenda, & ad quem finem.

Ex quibus omnibus doctrinis facilè colliges si
hîc tertius, de cujus præjudicio conqueritur in 70
Senatu, † fuerit legitimè citatus, & causæ cognitione adhibita, amplius hac via retentionis audiendus nullo modo erit, licet executorialibus possit suas legitimas exceptiones opponere, & abnegata admissione appellationem prorumpere ab executore, cui si non deferat, aditus Senatus Regius per viam violentiæ, deferendum, & reponendum decernet, juxta quæ latissimè diximus *in tract. de regia protect.* 4. *p. per tot.*

At verò quando absque tertii citatione, & cau-
sæ cognitione † per litteras Apostolicas jus tertio 71
tollitur contra voluntatem suæ Sanctitatis, cum tertio fiat ex earum executione notoria violentia; litteræ retineri possunt in Senatu, ut hactenus probatum est, ne Respublica turbetur, cum publicus rerum status ex privato sæpius turbatur, privataque injustitia saltem causativè publicam perducit in perniciem, Cevallos *commun. contra commun. q.* 906. *n.* 391. *p.* 4. † Giurba *in conf.* 1.
72 *n.* 15. *& seqq.* Erasmus à Cochier. *in thesauro politic.* 2. *p. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 5. ibi: *Tam suo populo tranquillitas in membris quibusque privatim constet, quàm publicè universis*, & Giurba ubi proximè, latiùs probat † hanc injustitiam vim esse pu-
73 blicam, qui ad id adducit illud duodecim tabularum legis, *Vis in populo abesto.*

CAPUT VIII.

An ob quamlibet litterarum simplicem surreptionem queat in Senatu ipsarum retentio decerni.

SUMMARIUM.

1 *Surreptio simplex an sit sufficiens ad litteras in Senatu retinendas, magna semper fuit inter Senatores, & Advocatos dissensio.*

2 & 3. *Surreptionem simplicem sufficere ad Bullarum retentionem in Senatu jura nonnulla insinuant.*

4 *usque ad n.* 9. *Ob surreptionem retineri litteras in Senatu qui Doctores insinuant, inclusivè recensentur, declarantur, n.* 28. *& seqq.*

10. &

10 & *seq. Simplicem surreptionem non sufficere, nec esse fundamentum habile ad retentionem Bullarum veritis ostenditur.*

11 *Principis facultas in retentione Bullarum unico nititur fundamento turbationis Reipublicæ Ecclesiasticæ, spiritualis, & temporalis.*

12 & 13. *Facultas à jure data ad superfedendum in executione litterarum non surreptione, sed in damno publicæ utilitatis, & si litteræ validæ sint mero jure.*

14 *Electio mero jure valida si inde oriatur, vel timeatur scandalum executioni non traditur.*

15 *Ob scandalum vitandum potest Pontifex privare aliquem suo beneficio obtento data recompensa.*

16 *Præsumptio justæ causæ in Principe concedente alteri jus tertii, cessat ubi adest scandalum.*

17 *Ad supplicandum, & superfedendum in executione litterarum Apostolicarum jura solum considerarunt bonum, & utilitatem publicam.*

18 & *seq. Cap. si quando, &c. cùm teneamur cum aliis juribus interpretantur.*

19 & 20. *Litteræ licèt surreptitiæ non sint, retinentur, ne exequantur, ubi justa causa adest.*

21 *Executor merus carens jurisdictione licitè superfedet in executione litterarum ad effectum subscribendi ob scandalum, aliudve notabile damnum.*

22 *Ad cognoscendum de causa justa retentionis, & suspendendarum litterarum non est necessaria jurisdictio, sed extrajudicialis cognitio.*

23 *Senatus non eget jurisdictione ad examinandam causam legitimæ retentionis.*

24 *Absurdum est fundare retentionem Senatus in simplici subreptione, deficiente qualitate publici damni, cum ad ejus cognitionem egeret jurisdictione Senatus.*

25 *De subreptione simplici ubi agitur, cum tractatur de viribus tituli, de ejus validitate, aut nullitate, causa jam esset merè spiritualis, cujus Senatus, etiam incidenter, esset incapax.*

26 *Judex secularis de facto rei spiritualis incidenter cognoscere potest, non tamen an validum, vel invalidum quid sit, quia est res spiritualis.*

27 *Judex laicus non cognoscit de facto rei spiritualis inter laicos Clericos, si præcedat inhibitio Ecclesiastici.*

28 *Glos. n. 24. Doctores, qui in retentione Bullarum mentionem faciunt de surreptione, non loquuntur simpliciter, sed adhibita qualitate damnant Reipublicæ.*

29 *In litteris quæ tangunt damnum publicum, de quo non fuit facta relatio Papæ, includitur surreptio.*

30 *Ex litteris in derogationem juris patronatus laici oritur damnum publicum.*

31 *Certa loquens de surreptione in Bullarum retentione declaratur.*

32 *Bonacina etiam.*

33 *Surreptio simplex absque qualitate publicæ utilitatis non est subjectum habile ad retentionem Bullarum a Senatu decernendam, nec petendam.*

34 *Surreptio simplex non impedit in Sicilia litterarum Apost. executionem sed conceditur Regium exequatur affirmativum, ut executor de surreptione cognoscat.*

35 *Retentio Bullarum fundatur in damno publico ob dilationem executionis.*

36 *Surreptio est inhibita in præjudicio Reipublicæ, quod non est facile mentiri ab impetrante,*

37 *Jus tertii, & privatæ personæ, de quo non fuit facta relatio, si est causa surreptionis, multo fortius publicum, & ejus damnum.*

38 *Potentius jus est publicum quolibet privato.*

39 *Doctores tractantes de retentione Bullarum ob detrimentum Reipublicæ rectè illas surreptionem ad retentionem pati supponunt.*

40 & *seq. Anton. Dianæ indiscreta resolutio negativa in retentione Bullarum declaratur.*

41 *Antonin. Dian. absolutè improbans retentionem Bullarum loquitur contra Bullam Cœnæ, & Doctores per se laudatos.*

42 *Surreptionis simplicis litterarum cognitio ad Judicem Ecclesiasticum, non secularem spectat.*

43 *Surreptio orta ex damno publico Regis, aut Regni, causa legitima est ad retentionem Bullarum.*

45 *Non ad effectum declarandi super ea, aut valore litterarum, sed humiliter supplicandi Sanctissimum, & superfedendi in executione.*

MAgna fuit quandoque inter omnes Jurispe-
ritos tam Advocatos, quàm Senatores hu-
jus Supremi † Regii Tribunalis, cæterorumque ¶
etiam interiorum orta controversia (semper tamen dissensio atque incerta resolutio) an Bullarum retentionis cognitio fundari possit super qualibet ipsarum subreptione simplici absque interventione alicujus qualitatis, quas licitas ad retentionem esse in capitibus præcedentibus firmavimus; quapropter ut deinceps omnis dubitandi occasio cesset, quid verum sit, & certum, per disputationem lucebit.

Et pro parte affirmativa, sufficere nempe so-
lam quamlibet surreptionem † multa jura Pon- 2
tificia clamant, & imprimis expendo textum capitalem ad hunc retentionis articulum, in *c. si quando de rescriptis*, ibi: *Quia patienter sustinemus, si non fecerit, quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum, &c.* Quo quidem apertè probari videtur surreptionem esse causam legitimam ad superfedendum in executione litterarum, & rescribendum.

Ad id ipsum urget textus difficilis *in c. cum te-*
neamur, de præbend. & dignit. 6. in ordine, ubi
suspendi † executionem æquanimiter sustinetur, 3
si adest surreptio, ut clarè demonstrant ejusdem textus verba, quæ hæc sunt: *Si mandatum nostrum pro alicujus provisione receperis, qui aliud beneficium habeat, de quo valet commodè sustentari nisi forte in litteris ipsis de hoc mentio habeatur, aut si non potest ei sine scandalo provideri; æquanimiter sustinemus, si pro eo mandatum nostrum non duxeris exequendum, &c.* Quibus quidem verbis manifestè monstratur, subreptione motum fuisse Pontificem ad illius text. decisionem, cùm certi juris sit juxta communem Canonistarum Scholam in *c. cæterum eodem titulo, de rescript.* surreptitiam esse gratiam obtentam ad aliquod aliud beneficium, ab eo qui aliud sufficiens habet, cujus mentionem non fecerit.

Et difficilior redditur ille text. ex disjunctiva;
aut, posita inter surreptionem, & scandalum, ut alterum duntaxat sufficiat ad suspendendam executionem, & superfedendum interim, dum super ea consulitur Apostolica Sedes.

Hinc multi Doctores, qui de hac praxi His-
paniæ circa Bullarum † retentionem scripsere, hoc 4
ipsum indicant, subreptionem earum esse causam legitimam ad retentionis justitiam & fundamentum, Covarruvias *in practicarum quæst. c.* 36. *n. final.* ad fin. ibi: *Et multoum hominum suggestio-*

nibus, falsisque precibus gravari per supplicationem multis nominibus exequentissimam ab ipso sanctissimo Pontifice rem diam sperantes &c. Et iterum, *n.* 4. *versic. Sic etiam in his Regnis*, &c. ibi: *Idque fit ex Regio decreto, ut illic examinentur ne quid fiat, & obtineatur falsis precibus, & suggestionibus à Summo Pontifice*, &c.

Joannes Driedorius *l.* 1. *de libertate Christiana, pag.* 183. ibi: *Qui per † nimiam importunitatem, & falsas suggestiones litteras Apostolicas impetrarunt*, &c.

5 Castellus à Bobadilla *in politica, l.* 2. *cap.* 18. 6 *n.* 208. ibi: En la † retencion que se haze en el Supremo Consejo, y Chancellarias Reales, en muchos casos de las letras y Bullas Apostolicas, para examinar si fueron concedidas con falsa ò siniestra relacion, &c.

Cerola *in praxi Episcopali, verbo litteræ Apostolicæ*, in princip. ibi: *Quod † non fit ad impediendum, sed ad videndum, & examinandam; primò an contineant aliquam surreptionem, aut obreptionem*; secundò an quod, &c. & eumdem referens id ipsum dixit Cenedus *Canonicarum q.* 45. 7 *sub n.* 9.

Pariformiter novissimè loquitur Castillo in *tractatu de ter. cap.* 41. *sub numero* 182. ibi, ut constet an litteræ ipsæ sint expeditæ contra decreta Conciliorum adversùs leges Regias, & Romanorum Pontificum concessiones, & falsis precibus, vel importunis suggestionibus, aut in præjudicium alicujus tertii, aut surreptione, aliisve remediis similibus, &c. Ex relatione, & assertione de Zevallos *communem contra communa.* 4. *part. quæst.* 897. *ex n.* 292. atque etiam *ex numero* 307. usque ad *num.* 337. qui quidem, & cæteri omnes per eumdem, & præmeditatum sermonem, quo Covarruvias loquuntur, & ab eo mutuarunt loquendi modum, illumque litteraliter transcribentes & sequentes.

8 Bonacina *in lib.* 3. *de censur.* † *in Bulla Cœnæ Domin. content. disputation.* 1. *quæst.* 15. *puncto* 4. §. 2. *fol. mihi* 113. dum declarans, *c.* 14. *Bullæ*, in hæc inquit: Impedientes litterarum Apostolicarum executionem excusari possunt ab excommunicatione hujus Canonis, si impediant prætextu informandi, aut supplicationem exhibendi Summo Pontifici, modò tamen supplicationem coram Sede Apostolica legitimè prosequantur, ita expressè in hoc Canone habetur, cum enim sæpè contingat, ut quis litteras Apostolicas, *surreptitias esse, aut iniquum gravamen, vel similia continere arbitretur*, Summus Pontifex indulsit, ut impedientes litterarum Apostolicarum executionem, interposita apud ipsum supplicatione immunes sint ab excommunicatione, modò hujusmodi supplicationem coram ipso S. Pontifice, & Sede Apostolica prosequantur, &c.

Hoc ipso loquendi modo utitur Henriquez *l.* 2. *de Pontificis clave, cap.* 18. §. 2. ibi: *Aut si litteræ sint surreptitiæ, aut † non faciunt expressam derogationem rei necessariæ*, &c. Quibus quidem 9 juribus, & authoritatibus satis difficilis reddi videtur illius quæstionis resolutio, necnon aliquo modo excusari Jurisperiti, qui hanc partem sectari voluere.

Quibus tamen, & aliis non obstantibus, firmiter tenendum est, & nervosè defendendum, 10† simplicem surreptionem litterarum Apostolicarum, nullatenus esse fundamentum habile ad earumdem retentionem in Senatu discernendam, nec etiam disponendam, nisi concurrat aut inde inferatur damnum publicæ utilitatis, & aliqua ex causis relatis superiùs *cap.* 3. & sequentibus, † 11 ex quibus interdi possit turbatio Reipublicæ spiritualis, Ecclesiasticæ aut temporalis, quæ solo unico fundamento hac retentionis cognitio, & facultas defertur Principi supremo Ecclesiæ & regni protectori, eò quòd inde violenta executio inducitur, prout abundè in genere, & in specie probavimus in septem capitulis præcedentibus, & antea in *cap.* 1. & 2. *in tractatu de regia protect.* ubi clarè patet ex legibus Regiis, & signanter ex *l.* 25. *tit.* 3. *Lib.* 1. *Recopilat.* Quæ, postquam retulit plures casus, & casus retentionis, ita dicit: (Porque qualquiera cosa que se proveyesse por su Santidad, y sus Ministros, en derogacion de las cosas susodichas, o qualquiera dellas, traeria muy grandes y notables inconvenientes, y dello podrian nacer escandalos, y cosas que fuessen en desservicio de Dios nuestro Sennor, y nuestro danno, y destos Reinos, y naturales dellos, &c.) Itaque in damno publicæ utilitatis dumtaxat fundatur suspensio hæc litterarum Apostolicarum, & ad Senatum recursus, non in damno privato quolibet ità non qualificato. Quod ulteriùs specificè apparebit ex vera dictorum jurium interpretatione, necnon veraci Doctorum, quorum hactenus mentionem fecimus intelligentia & assertione, atque loquendi modo, quo ferè omnes in hoc articulo loquuti fuere.

Ad hanc autem veriſſimam † opinionem, se- 12 quendam moveor, primò ex communi, veraque interpretatione tradita per Doctores ad text. *in dict. c. si quando, de rescriptis, & in dict. c. cum teneamur, de prebendis*; suprà pro contraria parte adductos, ut scilicet eorum dispositio indubiè procedat, etiam si rescripta mero jure valeant, & omni surreptionis, aut obreptionis vitio careant, nam ad effectum supersedendi in earum executione, & referibendi, sufficit, quòd aliqua legitima subsit causa, ob quam rectitudo rationis dictet, potiùs expedire, quod illis non obtemperetur, nec executioni mittantur, quàm quod interim suspendantur, ut ex eisdem juribus rectè ponderatis probant Cardinalis *in dict. c. cum tenearnur*, & ibidem etiam Decius, Felinus *in c. nihil, colum.* 2. *n.* 3. & *n.* 4. *de præscriptionibus*; & à principio videndus; ita hæc jura rectè interpretatur & intelligit August. Barbosa *in collectanea, ad dict. c. si quando, in additionibus*; quas habet *in* 2. *tomo collect.* à principio, super verbo, *Rationabilem causam*, qui tamen nullum Doctorem adducit.

Hanc eandem interpretationem tradit Covarru- 13 vias † *in relectione cap. peccatum, de regulis juris in* 6. *part.* 1. *num.* 7. ubi dicit, jura prædicta procedere etiam si Summus Pontifex aliquid justum præcipiat, subsit tamen aliqua rationabilis causa non obtemperandi, pura scandalum & fundatur ex glossa *in cap.* 2. *distinct.* 3. dum probat, electionem alioqui justè factam, & validam mero jure, † irritam fiendam, & revocandam, aut exe- 14 cutioni minimè tradendam ob vitandum scandalum inde oriundum aut imminentem, notant hoc idem Abbas *in cap.* 1. *colum.* 2. *de electione*, Felinus *in dict. cap. nihil, à n.* 2. & Decius *in dict. cap. cum teneamur*, quibus adstipulatur text. singularis *in c. nisi cum pridem*, §. *pro gravi quoque scandalo, de renuntiatione*, & *in c. quæsitum*, ubi Panormitanus *de rerum permutatione.*

Hinc sanè fit, ut ratione vitandi scandali pos- 15 sit † Romanus Pontifex aliquem privare suo beneficio Ecclesiastico, quantumvis legitimo titulo, & Canonico illud obtinuerit, & possideat, si commodè

modè fieri poteſt dato alio itidem beneficio, vel damni læſione compenſata, tradunt Romanus *in ſingulari* 683. & 684. Innocentius *in dicto cap. niſi cum pridem*, *gloſſa in cap. Epiſcopus de loco 7. quæſt.* 1. & ibi, Archid. Federicus *de permutation. benefic. quæſt.* 25. Cardinalis *in Clementin.* 1. *quæſt.* 4. *de rerum permutat.* Covarruvias ubi proximè ſub *n.* 7. conducunt omninò quæ dicimus poſt plurimos Doctores in cap. antecedenti, verſic. *Imò nec Summus Pontifex*, *à num.* 29. *cum ſeq.* & ſuper ùs.

16 Fulcitur hæc interpretatio † Covarruv. quoniam etiam in iis caſibus, in quibus juſta cauſa interveniente, poteſt Pontifex, vel alter ſupremus Princeps aliquid concedere in judicium juris tertii prout in capite antecedente loco proximè citato diximus; tamen in eadem conceſſione ceſſat præſumptio juſtæ cauſæ, quando ex ea oriretur ſcandalum, & ſic non exequenda, nec adimplenda, Hippolytus *ſingular.* 8. Abbas *in cap. quæ in Eccleſiarum*, *de conſtitution.* Innocentius *in cap. Inquiſitionib. de ſententia excommunicationis*, Abbas *in diſputatione*, incip. *Epiſcopus*, *verſicul. Venio ad tertium membrum*, Innocentius *in cap. quanto*, *de conſuetudine* & ibi Abbas *numero* 11. Romanus *in conſil.* 383. *verſ. Tertiò quia examinata*, Felinus *in dict. cap. quæ in Eccleſiarum*, *verſicul. Limita quantò*, *& in c. ſi quando*, *de conſtitutionibus*, Antonius Gabriel. *commun. opinion. tit. de jure quæſito non tollendo*, *concluſion.* 3. *n.* 15. latiùs proſequitur poſt alios Maſcardus *de probationibus*, *concluſ.* 275. *à. n.* 22.

De eorundem jurium interpretatione, & declara-
17 ratione, † nempè *dict. cap. ſi quando*, *& dict. c. cum teneamur*, Ampliſſimè & & abundè tractat, & latè proſequitur Anguianus *in tractatu de legibus*, *& conſt. l.* 1. *controverſ.* 5. *à n.* 25. *cum multis ſeq.* reſolvens poſt longam diſputationem, quòd ad juſtificandam ſupplicationem, & reſcribendum Pontifici, ſolum jura conſiderant rationem illam boni publici, quæ conſiſtit in vitando ſcandalo, ſive alio quovis malo notabili, quod vel timetur, vel timeri poteſt, quod quidem verificatur, ubi litteræ mero jure valent, & omni ſurreptionis vitio carent.

18 Qui quidem ipſe Anguianus † in *n.* 29. pulchrè ad hoc ponderat, text. *in dicto c. ſi quando*, in ejus ſpecie non fuiſſe propoſitum caſum aliquem emergentem, qui de facto contigerit, ad quem interrogatus, & conſultus Pontifex reſpondere poſſet: reſcriptum fuiſſe ab impetrante ſurreptiè obtentum, ſed generaliter regulam conſtituiſſe pro futuris temporibus, prævenìendo judices, atque eis regulam conſtituendo, quid in ſimilibus reſcriptis ſit faciendum, ne ex exaſperatione, nimiaque obedientia turbati pejus eligant exequendo, ad text. celebrem *in c. cum contingat* 24. *de reſcriptis*, *& in c. adverſus de immunitate. Eccleſiar.* in illis verbis: *Propter imprudentiam tamen quorumdam Romanus Pontifex prius conſulatur*, *cujus intereſt communibus utilitatibus providere*; quod quidem apertè colligitur ex *dict. c. ſi quando à principio*, ibi; *Si quando aliqua tuæ fraternitati dirigimus*, *quæ animum tuum exaſperare videntur*, *turbari non debes*, *&c.* Quo colligitur abſolutè, & regulariter loqui Summum Pontificem, non arctatum ad aliquem ſpecialem caſum contingentem, *Si quando*, enim inquit, ad idem eſt etiam textus *in authentic. ut nulli judicium*, §. *& hoc vero*, *collation.* 9. ibi: *Ut ſi contigerit in ſcriptis noſtram juſſionem*, *&c.* text. etiam *in authentic. de mandat. principium*, §. *deinde competens*, *& in l.* 29. *titul.* 18. *part.* 3. *l.* 20. *eodem titul. & partita.* Quibus quidem juribus omnibus generaliis regula conſiſtitur in poſterum abſque particularis caſus contingentia; ſed diſponentibus, quando caſus contingat nullo habito reſpectu ad aliquem particularem, ſed quomodocumque reſcripta emanent, nulla habita conſideratione ad caſum aliquem tunc contingentem, ex quo argui poſſit ſurreptio ob ſuggeſtionem, & defectum narrativæ.

Ex qua vera interpretatione, & declaratione meritò † inferunt Doctores communiter, ipſa ju- 19
ra procedere etiam in caſu, ubi nulla ſurreptio dari poteſt, quia ſcilicet reſcriptum emanavit non ad petitionem partis, nec ad ejus relationem; ſed motu proprio ipſius Pontificis, in quo jam ceſſat ſuggeſtio, aut falſa relatio, ut cum judicio conſiderarunt Franciſcus Ripa, *num.* 14. & 17. Felin. *num.* 3. *in dict. c. ſi quando* Cardinalis *in conſil.* 142. *col. ult.* Rebuffus *tit. de reſcriptis*, *artic.* 1. *gloſ.* 5. *verſic. Et ipſe*, tradunt etiam Gregorius Lopez *in l.* 27. *titul.* 18. *part.* 3. *gloſſa fin.* Palatius Rubeus *de beneficiis vacant. in curia* §. 13. Anguianus *dict. controverſia* 5. *à num.* 25. *cum ſeq.* ſequitur etiam nullo ex eis Doctoribus citatis relato, Auguſtinus Barboſa *in dict. collectanea ad dict. cap. ſi quando in addition.* 2. *tom. col.* 1. prope finem.

Fulcitur etiam hæc vera declaratio, & inter- 20
pretatio ad dicta jura, † quoniam ſi Pontifex non loqueretur de reſcriptis mero jure validis, ſed ſurreptiiis, & nullis non reſponderet, *patienter ſuſtinebimus*, *&c. Et æquanimiter ſuſtinebimus*, *&c.* de quibus verbis *in dict. c. ſi quando*, *& dict. cap. cum teneamur*, cùm executor ſuo proprio jure, & poteſtate poterat, & debeat reſcriptum nullum, & irritum declarare, & in totum executionem denegare, quando vitio ſurreptionis erat obnoxium juxta jura vulgaria *in c. ſuper litteris in fin. de reſcriptis*, cum ſimilibus, & tunc reſponderet Pontifex ſimpliciter ut aſſolet, ne mandatum exequeretur, ut *cap. ad aures*, *de reſcriptis*, *& in c. cum adeo*, *eodem titulo*; ac propterea cum Pontifex in dictis juribus dicat, *Patienter ſuſtinebimus*, *& æquanimiter ſuſtinebimus*, *&c.* Ad effectum reſcribendi, & ſuperſedendi, ſupponit manifeſtè loqui, quando reſcriptum mero jure valet, ſubeſt tamen juſta cauſa ab extra, judicio ejus examinanda, Papæ ſcilicet, qui incommodis, & indemnitatibus ſubditorum publicis ſubvenit, ut plurima jura Pontificia afferunt relata ſuprà *cap.* 3. §. *unico*; *à numero* 45. *cum ſeq.* reſervata, ex qua non debeat exequi interim, quòd conſultatio hæc durat, prout rectè & latiùs ponderantes verba, *dicti cap. ſi quando*, *& dict. c. cum teneamur*, deducunt Auguſtinus Barboſa ubi ſuprà per totum collecta, addit & melius Anguianus *dict. controverſ.* 5. *à n.* 26. *cum ſeq.* ad quem te remitto pro latiori explicatione, & meliùs infrà hoc *tract.* 2. *p. c.* 5. §. 4. *num.* 2.

Pro quorum verborum legitima & propria expoſitione adderem ego, quòd cùm de jure executori permittatur, & detur facultas liberè cognoſcendi, & declarandi ſuper ſurreptione litterarum & illis executionem denegandi ex juribus, & Doctoribus citatis; abſonum videretur, voluiſſe Papam ſibi ſpecialiter reſervare cognitionem ſurreptionum litterarum ſuarum in tam grave damnum, & detrimentum litigantium cogentem eos adire Sedem Apoſtolicam, cum

sciat per jus Pontificium & civile, pertinere hujus rei cognitionem eidem executori, & delegato, ut in similibus omninò terminis mirabiliter consideravit Lucas de Penna *in l. cum ad felicissimam, C. de quibus muneribus vel præstationibus non liceat se excus. à num.* 2. *cum seq.* ubi ita notanter post multa alia prosequitur in hunc modum. Item quia ubi per scriptas leges facta provisio invenitur, non est verisimile, quòd Romanus Pontifex se consuli specialiter reservaverit, argum. *ff. de aliment. legat. l. alimenta*, §. *Basilicæ*, *& l. si filiabus, de verborum obligationibus*, *l. doli clausula, ff. de pœnis sanction. & lib.* 6. *de præbendis*, *cap. dudum*; *& cap. quamvis tibi.* Sicut etiam ubi est permissio Principis, non est opportuna de cætero authoritas judicantis, quæ alias est necessaria supra *de administration. tutor. l. quæ*, §. *final. quando decreto opus non est*, *l. final. ff. de minoribus*, *l. & sine*, §. *quæsitum.* Ita & ubi est dispositio juris scripti, non est opus, quod Romanus Pontifex adeatur, item sicut licet prædium minoris alienari sine decreto Prætoris, cùm pater ejus hoc disponit in testamento, *eodem titulo quando decreto*, *l. penult.* ita & in casu nostro postquam invenitur dispositio legis, non est opus, ut propterea Romanus Pontifex consulatur. Quid plura, scriptæ leges per se juvare debent, non extrinseca dispositione Pontificum egere, *in authentic. de hæredib. & falcid. post princip.* Nam & verosimile est, Papam, velle, quod leges volunt, *in authent. de judiciis*, §. *omnes autem.* Quod enim in legum positum est potestate, atque per eas jam summa deliberatione decretum, satis incongruum est, ut extrinseca dispositione indigeat. *in auth. ut in medio lit. non fieri sacras for.* §. 1. *collat.* 8. *&c.* sequitur & facit; verisimile est igitur, quod ipse nolit ulterius suas aures molestari super eo, quod est per leges tam salubriter definitum, *dict. l.* 1. *supra de thesauris*, Hactenus de tam singulari observatione Lucæ de Penna mirabiliter conducibili interpretationi verborum d. jurium hucusque traditæ.

21 Comprobatur ulterius ex ea veriori † tenenda resolutione (contra Philippum Decium *in dict. c. si quando*, *de rescriptis. n.* 2. ubi adversùs plures ab eo citatos contrariam opinionem sectari voluit) quæ habet textum *in dict. cap. si quando*, *& dicto c. cum teneamur*; procedere in quovis executore litterarum Apostolicarum, ita ut simplex & merus executor causæ cognitione, & jurisdictione carens, posset suspendere executionem, & supersedere in ea ob justam causam, putà quoties timetur scandalum, aut aliud quodlibet notabile malum, quoniam iste talis executor ad cognitionem, & informationem faciendam de hujusmodi causa, quæ intus non tangit justitiam litterarum, & medullam, aut earum substantiam, & valorem, ut suprà diximus, non eget jurisdictione aliqua, quia sufficit se extrajudicialiter informare, † & extrajudicialem cognitionem legitimæ causæ adhibere, ut benè probat Petrus Rebuffus *in tractatu de rescriptis*, *artic.* 1. *glos.* 5. Atque latissimè per plura fundamenta disputat, & cum judicio ponderat Anguianus *de legibus*, *controversia.* 5. *à numero* 37. *cum multis seq.* Videndus omninò ubi ita constanter, & benè resolvit contra opinionem contrariam Philippi Decii, & licèt obiter idem tenet Antonius Marius *variarum resolut. lib.* 2. *resolut.* 72, *sub n.* 29. post principium, ubi in istis terminis nostris loquitur, & ad hoc propositum.

Ex quorum resolutione rectè colligitur, text. *in dict. c. si quando*; *& c. cum teneamur*, non loqui de simplici surreptione, sed de rescripto mero jure valido, cùm ad surreptionis cognitionem jurisdictio omninò necessaria sit, & causæ cognitio in contradictorio judicio, qua merus executor caret penitus, juxta text. *in c. Pastoralis*, §. *quia vero*, *de officio del gat.* cum similibus per Nos adductis, ubi abundè de hoc egimus *in tractat. de Regia protect.* 4. *part. c.* 3. *à num.* 1. *cum multis seq.*

Ex qua doctrina rectè infertur, quòd Senatus Regius in examinatione causæ tangentis publicam utilitatem, & damnum Reipublicæ † Ecclesiastic- 23
æ, spiritualis, aut temporalis ad effectum supplicandi ad sedem Apostolicam, jurisdictione non eget, nec de juris rigore, & necessitate negotii illam apperit, sed extrajudicialem cognitionem, informationem, & indignationem ad fideliter certiorem reddendum summum Ecclesiæ pastorem super damnis: & inconvenientiis, quibus affligi potest Respublica hæc, ut diximus suprà *c.* 1. ante finem, quia tunc de mero facto tractatur quod non tangit intùs Bullarum valorem, sed de quodam accidenti externo, & ab extra proveniente, de quo tamen vide quid infra diximus, *cap.* 16. *à n.* 16. *vers. Aliàs igitur*, *& n. sequentibus.*

Secundò ex eadem doctrina infertur ad propositum, de quo agimus, † ut cùm ad cognitionem surreptionis requiratur jurisdictio, & 24
causæ cognitio, cum agatur de litteris annullandis, & irritandis, & absolutè privandi impetrantem jure suo quæsito ex litteris & provisione Apostolica, absurdum foret dicere, nec tentare posse Senatum ipsum supremum Regium fundare retentionem Bullarum super simplici surreptione, quando aliàs omninò ex executione cessat qualitas damni publici, aut publicæ utilitatis Regni, aut Regis, ac inde turbatio status publici, quod quidem in simplici, & non ita qualificata surreptione litterarum penitus cessat, sed imò tunc jam agitur de jure & justitia earumdem, quod est penitùs spirituale, † cum agatur 25
de titulo validitate, aut nullitate, an ritè, & rectè fuerit expeditus, & impetratus, quo casu nec principaliter, nec etiam incidenter potest tractari in Senatu Regio, & temporali omninò incapace, prout explicant distinguentes quæstionem facti rei spiritualis à quæstione juris: magna illa Doctorum caterva, præsertim Regnicolarum de qua *in tractatu de Regia protect.* 1. *part. c.* 1. *à n.* 217. ultra quos videndi erunt, Cynus *in l. Arethusa*, *n.* 6. *ff. de statu homin.* Bartol. *in l. Titia*, *n.* 8. *ff. soluto matrim.* ubi etiam abundè Petrus Barbosa *à nu.* 21. *&* 24. Bald. *in consil.* 175. *in fin. lib.* 3. & per plura exempla declarat, Alvarus Velascus *in consultation.* 159. *num.* 12. *tomo* 2. latissimè etiam Fontanella *de pactis nuptialibus*, *tomo* 1. *clausula* 4. *glossa* 13. *part.* 2. *à num.* 27. *cum multis seq.* benè etiam Cardosus *in praxi judicum*, *verbo*, *Causa*, *num.* 8. ubi plures allegat ibidem Doctores.

Qui omnes juris quæstionem eam esse asserunt, si partes sunt in facto concordes, sed dubium est, an illud ritè & rectè intercesserit. facti verò eam dici quæstionem, quando partes jus illius facti supponentes dubitant, & exquirunt dumtaxat; an factum illud adfuisset, & intercesserit, ut ultra citatos Doctores, alios etiam ad id laudans explicat Giurba *consil.* 8. *num.* 32. Antonin. Amato *variarum resolut. lib.* 2. *resolut.* 83. *n.* 2. & latiùs *num.* 11. *& resolut.* 86. *à. num.* 61. & nos infra hac 1. *p. cap.* 16. *num.* 23. *cum multis seq.* ubi plura

singularissima consideravimus.

Hoc ipsum confirmant omnes Doctores tractantes; † posse judicem laicum cognoscere incidenter de quæstione facti rei spiritualis; non tamen 26
de jure, an validum aut invalidum aliquid sit, cum hoc casu causa merè sit spiritualis, pertinens dumtaxat judicio Ecclesiæ, ut post Bartholum (cujus fuit doctrina) *in l. 2. col. 2. num. 4. ff. jurisdict. omnium judicium*, Curtium, Alexand. Oroscum, Romanum, Castrensem, Alciatum, Jason. Bald. Abbatem, Archidiacon. Decium, Ripam, Felinum, Bernardum Diaz, Covarruvias, & ex aliis pluribus doctoribus, benè tractat, & explicat Padilla *in l. 1. quamvis, à num.* 56. usque *ad* 59. *C. de juris & facti ignorantia.* Troisi. *super ritu magnæ Curiæ* 236. *n.* 1. amplissimè videndus Petrus Barbosa *in l. Titia à n.* 22. *cum multis seq. ff. solut. matrim.* Zevallos *in commun. contra commun. quæstion.* 403. *n.* 3. Ant. Gamma. *decisio.* 194. abundè Farinacius *in praxi criminal. l.* 1. *de Inquisitione, quæst.* 8. *à n.* 25. latè etiam Didacus de Sahagum *in repetit. cap. decernimus, à num.* 60. *de judiciis*; benè etiam per Valascum *consultation.* 159. *n.* 9. *tomo* 2. ubi ad id plurimos allegat, Marta *de jurisd.* 2. *part. capitul.* 9. *à n.* 22. bene etiam Riccius *in praxi fori Ecclesiastici, decisio.* 339. per totam, Cardoso ubi suprà, plurimos etiam ad id citat Castillo *controversiar. tomo* 5. *cap.* 105 *à n.* 5. Vantius *de nulli. ex defectu jurisdict. n.* 52. Crassis *de effectib. Clericor. effectu.* 1. *n.* 407. & ex Capitio, Aponte, Gaill. Franchis, Rosentail. Troisi & pluribus aliis observat Giurba *in cons.* 80. *num.* 32. abundè etiam & pulchrè per Fontanellam *de pactis nuptialibus, tomo* 1. *clausula* 4. *glossa* 13. *part.* 2. *à num.* 25. *cum seq.* Et de materia à principio totius glossæ, qui *n.* 26. sequitur singularem † limi- 27
tationem Farinacii ubi proximè, ut hæc conclusio non procedat; quando causa spiritualis sit tractanda inter duos Clericos, & Judex Ecclesiasticus inhibuisset sæculari, etiam super cognitione facti: quare omninò affirmandum est, simplicem surreptionem litterarum Apostolicarum non esse fundamentum habile, & capax ad petendam ipsarum retentionem in Senatu, tangat jus ipsum spirituale, & ejus determinationem finalem respiciat, quod longè abest ab intentione, fine, & effectu articuli retentionis nostræ.

Ad Doctores verò superiùs citatos pro contraria parte, † respondetur, ut omnes ipsi sicut cæteri, qui de retentione Bullarum tractavere, quos recensui suprà *cap.* à principio, & signanter *cap.* 5. ex quorum verborum relatione clarè patet quòd expressè loquuntur, quando litteræ ladunt jus publicum Regni vel Regis, & in damnum vergunt publicæ utilitatis, ex quarum executione turbari timetur Respublica, ac publicus status Ecclesiæ. Nullus autem de surreptione simpliciter loquutus fuit: sed omnes insequentes modum loquendi Præsidis Covarruvias mentionem faciunt, prout ipse de surreptione litterarum Apostolicarum, hac adhibita publici detrimenti qualitate, & fundamento necessario, & inexcusabili, ut ex eorum lectura patet, & videbis expressè, & indubitanter, prout etiam multorum verba adduximus *in dicto cap.* 2. *& in dict. cap.* 5. *versic. Hinc est quod fere omnes Doctores, &c. à num* 45. *cum multis seq.* & videbis etiam ex tot doctrinis adductis septem capitibus præcedentibus, quibus non alia ratione fundamus hunc recursum, & hanc Bullarum retentionem, nisi in damno Reipublicæ orto, & causato ex executione illarum, ut ad oculum patet ex expressis verbis Covarruvias quæ retulimus supra *cap.* 2. *à num.* 18. à quo velut à fonte cæteri omnes Doctores fundamentum, & doctrinam sumpsere.

In quatenus ipsi Doctores faciunt mentionem de surreptionibus † & falsis litterarum suggestio- 29
nibus bene loquuntur, quoniam ut plurimum, cum impetrentur contra jus Regis, aut Regni, & eorum privilegia & indulta Apostolica, licèt non in præjudicium juris tertii repugnante, & reluctante penitùs jure naturali tacent impetrantes hæc, quibus simul surreptitiæ reddantur ipsæ litteræ, non quòd in dictis surreptionibus dicti Doctores fundent justitiam retentionis, sed ut evidentiùs appareat de involuntate Summi Pontificis, principale quippe Doctorum fundamentum est quies, & tranquillitas publica, quæ turbata meritò consideratur ex talium litterarum executione, ex qua simul violentiam oriri pluries per discursum hujus 1. *part.* diximus, & comprobavimus, quæ altiùs explicantur inferiùs *à n.* 34. *& seqq.*

Imò & omnes Doctores qui tractant de retinendis litteris † Apostolicis obtentis in præju- 30
dicium juris patronatus laicorum, eo etiam moventur, ne in damnum Reipublicæ Ecclesiasticæ & temporalis, retrahantur sæculares à fundatione Ecclesiarum, hospitalium, & aliarum piarum voluntatum ultimarum, ut per Simancas *de Catholicis institut. in* impressione Hispaniæ *tit.* 45. *de pœnis, à num.* 34. & 35. cujus verba retulimus suprà *cap.* 2. versic. *Simancas etiam, à num.* 8. Covarruvias *practicar. quæst. c.* 36. *in principio, n.* 3. *& num. fin. ad fin.* optimè Salzed. *in praxi crim. Canon. cap.* 54. *n.* 20. Borellus *de præstantia Regis Catholici, cap.* 52. *à n.* 4. *& seq.* pro quo apertissima extat *l. Regia* 23. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil.* supra ponderata *n.* 11. & alibi passim per Doctores suo loco infrà 4. *part. hujus tractatus* adducendos, & *cap. antecedente, n.* 62. tetigimus.

Cerola autem pro contraria parte citatus *nu.* 7. vel intelligendus secundùm Covarruvias, quem † ad id allegat (juxta quem intelligendi sunt 31
& cæteri omnes qui brevitate, & curtatione usi, minus integrè ejus doctrinam retulere) vel perperàm loquutum fuisse. Cenedus verò, qui licèt ejusdem Cerolæ doctrinam retulit, nihil tamen de simplici subreptione ad retentionem asseruit, sed imò multis in locis de damno publicæ utilitatis, & pernicie Reipublicæ loquitur, & se fundat in eo, & ibidem etiam prosequitur. Henriquez eodem modo, quo Covarruvias & cæteri loquuntur, cujus verba adduximus *c. antecedenti in fi.* expressè omnes præmittentes, & apertè loquentes de litteris in damnum & perniciem Reipublicæ sive spiritualis, sive temporalis impetratis, & propterea retinendis.

Bonacina autem pro contraria parte adductus, *n.* 9. loquitur generaliter † de impedientibus execu- 32
tionem litterarum Apostolicarum, nihil in specie dicens de hac Senatus retentione, & cum Bulla Cœnæ Domini *in dict. c.* 14. loquatur tam de Ecclesiasticis personis, quam de Tribunalibus, & Principibus supremis, nihil mirum, ut ipse de subreptionis causa loquatur, at si de hac Senatus retentione intellexit, vel minùs cautè loquutum fuisse, dicendum erit, velut grandi Theologo juris principiis praxis, & stylo Tribunalium ignaro, & destituto, indulgendum.

Concludendum est igitur, † quòd simplex surrep- 33
tio rescriptorum non sit subjectum habile nec capax per se solum nulla admixta qualitate de iis, quas

in ſeptem capitibus præcedentibus adſcripſimus abundè, quia Senatus eſt incapax hujuſmodi cognitionis, cum omninò tangat ius ſpirituale, attamen quando aliqua ex parte reſcriptum tangit damnum publicum, atque publicam tranquillitatem Reipublicæ Eccleſiaſticæ, ſpiritualis, aut temporalis, ita ut id ex litterarum executione notabile inferatur, quantumvis inter privatos facta, & ſuper ipſorum jure particulari, licitè dumtaxat poteſt fundari recurſus iſte, quo ſolo & unico fundamento nititur, prout *in c.* 1. & ſequentibus, alitès comprobavimus, atque ideò jam noſtris temporibus hoc in Senatu Supremo de hac difficultate amplius non dubitatur, ſed imo firmiter, & communiter ſervatur, & meritò hæc noſtra prævaluit opinio, ut nullatenus fundetur, nec admittatur propoſitio contraria, quod ex ſupra dictis in hoc cap. & ſuperioribus rectè comprobabis.

Et hæc etiam opinio practicatur in Regno Sici-
34 liæ, * prout latè per exempla firmat Amato *variarum reſol. lib.* 2. *reſol.* 71. qui poſtquam *à n.* 26. *cum multis ſeq.* comprobavit retentionem litterarum tam Apoſtolicarum, quàm Principum temporalium ad effectum referendi cauſas urgentes, tendentes in præjudicium juris Regii, aut Reipublicæ, aut in turbationem pacis ſubditorum, aut in præjudicium tertii, poſtmodùm *à n.* 29. refert doctrinam uſitatam in illo Regno, quod ſi aliquis conqueratur in Senatu, opponens ſe petenti executorias litterarum Apoſtolicarum, non eſſe denegandas, quando continent ſurreptionem, aut obreptionem dumtaxat, imò tunc conceduntur executoriæ ſalvis juribus partis coràm Judice delegato proponendis, & proſequendis, ad quod adducit varia exemplaria, in fact. contingentia.

Nam ut hactenus diximus *à n.* 28. *&* 29. nec Doc-
35 tores aliquid ſimpliciter * loquuntur de ſurreptione circa juſtificationem retentionis, ſed præcipuum eorum fundamentum eſt publica utilitas, ſeu damnum publicum, non privatum ſimplex, à quo illud non derivetur, nec inſurgat.

Pro quo ulteriùs pondero text. *in d. c. cùm teneamur, de præbendis;* ex cujus veriſſimo intellectu expreſsè apparebit noſtræ opinionis ſingulare aliud fundamentum, nam Pontifex in caſu illius text. non dedit executori litterarum facultatem ſuperſedendi in executione propter ſurreptionem ortam ob non factam expreſſionem, & relationem beneficii jam antea obtenti, ut ſup. *à n.* 20. ſed ſolùm propter præjudicium, & detrimentum recti regiminis Reipublicæ Eccleſiaſticæ indè cauſatum, ex eo nempe, quod unus plura beneficia ambiat, cùm ſingula ſingulis deſtinata ſint, tunc quippe ordo Reipublicæ confunditur, quando unus plurium officia, aut beneficia occupat, *l. nemo, C. de aſſeſſoribus*, ibi: *Nec ſit conceſſum cuiquam duobus aſſidere Magiſtratibus, & utriuſque judicii coram peragere, nec enim facile credendum eſt, duobus neceſſariis rebus unum ſufficere: nam cum uno judicio adſuerit, alteri abſtrahi neceſſe eſt. Sicque nulli eorum idoneum in totum invenire, ne dum ad utrumque feſtinat; neutrum bene peragat, text. etiam in l.* 1. *C. de agentibus in reb. l.* 5. *C. qui militare non poſſ. authent. ut judices ſine quoquo ſuffra.* §. *l. illud, ille à quo* 13. §. *tempeſtivum*, & ibi glotſa, verbo, *Triplici*, §. *ad Trebellianum, l. ſi plures* 9. *ff. de pactis, l. licet* 42. §. *ſi plures, ff. de procurat.* Plato *dialogo* 8. *de legibus. Duas verò* (inquit) *artes, aut duo ſtudia diligenter exercere, humana naturâ non patitur, nec plures Magiſtratus in unum hominem cumulandi videntur*, idem prædixit Ariſtoteles *lib.* 2. *politicorum, c.* 9. *& lib.* 1. *c.* 1. Caſſiodorus *lib.* 6. *formula* 7.

Et ob hanc ordinis, & recti regiminis turbationem, & inæqualitatem inter ſubditos plura damna & inconvenientia Reipublicæ Eccleſiaſticæ cauſari, in his terminis conſiderat Pontifex in *extraſanti execrabilis, de præbendis & dignitatibus*, Joan. XXII. à principio; & procinus, ibi: *Unde inter cætera inconvenientia ſupra ſcripta naſcuntur, quòd videlicet interdum, unus, qui unum quantvis modicum, vix efficium implere ſufficeret, plurimorum ſibi vindicat ſtipendia, quæ multis famæ pollentibus, qui mendicant, poſſent abundè ſufficere, de qua diſtributione collata, habentibus ipſa paratur vagandi materia, divini cultus minuuntur, hoſpitalitas in ipſis beneficiis debita non ſervatur: & dum non ſunt jui in unaquaque regione rectores Eccleſiarum, detrahitur commodis, & honori, quæ parentes defenſorum auxilio in juribus ſuis, & libertatibus multipliciter collabuntur, ruinis patent ædificia*, &c.

Quæ ſingula, & alia damna conſiderata à Pontifice in dicta *Extraſanti*: ladunt penitès Rempublicam Eccleſiaſticam, deſolantur eqnidem cæteri ſubditi ex hac plurium beneficiorum, & officiorum cumulatione in unum: *Comat ipſe, gemant ſubditi neceſſe eſt*, inquit in propoſito Mariana *lib.* 3. *de Rege*, & Imperator, *in l. hac parte, C. de proximis ſacrorum ſcriniorum*, ibi: *Supra dicti autem Memoriales nullo modo duplici fungantur officio, nec geminis hamis irrepſerint, ut non occupentur plura in unum ſe commoda collocaturi, nihilque reliquis relicturi*; & ne ſine maximo omnium ſcandalo permitti poſſunt, quippe non tranſeunt tranſgreſſiones ordinis politici, & recti regiminis abſque notiſſimo in populo ſcandali periculo, prout probant infinita penè jura, & doctrinæ alibi cumulatæ ſuprà *cap.* 5. *& 6.* & ſignanter atque in individuo probat text. in *dict. cap. cùm teneamur*, ibi: *Aut ſi non poteris ei ſine ſcandalo providere.* text. eſt etiam expreſſus *in cap. cùm non ignores* 15. *eodem titulo de præbendis, & dignitatibus*, ibi: *Cùm ipſorum ſcandalo non debet locum in ipſo Eccleſia quærere, vel habere.* Ideoque Summum Pontificem in *dict. cap. cùm teneamur;* movit damnum, & pernicies Reipublicæ Eccleſiaſticæ (ne pateretur ſcandalum) ad dicendum, *æquanimiter ſuſtinemus, ſi pro ea mandatum noſtrum non duxeris exequendum.* Non tamen ſimplex ſurreptio illum movit, nec moveret ad ſic dicendum, & reſpondendum; prout latiùs annotavimus ſuprà *à num.* 20. Atque ideò neceſſe fuit, ut cum dicta ſurreptione concurreret cauſa hæc publica abuſus, & turbati regiminis ſui natura producliva ſcandali, quod juſtè ex executione illarum litterarum timebatur in perniciem Reipublicæ Eccleſiaſticæ. Ex quo text. manifeſtè colligitur, ſimplicem ſurreptionem non eſſe cauſam legitimam, & ſufficientem ad ſuperſedendum in executione litterarum Apoſtolicarum, & reſcribendum, niſi ex ea aliquod inferatur damnum publicum prout in caſu illius text.

Sicque ex iis omnibus illa ſunt certa & juridica regula; & ex ea facilis cognitio, quando ſurreptio legitimam præſtet cauſam ad ſuperſedendum in executione litterarum, & decernendam retentionem earum in Senatu: etenim aut ſurreptio ita ſimplex, & ut nec vergat in notabile præjudicium tertii, nec damnum inferat Reipublicæ, ſed tantùm aliundè litteræ ſint ſurreptitiæ ob non factam relationem alicujus requiſiti de jure; &

tunc

tunc in Senatu neganda erit retentio litterarum, ut coram executore earum surreptio ipsa opponatur, & controverfatur, ex hactenus dictis à principio huius capit.

Aut surreptio talis sit qualitatis, quæ aut vergat in præjudicium notabile juris tertii, in iis nempe casibus, in quibus deficere potestatem in Principe tollendi jus tertii resistente jure naturali, diximus *c. 7. per totum.* Quia tunc adest notissima violentia, idcirco ob obreptionem huius qualitatis in dubio retentio litterarum discernenda, ut ibidem resolvimus, & probavimus abundè. Vel etiam quando ex surreptione infertur præjudicium & damnum Reipublicæ Ecclesiasticæ, aut temporali, & ejus recto regimini adversatur, & sic vergit in detrimentum publicæ utilitatis; & tunc licitè suspensio litterarum, & retentio in Senatu, concedenda, juxta *dict. cum teneamur prædictis*, ejusque veram & genuinam interpretationem per Nos assignata, & tantorum Doctorum observationem, de quibus à principio hujus cap. qui in hoc casu omnes loquutos fuisse hactenus ostendimus.

Quia cùm ex regimine populi capiat fundamentum hæc retentio, omnisque violentiæ cognitio, cùm defensio Principis ad hoc tendat dumtaxat, & diligatur, atque ex eo tantùm inter Ecclesiasticos judicetur, ut clarè latèque ostendimus supra *I. part. c. 1.* per totum, & *c. 3.* cum quatuor sequentibus; inde fit, ut cum Doctores præmittant hoc necessarium, & præcipuum fundamentum: nihil mirum, quod mentionem faciant, & incidenter deducant, & inferant ad surreptionem
36 litterarum † præjudicium publicum inducentium, quo præcisè surreptio inhibita est, & intrinsecè inclusa; prout latissimè probavimus supra *cap. 3, à num 29. cum seq.* Clarè quippe patet, quod quoties impetrantur litteræ in damnum publicæ utilitatis, puta contra privilegia Regni, aut Regis laudabilesque & usitatas consuetudines eius (quo unico fundamento nititur retentio Senatus; & Doctorum resolutio) per necessariam consequentiam infertur ex eisdem præjudicium juri publico, & per consequens surreptio, cum de eo non fit facta Papæ (cujus intentio defuit) relatio vel non ex integro, juxta celebrem Cassiodori sententiam *lib. epistol. 4. delectamur* (inquit) *retusatis invento, & sequi regulas constitutas libenter amplectimur, quia locus surreptionibus non relinquitur, cuncta rationabiliter constituta servantur.* Idem Cassiodorus *l. 10. epistola 25.* & Magister Alvarez Archiepiscopus Travensis *in Isaiam, c. 11. n. 13.*

Etenim si de damno, & præjudicio particularis juris debet fieri mentio ad excusandam surrep-
37 tionem; † quanto magis de jure publico quod semper censetur intactum, & præservatum, cuique nihil detrahitur, ut abundè diximus plurima congerentes supra *c. 5.* per totum. Atque alio quolibet privato potentius sit, *l. munerum, §. item, de muner. & honorib. l. sancimus, C. de sacrosanct. Eccles. l. unica, §. final. C. de caducis tollend. Authent. res quæ, C. communia de legat. cap. mutationes 7. q. 1. cap. 1. cap. bonæ, de postul. prælat.* cæteroquin privatis præfertur, juxta illud Ecclesiastici *c. 17.* ibi: *Mandavit Deus unicuique de proximo suo*, cùm multo magis de Republica, Nicephor. *lib. 12. Eccles. hist. c. 23.* ubi I. tiffimè Ambrosius *de obita Theodosii*, ibi:
38 *Rempublicam tecum tripartitam* † *parentibus, & filiis præferebat*, Cicer. *lib. 3. de finibus*, charissimam esse patriam nobis quàm nosmetipsos, & dicit ad Terentium *l. 4. Vituperandas, qui in Reipublicæ discrimine, suæ plus quàm communi saluti consulit; & lib. 1. officiorum, Chari sunt parentes, chari liberi, propinqui, & familiares, sed omnes omnium charitates patria una complexa est.* D. Augustinus *serm. 6. de verbo Domini*, Nazianzenus *in oratione in laudem Basilii.* Polineus apud Stobæum *sermon. de Republica*, ibi: *Negotia publica civitatis omnium cujusque curæ oportet maxima, ut feliciter augeatur*, & paulò post ibi: *Civitas enim prosperè agens felicitas est magna, in hac insunt omnia, fide servatâ cunctâ servantur, hac pereunte nihil non præsumit*, Thucydides *lib. 2. in oratione Periclis. Ego existimo, melius agi cum civibus privatim, si tamen civitas fortunata sit quàm si per singulos cives felix sit, publicè verò labefactetur, nam cum evertetur patria, is, cui privatim bene est, nihil tamen minus, & ipse everteretur, cui autem malè, is in illa prosperè agente multo magis incolumis est*, &c. Inde Plinius Nepos, *epist. lib. 7. epist. ad Canium*, ait: *Oportet privatis utilitatibus publicas, mortalibus æterna anteferre.*

Quare meritò, consultoque † Doctores tractan- 39
tes de retentione Bullarum ob damnum Reipublicæ mentionem faciunt de surreptione earum, ac suggestionibus, quibus impetrari solent; non facta præjudicii & juris publici relatione Sanctissimo (imò huic est incognitum) cui derogatum non intelligitur, nec ideo indè inferendum erit ad litteras quascumque surrepticias, quæ simpliciter tangunt jus privati, nec regulariter ex eis earumque executione infertur damnum aliquod publicæ utilitati ad effectum, ut in se retentio per Senatum concedatur.

Hinc venit declarandus Antonin. Diana *moral. resolut. 1. par de immunitat. Ecclesiar. resol. 12.* dum generaliter movet † quæstionem: an Regii 40
ministri possint in Cancellariis retinere Bullas Apostolicas, primitùs cumulat aliquos Doctores affirmantes, postmodum autem negantes, quibus tandem ipse (ut assolet) adhæret sine ratione, & fundamento hoc unico usus dumtaxat, quod de surreptione litterarum potest cognoscere Judex Ecclesiasticus, non sæcularis.

Quo supposito clarè monstrat non calluisse qualitatem, naturam, & essentiam negotii, dum ita indiscretè terminos confundit.

Etenim absolutè negare † retentionem Apostoli- 41
carum litterarum ex justa & legitima causa factam, ad effectum supplicandi Sanctissimum, ut quid censerit, ulterius manifestet (postquam sit instructus de damnis, & scandalo inferendis ex executione suarum litterarum in damnum Reipublicæ, & publicæ utilitatis) expressè loquitur contra *Bullam Cœnæ Domini in cap. 14.* hoc indulgentem, & expressis verbis permittentem illarum retentionem, quando legitimè coram Sede Apostolic. prosequitur supplicatio ab eisdem suis litteris justè emissa, imò & contra Doctores eosdem ab ipso Diana laudatos loquitur (quos attentè non legisse plusquam manifestum est ipsi namque apertè sequuntur (prout tenentur) litteralem sensum, & dispositionem ejusdem Bullæ Cœnæ, quos omnes & alios, verbaque eorumdem nec non Bullæ ipsius latissimè retulimus, & accuratè expositimus supra *c. 2.* à principio. Et signanter in declaratione ejusdem Bullæ Cœnæ, *à n. 54.* cum multis sequentibus, & per totum illud caput, ad quod, imò & ad cætera hujus *1. p.* pro satisfactione indiscretæ resolutionis Dianæ, te remitto.

Itaque

42 Itaque in quantum ipse simpliciter † de surreptione litterarum Apostolicarum loquitur; ut ad judicem Ecclesiasticum pertineat cognitio, sic generaliter loquentem admittimus, ita ut simplex surreptio & falsitas litterarum non sit causa per se sola sufficiens ad fundadam retentionem in Senatu, prout & nos quoque probavimus ex multorum relatione sup. *à n.* 24. cum multis sequentibus.

43 Attamen quando surreptio involvitur et imbibita est † in præjudicio Regis aut Regni, atque damno publico (cui obviare officium proprium est Regis ex planè scriptis suprà *capit.* 1. & 2. & per septem capita præcedentia) sequitur, quod de ea incidenter ad violentiam, de qua cognoscit Senatus principaliter, possit agi & deduci, non ad effectum declarandi aliquid super ea, nec super es-
44 sentia valore, † aut jure litterarum, sed ad effectum apertiùs detegendi in voluntatem Pontificis concedentis, atque indè ob damni publici principalem causam interim detinendi litteras, & supplicandi Sanctissimum, ut noviter de inconvenientiis damno publico, & scandalo ex earum executione oriundis instructus, quid censerit, iterum rescribat, sicque Dianam ad terminos hos resolutos in hoc cap. pores reducere, & declarare.

CAPUT IX.

Retentio Bullarum an ultra sex casus à lege Regia specialiter expressos, locum habeat.

SUMMARIUM.

1 *Senatus an ultra sex casus à lege Regia designatos uti queat retentionis regalia; ad partes discep-*
tatur.

Sex casus, quorum meminit lex Regia recensentur ib.

2 & *seqq. Principi generaliter competit facultas tollendi violentias, ut in pace Respublica Ecclesiastica, & spiritualis vivat.*

3 *Impedire recursus usum vergit in damnum authoritatis, & præeminentiæ Regis.*

4 *Recursus ad Regem hîc omnibus aliis convenientior paci, & gubernationi Regnorum.*

5 *Genus restringitur, & limitatur per enumerationem specierum, vide tamen à n.* 54.

6 *Facultas tollendi violentias Principi competit ex consuetudine immemoriali.*

7 *Consuetudo non potest extendi de casu ad casum, sicuti nec de loco ad locum.*

8 *Tantùm præscriptum, quantum possessum.*

9 *Per observantiam declaratur jus dubium, quæ non requirit diuturnitatem temporis.*

10 *Consuetudo interpretativa legis non requirit scientiam Principis.*

11 *Ex observantia optima insurgit legis interpretatio & declaratio.*

12 *Consuetndo interpretativa dirimit omne dubium dispositionis hominis, & legis.*

Consuetudo interpretativa non requirit præscriptionem, sed aliquando ita fuisse de facto servatum, ib.

13 & *seqq. Principem posse Regalia retentionis uti in omnibus casibus indistinctè, in quibus vertitur turbatio Reipublicæ, & damnum notabile status Ecclesiastici mediis validissimis, ut verius probatur.*

14 *Jura cuncta attribuentia Principi Regalium protectionis indistinctè, & absolutè loquuntur, non distinguentia inter casum, & casum.*

15 & 16. *Casus plures quoties habent eandem rationem, licèt de uno fiat mentio, intelligatur fieri exemplariter, non restrictivè.*

17 & *seqq. Lex ubi alicujus specialiter meminit, quia frequentius accidit, similes minus frequentes non excludit.*

18 *Lex Regia referens sex casus nititur rationi genericæ, & fundamentali ad faciendam licitam retentionem in illis.*

19 *Ratio legis generalis attenditur tanquam virtus intrinseca ad conclusionem omnium casuum emergentium, in quibus militat.*

20 *Ratio expressa in dispositione comprehendit omnes casus illis convenientes non per viam extensivam, sed potius inclusivam.*

21 *Casus omissus sub ratione dispositionis compresensus, expressus dicitur.*

22 *Quod venit sub ratione legis expressa, non dicitur extensio, sed comprehensio.*

23 *Per legem prævenire omnes impetrantium machinationes foret impossibile, & singulis specialem legem concedere.*

24 *Expressione casuum magis frequentium nequit fieri illatio ad exclusionem minus frequentium.*

25 *Jura plura ponderantur, quæ dum disponunt circa suspensionem executionis litterarum in causa universali damni publici nituntur.*

26 & *seqq. Causæ examen, quænam legitima sit ad suspendendam litterarum executionem; arbitrio prudentis viri relinquunt jura.*

Causæ similes quæ dicantur, judicis arbitrio relinquitur, ibid.

27 *Arbitrarios omnes casus facit lex, quando certus modus dari nequit, cum magis pendeat à circumstantiis subjecti.*

28 *Arbitrium datum à jure ad discernendam causam retentionis, & suspensionis litterarum, legibus, & ratione circumscribitur.*

29 *Causæ retentionis litterarum per Senatum faciendæ sunt variæ, arbitrio boni, docti, & pii viri relictæ, sicut cætera, quæ à jure non habent certam determinationem.*

30 & *seqq. In Bullarum retentione similes causæ expressæ admittuntur.*

31 & *seqq. Recensentur plures Doctores admittentes identitatem rationis ad retentionem litterarum Apostolicarum in casibus non expressis.*

32 *Rescripti obtenti in præjudicium Sanctæ inquisitionis fit in Senatu retentio.*

34 *Retentionis remedio utitur, qui extra Regnum adstringitur litem tractare in prima instantia.*

35 & 36. *Litteræ aliæ non comprehensæ expressè in lege Regia à Senatu retinentur, quibus militat legis ratio.*

37 *Facultates Nuntiorum Sedis Apostol. exhibentur in Senatu, ut ibi examinentur.*

38 & 39. *Rescindæ litteræ ad Senatum deferuntur.*

40 *Litteræ Apostolicæ propter quascumque causas adversantes Sacris Canonibus, aut Generalibus Conciliis ad Senatum trahuntur.*

41 42 & 43. *In similibus casibus in quibus datur identitas rationis ad retinendum, litteræ examinantur in Senatu.*

44 *Homo qui non habet rerum evidentiam ut Angelus, regitur opinionibus, & probabilius in praxi censetur moraliter evidens.*

45 *Retentio litterarum ex justa causa toleratur dum-*

dummodo cauſa ſit evidens.

46 *Cognitio violentiæ poteſt ad alios ſimiles expreſſos extendi ſub identitate rationis comprehenſos.*

47 *Retentionem litterarum ad omnes caſus ſimiles, & ſub ratione generica comprehenſos, etiam non expreſſos in l. extendi, omnes ferè Doctores tenent.*

48 *Quod etiam ſemper obſervatum fuit inconcuſsè in Senatu Supremo Regis.*

49 *Eadem poteſtas, quæ attribuitur Regi ad condendam legem, quæ aliquos caſus retentionis expreſſit, durat in condenda ſuper aliis ſub fundamentali ratione generica comprehenſis.*

Singuli caſus in l. 25. relati ſingulas antea leges habebant, & per promulgationem priorum non fuit ſublata poteſtas ad cæteras poſtea promulgatas, ibid.

50 *Una, alterave lex non potuit præcavere tot novas machinationes ambitioſorum impetrantium, quæ occaſionem præbuere novas alias leges condendi.*

51 *& ſeq. Ponderantur plures leges Regni, quibus novè diſpoſuere in aliis caſibus, in dict. l. 25. non expreſſis.*

Litteræ coadjutoriæ in Cathedralibus, ac Collegiatis inter patrem, & filium retinentur in Senatu ſupplicatione præmiſſa, ibid.

52 *Litteræ ſuppreſſionis, aut unionis cum extinctione beneficiorum ob diminutionem cultus divini, aliaque damna, in Senatu retinentur.*

53 *Lex Regia loquens de retentione litterarum in derogationem beneficiorum patrimonialium Diœceſ. Burgenſ. &c. Expenſa poſtea fuit ad alia loca, in quibus eadem viget conſuetudo.*

Leg. Regiam 25. diſponentem dumtaxat in retinendis litteris impetratis in derogationem Magiſtralis, & Doctoralis, praxis Senatus extendit poſtea ad Canonicatus lecturæ, & pœnitentiariæ ex omnimoda ſimilitudine, & paritate rationis, ibid.

54 *Lege nova Regia commendatur protectio Concil. Tridentin. Senatui Supremo.*

55 *Rex ut protector Reipublicæ generalem poteſtatem habet tuendi vi oppreſſos quoslibet, quæ non circumſcribitur caſibus expreſſis, ſi in cæteris militat rationis identitas.*

56 *Per enumerationem ſpecierum non reſtringitur genus præcedens in eadem diſpoſitione.*

57 *Genus non reſtringitur per enumerationem ſpecierum in dubio, niſi aliter appareat de clara voluntate diſponentis.*

58 *Enumeratio ſpecierum poſt genus facta intelligitur cauſa majoris declarationis, & expreſſionis, non reſtrictionis.*

59 *Per enumerationem in eadem diſpoſitione factam nunquam cenſetur reſtrictum genus, quando genus, & ſpecies tendunt ad eaſdem perſonas.*

60 *Secus quando genus, & ſpecies apponuntur in diverſis diſpoſitionibus, & inter diverſas perſonas.*

61 *Genus & ſpecies ubi non ſunt contrariæ, non reſtringitur genus.*

62 *Genus reſtringitur quando ſpecies apponuntur per dictiones declarativas, ſcilicet, videlicet, &c.*

63 *Regalia in protectione vi oppreſſorum Regi competit principaliter jure de corroborato, etiam immemoriali.*

64 *Quod principaliter agitur attenditur, non quod venit in conſequentiam.*

65 *Præſcriptio de uno caſu unius ſpeciei extenditur ad alium caſum ejuſdem ſpeciei, quo non fuit uſus præſcribens.*

66 *Regalia tollendi violentias jus eſt univerſale complectens omnes ſpecies, & caſus violentiæ.*

67 *Jus univerſale ubi prætenditur per uſum partis conſervatur jus in toto.*

68 *Poſſeſſio conferendi quoad quædam beneficia trahitur ad alia in diſpoſitione contenta ejuſdem ſpeciei.*

69 *Cauſa univerſalis poſſidendi attenditur.*

70 *Per præſentationem aliquorum beneficiorum ex contentis ſub jure patronatus adjudicato per ſententiam conſervatur jus præſentandi quoad omnia in patronatu contenta.*

71 *Princeps Regalia protectionis utens in aliquibus caſibus non impeditur ea etiam uti in aliis ſub ſuo jure univerſali comprehenſis.*

72 *Rex ſemper uſus fuit ſua Regalia univerſaliter in cunctis caſibus, in quibus vi oppreſſus ejus auxilium impetravit.*

73 *Obſervantia interpretativa non admittitur in diſpoſitione clara, ſed in dubia.*

74 *Senatus ſemper uſus fuit Regalia protectionis in omnibus caſibus neceſſariis, & urgentibus, nec dabitur in contrarium obſervantia.*

APlerique multoties vidi dubitari, an ſupremus Senatus poſſit prætextu violentiæ tollendæ uti hac retentione Bullarum Apoſtolicarum ultra ſex * caſus à lege Regia ſpecialiter expreſſos, de quibus *in l. 25. tit. 3. lib. 1. Recopilat.* quos ſic exprimit ad medium: (Aſſi en que no ſe derogue la preheminencia de nueſtro patronazgo Real, ni el derecho de patronazgo de legos, ni lo concedido y adquirido, para que ningun eſtrangero deſtos Reinos pueda aver beneficios, ni penſiones en ellos, ni los naturales dellos por derecho avido de los tales eſtrangeros, ni en lo que toca à las Calongias Doctorales, ni Magiſtrales de las Igleſias Catedrales deſtos Reinos, y à los beneficios patrimoniales en los Obiſpados donde los ay, porque qualquiera coſa que ſe proveyeſſe por ſu Santidad, y ſus Miniſtros, en derogacion de las coſas ſuſodichas, ò qualquiera dellas, traeria muy grandes y notables inconvenientes, y dello podrian nacer eſcandalos, y coſas que fueſſen en deſervicio de Dios nueſtro Sennor, y nueſtro danno, y deſtos Reinos y naturales del, &c.) Quæ latiùs indè proſequitur ad retentionem interim hujuſmodi Bullarum, & ad ſupplicationem interponendam ad Sedem Apoſtolicam. 1

Et pro parte negativa, ultra dictos ſex caſus non habere * locum retentionem hanc, probatur primò, quoniam licèt verum ſit, generaliter competere Principi ſupremo tollere vim illatam inter Eccleſiaſticas perſonas pro pace, & tranquillitate Reipublicæ, & ſtatus Eccleſiaſtici, tanquam ejus protectori, ex *c. Regum officium eſt proprium, facere judicium, atque juſtitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos* 23. *quæſt.* 5. & aliis quam plurimis juribus ad idem per Nos adductis *cap. 1. hac 1. parte à principio; & in tract. de Regia protectione, cap. 1. à n. 99. & à n. 78. cum ſeq.* ut hæc generalitas probetur in individuo, *in l. 36. tit. 5. l. 2. Recopil.* ibi: Por quanto aſſi por derecho como por coſtumbre immemorial nos pertenece alçar las fuerças, que los juezes Eccleſiaſticos, y otras perſonas hazen en las cauſas de que conocen, &c. 2

Et

Et meliùs *in l.* 80. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recopil.* quæ extat *in* 3. *tom.* noviter addito, ibi: Que pertenecien-
3 do à nos como à Rey ſennor natural * per derecho y coſtumbre immemorial, quitar, y alçar las fuerças, que hazen los juezes Eccleſiaſticos deſtos Reinos en las cauſas de que conocen; y aviendoſe ſiempre uſado deſte remedio por los que han padecido las dichas fuerças, &c. Sequitur, & facit: Y de temor deſto, aunque ſe ven optimidos de
4 los juezes Eccleſiaſticos, no ſe attreven * à uſar del dicho remedio, y que lo ſubſodicho es en mucho per juizio de la authoridad y preheminencia de la Corona deſtos Reinos, y que el remedio de la fuerça es el mas importante y neceſſario, que
5 puede aver para * el bien y quietud y buen govierno dellos, ſin el qual toda la Republica ſe turbaria, y ſe ſeguirian grandes eſcandalos è inconvenientes, mandamos, &c. Et in Bulla Cœnæ Domini, *c.* 14. ſuprà *cap.* 2. relato, ibi: *Etiam prætextu violentiæ prohibendæ*, & ibi: *Niſi ſupplicationes hujuſmodi coram nobis & Sede Apoſtolica legitimè proſequantur*, &c.

Licèt igitur ita generica ſit juris diſpoſitio attri-
6 buens Principi poteſtatem * tollendi violentias; tamen reſtringi debet ad caſus dumtaxat in eadem lege relatos, quoniam genus reſtringitur, & limitatur per enumerationem ſpecierum; text. eſt mirabilis *in l. hæres meus* 100. §. *duæ ſtatuæ*, in hæc: *Duæ ſtatuæ marmoreæ cuidam nominatim, item omne marmor erat legatum. nullam ſtatuam marmoream præter duas Celſus putat deberi, Oſilius Trebatius contra. Labeo Celſit ſententiam probat, quod verum puto, quia duas ſtatuas legato, poteſt videri, non putaſſe in marmore ſe ſtatuas legare, ff. de legat.* 3. Facit etiam ad idem text. *in l. cum prætor, ff. de judiciis*, & *in l. legato ff. de ſuppellectili legata*, *l. quæſitum*, §. *fin. ff. de fundo inſtructo*, cum aliis, ergò ultra caſus ſpecialiter expreſſos à lege uti facultate Senatus nequit.

7 Secundò & pro hac parte urget * quoniam ut prædictæ leges Regni expreſsè dicunt, hæc facultas tollendi violentiam Principi competit ex conſuetudine immemoriali, & Nos latè *in tractatu de Regia protect. cap.* 1. *à num.* 120. cum ſequentibus. Sed conſuetudo non poteſt extendi de caſu ad caſum, ſicut nec de loco ad locum, Rolandus à Valle *conſil.* 57. *n.* 26. *tom.* 2. Turret. *conſil.* 9. *n.* 41. *part.* 1. Piag. *de conſuetudin. quæſt.* 12. *à n.* 1. *cum ſeq.* Ant. Gabriel. *titulo de præſcriptionibus*, *concluſ.* 2. ubi per totam de ampliationibus & limitationibus Menochius *de retinend. poſſeſſion. remedio* 5. *n.* 62. Cavalcanus *deciſ.* 22. *n.* 8. *part.* 2. Beccius *conſ.* 93. *n.* 6. Cephalus *conſil.* 70. *n.* & *conſ.* 338. *n.* 25. Marceratenſ. *variarum reſolutionum*, *lib.* 1. *reſolut.* 46. *n.* 5. & *reſolut.* 88. *n.* 3. Nèc etiam ex identitate rationis, Seſſe *deciſ.* 218. *n.* 22. Molina *de primogeniis*, *lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 20. & 21. Giurba *conſil.* 67. *n.* 23. Quapropter valet iſta propo-
8 ſitio * Doctorum; tantùm præſcriptum quantùm poſſeſſum, ac propterea non extenditur, latiſſimè exornat ex magna Doctorum caterva Gabriel. *dict. concluſ.* 2. à principio, quam *n.* 11. entendit, ut procedat etiam in præſcriptione immemoriali. Ergo ad caſus ultra dictam legem Regiam expreſſos (quibus hactenùs non eſt uſus ſupremus Senatus) nequit ſuam progredi poteſtatem.

Tertiò, quia licèt jure etiam hæc fuerit attributa poteſtas, & Regalia Regi uti Eccleſiæ legitimo protectori; jus ipſum genericum * per uſum ſubſequutum declaratum fuit, quibus ſcilicèt in caſibus eam exercere poſſet, nam per obſervantiam declaratur etiam jus dubium, quia dicitur conſuetudo interpretativa, quæ quidem nec temporis diuturnitatem requirat, Natta *conſil.* 406. *n.* 26. Curtius *de conſuetud. n.* 150. Craveta *conſil.* 839. *num.* 10. Simon de Pretis *conſil.* 78. *nu.* 16. Surdus *deciſ.* 129. *n.* 19. Cephal. *conſil.* 129. *n.* 7. Ludovic. *tit. de conſuetud. concluſ.* 38. *ampliat.* 3. Modit. *de jure natural.* §. *lex eſt dubio* 52. Marta *deciſ.* 136. *n.* 4. Mantica *de tacitis & ambiguis*, *lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 29. Piagg. *de conſuetud. quæſt.* 4. *num.* 95. & 98. Rota *deciſ.* 35. *num.* 20. *part.* 1. & *deciſ.* 356. *num.* 6. & 7. *part.* 2. Gratian. *deciſ.* 234. *nu.* 35. Raudenſis *de analog. lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 290. & *in conſil.* 18. *num.* 38. Menochius *de arbitrariis*, *caſu* 83. *num.* 10. & *caſu* 199. *num.* 11. & *in conſil.* 33. *num.* 96. & *conſil.* 21. *n.* 15. & *conſil.* 390. *num.* 18. Decianus *conſil.* 44. *num.* 16. & *conſil.* 51. *num.* 56. *vol.* 2. Puteus *deciſ.* 283. *lib.* 1. & *deciſ.* 15. *lib.* 3. Mareſcotus *variarum reſolutionum*, *reſolut.* 100. *num.* 32. *l.* 2. Tuſchus *lit. C. concluſ.* 796. *num.* 39. & 45. & *concluſ.* 878. *à nu.* 11. Barz. *deciſ.* 58. *n.* 6. & *deciſ.* 98. Turamin. *deleg.* 3. *part. capitul.* 6. *num.* 16. Ponte *conſil.* 1. *n.* 5. & *conſil.* 54. *num.* 15. & *conſil.* 51. *à nu.* 28. Sola. *ad decretum Sabaudiæ*, *tit. de jure emphyteu. gloſſa* 7. *num.* 22. Maſcard. *de ſtatuto. interpreta. concluſ.* 2. *n.* 159. Morot. *conſil.* 90. *n.* 16. Botta *conſil.* 16. *n.* 37. Ant. Gabriel. *tit. de conſuetud. concluſ.* 1. *num.* 69. Hieronymus Gabriel. *conſil.* 164. *num.* 7. & 8. Fontanella *de pactis nuptialib. clauſul.* 1. *num.* 33. Gallinus *de verbor. ſignific. lib.* 10. *cap.* 35. *n.* 6. Beccius *conſil.* 101. *n.* 57. Borellus *conſil.* 3. *num.* 16. Cancerius *lib.* 3. *variarum reſolut. c.* 19. *nu.* 74. Bimius *conſil.* 23. *n.* 29. Marius Giurba *conſil.* 19. *n.* 44. ubi quod * ad hanc conſuetudinem in- 10
terpretativam legis inducendam non requiritur ſcientia Principis, *n.* 4.

Et ex obſervantia, & uſu optima & juridica inducitur legis interpretatio, * ut poſt Burgos de 11
Paz, Peregrinum, Hondedeum, Menoch. Caſanat. Surd. Barrium, & alios probat Caſtell. *controverſ. n.* 6. *cap.* 125. *à n.* 29. & ſuprà. Et eſt *lex* 6. *tit.* 2. *part.* 1. ibi: *Qué aſſi como acoſtumbraron otros de la entender aſſi debe ſer entendida.*

Et quòd obſervantia, conſuetudo interpretativa * dirimat omnia dubia, & declaret omnem diſpo- 12
ſitionem hominis, & legis, & quòd non requiratur præſcriptio, ſed aliquando ita fuiſſe de facto obſervatum. Et per quos actus; vide uſque ad refectionem per Caſtellum *controverſ. lib.* 1. *cap.* 93. §. 7. per totum, ubi magna Doctorum caterva citatur.

Igitur iſta Regis poteſtas, & Regalia à jure inducta aliter nequit extendi, ſed ad obſervantiam reſtringi, & per conſuetudinem interpretativam declarari, reſtringi, & limitari.

Quibus tamen & aliis minimè obſtantibus, * con- 13
trarium de jure probabilius videtur: Senatum Supremum poſſe (prout quotidie fit) hac uti regalia in omnibus caſibus comprehenſis ſub jure, & ratione generica, in quibus militat ratio publicæ utilitatis, & turbationis pacis, ac per conſequens tollendæ violentiæ, nam cum hæc ſit principalis nervus, unicum fulcrum, & ſolidum fundamentum inductivum, & provocativum hujuſmodi recurſus retentionis ut latiùs infrà, *c.* 17. *à n.* 23. ne pax publica, ſtatuſque Regni tranquillus turbetur, & ne commune bonum detrimentum patiatur, Principes tanquam luæ ſibi commendatæ Reipublicæ

prote-

protector, ac ſtatus Eccleſiaſtici, necnon Reipublicæ ſpiritualis, ad eiuſque officium propriè pertinet Regium fulus populi, quies, & tranquillitas publica, prout ampliſſimè comprobavimus *cap.* 1. *hac* 1. *part. & de Regia protect. cap.* 1. *à principio*, per neceſſariam inde conſequentiam ſequitur, quòd ſi in caſibus in quibus ſua turbetur Reſpublica, vel notabile aliquod damnum patiatur, & violentiam, ſuam poterit interponere authoritatem œconomicè, atque omni modeſtia, & reverentia humili Sedis Apoſtolicæ iſta Regalia uti. Et ad ſic ſentiendum validis, meo videri, moveor fundamentis.

Nam omnia jura, attribuentia Principis officio
14 * hanc regaliam & protectionem vi oppreſſorum, generaliter loquuntur, non diſtinguentia inter caſum & caſum, ſed in omnibus diſponunt indiſtinctè, quibus prótectionis neceſſitas inſurgit, ne ex aliquibus particularibus accidentibus publica quies turbetur, ſed in pace Reſpublica vivat, ut ſupra capitulo 1. & ſequentibus, probavimus, ſed hæc ratio non ſolùm in caſibus expreſſis à lege Regia, ſed in aliis pluribus militat, ergo de eis pariter eſt præjudicandum, juxta regulam textus *in l. regulam, ff. de jur. & facti ignor.* ibi: *Nam initium conſtitutionis generale eſt*, cum vulgaribus.

15 Et quia quoties plures caſus * habent eandem rationem, licèt de uno duntaxat loquatur lex, & de eo tantùm in ea fiat mentio: videtur fieri exemplari er, non reſtrictivè, & excluſivè ad alios ſimiles, & ejuſdem qualitatis, Hipolytus Riminaldus *in conſil.* 21. *n.* 25. *lib.* 1. in illis verbis, ibi:
16 *Unde quoties plura habent eandem* * *rationem, licèt de uno tantùm fiat mentio, videtur fieri exemplariter, non reſtrictivè*, Bald. *in repetit. l. de quibus, num.* 106. *ff. de legibus*; quod & latiùs exornat Tiraquel. *in l. ſi unquam, verbo libertis, numero* 45. Tiberius Decianus *in conſil.* 4. *numero* 128. *lib.* 1. Caſtillo *controverſiarum, tomo* 6. *cap.* 17. *ſub numero* 2. ad quod eſt egregius text. *in l. ſcire oportet*, §. *qui non jure, ff. de excuſat. tutor.* ibi: *Ut oſtenditur in ſubjectis conſtitutionibus, quas exempli cauſa ſubjeci, adaptantur autem utique omnibus*, qui mirabilis eſt ad noſtrum propoſitum.

17 Et quod quando ratio legis eſt generalis, * licèt de aliquo caſu particulari ſpecialiter loquatur, intelligatur exemplificativè, mirabiliter ad interpretationem textus *in c. nuper* 34. *de decimis*, Auguſtinus Barboſa *in collectanea ad iſtum textum, n.* 2. ubi ita intellexiſſe illum text. Rotam, *in una Uliſſponenſ. decimarum coram Robuſterio*, & *in deciſion.* 122. & 124. *part.* 1. *diverſo.* teſtatur, & alias etiam deciſ. & Doctores allegat in comprobationem ibidem.

Deinde quia ex *dict. l. Regia* 25. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat.* ſuprà in principio, *num.* 1. allegata, conſ-
18 tat † querimoniam propoſuiſſe Regnum Regi in Comitiis, vexari Regnum ob aliquas proviſiones Romanæ Curiæ, & inſuper Rex in deciſione ejuſdem legis addidit, & appoſuit alios caſus ejusdem generis, tangentes nempè proviſionem, atque collationem nequiter à Sede Apoſtolica per aliquos impetratam, uti frequentiores, & ex quibus frequentiùs Reſpublica pati ſolet diſpendium & ſcandalum, exemplariter ſcilicèt, non reſtrictivè, & excluſivè ad alios ſimiles, quia ubi lex aliquorum caſuum ſpecialiter meminit, eo quòd frequentiùs accidant, ſimiles etiam minùs frequentes nullatenus excludit, *gloſſa* 1. *verbo Judei in c. de iis qui ad Eccleſiam confugiant, l. uni-*

ca, verbo, ſponſam, C. de raptu virgin. & in Clementin. prima verb. Præſidentes, de reſcriptis, ubi Imola *num.* 21. Rebuffis. *in tractatu nomination. quæſt.* 5. *nu.* 25. Peralta *in l. Lucius, l.* 1. *num.* 22. *ff. de legat.* 2. Coſta *in c. ſi pater, verb. Si abſque liberis, num.* 26. *de teſtamentis in* 6. Valaſcus *conſultat.* 8. *num.* 2. *tomo* 1. Pelaez à Mieres *de majorat.* 1. *part. quæſt.* 31. *num* 4. Ugolinus *de excommunicatione, tabula* 2. *cap.* 23. §. 6. optimè Pater Sanchez *in tractatu de matrimonio, lib.* 9. *diſputat.* 14. *ſub n.* 16. *verſic.* 4. *quia*, ubi plurimos congerit *tom.* 3.

Deindè quia legiſlator in *dict. l. Regia* 25. ad diſponendum ſuper retentione Bullarum & ſupplicatione ad Sedem Appoſtolicam in caſibus ibi ſpecialiter expreſſis, motus eſt ratione generali & fundamentali, ſuper qua fundatur retentio hujuſmodi hactenùs à nobis dicta, *à n.* 13. *& ſeq.* ibi: (Traeria muy grandes † y notables inconvenientes, y dello 19
podrian nacer eſcandalos, y coſas que fueſſen en deſervicio de Dios nueſtro Sennor, y nueſtro danno, y deſtos Reinos y naturales dellos, &c.) De quibus rationibus legitimis, & fundamentalibus ſigillatim & peculiariter egimus in *c.* 3. *cum quatuor ſeq. hac* 1. *part. & in cap.* 1.

Quare ratio legis, ſeu diſpoſitionis cujuſlibet generalis debet attendi tanquam virtus intrinſeca, & tanquam genus prædicans de ſuis ſpeciebus, ut æqualiter includat diverſas ſpecies perſonarum, & caſuum emergentium, † prout genus includit 20
ſuas ſpecies, idque per comprehenſionem magis, quàm per extenſionem, ita docet Bald. *in authent. poſt fratres, C. de legitimis hæredibus*, Ripa *in l. fin. quæſt.* 41. *num.* 143. *C. de revocandis donat.* Decianus *in conſil.* 63. *num.* 22. *lib.* 4. Albaradus *de interpretat. ultim. volunt. lib.* 1. *c.* 16. *num.* 15. *& capitul.* 7. *num.* 7. Surd. *in conſil.* 270. *num.* 23. *lib.* 2. *& deciſ.* 276. *nu.* 9. Achilles Pedroch. *in conſil.* 32. *num.* 75. *& in conſil.* 40. *num.* 159. Gutierrez *practicarum lib.* 3. *quæſt.* 17. *n.* 78. 114. *&* 117. Lara *de anniverſar. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 7. Oſvald. *ad Donel. comment. cap.* 14. Caſtillo *controverſ. tom.* 6. *cap.* 169. *num.* 17.

Hinc Gutierrez *dict. q.* 17. *à n.* 75. poſt multos Doctores, quos allegat, dicit, quòd quando ratio eſt expreſſa in diſpoſitione, in ea intelliguntur comprehenſi omnes caſus, qui ipſi rationi conveniunt, non quidem per viam extenſionis, ſed magis inclu- 21
ſionis, & *n.* 42. quod expreſſum dicitur illud, † quod ſub ratione comprehenditur, etiam ſi ille caſu ſit omiſſus, & *n.* 83. 84. *&* 85. quòd in his quæ per rationem legis, aut diſpoſitionis comprehenduntur, non dicitur fieri interpretatio extenſiva, ſed comprehenſiva, & *numer.* 103. *&* 104. quòd ſi ratio legis expreſſa aliquem caſum ambit, ac complectitur, perinde eſt ac ſi ea fuiſſet expreſsè deciſa, & alia ſimilia videnda ſunt per ipſum Gutierrez ubi proximè, quem referens & alios ſequitur Caſtillo *controverſiarum, dict. cap.* 169. *à numer.* 9. *& ſeq.*

Et Camillus Gallinus (qui magis in ſpecie ſupradicta declarat) *de verb. ſignificat. l.* 25. *cap.* 11. *à n.* 7. *& ſeq. & lib.* 2. *c.* 10. *à nu.* 1. *cum ſeq.* dicit: quòd quæ ſub ratione comprehenduntur generaliter, expreſſa dicuntur, ſive ea quæ veniunt ex generali expreſſione, & repetit *n.* 12. *&* 16.

Et caſus veniens ex ratione † legis expreſſa dici- 22
tur comprehenſio, non extenſio, cum aliis multis firmat Menochius *in conſil.* 235. *n.* 2. *&* 24. *& in conſil.* 272, *n.* 7. *lib.* 3. Mareſcotus *variarum reſolut. lib.* 2. *cap.* 100. *numer.* 8. *&* 15. & cum Craveta,

Tiraquello, Molina, Menochio, Cavallo, & Theſauro, Marius Cirra *ad conſuetud. Senatus Meſſanenſ. cap.* 6. *gloſ.* 1. *part.* 1. *nu.* 13. *fol.* 431. & cæteri ferè omnes ſuperiùs citati.

Quomodo enim poterit ambitioſa impetrantium cupiditas † legibus prævenire, qui variis artificioſè ſuggeſtionibus, & modis quietem Reipublicæ turbare machinantur? Impoſſibile eſt omnibus & ſingulis eorum caſibus unam individualem legem dari, *l. jura conſtitui oportet* (ut dixit Theophraſtus) *in iis quæ ut plurimum accidunt, non quæ ſunt inopinato & l. ex iis, quæ forte uno aliquo caſu accidere poſſunt, jura non conſtituantur, ff. de legibus, & in l. nam ad ea potiùs debet aptari jus, quæ & frequenter, & facile, quàm quæ perraro eveniunt,* omnes leges tres conſecutivè, *ff. de legibus,* ac ideò per rationem convincuntur cæteri caſus ſimiles ſub ratione comprehenſi, *l. & ideò, cum duabus ſeq. C. de legibus.* 23

Quod & regulare in jure eſt, quòd quando in lege exprimitur † caſus magis frequens, vel perſona, non poteſt fieri illatio ad excluſionem caſus minùs frequentis, ut per Molinam *de primogen. lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 35. Menoch. *de præſumptionib. lib.* 4. *præſump.* 89. *n.* 9. & alios firmat Chriſtophorus de Paz *in tractatu de tenuta,* 2. *part. cap.* 57. *num.* 79. Tiraquel. *de retractu linag. §.* 20. *gloſſ.* 2. *nam.* 4. plenè Menoch. *conſil.* 106. *numer.* 24. & 25. optimè etiam Fontanella *de pactis nuptialibus, clauſula* 4. *gloſ.* 29. *num.* 3. *tom.* 1. ubi plura jura ad id ponderat Gamma poſt alios Doctores *deciſ.* 377. noviſſimè & benè Joannes Maria Navarrius *novi jur. Pontificii, concluſ. de cauſis primæ inſtantiæ, concluſ.* 1. *aliàs* 7. *ſub n.* 2. *fol.* 34. qui omnes probant, quòd quando diſpoſitio apponit aliquos caſus ratione frequentioris uſus, non videntur apponi reſtrictivè, ſed imò omnes alii minùs frequentes complectuntur, quos rationis identitas comprehendit, & gubernat, plurimos etiam ad idem allegat Mareſcotus *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 137. *num.* 5. 24

Quò tendunt omnia jura † permittentia reſcriptorum ſuſpenſionem & defenſionem, donec Princeps conſulatur, quæ quidem ſi antè perlegas, acutè & firmiter ponderabis pro hac parte, nempè text. *in cap. ſi quando de reſcriptis, & cap. cùm teneamur de præbendis, Authent. de mandat. Principum, §. deinde competens, & in authent. ut nulli Judicum, §. & hoc verò l. fin. C. ſi contra jus vel utilit. public. l.* 29. *l.* 31. *& l.* 32. *tit.* 18. *part.* 3. & alia nobis adducta ſupra *cap.* 3. *verſic. Hanc itaque, à n.* 13. Quorum nullam diſponat † in caſu particulari, ſed regulam generalem ad alios ſimiles omnes conſtituunt ob legitimam cauſam (quando ſcilicet publica utilitas offendatur, præcipuè ob ſcandalum) poſſe in executione ſuperſederi, relinquendo judicio, & juſto executoris diſcretionis arbitrio in caſibus particularibus, quando ſub regula generica comprehenſi intelligantur, ut præſtent juſtam cauſam ſuperſedendi, & conſulendi, cùm cauſæ, quæ ſimiles eſſe dicantur, & ſub rationis identitate comprehendantur, judicis arbitrio relinqui, dicunt Barzius *conſ. criminal.* 550. ubi latè Claud. in additionibus, Intrigol. *deciſ.* 47. *num.* 38. 39. & 40. Gurba, *deciſ.* 54. *nu.* 6. Menochius *de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 2. *caſu* 152. ubi de aliis cauſis recuſationis, quænam ſimiles dicantur expreſſis à jure, quod judicis arbitrio relinquitur, Paz *in praxi* 1. *part. tomo* 2. *cap.* 6. *numer.* 5. quas omnes cauſis in genere ex ponderatione eorumdem jurium & Doctorum authoritate ſcripſimus *d. cap.* 3. *cum quatuor ſeq.* 25

Prout inſuper probatur expreſsè in *dict. c. ſi quando,* ibi: *Qualitatem negotii, pro quo tibi ſcribitur, diligenter conſiderant,* &c.: *Quæ animum tuum exaſperare videntur,* & iterum in fine: *Aut per litteras tuas, quare adimplere non poſſis rationabilem cauſam prætendas, & in dict. c. cum teneamur,* ibi: *aut ſi non poteris ſine ſcandalo ei providere, & in Authentica ut nulli judicum, dict. §. hoc verò,* ibi: *Inquirat eam, & ſi quidem non ledatur Fiſcus,* &c. Ad quæ inducit horum jurium interpretatio per Nic. Garcia, *c. antecedenti, verſic. Qui quidem* &c. *à n.* 18. apertè hoc ipſum ex *cap. cum contingat.* 24. *de reſcriptis.* ibi: *Cæterùm in iis omnibus ſic eram, & providam te convenit intentionem habere; ne vel ad declinandum indebitè dubitare, te dicas, ubi dubitandum non eſt, vel etiam ad exequendum te aſſeras eſſe certum, ubi certus eſſe non debes.*

Ac ideo ex prædictis juribus manifeſtè colligitur arbitrio mandatarii relinqui examen, & liquidationem cauſæ legitimæ ſuſpenſionis regulata per regulas generica per eadem jura traditas, ubi occaſio & caſus particularis ſeſe offerant, prout etiam demonſtrat Covarruvias *in regula peccatum de reg. juris in* 6. *part.* 1. *ſub nu.* 6. ibi: *Quoties rectitudo rationis dictat potius expedire, quod non obtemperetur,* &c. Ac etiam ponderando prædicta jura, tenet Anguianus *in tract. de legibus, controverſ.* 5. *num.* 14. *num.* 19. *& ſub numer.* 38. 39. & 49. Quibus quidem locis & aliis ejuſdem controverſiæ ſubjicit cauſæ examen ad ſuperſedendum in executione reſcriptorum, & conſulendum, atque reſcribendum Sedi Apoſtolicæ, relinqui judicio, & arbitrio, necnon diſcretæ conſiderationi magiſtratii, qui *num.* 39. rectè inquit, illorum jurium diſpoſitionem locum habere, & extendi ad cauſas, & perſonas comprehenſas ſub eorum ratione, & in quibus eadem militat, ex vulgari axiomate, quòd ubi militat eadem ratio, idem jus ſtatuendum eſt. 26

Lex etenim illos omnes caſus facit arbitrarios, † in quibus lex ipſa certum modum ſtatuere non poteſt, cùm is præcipuè pendeat à circumſtantiis ſubjecti de quo agitur, *l.* 1. *& 2. ff. ubi pupillus educari debet, l.* 3. *ff. de teſtibus, verſic. Tum magis ſcire poteſt, l. unica, C. de lecitat. quæ pro eo, quod intereſt,* & ibi Alciatus, Donellus, & Cujacius 9. *obſervat. c.* 31. Forcatulus *Necromant. juris, cap.* 37. Hotmanus *l.* 2. *obſervat.* 11. *&* 12. Tume *eodem tractat.* in principio; quæ quidem circumſtantiæ plus facti, quàm juris habent, prout de cauſis ſimilibus, quænam dicantur ſub ratione expreſſorum comprehenſæ arbitrio judicis relinqui ex aliis diximus ſup. *num.* 25. *& ſeq.* 27

Hoc tamen arbitrium eſt legibus & rationibus † circumſcriptum, *l. Reſpiciendum, & l. Hodie, ff. de pœnis.* Et non liberi, ſed boni, & innocentis viri officio fungi oportet, *l. cæteræ.* 4. *§. mala, ff. familiæ erciſcundæ,* ita ut juris ergaſtulis arbitrium claudatur, *l. vir bonus, ff. judicat. ſolvi. l. ſi libertas* 30. *ff. de operis libert. l. ſi bene collocatæ, ff. de uſuris, l. Thais, §. ſorore,* ibi: *Non expectandum, quod hæc libris adſcriberet, ſed quod bono viro poſſet placere, ff. de fideicommiſſ. libert. l. obſervandum, ff. de officio Præfectis, l. ſeu non novam, C. de judiciis, Authent. de mandat. Princip. §. deinceps, Authent. ut judices ſine quovis ſuffragio in medio, c. nunc autem, diſtinct.* 21. *c. judicet, c. quatuor* 78. *quæſt.* 3. *c.* 1. 28

de

de re judicata, *lib.* 6. Antonius Roſcio. *lib.* 1. *memorial. cap.* 10. *nu.* 2. Pacianus *de probationibus*, *part.* 2. *membro* 1. *cap.* 6. *n.* 46. Redin. *de Majeſtate Princip.* verbo, *Sed etiam legibus oportet*, *n.* 27. & verbo, *Omnibus æquum*, Decianus *in praxi criminal tomo* 1. *cap.* 15. & 16. videndus *in praxi* 4. Gratianus *tomo* 1. *diſceptat. forenſib. cap.* 34. Menochius latè *de arbitrariis Jud. lib.* 1. *quæſt.* 8. & 9.

29 Hinc mirabiliter in his quibus † verſamur terminis, loquutus fuit Rodriguez *quæſtion. Regular. tomo* 1. *quæſt.* 6. *artic.* 8. in hæc: Certiſſimum eſſe apud omnes, litteras Apoſtolicas ſine juſta cauſa minimè poſſe detineri, ne executioni mandentur, ex dictis *in articulo præcedenti*, ſatis patet: Cauſæ autem iſtius detentionis ſunt variæ, quæ arbitrio boni, docti & pii viri relinquuntur, ſicut omnia quæ in jure non habent expreſſam determinationem, &c. Joan. Driedorius *l.* 1. *de libertat. Chriſtian. pag.* 183. Dum juſtam firmat
30 hanc Senatus * detentionem litterarum Apoſtolicarum, & aliquas particulares cauſas referat, poſtmodum ſimiles admiſit, dum ita generaliter ſubjicit in hæc: *Aut ex cauſa rationabili ſecundum congruentiam loci & temporis ad ſic ſtatuendum, atque mandandum, moveatur propter abuſus tollendos*, &c.

Simancas *de Cathol. inſtituit. tit.* 44. *de pœnis*,
31 *n.* 35. ibi: Unde ſiv, quòd * ſi aliquid Papa decernat contra publicam utilitatem, utpotè contra patronatus laicorum, contra jus eligendi beneficia ſeu ſacerdotia patrimonialia, *vel quidpiam ſimile* manu Regia retineri, & impediri ſoleat, &c. Quam doctrinam tradit Simancas ad comprobationem novi caſus retentionis non expreſſi in legibus Regiis: quem ſcripſerat ibidem *n.* 34.
32 Scilicèt ad retentionem reſcripti * obtenti in præjudicium Sanctæ Inquiſitionis, prout eum retulimus *c.* 2. *verſ. Simancas etiam*, *à num.* 8. Quibus locis quidem Simancas expreſsè admittit generaliter omnes ſimiles cauſas, & caſus in quibus principalis, & generica ratio retentionis militat.

Caſtellus à Bobadilla etiam *in politica*, *l.* 2. *cap.*
33 18. *n.* 103. Dum * generalem rationem, & regulam ad retentionem Bullarum, ejuſque exempla & particulares caſus adducit, ſubdit, *Porotras vias*, &c. admittens identitatem rationis.

Ferdinandus Vaſque Menchaca *controverſ. illuſtr. lib.* 1. *c.* 41. *nu.* 27. dum latè tractat * de hac
34 Bullarum retentione in præjudicium tertii, & in avocantibus cauſarum in prima inſtantia ob rationem generalem defenſionis naturalis, ſubdit, ibi: *Si forte quæ lites intra fines Hiſpaniæ Regionis, vel alterius cujuſlibet agitandæ eſſent*: & iterum, *ſimilis enim defenſio, & ſimili modo & competeret, & agenda eſſet*, & *nu.* 27. in principio dicit caſus particulares, quos numer. antecedentibus adduxerat, loco exempli eſſe, nempe ad regulam, & rationem generalem ibi fundatam, quaſi manifeſtè ſentiens hanc Bullarum retentionem, & recurſus genus non coarctari ad caſus expreſſos, ſed alios comprehendere quos rationis identitas ambit.

Salzedus etiam *in praxi criminali Canonica*,
35 *cap.* 54. *num.* 19. ibi: Secundò, * quòd non ſolum in caſu dicta lege Regia expreſſo, ſed in illis multis Apoſtolicæ litteræ ad Summum Senatum deferuntur, &c. cujus ſubjicit exemplum de litteris Nuntiorum à Sede Apoſtolica in Hiſpa-
36 niam * miſſorum, qui caſus expreſſus non eſt in *dict. l. Regia* ſub. ad principium hujus cap. relata *numero* 1.

Eodem etiam loquendi modo uſus fuerat Covarruvias *practicarum quæſtionum*, *cap.* 35. *ſub. n.* 37
3. *verſic. Sed* * *ex multis aliis cauſis Hiſpaniarum Regnis itur ad Suprema Tribunalia*, ubi reddit rationem generalem, & conſequutivè *in num.* 4. reddit idem exemplum facultatum, & litterarum Nuntiorum, & melius ipſe Covarruvias *cap.* 36. *num.* 4. ubi extendit ad cauſam ex identitate rationis generalis, & iterum ſub *num.* 10. verſic. *Quintò.*

Azevedus *in l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 1. *Recopilat.* paulò
38 ante finem inquit, Et notandum * quòd duobus modis proceſſus fuerunt in modum violentiæ ad Cancellarias, &c. vel deducitur proceſſus ad Curiam & Regium Conſilium ſuper litteris & Bullis Apoſtolicis, quæ ſunt in derogationem Concilii Tridentini, vel patronatus Regii, aut laicorum;
39 * vel ſuper Canonicatibus Magiſtralibus, vel Doctoribus Cathedralium Eccleſiarum, vel ſuper beneficiis patrimonialibus locorum aliquorum Regni, vel ſuper novitate decimarum & ſuper decimis, ſequitur & facit: *Et hæc omnia & ſimilia in ipſo Conſilio Regio tractantur, & revidentur*, &c. Et inſuper nota, quòd ibidem, ipſe Azevedus adducit caſum novitatis decimarum in dicta lege Regia 35. ſuprà adducta, non expreſſum inter alios adductos.

Narbona *in l.* 59. *tit.* 1. *lib.* 2. *Recopilat. tom.*
40 3. *fol.* 198. *numer.* 26. in hæc: Ex his ſanè jam diu in Hiſpania praxis inolevit, ut * ſi Romanorum Pontificum expediantur diplomata, quæ propter ſiniſtras adverſantium preces, falſas ſuggeſtiones, *Vel alias cauſas quaſcumque ſacris Canonibus, aut generalibus Conciliis adverſantur*, &c.

Hoc idem, nempè Bullarum retentionem poſſe
41 fieri à Senatu licitè in * ſimilibus omnibus caſibus, in quibus militet eadem ratio; affirmat Hieronymus Liamas *in methodo curat. animæ* 1. *part. cap.* 7. *num.* 19. latè Antonius Souſa *in tract. de cenſuris. ad Bullam in Cœna Dom. cap.* 14. *diſput.* 73. *n.* 9. *& ſeq. & diſputat.* 76. *nu.* 2 & 3. Marius Muta *deciſ.* 91. *n.* 5. Vivaldus *in candelabro aureo*, *parte* 2. *ad explicationem Bullæ Cœnæ Dom. caſu* 14. ferè per totum, ſed præcipuè *n.* 109. ibi: *Si autem ſubſit* * *alia rationabilis cauſa, ob quam* 42
Bullas detineant, &c.

Bonacina *tom.* 3. *de cenſuris in Bulla Cœnæ contentis*, *diſp.* 1. *quæſt.* 15. *punct.* 4. §. 2. *ad principium*, *pag. mihi* 113. ibi: *Cùm enim ſæpè contingat*, * *ut qui litteras Apoſtolicas ſubreptitias* 43
aut iniquum gravamen, vel ſimilia continere arbitretur, S. Pontifex indulſit, &c. Quo loco ſimul datur arbitrium, & ſimilitudo caſuum & cauſarum ad litterarum retentionem.

Id ipſum in his terminis clariùs docuit Pa-
ter Henriquez *lib.* 2. *de Pontific. clave*, *cap.* 17. poſt principium in hæc: & judices Regii * pro 44
data ſibi poteſtate extendunt prudenti arbitramento *ad alios ſimiles caſus*, &c. cui conducunt quæ ipſe *in cap.* 19. §. 3. loquendo de hac retentione Bullarum ex diſpoſitione *Bullæ in Cœna Dom.* §. 14. *in gloſſ. litt. R*, ibi: Quia Bulla Cœnæ meminit ſupplicationis in caſu, quòd ſit probabilis prætextus violentiæ, at ubi eſt evidens, non videtur requiri, &c. & ibidem *in gloſſ. litt. N.*, in hæc: Homo qui non habet rerum evidentiam, ut Angelus, regitur opinionibus, & quod exiſtimatur probabilius in praxi, cenſetur

moraliter evidens Ariſtot. 3. *Ethicor*, non exigenda æqualis certitudo in omnibus, &c. cui quidem conſonat Menchaca ubi proximè *dict. c.* 41. dum loquendo in hac Bullarum retentione, ita admo-
45 net *in n.* 27. Quæ omnia † ita temperanda ſunt, ut tàm in exemplo beneficiorum quàm litium contrarium tolereturex juſta cauſa dummodo juſtam eſſe cauſam, vel occaſionem appareat dilucidè, &c.

Nos etiam *in tractatu de Regia protect.* 1. *part.*
46 *c.* 1. *à nu.* 124. licèt obiter, fundamentali † tamen ratione (de qua inferius ad reſponſionem ſecundi argumenti latiùs erit tractandum) probavimus in aliud propoſitum, poſſe cognitionem violentiæ ad alios ſimiles caſus ſub identitate rationis comprehenſos licitè extendi.

Hoc ipſummet facilè colligitur ex omnibus il-
47 lius Doctoribus juſtificantibus hanc Bullarum † retentionem, quo in unum conjecimus, *c.* 2. *à princip. hac* 1. *part.* dum pro generali regula adducunt, ipſi omnes unam eamdem rationem finalem, nempè damnum Regni, aut Regis, ac Reipublicæ Eccleſiaſticæ ſpiritualis, qui quidem licèt aliqui ad particulares aliquot caſus deſcendant, exemplariter faciunt; non reſtrictivè & excluſivè ad alios ſimiles, qui ſub ratione, & regula generica à ſeipſis, & legibus Regiis, atque juris communis conſtitut, & relati reperiantur, & ex quibus per damnum, & æquale inconveniens eidem Reipublicæ exoritur, ut ſupra probatum eſt (quos omnes ſingulos & ſpecialiter annectere foret penè impoſſibile) ut juribus & authoritatibus hactenùs probatum reliquum.

Et hæc opinio ut vera, communiter approba-
48 ta eſt, & practicata in hoc † Conſilio ſupremo Regis noſtri, ac in dubio quoties ſeſe offert occaſio, & caſus, quibus ob executionem litterarum omnium Apoſtolicarum infertur turbatio publici ſtatus Eccleſiaſtici, aut ſcandalum & ſic per conſequens violentia, de ipſa cognoſcit Senatus prædictus ad earum retentionem, & ad humilem proponendam ſupplicationem Sanctiſſimo, juxta regulas à nobis comprobatus ampliſſimè hac 1. *p. à c.* 1. *& ſeq.* Quibus omninò regulandum erit Senatorum arbitrium.

Quod ulteriùs alio, & non contemnendo fun-
49 damento probabo, † nam ſi in ſolis dictis ſex caſibus à *lege Regia* 25. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil.* ſub. adducta expreſſis (de quorum ſingulis antea ſingulæ leges ſpecialiter fuerant edictæ, ut videre eſt in eodem tit. à *l.* 14. *uſque ad l.* 28. inclusivè) cognitio violentiæ ad Bullarum retentionem haberet locum dumtaxat, eò quòd in ea alii non recenſentur caſus, maximum ſequeretur abſurdum, quippè cùm (ut dictum eſt) ſinguli prædicti ſex caſus ſingulas ſuas leges habeant particulares diverſis temporibus editas, & à diverſis Regibus conditas, & promulgatas; ut earum Datæ inſpectione clarè patet, affirmare foret neceſſe, quòd de caſibus, qui in poſterioribus legibus referuntur, cognitio Senatu deneganda erit, cùm omnes uno eodem tempore, & ſub eademmet lege non fuerint expreſſi, quaſi ex primæ legis editione ſublata fuiſſet & extincta facultas Regi alia condendi, juxta caſuum contingentium varietatem, & frequentiam.

Hoc equidem falſum eſt, quoniam eadem fa-
50 cultate, † poteſtate, fundamento, & ratione, quibus aliqui caſus in prioribus legibus fuerunt deducti, eiſdem ſimiliter in cæteris per poſteriores leges deciſis, ſub ratione generica comprehenſis poteſtas Regi perduravit, eaque utitur in urgentibus neceſſitatibus, & caſuum novorum occurentia, de quibus ſtatim agendum, & commemorandum. Et quia quemadmodum faremur facultatem Principis in priori, & prioribus legibus, eandem per neceſſariam conſequentiam debemus fateri, & in poſterioribus ſequentibus, ſi ſub limitibus regulæ generalis ſibi ut protectori à jure permiſſæ, ſit contenta, & à rationis identitate, & paritate regulata & gubernata.

Non enim potuere priores leges † omnes ar- 51
ticulos; & aſtutiſſimorum Curialium impetrantium malitias ſingulas quotidie noviter inventas amplecti, nec præcavere, & idcirco caſus ſimiles & hujus generis impoſterum pro tempore contingentes (quibus recognitum fuit per Regem damnum inferri publicæ utilitati) occaſionem dederunt leges particulares condendi, ut teſtatur Imperator Juſtitianus *in authent. ut omnes conſtitutionis, in principio*, in hæc: *Semper legum nobis ferendarum occaſiones præbent, quæ quotidie in judiciis cauſarum moventur controverſiæ, authent. ut res immobiles donationis ante nuptias, &c.* in Princip. ibi: *Ex controverſia, quæ coram nobis ipſi mota, atque agitata eſt, &c. Generali nunc lege proſequimur, &c.* & *in authent. de Tabellionibus* in principio, ibi: *Præſenti lege lis quædam paulò antè audivimus, occaſionem præbuit, &c. l.* 3. *C. de legibus*, ibi: *Vel lis mota legis occaſionem poſtulaverit.* Sicque facultas, & recurſus retentionis litterarum non coarctatur ad ſolos caſus in legibus Regiis expreſſos, quemadmodum poteſtas alios in ſimilibus condendi nullatenus potuit extingui, ſed potius perduravit, & eadem Rex noſter utitur in neceſſitatibus contingentibus.

Qua quidem igitur ratione generica attenta, poſtea *in l.* 26. *tit.* 2. *lib. Recopil.* diſpoſitum eſt, à Bullis, litteris, quibus conceditur coadjutoria in Cathedralibus Eccleſiis, & Collegiatis, & aliis inter patrem & filium, ſupplicetur, & remittantur ad Conſilium Regium, qui caſus antea *in dict. l.* 25. expreſſus non erat, nec alibi deciſus ſpecialiter.

Item à litteris Apoſtolicis, quibus impetratur ſuppreſſio, & unio † cum extinctione beneficio- 52
rum, tanquam in diminutionem cultus divini, & ob alia inconvenientia inde ſequuta, ſupplicari ad Sedem Apoſtolicam jubetur, & litteræ remittendæ ad Senatum Regium, prout *in l.* 28. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil.* qui caſus pariter *in dict. l.* 35. expreſſus non erat.

Ex identitate etiam rationis, quòd circa re-
tentionem Bullarum † in derogationem benefi- 53
ciorum patrimonialium Epiſcopatus Burgenſis, Palentinis, & Calagurritani diſpoſitum erat *anno* 1525. *per leg.* 25. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil.* atque etiam *in dict. l.* 23. idem extenſum fuit poſtmodum ad alia omnia loca in quibus pariter beneficia patrimonialia exiſtant, & eadem viget laudabilis, & ſemper obſervata conſuetudo, *anno* 1539. *ut in l.* 23. *eodem tit. & libro.*

Et eodem modo *dict. l. Regia* 25. *& l.* 24. *dict. tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil.* quæ diſpoſuerunt circa litteras impetratas in præjudicium Canonicatuum Magriſtralis, & Doctoralis Eccleſiarum Cathedralium dumtaxat, cum poſtmodum ex nova diſpoſitione Concil. Tridentin. fuit diſpoſitum & ordinatum, ut in qualibet Cathedrali creetur, & erigatur unus Canonicatus pro pœnitentiario, &

alius

alius pro lectura Sacræ Scripturæ, prout in cunctis ferè Hiſpaniæ Eccleſiis fuit exequutum, & completum. Idcirco litteræ impetratæ ſuper iſtis Canonicatibus pœnitentiariæ, & lecturæ, aut pro penſionibus ſuper illis conſtitutis Romana Curia quotidie retinentur in Senatu ex paritate, & identitate rationis, & omnimoda ſimilitudine inter has præbendas noviter erectas, & illas antea creatas, nempè Magiſtrales, & Doctorales, de quibus ſpecialiter diſpoſuerat, *dict. l.* 25. quam ſimiliter & juridicè praxis incorcuſſa Senatu & ad hos novos Canonicatus extendit.

54 Pariter etiam & eodem modo * protectionis prætextu, & rationis identitate, multo poſt, *anno* 1593 ad petitionem Regni in Comitiis edita fuit lex, quæ eſt 59. addita *ad titulum* 4. *l.* 2. *Recopilat.* 3. *tom.* per quam Conſilio Regio commendatur protectio, & executio Conſilii Tridentin. ne in aliquo violari patiatur ex impetratis litteris in contrarium, de quo latiùs hoc *tractatu*, *part.* 2.

Quæ quidem omnes leges tunc pro tempore, quo damna & inconvenientia fuerunt prænognita per experientiam, conſeſtim fuerunt conditæ & promulgatæ, non tantùm per rationem extenſæ; ſed potiùs in ratione ipſa generica comprehenſæ, & ſub poteſtatis ambitu, & confine contentæ, ut latiùs probatum eſt ſuperiùs

His itaque ſic ſuppoſitis facillimè reſponderi va-
55 let ad argumenta * pro contraria parte conſiderata, quæ re vera non obſtant, non primum, ex *l. Hæres meus* 100. §. *duæ ſtatuæ ff. de legat.* 3. cum aliis; de quibus ſuperiùs, *nu.* 5. quia reſpondetur, nec procedere, nec poſſe in noſtro caſu, cùm ſit admodùm diverſus, quia Regi de jure tanquam protectori Reipublicæ Eccleſiaſticæ & temporalis, competit facultas tuendi illa à violentiis, & per expreſſionem aliquorum caſuum particularium magis frequentium in aliqua lege, non poteſt fieri illatio ad excluſionem aliorum minus frequentium, ſed imò ſub legis ejuſdem ratione generica comprehenduntur, quia tunc videntur, appoſiti illi caſus exemplariter, non reſtrictivè, ut latiùs ſuprà *num.* 14. probatum eſt, & iterum ex vulgari axiomate, quòd exemplum non arctat regulam.

56 Sed quando fuiſſemus in eo caſu, * adhuc argumentum retorqueretur, quoniam verius eſt de jure, per enumerationem ſpecierum non reſtringi genus præcedens in eadem diſpoſitione, Bartol. *in l. quæſitum* §. *ſi quis fundum, ff. de fundo inſtructo*, Cephal. *in conſil.* 372. *numero* 14. & 22. *vol.* 3. Craveta *conſil.* 227. *numero* 7. *verſiculo. Quartò licet:* Afflict. *dec.* 106. *nu.* 2. Ruinus *conſ.* 32. *numero* 6. *vol.* 2. Socinus *conſil.* 30. *colum.* 2. Hieronym. Gabriel. *conſ.* 88. *ſub nu.* 38. *vol.* 1. Maſcard. *de probationib. vol.* 3. *concl.* 1264. *n.* 12. Decian. *conſil.* 39. *num.* 59. Intrigol. *dec.* 13. *nu.* 26. *lib.* 1. Jacobus Gallus *conſil.* 69. *à numero* 11. & 12. nonnullos allegat, & latè proſequitur Ludov. Caſanate *in conſil.* 44. *à num.* 20. *& ſeq.* & ferè per totum, nonnullos ex ſupra dictis allegat Caſtillo *controverſiarum*, *tom.* 4. *à nu.* 18. *cum ſeq.* ubi declarat aliqua jura, quæ in diverſo caſu loquuntur. Et ibi latiſſimè poſt plurimos Doc-
57 tores, quòd in dubio ſi aliter non conſtat * de clara diſponentis contraria voluntate, genus non reſtringi per enumerationem ſpecierum, textus eſt optimus *in l. quæſitum*, §. *ſi quis fundum, ff. de fundo inſtructo*, & *l. regula*, §. *licet, ff. de jur. & fact. ignor.*

Et per *dict. l. quæſitum*, * & *l. legata ſupellec-* 58
tili, ff. de ſupellectili legata, l. Pediculis, §. *habet, ff. de auro & argento legat.* Idem probat Decius *in cap. ſedes*, *numero* 9. *de reſcriptis*, & *in l. toto jure*, *numero* 15. & 16. *de reg. juris*, Socinus *in conſil.* 98. *nu.* 30. *lib.* 1. Craveta *conſil.* 227. *n.* 7. Afflict. *dec.* 106. *numero* 2. & 3. Marta *in tract. de clauſulis* 2. *part. clauſul.* 1. *generalis*, *à numero* 13. dicentes, quòd in dubio clauſula generalis non reſtringit, quando poſt expreſſionem generis ſubſequitur enumeratio ſpecierum. Quia tunc ſpecies dicuntur expreſſæ cauſæ demonſtrationis, & majoris declarationis, non autem reſtrictionis, & pulchrè tenuit Rota *deciſion.* 109. *l.* 3. *in noviſſimis*, in qua Domini de Rota receſſerunt à reſolutione facta in eadem cauſa 30. *Januarii* 1581. coram Blancheto, & eſt *deciſ.* 338. *part.* 2. *in noviſſimis*, cujus meminit Marta ubi proximè, & eſt Rotæ *deciſ.* 257. *n.* P. apud Alexandrum Ludoviſium, ibi: *Tertiò reſpondetur, prout fuit reſponſum in illa Romana legatorum, quòd illa imo regula eſt facienda in contrarium, quòd ſpecies non reſtringat genus, & quòd cenſeatur potiùs expreſſa ſpecies majoris declarationis gratia*, &c. quod comprobat Oliverius Beltraminius *in annotationibus*, ibi: *numero* 13. dicens, quòd legans teſtator mobilia, & ſi exprimat aliquas ſpecies nobiles, ut talis expreſſio cenſeatur facta demonſtrativè, non reſtrictivè, per Cephal. *conſil.* 372. *numero* 15. Rotam *deciſ.* 261. *numero* 2. *part.* 2. *diverſor.* & fuiſſe dictum in Romana legatis de Vitellis 13. *Januarii* 1583. coram Giptio, quod & pro Regula firmat ipſe Beltraminius, ut expreſſio ſpecierum non reſtringat genus, Petrus Surdus, qui plures pro ea cumulat *conſ.* 352. *numero* 14. Gratianus *diſcept. forenſ. c.* 404. *num.* 7.

Deinde quia nullo caſu * genus præcedens in 59
diſpoſitione reſtringitur per enumerationem ſpecierum in eadem factam, quando genus & ſpecies tendunt ad eaſdem perſonas, quia inter illaſmet intelligitur facta enumeratio ſpecierum ex ſuperabundanti, & ad majorem declarationem, ita probatur in *l. verbà*, & ibi Bart. in ſummario, & *in* 2. *lectura*, *ff. de aliment. & cibariis legatis*, & *in dicto* §. *ſi quis fundum.* 2. *quæſt. ad finem*, Cephal. *in conſil.* 158. *ex numero* 33. uſque ad *num.* 37. Socin. *conſil.* 30. *numero* 2. *lib.* 2. afflictis *deciſ.* 106. *num.* 2. Craveta, Pariſius, Mazolus, & Marcabru. citati à Caſanate, *dict. conſil.* 44. *numero* 46, & poſt alios plures, quos citat optimè, & explicat Jacobus Gallus *dict. conſil.* 69. *numero* 16. & à *numero* 26. Et quod quando genus & ſpecies eandem perſonam reſpiciunt, ut tunc ſpecies apponantur declarativè, & exemplariter, non reſtrictivè per *l. quæſitum*, *ſi iidem veniunt*, *ff. de fundo inſtructo*, *l. ſi mancipia in principio*, *ff. eodem tit.* probat cum Dino, Craveta, & Cephal. Marta *de clauſulis* 2. *part. clauſul.* 1. *generalis numero* 15. & Rota *in dict. deciſio.* 189. Contrarium autem quando genus, & ſpecies * numeratæ apponuntur in diverſis 60
diſpoſitionibus, & inter diverſas perſonas, & videndus etiam Caſtillo *dict. cap.* 41. *numero* 20. qui *num.* 24. *& ſequentibus & à numero* 22. Quando genus & ſpecies * non ſunt contrariæ, ut 61
tunc genus præcedens per enumerationem ſpecierum ſequentium non reſtringatur, poſt Decium, Cagnolum, Ruinum, Menochium, & Marcabrunum tradit ipſe Caſanete *dict. conſ.* 44. *n.* 43. & 44.

62 Unum tamen nota, quòd † generalis verborum ſignificatio, tunc reſtringitur per enumerationem ſpecierum, quando enumeratio apponitur per dictiones declarativas, ut *ſcilicèt*, *videlicèt*, & ſimiles: Dinus in *cap. generi; verſiculo Secundo caſu*, *de regul. juris in* 6. Albericus *in dict.* §. *ſi quis fundum*, Craveta *conſ.* 227. *numer.* 7. Jacobus Gail. *dict. conſ.* 59. *numero* 14. & per Bartol. *in l. quæſitum*, §. *ſi quis fundum numero* 15. *verſic. Aut fuit facta numeratio*, *ff. de fundo inſtructo*, Bald. *conſil.* 200. *numero* 3. *l.* 4. & Craveta ubi proximè, & Cephal. *conſil.* 372. *n.* 18. affirmat Oliverius Beltraminus *in annotationibus ad Alexandrum Ludoviſium*, *deciſio* 257. *num.* 13.

Et ſic quando argumentum procederet in noſtro caſu, retorqueretur, tum ex vera reſolutione hactenùs declarata, tum etiam ex eo, quòd in præſenti genus & ſpecies tendunt ad eundem finem, & nec ſunt contrariæ, nec inter diverſas perſonas, ſed inter eaſdemmet, puta inter Principem, & ſuam Rempublicam, nec non ſubditos ſuorum Regnorum.

Ad ſecundum argumentum *ſup.* poſitum *à num.* 63 6. *& ſeq.* quòd conſuetudo non extenditur † de caſu ad caſum, nec de loco ad locum: multipliciter reſpondetur, primò, quòd hæc regalia, tollendi violentias ſuorum ſubditorum, ad Regem pertinet jure ipſo, quæ adhæret ejus diademati, & coronæ inſeparabiliter, quippe proprium jus & officium eſt Regis, ut abundè probavimus in *capitul.* 1. *à numero* 103. *cum ſeq.* hac 1. *part.* hujus tractatûs, *& de Regia protect.* latiùs & fortiùs 1. *part. cap.* 1. à principio, ubi *à num.* 120. *& ſeq.* comprobavimus, Regem uſum fuiſſe hoc jure, &
64 Regalia per tempus immemoriale † & iſta conſuetudo venit acceſſoriè ad corroborationem, majorem juſtificationem juris principalis, & non ut principalis, quæ non attenditur, nec eſt in conſideratione tanquam acceſſoria, attenditur enim quòd principaliter agitur, non quòd in conſequentiam ex vulgaribus.

Secundò, reſpondetur, quòd dato caſu, quòd conſuetudine immemoriali ſola hæc Regalia tol-
65 lendi violentias † competeret Regi ut protectori; tamen adhuc extenderetur de uno caſu unius ſpeciei poſſeſſi ad alium caſum illius ſpeciei, quo uſus non fuerat præſcribens, ita poſt alios limitat concluſionem (de qua in argumento contrario) Antonius Gabriel. *comm. concluſ. tit. de præſcript. concluſion.* 2. *numero* 19. ubi plurimos Doctores citat.

Tertio, reſpondetur, quoniam iſta Regis regalia tollendi violentia ſuorum Regnorum eſt jus
66 univerſale † comprehendens omnes caſus, & ſpecies violentiæ, quia in hoc caſu univerſalis, generalis & indefinita juris determinatio, & diſpoſitio eſt, non reſtricta ad ſingulares ſpecies, & caſus particulares certæ violentiæ, ſed univerſaliter omnes complectitur, ut ſatis probant jura, & Doctores citati *in noſtris Commentar. de Regia Protect.* 1. *p. cap.* 1. *& hoc tract. ſup. c.* 1. & ſi
67 quando prætenditur jus † univerſale, & generale, per uſum partis conſervatur jus in toto, plurimos citat Ant. Gabr. *d. concluſ.* 2. *num.* 18. Sed quia hunc articulum copiosè, & accuratè infinitos Doctores, & varias doctrinas adducentes tractavimus *in tractatu de Regia protect.* 3. *part. c.* 10. *à num.* 100. *cum multis ſeqq.* hîc miſſam facimus; contenti etiam allegatione del Caſtillo *in tractatu de tertiis*, *cap.* 33. *à n.* 2. *cum multis ſeqq.* qui referens noſtras doctrinas ad longum articulum tangit.

Sed Doctoribus ibidem adductis † adde Alexan- 68
drum Ludoviſium *dec.* 557. & ibi Oliver. Beltram. *numero* 8. ubi quòd poſſeſſio præſentandi ad unum beneficium trahitur ad alia beneficia contenta ſub eadem fundatione, & ipſe Beltramin. *num.* 6. quod poſſeſſio conferendi quoad quædam beneficia trahitur ad cætera beneficia ejuſdem ſpeciei, ubi adducit varia exempla hujus doctrinæ, & de indulto ad conferendum certum genus beneficiorum, Seraphin. *dec.* 1043. *à numero* 1. *cum ſeq.* Ubi quod attenditur cauſa † univerſalis 69
poſſidendi, & *in dec.* 551. *numero* 1. *& ſeq.* ubi agitur de privilegio conceſſo monaſteriis unius religionis, quo ſi aliqua Monaſteria uſa fuere, privilegio eodem conſervat jus monaſterio non utenti.

Et per ſententiam adjudicato † jure patronatus 70
acquiritur poſſeſſio, quæ conſervatur per præſentationem aliquorum beneficiorum ex contentis in ſententia, & ſub dicto jure patronatus, ut poſt dictam deciſionem Ludoviſii, & Molinam *de Hiſpan. primogen. l.* 2. *cap.* 6. *numero* 17. Surdus *conſil.* 223. Rotam *dec.* 17. *numero* 1. *&* 2. *part.* 2. *diverſorum*, tenet Rota ut per Vivianum *in tractatu de jure patronat. dec.* 85. *à num.* 3. & Rota per eundem Vivianum *in dec.* 10. *numero* 3. dicit, quod præſentatio ad beneficia aliqua contenta in donatione, arguit quoad alia ſimiliter eadem donatione contenta; videnda etiam erit quoad hanc concluſionem *deciſio Rotæ*, adducta per Nicolaum Garciam *in tractatu de beneficiis* 12. *part. cap.* 2. *de unione*, *num.* 240. circa principium, & alia ibidem, *numero* 241. ante medium; Jacobum Cancer. *variarum reſolut. l.* 3. *cap.* 5. *num.* 91. & in optimo caſu, ubi de limitatione; vide Tamburinum *in tractatu de jure Abbatum*, *tom.* 1. *diſp.* 15. *quæſt.* 18. *à numero* 34. Mieres *de majoratu* 1. *part. qu.* 34. *numero* 2. *& à numero* 10. ubi habens jus plura reſpiciens, ſi eo utitur in uno, conſervat jus in toto, Gratianus *deciſion.* 148. *in addition. numero* 2. ubi de optima doctrina, quos videbis ad varios caſus, & tandem Caſtillo *de tertiis cap.* 33. per totum; ubi per noſtras doctrinas, quas omnes ſignanter recenſet, articulum hunc copiosè examinat.

Ex qua doctrina rectè & juridicè infertur quod 71
cùm hæc regalia † Principis ſit jus univerſale ad omnes violentias ſublevandas inter ſuos ſubditos quoſcumque, licèt eà uſus non fuiſſet in aliquibus caſibus continentibus violentiam, nihilominus in eis non amiſit dictum juris; ſed potiùs conſervavit in omnibus per uſum partis, in quibus poterit ſua regalia uni liberè quandocumque, præſtando ſuum auxilium vi oppreſſis cum moderamine inculpatæ tutelæ, hoc eſt ſervata ſemper reverentia Sedis Apoſtolicæ, ut ſæpè diximus. Et hoc fundamento moti fuimus *de Regia protect.* 1. *part. cap.* 1. *numero* 124. (licèt obiter) ad probandum, poſſe Principem uti ſua regalia in cæteris cauſis violentiæ, quibus fortè non fuiſſet uſus hactenùs.

Reſpondetur quartò, quod negamus, Senatum Regium † non fuiſſe uſum hac regalia in 72
aliis caſibus retentionis reſpectu probabilis violentiæ, ultra ſex relatos *in dict. l.* 23. *Recopilationis*; cùm veriſſimum ſit, & conſtans, ſemper ea uſum fuiſſe, & utitur, quoties ſe offert neceſſitas & occaſio, ut notorium eſt, & quotidie

vide-

videmus & practicamus in hoc ſupremo Conſilio Regio ; ſic etiam expreſsè patet ex novarum legum diſpoſitione , quarum meminimus ſup. *à n.* 51. *cum ſeqq.*

Ad tertium argumentum pro contraria parte ſup. adductum *à n.* 9. *& ſeq.* Reſponderi poteſt eo-
73 dem modo , ſed † in ſpecie ex iis diluitur , primò quòd Regalia Principis tollendi omnes violentias ſuorum ſubditorum nullam patitur dubitationem, ſed eſt jure notiſſima ex hactenùs dictis , & ſic conſuetudo interpretativa nihil operatur , quia in cleris obſervantia interpretativa non admittitur , ut poſt plurimos Doctores & Rotæ deciſiones mirabiliter probat Beltraminius in annotationibus ad Ludoviſium *deciſ.* 184. *nu.* 8. cujus verba refert ad litteram , & ſequitur Caſtillo *controverſ. tom.* 5 *cap.* 95. §. 7. *ſub num.* 2. *verſ. Alexander Ludoviſius.* Et nos latè infrà 2. *part. cap.* 30. §. 5. *à num.* 18. *cum multis ſeqq.*

Secundò reſponderur , quòd quando jus Regis fuiſſet dubium , nullibi damus , nec poſſu-
74 mus , obſervantiam † contrariam , ſed imò firmam praxim , & uſum notorium in omnibus caſibus contingentibus , quibus adeſt violentia , & ſic cauſa legitima ex adſcriptis ſuprà *c.* 3. & *quatuor ſeq.* & ita communiter practicatur in hoc ſupremo Conſilio , & quotidie videmus obſervatum inconcuſsè , & nemine reluctante indiſtinctè in quibuſlibet caſibus , in quibus illud dumtaxat controvertitur , & accuratè examinatur inter partes , Advocatos , & Senatores , an illa cauſa , ob quam petitur litterarum Apoſtolicarum retentio , ſit legitima nec non , & qualificata , & ex illis ex quibus hoc ſalubre retentionis remedium deſtinatum eſt ; & introductum omiſſa , imò non admiſſa controverſia , an caſus ſit novus , & per Regias leges ſpecialiter non determinatus nec deriſus: circa quem articulum jam nullam dubitandi rationem nec occaſionem quantumvis remotam de cætero reliquimus poſt hanc noſtram longam diſputationem , & fundamentalem reſolutionem pleno jure roboratam.

CAPUT X.

Eſto , quòd retentionis Bullarum remedio quis uti poſſit poſt earum executionem jam peractam , & poſſeſſionis apprehenſionem : an Senatus ſui decreti virtute eam valeat reponere ?

Vel an , & quomodo tunc decretum retentionis iſtud queat exequi ?

Vel quo ſit tunc remedio vim patienti conſulendum ?

Et an decretum Senatus coram executore Bullarum fidem faciat , & ad quem finem ?

SUMMARIUM.

1 *Retentionis remedio an uti poſſit poſt peractam executionem , grandis apud omnes habita difficultas.*

2 *Retentionis litterarum remedium , & decretum tendit in futurum , ad impediendam executionem earum in perniciem Reipublicæ.*

3 *Diſpoſitio in futurum ordinata multoties operatur in jam facto , & in prætorio.*

4 *Licentia obtenta per Prælatum ad teſtandum de fructibus intuitu Eccleſiæ quæſitis extenditur ad teſtamentum antea factum.*

5 *Licentia obtenta à Monacho ad teſtandum extenditur ad teſtamentum jam conditum.*

6 *Licentia data à Principe ad ædificandum molendinum porrigitur ad molendinum antea illicitè conſtructum.*

7 *Quod procedit ſive Princeps conſcius ſit factum fuiſſe , ſive ignorans.*

8 *Conſenſus Principis , ut alienigena poſſet in Regno beneficia obtinere , habet locum in beneficio jam obtento.*

9 *Diſpenſatio ad obtinendum duo beneficia incompatibilia prodeſt ad jam obtenta retinenda.*

10 *Mandatum de providendo de prima vacatura prodeſt in vacante tempore indulti.*

11 *Legatum pro virginibus dotandis obtinet jam nupta.*

12 *Secùs quando diſpoſitio dicit pro virginibus maritandis.*

13 *Licentia obtenta à domino feudi , aut emphyteuſis pro emphyteuſi alienanda porrigitur ad alienationem jam factam.*

14 *Procuratorem conſtituens ad contrahendum matrimonium videtur conſentire , & ratificare jam factum.*

15 *Retentionis Bullarum remedium inventum fuit dumtaxat ad impediendam executionem earum in detrimentum Reipublicæ etiam ſpiritualis.*

16 *Decretum retentionis , quod tendit in futurum in executione jam facta verificari aut adimpleri nequit , quia deficit ſubjectum habile.*

17 *Sententia ad conſervandum aliquem indemnem ab obligatione , hac jam extincta per ſolutionem exequitur eo modo , quo conſervetur indemnis , ut ſolutum ſibi reſtituat.*

18 *Sententiam ſi fuerit impoſſibile exequi directè in quo diſponit , fit executio in eo quo poteſt.*

19 *Condemnatus ad tradendum inſtrumentum obligationis , quod non apparet , cogitur liberare debitorem.*

20 *Princeps ad manus ſuas poteſt reducere fructus beneficii vacantis , ne diſſipentur , & vide num.* 64. *& ſeq.*

21 *Ubi de praxi , & Regalia Regis Hiſpaniæ & Franciæ , & fructus beneficii impetrati ab alienigena , & ſuper quo naturalis conſenſit penſionem quando ſequeſtrantur ex lege regni.*

22 & 23. *Litteras impetratas ſuper beneficiis patrimonialibus qui impetrare fecerit , aut uſus fuerit abſque examine Senatus , amittit naturalitatem horum Regnorum , & fructus quorumlibet beneficiorum ſequeſtrantur , & vide num.* 69, *& ſeq.*

24 *Fraudibus occurrere , publicæ & privatæ authoritati convenit.*

25 *Recurſus ad Regem ſi non haberetur poſt peractam executionem Bullarum in damnum Reipublicæ , magnæ fraudes orirentur.*

26 *Fraudibus via non eſt aperienda.*

27 *Fraudibus ut occurratur , latam jus admittit interpretationem.*

28 *Fraus dicitur fieri legi , quoties per indirectum & cautelam redditur illuſoria.*

29 *Fraudibus nervosè occurrendum eſt.*

30 *Contra retentionis decretum , & ejus verba ire videtur , quia earum virtute quotidie utitur poſſeſſione , & ei inſiſtit.*

31 *Ea quæ in animo conſiſtunt habent cauſam continuam , & ſucceſſivam.*

Et quotidie gravat , ibid.

32 *Retentionis recurſu uti directè nequit regulariter poſt peractam executionem , & poſſeſſionis apprehenſionem vigore litterarum.*

33 *Decretum retentionis Senatus exequi directè non poteſt in repoſitione executionis litterarum jam factæ.*

34 *Qualitas adjecta verbo , vel participio reſtringitur ad tempus verbi , vel participii , nec anteà operatur di poſitio.*

35 *Regalia retentionis certis finibus coneluditur , & inventa ad finem impediendi executionem faciendam ultra progredi non poteſt.*

36 *Jura quibus utitur retentionis recurſus dumtaxat , tribuunt facultatem ſuperſedendi in executione litterarum , non reponendi jam factam.*

37 *Remedium datum ad ſuperſedendum nequit verificari in re jam geſta.*
Adducuntur ſingulares in propoſito Rotæ deciſiones , ib.

38 *Permiſſum ad tempus , poſt tempus cenſetur prohibitum.*

39 *Verba limitativè appoſita habent inducere terminum , quæ non licet tranſgredi.*

40 *Retentionis Regalia limitata eſt ad cauſam , & effectum ſuperſedendi , & impediendi executionem , quæ ceſſat ceſſante cauſa.*

Poteſtas decreti retentionis ſub finibus ſuperſedendi , & impediendi executionem litterarum faciendam includitur non tranſgrediendis , ib.

Mirabilia jura ponderantur in propoſito , ib.

41 *Sententiæ , & decreti fines excedere non licet.*

42 *Sententia , quæ fundatur in cauſa ceſſat ceſſante cauſa.*

43 *Remedia à jure conceſſa ante actum factum ; vel in præparatione ad faciendum , ceſſant poſt illum conſummatum , ſed confugiendum erit ad remedia ordinaria.*

Plura jura ſingulariter , & acutè ponderantur ibid.

Inhibitio etiam Rotalis futura reſpicit , non præterita , & ideo acta geſta ante ejus intimationem non annullat , ib.

44 *Legitimus contradictor admittitur ad impediendam executionem faciendam , non tamen jam factam, & re non integra comparens.*

45 *Facultas à jure conceſſa revocandi , aut impediendi actum , expirat , poſt actum jam conſummatum , & re non integra.*

46 *Leges Regni loquentes de retentione litterarum Apoſtolicarum tractante dumtaxat de illarum executione prohibenda ne fiat , poſt factam tamen nihil ultra diſponunt circa executionis repoſitionem.*

47 *Statutum prohibens aequiſitionem non prohibet adquiſitorum retentionem.*

48 *Statutum loquens contra ingredientem poſſeſſionem non habet locum in retinente.*

49 *Facilius toleratur jus quæſitum , quàm quærendum.*

50 *Facilius impeditur jus competiturum , quàm extinguatur acquiſitum.*

51 *Facilius impeditur introductio , quàm productum in eſſe.*

52 *Multa facienda prohibentur dum ſunt in ſuo creationis principio quæ facta tamen tenent.*

53 *De jure tertii , qui dare nequit , nec probare , ſi tamen jam probavit , auditur.*

54 *Libello generali licèt quis reſpondere non teneatur , ſi jam reſpondit ſibi præjudicat.*

55 *Probatio quæſt. non debuit admitti , admiſſa tamen valet & probat.*

56 *Et ſuum operatur effectum ſi non fuerit impugnata antea per adverſarium.*

57 *Poſt publicationem teſtes non ſunt admittendi , admiſſi tamen parte non impugnante probant.*

58 *Exceptio , quæ non debuit admitti admiſſa tamen nocet.*

59 *Executio litterarum facta ante recurſum poſtulatum , tangi nequit virtute decreti Senatus poſtea orti.*

60 *Excluſus ab agendo , ſeu expediendo , non excluditur à retinendo.*

61 *Si decretum violentiæ fieri quantumvis protervè Judex Eccleſiaſticus noluit adimplere , & reponere , nunquam Senatus per ſe reponit.*

62 *Judice Eccleſiaſtico poſt violentiam notoriam illatam aufugiente , Senatus , qui vim fieri decrevit propria authoritate nunquam reponit.*

63 *Si executor merus intimato proceſſu fulminato non compareat , Senatus nihil agit , executoriales tamen contra inauditum obtentas poſtea retinet , ut denuò audiatur.*

64 *Sequeſtratio non eſt generalis providentia in Bullarum retentione , cum malitæ litteræ retineantur ob damnum Reipublicæ , quæ non reſpiciunt fructus.*

65 *Sequeſtri remedium regulariter non eſt tutum in decreti retentionis executione , quod multoties impugnavit Rota aliàs permittens recurſum ob defenſionem naturalem , vide tamen , num. ſeq.*

66 *Adverſus ſequeſtrum factum per Curiam Regiam in beneficiis Eccleſiaſticis plurimi reclamant Doctores.*

67 *Sequeſtrum appoſitum per Judices laicos non impedire pacificam poſſeſſionem , pluries Rota declaravit.*

69 *Sequeſtrum apponendum per Judices laicos in beneficiorum fructibus prohibet expreſſe Bulla Cœnæ Dom.*

Declaratur tamen quomodo intelligenda ſit , ib.

69 *Fructus beneficii impetrati ab alienigena , atque beneficiorum patrimonalium ſequeſtrantur adepta eorum poſſeſſione ante examen Senatus ob ſpecialiſſimam rationem ex jure Regio.*

70 *Alienigenæ horum Regnorum ſunt inhabiles , & penitùs incapaces beneficiorum in eiſdem.*

Quod & procedit reſpectu impetrantium beneficia patronatus Regii , & laicorum ac patrimonialia , cùm pariter ipſo facto ſint extranei , & naturaliter privati , ib.

71 *Ob ſcandalum vitandum cogitur quis beneficio obtento cedere.*

72 *Leges Regias permittentes ſequeſtrum aliquibus caſibus ſpecialibus facta executione litterarum ante examen Senatus , in cæteris videntur denegare.*

73 *Argumentum de ſpeciali validum eſt in jure.*

74 *Licentia obtenta ad faciendum porrigitur ad jam factum , ubi actus dependet à poteſtate , & voluntate concedentis.*

75 *Verba futuri temporis in actibus dependentibus à voluntate , & conſenſu diſponentis reſolvuntur in tempus præſens.*

76 *De-*

76 *Dependentia à voluntate alicujus recipiunt interpretationem extensivam, etiam ad ea quæ alias illegitima judicarentur.*

77 *Retentionis remedium est limitandum ad confines impediendi executionem, & ad hunc finem inventum dumtaxat, ultra quos cessat potestas.*

78 *In omni actu humano duo copulativè requiruntur, potestas, & voluntas, altero deficiente actus corruit.*

79 *Permittens aliquid fieri denuò, videtur confirmare jam factum, nisi alia ratio in contrarium suadeat.*

80 *Naturæ recursus retentionis repugnat infringere executionem jam factam.*

81 *Sequestrum licèt per Senatum fiat in fructibus beneficii pro executione sui decreti retentionis litterarum jam executioni datarum, non adhuc ex eo integrè satisfit vi oppresso, nec fini recursus.*

Falsa sunt abjicienda remedia, quæ veris sunt periculis graviora, ibidem.

82 *Si non potest juvari alteri, nisi lædatur alius, commodius est neutrum juvari.*

83 *Fraudibus obviandum quando potest, si principaliter fiant, non quando secundario, & in potentiam consequutivam.*

84 *Pendente recursu retentionis in Senatu, si impétrans exequatur litteras, rectè Senatus reponit hoc attentatum violentum, & de ratione.*

Executor postquam rescripsit ad Papam de inconvenientiis litterarum, debet supersedere in executione, & expectare responsum suæ consultationis, ibid.

85 *De facto rei spiritualis incidenter cognoscit Judex laicus.*

86 *De causa possessoria beneficiali cognoscunt Tribunalia Regia in Hispania juxta receptiorem opinionem, & consuetudinem.*

87 *Audaciam, & irreverentiam Judicis Ecclesiastici Senatui reservata est authoritas vindicandi.*

Facultas ad supersedendum in executione habet locum in executione jam facta, nulliter tamen, & attente, ib.

88 *Litteræ Apostolicæ originales de necessitate præsentandæ sunt judici Delegato, aliàs non adquirit exercitium jurisdictionis delegatæ.*

89 *Efficax, salubre, & legitimum remedium consideravit Author, quo per indirectum possit consequi executio decreti retentionis, etiam facta executione litterarum ante recursum ad Senatum, & seq.*

90 *Decreto obtento retentionis à Senatu post factam litterarum executionem compareat pars coram executore, & deducat causam eandem qua retinere mandatur, & petat repositionem, & à non facta per executorem appellet, & querela violentiæ pro delatione, & repositione utatur in Senatu.*

91 *Facta repositione executionis litterarum virtute decreti violentiæ Senatus, res redditur integra, & consideratur, ac si litteræ executæ non fuissent.*

92 *Repositione facta per executorem virtute decreti violentiæ, intrat executio decreti retentionis post executionem litterarum obtenti.*

93 *Causæ omnes illæ quæ legitimæ sunt ad retentionem litterarum Apostol. arctant executorem supersedere in earum executione.*

94 *Verba textus in cap. si quando, de rescriptis, & cap. cum teneamur, de præbendis subtiliter ponderata.*

95 *Nullitas nulla major in jure defectu potestatis.*

96 *Executor licèt nequeat labefactare sententiam superioris, ubi tamen adest nullitas notoria tenetur supersedere.*

97 *A Judice procedente quando supersedere tenetur legitimè appellatur, & vim facere decernit Senatus.*

98 *Gesta per Judicem tempore, quo debet conquiescere sunt nulla ipso jure.*

99 *A sententia nulla appellatio etiam in judiciis, sui natura in appellabilibus licita, & deferendum.*

100 *Ab executore carente potestate licita est appellatio suspensiva.*

101 *Executore nulliter procedente ad petitionem contradictoris legitimi comparentis omnia reponuntur in pristinum statum ante omnia.*

102 *Per repositionem executionis litterarum virtute decreti violentiæ, possessio capta reducitur ad non possessionem, & omnia ad priorem statum quo erant ante earum executionem.*

103 *Facta litterarum executionis repositione virtute decreti violentiæ rectè intrat executio decreti retentionis litterarum post eam obtenti, cum sit sublatum impedimentum.*

104 *Res, quæ semel prohibitionem evasit, semper remanet libera.*

105 *De variis effectibus rei redactæ ad priorem statum, & naturam, remissivè.*

106 *In condemnatum ad rei restitutionem, qua fuerat per tertium spoliatus, contra quem in spolio obtinuit primam restitutionis sententiam, statim victor prior in eum suam exequitur.*

107 *In condemnatum ad rei restitutionem quam minimè possidebat tempore litis motæ, eo ipso quòd cœperit possidere, fit executio absque novo processu.*

108 *Circa contradictores legitimos comparentes executione peracta, & re non integra plura noviter considerantur alibi non reperienda, & sequent.*

109 *Contradictor possidens quandocumque comparens reponere facit ante omnia gesta per executorem ipso non citato.*

110 *Immissio vireute grà iæ Apostolicæ si ad instar, l. fin. C. de edicto Divi Adrian. & juxta hujus Regulas tractanda. n. 142.*

111 *Litteræ ad beneficium horum Regnorum impetratæ per alienigenam inhabilem, incapacem, & earum executio sunt nullæ ipso jure.*

112 *Executio facta virtute litterarum Apostolicarum obtentarum per alienigenam statim reponenda per executorem, quandocumque comparet Fiscalis Regius, alterve naturalis.*

Cujus possessio est improba, & vitiosa, non manutenibilis, ut contra jus, & formam statuti, ib.

113 *Per executionem præcedentem nulliter factam res non definit esse integra.*

Et quoad omnes juris effectus non definit esse integra, ib.

114 *Per actum nullum non perpetuatur jurisdictio, non fit litis pendentia, non interrumpitur præscriptio, non expirat potestas, & similia remissive.*

115 *Impedimentum non præstat, quòd de jure non fortitur.*

116 *Exceptio dilatoria si est talis naturæ, ut reddat processum retrò nullum, etiam post litem contestatam admitti ur.*

Sententia vulnerans inſtrumentum executivum ſi eſt nulla, executionem ejus non impedit, ib.

117 *Proviſio beneficii patrimonialis per filium non patrimonialem obtenta eſt nulla ipſo jure.*

118 *Naturalis horum Regnorum quilibet legitimus contradictor ad ſe opponendum executioni litterarum obtentarum per alienigenam.*

Et filii patrimoniales reſpectu beneficiorum patrimonialium ib. & n. 120.

119 *Pro præeminentiæ Regis defenſione quilibet vaſſallus eſt legitima perſona, & contradictor.*

120 *Privilegium datum loco, aut Provinciæ, perſonis ejuſdem Provinciæ datum intelligitur.*

121 *Privilegium conceſſum patriæ cuilibet patriæ ex eo jus competit.*

122 *Pro præjudicio publicæ utilitatis cuilibet de populo actio popularis eſt adſcripta.*

123 *Fiſcalis Regius in iis quæ tangunt publicum Regis, aut Regni præjudicium, legitimus eſt contradictor.*

124 *Patronatus laicus ſemper eſt legitimus contradictor ad impediendam executionem beneficii impetrati, abſque ſui conſenſu.*

125 *Executio in poſſeſſione beneficii juris patronatus nequit fieri, quin inferat præjudicium poſſeſſioni patroni obtenta à ſe non præſentato.*

126 *Accedenti patroni contradictione litteræ Apoſtolic. collatio, & executio reſolvuntur ipſo jure, obtenta ſine ſui conſenſu.*

127 *Per actus reſolutionem res retrotrahitur ad priorem ſtatum, ac ſi geſtus non fuiſſet.*

Dominium tranſlatum ſuſpenſive reſoluto contractu redit ad ſua principia attractiva cum omnibus ſuis qualitatibus, ib.

Poſſeſſio data hæredi ab inteſtato reperto poſtmodum teſtamento dicitur improba, & non manutenibilis, ib.

128 *Poſſeſſio, quæ ex aliquo accidenti reſoluta fuit, redditur infecta, quæ non prodeſt, nec ad manutentionem.*

129 & 130. *Comparens poſt immiſſionem non poſſidens quando dicatur legitimus contradictor.*

131 *Contradictor, qui nec poſſidet, nec allegat cauſam reſolutivam præcedentis executionis jam peractæ, non auditur in ejus repoſſeſſione.*

132 *De immiſſione faciendâ vigore litterarum Apoſtolicarum ad immiſſionem*, ex l. fin. C. de edicto Divi Adriani toll. *rectè argumentatur.*

133 *Patronus laicus non citatus ad executionem litterarum Apoſtolicarum, quandocumque comparuerit dicitur legitimus contradictor, tam reſpectu poſſeſſionis ſui juris patronatus, quàm effectu reſolutæ collationis, & poſſeſſionis per ſuam contradictionem.*

134 *Satisfit Rotæ deciſioni inſinuanti ob comparitionem patroni peracta executione non cauſari attentatum.*

135 *Praxis ponitur quemadmodum conſequenda erit repoſitio executionis litterarum peractæ ante recurſum retentionis intentatum, ut fieri queat executio decreti retentionis poſtea obtenti.*

136 *Decretum retentionis præſentatum coram executore litterarum rectè probat cauſam legitimam, qua contradictor petit repoſitionem executionis litterarum ante recurſum peractæ.*

137 *Acta geſta per Judicem ſecularem in articulo ſibi pertinente fidem faciunt coram Eccleſiaſtico ſicut è contra.*

138 *Super facto matrimonii quæſtio incidens coram ſæculari declarante nunquam eſſe matrimonium contractum obſtat rei judicatæ exceptio poſtea in quæſtione legitimitatis coram Eccleſiaſtico mota.*

139 *Acta facta in judicio ſæculari ob bonum publicum faciunt fidem coram Eccleſiaſtico, ne judicio illuſoria reddantur.*

140 *Retentionis litterarum Regalia pertinet Regi, & cognitio de jure, conſuetudine immemoriali, cui Pontifex detrahere non intendit.*

141 *Si Summus Pontifex tantam fidem adhibet relationi Senatûs ſuper legitimitate cauſæ ſuſpendendarum litterarum, multò magis executor.*

142 *Facta jam executione litterarum utilius erit ante recurſum retentionis intentandum comparere coram executore allegando exceptiones, & petendo repoſitionem, & à negata appellare, & in Senatu uti utroque remedio, & retentionis, & in vim fieri, ut reponat.*

143 *Cautela traditur, ut dato in Senatu violentiæ decreto ſolùm iſtud intimetur Judici, ut reponat proceſſu remanente in Senatu, ut poſtea fiat retentionis executio.*

144 *Quod fallit mortuo, vel longè abſente ipſo executore, & ſit neceſſe recurrere ad executorem ſuperſtitem pro repoſitione faciendâ, ad quem litteræ ſunt remittendæ.*

MIrabilem hanc quæſtionem (cùm grandis ſit, & frequens difficultas ejus) omnes penitùs Scriptores omiſerunt, † cujus reſolutionem ſublimiora doctiſſimorum Senatorum, & Advocatorum fœcundiſſima ingenia in dies torquere videmus, apud neminem tamen (cùm eorum plurimos conſuluiſſem) veram potui reperire, varii varia trepidè ſectantes, cunctì merito perplexi difficultatibus nodati; quapropter cum ſummi ponderis ſit, habeatque utraque ejus negativa, & affirmativa pars validiſſima fundamenta, accuratè, & attentè nobis tractanda, diſputanda, & reſolvenda commendatur. 2

Et pro affirmativa, poſſe nempè hoc retentionis remedium intentari poſt factam Bullarum executionem, atque † decretum (quo eas retineri mandat Senatus) exequi eo modo quo commodius poſſit, ut effectum ſortiatur: probatur primò, quoniam licèt hoc remedium retentionis ſit tantùm inventum ad impediendam executionem litterarum faciendam in detrimentum publicæ utilitatis, & ſic in futurum diſponat, & operetur, eademque uniformitate expediatur à Senatu decretum *Retinenſe eſtas Bullas en el Conſejo, para que no ſe uſe dellas, y ſe ſuplique à ſu Santidad*; &c. Cujus tenor revera futurum tempus, actumque imperfectum, & nondum conſummatum reſpiciat, & ſuum effectum in futurum dirigat ad finem dumtaxat obviandi, & reſiſtendi executioni faciendæ: nihilominùs tamen ſortiri effectum debet in executione antea facta; multi etenim in jure caſus, & doctrinæ reperiuntur, quibus diſpoſitio ad aliquid † faciendum, & ſic in futurum ordinata, idem operetur & extendatur ad jam factum; ad hoc eſt textus capitalis *in l. ſi quis filio, §. irritum, ff. de injuſto rupto*, ibi: *Numquid & ſi quod antea habuit factum teſtamentum, ſi ei permiſſum ſit teſtari, valeat, an verò pœna irritum factum, reficiendum*

dum est? Et si militari jure ei testandum sit, dubitari non oportet, quin si voluit id valere, fecisse id credatur, &c. Ex quo textu deducunt plures Doctores, quòd si à Summo Pontifice Cardinalis, Episcopus, aut alius Prælatus, seu Clericus (in
4 partibus † ubi non viget consuetudo, ut Clericus testetur de fructibus & adquisitis intuitu Ecclesiæ, & beneficii prout ista adest in Hispania) obtineat licentiam ad testamentum faciendum de hujusmodi fructibus, trahitur etiam hæc licentia ad testamentum jam factum, Bald. *in l. certum*, *col.* 10. *C. unde cognati*, ubi Paulus & Castro, *& in l. & militibus*, ubi Alexander, *C. de testamento militis*, Azeved. *in l.* 3. *tit.* 8. *num.* 7. *lib.* 5. *Recopil.* Mieres *de majorat*, 4. *part. quæst.* 2. *num.* 78. *& num.* 84. & Narbona *in l.* 10. *glossa* 3. *num.* 19. *lib.* 1. *tit.* 6. *Recopilat. tom.* 3. in addition. *fol.* 59. ubi meritò contra Hieronymum Gonzalez *in regul.* 8. *Cancellariæ*, *glossa* 47. *numer.* 48. cum Caputaquens. Jasson. Marsil. & aliis contrarium minùs rectè tenentem, & hanc probant Paulus Castrensis *in l. jam factum*, *ff. de conditionib. & demonstrat.* Jasson. *in authent. ingressi*, *numer.* 11. *C. de sacrosanctis Ecclesiis*, Gozadin. *consil.* 41. *num.* 3. alii, quos citat Hieronymus Gabriel. *in consil.* 158. *numer.* 7. (ubi egregiè limitat) latiùs tractat Simon de Pretis, *lib.* 2. *ultimarum voluntat. solution.* 4. *numer.* 42. *cum seq. fol.* 85. Petrus Camba. *in tractatu de officio legati lib.* 1. *num.* 257. *cum multis seq. & num.* 283. *pagin.* 312. Mandos. *in tractatu de signat. gratiæ*, *cap. de licentia testandi*, *versic. Occurrit dubium*, *col.* 1. *fol.* 116.

Idem de licentia concessa Monacho ad testan-
5 dum, † ut porrigatur ad testamentum jam factum, voluerunt Bald. *in l. fi. C. unde legitimi*, *& in authentic. nisi regati*, *C. ad Trebellianum*; *& in l. si quando*, *C. de inofficioso testam.* Ludovis. Gozadin. *in cons.* 41. *num.* 3. & de licentia ad testandum, ut prosit, & producatur ad jam conditum testamentum, Francisc. Marc. *decis.* 114. Riccius *in practic. aurea*, *resolut.* 294. *n.* 2.

6 Unde fit, quòd si Princeps alicui licentiam † induserit ad ædificandum molendinum, porrigitur dicta licentia ad molendinum illicitè antea jam factum, docent Paulus Castrensis *in dict. l. si quis stio*, *§. irritum*, *num.* 5. per text. ibi: *ff. de injusto rupto*, *& in dict. l. jam facta*, *ff. de condition. & demonstrat. & in l. & militibus*, *C. de testamento militis*, Jaff. *in l. quominus*, *nu.* 127. *& seq.* ubi alia adducit, *ff. de fluminibus*, Hippolytus de Marsill. *in repetition. rubric. de fidejussorib. nu.* 82. Joannes Falcon. *in reg.* 830. *numer.* 7. Cuttius Junior. *consil.* 103. *numer.* 7. *lib.* 1. Bocr. *decis.* 264. *num.* 27. Chassaneus *in consuetud. Burgund. rub.* 13. *§.* 9. *pag.* 1492. Flaminius Paris. *de resignat. benefic. lib.* 11. *tom.* 2. *quæst.* 7. *nu.* 90. Narbona *in l.* 10. *gloss.* 3. *n.* 19. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recopil. part.* 3. Mieres *de majoratu* 4. *part. quæst.* 2. *n.* 77. Petr. Surd. *consil.* 351. *numer.* 48. *vol.* 3. *& consil.* 462. *à numer.*
7 21. *cum seq.* quod procedere † dicit sive Princeps sciat, sive ignoret jam esse factum dictum testamentum.

8 Ex qua etiam doctrina infert, ⊤ & probat Bartholom. Socin. *in consil.* 260. *in carta*, *col.* 2. *versic. Secundò principaliter*, quod consensus Regis, ut quis possit habere in Regno beneficium, habet locum in beneficio jam habito & obtento ante consensus impetrationem, ac si à principio emanasset, & fuisset præstitus, citat Rebuffus *in tractat. de pacific. possessor. num.* 266. *pag.* 312. & Mieres *de majorat. dict.* 4. *part. q.* 2. *sub num.* 78.

Cui doctrinæ benè consonat alia tradita † ab 9
Alphonso Azeved. *in l.* 3. *tit.* 7. *à numer.* 7. *lib.* 5. *Recopil.* post Paulum de Castro *in dict. l. & militibus* Narbona ubi proxime, *num.* 21. & cum Joanne de Imola *in cap. non potest.* 21. *§. illud de præbendis*, *lib.* 6. Riccius *in practica aurea*, *resolut.* 294. per totam, quòd licentia Pontificis, & dispensatio ad obtinendum duo, vel tria beneficia incompatibilia, potest dispensatus ejus virtute & obtenta jam retinere; quia sicut potest assequi in posterum de novo, ita jam assequutum retinere; quia cui permittitur aliquid de novo facere, multò fortiùs jam factum consummare, licèt multum huic doctrinæ obviare videatur text. *in dict. cap. non oportet* 21. *de præbendis*, *lib.* 6. quam altius *infra* 3. *part. hujus tractatus* examinabimus.

Conducit etiam doctrina Hippolyti de Marsil. *de fidejussoribus*, *n.* 84. per Cinum, Angelum, & alios, † & notatur *in Clementina* 1. *de elect. eff.* 10
prabend. Quòd si Papa mandat alicui provideri in certo loco, seu Ecclesia de prima vacatura, quòd poterit illi provideri de illa, quæ vacabat ante concessionem Pontificalem, saltim si Papa ignorabat illam vacare, ubi *vide n.* 82. de aliis plurimis exemplaribus videndus.

His non absimilis est, quòd legatum seu anni- 11
versarium pro dotandis † virginibus consanguineis testatoris ⊤ vel aliis intelligitur etiam in jam nupta, quæ similiter capit legatum dotis, ita post Bart. Palacium Rubeum, Peraltam, Petrum Surdum, Covarruv. Mantic. Grassum, Spinum, Flores de Mena, Gammam, Azevedum, & alios plures resolvit Castillo *controv. tom.* 5. *c.* 9. *à num.* 92. ubi per eosdem Doctores, *nu.* 33. *& seq.* Secùs dicit procedere; † quando dispositio dicat pro virginibus, aut 12
consanguineis maritandis, vulgò, *para que se casen parientes del linnage*, quia tunc non intelligitur de jam nuptis; latè ibi probant rationem differentiæ.

Ex quo fonte etiam fuit illa magis † recepta, 13
& verior opinio, quæ habet, quòd licentia obtenta à domino feudi, seu emphyteusis per feudatarium & emphyteutam ad rem alienandam, comprehendat; non solùm alienationem faciendam; sed etiam jam factam ante datam licentiam. Paulus Castrensis *consil.* 32. incipit *circa primum*, *n.* 1. *p.* 2. & ex Natta, Zazio, Capicio, Craveta, Menochio, & fere aliis innumerabilibus Doctoribus, tenet Petrus Surdus *cons.* 158. *à n.* 46. *cum seq.* quidquid in contrarium voluerint Alexander, Ruinus, & alii à Surdo citati ibidem *n.* 5. Cardin. Tusch. *practicar. conclus. lit. C. conclus.* 755. *nu.* 28. Narbona *in l.* 10. *glos.* 3. *sub numer.* 27. *ad fin. lib.* 1. *tit.* 6. *Recopil. in* 3. *tom.* qui etiam *num.* 25. post Surdum *consil.* 452. *nu.* 23. *vol.* 4. dicit, quòd constituens procuratorem ad contrahendum † matri- 14
monium, videtur consentire, & ratificare jam factum.

Igitur ex tot & mirabilibus doctrinis manifestè apparere videtur, † quod licèt finis hujus 15
Regaliæ retentionis litterarum tendat, & sit dumtaxat inventus ad impediendam executionem litterarum Apostolicarum, ne fiat in detrimentum Reipublicæ Ecclesiasticæ spiritualis, aut temporalis, illasque interim in Senatu retinendi, ne illis impetrans utatur, ad effectum supplicandi Sanctissimum: tamen eo posse uti remedio in jam executis, & decretum ita pariter exe-

exequendum in illis, ita ut per Senatum directè, & immediatè fiat executionis & possessionis repositio.

16 Secundò & pro hac parte facit, † quia licèt dictum decretum respiciat executionem litterarum faciendam, quod licet directè in jam facta & consummata exequi non posset juxta litteralem, & visibilem tenorem, de quo suprà, quia deficit sub-
17 jectum habile; super quo disponit; tamen exequi † debet eo modo, quo possit, ut indemnitas vi oppressi consequatur, ista est pulchra doctrina Angeli Aretin. *in conf.* 136. *in themate, n.* 3. *& per totum consil.* dùm docet, quòd si sententia, qua condemnatur Titius ad conservandum indemnem Caium ab ipsius obligatione, si obligatio Caii fuit jam extincta, quia fuit tanquàm fidejussor compulsus solvere, debet ex ipsa sententia relaxari indemnis eo modo, quo potest, ut solutum sibi restituat, licèt sententia dicat relaxandum ab obligatione, quæ virtualiter comprehendit etiam à solutione facta vigore dictæ obligationis, post quem & Baldum, Roman. Felinum, Abbat. Angelum, Cardin. Tuschum, & alios latiùs probavimus *in commentariis de Regia protect.* 4. *par. cap.* 12. *& num.* 90.

18 Quo loco *à n.* 88. probavimus, † quòd si sit impossibile, quod sententia exequatur directè in eo, quo signanter & nominatim disponit, putat, quia res abiit, vel aliter defecit; fit ejus executio in eo quo possit, scilicèt in æstimatione, per text. *in l. qui restituere, ff. de rei vendicat. l. Ju-*
19 *lianus, ff. de confessis, & in l. si longis, C. de executione rei judicat.* Et *n.* 92. quòd quando secundùm † verba sententiæ non possit fieri executio, fit eo modo, quo melius possit, ut de condemnato ad tradendum instrumentum obligationis, quod non apparet, vel ruptum fuit, colligitur per eandem sententiam liberare victorem, ubi latiùs prosequimur; ergo licèt decretum Senatus (*que se retinen estas Bullas para que no se use dellas*) non possit immediatè, & directe & juxtà suam strictam, & rigorosam significationem exequi in litteris jam executis; debet tamen exequi eo modo, quo melius possit indemnitas vi oppressi consequi, ut suum possit sortiri effectum, & salubrem fidem decretum præfactum.

20 Modus autem ille forsan erit, † quem tradunt plures Doctores, dum asserunt, posse Principem temporalem pro bono pacis reducere ad manus suas beneficia vacantia, & in eisdem apponere œconomum pro custodia fructuum, ne dissipentur, & subripiantur, ut noviter provisi restituantur, & conserventur, neque in apprehensione possessionis beneficiorum rixæ exoriantur, & inde tumultus, & scandala, ad *l. æquissimum, ff. de usufructu*, junda, *Authentic. ut determinatas* 4. *numerus Clericorum in §. fin. in fin.* ubi Imperator pro bono, & utilitate Ecclesiæ dat formam œconomo, qualiter procedere debet in administratione rerum Ecclesiæ; Franciscus Mercus *quæst.* 352. *& tribus sequent. lib.* 2. *& decis.* 44. *eod. libro.* Benedictus *in cap. Rainuntius, verbo, Et uxorem, decis.* 2. Bossius *in tit. de Principe, num.* 212. citant Felinum *in c.* 3. *de præscriptionibus*, & servari in Gallia testatur Rebuffus *in concordatis Franciæ, tit. de regularibus ad prælatur. non facien. super glossf. verbo, In manibus nostris*, in principio, & *versic. Et hodie nimis, & versic. seq.* & post alios hanc praxim & consuetudinem Franciæ exactè pluribus applicatis fundamentis adducit Antonius Thesaurus *decis.* 131. per totam, & ejus Additionator & filius Thesaurus, latè Borellus *de præstantia Regis Catholici, cap.* 50. & per ipsum Thesaurum Grassis *de effectibus Clericatus, effectu* 1. *numer.* 397. per quem etiam Cancerius *variar. resol. lib.* 3. *cap.* 14. *numer.* 8. *ad fin.* ultra quos & per Cancer. loco citat. *numer.* 8. & 10. & per Fontanel. *de pact. nuptialib. claus.* 7. *glos.* 3. *p.* 10. *numer.* 48. tomo poster. idem tenet Ludovis. Post. *in tract. de manut. observ.* 6. *num.* 28. & videnda est in proposito lex partitæ expressè de hac bonorum Ecclesiæ vacantis custodia apud Regem disponens, aliique Doctores, & jura suprà hoc 1. *part. cap.* 1. *à numer.* 117. qui omnes hanc veram probant conclusionem, ut Princeps ad quem ut recursus pro tollenda violencia, possit pro scandalo vitando, & ne rixæ oriantur, reducere ad manus suas fructus beneficiorum, & cætera bona Ecclesiastica in casu timoris scandali, aut seditionis, & tumultus. Ergo ad tollenda scandala orta ex hac executione litterarum jam facta, ubi justa causa retentionis, & suspensionis à Senatu reperta est, post ejusdem examen & cognitionem, fieri executionem decreti Senatus hoc modo posse videtur, cùm aliter exequi jam nequeat.

Et quod fortius est, ad hoc ipsum in terminis 21
reperio † duas leges Regni nempè *l.* 18. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat.* ubi loquendo de incapacitate alienigenæ horum Regnorum in obtinendis beneficiis eorum, & pensione, neque naturales consentiant illius constitutioni, nec redemptioni ejusdem, ita prosequitur. Y los frutos de los tales beneficios Ecclesiasticos en que assi consintieren pension à estrangeros, sean sequestrados, y no les acudan con ellos, ni con las dichas pensiones, ò pension, y se apliquen para los gastos de la guerra, que contra los Moros enemigos de nuestra santa Fè Catolica se continuo tenemos.

22 Et magis ad propositum † conducit *l.* 21. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat.* ubi loquendo de præservanda consuetudine, & indultis Apostolicis in provisione beneficiorum patrimonialium diœcesis Burgensis, Palentiæ, &c. prohibendo impetrationes, & quod examinentur, & præsententur in Consilio supremo, & ab illorum litteris Apostolicis supplicetur, & quod eisdem non utantur impetrantes, ita postmodum loquitur: Ni por virtud de las provisiones sean osados ellos, ni otros por ellos, de las intimar, ni usar dellas, ni tomen ni aprehendan possession de los dichos Beneficios patrimoniales, ni de alguno dellos, ni de citar, ni molestar sobre ello en nuestros Reinos, ni fuera dellos à los hijos patrimoniales de las dichas Iglesias, &c. Hasta que como dicho es, las dichas Bullas y letras Apostolicas sean vistas por los de nuestro Consejo, y se les de licentia para que usen dellas, so pena de que qualquier persona, o personas que contra lon contenido en las dichas Bullas y privilegios Apostolicos, y contra lo aqui dispuesto fueren o passaren en qualquiera manera, &c. Y si fueren Ecclesiasticos, por el mismo echo avan perdido, y pierdan la naturaleza, y temporalidades, que tuvieren en ellos nuestros Reinos, y sean avidos por agenos y estraños dellos, y como à tales sean secrestados los frutos, y otros qualesquiera beneficios que tengan en ellos nuestros Reinos, &c.

Esto

Ecce text. expreſſum diſponentem, quod ſi aliquis ante recurſum * ad Senatum apprehendat
23 poſſeſſionem, ubi locus ſit Bullarum retentioni, beneficiorum * fructus ſequeſtrantur; prout & Nos etiam agnovimus in locis ſtatim citandis, admiſimus in cunctis caſibus, in quibus decretum retentionis latum fuit poſt executionem litterarum, & quibus congruè adaptari poteſt ſequeſtrum, quæ quidem leges benè applicantur huic quæſtioni, & illius difficultatem abſolvere videntur circa decreti executionem prolati, litteris Apoſtolicis jam executis.

Quarum legum diſpoſitionem pariter ſubintelligendam eſſe in impetrantibus beneficia patronatus Regii ac laicorum, abundè probavimus infrà hoc *c.* §. *unico*, *à numero* 90. *cum multis ſeq.* & obiter hoc eodem *cap. à num.* 66. *ex l.* 25. *l. tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil.* verùm etiam in pluribus aliis caſibus ex eadem *l.* 25. prout ibidem, & infrà hoc *cap. à num.* 64. *cum multis ſeqq.* clarè oſtenditur.

Tertio pro hac parte facit, quod omnia jura
24 clamant, actus & ſententias * non debere eſſe truſtratorias, prout fierent cognitio iſta retentionis; & decretum Senatus, ſi ob fraudem, malitiam, & nimiam impetrantis contra jus Regni, vel Regis aut aliter in damnum publicæ utilitatis feſtinationem cautelosè, & occultè exequi facit ſuas litteras, cui fraudi occurrere, publicæ convenit, & privatæ utilitati, Riminald. Junior. *conſ.* 355. *num.* 30. *&* 32. *& conſ.* 183. *nu.* 26 *& conſ.* 766. *num.* 6. *& inſtitut. quibus alienar. in princ. num.* 473. Giurba *deciſ.* 36. *n.* 6. ubi alia.

Poſſet enim contingere, ſi hæc ſecuritas im-
25 petrandi malitioſo daretur, * & hæc via aperiretur illi, ut poſt executionem recurſus ad Regem maneret truſtratorius, & ſine effectu aliquid in contrarium operandi, & quod etiam pendente ipſo recurſu, & examine ſuper legitima cauſa retentionis litterarum (licet originales ſint apud Senatum) quod copiæ virtute apprehendatur poſſeſſio, aut aliter exequantur ipſæ litteræ in Reipublicæ detrimentum, & ſcandalum juxta diverſorum caſuum occurrentiam, ſi tutus eſſet impetrans, quod ipſis ſemel executis extingueretur poteſtas Regiis in maximam illius irreverentiam, & Senatus, ac in dedecus & præjudicium publicæ utilitatis, & in illuſionem decreti, quod equidem opponeretur ex diametro fini principali recurſus, & juſtæ regis intentioni, & fraude ſua patrocinaretur impetrans contra *c. dictum* 30. *q.* 1. *c. tuæ* 12. *de Clericis non reſiden. cap. Sedes. cap. ex parte de reſcriptis*, *cap.* 2. *de cognat. ſpiritual. c.* 1. *de colluſione detegend. cap. tuus de uſuris*, *l. itaque fullo*, *ff. de furtis*, cum aliis.

26 Fraudibus enim via aperienda * non eſt, *l. in fundo*, *ff. de rei vendicatione*, *l. cum ii*, §. *ſi cum lis*, *ff. de tranſaction. l. qui ſub prætextu*, *C. de Sacroſanct. Eccleſ. cap. porro de diſ ortiis*, *clementin.* 1. *de uſuris*, §. *de conceſſion. prœbendæ*, Lapus *allegat.* 53. *num.* 2. *in principio*, Calderinus *conſil.* 294. *verſic. Idem ſi contrarium aliàs* 2. *de rerum permutat.* Butrius *conſil.* 5. *num.* 2. *& conſil.* 42. *num.* 2. Alexander *conſil.* 2. *num.* 17. *verſic. Non obſtat*, *lib.* 1. Craveta *conſil.* 764. *num.* 3. *&* 4. ubi quod ut occurratur fraudibus, jus ad-
27 mittitur * latam interpretationem, & facit diſpoſitionem favorabilem, Petrus Ancharanus *conſil.* 99. *egregie ac venerabilis*; ubi quod fraudibus occur-
28 rendum eſt, & quod dicitur fieri fraus, * quotics conſtituto, & lex per indirectum, & cautelam redeatur eluſoria, ſequitur Auguſtinus Barboſ. *axiomat.* 402. *num.* 4. *&* 5. ubi quod nedum via non eſt * aperienda fraudibus, ſed illis nervo- 29
sè occurrendum, ut probat Decianus *conſil.* 4. *n.* 33. *lib.* 1. Cardin. Tuſchus *practican. concluſ. tom.* 4. *litt. F. concluſ.* 475. *per totam*, & Marius Antonius *variarum reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 50. *n.* 31. *& reſolut* 62. *n.* 5. Igitur ne illuſorium remaneat hoc ſalubre remedium, neque occaſio detur impetrantibus fraudulentis; exequi debet decretum Senatus, licèt non poſſit directè, ſaltim eo modo, quo melius poſſit ſcilicet per ſequeſtrationem fructuum, ut dictum eſt 2. *fundamento à n.* 16. *& ſequentibus*; ne in poſterum ampliùs * in- 30
ſiſtat poſſeſſioni contra verba decreti: *Retienen ſe eſtas Bullas en el Conſejo*, *para que no ſe uſe dellas.* Satis enim utitur quotidie illis, quarum virtute inſiſtit poſſeſſioni, quæ cum habeat tractum ſucceſſivum, eò quòd in animo conſiſtit * 31
& retinetur, *l.* 3. §. *in amittenda*, *ff. de acquirenda poſſeſſio. l. donatarum* 3. *C. de adquir. & retinenda poſſeſſio.* cum ſimilibus. Ea enim quæ in animo conſiſtunt, tractum ſucceſſivum habere dicuntur, & continuum, ad notata *in l.* 3. §. *& harum ff. ſi ſervitus vindicetur.* Peregrinus *tractatus varii*, §. 1. *num.* 69. animus enim habet tractum ſucceſſivum, & cauſam continuam, Bartol. *in l. via*, §. 1. *de publicanis*, *& in l. non eſt juſto*, *non mutat*, *ff. de uſucapionib.* Bald. *conſil.* 439. *n.* 2. *vo.* 3. Marius Giurba *conſ.* 59. *num.* 42. Idcirco denuo quotidie operatur, & noviter quotidie gravat, juxta quæ Nos ampliſſimè diximus *in tractatu de Regia protectione* 2. *part. capite* 4. *numero* 228. 229. *&* 237. quæ rectè conducunt, hæc ſunt fundamenta quæ illam partem affirmativam viriliter tenent, alia plura, reducibilia tamen ad relata, ex propoſito omiſimus.

Quibus tamen minimè * obſtantibus contraria 32
opinio, & verior de jure mihi videtur, & nervosè defendenda (non dubitamus de remedio retentionis proponendo, & proſequendo, quantumvis litteræ ſint exequutæ ex dicendis, *à num.* 89. ſed dumtaxat de decreti executione per Senatus repoſitionem immediatam (ut ſcilicet regulariter decretum Senatus in recurſu retentionis Bullarum latum exequi directè nequeat, quando eo quis uſus eſt oppreſſus poſt peractam executionem earumdem, ita ut decreti * Senatus excutio 33
directè tendat ad repoſitionem præcedentis executionis litterarum, cum ejus verba tendant in futurum, & ſtatutum loquens de futuro ſimiliter confert effectum ad tempus futurum Marta *de juriſdict. caſu* 15. *numero* 9. Et quia qualitas * adjecta 34
verbo vel participio reſtringitur, & limitatur ad tempus verbi vel participii, nec ante habere locum poteſt, quàm diſpoſitio verbi locum habeat; ut latè proſequitur Caſtill. *in controverſ. tom.* 5. *cap.* 90. *à numero* 23. *à princip.* Barboſ. etiam *axiom.* 196. Nec etiam hoc conſequi poteſt per ſequeſtrationem fructuum, aut poſſeſſionis (generaliter loquendo) ad quod moveor ex inevitabilibus fundamentis inferendis.

Primò, quoniam hoc genus Regaliæ, & cog-
nitionis certis * finibus concluditur, & eſt om- 35
nino limitatum, ad illumque finem dumtaxat tendit; atque fuit inventum, ut impediat executionem litterarum faciendam (juſta cauſa accedente) non enim ultra progreditur hoc remedium retentionis.

Omnia enim jura Canonica, * & Civilia 36
(à quibus ſumimus fundamentum ad hujuſmodi exe-

executionis litterarum suspensionem faciendam ad effectum supplicandi, & rescribendi Pontifici) disponunt tantummodo, hocque remedio uti patiuntur ante litterarum factam executionem; nullibi etenim legimus, hoc remedium, & facultatem permissam fuisse executione jam peracta, ut clarè ostenditur *in cap. si quando de rescriptis, cap. cum teneamur de prœbendis, auth. de mandat. Principum*, §. *unde competens, auth. ut nulli judicum*, §. *& hoc verò l.* 29. *cum seq. tit.* 18. *part.* 3. & alia jura, & Doctores citati hac 1. *part. cap.* 3. quibus quidem manifestè supponitur, hoc excludi remedium re non integra, & executione peracta.

37 Repugnat enim naturæ ipsius, * cum detur ad superfedendum, nec ultra, quàm executione non facta verificari potest, facta quippè executione, cùm non subsistat subjectum habile, facultatem & extraordinarium remedium hoc expirare non est dubium, ut deinceps ad ordinarium confugere valeat gravatus. Ad quod plura urgent fundamenta, & singulares Rotæ decisiones.

Et cum in una *Elnens. distribut.* 21. *Februarii* 1641. dubitaretur, an facultas superfedendi in executione data in commissione operetur executione jam facta, ita fuit negativè responsum in hæc: *Et Domini responderunt negativè, dicebant enim de tempore præsentatæ commissionis in actis: cum dicta clausula (cum facultate superfedendi in executione arbitrio Rotæ) jam executionem fuisse perfectam, & consummatam, nam fuerat data missio vigore sententiæ de mense Octobris* 1605. *commissio verò præsentata fuit in actis die* 13. *Novembris. Unde dicta clausula, nullum potest hodie sortiri effectum, quia non potest superfederi in executione jam perfecta, & consummata, ut dictum fuit in* Aquillana beneficii 28. Maii 1599. coram B. M. Pennia.

Assertæ autem nullitates, & excessus, & non justificatio litterarum non visæ fuerunt obstare, quia tendunt ad revocationem dictæ executionis, quatenus sit nulla & excessiva; sed non propterea potest intrare, & operari clausula (arbitrio Rotæ) quæ posita est ad superfedendum, ut in Elnens. benefic. 30. Octobr. 1612. coram R. Bono, & in Tridentin. Parochiali de Robreda 3. Decemb. 1601. coram R. D. M. Archiepiscopo Damascено, &c. quam refert Jacobus Caballerius, *decis.* 287.

Eadem Rota & in illa Parochiali *de Robreda*, coram Sacrato, quam refert Marchesan. *de commissionibus appellation. ab executione Brevis* 1. *part. post.* §. 2. quæ est 19. in ordine *fol.* 437. in hæc *Quòd A. C. jam devenerat ad executionem, unde non debebat illa modò sub prætextu dictæ clausulæ retractari, cùm illa operetur suspensionem, non revocationem executionis jam factæ, ut fuit dictum in pluribus causis, & in specie coram* Lancelloto in causa Aurien̄is Parochiæ S. M. de Pao. 17. Aptilis &c. Eadem Rota in una Aquillana beneficii 19. Decembris 1608. coram Manzanedo in hæc: *causa mihi commissa cum clausula* (parito brevi arbitrio Rotæ) *dubitavi, an intraret arbitrium pro tarditate executionis brevis, & Domini negativè responderunt, moti eo potissimo fundamento, quòd breve fuisset jam executioni mandatum, quo casu non est locus arbitrio, cum illud concedatur pro retardanda, non verò pro retractanda executione brevis, ut censuit Rota* in una Furien̄. Paroch. 13. April. 1600. coram Lancelloto, & in alia Elnens. benefic. S. Salvatoris 30. Octobr. 1602. coram R. P. D. Ludovisio, *& alias sæpius*, &c. quam decis. adducit Marchesan. *de commiss. appellat. ab executione brevis* 1. *p. post* §. 2. *quæ. est in ordinat.* 11. *fol.* 433. & ibidem in seq. decis. in ordinat. 12. *in una Celsonens. præceptoriæ coram Coscino*, ita à principio ait: *Quamvis post executionem factam non sit amplius locus arbitrio ad retardandam executionem brevis, ut in causa* Aquillana beneficii 28. Maii 1599. coram Pennia & in Aurien̄. Paroch. de Pao. 17. Aprilis 1600. coram Lancelloto, & in alia Tuden̄. Paroch. 3. Decembr. 1601. coram Sacrato; *tamen si judex nulliter vel injustè processit; est locus arbitrio ad retractandam ulteriorem executionem brevis, & novissimè fuit resolutum* in causa Tarraconen̄i 4. Februar. hoc anno 1604. coram D. meo Litta, &c. Et in alia Tuden̄i Paroch. de Robreda coram Sacrato, *nu.* 2. sic dicitur: *Fundamenta decisionis fuerunt quod A. C. jam devenerat ad executionem, unde non debebat ullo modo sub prætextu dictæ clausulæ retractari, cum illa operetur suspensionem, non revocationem executionis jam factæ, ut fuit dictum in pluribus causis, & in specie coram* Lancelloto in causa Aur. Paroch. S. M. de Pao. 17. April. &c. quam adducit Marchesan. ubi proximè, quæ in ordine est apud eundem 47. *fol.* 469. & est *decis.* 88. *c.* 5. *& 6. post* [illegible] Ludovisii Post. *de manutentione*, in qua aliæ plures decisiones etiam recensentur.

Quarum decis. doctrina apud DD. de Rota communiter tentata (quæ realiter verissima est) sine dubio nostram evincit difficultatem, ut recursus retentionis nostræ inventus ad superfedendum ante factam executionem non operetur post eam peractam ad finem & defectum illam revocandi, aut reponendi.

Quoniam permissum ad tempus * post tem- 38
pus censetur prohibitum, *l. si unus*, §. 1. ubi Bald. *ff. de pact.* 1. *epistola*, §. *fi.* ubi Castren̄. *ff. eod. tit l. imperator. ff. de postul. l. cum pater*, §. *à filia*, ubi Bart. *ff. de leg.* 2. *l. statu liberum*, §. *fichum*, *l. Titia cum testamento*, §. *fin. ff. eodem tit. l. pater filium*, §. *fundum*, *ff. de legatis* 3. *l.* 2. *C. de jure emphiteut. cap. ultimo*, §. *in aliis*, *versic. Si juro, ut lite non contestata*, Tiraquel. *de retract. convention.* §. 1. *glossa* 1. *n.* 44. Pedemont. *decis.* 83. *n.* 13. Menoch. *consil.* 68. *n.* 10. Surdus *de alimentis*, *lib.* 5. *quæst.* 3. *n.* 9. *&* 10. *& decis.* 75. *n.* 9. *& consil.* 57. *num.* 9. Bertazol. *de clausul.* 15. *glos.* 2. *num.* 21. Gonçalez. *ad reg.* 8. *Cancellar.* §. 5. *præmia num.* 3. Caldas Pereyr. *extinct. emphyt. qu.* 1. *n.* 8. *& de renovatione, qu.* 10. *n.* 1. Petrus Barbos. *in l. cum prætor. in princip. n.* 45. *ff. de judiciis*, qui quidem, & alii de variis casibus loquuntur.

Nam verba decreti Senatus limitativè appo- 39
sita habent inducere * terminum, quem non licet transgredi, *l. qui fundum*, §. *vendebat*, *ff. de contrahen. emption* Anton. de Canar. *in tractatu de insinuatione*, *q.* 28. *n.* 48. *vol.* 9. *tract. diversf. antiquo.* Et facta dispositio determinato modo, suos terminos excedere non licet, Bald. *consil.* 51. *lib.* 5. *per l.* 1. §. *si plures*, *ff. de exercitor. qui aliena*, §. *libertos*, *ff. de reg.* latè prosequitur Julius Cæsar Ruginel. *practicarum quæstionum*, *capitul.* 42. *à numero* 9.

Hæc igitur Regalia, & cognitio * extraor- 40
dinaria limitata est ad causam, & effectum superfedendi, & impediendi executionem dumtaxat, quasi cesset ea cessante, ut limitatos producat effectus ex vulgari axiomate, sed magis in specie vide quæ *n.* 42.

Et eodem modo intra hos limites, & confi- 41
nes * decretum Senatus expeditur nullo modo

transi-

transgrediendos, sub quibus includitur potestas hujus remedii juxta *l. ex stipulatione*, ibi: *Cum potestatem sententiæ certis finibus concludi, sæpe constitutum sit*, text. *in l. post sententiam quæ finibus certis concluditur, C. de senten. & interlocut. omn. judic. l. fin.* ibi: *Cùm terminos verbis exierit potestatem non habet, ff. de officio Præfecti urbis.* juncta *l. extra territorium, ff. de jurisd. omnium jud.* facit illud Divi Ambrosii *in lib. de Paradiso*, ibi: *Si quid addas vel detrahas, prævaricatio videtur esse quædam mandati, simpliciter etenim & pura mandati forma tenenda est*, &c. Sed quia de hoc plurima scitu dignissima abundè congessimus *in tractatu de Regia protect. 4. part. cap. 3. à n. 45. cum multis seqq.* & sub. à princip. hîc omittimus.

42 Quod ulterius ex eo fulcitur, quia * sententia quæ fundatur in causa, cessante causa cessat, ut post Tiraquell. & alios asserit Hieronym. Gonçalez *glossa 3. numero 41. in regula de alternat.* Gratian. *disceptat. forens. tom. 4. cap. 673. à numero 18. cum multis seq.* & à principio, ubi de alimentatis semel taxatis per sententiam, quod crescunt vel decrescunt, crescentibus vel decrescentibus bonis alimentis, Ripol. *variar. resol. à numero 141.* ubi, quòd res judicata nihil operatur in iis, quæ suapte natura mutationem recipiunt ubi de dote restituenda ob inopiam viri reddenda ulteriùs ejus inopia cessante, & de curatore furiosi per judicem dato, ut cesset sanitate postmodum restituta, bene conducunt quæ Nicolaus Garcia *de beneficio. part. 12. cap. 2. numero 306.* Mieres. *de majoratu 3. part. quæst. 17. num. 6.* latè & eleganter Surd. *in consil. 268. à n. 24. tom. 2.* ubi varia exempla, & doctrinas congerit, & adsunt jura singularia *in l. in commodato, §. fin. ff. commodati, l. 2. §. pen. ff. ad leg. Rhodiam de jactu. l. si fullo, ff. de condict. sine causa*; quæ copiosè exornat Petrus Surdus ubi proximè. Igitur cùm hæc sententia, hæc Regalia, genus cognitionis suos terminos habeant limitatos, ad executionem impediendam; nequeunt illos excedere, nec extendere ad repositionem executionis jam factæ, quia ultra confines ipsos cessat potestas: atque cessat causa propter quam fertur decretum, quod variari, & alterari debet variata causa.

Secundò probatur, multa enim in jure nostro
43 remedia * extraordinaria inventa sunt, & concessa ante actum factum, vel in præparatione ad faciendum, quæ post illum consummatum omnino cessant, sed confugere necesse est ad ordinaria remedia, tex. *in l. 1. ff. de novi operis nuntiatione, ibi: Hoc autem edictum, remediumque operis novi nunciationis adversus futura opera inductum est, non adversus præterita*, &c. textus etiam optimus *in l. 1. §. 1. ff. eodem*, ibi: *Nam si quid operis factum fuerit, quod fieri non debuit, cessat edictum de operis nunc nunciatione, & erit transeundum ad interdictum quod vi aut clam*, textus *in l. de pupillo, §. nuntiationem autem in præsenti faciendam, meminisse oportebat, l. loci ubi opus novum fiat, sive quis ædificet sive inchoet ædificare, ff. eodem*, quæ sunt mirabilia jura ad rem hanc, eaque exornant plurimi Doctores citati ab Antonio Gom. *in l. 46. à n. 20. Tauri*, ad quem remitto libenter, & sic cum hoc retentionis extraordinarium decretum, & remedium fuerit dumtaxat inventum ad impediendam executionem litterarum faciendam, non debet operari in executione jam facta.

Ex quo fonte fluit, quod cum inhibitio sit remedium futura dumtaxat respiciens, non præterita, & futura acta impediat non præterita, quantumcumque Canonicè expedita sit: sequitur, ut si intimetur post executionem, & immissionem factam, & possessionem apprehensam, illam non tangit, nec revocat, nec attentatam reddit, nisi per sententiam diffinitivam hoc fiat, ita eleganter Federic. de Senis *in consil. 300. factum tale est debitor, in principio*, Alexand. *consil. 11. col. fin. versic. Nec obstat*, sequitur Cardinalis Tuschus *lit. I. conc. 140. num. 3.* Seraphin. *decis. 1211. n. 4.* Lancelotus *de attentatis lite penden. 2. part. cap. 4. limitat. 1. numero 10. & eadem 2. part. cap. 20. declaratio. 1. numero 2. d. attentat. post inhibitio.* Guidò Papæ *decis. 96. numero 4. versic. Non obstat si ex adverso, & decis. 69. numero 10.* Gravatius *ad prax. Vestrii, lib. 7. cap. 21. n. 2.* Platus *de in litem jurand. §. 3. numero 34.* Farinacius *in 2. part. fragmentor. verbo, Inhibitio, numero 315.* Tuschus *lit. P. conclusion. 400. numero 45.* Ludovis. Post. *in tractatu de manutention. observation. 1. numero 51.* & post ejus tract. *decis. 163. numero 11. & dec. 279. num. 9.* etiam si inhibitio Rotalis sit, Alexander Ludovis. *decis. 203. numero 3. &. 4.* Rota recent. *decis. 637. numero 3. & 4. part. 1.* Post. *dict. observat. 1. num. 51.* qui omnes loquuntur in possessione jam tradita ante executam & intimatam inhibitionem, & aliis quibuscumque actis præcedentibus ipsam inhibitionis intimationem, ut illa non annuler, nec reddat attentata, nec in minimo tangat, eò quòd inhibitio sit remedium respiciens & impediens futura dumtaxat, non autem præterita, nec ad ea extendat vires suas. Quod & in effectu probant & illi omnes Doctores, quorum nomenclaturam laudavimus infra 2. *part. c. 12. §. unico, num. 4.* probantes, quòd si inhibitionis intimatio, & possessionis traditio appareant facta eodem die, & de prioritate non constet, præsumatur possessionem præcessisse, & postmodum subsequutam inhibitionis intimationem pro illius validitate, cùm inhibitio non afficiat possessionem antea apprehensam & executionem antea peractam. Ergo idem dicendum erit in hoc remedio, & decreto Regio retentionis, ut non comprehendat possessionem jam apprehensam, nec executionem jam peractam.

Hinc est, quòd legitimus contradictor potest impedire executionem * & immissionem faciendam, qui si compareat re non integra post sententiam adjectionis, & possessionem datam, non admittitur ad illam impediendam, cùm jam res non sit integra, sed ad remedium ordinarium confugiendum erit, post alios probat Parlador. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. part. §. 10. numero 24.* & loquendo in missione in possessionem virtute litterarum Apostolicarum, idem dicit Nicolaus Garcia *de benefic. 6. part. cap. 2. numero 124. cum seq.* Quia debuit comparere re integra, ad impediendam earum executionem, non post apprehensionem possessionis, cùm tunc res desinat esse integra, de quo inferiùs agendum erit. 44

Quæ doctrina roboratur ex aliis pluribus, quibus facultas * impugnandi aliquem actum, revocandi, aut variandi, aut alias immutandi à jure conceditur; omnino extinguitur, & expirat post illum actum factum, & consummatum, & sic re jam non integra, ut est videre per Mieres *de majoratu 1. part. quæst 68. per totam, & quæst. 36. à num. 11. cum seq. & quæst. 12. n. 8.* Maresotum *variarum resolut. lib. 1. cap. 14. per totum, & lib. 2. caput 44. per totum*, Gratianum *disceptat.* 45

cap. 356. *per totum*, Nicolaum Garciam *de beneficiis* 11. *part. cap.* 3. *à numero* 59. Riccium *collect.* 1479. *part.* 5. Tamburin. *de jure Abbat.* 1. *part. diſputat.* 15. *quæſt.* 13. *numero* 6. Gratian. *diſceptat.* 219. *numero* 13. *tom.* 2. Spino *de teſtament. gloſ.* 29. *numero* 9. *& ſeqq.* Graſſis *de effectibus Clericat. effect.* 1. *a num.* 419. idem Mareſcot. *lib.* 1. *cap.* 5. *per totum*, Ripoll. *variar. reſolut. cap.* 7. *de jure emphyteut. à num.* 239. quos pro variis de hac re exemplis conſulere poteris, quæ quidem rectè conducunt, ut hæc Regaliæ poteſtas, cognitio & decretum reſtrictum & limitatum dumtaxat ad impediendam executionem faciendam litterarum Apoſtolicarum, ceſſet jam ea peracta, & re non integra.

46 Tertiò fulcitur hæc pars, quoniam * licèt hoc ſalubre remedium retentionis ſit inductum, & cognitio Senatus directa, nec non leges Regni editæ ad ſuſpendendam litterarum Apoſtolicarum executionem, prohibendo hoc fine multis pœnis illarum uſum, anteaquam in Senatu conſpiciantur & examinentur, an contineant damnum publicæ utilitatis; tamen poſt executionem factam nihil diſponunt circa ejus repoſitionem, nec de earum nullitate, & revocatione tractant, quaſi agnoſcentes, & meritò, ad id omnino poteſtate carere, ac ideo nec nos de tali repoſitione directè per Senatum facienda animum commovere debemus, quia prohibitio ad id non extenditur.

Quia ſtatutum quod prohibet acquiſitionem, 47 non prohibet acquiſitorum * retentionem, ut rectè docuiſſe Abb. *in cap. Judæi*, *numero* 2. *de Judæis*, refert & ſequitur doctiſſimus & noſtræ Juriſprudentiæ facilè Princeps, Valençuela Velaſquez, Supremi Caſtellæ Senatus Senator digniſſimus *in conſil.* 4. *numero* 36. Solorzano *de jure Indiarum lib.* 3. *c.* 1. *numero* 10. & eſt Alexand. doctrina *in conſ.* 83. *incipit*, *viſa facti narratione*, *numero* 4. *lib.* 2. ubi ait: quòd ſta-
48 tutum loquens contra ingredientem * poſſeſſionem, non habet locum in retinente. Id circo faciliùs conceditur retinere, quàm de novo adquirere, *l. Patre furioſo*, *ff. de iis qui ſunt ſui, vel alien. jur.* Surdus *dec* 40. *numero* 5. Menoch. *conſ.* 32. *n.* 37.

Ex quo principio deſcendit, ut faciliùs tolle-
49 retur jus quæſitum * quàm ad acquirendum, *l.* 2. §. *ex his*, *l. pluribus*, §. *ultimo*, *ff. de verborum oblig. l. ut pomum*, §. *ult. ff. de ſervitutib.* quemad-
50 modum ex adverſo, faciliùs * impeditur jus competiturum, quàm extinguatur adquiſitum, *l. Papinianus*, §. *conditioni*, *& ibi gloſſa*, 4. *de inoffic. teſtam.* Difficiliùſque impeditur introductio, *
51 quàm productum in eſſe, *dict. l. Patre furioſo*, *ff. de his qui ſunt ſui*, Gratian. *diſcept. tom.* 5. *cap.* 965. *n.* 5. & alii ſupra citati.

52 Multa namque facienda * prohibentur, dum ſunt in ſuo principio, quæ tamen facta tenent, *dict. l. Patre furioſo*, ubi latè Jaſon. *l. circa*, *ff. de inofficioſo teſtam. l.* 1. §. *viduum*, *ff. quando appellandum ſit*, *cap. ad Apoſtolicam* 46. *de regularib. cap.* 1. *de matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ*, *cap. fin de divortiis*, *cap. rurſus*, *qui Clerici vel voventes*; plures Doctores citat Auguſtinus Barboſ. *axiomat.* 94. *à numero* 30. ubi *numero* 32. cum Oldrado *conſ.* 306. *in fin. verſic. Secunda ratio*; quòd is qui non poteſt dare
53 de jure tertii, * & non audiretur volens probare; ſi tamen jam probavit auditur, & cum Ab-
54 bate *conſ. ult. numero* 5. *lib.* 2. quòd qui non tenetur * reſpondere libello generali, ſi tamen illi reſpondeat, ſibi præjudicat, & alia exempla adducit *num.* 32. *&* 33.

Quibus utiliter ad multa frequentia adde, quòd 55
probatio * quæ non debuit admitti, admiſſa tamen valet, & probat, Nos *de Regia protect.* 3. *part. cap.* 18. *num.* 29. Et ſuum operatur effec- 56
tum, * quando antea non fuerit impugnata per partem, Abb. *in cap.* 1. *num.* 8. *de confirmat. utili, vel inutili*, Rota per Farinacium *dec.* 191. 57
numero 2. *part.* 3. Et poſt publicationem teſtes alii non ſunt * admittendi, nec producendi; ſi tamen poſt eam recipiantur, parte tunc non impugnante, legitimè probant admiſſi, ut cum Hoſtienſ. Aretin. Mariano, Socin. Felin. Pariſ. Imol. Crot. Ant. Gabriel. Alexand. dicit magis communem Farinacius *in tractatu de teſtibus*, *quæſt.* 76. *à numero* 182. Et exceptio quæ non * debe- 58
bat admitti, admiſſa tamen nocet, & operatur, ut poſt alios Nos *de Regia protect.* 3. *part. cap.* 12. *numero* 93. quibus ad idem adde Alexand. latè *conſil.* 77. *numero* 13. Iſſa *in l. Patre furioſo*, *numero* 18. *ff. de his qui ſunt ſui*, Rotæ deciſio per Farinacium 191. *numero* 2. *part.* 3. Ant. Gabriel. *lib.* 5. *commun. concluſ. tit. de reſtitution. ſpoliator. concluſ.* 1. *numero* 52. qui plures allegat Flamin. Cartarius *dec.* 115. *numero* 2. & 4. ubi intelligi firmat, quando pars expreſsè conſenſiſſet, vel tacitè non contradicendo, juxta text. *in cap.* 1. *de reſtitution. ſpoliat.* & Bart. *in l. naturaliter*, §. *nihil commune*, *verſic. Secundò quæro*, *ff. de acquir. poſſeſſion. & in l. ſi quis à ſe fundum*, *C. ad leg. Jul. de vi.* Secus verò, quando pars contradicit ex Decio *in conſil.* 84. *col. penult. verſic. Tertio & ultimo.* Et ad multos ex his effectibus & alios quam plurimos videndus omnino Marius Giurba *dec.* 14. *a num.* 1. *cum ſeq.* ubi plurimos Doctores & doctrinas ad prædicta congerit. Ergo dicta executio * Bullarum facta, anteaquam 59
poſtuletur recurſus iſte, decreti Senatus virtute tangi nequit, cùm prohibitio, quæ tendit ad executionem faciendam, non ſe poteſt extendere ad jam factam, maximè contra naturam negotii & rei de qua geritur.

Quia licèt impetrans ſit prohibitus, & excluſus ab executione, * non tamen à retentione, illa 60
jam facta, ſicuti per ſtatutum excluſus ab agendo, ſeu excipiendo non prohibetur, nec excluditur à retinendo, Bald. *in l. ſi tradition.* 39. *C. de actionib. empti*, Barzius *dec.* 108. *n.* 43. Aloverius *conſil.* 39. *n.* 11. Peregrin. *conſ.* 4. *ſub n.* 16. *vol.* 2. communem contra Bartolum teſtatur Boërius *dec.* 43. *num.* 15. *&* 16. plurimos citat, & latè proſequitur Giurba, *dec.* 60. *à num.* 7. quarum omnium doctrinarum ſimilitudo mirè punctum noſtrum percutiunt.

Quartò, & pro hac eadem parte viriliter pug- 61
nat vera illa doctrina à nobis benè comprobata * *in tractatu de Regia protect.* 1. *part. cap.* 1. *n.* 300. *& ſeq.* Quæ habet, quod licèt in Senatu detur decretum vim fieri, & reponi, ſi ipſe Judex Eccleſiaſticus, etiam tertiæ juſſioni ſit inobediens ad reponendum; nullatenus Senatus ſe intromittit excedendo juſtæ defenſionis notos, uſitatos & practicos terminos, ſua propria authoritate reponendo, & deferendo; imò potiùs judicem Eccleſiaſticum à Regno, ut extraneum ob inobedientiam expellit; non tamen reponit ipſe Senatus, quantumvis violentiæ maneat, prout ibidem videbis latiùs, *& à n.* 273. *& ſup.* per multa fundamenta. Igitur Senatus decretum ſuum retentionis exequi non poterit, reponendo executionem factam litterarum ſua propria authoritate.

Quod iterum fulcitur ex alia doctrina, quam ve-

62 veram * firmavimus in eodem *tractatu* 1. *part. cap.* 3. *num.* 24. *cum seqq.* qua probavimus, quod si postquam quis de Judicis Ecclesiastici violentia sibi illata in Senatu conqueratur, ipse Judex post gravamen, & violentiam illatam arbiit, ita ut nullo modo compareat, ut reponere possit virtute decreti Regii, Senatus ipse sua propria authoritate, & immediatè non reponit violentiam, & executionem attentatam, quantumvis subsistat notoria, prout abundè ibidem fundatur. Et hoc ipsum reperio tenuisse Henriquez *lib.* 2. *de Pontific. clave*, *cap.* 15. §. 2. in hæc. Quod
63 si merus executor non * compareat postquam intimavit processum à Judicibus Apostolicis fulminatam, nec apparet Bulla originalis, sed transumptum authenticum; non supereſt parti læsæ aut Judicibus Regiis aliud remedium, quàm prosequi litem coram Auditoribus Papæ, & curare, ut damnatus in absentia ob contumaciam denuò audiatur. Hæc Henriquez, qui quidem rectè loquitur in proposito, & conducunt hactenus dictis.

Quare nec per sequestrum regulariter potest
64 fieri executio decreti, tum * quoniam non est universalis providentia, nec per illud satisfit fini, & intentioni hujus salubris, & liciti recursus, cum insuper titulus beneficii, & possessio maneat penes impetrantem virtute literarum executioni datarum ut infrà *num.* 67. tum etiam quia sequestrum non congruit omnibus literis Apostolicis, quia multæ sunt expeditæ super causis & negotiis in quibus non cadit actualis possessio, nec fructus; sed aliter tendunt in detrimentum Reipublicæ Ecclesiasticæ, spiritualis, aut temporalis contra œcumenica Concilia, ritus, & usus valdè laudabiles legitimè observatos in aliquibus Provinciis, aut contra Regni, aut Regis privilegia, authoritatem, honorem, & præeminentiam juxta leges Regias, in quibus quidem non potest cadere hæc forma & modus executionis. Atque tandem per illud non ex integro satisfit, nec consulitur indemnitati vi oppressi, nec principali intentioni Senatus, ejus decreto, & remedio retentionis.

65 Tum etiam, quia regulariter * non est tutus modus ipse, nam sæpè Rota, licèt approbaverit cognitionem violentiæ in Judicibus sæcularibus ob defensionem naturalem, tamen expressè damnavit sequestrum, & ad manus curiæ rei reductionem, prout plures decisiones ad idem congessimus *in tractatu de Regia protect.* 1. *part. cap.* 1. *num.* 221. quia tunc exceduntur limites potestatis, & defensionis naturalis, prout ibi videre poteris, nisi in casibus aliàs à jure permissis, de quibus mox dicemus in declarationem Bullæ Cœnæ Domini *à n.* 68. *& seqq.*

Adversus idem etiam sequestrum reclamant plu-
66 res Doctores, * regulariter factum in beneficiis Ecclesiasticis per Curiam Regiam, ut latè Vivianus *in tractatu de jure patronatus l.* 11. *cap.* 12. *per totum*, *& cap.* 11. *præcedenti*; & in his etiam terminis Marius Antonius *variarum resol. lib.* 3. *cap.* 9. & multa scribit contra hujusmodi sequestrum, Sarabia *in tractatu de jurisdiction. adjunctorum*, *quæst.* 30. *num.* 38. *& num.* 4. Ludovicus Gomezius, olim Rotæ Auditor, *in regula de annali*, *quæst.* 46. multis Rotæ decisionibus comprobat, sequestrum appositum per Judices laicos non impedire pacificam possessionem, eo quod sit actus
67 nullus ex defectu potestatis & jurisdictionis. * Quæ tamen decisiones intelligendæ sunt, & reducendæ ad terminos, in quibus loquitur Bulla Cœnæ, in cujus dispositione fundatur, de quibus, & ejusdem intellectu statim agendum erit, ne Rotæ rigor indistinctè pertranseat.

Sed adhuc respondetur, quod hæc doctrina nihil invenit in sequestrum apponendum per Senatum pro tollenda violentia, & vitando scandalo, cum non sit legitima consequentia: sequestrum appositum in beneficiis per Judices laicos non privat possessorem possessione; ergo per eum apponi non potest, si quidem generalis regula sit, quod sequestrum judiciale à quovis Judice quantumvis competente, appositum neminem possessione privet, *l. licet*, *§. rei depositæ*, *ff. depositi*, quam exornavimus cum multis Doctoribus *in nostris commentariis de Regia protect. tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 26. *à n.* 34.

Et licèt *c.* 17. *Bullæ Cœnæ Domini*, videatur * 68
reclamare contra omnia sequestra fructuum, & proventuum rerum ad Ecclesiasticas personas uti tales pertinentium in hæc: *Quive jurisdictiones seu fructus, reditus, & proventus ad nos, & Sedem Apostolicam & quascunque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, & Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes usurpant, vel etiam quavis occasione, vel causa sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrantur, &c.* Tamen non includit ejus prohibitio modus, & casus aliàs à jure permissos, & approbatos.

Etenim hoc Bullæ Cœnæ *cap.* 17. nimis generaliter disponit, & propterea non comprehendit casus aliàs specialiter à jure exceptos, & permissos, maximè Regibus, quibus alicujus specialis juris, ex Regaliæ virtute competit, ad suas manus reducere fructus, seu bona Ecclesiæ vacantis pro custodias & tuitione, ne dissipentur, de quo est textus expressus *in cap. generali* 3. *de electione*, *lib.* 6. cujus sunt verba: *Generali constitutione sancimus, universos, & singulos, qui Regalia, custodiam, sive guardiam, advocationis. seu defensionis titulum in Ecclesiis, seu Monasteriis, seu quibuslibet aliis piis locis, de novo usurpare conantes, bona Ecclesiarum, Monasteriorum, aut locorum ipsorum vacantium occupare præsumunt, quantæcumque dignitatis honore præfulgeant: Clericos etiam Ecclesiarum, Monachos Monasteriorum, & personas cæteras locorum eorumdem, qui hoc fieri procurant, eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subjacere. Illos verò, qui se (ut deberent) talia facientibus non opponunt, de proventibus Ecclesiarum seu locorum ipsorum, pro tempore, quo præmissa sine debita contradictione permiserint, aliquid percipere districtius inhibemus. Qui autem ab ipsarum Ecclesiarum cæterorumque locorum fundatione, vel ex antiqua consuetudine jura hujusmodi vindicant, ab illorum abusu sic prudenter abstineant, & suos ministros in eis sollicitè faciant abstinere, quod ex, quæ non pertinent ad fructus, sive reditus provenientes vacationis tempore non usurpent: nec bona cætera, quorum se asserunt habere custodiam, dilabi permittant, sed in bono statu conservent.*

Ex quo text. duo deducuntur; alterum, quod Regalia custodia bonorum Ecclesiarum antiquitùs observata non comprehendatur in text. prohibitione. Alterum, quod prohibetur nova usurpatio, & Regaliæ hujusmodi adquisitio, in cujus text. comprobationem plurimos Doctores, & doctrinas adduximus *cap.* 1. *à n.* 117. *cum seq.*

Quare hoc *cap.* 17. Bullæ, generaliter & indis-

tinctè diſponens, reducendum eſt ad terminos dicti *cap. generali*, juxta ejuſdem diſtinctionem intelligi, ut procedat in jure hujuſmodi, & Regalia noviter uſurpata, cui rectè conſonant verba dicti *cap.* 17. *Bullæ* ibi: *Ad perſonas Eccleſiaſticas, &c. pertinentes uſurpant.* Et ſic de præſenti, & nova acquiſitione, ſeu uſurpatione, à quo verbo tota diſpoſitio præcedens regulatur; quia qualitas adjecta verbo, debet intelligi ſecundùm tempus verbi, juxta vulgare axioma de quo ſup. *n.* 34.

Et quia lex loquens diſtinctè, & cum aliqua qualitate, aut diſtinctione trahit ad ſe omnes alias in illo caſu & propoſito indiſtinctè & generaliter loquentes, Albericus de Roſa *in l. ſi quis in principio teſtamenti. num.* 2. *in oppoſ.* 2. *ff. de legatis* 3. quod Socinus Junior *in l. cum filiofamil. ve.ſ. venio ad apparatum gloſſæ num.* 46. *de leg.* 1. putat eſſe notandum Cardin. Mantic. *in tit. de contract. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 23. *num.* 11. Nos *de Regia protect.* 1. *part.* 1. *n.* 68.

Et ſic de ſimilibus Regaliis antiquitùs pertinentibus Regi circa fructus beneficiorum, & de ſequeſtratione eorum, & reductione ad manus ſuas ob ſcandalum vitandum, ut poſt magnam Doctorum catervam diximus ſup. *à num.* 20. *& ſeq.* & aliis ſimilibus caſibus, in quibus ob eandem rationem & finem fructus beneficiorum, & temporalia cætera bona à Rege ſequeſtrari, & occupari licet, de quibus videre eſt hoc *cap. à nu.* 69. *& ſeq. & cap.* 16. *num.* 87. *&* 88. & ampliſſimè *in* 2. *part. cap.* 24. *à nu.* 41. *ad finem c.* Quoniam hæc, & alia ſimilia privilegia, ſeu Regalia pertinentes ad Principes ex conſuetudine immemoriali, aut privilegio, præſervatæ ſunt à prohibitione Bullæ Cœnæ Domini, ſicuti poſt innumeros Doctores ſcripſimus hac 1. *part. cap.* 2. *ſect.* 5. *per totam*, *à n.* 172. & ſignanter *à n.* 191. *cum multis ſeq.*

Quod vel ſit in complementum decretorum violentiæ, & ad eam ſedandam, cujus cognitio ad Regem pertineat, ut ſæpè diximus, vel quia Eccleſiaſtici non obtemperant, ſed cum ſcandalo contemnunt litteras Regis, de quo ſuprà *cap.* 1. §. *unic. à n.* 22. quoniam hi caſus competunt Regi ultra jus etiam ex vetuſtiſſima conſuetudine, non de novo quæſita, nec uſurpata, qui reſervantur Principibus uti eorum Regalia *in dict. cap. generali*, & per conſequens etiam *in dict. cap.* 17. Bullæ Cœnæ, cujus diſpoſitio, & prohibitio generica trahenda eſt & regulanda per diſtinctionem *d. c. generali.*

69 Ex hac reſolutione rectè * & juridicè fluunt illi omnes caſus ſpecialiter deciſi à legibus Regiis 18. *&* 21. *& l.* 25. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat.* ſuperiùs addictis, ad ſecundum argumentum contrariæ partis *à num.* 21. & ſignanter diſponentibus circa ſequeſtrum apponendum in illis, & temporalitatum aliarum privationem ob ſcandalum, & damnum Reipublicæ. Qui quidem habent ſpecialiſſimam rationem ultra eam, & alias generales ſupraſcriptas, nam cum indultis Apoſtolicis, & immemoriali conſuetudine ſit prohibitus extraneus ab his Regnis, in illis obtinere beneficium, quia extranei penitùs ſunt inhabiles, & incapaces ad illa obtinenda, ut & ipſæ leges Regiæ probant, & Henriq. *in ſumma, lib.* 14. *cap.* 12. *num.* 6. ſequitur noviſſimè Diana *in reſolution. moral. tom.* 1. *tract.* 3. *de comitiis & parlamentis, reſolut.* 6. poſt principium: Dicentes, quod in Hiſpania extraneus eſt incapax ad obtinendum beneficia, ita ut ipſo facto amittat obtenta, ut & alii plurimi affirmant Doctores; & etiam in aliquibus diœceſibus adſint beneficia patrimonialia, quæ aliis non dantur niſi originariis.

Et quia talia beneficia * patrimonialia, & juriſ 70
patronatus Regii & laicorum impetrantes, ipſo facto ſunt privati naturalitate, & abſque alia declaratione ſunt effecti alienigenæ, & extranei horum Regnorum, atque etiam omnibus privati temporalibus, & fructibus beneficiorum, prout latiſſimè ex legibus Regiis, & aliis fundamentis probabimus infra hoc *c.* §. *unico*, *à num.* 90. *cum multis ſeq.* ideò ſubjiciuntur pœnis, & incapacitati alienigenarum.

Et ſicuti alii exteri ipſo facto ſunt incapaces, & inhabiles, & ut extranei habentur, & à Regnis * 71
expelluntur, eorumque ob tam notorium ſcandalum, & obedientiam ſequeſtrantur temporalia, prout fructus ipſorum beneficiorum, dum ipſi illa tenent; etiam abſentes à Regno, & expulſi, quo uſque deſiſtentibus illis alteris conferantur beneficia, juxta quæ Nos *de Regia protect.* 1. *part.* 2. *à n.* 273. *cum ſeq.* & ſuperius per plures numeros; de quo ulterius magis in ſpecie inferiùs tractandum erit. Imò ob ſcandalum vitandum cogitur quis ſuo beneficio obtento jam cedere, uti copiosè diximus hac 1. *part. cap.* 4. *à n.* 10. *& ſeqq.*

Et idem pariformiter intelligendum erit in beneficiis juriſpatronatus laicorum impetratis in derogationem patronorum, ut nempe diſpoſitio *dict. l. Regia* 21. *lib.* 1. *recopil.* (circa ſequeſtrandos fructus beneficii patrimonialis impetrari contra indulta Apoſtolica, & in derogationem juris filiorum patrimonialium) extendatur etiam ad dicta beneficia patronatus laici ex identitate, imò ex majoritate rationis, & ex maxima fraternitate, & ſimilitudine, quæ inter utraque hæc beneficia reperitur, quia ubi militat eadem ratio, idem jus ſtatuendum ex vulgari axiomate, & de ſimilibus ad ſimilia legis diſpoſitio protrahitur, *ex l. non poſſunt, cum duabus antecedentibus, ff. de legibus*, prout latiùs comprobavimus inferiùs hoc *cap.* 10. §. *unico*, *à num.* 90. *cum multis ſeq.* ubi de hoc articulo tractamus.

Et ab ſpecialitate hac harum legum validum deduces * argumentum in comprobationem noſ- 72
træ opinionis, quoniam licet ſequeſtrum fructuum & temporalitatum permiſſum ſit in illis ob ſpecialiſſimas rationes quia vel à principio ſunt alienigenæ, incapaces, vel poſtmodum alienigenæ, extranei, & inhabiles, ſeu incapaces, ſimiliter ſunt effecti ex prædictis legibus Regiis, vel quia aliàs adſit ſcandali timor, prout *à n.* 20. *& à n.* 64. tamen earum poteſtas ultra non progreditur ad repoſitionem executionis, imò manifeſtè inde ſupponunt, remanendam poſſeſſionem penes * impetrantem (ſaltim de 73
facto, licèt non de jure, obſtante ejus incapacitate ex ſupra dictis ad text. cum materia *in c. licet Epiſcopis de præbendis lib.* 6.) cum ipſius beneficii in caſibus prædictis fructus tanquam temporalitates ſequeſtrari jubeant. Et per conſequens per Senatum illius repoſitio facienda non erit ſui decreti retentionis virtute: cùm per eaſdem leges Regias aliam ultra ſequeſtrum, & alias pœnas in eiſdem contentas contra exequentes & intervenientes in harum literarum executione poteſtatem non recipiat, & ſic intra earum limites ſe continere licet.

Hæc igitur ſecunda parte ut tutiori, magiſ- 74
que probabili (ut vidiſti) retenta, * non obſtant in contrarium addacta fundamenta, quæ quidem licet de jure in ſui diſpoſitione vera ſint,

&

& procedant, ut licentia ad faciendum porrigatur ad jam facta, ex ratione fundantur, quia actus illi dependent à voluntate & poteſtate diſponentis, quæ voluntas tacitè præſumitur, ut qui licentiam dedit ad faciendum, eodem modo cenſeatur dare ad jam factum, prout probant jura & Doctores allegati in dict. fundamentis, & in individuo eandem rati non reddunt Doctores citati, & ſequuti à Mieres de *majorat. dict.* 4. *par. à n.* 69. *cum multis ſeq.* videndus etiam Narbona ſtatim citandus.

Probatur etiam, quia verba futuri temporis
75 in actu dependente * à mera voluntate, & poteſtate, ſeu conſenſu illius, qui illa protulit, reſolvuntur in tempus præſens, & ad præſens trahuntur, *gloſ. in l. ſtipulation.* 5. §. *ſtipulat. in verbo, Daturum, ff. de verborum obligat.* Bald. *in l. in vendentis numero* 14. *col.* 3. *in fin. verſ. Quinto quæro, C. de contrah. emption.* Burſat. *conſ.* 100. *numero* 9. *lib.* 1. latè Rota per Cartarium *deciſ.* 29. *numero* 9. Gratian. *diſceptat. forenſi. tomo* 1. *cap.* 115. *à numero* 20. Secus quando à diſponentis voluntate, & conſenſu non pendet actus, ut latè per eundem *à num.* 15. *cum ſeq.*

76 Nam in iis, quæ pendent à mera * voluntate alicujus geſta per eum magnam extenſionem recipiunt, etiam ad ea quæ aliàs illegitima, & inutilia judicarentur, plures ſingulares refert doctrinas Maſcard. *de probat. concluſ.* 924. *numer.* 6. *&* 10. *&* *numero* 16. *uſque ad numer.* 20. *incluſivè.*

At ſecus eſt, quando in concedente defuit po-
77 teſtas, ut in noſtro caſu, * cùm ſit limitata, & redacta dumtaxat ad meros confines, & terminos impediendi executionem, & ad hunc tantum finem inventum eſt hoc ſalutiferum remedium retentionis, quos quidem terminos tranſgredi nullo modo poteſt, cùm ultra eoſdem ceſſet omnino poteſtas ex ſupra dictis fundamentis hujus ſecundæ partis, quia in omni actu humano duo præciſè requiruntur, poteſtas ſcilicet & voluntas,
78 ſine quibus * actus ullus geri nequit, ſed vitio nullitatis ſubjicitur, vulgare Bald. *conſ.* 326. *Rex Romanorum, numero* 2. *lib.* 1. *per l.* 2 *C. communia de leg. l. nolle de acquir. hæreditate.* Hondedeus *conſil.* 27. *numero* 6. *lib.* 1. Menochius *conſ.* 108. *numero* 4. Scipio Theodor. *allegat.* 30. *numero* 2. Antonius Guizarellus *deciſ. Neapol.* 36. *numero* 34. Surd. *conſ.* 301. *numero* 29. *lib.* 3. *reſolut.* 38. *numero* 18. Alex. Ambroſius *deciſ. Epiſcop. Peruſ.* 23. *numero* 28. Monter. à Cueva *deciſ. Arago.* 50. *numero* 1. Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri* 5. *part. numero* 442.

Hoc probatur etiam ex doctrina Baldi *in l. certum, col.* 10. *C. de teſtam. milit.* docentis quod
79 permittens * aliquid de novo facere, videtur confirmare jam factum, niſi alia ratio in contrarium ſuadeat, & notat Caſtrenſis ibidem, *&* *in l. conditio, §. ſi ſic ff. de condit. & demonſtrat.* & alii plures Doctores citati per Narbonam *in l.* 10. *gloſ.* 3. *num.* 23. *& ſeq. lib.* 1. *tit.* 6. *Recopil. t.* 3. & cum nulla major ratio dari poſſit, quàm defectus poteſtatis in diſponente; ideo de alia curandum non eſt.

Et quia repugnat omnino natura negotii, in
80 quo hoc remedium * extraordinarium datum eſt ad impediendum ne fiat; quare trahi nequit ad jam factum, quia poſt factum confugere neceſſe eſt ad remedia ordinaria, juxta *dict. l.* 1. §. 1. *& l. de pupillorum.* §. *nunciationem, & l. loci, ff. de novi operis nunciat.* cum aliis adductis ſup. ad ſecundum fundamentum hujus 2. *part. per tot. à n.* 43. *& ſeqq.*

Pariformiter & ad ſecundum & tertium argu-
81 mentum * contrariæ partis, de quibus *à numero* 15. *& ſeqq.* reſpondetur, fatendo doctrinas tangentes ſequeſtri appoſitionem, in caſibus ſcilicet, quibus congruit, quando jam litteræ Apoſtolicæ executioni datæ ſunt, juxta quæ latiùs diximus ibidem, *& à num.* 64. *cum multis ſeqq.* Non tamen ex eo rectè ſumitur argumentum ad actualem repoſitionem directè, & immediatè faciendam per Senatum (in qua conſiſtit tota hæc noſtra diſceptatio) quam facere Senatum directè in executionem ſui decreti validè, & probabiliter negamus, & juſtè, ut arbitror, impugnamus ex defectu poteſtatis, quia non ſunt adhibenda remedia, quibus exceditur modus defenſionis, & moderamen inculpatæ tutelæ, quæ conſiſtit in conſervatione reverentiæ debitæ Sedi Apoſtolicæ, ut *in c.* 2. diximus per Doctores ibidem à principio citatos, & faciunt ad propoſitum mirabilia verba text. *in cap. de homine,* 7. *de Baptiſmo,* ibi, *Cùm ergo falſa ſunt abjicienda remedia, quæ veris ſunt periculis graviora, &c.* Potiùs enim relinquenda eſt violentia impunita, quàm terminum legitimæ defenſionis tranſgredi, ut ſatis probatum eſt in 4. fundamento hujus ſecundæ partis *à num.* 61. *cum ſeqq.*

Mirabilis eſt etiam ad hoc * propoſitum doc- 82
trina Divi Ambroſii relata *in cap. denique* 14. *q.* 5. ubi ſic dicit Pontifex: *Denique ſi non poteſt ſubveniri alteri, niſi alter lædatur, commodius eſt, neutrum juvari, quàm gravari alterum, &c.* Quam doctrinam exornat Joannes Maria Novarius *in voto* 42. *num.* 4. *&* 5. & iterum *in praxi electionis, & variationis fori, q.* 7. *num.* 19. præcipuè ad finem *ſection.* 3.

Nec etiam eſt curandum, * quod aperitur via 83
fraudibus, prout in d. 3. argum. Tum quia eas evitare directè poteſt vix Senatus ex limitata poteſtate; tum etiam quia non procedit illa regula, quando principaliter non fiat, ſed ſecundariò, & in potentiam conſecutivam, ut limitat Auguſtin. Barb. *axiom.* 102. *n.* 4. maximè quia ſatis fraus impetrantis purgatur ex ſequeſtro fructuum beneficii, quo remedio adhibito, jam dici non poteſt, quod ex ſua malitia & dolo fructum conſequitur, ex abundè ſuperius aſſertis.

Hanc tamen noſtram opinionem * limitabis, 84
ut non procedat, quando pendente hoc recurſu ad Regem, & dum in Senatu diſceptatur ſuper cognitione, & examine cauſæ legitimæ retentionis; pars vel originalium litterarum virtute, vel earum copiæ irruat, & tanta furoris audacia attrectaverit, poſſeſſionem apprehendere, & illas exequi, quia tunc procul dubio poterit Senatus attentatum illum violentum reponere, ne fortè perveniatur ad ſcandalum. Tum quia ſicut ipſe Judex executor tenetur ſuperſedere poſtquam reſcripſit ad Papam, & tenetur ſpectare conſultationi reſolutionem, juxta text. ſingularem *in cap. multum ſtupeo,* 2. *q.* 6. ibi: *Expectandum tibi fuerat, quid ad tua conſulta reſcriberem,* junctis iis quæ ſup. *cap.* 1. §. *unico,* & infra hoc *cap. à n.* 93. *cum ſeq.* Ita pariter poſtquam in Senatu afferuntur litteræ ad eumdem effectum ſupplicandi, informandi, & reſcribendi Pontificem Maximum, & interdum quod in eo examinatur cauſa interitus Reipublicæ, & damni publici, executor ipſe ſuperſedere tenetur, cum examen illud ſit quid præparatorium deſtinatum ad prædictum finem reſcribendi, idem etenim jus eſt in præparatoriis, quod in præparatis. *l. ordinarii* 13. ubi Bald.

numero 2. *C. de rei vindicat.* Petrus Barboſa *in l. hæres abſens in principio*, *numero* 196. *ff. de judiciis*, Cacheranus *deciſ.* 78. *numero* 5. 6. & 16. Covarruvias *lib.* 1. *variarum cap.* 4. *numero* 7. & 8. Farinac. *in praxi criminal. num.* 144. ex text. *in cap. de prudentia*, *de donation. inter Doctores in rubrica*, *C. de edendo.* Decius *in rubrica*, *lectura* 1. *numero* 8. *de judiciis*, & ibi Rip. *numero* 27. Alexand. *conſil.* 58. *num.* 7. *lib.* 1. Mandellus *conſil.* 208. *numero* 3. Caldas Pereir. *in l. ſi curatorem habens*, *verbo*, *Implorandum*, *numero* 31. *C. de in integrum reſtitut.* Gutierrez *de juramento confirmatorio*, 3. *part. cap.* 12. *numero* 6. Bald. & alii Surdus *conſil.* 42. *numero* 17. Boſſius *tit. de foro compet. numero* 117. Gamba Curta *de immunitat. Eccleſiar. lib.* 6. *cap.* 8. *numero* 3. Carleval. *de judiciis*, *diſputat.* 2. *q.* 4. *ſub num.* 204. *pag.* 102. *ad fin.*

Tum quia eſt articulus facti incidens in negotio
85 principali coram * Senatu pendente, qui de facto etiam rei ſpiritualis incidenter ad cauſam principalem licitè cognoſcit, ſicut & judex quilibet ſæcularis, prout plurimos Doctores ad id citavimus hac 1. *p. c.* 8. *à num.* 26. *verſ.* Hoc ipſum firmant omnes Doctores.

Tum etiam quia ſecundùm magis communem,
86 & uſu, & conſuetudine * receptam in Hiſpaniarum Tribunalibus ſupremis doctrinam de cauſa poſſeſſoria beneficiali poſſe cognoſci ab illis nempe laicis, prout multis Doctoribus citatis probat Cancerius *variarum reſolut. lib.* 3. *cap.* 14. *cum ſequentibus* & ſuperabundè proſequitur cuncta cumulans Caſtillo *de tertiis*, *cap.* 12. *à num.* 41. Fontanella *de pactis nuptialibus clauſul.* 7. *gloſ.* 3. *p.* 10. *à nu.* 48. *p.* 2. Ludoviſ. poſt. *de manutentione obſervation.* 6. *à n.* 27. qui omnes infinitos pene alios Doctores cumulant; ac inſuper Senatui reſervata eſt authoritas vindicandi audaciam, & irreverentiam
87 * contra partem, & judicem ſic fraudulenter exequentem contra leges Regias ita ponentes, ad ea quæ latius deduximus *de Regia protect.* 1. *p. cap.* 7. *n.* 34.

Tum etiam, quia licet facultas data ad ſuperſedendum in executione, non verificetur in executione jam facta: tamen quando ipſa executio fuit attenta, & nulla, tunc intrare facultatem ſuperſedendi, ſemel ac iterum Rota declaravit, prout in illa Celſonen. *Præceptoria coram Coccino*, *& in alia Tarraconenſi*, ibidem per Rotam relata, quas adduximus ſuperius *n.* 37. ideòque cum hæc poſſeſſionis apprehenſio furtivè, attentatè de facto, & nulliter fuerit facta, poterit Senatus illam liberè reponere tanquam incidens in cauſam, & ex vi & natura facti incidentis in principali articulo violentiæ, & retentionis.

88 Unum tamen utile ad hoc * notabis (ad deſtruendam malitiam fraudulentam impetrantis ſic volentis ſuas litteras exequi recurſu pendente in Senatu) quòd ad exercitium juriſdictionis requiritur præſentatio coram judice delegato litterarum originalium, vel aliàs authenticarum, quare ſi copia non ſolemniter deducta cum citatione partis, & decreto judicis fuerit præſentata ab impetrante Judici delegato; proceſſus & executio ejus virtute erit inanis, & nulla, nullumque juris producet effectum: ita latiſſimè poſt plures Doctores, & Rotæ deciſiones probant Nicolaus Garcia *de beneficio 6. part. cap.* 2. *à numero* 16. 17. & 18. & ſupra. Quare ſibi ſic apprehenſa poſſeſſio, & facta executio nihil prodeſſe poteſt, nec impediet attentati repoſitionem per Senatum faciendum ex ſupradictis.

Efficax remedium, quo generaliter conſulitur vim patienti ex litterarum executione jam peracta.

Mihi in dies meditandi ſuper hac noſtra juris
* rigore vallata opinione à qua deſiſtere 89
nullo modo potuit, & eidem (ut arbitror) per omnes inſiſtendum, efficax occurrit remedium in ſuo genere licitum & permiſſum, quo per indirectum, & cauſativè ſaltim effectum queat ſortiri ſalubre illud retentionis decretum per ſupremum Senatum, legitima exiſtente cauſa, expeditum, per conjunctionem videlicet, & cumulationem duorum remediorum ſe ad invicem juvantium, ita ut ex utroque ſimul juncto retentionis decretum liberè, & abſque impedimento ſuum plenarium conſequatur effectum, ut clarè ex dicendis patebit. Quod meo videri hallucinari videtur Pater Henriquez laudatus infrà *cap.* 11. *à n.* 39. licet ſub magna terminotum confuſione, obſcurè, & intricatè, prout ibidem adnotavimus ejuſdemmet verbis ad litteram relatis.

Dato igitur in Senatu decreto retentionis litterarum ipſis * tamen jam executis, comparent 90
pars, vel Regius Fiſcalis coram eodem executore, & alleget eandemmet cauſam, ſcandali ſcilicet, & damni publicæ utilitatis, qua motus fuit Senatus ad ita decernendum (cum omnes retentionis cauſæ ad hoc principium, & fundamentum ſint redactæ, *prout ſup. cap.* 3. *cum quatuor ſeq. cap.* 1. *hac* 1. *part.* diximus) & petat repoſitionem executionis (cum nulla fuerit, & attenta, ut mox oſtendam clarè) & à non repoſitione, & ab executione, & litterarum Apoſtolicarum tanquam nulliter, & attentatè facta appellationem interponat, vel ad illuſtriſſimum Nuntium horum Regnorum, vel ad Sanctam Sedem Apoſtolicam & ad negatam delationem & executionis repoſitionem recurret ad eundem Senatum per viam violentiæ; quo indubiè, & juſto fundamento ex mox dicendis, ibi datur decretum violentiæ, nempè: *Que el juez Eccleſiaſtico deſta cauſa conoce, haze fuerça en no otorgar la apelacion interpueſta, que la otorgue; y reponga lo hecho deſpues della, ò en el tiempo que pudo interponerſe*, juxta quæ Nos *in tractat. de Regia protectione* 1. *part. cap.* 2. *à n.* 199. *cum ſeqq.*

Et tunc intimato judici * executori hoc de- 91
creto violentiæ, cui ipſe omnino parere debet, & ad unguem obtemperare deferendo, & reponendo omnia geſta poſt appellationem, & in tempore, quo potuit interponi, prout abundè probavimus *dict. tract.* 1. *part. cap.* 2. §. 1. *per totum*, & facta hac repoſitione, res redditur integra, & reducitur ad illum priorem ſtatum, quo litteræ executæ non erant, * & hinc intrare rectè poteſt decreti Senatus retentionis prius ex- 92
pediri executio, in cujus complementum non ſolum litteræ Apoſtolicæ detinentur; ſed & omnia acta ad executionem earum pertinentia, ne ulterius illis utatur aliquis, donec ſummus Eccleſiæ univerſalis paſtor, ad quem ſupplicatum ſtat, melius de cauſa legitima ſuſpenſionis inſtructus, & informatus, dignetur per ſuam piiſſimam, & paternalem miſericordiam de remedio utiliori providere.

Singulas inſuper hujus miraculoſi, efficaciſque remedii partes ſpecialiter juſtas oſtendam.

Certi namque juris eſt, quòd in omnibus iis cauſis, * quæ legitimæ ſunt ad ſuperſedendum in litterarum Apoſtolicarum executione, de quibus 93

c. 3. *cum seq.* suprà, quæ omnes tendunt ad evitandum scandalum, & damnum Reipublicæ, ut ibidem vidisti: In omnibus ipsis judex executor, cui litteræ sunt directæ, non solum potest, sed imò præcisè, & omni modo tenetur supersedere, quià exequi non potest; ita probat, & jura Canonica intelligit post alios Mastrill. *de magistratibus, lib.* 6. *capitul.* 9. *num.* 222. Ripa *in c. si quando de rescriptis*, Maranta *disput.* 1. Afflictis *constit. pacis cultum, n.* 57. *rubrica* 8. *lib.* 1. Foller. *constit. Magistri justitiarii, n.* 5. & 8. Capiblanc. *de Baronib. pragmatic.* 14. *num.* 47. Rodericus Suarez *allegat* 12. *à num.* 48. Giurba *consil.* 59. *n.* 76. *in fin.* Atque etiam illa Doctorum caterva nobis congregata in unum, *cap.* 3. *à num.* 23. *versic. Quare justissimè* ad quæ loca te remitto, quia amplius non repeto, & alibi pluries atque pluries id quoque diximus *in dict. cap.* 3. cum quatuor sequentibus.

Et est textus expressus *in c. rescripta contra jus elicita ab omnibus judicibus præcipimus refutari, nisi fortè aliquid est, quod non lædat alium, &c.* 25. *quæst.* 2. Id ipsum etiam probant *c. Imperiale, cap. nec damnosa fisco, & cap. dicenti, eadem causa & quæst.*

94 Ad hoc ipsum subtiliter * pondero verba, quibus attentè usi fuere Pontifices *in c. si quando de rescriptis*, ibi: *Aut per litteras tuas, quare adimplere non possit, &c. in cap. cum teneamur de præbendis*, ibi: *Aut si non potest ei sine scandalo provideri, &c.* Quibus quidem verbis manifestè docet Pontifex, quòd ubi datur legitima causa, & à jure approbata ad supersedendum, deficit tunc in executore potestas exequendi.

95 Nulla enim in jure major * nullitas, quàm defectus potestatis, & quod ultra potestatem fit à judice, maximè executore, nulliter fit, Boërius *decis.* 299. Olivan. *de jure fisci, cap.* 15. *numero* 39. Riminaldus junior, *consil.* 281. *numero* 70. Rota diversorum, *decis.* 666. *num.* 4. *part.* 1. Bertazola *consil.* 465. *n.* 24. Paris. *de gabell. part.* 3. *numero* 73. Nizol. *allegat.* 2. *num.* 21. Vantius *de nullitate ex defectu jurisdictionis n.* 1. Marius Giurba *decis.* 96. *sub numero* 10. de quo nos abundè *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 6. *à n.* 3. & supra optimè *in cap.* 3. *à n.* 36. *& à n.* 64. & est textus qui hoc idem probat *in l. quicunque, & in l. qui contrà nostra, C. de executoribus, & exactorib.* Quibus quidem juribus, & locis amplius latè probatur, idem esse defectum potestatis, & jurisdictionis, in executore, ad effectum causandi nullitatem.

Prædictis adde etiam communem Doctorum re-
96 solutionem, * quæ habet, quòd licet executor Sententiæ non possit cognoscere de exceptione labefactante sententiam superioris; tamen quando ejus datur nullitas notoria, ipse executor illam præcisè, & necessariò tenetur admittere, non ad effectum cognoscendi, & determinandi super illa: sed ad effectum supersedendi in executione, & rescribendi superiori qui sententiam tulit; ita latè probant Petrus Barbosa *in l. si prætor.* 75. *in principio, & in §.* 1. *ff. de judiciis, à fol.* 760. in magnis & incluf. ibid. *à n.* 41. *& sequentibus, & in §. Marcellus, à principio, & à n.* 62. *& sequentibus*, Zevall. *de cognition. per viam violent. lib.* 2. *quæst.* 146. per totam, optimè Joan. Hieronym. Campanil. *diversorum juris, rubrica* 11. *c.* 13. *à n.* 244. *& sequentibus*, Cardin Tuschus *practicarum conclus. litt. S. conclus.* 142. *& litt. R. conclus.* 267. Scaccia *de appellat. quæst.* 11. *à n.* 193. *cum sequentibus*, quo limitabis, quod generaliter diximus *de Regia protect.* 4. *part. c.* 7. *à n.* 15. *& seq.* prout etiam declaravi 3. *part. cap.* 9. *n.* 33.

Igitur appellatio hæc duobus ex capitibus justa & legitima efficitur, * cui ut licitæ ab executore de- 97
ferendum est; primò quia processit tempore, quo debebat conquiescere, & supersedere, & sic ab eò procedente, & ejus processu appellatio licita & legitima est, & violentiæ decretum in Senatu datur, *in tractatu de Regia protect.* 3. *part. cap.* 10. *à n.* 174. & 4. *part. cap.* 11. *à n.* 4. & meliùs post Joannem Monach. Paris. Bonifac. Bald. Cinum, Abbat. & Caputaquensem diximus *de Regia protect.* 2. *part. cap.* 18. *n.* 44. Et rursum, ubi simul probavimus, omne gestum * à judice tempore, 98
quo debebat conquiescere & supersedere esse nullum ipso jure & perinde legitima appellatio, ut ejus virtute obtineatur in Senatu decretum violentiæ, *Que otorgue y repunga.*

Ultra quos, & quod processus gestus à Judice tempore, quo debet conquiescere, & supersedere probant *Glossa in cap. Judex, verbo, Proponatur*, & ibi Franchus, & Geminian. *de offic. Delegat. in* 6. Bart. & alii *in l. quia poterat n.* 4. *ad Trebellian.* Salicet *in authent. offeratur, C. de litis contest. c. cum speciali*, & ibi Perus. *n.* 64. *de appellatio.* Granut. *theorem.* 17. *sub n.* 1. Lapus *allegat.* 1. Roman. *consil.* 220. *n.* 3. ubi Mandos. Alexand. *consil.* 104. *n.* 4. *volum.* 5. *& consil.* 89. *n.* 3. *volum.* 1. Gail. *observat.* 33. *n.* 12. *lib.* 1. Zevallos *contra communem, q.* 680. Villadiego *foro jud. lib.* 2. *tit* 1. *l.* 22. *n.* 11. Casanate, *consil.* 30. *n.* 21. Tuschus *lit. S. conclus.* 913. *n.* 25. Minsinger. *centur.* 4. *observat* 56. Paris. *consil.* 89. *n.* 7. *vol.* 3. Guaz. *rerum defens.* 1. *cap.* 19. *numero* 37. *&* 55. Cephal. *consil.* 241. *numero* 19. Ruinus *consil.* 6. *numero* 5. *vol.* 4. Menoch. *consil.* 865. *numero* 15. Chricho. *communium opiniorum, centur. conclus.* 95. Intriglol. *lib.* 3. *singul.* 79. *n.* 182. Covarruvius *practicar. cap.* 26. Azeved. *in l.* 1. *numero* 8. *tit.* 16. *lib.* 4. *Recopil.* Giurba *consil.* 9. *n.* 1. *&* 3. Millis *in repert. verbo jurisdiction.* Verall. *decis.* 7. *n.* 1. *part.* 3. Osascus *decis.* 84. *n.* 3. Maranta *de jud. part.* 4. *distinct.* 16. *numero* 4. *& p.* 6. *tit. de appellat numero* 4. Scaccia *de appellat. q.* 5. *sub n.* 116. *& quæst.* 14. *numero* 62. Morla *in emporio, tit.* 2. *de jurisdict. in præmiss. numero* 211. Cavalcan. *decis.* 28. *numero* 112. *part.* 2. Burfatus *consil.* 21. *numero* 20. Rebuffus *tit. de recusat. artic.* 6. *glos.* 1. *n.* 2. Ant. Gabriel. *tit. de judiciis, conclus.* 5. *num.* 1. Costa *de scientia inspect.* 85. *n.* 26. Lancellotus *de attentatis, part.* 2. *c.* 6. *n.* 4. Gregor. Lopez *in l.* 22. *glossa magna, tit.* 4. *p.* 3. Valençuela Velasquez *cons.* 43. *n.* 170. *& seq. tom.* 1.

Secundò etiam dicitur ista hæc appellatio legitima, quia ab actu nullo, etiam in materia executiva, * & sui natura privilegiata licita est ap- 99
pellatio quæ simul habet utrumque effectum ex *reg. l.* 4. *condemnatum, ff. de re judicata*, latissimè probavimus *in tractatu de Regia protect.* 3. *part* 9. *à principio, & à n.* 21. *cum sequentibus*, & per totum. Et quando in executore * deficit potestas, ut appellatio 100
suspensiva licita sit, multa scitu digniffima per Nos *in eodem tract.* 4. *part. cap* 6. à principio per totum, quibus quidem locis & alibi passim abundè videbis de justificatione hujusmodi appellationis, & ejus effectu suspensivo. ut vim fieri declaretur in Senatu.

Hinc succedit, quod quando executor nulliter processit ad executionem * litterarum Apostolicarum, per comparitionem partis legitimæ, 101

statim

ſtatim & ante omnia tenetur reponere poſſeſſionem, & alia omnia geſta tanquam nulla, & attentata in priſtinum ſtatum, & appellatio ab ipſo executore, & toto ejus proceſſu interjecta per noviter comparentem includit geſta omnia à principio, ita latiſſimè per Rotæ deciſionem & alios Doctores comprobavimus *in dict. tract.* 1. *p. c.* 5. *à n.* 66. *& ſeqq.* & obiter *c.* 6. *n.* 62.

102 Quare per hanc repoſitionem * titulus reducitur ad non titulum, cauſa ad non cauſam, poſſeſſio ad non poſſeſſionem, & res redditur ad ſuum priorem ſtatutum, quo erat ante executionem facta, de quibus quia multa diximus in his terminis de executione, actibus & ſententiis repoſitis *in dict. tract.* 4. *part. c.* 14. *per totam*, & præcipuè *à n.* 140. *cum multis ſeq.* poſt magnam Doctorum exornationem; amplius non tracto.

Inde fit, quòd cum mediante hac repoſitione
103 (legitimo modo * permiſſo facta) in ſublatum impedimentum, & inconveniens conſideratum in fundamentis ſecundæ partis quæſtionis *à n.* 32. *& ſeq.* prout erat executio præcedens litterarum Apoſtolicarum, quam Senatus per ſe ipſum directè reponere non poteſt in ſui decreti retentionis executionem, ut ſuperiùs abundè probavimus, & reſolvimus: ſequitur ut hac indirecta via, ſemel facta repoſitione, ſubintret decreti Senatus retentionis executio, quia res ſemel pro-
104 hibitionem evaſit, ac ideo ſemper durat * libera, de quo plurimas doctrinas congeſſimus *in dict. tract.* 3. *part. c.* 4. *à n.* 55. *cum multis ſeq.* & de variis effectibus & exemplis benè comprobatis
105 rei redactæ ad priorem ſtatum, * & naturam videre per te inſuper poteris apud Mieres *de majoratu* 1. *part. q.* 38. *à n.* 184. *& n.* 290. quæ rectè conducunt.

106 Et facit alia doctrina, quæ * huic multum ſimilis eſt de qua Nos *eodem tract.* 4. *part. c.* 8. *n.* 91. *& 92. & n.* 96. quod diximus, quòd ſi quis per executoriales fuit condemnatus ad reſtitutionem rei, qua fuit à tertio ſpoliatus, contra quem intentans remedium poſſeſſorium obtinuit primam ſententiam, quæ ejuſdem ſpoliati favorem exequitur; ſtatim poterit ille prior victor ſuas executoriales exequi ab eo inſtanti, quo res cœpit ſemel intrare in poteſtatem condemnati.

107 Non minus conducit alia * illa doctrina, de qua Nos exactè *in tractatu de protect. Regia* 4. *part. cap.* 9. *à n.* 158. & ſurſum *à n.* 156. ubi, licet in condemnatum ad rem reſtituendam, nequeat fieri executio, quia illam tempore litis motæ, & condemnationis non poſſidebat, ſi tamen res ad ſuas manus perveniat poſtea, ſtatim, quod cœperit poſſidere, fiet in eum executio abſque novo proceſſu, quod poſt plurimos Doctores probavimus latiùs, quibus ad idem adde Jacobum Gallum *conſil.* 5. *per totum*, maximè *n.* 9. *&* 10. *& n.* 5. Vincentium Carotium *de exceptionibus*, *exceptione* 11. *numero* 32. & eſt text. *in l.* 3. §. 1. *ff. de executione rei judicatæ*, ubi Bart. dicit eſſe text. litteris aureis ſcribendum, & nunquam obliviſcendum.

Hoc remedium nota, quoniam eſt valdè utile, & omnino in dies neceſſarium ſecurum, legitimum, conſtans & licitum attentè conſideratum, quòd alibi nec videbis, nec audies in re tam gravi, & articulo tam difficili, & quotidie controverſo.

Quæ quidem comprobatio licèt univerſaliter omnibus caſibus retentionis contingentibus ſit omninò adaptabilis (ut ad oculum vidimus, &
108 probavimus) non definam inſuper * aliquos alios particulares recenſere, & comprobare, & nova aliqua, utiliſſimaque diſcurrere circa contradictores comparentes poſt executionem peractam, & ſic re jam non integra, quæ alibi non reperies ſic explicitè digeſta. Ex quibus apparebit, quod ille oppreſſus, qui habuit jus ad proponendum, & intentandum remedium retentionis, & obtinendum in Senatu decretum affirmativum ſuper ea, habet etiam jus comparendi coram executore, & executione litterarum jam peracta, & ab eo petenti repoſitionem, illamque obtinendi indiſtincte in cunctis caſibus in quibus obtentum fuit earumdem litterarum retentionis decretum.

Et in primis, ſi contradictor ſit poſſeſſor, & compareat poſt * executionem factam, & 109
miſſionem in poſſeſſionem, ipſo tamen poſſeſſore non citato, nec cum eo adhibita cauſæ cognitione; poteſt quandocumque comparere, & poſſeſſionis repoſitionem petere, quæ in primis, & ante omnia facienda eſt ab eodem judice executore, quia cum immiſſio fuerit nulla, res non deſinit eſſe integra (ut ſtatim probabo) & optimè comprobavimus per expreſſam Rotæ deciſionem, & alios plures Doctores 1. *part. cap.* 5. *n.* 66. *cum ſeq. de Regia protect.* Quibus adde Menochium latè tractantem hunc articulum *de adipiſcend. remed.* 4. *à* 627. poſt Bart. doctrinam, quam omnes ſequi firmat Zuchardus, & alii multi Doctores, quos ſequitur referens Caſtillo *controverſiarum tom.* 1. *cap.* 24. *n.* 170.

Et unum attende circa has doctrinas, & alias plures applicandas, quod immiſſio in poſſeſſionem * virtute gratiæ Apoſtolicæ regulatur ſecun- 110
dùm regulas interdicti adipiſcendæ poſſeſſionis ex *l. fin. C. de edicto divi Adriani toll.* & ejuſdem regulis ſubjicitur, ut ſtatim probavimus ex plurimis Rotæ deciſionibus ſic expreſsè decidentibus *à numer.* 142.

Ex vero fundamento & ratione præcedentis doctrinæ * inferre primò poteris ad litteras Apoſto- 111
licas impetratas ab alienigena, & non originario horum Regnorum, qui cum ſit incapax ad beneficia & omnino inhabilis mediante immemoriali & laudabili conſuetudine horum Regnorum indultis Apoſtolicis confirmata, ut plures leges, *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat.* firmant, prout & ſuperiùs hoc *cap. à n.* 70. *verſic. Ab hac tamen regula excipitur*, *&c.* Imò talis alienigenæ poſſeſſio, quæ eſt contra prohibitionem ſtatuti, * dicitur improba, & non manutenibilis, 112
Bocatius *de interdict. uti poſſidet. cap.* 4. *in fin.* Rota *diverſorum*, *deciſ.* 4. *n.* 1. *part.* 2. Ludoviſius Poſt. *in tractatu de manutentione*, *obſervat.* 44. *n.* 21. *ubi à n.* 29. plurimos citat, ut idem ſit, quando poſſidenti reſiſtit jus, & cum ſit apprehenſa virtute tituli nullius & invalidi, dicitur vitioſa, & ad nihilum prodeſt: ut abundè probat Valençuela Velaſquez *in conſ.* 177. *à n.* 84. *uſque ad* 91. incluſivè. Et nos latiùs infrà 3. *part. hujus Tractatus.*

Conſonat, quod quando prior immiſſio, & poſſeſſionis apprehenſio fuit nulla, ſeu aliter vitioſa habetur pro vacua, & quæ ad nullos juris effectus conſiderabilis eſt, adeò ut minimè contradicere, impedire poſſit alium poſtmodum ex legitimo titulo venientem, & petentem talis poſſeſſionis immiſſionem, & in concurſu harum duarum poſſeſſionum hæc ultima uti legitimè manutenetur, ut ex quàm pluribus Rotæ deciſionibus, comprobat Ludovic. Poſt. *de manutent. obſervat.* 71. *à num.* 70. *& ſeqq.*

Inde

113 Inde eſt, ut cum executio prout etiam ipſæ litteræ ſint nullæ ipſo jure; * quandocumque quilibet comparuerit etiam poſt factam immiſſionem earum virtute obtinebit omninò ante omnia repoſitionem petitam, & appellatio ejus dicitur legitima, idem eſt in beneficiis patrimonialibus (ut ſtatim) quia iſte (cum nulla fuerit executio litterarum ob incapacitatem, & virtute litterarum ſimiliter nullarum) quandocumque comparuerit, dicitur re integra comparare: quoniam per executionem præcedentem, aut alium actum nullum res non definit eſſe integra; iſta eſt mirabilis Rotæ deciſio in terminis 57. *num.* 8. ut per Vivianum *in tractatu de jure patronat.* ubi plurimæ deciſiones aliæ citantur ad idem variæque doctrinæ conducibiles, quod actus præcedens, ſi eſt nullus, res non definit eſſe integra, probant inſuper Pariſius *conſil.* 68. *n.* 27. *lib.* 3. Lancellot. Robert. *de attentatis* 2. *part. cap.* 3. *in præfat. num.* 97. *&* 98. Ægidius *deciſ.* 699. Puteus *dec.* 2. Carolus de Graſſis *de effectibus Clericatus*, *effectu* 1. *nu.* 311. *fol. mihi* 106. Et quoad omnes ſuos effectus judicatur ac ſi geſtus non fuiſſet, alios plures Doctores infrà 2. *part. c.* 12. *illatione* 3. *à numer.* 65. & in illationibus ſuperioribus, *à num.* 58. *cum multis ſeq.*

114 Ad quam doctrinam * nempe quod per actum nullum præcedentem res non definat eſſe integra, plurima conducibilia adducit, hanc comprobans Farinacius *in tractatu de teſtibus*, *quæſt.* 57. *à num.* 98. *cum ſeq.* quem vide, conducunt etiam plures effectus reſultantes ex actu nullo præcedentis, ut ſcilicet, quod per ipſum non perpetuetur juriſdictio, non inducatur litis pendentia, non expiret poteſtas, non interrumpatur præſcriptio, & alios plures quos congeſſimus *de Regia protect.* 3. *part. cap.* 9. *à n.* 13. *cum ſeq. & à principio cap.* quibus adjunge, quæ etiam latè & doctè cumulat Graſſis *de effectibus Clericatus*, *effect.* 1. *à n.* 298. *uſque ad n.* 318. plurimos ad ſingulas
115 * congerens Doctores; & ratio eſt, quia non præſtat impedimentum, quod de jure non fortitur effectum, ex regula juris.

Quò pertinet, quod licet lite jam conteſtata præcludatur via exceptionibus dilatoriis, ex vul-
116 garibus; tamen quando exceptio * dilatoria illa talis ſit naturæ, quæ reddiderit proceſſum retrò nullum; rectè admitti & opponi poteſt poſt litem jam conteſtatam, *l. licèt*, ubi Bart. & Doctores, *C. de procuratoribus*, latè Felinus *in cap. exceptionem*, *col.* 9. *verſicul. Fallit octavo*, *de exceptionibus*, Alexander, & Doctores, *in l. ita demum*, *C. de procuratorib.* Joſeph. Cumiæ *in ritibus magnæ Curiæ*, *cap.* 2. *n.* 19. *fol. mihi* 19. conſonat, quod licèt executio inſtrumenti impediatur per ſententiam illud vulnerantem; ſi hæc eſt nulla, inſtrumentum liberè exequitur, ut ex Coccino & Rotæ deciſione rectè obſervat Antonius Amato *variar. reſol. tom.* 2. *reſol.* 81. *n.* 27.

117 Idem prorſus ex paritate * rationis dicendum erit in litteris impetratis ad beneficia patrimonialia ab eo, qui non ſit filius patrimonialis quibus tantum beneficia hæc conferri poſſunt, & aliter facta proviſio eſt nulla ipſo jure, ut in terminis poſt plurimos Doctores diximus *de Regia protect.* 3. *part. cap.* 9. *à num.* 38. *& ſeq.* & ex ſimilitudine, & maxima fraternitate horum beneficiorum, & juriſpatronatus laici, de qua latè infrà hoc *cap.* §. *unico*, *nu.* 100. *& ſeq.* idem dicendum erit in iſtis juriſpatronatus beneficiis, de quibus plurima attulimus in propoſito infrà *n.* 164. *cum multis ſeqq.*

Et nota quia in his caſibus, * quilibet vaſſal- 118
lus horum Regnorum habet jus ad oppoſitionem hanc faciendam, & quilibet dicitur legitimus contradictor, ut de beneficiis impetratis ab alienigenis, ut poſſit quilibet vaſſallus ratione authoritatis, & præeminentiæ Regis, proprii juris & intereſſe quod habet, ſupplicare, & contradicere, ac ſe opponere, & petere retentionem litterarum; *eſt lex expreſſa* 14. *ad finem*, *tit.* 4. *lib.* 1. *Recopilat.* ibi: (Y otroſi mandamos y damos facultad à todos y qualeſquiera nueſtros ſubditos y naturales, que ſobre eſto puedan oponer, y hazer reſiſtentia, pues la tal oppoſicion es ſobre la exempcion y honra y guarda de la preheminencia de ſu Rey, y de ſu patria, &c.) Et quod quilibet pro ſola * præ- 119
minentiæ Regis defenſione ſit legitima perſona, & contradictor; eſt textus expreſſus *in l. C. ut nemo privatus*; facit *l.* 1. *tit.* 13. *part.* 2. dum tractans de honore Regis, & utilitate ejus per vaſſallum curanda, inquit: (Por ende debe catar muy de luene las coſas que ſon a ſu honra y a ſu guarda, y ſer mucho anſioſo para alegarlas y acrecentarlas: y las que fueren à ſu danno deſviarlas, y tollerlas.)

Et ex hac retentione provenit, quod ſicut Princeps non poteſt admittere in ſuo Regno Prælatum ſibi ſuſpectum, & non affectum, atque ſe electioni, de eo factæ opponere, ut quàm plurimis citatis Doctoribus ſcripſimus in noſtris commentariis *de Regia protect.* 3. *part. c.* 10. *num.* 241. Azor. *inſtitut. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. *verſ. Quæres.* Graſſis *de effectib. Clericatus effectu* 1. *n.* 1039. Valletæ *de diſquiſitione Clericali*, *part.* 1. *tit. de favore Clericor. perſonali* (de quo ſuo loco in 3. *part.* pleniſſime erit agendum) ita pariter quilibet ejus vaſſallus de populo poteſt ſe hujuſmodi electioni opponere, & impugnare electionem factam ad dignitatem Eccleſiaſticam eò quod electus non ſit gratus, & affectus ſuo Principi: prout in individuo probant Joan. de Ananiæ *in cap. quod ſicut*, *n.* 3. *de electione*, ubi Ancharan. *numer.* 5. Cotta *in memorialib. verbo*, *Epiſcopi*, Mandagotus *de electione novorum Prælator. in Miſcellaneis*, *tit. electus an reprobari poſſit verſ. Elect. Epiſcop.* Marius Muta *in Capitibus Regni Siciliæ. tom.* 3. *cap.* 21. *num.* 37. *ad fin. & cap.* 12. *num.* 27.

Et quod tam in iis, quàm * in beneficiis 120
patrimonialibus quilibet filius patrimonialis ſit legitimus contradictor ratione proprii juris, & particularis intereſſe, probatur ulteriùs. Quia cùm habeant hæc regna privilegia Apoſtolica, conſuetudine immemoriali adquiſita & confirmata, ne exteris dentur beneficia, & multa loca, & Epiſcopatus eodem potiantur jure, ut nonniſi filiis patrimonialibus dari poſſint, & conferri beneficia, ut expreſsè dixit *lex Regia* 25. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil.* ibi: (Que ſe guarde y cumpla lo concedido por los Pontifices paſſados à nos y à los Reyes nueſtros anteceſſores de glorioſa memoria y a los dichos nueſtros Reinos, &c.) Sequitur, quod cuilibet & ſingulis eadem privilegia data cenſeantur, quia privilegium datum loco, perſonis ipſius loci conceſſum intelligitur *cap. per exemptionem*, *privilegiis*, *lib.* 6. Bartol. *in l. quod conſtitutum*, *ff. de militari teſtam.* Decius *in l. omnibus n.* 16. *ff. de regulis juris*, *& conſil.* 152. *num.* 3. Roman. *conſ.* 180. *num.* 1. Valençuela Velaſquez *conſ.* 78. *nu.* 63. Gratian. *deciſ.* 233. *num.* 13. Giurba *conſ.* 89. *num.* 4. & conceſſum privilegium * patriæ, 121
cuilibet de patria ex eo jus compe-

cit Aviles in

capitib. prætorum 19. *gloſſa*, *Privilegios*, *num.* 3. Valençuela *d. conſ.* 79. *num.* 75. & Giurba *ſub dict. num.* 4. Ipſique cives, & naturales patriæ privilegium retinent, Ponte *in conſ.* 51. *n.* 36. *in* 2. Giurba *in conſ.* 59. *n.* 51. *in fin.* Et quod privilegium conceſſum patriæ, civibus & naturalibus, tam laicis, quàm Clericis conceſſum intelligatur, poſt Martam, Graſſis, & alios, diximus *in tractatu de Regia protect.* 1. *p. cap.* 1. *n.* 63.

122 Et conducit, quia ratione damni Reipublicæ & præjudicii * publicæ utilitatis omnibus & ſingulis popularis actio adſcripta, & attributa eſt *ex toto titulo*, *ff. de popularibus actionib.* & paſſim alibi, ex quibus in iis quæ tangunt publicum
123 præjudicium Regis, aut Regni, * quod ſit propria actio, & jus contradicendum Regis Fiſcalis, nemo dubitat, quod & latiùs ſcripſimus 1. *p. cap.* 13. per totum, & ſignanter, *num.* 57. & *num.* 7.

Ex paritate & identitate rationis ſcriptæ ſuperiùs, *verſ. In & primis à num.* 109. *cum ſeqq.* idem
124 præcisè * affirmandum erit in Bullis impetratis ad beneficium juriſpatronatus laicorum (quorum deficiente conſenſu patroni laici, non admittitur in his Regnis derogatio, ut latiùs agendum infrà 4. *part.* per totam) ut tunc cum generaliter ratione proprii juris, in cujus eſt quaſi poſſeſſione, & intereſſe ſemper eſt legitimus contradictor ad latè tradita per Nos *de regia protect.* 2. *p. cap.* 13. *à nu.* 58. unde ſi non fuerit citatus, licèt in litteris mentio talis juriſpatronatus facta non ſit (quia tunc non eſt dubium quod ſit citandus, & cum eo patrono legitima cauſæ cognitio adhibenda) & ſi executione litterarum per acta comparuerit, poteſt petere repoſitionem, & ante omnia faciendam per executorem, ut ſuprà diximus. Tum quia iſte ex
125 executione litterarum, * abſque ſuo conſenſu facta inducitur turbatio ſuæ poſſeſſionis juriſpatronatus, cujus ratione, quandocumque compareat, dicitur legitimus contradictor ad reponendum ex ſuperiùs dictis *d. verſ. Et in primis*, *à n.* 190. *cum multis ſeqq.*

126 Tum etiam, quia accedente ſua contradictione, litteræ Apoſtolicæ * collatio, & poſſeſſio ipſo jure reſolvuntur, & annullantur factæ ſine ſuo conſenſu, prout abundè poſt plurimos Doctores reſolvimus uti indubitabile 3. *p. c.* 9. *a num.* 131. *cum ſeqq. & cap.* 10. *à n.* 2. *cum ſeqq. in tractat. de Regia protect.* quare ſuccedit regula firmiſſima, & latè comprobata hactenus, quod per nullitatem executionis res non definat eſſe integra, & quandocunque patronatus compareat, & contradicat, re integra comparuiſſe dicetur, de quo abundè ſup. *à n.* 113. *& à n.* 103. *cum multis ſeqq.* inſuper huic applica mirabiles plures doctrinas, quas de reſolutione actus, & de pluribus ejus effectibus ſcripſimus *in dict. tractat.*
127 4. *part. cap.* 14. *à n.* 18. *cum multis ſeq. & per totum cap.* ubi abundè, * quòd ſequuta actus reſolutione, res dicitur retrotrahi ad ſuum priorem ſtatum, ac ſi à principio geſtus non fuiſſet.

Sed non omittam notabile dictum Baldi *in l. qui ea lege*, *C. de pactis inter emptor. & vendit.* Quòd quando dominium transfertur ſuſpenſivè, reſoluto contractu, res redit ad ſuam primævam naturam, & ad ſua principia attractiva, *l.* 3. *eod. tit.* Franchis *deciſ.* 64. *num.* 11. Seſſe *deciſ.* 8. *n.* 55. & 97. Caſanate *conſ.* 7. *num.* 9. Tiraquel. *de retract. lignagier.* §. 19. *gloſ.* 2. *nu.* 4. Marta *voto* 200. *num.* 11. Ponte *de poteſtate Proregis*, *tit. de aſſenſu Regis*, §. 4. *n.* 25. & *conſil.* 81. *num.* 39. & 49. *lib.* 1. Aldovinus *conſil.* 101. *n.* 3. & 4. Fabius Anna *conſ.* 112. *num.* 14. Schrader. *conſ.* 64. *num.* 99. Mantica *de tacitis & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 33. *num.* 4. & quod reſoluto contractu ex cauſa de præterito, res redeat ad ſuum priorem ſtatum, & originem cum omnibus ſuis qualitatibus, quas habebat antea, ac ſi contractus celebratus non fuiſſet; multi probant Doctores, & variæ doctrinæ cumulatæ per Amato *variar. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 4. *à num.* 4. *cum pluribus ſeq. per totum reſolut.*

Conducit benè alia ſimilis doctrina, quòd poſſeſſio data alicui tanquam ſucceſſori ab inteſtato, ſi poſtmodum comparet teſtamentum, illa poſſeſſio conceſſa dicitur injuſta, improba, & non manutenibilis, ita ut nihil obſtet agenti, & poſtmodum contradicenti, comparenti ex teſtamento, Marta *conſil.* 94. *à n.* 1. & *n* 5. Itaque mediante oppoſitione Patroni litteræ Apoſtol. & omnia indè derivativa reſolvuntur, & annullantur & res efficitur integra.

Et iterum quod poſſeſſio, quæ ex aliquo accidenti reſolvitur, & finitur, adeò reddatur infecta, & ineffícax, ut nullatenus proſit, nec etiam ad manutentionem, aliumvè juris effectum, latè probant Gratianus *diſceptat. foren. cap.* 113. *à num.* 60. *cum ſeqq. & c.* 110. *n.* 75. Coccinus *deciſ.* 418. Ludoviſ. Poſt. *de manuten. obſervat.* 94. *nu.* 13. & 14. & poſt tractat. *deciſ.* 181. ubi de arrendatario reddituum annualium, ut poſſeſſio ejus proſit durante conductione, ejus tamen finita & reſoluta, amplius non proſit ad manutentionem, & de aliis exemplis apud illos Doctores, & deciſ. optimè etiam Nicolaus Garcia *de benefic.* 1. *p. cap.* 2. *num.* 87. & ſup. ubi de beneficio amovibili ad nutum patroni, ut accedente patroni revocatione, ceſſet poſſeſſio, & manutentio. Atque etiam quod poſſeſſio ad certum tempus, ceſſat poſſeſſio poſt illud, & manutentio denegatur, conſonant Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 2. *cap.* 17. *à n.* 33. & Valençuela, Velaſquez *in conſ.* 192. *à n.* 31. *& ſeqq. tom.* 2. Ubi de Vicario foraneo amovibili ad nutum Prælati, ut accedente remotione, & revocatione nullatenus manuteneatur ob reſolutam cauſam poſſidendi; quæ doctrinæ ſingulariſſimæ ſunt noſtræ reſolutioni, ut quandocumque accedat contradictio patroni poſt peractam executionem; cum collatio, poſſeſſio, & executio reſolvantur, & annullentur, res ſit adhuc integra; debeat admitti uti legitimus contradictor abſque aliquo impedimento poſſeſſionis apprehenſæ, cum reddatur ad non poſſeſſionem, inutilem, & infectam, & ad nullum juris effectum conſiderabilem, quia non præſtat impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum ex latè deductis in hoc legitimo diſcurſu.

Hinc infertur ad deciſionem * Rotæ Roma- 128
næ, quam ad litteram refert Nicol. Garcia *de benefic. 6. p. cap.* 2. *à num.* 132. ubi revocata fuit executio litterarum uti nulla, & attentata, eo quòd cum præſentatio ad idem beneficium per Patronum laicum cauſæ cognitio non adhibuerit executor, ſtante beneficii poſſeſſione vacante, & non occupata, ibi: *Maximè cum Petrus comparuerit*, ſupponens idem ſi eo tempore ante peractam executionem non compareat, & ibidem: *Nec etiam obſtare, quod poſſeſſio eſſet vacua, nec oſtenderetur titulus Apoſtolicus, quia cum in gratia adeſt clauſula, dummodo non ſit alteri jus quæſitum, ſufficit, quod Petrus oſtenderet ſe præſentatum ut diceretur legitimus contradictor, cum*

Papa

Papa non præſumatur voluiſſe præjudicare, & derogare præſentationi, &c.

Facit etiam doctrina Menochii *de adipiſc. remedio* 4. qui *à n.* 6. aliquos caſus † diſtinguens, quando dicatur quis legitimus contradictor poſt miſſionem factam & exequutam *in num.* 928. ita ait: Tertius caſus, cùm hic contradictor, qui hoc tempore venit ſcilicèt non poſſidet, nec citatus fuit; tunc ſi allegat aliquid quod excluſivum ſit intentionis hæredis, & beneficii hujus conſtitutionis; hæc miſſio in poſſeſſionem revocabitur, ita per Bart. hîc *column. penultim. verſic. Si verò non alleget*, exempla affert Bart. ut ſi alleget teſtamentum fuiſſe abolitum, & cancellatum, qua de re dicemus infrà, *quæſt.* 84. vel teſtatorem non poſſediſſe tempore ſuæ mortis, quod jam diximus multis in locis ſuprà, &c. Et *nu.* 629. ita ait: Quartus eſt caſus: cùm hîc contradictor, qui hoc tempore venit, non poſſedit, vel ſi poſſedit, vel non citatus fuit, ſed non probavit jus aliquod, quo mereatur illa
130 miſſio revocari: tunc non * revocabitur, ſed jus ſuum proponere is debet in judicio ordinario: quod ſenſit & Corneus hîc *n.* 29. poſt Bart. ubi ſup. &c. Quem etiam Menochium ad litteram referens ſequitur Caſtillo *controverſiarum, tom.* 3. *c.* 24. *n.* 170. ubi ſuperiùs latè tractat de legitimo contradictore, qui comparet ante vel poſt miſſionem.

Et adverte, quòd prædicta Menochii, & aliorum doctrina rectiùs procedit in contradictione patroni, qui ratione ſuæ poſſeſſionis, quam habet ad jus patronatus, in qua turbari non eſt dubium ob factam executionem litterarum ipſo nec citato, nec conſentiente. Maximè quia per contraditionem & oppoſitionem ſuam retrò reſolvuntur & annullantur proviſio, & executio, ut jam diximus, & hoc ultimo caſu loquuntur Menochius, & ſequaces, dùm loquuntur de teſtamento abolito.

Quidquid aliter ſit dicendum de alio oppoſitore,
131 * qui nec poſſidet, nec allegat cauſam reſolutivam præcedentis executionis, ut cum Parladorio diximus ſuprà *in* 2. *fundamento ſecundæ partis, verſicul. Hinc eſt quod legitimus, num.* 44. & quæ Nos *de Regia protect.* 2. *part. cap.* 13. *à num.* 65. *& ſeq.* Quia ſi iſte talis compareat poſt perfectam executionem, & ſic re non integra, non auditur, ut ibidem latiſſimè diximus; eo quòd per ſuam ſimplicem comparitionem, non annullatur executio præcedens, ſecùs ſi per eam annulletur, quia allegat cauſam aliquam reſolutivam ex hactenus deductis.

Et ut hæc doctrina Menochii, & ſequacium
132 loquentium † in contradictore admiſſionem *ex l. fin. C. de edicto d. Adrian. tollen.* comparente poſt factam jam miſſionem, magis quadret, ſcire debes; quòd de ea miſſione ad miſſionem in poſſeſſionem beneficii faciendam, vel factam virtute litterarum Apoſtolicarum, vel alterius collationis (cùm ad utrumque ſit competens remedium adipiſcendæ) validum eſt argumentum, & ſub regulis legis fin. comprehenditur, et omninò regitur, & utrumque æquiparatur, in procedendo, & contradicendo, aut opponendo, ac omnibus aliis Marcheſan. *de commiſſionibus* 1. *part. cap.* 13. *n.* 20. Joannes Hieronym. Campanill. *diverſo. jur. rubric.* 11. *cap.* 13. *à num.* 222. *&* 223. Rotæ deciſio per Nicolaum Graciam *de benefic.* 6. *part. cap.* 2. *num.* 124. & alia per eundem ſub *num.* 128. *verſic. Tandem ad medium*, & vide *num.* 143. & optimè ipſe Garcia *num.* 259. & ulteriùs ipſe Garcia benè 1. *part. cap.* 5. *num.* 443. & meliùs 6. *part. cap.* 4. *à num.* 7. *cum ſeq.* &

Salgado de Supplic. & Retent.

in deciſionibus ibi adductis, *& num.* 30. *&* 65. *& dict.* 6. *part. cap.* 2. *à num.* 161. *cum ſeq. & n.* 164 *&* 165. per totum, benè Gonçalez *in regula* 8. *Cancel. gloſ.* 15. §. 1. *à num.* 81. *cum ſeq.* uſque ad finem gloſſæ, & ipſe Gonçalez *in* §. 7. *proœmiali, à num.* 242. Mareſcotus *variarum reſolut. lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 42. Saraphinus *deciſ.* 337. *part.* 1. Cabellerius *deciſ.* 230. *& deciſ.* 274. Mirabiliter Rota per Coccinum *deciſ.* 431. *num.* 2. qua ad idem alia recenſetur deciſio, mirabilis deciſio Alexandri Ludoviſii 335. *num.* 6. & 15. & ibi Oliverius Beltraminius, & faciunt quæ Nos *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 8. *num.* 209. ubi plurimos ad hanc æqualitatem Doctores citavimus, quibus & hæc adde, & *deciſ.* 80. *num.* 7. adductam per Vivianum *in tractatu de jure patronatus.*

Ex quibus ſatis evidenter † deducitur, patro- 133
num laicum non citatum quandocumque comparentem, & contradicentem immiſſionem factam virtute litterarum Apoſtolicarum, eſſe legitimum contradictorem tam ex ſua poſſeſſione juriſpatronatus (ad cujus turbationem, & præjudicium neceſſariò infertur) quàm ex vi reſolutionis factæ ipſo jure per ſuam contradictionem, & denegatum conſenſum ex hactenùs dilucidè deductis, & non inutiliter comprobatis.

Ac ideò non obſtare, firmiter aſſeverandum 134
eſt, † deciſionem Rotæ adductam per Marcheſanum *in tractatu de commiſſionibus tom.* 1. *fol.* 437. *col.* 2. qua dicitur, executionem litterarum Apoſtolicarum non revocari, quando de jure patronatus ad idem beneficium non fuit oppoſitum ante factam executionem, ſed poſt eam peractam: cui reſpondetur, quòd vel dicta deciſio ſit intelligenda, quando de jure patronatus non fuit oppoſitum per ipſummet patronum, nec per ab eo præſentatum, ſed per alium tertium putà conſanguineum, vel alium nomine patroni abſentis abſque ejus mandato ſpeciali, & hoc ita videtur inſinuare dicta deciſio, cùm generaliter loquatur de hac oppoſitione, & à quo facta fuerit, nihil appetit vel non attendenda, cùm loquatur contra tot & legitima fundamenta, & veriſſimas doctrinas, quas ſubterfugere, & evitare nemo poterit, cùm revera per contradictionem, & comparitionem patroni laici proviſio Apoſtolica reſolvatur, & ad nullitatem reducantur executio & cuncta ab ea derivativa, reſque reddatur integra & ad tempus ſeu ſtatum, quo legitimus quilibet contradictor comparere poteſt.

Quibus ita omnibus ſuppoſitis, † hoc noſtrum, 135
utile, verum & efficax remedium ita erit practicandum: ſi poſt executionem litterarum recurſus retentionis penitùs aut obtentus fuerit, compareat pars coram executore (ſemper tamen Regius Fiſcalis, ut diximus, legitimus erit contradictor) & opponat de legitima cauſa, qua motus fuit Senatus ad decretum decernendum, & ſimul repoſitionem factæ executionis petat, & à non repoſitione & ab omnibus actibus executionis interponat appellationem, & pro delatione ejuſdem iterùm recurrat ad Senatum, illic indubiè obtinebit decretum violentiæ, ut deferat executor, & reponat, intimatoque decreto judici, omninò reponet, prout tenetur præcisè, ac poſtmodum in executionem decreti retentionis retinentur in Senatu Bullæ & proceſſus, omniaque acta ad illam attingentia executionem præcedentem, ſicuti & quælibet alia, quæ poſtmodum earumdem litterarum virtute conficiantur, vinculo decreti retentioni ſimiliter alligata retinebuntur.

136 Notare etiam debes, quòd † ad hujuſmodi oppoſitionem faciendam & comprobandam ſufficiet, meo judicio, decretum retentionis Senatus; quia in eo ſupponitur juſta cauſa, & legitima ad executionem ſuſpendendam, & ſuperſedendum in ea, quouſque per humilem ſupplicationem interpoſitam Summus Eccleſiæ Paſtor remedium adhibeat, cùm aliter Senatus non exiſtente juſta & legitima cauſa ita non decerneret (nec de tam gravi Senatu ullatenùs præſumendum, ſed imò pro ſe ſtet præſumptio) quoniam cùm ad Senatum pertineat hæc cognitio ſuper examine legitimitatis cauſæ ad retinendum, & ad effectum ſuſpendendi atque ſuperſedendi in litterarum executione: ipſe Judex Eccleſiaſticus illi ſtare debet, quia acta geſta coram ſæculari, ubi de cauſa ſeu articulo cognoſcere
137 * poteſt, faciunt fidem coram Judice Eccleſiaſtico, quando tendunt ad eundem finem; text. eſt *in cap.* 2. *de exceptionibus*, *lib.* 6. in hæc: *Cùm quidam ſæculares Judices (dum coram eis excipitur de re per Eccleſiaſticum Judicem judicata, in caſu, quo ad eum pertinet cognitio de conſuetudine, vel de jure) reculent excipientes audire, in derogationem juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & contemptum decernimus, ut per cenſuram Eccleſiaſticam ab iniquitate coerceantur hujuſmodi, & ad admittendam exceptionem eandem (ubi aliàs de jure debet admitti) à locorum ordinariis compellantur, &c.* Et ſtatim conſecutivè in §. ſeq. idem diſponit ſimiliter obſervandum in caſu converſo in hæc: *Similiter Eccleſiaſtici Judices (ſi coram ipſis excipiatur de re per ſæcularem Judicem judicata) exceptionem ipſam admittunt, in iis quæ animarum periculum non inducunt, per ſuperiores ſuos (niſi fecerint) animadverſione debita caſtigandi.* Hactenùs de mirabili textu ad propoſitum, hunc textum latè exornant, & ejus concluſiones probant Decius *in c. at ſi Clerici*, *de Judiciis*, & ibi Ripa, *num.* 3. & alii citati per Valaſcum *in conſultatione* 65. *num.* 3. & videndus *per totam conſul.* Nicolaus Millis *in repertor. verbo*, *Judex Eccleſiaſticus cui ſit remiſſio*, Annius de Butrio *in d. c. at ſi Clerici in princip. verſic. Oppono*, *quod conjunctus*, ſequitur Marta *de juriſdict.* 4. *p. centur.* 2. *caſu* 69. *à num.* 9. & videndus *à n.* 7. & noviſſimè Rea *in deciſ. Granatenſ. diſcept.* 8. *à n.* 30.

Et in optimo caſu, quando ſcilicèt ſuper
138 facto matrimonii * incidit quæſtio incidenter coram ſæculari, qui declaravit, non fuiſſe contractum matrimonium inter duos, ut poſteà ſi coram Judice Eccleſiaſtico moveatur quæſtio legitimatis, ut obſtet exceptio rei judicatæ obtentæ coram ſæculari, exactiſſimè poſt alios probat Menochius *in conſ.* 366. *num.* 46. 47. & 48. *lib.* 4. cujus verba referens ſequitur & benè examinat Caſtillo *controverſ. tom.* 5. *c.* 105. *à num.* 6. videndus.

Et hoc procedere (dicit Marta *de juriſdict.* 3. *part. cap.* 6. *nu.* 2. & 3. *fol.* 308. ut hujuſmodi
139 acta facta à ſæculari * fidem faciant omninò in judicio Eccleſiaſtico) propter bonum publicum, ne deluſoria ſint decreta prætorum per *l. ſi prætor. ff. de judiciis*, *l. res judicata*, *ff. de re judicat.* Bald. *in authent. ad hæc*, *n.* 15. *C. de uſuris.*

Et cùm hæc cognitio (ut diximus) & exa-
140 men cauſæ ligitimæ * ad retentionem Bullarum faciendam, & ſuperſedendum in ea ad effectum ſupplicandi Sanctiſſimum, tam de jure, quàm de conſuetudine immemoriali conſtanter ut notoria obſervata (ut diximus 1. *p. cap.* 1. & *cap.* 2. *atque ſeq.*) fides hujuſmodi examini, & decreto Senatus adhibenda eſt omninò in judicio Eccleſiaſtico; maximè cùm Principi afferenti adeſſe timorem ſcandali omninò fides datur, & ejus aſſertioni ſtatur, uti ex pluribus Doctoribus probavimus hac 1. *part. cap.* 3. §. *unico*, *num.* 65. & *c. p.* 4. *num.* 57. alioquin directè detraheretur tali Regaliæ, juri Regis, & conſuetudini, contra text. mirabilem, & benè ponderandum in propoſito *in cap. cauſam quæ* 7. *qui filii ſint legitimi*, in quo utrumque expreſsè atque manifeſtè probatur, & deciditur in hæc: *Cauſam quæ* * *inter* 141
R. & F. ſuper eo quod mater dict. R. dicitur non fuiſſe de legitimo matrimonio nata, agitari dignoſcitur, vobis commiſimus terminandam, verbum quia in litteris noſtris inferi fecimus, ut ſæpe facto R. poſſeſſionem omnium quorum poſſeſſor extitit, quando avus ſuus proficiſcendi Hieroſolymam iter arripuit ante principalis cauſæ ingreſſum faceretis reſtitui, ſi eadem poſſeſſione fuiſſet per violentiam ſpoliatus; nos attendentes, quod ad Regem pertinet non ad Eccleſiam de talibus poſſeſſionibus judicare, ne videantur juri Regis Anglorum detrahere, qui ipſarum judicium ad ſe aſſerit pertinere, fraternitati veſtræ mandamus, quatenùs Regi poſſeſſionis judicium relinquentes, de principali, &c. Plenius cognoſcatis, &c.

Utilius tamen erit in hac * quæſtione, quòd 142
anteaquàm pars gravata per litterarum Apoſtolicarum executionem ad Senatum Regium accedat pro remedio retentionis; compareat coram executore earum, & opponat de ſuis exceptionibus legitimis, & petat repoſitionem ſimul, & appellationem interponat ab executore, & toto proceſſu, (ut ſuprà diximus) & poſtmodùm recurrat ad Senatum petens retentionem litterarum, & conditionaliter, quòd declaretur vim facere in non deferendo, & reponendo, tunc dato decreto retentionis, vel reponendi, liberè ſubintrat executio decreti retentionis, ut hactenùs dictum eſt, quæ remedia conditionaliter ſimul cumulari poſſe, firmamus *in cap.* 11. *ſeq.* hac eadem 1. *part.* ubi latiſſimè tractamus de concurſu horum remediorum per plurimorum caſuum diſtinctionem.

Adverte etiam, quòd quando * in Senatu de- 143
claratum fuit vim facere, & reponere judicem executorem, decretum ſufficit quòd intimetur judici dumtaxat, proceſſu remanente in Senatu, quis illum petat ad reponendum, non audiatur, ſed ſecunda juſſio concedenda, quoniam ad repoſitionem faciendam, ſicut non aget juriſdictione, ita nec actis, ſed per decretum ſuum decernat repoſitionem, & committat alicui ſuo miniſtro executionem, ſi opus ſit, aut intimet poſſeſſori repoſitionem, ne ad poſſeſſionem accedat, quia de facto ſufficit reponere, prout latè Nos *de Regia protect.* 1. *p. cap.* 3. *à nu.* 10. *cum ſeqq. & per totum.* ne fortè proceſſus occultetur, atque executio decreti retentionis defraudetur, eſto pervigilans.

Quod fallit, quando executor litterarum de- 144
ceſſit, vel longè abeſt, * ita ut deficiat ad effectum reponendi poſſeſſionem, & executionem ab eo jam peractam virtute decreti violentiæ, & ſit neceſſarium recurrere ad ſupeſtitem aliquem coexecutorem, ſeu delegatum ſimul nominatum in litteris Apoſtolicis, ut compleat dictum violentiæ decretum reponendo: nam tunc litteræ Apoſtolicæ, & proceſſus ad eum remittentur, ut poſſit acceptare juriſdictionem, & de commiſſione ſibi facta certiorari. Idem dicendum erit de

Ordi-

Ordinario ad quem fit per Senatum remissio causæ ad hunc dumtaxat effectum reponendi etiam executionem mortuo, vel longè absente executore ipso, de quibus omnibus latissimè videre est *in §. seq. per totum*, & signanter *à n. 52. cum multis seqq.*

§. UNICUS.

Executionis litterarum jam peractæ repositio per quem facienda erit virtute Decreti Regii violentiæ ipso executore mortuo, vel longè absente, ut retentionis Decretum postea obtentum plenarium consequatur effectum.

Ubi an per Judices, & executores superstites in litteris nominatos, & an si plures sint, prærentivè electio competat utrique parti, vel impetranti dumtaxat.

Et an, & quando per Ordinarium hæc valeat fieri repositio.

Et an tunc per sequestrum fructuum beneficii vim patienti, & litterarum retentionem obtinenti consulatur.

SUMMARIUM.

1 *Litterarum executionem jam peractam Senatus virtute Decreti retentionis per seipsum reponere nequit.*

2 *Per Decretum violentiæ executorem vim facere, & repõnere, intimatum executori, & facta repositione, Decretum retentionis plenum consequitur effectum.*

3 *Executore mortuo, vel absente extra Regnum, à quo repositio peractæ executionis sit faciènda virtute Decreti violentiæ.*

4 *Judex successor in jurisdictionem omninò tenetur adimplere Regium Decretum violentiæ, etiam suo antecessori directum.*

5 *Ad litterarum Apostol. executionem nunquam unus solus nominatur executor, sed plures, ut sic provideatur impedimentis contingentibus.*

6 *Executoribus pluribus in solidum nominatis per præventionem unius, cæteri non excluduntur perpetuò, sed isto mortuo aut absente unus ex superstitibus prosequitur causam in eodem statu.*

Cap. cum plures 8. de offic. Delegat. lib. 6. expenditur, & latè exornatur, ibid. & n. seqq.

7 *Rescriptum pluribus directum, & eorum cuilibet, si is qui cæpit causam discedat, aut legitimo impedimento detineatur, unus ex superstitibus assumit causam in eodem statu.*

8 *Superstes, ut successor in causa tenetur adimplere Decretum Senatus,* de otorgar, y reponer, *etiam directum suo antecessori mortuo, vel absenti.*

9 *Qui si reponere recuset, secunda jussio per Senatum expeditur in ipsum.*

10 *Si plures sint superstites executores nominati, quis eorum adimplere tenetur Decretum Regium violentiæ; & sequentibus.*

11 *Electionem unius ex superstitibus executoribus nominatis pertinere impetranti privativè, mortuo primo præoccupante jurisdictionem, sectatur Christophorus de Paz.*

12 *In imp trantis potestate sicut fuit à principio uti vel non uti rescripto: ita ad eum privativè spectat eligere unum ex superstitibus, mortuo eo, qui causam cœpit, argumentatur ipse Paz.*

13 *Appellans nequit præveniri ab appellato in impetranda commissione super appellatione.*

14 *Mortuo executore, electionem præventivam unius ex superstitibus nominatis pertinere utrique parti, constanter tuetur Autor contra Paz, & sequentibus.*

15 *Impetrans ante præsentationem commissionis potest liberè ea non uti, & renuntiare; secùs post eam, & citato adversario, cui jam jus fuit quæsitum, & commissio facta communis utrique parti.*

16 *Commissione facta communi, & jure æqualiter quæsito utrique parti, electio ex superstitibus æqualiter utrique competit præventivè.*

17 *Inter habentes æquale jus, melior est conditio prævenientis.*

18 *Jus eligendi, aut nominandi si competit pluribus in solidum, inter eos admittitur præventio, & prævalet præoccupans.*

19 *Ut in procuratoribus in solidum datis.*

20 *In venatione, & piscatione prævenientis, & præoccupantis fiunt animalia, & pisces.*

21 *Judicum plurium competentium electio competit prius provocanti, etiam invito adversario.*

22 *Impetrantis facultas eligendi à principio unum ex executoribus nominatis in sua commissione, extincta fuit per primam electionem validè à se factam.*

23 *Eligendi facultas, sive competens ex testamento sive ex contractu extinguitur, si fiat per contractum inter vivos.*

24 *Electio unius Judicis ex nominatis facta ab initio per impetrantem per contractum facta intelligitur, cùm in judicio quasi contrahatur.*

25 *Eligendi facultas semper consumitur, quoties ex electione semel facta jus fuit alicui quæsitum.*

26 *Præventio judicialis duplex est, altera quæ fit à Judice, altera quæ fit à parte.*

27 *Appellanti dum res est integra competit facultas impetrandi commissionem super appellatione sua, quæ tunc ab adversario præveniri, & supplantari non potest.*

28 *Re non integra per commissionis præsentationem commissio fit communis utrique parti, & æqualiter jus quæsitum, ac pariter jus eligendi unum ex superstitibus.*

29 *Termino præfixo appellanti ad impetrandum transacto, res desinit esse integra, & jus adversario quæsitum æquale ad præveniendam, & præoccupandam impetrationem super appellatione.*

30 *Eligendi unum ex superstitibus executoribus facultas si competeret impetranti privativè, grave foret inconveniens, qui vel tardiùs, vel nunquam eligeret.*

31 *Ob impedimentum Judicis transfunditur jurisdictio in alium, ne detineatur justitiæ administratio, dum expectatur impedimenti remotio.*

32 *Impetrans mortuo Judice Delegato, non habet Judicem, qui ei possit præfigere terminum, ad eligendum alium ex superstitibus in sua commissione nominatis.*

33 *Mortuo, vel extra Regnum absente executore, qui vim intulit, decretum violentiæ cuilibet ex superstitibus intimari potest, sive à vim patiente, sive ab impetrante, & is tenetur reponere.*

34 *Ut inde Regium Decretum retentionis suum con-*

sequatur effectum impeditum per executionem litterarum jam peractum.

35 *Superstite executore (cui decretum Regium fuit intimatum) recusante reponere, secunda jussio per Senatum erit expedienda.*

36 *Executore, qui cœpit causam, longe absente, potest unus ex superstitibus in commissione nominatis eam reassumere in eodem statu, & prosequi.*

37 *Absentiam Judicis notabile non solùm esse justum impedimentum ad eum excusandum à munere judicandi, verùm ad jurisdictionem in alium transferendam.*

38 *Delegato vim inferente, & postea mortuo, vel habente salubre remedium est quærere unum ex superstitibus conjudicibus nominatis in commissione, cui Decretum violentiæ intimetur.*

39 *Mortuo, vel absente executore, qui vim intulit, Decretum violentiæ etiam ei directum comprehendit unum ex superstitibus, cui fuerit intimatum.*

41 *Potest etiam concipi specificè, complemento directo ad unum ex superstitibus, cui fuerit intimatum.*

42 *In necessitatibus urgentibus extrà ordinem Princeps subvenit.*

43 *Incertitudo in necessitatibus admittitur non vitiat.*

44 *Decretum violentiæ directum ad unum ex superstitibus, cui intimetur, non continet incertitudinem considerabilem, cùm facilè ex intimatione ad specificam certitudinem reducatur.*

45 *Incertitudo, quæ ex futuro eventu, vel per factum, aut declarationem alterius certa redditur, in qualibet dispositione admittitur.*

46 *Emptio pro persona nominanda per emptorem sustinetur, ita ut facta nominatione retrotrahatur, ac si à principio ipsa contraheret.*

47 *Clausula (omnesque alias) sustinetur per nominationem impetrantis circa conveniendos posteà faciam.*

48 *Incertitudo, & generaliter sententiæ certificandæ in executione admittitur.*

49 *Conditio extrinseca sententiæ suspendens condemnationem, nec definitionem negotii admittitur.*

50 *Senatus, si in Decreto violentiæ non fecerit mentionem Judicis superstitis, poterit seorsùm in alio Decreto in continente tollenda dubitationis gratia.*

51 *Decretum violentiæ etiam directum Judici mortuo, vel absenti, qui vim intulit, & etiam non facto nomine superstitis, semper huic intimatum adstringit.*

52 *Litteræ Apostolic. si virtute Decreti retentionis retinentur in Senatu, quomodo relaxandæ, ut superstes acceptet commissionem.*

53 *Delegatus certus esse debet de sua commissione, non aliter quàm per litterarum originalium ostensionem, & sibi factam præsentationem.*

54 *Ita ut transumptum earum non sufficiat ad exercitium jurisdictionis.*

55 *Litteræ Apostolicæ mittendæ sunt ad superstitem, ad acceptandam commissionem, etiam stante decreto Regio retentionis earumdem.*

56 *Et mittuntur tradendæ tabellioni cum omni cautela & securitate, ut facta intimatione superstiti, & repositione, redeant ad Senatum.*

57 *Et redeundæ sunt in Senatum, vel virtute prioris provisionis Regiæ, vel etiam novi Decreti.*

58 *Vbinam litterarum jam per Senatum retentarum nihil ab impetrante fiendum, quin subjiciat retentionis Decreto.*

59 *In duobus malis minus est eligendum.*

60 *Mortuo, vel absente executore litterarum, qui vim intulit, quando poterit recurri ad Ordinarium pro repositione possessionis, & attenta executionis, & sequentibus.*

61 *Litterarum Apostolicarum executio directa Judicibus particularibus per Senatum remittitur Ordinario; cui prima instantia competit deficiente subscriptione propriæ manus Sanctissimi.*

62 *Processus gestus per executorem ex commissione non subscripta vitio attentatorum, & nullitatis subjicitur ex defectu notorio jurisdictionis.*

63 *Mortuo executore (qui vim intulit) ex commissione non subscripta, Senatus remittit causam Ordinario, non ad effectum procedendi perpetuò, cùm id impediat Decretum retentionis, sed respondendi tantùm.*

64 *Ad repositionem attentatorum Judex non eget jurisdictione.*

65 *Remissio litterarum Ordinario facienda cum regio Decreto ordinante eas retinendas in Senatu, quomodo compatiatur, & seqq.*

66 *Remissio litterarum Ordinario, ad finem reponendi dumtaxat, brevi duratura non impedit, nec tollit effectum Decreti retentionis, sed paulisper suspendit.*

67 *Brevi reversus recessisse non videtur.*
Nec abesse dicitur statim reversus, ibid.

68 *In consequentiam trahi nequeunt quæ propter necessitatem aliquandò sunt concessa.*

69 *Quando jus posterius confundit aliud secum concurrens, si illud est temporale, non operatur confusionem perpetuam, sed temporalem suspensionem.*

70 *Conductor rei eam emens, sequuto retractu, redit ad suam conductionem.*

71 *Usufructuarius proprietatis emptor retractu sequuto, redit ad suum usumfructum.*

72 *Litteræ remissæ Ordinario ad effectum reponendi stante retentionis decreto semper huic sunt affectæ, quocunque vadant.*

73 *Jus pignoris in re non perditur, creditore facto domino revocabiliter.*

74 *Primus contractus non novatur, nec liberantur pignora, aut fidejussores per secundum in majorem firmitatem prioris factum.*

75 *Secùs si secundus fiat animo novandi, & à primo recedendi.*

76 *Inter Decreta retinendi litteras, & remissionis ad Ordinarium ad finem reponendi, nulla repugnantia reperitur, nisi in sonitu verborum, cum in fine & effectu conveniant.*

77 *Retentio litterarum fit, ne procedatur ad earum executionem, ac remissio earum ad Ordinarium, ad jam factam destruendam, & reponendam.*

78 *Contraria remedia ad idem cooperandum cumulari possunt, & compatiuntur.*

79 *Contrarietas in abstracto, & non in concreto, nec in substantia non attenditur.*

80 *Ordinarius, cui fit litterarum remissio mortuo executore, ad finem reponendi, an ad petitionem solùm partis, an etiam ad intimationem decreti violentiæ reponere potest, & sequentibus.*

81 *Ordinarius, cui fit litterarum remissio per Senatum non ex jurisdictione litterarum, sed sua propria in prima instantia procedit.*

Suc-

82 *Succeſſor in re alio jure, quàm jure prædeceſſoris non tenetur ad id, ad quod iſte tenebatur.*

83 & 84. *Succeſſor in re per juris tranſlationem tenetur ſtare conductioni per anteceſſorem factæ, ſecùs ſi ſuccedat per privationem, & extinctionem juris.*

85 *Ordinarius, cui litteræ retentæ in Senatu remittuntur ad fidem reponendi mortuo executore, reponere tenetur, tam ad petitionem parti, quàm ad ſolius decreti violentiæ intimationem, & ſequentibus.*

86 *Ordinarius, cui ſit per Senatum litterarum remiſſi, licèt non ſit ſucceſſor in juriſdictione executoris mortui, vel abſentis, eſt tamen ſucceſſor in eadem re, & cognitione.*

87 *Succeſſor per privationem ex eo non tenetur ſtare conductioni, quia extincta fuit conductio, licèt ſucceſſor ſit.*

88 *Ordinarius, cui ſit per Senatum litterarum remiſſio in prima inſtantia, tenetur jure, & obligatione propria ratione officii juſtitiam miniſtrare, & reponere ab alio malè geſta.*

89 *Senatus remittens litteras Ordinario ad effectum reponendi geſta per executorem mortuum, liberè ei poteſt in decreto injungere repoſitionem.*

90 *Sequeſtrum fructuum beneficiorum apponitur, quando litteræ Apoſtol. quas retineri decernitur, jam ſunt executæ ob timorem ſcandali.*

91 *Per ſequeſtrum fructuum beneficii impetrati licèt ex integro non ſatisfiat vi oppreſſis, litteris jam executis; in aliquo tamen coadjuvat, & detrahit fraudi impetrantis.*

92 *Fructus beneficii impetrati per aliegenas horum Regnorum ſequeſtrantur, lato decreto retentionis, litteris jam executis.*

93 *Impetrantes beneficia patronatus Regii, aut laicorum, ac patrimonia, Magiſtralem, aut Doctoralem, & executioni de facto dantes litteras ipſo facto ſunt effecti alienigenæ, & amittunt naturalitatem, & fructus beneficiorum ſequeſtratum per Senatum.*

94 *Sequeſtrantur fructus beneficii patrimonialis impetrati litteris executis, nam impetrans ipſo facto amiſit naturalitatem.*

95 *Quod ex identitate, & majoritate rationis diſpoſitum intelligitur in beneficiis juriſpatronatus laicorum.*

96 *Inter beneficia patrimonialia, & juriſpatronatus laicorum magna datur ſimilitudo & fraternitas.*

97 *Beneficia patrimonialia an præſervata ſint à reſervatione, ſicut beneficia juriſpatronatus laicorum.*

98 *Indulti Diœceſis Calagurritanæ clauſulæ excludunt omnem reſervationem.*

99 *Similitudinem inter beneficia patrimonialia, & patronatus laici non tantam dari, dicit Gonçalez, quæ reſervationem excludat.*

100 *Similitudo omnimodo inter duos caſus non requiritur ad comprehenſionem legis, ſed ſufficit quòd conveniant in caſu de quo agitur.*

101 *Patrimonialium beneficiorum nulla admittitur in Hiſpania derogatio, ne reſervatio, ſicut in beneficiis patronatus laici.*

102 *Nec permutationes, aut reſignationes, vel penſiones.*

103 *Impetrantes beneficia juriſpatronatus Regii, & laicorum ſunt effecti alienigenæ, & extranei ſicuti impetrantes beneficia patrimonialia.*

104 *Litteræ in derogationem juris filiorum patrimonialium retinentur in Hiſpania ſicuti derogationem patronatus laici.*

105 *Sicuti in ſubſtantialibus idem eſt diſpoſitum in patrimonialibus, quod in beneficiis patronatus laicorum, idem quoad executionem diſpoſitum eſſe intelligendum.*

A majoritate rationis valet argumentum, ibid.

106 *Pœnæ amiſſionis naturalitatis & temporalitatum impoſitæ alienigenis impetrantibus, eædem ſunt impoſitæ impetrantibus Bullas in derogationem patronatus Regis, & laicorum ex eiſdemmet legibus Regni.*

107 *Fructus beneficii ſunt bona temporalia, & ſequeſtrantur ob executionem factam litterarum, quæ retineri mandantur.*

108 *Inſtante neceſſitate, & deficiente remedio ad reponendam poſſeſſionem, & executionem litterarum, quæ retinere mandantur, omninò verificatur opinio Doctorum aſſerentium ſequeſtrandos fructus beneficii per Principem ob vitanda ſcandala.*

109 *Neceſſitas urgens legi non ſubjicitur.*

110 *Neceſſitas facit licitum, quod aliàs erat illicitum.*

111 *Ob ſcandalum vitandum permittuntur, quæ aliàs non permittuntur.*

EX controverſia, longaque diſceptatione, & ejus reſolutione, de qua ſurſum in hoc caput ſemel peracta jam executionem litterarum Apoſtolicarum Senatus (qui retinendas * ex juſta, & legitima cauſa decrevit) minimè poſſit revocare, aut reponere per ſe ipſum, & directè, juxta validiſſima, & inevitabilia juris fundamenta deſcripta. & acutè conſiderata hoc *cap.* 10. *à* 33. *cum multis ſeqq.* Atque pariter ex remedio efficaciſſimo, ſalubrique, & ex omnibus ſuis partibus conſtante; * ut nempè per Senatum declaretur, Judicem executorem vim facere non deferentem appellationi ab executione interjecta litterarum, mandeturque deferre, & reponere omnia à ſe nulliter attentata, ut ſemel facta hac repoſitione, res reddatur integra, & ad ſuum illum priorem ſtatum, quo erant litteræ Apoſtolicæ ante earum executionem, ut ſi liberè, & abſque impedimento Regium retentionis decretum plenarium ſuum conſequi valeat effectum, & vi oppreſſis ex integro conſulatur per hanc litterarum, & totius proceſſus deſuper fabricati retentionem, ne ulteriùs impetrans litteris uti poſſit in damnum & perniciem publicæ utilitatis ſupplicatione ad Sanctiſſimum pendente, de quo hoc eodem *c. à n.* 89. *uſque ad finem*, copioſè videre eſt. 2

Nunc nova alia, & ingens ſuboritur difficultas; quonam modo * remedium prædictum practicari queat, & vi oppreſſo retentionis litterarum decretum obtinenti conſuli, quando executor delegatus poſt peractam executionem, & poſſeſſionis beneficii traditionem deceſſit, vel etiam in longinquis, & extra Regnum abeſſe contingat, cùm jam deficiat, qui decretum violentiæ, *otorgue, y reponga*, exequi poſſit, ad latè tradita, & per Nos accuratè diſputata *in tr. de Regia protect.* 1. *part. cap.* 3. *per totum*; & ſignanter *à num.* 24. *& à num.* 36. *uſque ad finem.* ubi reſolvimus Judice vim, & attentata inferente mortuo, ſucceſſorem in ejus juriſdictionem * omninò exequi, & adimplere teneri Regium decretum violentiæ, *de otorgar, y reponer*, etiam ſuo anteceſſori directum, quæ reſolutio licèt generaliter veriſſima ſit, atque indubitabilem monſtraverimus ex tot juribus, & fundamentis ibidem conſideratis & adductis: tamen adhuc remedium hoc inefficax, & inane videtur hoc in 3 4

[illegible], cùm adoptari minimè videatur judicibus executoribus ad litterarum Apostolicarum executionem datis, & jam ipsam peragentibus, quibus successor, ut plurimum deficit, qui mortuo, vel [illegible]ge absente executore gravante, & vim inferente, reponere possit, ut retentionis decretum efficaciter operetur, de quo in hoc §. specialiter [illegible]s agendum, & ea juri consona, & utilia remedia applicanda, ex quibus licitè, & utiliter adhiberetur salubre remedium illud, de quo in hoc *cap. & nu.* 89. *cum seqq.* Ne inane remaneat Regium decretum retentionis, atque plena [illegible]dè securitas vim patienti tribuatur.

5 Primum sit igitur in hoc puncto remedium, ad litterarum * Apostolicarum executionem & cognitionem nunquam à Sede Apostolica dari [illegible]let unus Judex solus, sed plurimos in litteris nominari, ut quilibet in solidum procedat, & cognoscere valeat, ob vitanda pericula, & parendum sumptibus, & expensis impetrantis, cùm fortè unus qui nominatur potuit interim vel decedere, vel longè abesse, vel aliquo juris impedimento ad judicandum detineri, providè idcircò plures nominantur, quibus in solidum commissio dirigitur, & ab uno cœpto negotio alii excluduntur, non perpetuò, sed quoad exercitium durasset, ita ut si is, qui cœpit cognoscere decedat, vel aliquo impedimento detineatur, alter ex cognominatis possit liberè causam in eodem statu accipere, & liberè prosequi, cùm is, qui primitiùs præoccupavit jurisdictionem, & cognitionem, quoad cæteros simul perpetuavit eandem. Sic determinavit celebris textus *in cap. cum plures* 8. *de officio delegati*, *lib.* 6. cujus elegantissima hæc 6 sunt. * *Cùm plures sub illa forma, ut omnes, aut duo; vel unus eorum mandatum Apostolicum exequatur, aut alia consimili Judices, vel executores à Sede Apostolica deputari contingit: ipsorum quilibet injunctum potest liberè adimplere mandatum Porrò uno eorum negotium inchoante commissum alii nequibunt se ulteriùs intromittere de eodem, nisi vel infirmitate, vel alia justa causa illum contingeret impediri: aut si solet, vel malitiosè in eo procedere recusaret, Jurisdictione verò perpetuata mandatore vivente, per unum (eo casu, quo poss[illegible]) ex Judicibus delegatis perpetuata intelligitur quoad omnes.* Hactenus de Pontificia, & egregia determinatione, quam exortant Ordinarii ibidem Lapus, Abbas, Archidiacon. Geminian. Joan. And[illegible]. Anchar. Butr. Domin. Monach. Philipp. Franc. Vivian. *in rationali*, *lib.* 1. *pag.* 403. Aregon. *in compendio*, *pagin.* 147. *& ibid.* Auct. Barbos. *in remission. ad eundem text. num.* 2. Castillo *in l.* 38. *Taur. glos.* 1. *per totam*, Azeved. *in l.* 10. *tit.* 13. *lib.* 4. *Recopil. n.* 22. Paz *in tract. de tenuta*, *tom.* 2. *cap.* 49. *sub. num.* 5. illam omnes probantes conclusionem, quòd si rescriptum pluribus * Judicibus executoribus commissum sit, & eorum cuilibet, lite jam cœpta, ille, qui priùs ab impetrante fuerat requisitus moriatur, vel fuerit legitimo impedimento detentus, jurisdictionem in alium continuari, litem prosequatur, eam assumendo in statu, quo erat tempore mortis Judicis.

Ex cujus textus determinatione rectè inferri 7 potest ad præsentem * difficultatem, quòd cùm mortuo primo Judice superstes nominatus verè Judex fit in causa, & eam teneatur prosequi, & [illegible] in eo statu, in locumque mortui succedat, ipse tamen debet adimplere Regium [illegible] & eligat, & reponat, juxta ea quæ [illegible] in ejs terminis respecta Judicis successoris in locum demortui, & de identitate utriusque præsertim ad hunc effectum adimplendi litteras tangentes negotium, etiam directas suo antecessori mortuo, *in tract. de potest. Regia* 1. *part. cap.* 3. *à num.* 40. *usque ad fin.* Quo loco innumerabiles penè doctrinas reperies quibus præsens * ista resolutio mirè roboratur, & exornatur. Quòd si superstes adimplere, & exequi (fortè malitiosè) recuset, danda erit secunda jussio ex ibidem consideratis *à num.* 23. *& seqq.* & latiùs *eadem* 1. *part. cap.* 2. *num.* 263. *cum multis seqq.*

Quæ resolutio uti verissima licèt de plano procedat in uno tantum Judice * nominatis in commissione Apostolica superstite; verùm quid sit sentiendum, quando duo, pluresve supersunt ex nominatis, mortuo, vel impedito altero quis priùs præoccupavit causam & cœptam reliquit, an sufficiat quòd cuilibet eorum Senatus dirigat decretum violentiæ, *otorgue*, *y reponga*, ita ut quælibèt pars sive is contra quem commissio impetrata, sive ipse impetrans possit, cui eorum voluerit intimare Regium decretum, vel spectandum sit omninò, quòd ipse impetrans solus quem maluerit eligat. 10

In qua difficultate hoc * ultimum spectandum 11 videtur, si credimus Christophoro de Paz *in tractatu de tenuta* 2. *part. c.* 49. *sub. n.* 5. dum (licèt perfunctoriè) dicit; quòd si rescriptum tribus, vel quatuor, vel pluribus aliis Judicibus sit directum, & primus, qui cognoscere cœpit, moriatur, tunc non esse in potestate illius, contra quem rescriptum fuit impetratum; Judicem alium ex iis qui supersunt, prævenire, sed cogendum fore impetrantem unum ex eis eligere, quem maluerit, dato eidem termino competente ad eligendum. Illam reddens * rationem, nam sicut in 12 potestate impetrantis fuit rescripto uti, vel non uti, sic etiam privativè pertinet ad eum jus eligendi alium Judicem ex pluribus, primo mortuo. At quod allegat *gloss. in c. quoniam.* Abbas, *de officio Delegati*, & Rotam *in decis.* 16. *de appellat. in novis.* ex ratione *c. oblatæ de appellatio.* Ubi ille qui appellavit nequit præveniri in Judice * impetrando, nisi priùs requisito appellante, & 13 constituto in mora per anni lapsum (quod respectu termini ipse Paz Judicis arbitrio relinquit) ergo quousque impetrans noviter alium eligat, quem maluerit, alteri non poterit intimari, Senatus decretum violentiæ, nec adversario competere cuilibet illud intimandi.

Sed salva pace hujus Doctoris, ejus opinio improbabilis est; * & minus tuta, quæ etiam 14 ex suismet motivis convincitur, propterea constanter tenendum, & affirmandum, in cujuslibet partis esse facultate ad quemlibet eorum recurrere, sicuti etiam cuilibet Judici ex superstitibus licitè prævenire, & præoccupare licet, cùm omnes in solidum sint effecti competentes, & quoad omnes, & singulos à primo fuerit perpetua jurisdictio. Ad quod moveor primò ex eodem fundamento, quo in contrarium motus fuit Pazmet-ipse, nempè de potestate, facultate impetrantis volentis à principio uti vel non uti rescripto, ut eadem sibi duret postmodum lite cœpta, & mortuo primo Judice ad alium eligendum privativè, decipitur enim ipse in argumentandi modo, cùm consequentia ex prædicto antecedenti uti à re diversa, & separata inferri non potest. Militat enim diversa ratio, quæ variata reperitur in terminis, in quibus versamur: namlicèt * impetrans rescriptum 15 possit eo non uti, aut renuntiare re integra, hoc est,

antea-

antequàm illud præsentet, & eius virtute adversarius citetur: tamen postquam eo uti cœpit, & citatus fuerit adversarius; ei amplius renuntiare non potest, nec datur facultas illo ad sui libitum utendi, vel non utendi, quoniam per citationem jam rescriptum pariter effectum est commune utrique parti, & ex eo adversario suo citato jus quæsitum, qui eo uti potest eo modo, quo & impetrans, prout latè videre est in 2. *part. c.* 29. *à n.* 29. *cum seq. & à n.* 51. *cum seq. & cap.* 12. §. *unico à n.* 20. *& sequentibus, & hac* 1. *part. cap.* 13. *à num.* 78. Ergo de necessitate infertur, quòd
16 postquam commissio † effecta fuit communis utrique parti, cuilibet ex ea quæritur jus æqualiter, & quemadmodum licet uni eligere, & nominare judicem superstitem, ita pariter & alteri, ita ut inter eos præventioni, & præoccupationi locus sit.

17 Est enim regula generalis, † & constans, quòd inter habentes æquale jus melior sit conditio prævenientis, quàm *ex l. quoties utriusque, 99. ff. de regulis juris, regula qui prior. de reg. juris in decret.* firmant Roman. *consil.* 47. *n.* 1. plura per Ricpam *in l. privilegia, ff. de privilegiis creditor.* Negusantius *de pignoribus* 5. *part.* 2. *membro. per totum*, Felician. de Solis *in tractatu de censibus, lib.* 3. *cap.* 5. Mascard. *de probationibus, conc.* 1234. Marienzo *in l.* 7. *glos.* 5. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopilat.* Hieronym. Gonzalez *ad reg. de mensibus*, §. 3. *proœmiali, n.* 22. *& à n.* 1. *cum seqq.*

18 Et quando aliquibus competit jus eligendi, † nominandi, aut conferendi in solidum, ita ut unus possit cum alio concurrere in nominatione, aut electione inter eos locus est prævention, & potior ille est, cui prior præoccupavit, *cap. dudum* 14. §. *nos igitur*, ibi: *Propter quod nostra qui eandem præoccupavimus potestatem, potior debet esse conditio, de præbend. lib.* 6. *cap. si à Sede* 31. *eodem tit. cap. si plures*, §. *porro de officio Delegat. in* 6. & utrobique Doctores, Rota *decis.* 1. *sub num* 2. *post medium, de præbendis in nonis*, & *decis.* 17. *sub num.* 2. *eodem titulo in nonis* Staphileus *de litter. gratiæ, in prælud. n.* 8. Gomez *de expectati. num.* 16. Boerius *quæst.* 24. *nu.* 4. *& quæst.* 278. *sub numero* 1. Abbas *in cap. quia diversitatem, numero* 5. *de concession. præbendæ*, Bonifac. Vitalin. *in clement.* 1. *numero* 88. *ut lite pendente*, Rebuffus *in concordatis in rubrica de mandatis Apostol.* §. *declarantes in glossa, verbo, Jure præventionis in princip. & per totam, & in praxi benefic. tit. de devolutionibus, numero* 46. 47. & 48. Rota *decis.* 272. *numer.* 4. *lib.* 2. *part.* 3. *diversorum*, Abbas & Lupus *in dict. cap. si à Sede, numero* 3. *de præbend. lib.* 6. latissimè ad plura similia inferens videndus Gonçalez *de alternativis*, §. 3. *proœmiali, à numero* 1. *per totum*, & est textus † (in procuratoribus in solidum datis) *in l. pluribus* 32. *ff. de procuratoribus, c. non injuncto de procuratoribus, cap. duo,*
20 *versic. Secus eodem tit. lib.* 6. Idem in venatione animalium, & † piscatione piscium, quia priùs provenientis, & occupantis fiunt, *l.* 1. §. *piscium, ff. de acquir. rerum domin.* §. *feræ igitur bestiæ. institut. de rerum divisione, l.* 17. *tit.* 28. *part.* 3. Igitur cùm ex commissione facta communi utrique parti sit quæsitum jus æquale, is præferendus in electione, qui priùs prævenerit, & præoccupaverit.

21 Deinde quoniam quando quis † habet plures Judices, & foros, quos sortitur adversarius, qui prius provocat, potest quem maluerit eligere, & coram ipso lis omninò tractanda erit, etiam invita, & renuente altera parte. Ita docent Glossa *ult. in fin. in l. actor. fin. C. ubi in rem actio*, & ibi Curtius *n.* 2. Bald. *n.* 5. Salicetus *n.* 2. Paulus *n.* 4. Panormitan. *in cap. fama, n.* 4. *& in cap. fin. n.* 34. *de foro competent.* Marian. Socin. *in dict. cap. fame, numero* 11. *versic. Decima declaratio, & in c. cum sit generale, numero* 6. *in cap. licet ratione n.* 90. *vers. Ulterius quia supra, eodem tit.* ubi latissimè Felinus *& in cap. dilectus el.* 2. *n.* 10. *de rescriptis*, Aretinus *in dict. cap. cum sit generale, n.* 7. ibid Bald. *in l. fin. num.* 2. *C. si à non competent. Judice.* Roman. *cons.* 197. *n.* 1. Tiraquell. *de tractatu linag.* § 3. *glos.* 5. *nu.* 9. Carleval. *de judiciis, lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 3. *n.* 152. *fol.* 74. Covar. *lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 18. *n.* 6. Franchis *decis.* 177. *per totum*, & est *l.* 32. *tit.* 2. *part.* 3. & ibidem *glos.* 17. Ergo si is, contra quem fuit rescriptum impetratum, priùs intimaverit violentiæ decretum Senatus alicui ex Judicibus superstitibus, vel alium actum sibi necessarium gerat coram eo, ille Judex erit causæ, invito impetrante.

Ex qua regula illa fluit impetrantis facultas eli- 22
gendi † à principio, & dum res est integra, unum ex pluribus judicibus in rescripto nominatis, coram quo possit adversarium convenire (& non ex eo quòd ab initio fuit in potestate impetrantis utendi, vel non utendi rescripto, ut putavit Christophorus de Paz citatus sup. *à nu.* 11. quia effectus iste ex alio fonte, & diverso fluit) quæ quidem facultas, & potestas eligendi competens impetranti per primam illam electionem semel validè tactam consumpta fuit, & extincta, sive à lege, sive ex testamento competat, *cap. si electio de electione lib* 6. *l. hæc condit. l. filiæ meæ, ff. de condit. & demonstra.* & est videre inirà 2. *p. cap.* 12. §. *unico à num.* 21. *& n.* 41. Ut sive ex testamento, sive ex contractu competens † eligendi facultas, 23
electione semel facta per contractum inter vivos consumitur, & extinguitur, ut per plura jura à se ponderata, & ab aliis Doctoribus benè observat Molina *de primogeniis lib.* 2. *c.* 4. *n.* 36. *&* 37. Paz *de tenuta, c.* 34. *num.* 56. *& 57 cum seqq.* quam plurimos alios laudavimus D. D. hoc *c.* 10. *n.* 45.

Quæ electio semel facta ab impetrante facta in- 24
telligitur per contractum, † cùm fiat in judicio in quo quasi contrahi non ambigitur, *l.* 3. §. *idem scribit. ff. de peculio, cap.* 1. *de mutuis petitionibus, l. inter stipulantem*, §. *Stichum, ff. de verbo obligat l.* 2. *de prætor. stipulat.* Joan. Maria Bellet. *disquisit. Clerical. p.* 2. *tit. de favore Cler. real.* §. 1. *n.* 8. *pag.* 275. Zevallos *commun. contra commun. tom.* 4. *quæst.* 897. *nu.* 887. Gonçalez *in Regul. cancell. glos.* 6. *num.* 131. Joan. Maria. Novar. *in praxi electio, & variatio fori, quæst.* 20. *num.* 8. *fection.* 2. *pag.* 183. Giurba *decis.* 99. *numer.* 4. *&* 5. Imò, semper omni casu facultas eligendi † consumitur, quando ex electione semel facta, 25
fuit jus tertio quæsitum, ut ex Molina, Caldas Pereira, & aliis probat Paz ubi proximè *à num.* 60. *cum multis seqq.* Quod in nostro casu contingit, eò quod postquam commissio facta fuit communis utrique parti, adversario fuit jus quæsitum ex supra dictis *à num.* 14. Igitur mortuo Judice, solì impetranti privativè non competit eligendi facultas.

Comprobatur, quia is, qui habet plures Judices, & foros diversos, & simul privilegium speciale eligendi quem maluerit, ut scholaris,

& persona miserabilis, semel facta Judicis electione, sive actor sit, sive reus, facultas eligendi consumitur, ut abundè videre est per Carleval. *in tract. de Judiciis, lib. 1. tit. 1. disputat. 2. quæst. 6. sect. 7. à num. 694. usque ad num. 608.* Ergo perperam argumentatur Paz de facultate competente impetranti eligendi Judicem re integra ante usum commissionis, ad rem non integram post captum judicium, & commissionem factam communem, cùm propter æquale jus noviter eorum, ex quo utraque pars concurrere potest in facultate eligendi, sit inter easdem prævention, & præoccupationi locus, ex hactenus abundè comprobatis.

26 Quippè prærentio judicialis duplex est, altera quæ fit à Judice, † altera quæ fit à parte, ad juris sibi & adversario suo in solidum competentis præoccupationem, & ad adversarii exclusionem, juxta *l. si pluribus* 33. *ff. de legat. 1. l. si maritus* 4. *ff. ad leg. Juliam de adulter. in l. tribus, & l. seq. ff. de judiciis, l. pluribus, ff. de procuratoribus, cap. non injusto de procuratoribus cap. si duo vers. Secùs, eod. tit. lib.* 6. annotavit Carleval. *de judiciis lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 7. seq. 3. n.* 870.

Et ad hoc ut unus consequatur lucrum simul in solidum aliis competens, & ratione præoccupationis aliis præferatur, sufficit, quòd is hoc negotium vel incœperit, vel ad id præven..it in aliquo, quod sit causa proxima illius negotii; ita docet Bart. *in dict. l. si pluribus num.* 1. communiter receptus Jas. & Alexand. ibid. & per *l. si quis à multis, ff. de noxalibus action. l. 2. §. adversis; & ibi glos. ff. ne quid in loco publico*, idem Bald. *in l. naturalem, §. 1. ff. de adquiren. rerum domin. & in l. quominus n.* 10. & ibi Jas. *n.* 57. *ff. de fluminib.* Afflict. *in cap. 1. in princip. n.* 57. *quib. mod. feud. amit.* Jacobus de S. Georgio *in investit. feud. verb. Promiserunt, n.* 11. Andr. *in cap. 1. §. omnes filii, nu. 5. si de feudo fuerit controvers. &c.* Glossa *in l. cives, in verb. Incolat. C. de incolis* Roman. *in cons.* 47. *visis necessariis*, Marta *de jurisdiction.* 4. *p. casu* 18. *à n. 5. cum seqq.*

Hinc supereest responsio doctrinæ glossæ, Rotæ decisionis, & Bald. quam pro simili in suæ assertionis comprobatione adducit Christophorus de Paz, ubi superiùs *à num.* 11. quæ omninò diversa est, & inapplicabilis casui nostro penitùs dissimili, si illam consideramus juxta illos terminos, in quibus eamdem consideravit, & applicare voluit ipse Paz.

Versatur quippe circa materiam, *cap. oblata de appellationibus:* quando quis appellavit, & ap-
27 pellatus supplantans adversarii appellationem † nimis præcurrit, & impetrat commissionem super alterius appellatione non sua, cùm appellanti dumtaxat impetrandi hæc facultas concessa sit à jure ex *cap. si duobus, & dict. cap. oblatæ, de appellationibus.* Quæ doctrina sic considerata in istis terminis, quibus res adhuc est integra, & in suo principio, perperam adaptatur nostro casui considerato jam, quando res definit esse integra, ea tamen rectè curreret, & tunc adaptaretur casui nostro dum in eo res adhuc foret integra, & essemus in principio, quo adhuc durat facultas impetrandi privativè eligendi judicem quemlibet ex nominatis in suo rescripto, eo quòd tunc liberum est ei eligere ex suprà dictis *à num.* 21. *& seqq.*

28 At nos versamur in re longè diversa, & in terminis omninò dissimilibus; † quando res jam non est integra, cùm jam ipse impetrans elegit, & Judex electus cœpit cognoscere, & sua facultas eligendi fuit extincta, & quando commissio ipsa facta fuit communis adversario, & ex ea jus æquale ei quæsitum, atque omnia jam novata sunt, & alterata: tunc quippe adversario pariformiter competit jus eligendi, & præveniendi Judicem superstitem ex hactenùs comprobatis; quo casu benè quadrat doctrina, *dict. cap. oblatæ* in terminis sumpta, quibus res definit esse integra, prout contingit, quando postmodum appellanti præfixus fuit terminus ad impetrandam † commissio- 29
nem, intra quem tamen illam distulit impetrare, quia tunc statim fuit quæsitum jus æquale adversario suo prævenendi, & præoccupandi impetrationem ex Doctoribus allegatis, & *dict. cap. oblatæ*, de cujus intellectu, & declaratione latè tractat videndus Marchesanus *de commission. 1. part. cap. 26. de commissione appellat. per totum, c. 26.* quo supposito data inter utrumque casum horum terminorum paritate, ista doctrina non solùm non convenit assertioni ejusdem Paz, verùm in totum refragatur, & per omnia comprobat resolutionem nostram, atque hactenùs dictis mirè consonat.

Maximum etiam inconveniens, & damnum oriretur, si inæqualitas hæc admitteretur † inter hoc 30
collitigantes lite jam cœpta & pendente; etenim si privativè ad solum impetrantem pertineret electio; in sua foret potestate detinere, & in longum protrahere cursum litis. Qui nunquam eligeret, si jam (ut supponimus in toto hoc discursu) possessionem consequutus fuit, litteræ quantumvis nulliter attentatæ, & violenter semel executæ, cùm sua interfit, amplius super illis non disceptare in grave detrimentum Reipublicæ, & notabile præjudicium adversarii (& fortè) spoliari qui consequi jus suum non poterit, facto & impedimento sui collitigantis, quam rationem in casu omninò simili consideravit Pontifex ad effectum, etiam transferendi jurisdictionem ab uno Judice in alium ob impedimentum superveniens præstans suspensionem litis motæ; in eleganti *c. si is cui.* 10 *de officio Delegati, lib.* 9. in hæc: *Si is, cui causa (licèt proprio nomine † non expresso) à Sede fuerat Apostolica delegata, subdelegaverit non in totum vices suas alicui, & subdelegato hujusmodi, si delegatum ipsum excommunicari, aut de medio tolli contingat, impedimento tali durante; ad Sedem ipsam (ne absolutionem, vel successorem expectando illius præjudicari litigantibus, vel causa plus debito prorogari valeat) volumus appellari.* Ergo multò fortior hæc 32
ratio debet operari negationem, imò & ademptionem electionis ab impetrante, ex qua idem, & majus sequitur inconveniens.

Quod nec quidem cessat ex remedio † applica- 31
to per eundem Paz *d. c.* 49. *à n.* 5. *ad principium*, dicentem cogendum esse impetrantem dato termino competente, ut unum ex superstitibus Judicibus aut executoribus eligat; sed hoc remedium inane est, & in eundem incidit morbum; nam si ante electionem nullus adest Judex, qui exerceat jurisdictionem in causa principali, quis, quæso, impetrantem cogere poterit ad eligendum? Nullus, nec simile de appellante (ut cogi possit ad prosequendam appellationem, & impetrandam commissionem) quo utitur ipse Paz, huic casui nostro congruit, nam appellantem cogit Judex à quo ex *dict. cap. oblatæ, & dicto cap. si duobus, cap. cum causa de re judicata, cap. cùm sit. Rom.* 5. *de appellationibus. lib. 6. cap. licet* 14. *de sententia. excommun.* cum similibus, in nostro autem casu ante electionem penitùs deficit, qui cogere possit.

Qua-

Quare in hoc primo remedio illa erit affigenda concluſio, ut mortuo Delegato, ſeu litera-
33 tum * executore (ſive etiam longiùs à Regno abſente de qua ſtatim) Decretum violentiæ, *que otorgue y reponga*, cuilibet ex pluribus ſuperſtitibus Judicibus in commiſſione Apoſtolica nominatis intimari licitè poteſt, ſive intimatio hæc fiat per impetrantem, ſive per alterum collitigantem, ſive unus tantùm Judex ſuperſit, ſive plures, ita
34 ut ille cui fuerit Regium Decretum * intimatum, omninò parere debeat, & complere deferendo, & reponendo poſſeſſionem, cæteraque alia attentata omnia, ut indè Regium Decretum retentionis litterarum Apoſtolicarum liberè ſuum conſequatur effectum.

Quòd ſi ipſe Judex obtemperare recuſet, eo
35 quòd jam malitiosè, aut * ex alterius collitigantis nimia diligentia id facere præſumatur: ſecunda juſſio expedienda erit in Senatu, & aliis uti remediis, quouſque decretum Regium violentiæ compleatur; ex iis, quæ abundè comprobata reliquimus *à n.* 8. *cum ſeqq.* Sed qua forma hoc Decretum violentiæ erit decernendum in Senatu, mox dicemus.

Quæ reſolutio, atque remedium non ſolùm
36 procedit, quando executor, * qui præoccupavit juriſdictionem, & cognitionem, mortuus eſt: ſed etiam quando abſens notabili eſt diſtantia, ſeu longinqua, putà extrà Regnum, quia tunc quilibet ex aliis executoribus in commiſſione nominatis poteſt aſſumere negotium in eodem ſtatu, & illud liberè proſequi. Sic probat text. *in dict. c. cum plures.* 8. *de officio Delegati, lib.* 6. ibi: *Niſi infirmitate vel alia juſta cauſa illum contingeret impediri*, & eſt text. *in dict. c. is, cui.* 20. *eodem tit. & lib.* per quæ jura, & per regul. *c.* 2. ibi: *In longum peregrinari. in fin. de procuratoribus lib.* 6. *& l. licet* 15. *in fin. ff. de arbitris* unanimiter conveniunt Doctores omnes, abſentiam Judicis
37 ſufficiens eſſe * impedimentum, non ſolùm ad eum excuſandum à munere judicandi, ex regula *l. penultim. ff. de vacatio. munerum;* ſed etiam ad juriſdictionem in alium transferendam, Philip. Franch. & Ancharranus *in dict. c. ſi is cui. n.* 2. & Dominic. *n.* 4. & ibid. Auguſt. Barboſ. *in collect. n.* 7. & ex aliis citatis à Petr. Barboſ. *in l. ſi longiùs, n.* 1. *& 4. de judiciis*, elegantèr tradit Federicus de Senis *conſ.* 230. *n.* 2. ſequitur Tuſchus *litter. A. concluſ.* 33. *n.* 10.

38 Et hoc remedio occurres difficultati * per nos aliàs latè conſideratæ circà Judicem, qui poſt gravamen illatum abiit, ita ut Decretum Regium violentiæ poſtea obtentum eidem intimari non poſſit, de qua *in tract. de Regia protect.* 1. *p. c.* 3. *a n.* 24. *cum multis ſeqq.* ut ſcilicèt quæratur unus ex ſuperſtitibus, cui decretum intimetur.

Sed quomodo iis in caſibus ſupra dictis Sena-
39 tus Decretum * concipiendum ſit, libenter adnectam in quo arbitror, vel ſimpliciter dicendo: *El juez que deſta cauſa conoce haze fuerça en no otorgar la apelacion, &c. La qual alcando, dixeron la otorgue y reponga lo hecho, &c.* Quod quidem etſi loquatur cum Judice defuncto, & anteceſſore; tamen intimatum ſucceſſori omninò adimplere tenetur eodem modo, quo anteceſſor, ſic per plurima jura, & validiſſima fundamenta diſputando pro utraque parte reſolvimus *in tr. de Reg. protect.* 1. *p. d. c.* 3. *à n.* 53. *cum multis ſeqq.*

Vel aliter etiam concipi poteſt magis ſpecificè. *El juez executor que deſta cauſa conoce (ò conoci-*
40 *cio) haze fuerça,* * *la qual alcando dixeron, que uno de los de mas executores nombrados en las letras Apoſtolicas, à quien eſte decreto* (ò à la proviſion del) *fuere intimado y requerido, la otorgue y reponga lo hecho, &c.* Quoniam ex hoc decreto nihil innovatur, ſed explicitè declaretur id, quod tacitè ſubintelligitur, & meſt à jure, nempè ut ſucceſſor in juriſdictione, & cognitione litis cœptæ teneatur adimplere, & exequi juſſiones directas ſuo prædeceſſori, juxtà proximè dicta. Verum eſt etiam de jure, unum ex ſuperſtitibus delegatis, aut * executoribus poſſe liberè continuare, 41
& proſequi litem cœptam ab altero jam defuncto, aut legitimè impedito, quia omnibus in ſolidum juriſdictio, & cognitio competit. Et cum articulis violentiæ ad terminos tam ſtrictos perveniat; urget neceſſitas, ut in aliquo varietur modus decreti, quia in neceſſitatibus ex modo & ordine manſuetus occurrit * Princeps, juxta ſingularem 42
text. *in l. §.* 1. *ex hoc reſcripto, verſ. Extra ordinem*, ibi: *Extra ordinem Princeps in cauſis neceſſitatis ſubvenit, ff. de ventre inſpiciendo*, quem ponderavimus *in tract. de Regia protect.* 1. *p. c.* 2. *n.* 78.

Et ſpeciale eſt, quòd in neceſſitatibus * in- 43
certitudo admittatur, & non vitiet, prout latè comprobat Hippolytus de Marſilis *in rubrica, C. de probationibus n.* 426. *verſic. Fateor tamen*, Tuſchus *litt. I. concl.* 65. *n.* 58.

Nec illa Decreti generalitas reſpiciens Judices executores nominatos, & ſuperſtites conſiderabilis eſt, nec aliquam incertitudinem arguit, cùm facillimè * per electionem, & voluntatem partis 44
cujuſlibet (cui de jure hanc Judicis electionem competit ex ſuprà dictis) intimantis Regium Decretum, ſtatim ad rotalem, & ſpecificam certitudinem reducatur, ad *l. quidam relegatus, &c. ita ſubjicit: Si quis ex hæredibus, cæteriſque amicis, quorum hoc teſtamento mentionem habuit, ſive quis alius reſtitutionem mihi impetraverit ab Imperatore, & antedeceſſore, quàm ei gratias agerem, volo dari ei, qui id egerit à cæteris hæredibus aureos tot, & unus ex eis, quos hæredes ſcripſerat, impetravit ei reſtitutionem, & anteaquàm id ſciret deceſſit, cùm de fideicommiſſo quæreretur, an deberetur. Conſultus Julianus reſpondit, deberi, &c. ff. de rebus dubiis, l. ſi qui, §. fin. l. ſi quis ita ſcripſerit illis qui teſtamentum meum ſignaverint, hæres meus decem dato. Trebatius utile legatum eſſe putat, quod Pomponius verius eſſe exiſtimat, quia ipſum teſtamentum firmatur teſtibus adhibitis, ff. de rebus dubiis, l. quædam ſunt in quibus res dubia eſt, ſed ex poſt facto retroducitur, & apparet quid actum eſt, &c.* Et ibi: *Utique erit ex eventu dicendum, ff. eodem, l. uter ex fratribus, ff. de conditionibus inſtit. l.* 2. §. *ſi quis ita, ff. de bonorum poſſeſſ. ſecun. tabul. l. ſi ſervus legatus, §. hujuſmodi, ff. de legat.* 1. *l. ſed Julianus, §. quamquam*, ibi: *Sed ab initio, ff. ad Macedonianum, l.* 4. *de manumiſſ. vindic. l. cum pater. ff. de negotiis geſtis, l. qui res, ff. de ſolationibus.*

Ex quibus, & aliis juribus deducitur; quòd incertitudo, quæ alieno modo * vel futuro eventu, 45
vel per alicujus declarationem, vel factum certa redditur, ſuſtinetur, & in qualibet diſpoſitione admittitur, Mantica *de conjectur. ultimar. volunt. lib.* 8. *tit.* 4. *n.* 17. *&* 18. per *l. cum quidam, l. unum ex famil. de legat.* 2. *l. quem hæredi, ff. rebus dubiis*, & alia jura, & plures Doctores latè per Tuſchum *litter. I. concl.* 65. *n.* 2. 31. *&* 32. *& n.* 51. *& concl.* 66. *n.* 1. 2. 6. *n.* 20. *cum ſeqq.* Ant. Gomez *in lib.* 2. *variarum, cap.* 11. *ſub n.* 8. *verſ. Septima concl.*

Hinc

46 Hinc emptio pro perſona * nominanda per emptorem ſuſtinetur, & ſequuta nominatio perſonæ retrotrahitur ad principium contractus, ac ſi tunc emiſſet; latè Surdus *deciſ.* 325. *à num.* 1. *& deciſ.* 226. *n.* 22. *& deciſ.* 325. *n.* 13. *& deciſ.* 226. *n.* 1. *&* 5. Gratian. *diſceptation. forenſ. cap.* 686. *à num.* 1. *cum ſeq. tom.* 4. *& diſceptation.* 132. *num.* 32. Farinac. *in poſthumis tom.* 2. *deciſ.* 51. *per totam*, Alexander. Ludoviſ. *decif.* 157. ibi Oliverius Beltramin. *in annotationibus*, *n.* 24. *& deciſ.* 227. *per totam.*

Hinc commiſſio contra unum nominatum cum
47 * clauſula generali, & incerta (*& omnes alios ſua intereſſe putantes*), ſuſtinetur, & verificatur per ſpecialem nominationem ante citationem faciendam per impetrantem de qua Nos inferiùs 2. *part. c.* 12. *n.* 5. *cum ſeq.* Et generalitas, atque
48 incertitudo ſententiæ, ſeu Decreti, quod in * executione certificari poteſt, rectè admittuntur, Scaccia *de ſententia & re judicata*, *glo.* 14. *quæſt.* 15. *à n.* 23. *& ſequentibus*, fuſiùs Nos *de Regia protect.* 4. *part.* 4. *c.* 10. *per totum.*

Adhuc etiam & conditio extrinſeca ſententiæ
49 non tangens, nec reſpiciens * ſubſtantiam rei principalis, nec definitionem ejus ſuſpendens admittitur, abundè differit, & reſolvit Scaccia, ubi proximè, *quæſt.* 14. *per totam* prout in formalitate hujuſmodi Decreti, de quo *n.* 40. contingit, etenim in eo ſine conditione, nec ſuſpenſione aliqua articulus violentiæ diffinitur; cætera autem ejuſdem decreti reſpiciunt executionem ejus de proximo verificanda & ad certitudinem facilè redigenda, facta per unum ex colligantibus intimatione cuilibet ex Judicibus executoribus nominatis in litteris Apoſtolicis, cùm omnes juriſdictionem habere in ſolidum, mortuo, vel impedito primo, qui negotium cœpit, probavimus ſuperiùs *à n.* 5. *& ſeqq.*

Quòd ſi Senatus in eodem Decreto violentiæ
50 nolit exprimere * intimationem faciendam ſucceſſori, & ſuperſtiti eligendo: poterit ſeorſum aliud decernere id continens, ad tollendam omnem dubitandi occaſionem, & ad majorem claritatem, prout decernere Senatus ipſe caſu, quo tempore Decreti violentiæ decernendi notitiam non haberet mortis, aut longævæ abſentiæ Judicis executoris eam inferentis.

Et tandem illud animadvertendum, quòd ſive
51 Senatus ſpecificet * in Decreto violentiæ intimationem uni ex ſuperſtitibus executoribus faciendam, ſive non exprimat: ſemper tacitè ſubintelligitur, ut ſucceſſori poſſit intimari, & ipſum teneri deferre, & adimplere, cùm iſte ſuperſtes, cui intimatur, & eligitur, ſeu prævenitur à quolibet ex collitigantibus; verè ſit Judex, & ſucceſſor in cauſa cœpta, juxta ea quæ diximus à principio hujus §. præſertim *à n.* 4.

Sed major erit difficultas circa modum prac-
52 ticandi noſtram hanc * reſolutionem, & remedium, cùm inter ſe pugnare hæc duo videantur; etenim ſi jam retentionis litterarum Apoſtolicarum latum eſt in Senatu decretum (cujus cognitionem, uti articulum præjudicialem ſemper præcedere debere ſuſpenſo articulo violentiæ ſimul concurrente, firmamus infrà hac. 1. *p. c.* 11. per totum) & ejuſdem Decreti virtute litteræ Apoſtolicæ, & omnia acta inde per executorem geſta retenta manent in Senatu, quomodo igitur ſuperſtes eligi poterit, ut repoſitionem exequatur, cùm ad exercitium juriſ-
53 dictionis certus eſſe debeat * de ſua commiſſione, non aliter, quàm per litterarum originalium exhibitionem, oſtentionem, & præſentationem ſibi factam; prout hoc eodem *cap.* 10. *n.* 88. & infrà, 2. *p. cap.* 19. *à n.* 23. *cum ſeq.* Ita ut tranſumptum * litterarum ad hoc non ſufficiat, prout *in* 2. *p. cap.* 54
26. *à num.* 67. *cum ſeqq.* ſcripſimus. Pungit etiam quod conſuluimus ſup. hoc. *c.* 10. *num.* 143. Judicem ad repoſitionem faciendam virtute decreti violentiæ *de otorgar, y reponer*; regulariter actis & proceſſu non indigere, ſed manere in Senatu ob Decretum retentionis litterarum jam latum.

Sed hanc repugnantiam ita componendam arbitror, ut omninò proceſſus, * & litteræ Apoſto- 55
licæ mittantur executori ſuperſtiti eligendo; omni tamen cautela, & ſecuritate præventa, ut facta intimatione, * & oſtenſione litterarum ſecurè re- 56
deant ad Senatum cum proceſſu, ubi retentæ coaſſervandæ ſunt, donec ſupremus Eccleſiæ paſtor conſulitur ſupplicatione mediante, & quid ſenſerit diſcernat; cùm hæc litterarum remiſſio ſit penitùs inexcuſabilis ad acceptationem commiſſionis, ut diximus, ex qua tot utilitates proveniunt, & tot pericula evitantur, prout eſt repoſitio poſſeſſionis, & attentatorum; abſque qua inanis eſt litterarum retentio, prout latiùs conſideravimus ſub hoc *c.* 10. per totum, & ſignanter *à num.* 90. *cum ſeqq.*

Et reſpectu retentionis ipſarum litterarum decre-
tum per Senatum * parvum ex hac brevi remiſſio 57
ne inconveniens inſurgit, nec officit, cùm cautè, & ſub omni ſecuritate Tabellioni tradi poſſunt ad intimationem Judici ſuperſtiti peragendam, qui earumdem rationem ſemper reddere tenetur, maximè videns in proceſſu Decretum Regium, quo eaſdem præfatas litteras retineri mandatur per Senatum. Quare poſt factam intimationem executori ſuperſtiti, & per iſtam repoſitionem brevi tempore redeundæ ſunt litteræ ipſæ cum toto proceſſu in Senatum, quod fieri * poſſe arbitror, vel vir- 58
tute ejuſdemmet Regiæ proviſionis ordinariæ primitùs expedire, & eiſdem diligentiis & compulſionibus adhibitis, vel ſimul (ut tutius arbitror) ad petitionem partis (obtinentis in Senatu Decretum violentiæ, & pariter retentionis) aliud detur decretum continens remiſſionem proceſſus, & litterarum, ut executori intimetur, ita ut facta repoſitione ad Senatum protinùs redeant, & per ipſum Tabellionem cauſæ, vel per Judicem ſtatim, & ſine dilatione iterum mittantur in Senatum.

Ac denique nihil noviter harum litterarum vir-
tute per impetrantem * fieri poteſt, quod non ſub- 59
jiciatur, & affectum ſit Regio retentionis Decreto, ut inferiùs *à nu.* 72. Quapropter ſi appenderentur in ſtatera inconveniens ortum ex permiſſione remiſſionis litterarum, & inconveniens oriundum ex negata remiſſione hac: indubiè longè hoc gravius, & intolerabilius invenietur, & ab illo tantùm diſtare, quantùm damnum temporale à perpetuo: itaque inter hæc duo inconvenientia, de quibus *à num.* 52. minus ſemper eligendum, prout eſt litterarum * & proceſſus remiſſio ad ſuperſtitem 60
executorem, juxta *cap. duo* 13. *cap. juravit*, *cap. non ſolum* 22. *quæſt* 3. *l. quoties de reg. jur.* & illud Ciceronis ad Quintum Fratrem: *In duobus malis fugiendum majus, levius eſt eligendum*, & Oſſ[illegible]o: *In duobus autem malis, cum majus fugiendum ſit, levius eſt eligendum*; quod altiùs juſtificatur, & comprobatur inferiùs *in remedio à n.* 65. *& ſeqq.* & hactenùs de primo.

Secundum ſit remedium (quo evitari poteſt dam-

damnum & periculum ortum ex morte, vel lon-
60 ginqua absentia * executoris litterarum Apostolicarum post possessionem traditam impetranti, & vim illatam, cùm deficiat decretum Regium violentiæ, *de otogar, y reponer;* possit exequi, & complere, cùm ex ejusdem complemento, & repositione facienda dependeat omnis efficacia, & effectus decreti rententionis) ut nempè recurratur ad Ordinarium virtute novi decreti Senatus, quo causam, & litterarum cognitionem ei pertinere declarabit. Durus videtur hic sermo, acre, & acerbum remedium, sed leniter operabitur, attentè consideratis suppositionibus, quibus justum & legitimum redditur; quòd quantùm ad effectum, & modum practicandi, in multis convenire remedio antecedenti reperies.

Litteræ igitur gratiosæ, quæ particularibus Ju-
61 dicibus executoribus veniunt * commissæ, ut plurimùm expediuntur absque subscriptione propriæ manus Sanctissimi, ita ut rarò, aut nunquam in eisdem legatur, nec appareat subscriptio prædicta, juxta quæ abundè diximus infrà 2. *p. cap.* 30. *cum suis §§.* præcipuè videre est *in §.* 5. quo casu litteræ hæ gratiosæ per Senatum remittuntur Ordinario, cui de jure in prima instantia cognitio pertinet, juxta tenorem *cap.* 20. *cause omnes, sess.* 24. *de reformatione*, prout abundè diximus infrà 2. *p. c. fin. per tot.* exceptis beneficiis reservatis, prout ibid. *à num.* 53. *cum seqq. in c.* 10. dicitur.

Supponitur insuper quòd ea omnia, quæ talis
62 executor virtute litterarum * non subscriptarum gessit, sint ipso jure nulla & attentata ex notorio defectu jurisdictionis, prout comprobatur infrà 2. *p. c.* 6. *à n.* 14. *cum seq. & §. unico, & cap. fin. à n.* 6. *cum seqq. & n.* 29. & ferè per totum, & *c.* 26. per totum.

63 Quibus suppositis stante * hac urgente necessitate, quòd nempe deficiat Judex qui repossessionem attentatæ, & nullius possessionis facere possit; Senatus licitè decernit remissionem causæ Ordinario, non ut de ea cognoscat in totum (cùm hoc impediat decretum retentionis litterarum earumdem expeditum) sed dumtaxat ut defectum suppleat executoris demortui, vel extra Regnum absentis, & virtute hujus decreti Regii, & remissionis Ordinarius ipse (qui verè Judex est, & jurisdictionem privativam in illa causa habet) possit ante omnia de facto reponere possessionem nulliter, & de facto factam ab executore litterarum, ex abundè consideratis ac resolutis *in tract. de Regia protect.*
64 1. *p. c.* 3. *à princip.* Quo etiam * loco probavimus, ad repositionem attentatorum jurisdictione non egere ipsum Judicem attentantem, nec ejus successorem.

Quo quidem casu cessare dicendum est illam
65 implicationem, & * perplexitatem, quæ prima facie oriri videbatur ex his duobus remediis (scilicèt retentionis litterarum in Senatu, & remissionis earumdem Ordinario) simul concurrentibus, de qua infrà *cap.* 11. *hac* 1. *part.* cùm ibidem dicta, & considerata procedat in remissione litterarum perpetua ad effectum perpetuò cognoscendi, & liberè procedendi in causa. Hæc tamen nostra remissio nec est perpetua,
66 * sed temporalis brevi duratura, nec ad finem procedendi, sed potiùs destruendi processum perperàm jam gestum, quæ non impedit, nec tollit effectum retentionis, sed paulisper suspendit, cùm fiat dumtaxat ad finem reponendi possessionem attentatam, & violentam, aliàs impeditivam ipsius decreto retentionis litterarum, ne inane remaneat juxta latè tradita soluta superiùs hoc *cap.* 10. per totum, cùm statim quòd repositio fiat per Ordinarium, litteræ ipsæ & totus processus redeant ad Senatum eo modo, quo in remedio antecedenti diximus *à num.* 55. ut illic retentæ coasserventur * 67
interim, quòd Summus Ecclesiæ Pastor illud decernat quòd non est inconveniens considerabile, quia brevi reversus recessisse non videtur, *l. quidquid calore* 48. *ff. de reg. juris, l. plerique* 33. *ff. de ritu nuptiar. §. pavonum, instit. de rerum divis.* Farinac *in pract. crimin. tom.* 1. *tit.* 4. *q.* 30. *à n.* 70. nec abesse dicitur statim reversurus *l. post limi.* 5. (*c. & l. nihil interest.* 26. *ff. de captivis & post lim. reverf.* Hieron. Gonçalez *de alternat. glos.* 43. *n.* 5.

Et cùm hæc remissio fiat, & permittatur aliquando * ob instans periculum, & urgentem 68
istam necessitatem rarò contingentem, & in consequentiam trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa juxta Juris Canonici regulam.

Et quia quando unum jus * posterioribus tan- 69
quam contrarium confundit aliud secum simul concurrens, si illud est temporale, & brevi duraturum, confusionem perpetuam non operatur, sed temporalem suspensionem tantùm, Tiraquel. *l.* 1. *de retract. §.* 1. *glos.* 7. *n.* 72. Surd. *decis.* 53. *num.* 25. *& per totam*, Carpanus *ad statut. Mediolan.* 417. *num.* 462. *tom.* 1. ubi de conductore * rei eam emente qui retractu rei se- 70
quuto, redit ad suam conductionem quam ante emptionem in re habebat, idem Tiraq. *glos.* 7. *num.* 65. Ant. Gomez *in l.* 70. *Tauri, num.* 34. Petrus Surd. *dict. dec.* 51. *n.* 24. Carp. ubi proximè, *n.* 461. *& statuto* 434. *n.* 113. *&* 114. *n.* 1. Cancer. *variar. resolut. lib.* 3. *tit.* 3. *de privileg. n.* 309. Casanate *conf.* 10. *n.* 171. Castillo *de usufruct. cap.* 74. *n.* 12. Covar. *lib.* 3. *resolut. cap.* 11. *n.* 7. *Crem. singul.* 58. latissimè Matienço *ad l.* 7. *tit.* 11. *glos.* 1. *ex n.* 35. *usque ad* 47. *lib.* 5. *Recopil.* ubi quòd penès usufructuarium proprietatis emptorem remanet * usufructus, sicut anteà, retracta pro- 71
prietate à consanguineo, de quo & aliis variis exemplaribus videatur Giurba *decis.* 53. *per totam.*

Non enim ex hac remissione temporali impeditur effectus retentionis decretæ, sed pro illo brevi tempore * suspenditur ob urgentem necessi- 72
tatem, nec litteræ ad hunc finem relaxatæ liberè incedunt, sed quocumque vadant semper retentionis decreto sunt affectæ, & ejus vinculo, & compedibus ligatæ, ad *l. si sextante, §. Latinus, ff. de exceptio. rei jud. & l. debitor, ff. ad Trebell.* Ubi pignus in re & hypotheca * non perditur ex eo, 73
quòd creditor dominus fiat revocabiliter, non perpetuò, Fab. Anna *conf.* 35. *n.* 13. & 4. *& in conf.* 90. *n.* 2. Castillo *controvers. l.* 4. *c.* 59. *n.* 55.

Et quia quando duæ obligationes fiunt pro eodem debito ad executionem, * complementum, 74
& majorem firmitatem primæ, pignora, hypothecæ, & fidejussores à nexibus obligationis non liberantur, quoniam primus contractus nec novatur, nec eo animo fit ad latè tradita per Ant. Amat. *variar. resol.* 56. *à n.* 26. *& seqq.* Secùs si secundus contractus fieret * animo novandi, & à priori 75
recedendi, abundè Amatus ibid. & Castillo ubi proximè *n.* 48. quæ novatio nec animus recedendi à decreto retentionis induci potest ex remissione earum litterarum ad Ordinarium facta ad repositionem, effectum, complementum, & corroborationem decreti retentionis earumdem, & ut faciliorem exitum assequatur.

Et insuper quoniam inter hæc duo remedia reten-

76 retentionis litterarum † & earumdem remiſſionem Ordinario ad hunc finem reponendi poſſeſſionem attentatam dumtaxat permiſſam, nulla confuſio, nec repugnantia reperitur, niſi ſolùm in cortice & ſonitu verborum, & in abſtracto, non in ſubſtantia, & concreto. Etenim attento fine & effectu utrumque convenit, & compatitur, remiſſionis quippè litterarum remedium ad eundem finem ordinatur & deſtinatur, quo & ipſum retentionis decretum, & ad hujus utilitatem, effectum, executionem, & complementum efficaciter conſequendum dirigitur, quod certè aliter non conſequeretur, ſed inane, & inutile foret, obſtante impedimento traditæ jam poſſeſſionis, & perectæ litterarum executionis, quam ex præcedenti repoſitione per Judicem Eccleſiaſticum (non per Senatum) omninò faciendam, ſicuti latiùs explicatur, & reſolvitur ſup. in hoc *c.* 10. per totum.

Et, quia retentio fit, ne procedatur ad litterum executionem hæc remiſſio ad jam perperàm
77 factam † reponendam, & deſtruendum proceſſum in cauſa violenter geſtum ſimiliter deſtinatur, quippè licèt media ſint diverſa, finis tamen unus eſt, & ad idem utrumque tendit.

Quo caſu etiam contraria remediæ, ad idem
78 cooperandum, † cumulari poſſunt, & compatientur, ut in ſimilibus terminis diximus infrà *cap.* 11. *num.* 4. *& à num.* 19. quoniam contrarietas in abſtracto, & in imaginatione, & non in con-
79 creto non conſideratur, nec attenditur. † Scaccia *de commerciis*, §. 6. *gloſ.* 12. *n.* 77. Igitur hæc media aliàs licita & juridica permittere debet Senatus, ne ſua decreta retentionis litterarum inania, & inutilia remaneant.

Sed circa hoc retentionis litterarum remedium
80 nova inſurgit difficultas, † nam eſto quòd Ordinarius, cui fit earumdem remiſſio, teneatur omninò reponere executionem & poſſeſſionem traditam ab executore mortuo, vel extra Regnum abſente; tamen an hæc repoſitio ſit per eum facienda ad ſolius partis oppreſſæ petitionem & inſtantiam; an etiam ad intimationem ſolam decreti violentiæ, què Senatus declaravit, executorem (ſcilicèt mortuum vel abſentem) vim feciſſe; quod licèt ſucceſſorem in jurisdictionem adimplere, omninò teneri diximus ſup. *à num.* 3. *& ſeq.* in hoc nihilominùs conſiſtit difficultas, & ceſſare præfatam doctrinam videtur, quoniam ordinarius iſte dici non videtur ſucceſſor illius
81 executoris, cùm † non ex juriſdictione litterarum, ſed ex ſua propria procedat in cauſis ſibi à Senatu remiſſis in prima inſtantia, & ſic jure proprio, non jure alterius, quod non adquiſivit ex juriſdictione nulliter delegata, quia de non ente ad ens non poteſt fieri tranſitus, & ex aliis fundamentis abundè dicemus infra 2. *part. cap. fin. à n.* 5. *& à n.* 19. *cum ſeq.* Ergo
82 videtur † non teneri adimplere decretum violentiæ executori mortuo, vel abſenti directum, quo iſte adſtringebatur.

Nam quando ſucceſſor in re alio jure ſuccedit, quam eo quo anteceſſor, non tenetur ad id, ad quod anteceſſor tenebatur. Fuſius diximus ſup. *cap.* 12. *& ſeq.*

83 Similis urget † doctrina Socini *conſ.* 32. *volum.* Oſaſc. *deciſ.* 82. *n.* 2. *& deciſ.* 156. *ſub n.* 14. Franchis *dec.* 216. *n.* 4. Cagnol. *in l.* 2. *nu.* 220. *C. de pactis inter emptor. & vendit.* Petr. Barboſ. *in l. ſi filio famil.* §. *fin. num.* 10. *ff. ſolut. matrimon.* Gratian. *diſcept. forenſib. cap.* 37. *nu.* 6. Thepat. *l.* 2. *variarum, tit. locat. ſucceſſor. ſtare teneat.* Tuſchus *litter. I. concluſ.* 418. *num.* 31. & 60. Mantica *de tacit. & ambiguis convent. lib.* 5. *tit.* 12. *numer.* 9. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidian. cap. fin. part.* 4. §. 5. *numero* 11. & 12. Surd. *deciſ.* 40. *numero* 10. dicentium ſucceſſorem per tranſlationem juris unius in alium teneri ſtare conductori, & conductioni factæ per anteceſſorem, ſicut anteceſſor tenebatur, ſecùs ſi ſuccederet per privationem, & extinctionem quod locatori competebat, Abbas *conſil.* 108. *lib.* 1. Ubi de eo loquitur, † qui fuit decla- 84
ratus injuſtus detentor poſt Imol. *in dict. l. filio famil.* §. *fin. ff. ſolut. matrim.* Surd. *dict. deciſ.* 40. *numer.* 10. *& à num.* 7. Giurba *deciſ.* 58. *num.* 4. Gratian. *dict. cap.* 37. *num.* 6. Ergo cùm hæc remiſſio fiat à Senatu Ordinario, ob id quod ad eundem cognitio, & juridictio cautæ pertinet privativè, & excluſivè ad delegatum, & executorem, qui nullam habuit ex defectu ſubſcriptionis ſuæ commiſſionis, ex abundè deductis *in dict. cap. fin. à num.* 5. *cum ſeqq. & à numer.* 19. *& in cap.* 26. *per totum*, ſequitur, ut ejus ſucceſſor non dicatur, nec ad id teneatur, ad quod executor tenebatur.

Contrarium tamen, imò Ordinarium, cui fit à Senatu litterarum retentarum remiſſio ad effectum & finem reponendi vigente hac neceſſitate, † teneri reponere non ſolùm ad petitio- 85
nem, & inſtantiam partis oppreſſæ, verùm & ſolùm in complementum Regii Decreti violentiæ, quantumvis cum executore mortuo, vel abſente loquatur dumtaxat: veriùs exiſtimo, quoniam iſte Ordinarius, quamvis non ſit ſucceſſor ibidem jus, & juriſdictionem executoris præmortui ex proximè in contrarium dictis, † eſt tamen 86
ſucceſſor in eadem cauſa, & cognitione, prout adhuc etiam eſt ſucceſſor in re ille, qui non per tranſlationem, ſed per extinctionem juris anteceſſoris ſucceſſit, qui quidem non ideò tenetur ſtare conductioni factæ per anteceſſorem privatum, quia non ſit ſucceſſor, cùm ſucceſſorem novum in re omnes Doctores citati eum vocent; ſed ideo, quòd per privationem detentoris locatoris extinctum fuit jus conductoris, & finita conductio.

Quia † reſoluto jure locatoris, ſolvitur jus 87
conducentis, *l. lex vectigalis, ff. de pignoribus*, quam rationem reddunt in ſpecie Abb. *in dicto conſil.* 108. in principio, poſt Imolam *in l. filio familias*, §. *ſi vir in quinquennium, col.* 2. *ff. ſoluto matrimonio*, Petrus Surdus *dict. deciſ.* 40. *num.* 10. Giurba *dict. dec.* 58. *num.* 4. Gratian. *dict. cap.* 37. *num.* 9. & ſic ex defectu & extinctione juris conductoris hoc provenit, non ex eo quòd non ſit ſucceſſor.

At in noſtro caſu ſemper oppreſſo durat actio, & jus dicendi de nullitate, & de attentatorum repoſitione † coram Ordinario Judice cauſæ 88
competente & legitimo, qui quidem non tantùm uti ſucceſſor in ipſa re, & cauſæ ejuſdem cognitione: verùm etiam ex debito officii, & obligatione propria tenetur juſtitiam miniſtrare, & ex propria perſona ratione muneris noviter obligatus eſt injuſtè & contra juſtitiam geſta reponere, uti abundè videre eſt, in 2. *part. cap.* 5. *per totum.* Quare Decretum Regium violentiæ, etiam directum executori mortuo, vel abſenti, tenetur Ordinarius adimplere ex ſuprà dictis in hoc cap. *& in tractatu de Regia protect.* 1. *part. capitul.* 3. *per totum.* Eo addito, † quòd liberè poterit Senatus in eodem 89
decreto violentiæ, quod remittit Ordinario cauſam ad reponendum ei ſimul ſpecificè injungere, & exprimere repoſitionem, & in eum dirigere

rigere decretum ad hunc effectum, ſicuti in priori remedio diximus *n.* 52. *cum ſeq.* ad majorem claritatem, & dubitationis tollendæ gratia.

90 Tertium remedium provenit † tam ex receptiſſima Doctorum ſententia, de qua ſuprà hoc *capitul.* 10. *à numer.* 64. *cum multis ſeq.* tenente, poſſe Principem ad manus ſuas recedere, & ſequeſtrare fructus beneficiorum, & alia bona, ubi datur timor ſcandali, prout ſemper cauſatur ex executione litterarum, quæ in Senatu retinentur, & ex ea cauſa fit retentio, ut ſuprà *cap.* 3. 4. & *ſequentibus hujus* 1. *part.* quàm etiam ex ſpeciali diſpoſitione legum Regni, quæ in multis caſibus determinant, ſequeſtrandos eſſe fructus beneficiorum impetrantis litteras à Sede Apoſtolica contra privilegia, & conſuetudines laudabiles horum Regnorum, quod remedium licet in ſe perfectum
91 non ſit, nec † ex integro per illud ſatisfiat fini hujus ſalubris recurſus, nec conſulatur in totum vim patientibus, cùm non intendat, nec operetur repoſitionem executionis litterarum jam peractæ; tam in aliquo coadjuvat, necnon detrahit fraudulentæ & callidæ feſtinationi impetrantis, qui occultè, & furtivè, atque violenter executionem earum procuravit, prout annotavimus *dicto n.* 64. 81. & 83.

92 Atque ideò hoc ſequeſtri † remedium apparet *ex l.* 18. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat.* quæ loquitur de alienigena, & extraneo horum Regnorum impetrante beneficia naturalibus & indigenis dumtaxat deſtinata ex Bullis Pontificiis. De quo ſuperiùs hoc *cap.* 10. *à num.* 22. & *à n.* 69. & *à nu.* 111. *cum ſeq.* & cùm exdemmet pœnæ ſint etiam deſtinatæ impetrantibus litteras in derogationem Juriſpatronatus laicorum, Magiſtralium, & Doctoralium & ſimilium, idem remedium ſequeſtri litteris executis præbetur, ut infrà *nu. ſeq.* & *num.* 105. *uſque ad fin.*

Et probatur ex *l.* 25. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil.* ex
93 qua ipſo facto impetrantes † litteras Apoſtolic. in derogationem Juriſpatronatus Regii & laicorum, atque filiorum patrimonialium, necnon Magiſtralium & Doctoralium, ſunt ipſo facto privati naturalitate horum Regnorum, & effecti abſque alia declaratione & ſententia alienigenæ, & extranei ab illis, & ut tales ſunt privati etiam omnibus temporalibus ſi prædictas litteras executioni tradiderint, prout latiùs inferiùs *n.* 302. Sicque diſpoſitum circà verè alienigenas, diſpoſitum cenſetur in impetrantibus in iis caſibus à lege Regia expreſſis & prohibitis, qui pariter ſunt ipſo facto effecti alienigenæ, & pœnis (talibus deputatis) ſunt ſubjecti ex eadem *l. Regia.*

Idem etiam diſponit *l.* 21. *tit.* 3. *lib.* 1. *recopila-*
94 *tion.* quæ loquitur † de impetrante beneficia patrimonialia à Sede Apoſtolic. qui ſi litteras exequi fecerit abſque examine & permiſſu hujus ſupremi Regii Senatus, ipſo facto amittit naturalitatem horum Regnorum, indèque cùm factus ſit incapax beneficiorum, ſequeſtrandos eſſe fructus omnium à ſe obtentorum diſponit, de quo latiùs ſuprà hoc eodem *c.* 10. *à nu.* 22. & *à n.* 69. *cum ſeqq.* & *à num.* 117.

Quod ex identitate, imò & majoritate ratio-
95 nis, idem diſpoſitum † cenſetur ex hac *lege* 21. in impetrante beneficia Juriſpatronatus laicorum prout adnotavimus in *dict. numer.* 69. Quoniam
96 inter beneficia patrimonialia, † & Juriſpatronatus laicorum maxima reperitur ſimilitudo, & fraternitas ex Covarruv. *practicarum quæſt. cap.* 26. *num.* 4. *verſic. Similiter ſi beneficia patrimonialia*, Salgado de Supplic. & Retent.

junctis antecedentibus, & magis ſpecificè Ojeda *de benefic. incompatibil.* 1. *part. cap.* 24. *numero* 91. *in fin.* Gonzalez *in regul.* 8. *de altern. glo.* 9. §. 1. *num.* 51. qui inde infert ad plurium caſuum paritatem, & ſimilitudinem inter beneficia patrimonialia, & beneficia juriſpatronatus laicorum. Legendus inſuper *à n.* 23. *cum ſeqq.* & ex Simanca hanc ſimilitudinem probavimus ſup. *cap.* 7. *ſub num.* 62.

Qui quidem Gonçalez (dum ad longum, & eruditè diſputans quæſtionem illam, † an à Re- 97
gula 8. reſervatoria intelliguntur præſervata beneficia patrimonialia ſicuti præſervata & intacta intelliguntur beneficia juriſpatronatus laicorum ab omni nexu reſervationis, & partem affirmativam validiſſimis fundamentis comprobaverit à *dict. numero* 23. nempè præſervata eſſe, quibus quidem ex integro non ſatisfacit, poſtmodum contrariam opinionem ſectans, quam inſuper à *n.* 71. limitat in beneficiis patrimonialibus Diœceſis Calagurritanæ † ex indulti Apoſtolici ver- 98
bis, & clauſularum amplitudine, quam quidem altius ſuo loco examinavimus *in 2. tom. hujus tractatus* propediem edendi Deo dante) licet dùm ipſe Gonçalez *num.* 67. conetur reſpondere ad ſimilitudinem, & fraternitatem inter beneficia patrimonialia, & beneficia † juriſpatronatus lai- 99
corum in contrarium oppoſitam, adhuc tamen illam non eſt uſus negare; ſed tantam ſimilitudinem non dari dixit, ut poſſint excludi à reſervatione illius Regulæ beneficia patrimonialia, ſicut laicalia ob exuberantes, & ampliſſimas illius Regulæ clauſulas.

Sed adhuc (cæteris omiſſis quantùm ad alios effectus) tamen quantum † ad Nos attinet, & 100
ad præſentem comprehenſionem, *dict. l. Regia* 21. omnimoda ſimilitudine inter hos caſus non indigemus, cùm ſufficiat, quòd in eo de quo agimus & verſamur, conveniant, & ſimiles reperiantur. Brunor. à Sole *in locis communibus*, *verbo*, *argumentum quartum*, cui ſubſcribit Thomas de Thom. *in floríb. legal. regul.* 43. & Gabriel. Alvar. *axiom. litt. A. n.* 133. *ante fin.*

In caſu igitur, in quo verſamur, omnimoda datur ſimilitudo, inter hæc beneficia patrimonialia, & juriſpatronatus † laicorum, nam in Regnis 101
Hiſpaniæ nulla admittitur derogatio, nec reſervatio beneficiorum patrimonialium, ſicut & patronatus laicorum, Gambarus *in tractatu de officio*, *& poteſt. legati. lib.* 3. *numer.* 160. Covar. *practicar. c.* 36. *numer.* 4. *verſicul. Similiter.* Nec admittuntur permutationes, † reſignationes, nec 102
penſiones, ſicuti nec in beneficiis patronatus laici, *l.* 22. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil.* Avend. *in cap.* 1. *prætor. numer.* 32. *verſ. Similiter beneficia patrimonialia*, Salzed. *ad praxim Bernardi Diaz cap.* 54. *n.* 11. Covar. *dict. c.* 36. *num.* 9. *verſic. Ex eadem ratione*, & *n.* 10. Gonçalez *dict. gloſſa* 9. §. 1. *à n.* 28. *cum ſeq.*

Deindè quia ſicut impetrantes litteras Apoſ- 103
tolicas † in præjudicium filiorum patrimonialium, & executores earum ſunt privati ipſo facto naturalitate horum Regnorum, ita ut extranei ab eis habeantur, privatique fint ſimiliter ipſo facto, & abſque alia declaratione temporalitatibus, pariformiter hoc idem diſpoſitum eſt ſimiliter in impetrantibus litteras Apoſtolicas in præjudicium juriſpatronatus Regii, & laicorum, ut de utroque caſu expreſsè determinatur *in l.* 25. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat.* prout ſuperiùs diximus, & mox dicemus *n.* 106. *& ſeq.*

104 Ac pariter * ob id in utroque caſu retinèntur in Senatu litteræ, ut probant dictæ leges Regiæ, & doctores citati ex identitate rationis, ut expreſsè ex aliis adnotavimus ſuprà *cap. 7. numero 62.*

Igitur ſicut quoad ſubſtantialia idem æqualiter diſpoſitum reperitur * in beneficiis patronatus laici, quod in beneficiis patrimonialibus, & è contra quoad effectum hujus recurſus, & retentionem, in qua verſamur; ſimiliter quoad executionem eandem paritatem debent habere, ita ut diſpoſitum *dict. l. Regia* 21. circa ſequeſtrationem fructuum beneficiorum patrimonialium, quæ impetrantur, pariter operari debet in beneficiis juriſpatronatus laicorum, non ſolum ex paritate rationis, verùm ex majoritate concurrentis in iis, quàm in patrimonialibus quoad excluſionem reſervationis, ut fatetur Gonçalez ubi proximè, *numero 67. & 68.* & à majoritate rationis, valet argumentum, Petrus Surdus *conſil. 383. nu. 14.* etiam in correctoriis Ant. Monachus *dec. 64. n. 35.* Cæſar Argelius *de legitimo contradict. qu. 2. num. 204.*

106 Et in terminis * quòd pœna privationis naturalitate, & aliæ impoſitæ alienigenæ impetranti, & favorem ad litterarum executionem præſtantibus, utputà privatio temporalitatum, ut fructuum beneficiorum qui ſequeſtrari jubentur, quando litteræ, quæ retineri mandantur ob has cauſas, executioni ſint jam traditæ, de quibus *in l. 26. tit. 3. lib. 1. novi ordin.* Pariter ſint impoſitæ impetrantibus litteras Apoſtol. in derogationem juris Regii Patronatus, ac cæterorum laicorum, & ſimilium, eadem lege, probatur, & in *l. 5. tit. 6. lib 1. novi Regii ordinamenti*, & ex eiſdem legibus ſpecialiter hac illationem adnotavit in terminis Salzedus *in pract. crimin. Canon. c. 54. à n. 17.* & ſignanter *n. 25.*

Quæſt. eſt *l. 25. tit. 3. lib. 1. Recopil.* quæ pariformiter determinat circa executas litteras impetratas in præjudicium patronatus Regii, & laicorum, & filiorum patrimonialium, necnon Magiſtralium & Doctoralium, aut juris extrangerii, & æqualiter in omnibus eamdem pœnam privationis naturalitate, & temporalibus bonis omnibus, ipſo facto, abſque alia ſententia declaratoria, ibi: *Aſſi en quo no ſe derogue la preheminencia de nueſtro patronato Real, ni el derecho de patronazgos de legos, ni lo concedido y adquirido, para que ningun eſtrangero pueda tener beneficios y penſiones en ellos, ni los naturales dellos, por derecho avido de los tales eſtrangeros, ni en lo que toca à las Canongias Magiſtrales, y Doctorales, &c. Que quando alguna proviſion; ò letras vinieren de Roma en derogacion de los caſos ſuſodichos ò de qualquiera dellos, ò entredicho, o ceſſacion à Divinis, en execucion de las tales letras, que ſobreſean en el cumplimiento dellas, y no las executen, ni permitan, ni den lugar que ſean compliadas, ni executadas, &c. So pena de la nueſtra merced, y de caer è incurrir los que fueren Perlados y perſonas Eccleſiaſticas por el miſmo hecho (ſin que ſea neceſſaria otra declaracion alguna) en perdimiento de todas las temporalidades, y naturaleza que en eſtos nueſtros Reinos huvieren: y los hazemos agenos y eſtrannos dellos, para que no puedan gozar de beneficios, ni dignidades en ellos: ni de otra coſa de que los que ſon naturales puedan y deben gozar, ſegun las leyes y pragmaticas, de nueſtro Reinos y los mandaremos echar dellos, &c.* Quæ poſt modùm executionem harum pœnarum committit Concilio Regio, & Cancellariis. Igitur fructus * 107 beneficii non tantum impetrati, ſed aliorum obtentorum in hoc Regno ſunt ſequeſtrandi; cùm bona temporalia ſint, ut in terminis ex aliis plurimis Doctoribus diximus *in tractatu de Regia protect. 1. part. c. 2. n. 305.*

Et maximè, inſtante & urgente neceſſitate cauſatas à morte * aut abſentia executoris, ex qua deficit 108 judex, qui poſſit reponere executionem, & poſſeſſionem nulliter, & violenter à ſe traditam impetranti contra privilegia, & leges Regias, & omni oppreſſus deſtitutus remaneat remedio, & Reſpublica ob harum litterarum executionem damnum & ſcandalum patiatur, atque ſola repoſitio per eundem executorem facienda tanti ſit damni & periculi medela, & unicum remedium à nobis ſcriptum ſuperiùs *à n. 89. & ſeq.* quo conſiſtit Decreti Regii retentionis litterarum executio, effectus, & complementum, ac propterea dum ipſum deficiat, juſtè procedit, & verificatur illa plurimorum Doctorum opinio aſſerentium, poſſe Principem ob publicam utilitatem, & vitandum ſcandalum, ad manus ſuas reducere, & ſequeſtrare fructus beneficii, quorum meminimus hoc *cap. à nu. 64. & ſeq. & à. n. 20. & ſeq.*

Nec etenim aptiùs alio in caſu poſſunt verificari, & aptari verba inſtructionis Regiæ Cancellariæ, & arbitrium ei conceſſum ad imponendum ſequeſtrum in iis cauſis, & expediendas qualibet alias proviſiones Regias neceſſarias qualitatis negotii; quàm in caſu præſenti, ut ex eadem inſtructione apparet *in §. penultimo*, ibi: *Deſpues de viſtos los proceſſos, conſtando por ellos, que lo que ſe ha traido (ſcilicèt litteræ Apoſtolicæ de quibus ſemper loquitur ad retentionem) es contra las leyes, y Bullas concedidas, y coſtumbre antigua, y contra los patronazgos è indultos; denſe atanta la calidad de los negocios, è inobedientia, las cartas neceſſarias, aſſi para que no uſen de las Bullas, como para ſequeſtrar los bienes, y temporalidades de los que fueren inobedientes. Y para que parezcan en la dicha Real Audiencia, y ſalgan del Reino; y acudan con los fructos, à aquellos à cuyo favor ſe ſentenciare: y ſe den todas las demas proviſiones, que les pareciere que ſe deben dar, ſecun la calidad de la cauſa, para que ſe conſerve, y guarde de lo que en eſtos caſos por Bullas y leyes del Reino eſta proveido*; quàm latiùs adduximus *hoc in tractatu* infrà *2. p. c. 24. num. 58.* quæ verba, & arbitrium nullibi unquam accommodari poſſunt, nec aptiùs congruere quàm huic caſui & ſequeſtro quod qualitas & natura negotii omninò appetit, & neceſſitas urgens pro illo inſtat, juxta tenorem, & diſpoſitionem *dict. inſtructionis Regiæ.*

Etenim neceſſitas urgens legi * non ſubjici- 109 tur, *l. tutor qui repertorium, ff. de admin. tutor. l. ut gradatim. §. 1. de numero & honor. l. non ſolum, §. fin. de excuſat. tutor. aliquando, ff. de officio Procon. l. ſi quis filio, ff. de injuſto teſtam. l. 1. C. de ope. lib. l. pro tyronibus, C. de privileg. domus Auguſt. cap. quanto in fin. de conſuet. cap. exiit, col. 4. in fin. de verbo ſignific. lib. 6.* elegantiſſimè Eſcobar (multis authoritatibus Sacræ Scripturæ comprobans) *de ratiociniis, cap. 14. à num. 10.* & neceſſitas facit licitum, quod * aliàs de jure non eſt licitum, *cap.* 110 *quod non eſt licitum in lege neceſſitas facit licitum, de regulis jur. l. 6.* Tiraquell. *de pœnis temp. cauſa 33. numero 3.* Zevallos *commun. contra commun. quæſt. fin. numer. 6. tom. 4.* Cardoſa *in praxi judicium, & advocator. verbo, Neceſſitas, num. 2.*

Anton.

Anton. Olivan. *de jure fiſci*, *cap.* 4. *n.* 36. Eſcobar *de ratiociniis*, *cap.* 14. *nu.* 13. Moneta *de diſtribut. quotid. part.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 28. Bellet. *diſquiſit. Cleric.* §. 10. *n.* 13. Gratianus *diſceptat. forenſ. tom.* 4. *cap.* 626. *n.* 13. *& c.* 626. *n.* 10. Joan. Maria. Novar. *quæſt. forenſ. l.* 1. *quæſt.* 28. *n.* 10. *& quæſt.* 35. *n.* 3. cum infinitis aliis, prout in hac materia pro juſtitia hujus recurſus abundè conſideravimus ſuprà *cap.* 1. §. *unico* per totum.

111 Et ob vitandum ſcandalum † recedi à juris Regulis, & multa permitti, quæ aliàs non permitterentur, diximus abundè ſuprà c. 4. & ferè per totum *cap.* 1. *& ſeq.*

CAPUT XI.

Concurrentibus in Senatu Bullarum retentionis remedio, & violentiæ querela ob non delatam appellationem ab executore emiſſam in earum executione procedente, ſive ab una dumtaxat parte, ſive ab utraque intentatis; an violentiæ cognitio ſuſpendenda ſit, donec retentionis articulus terminetur.

Et an utrumque remedium ſimul concurrere & cumulari poſſit, vel an etiam eodem decreto terminari.

SUMMARIUM.

1 *Retentionis litterarum Apoſtolicarum remedium & quærela violentiæ ob non delatam appellationem ab executore earum emiſſum variis modis ſimul concurrere ſolent in Senatu.*

2 *De exemplis ibidem.*

3 *Retentionis, & violentiæ ob negatam delationem appellanti remedia an in finibus, & effectibus, ſint contraria.*

4 *Remedia ad invicem ſe comminantia cumulari nequeunt.*

5 *Contraria ſimul ſtare nequeunt.*

6 *Ad propoſitionem unius ex contrariis ſequitur remotio alterius, & ejus impedit ingreſſum.*

7 *Contraria duo in eodem ſubjecto concurrere nequeunt.*

8 *Contraria allegans non auditur.*

9 *Retentionis remedio & querela violentiæ ob non delatam appellationem poteſt una pars conditionaliter ſimul uti ante peractam executionem litterarum.*

10 *Appellatio, & nullitatis oppoſitio, etſi contrariæ, conditionaliter tamen ſimul valent proponi.*

11 *Actus quilibet poteſt dici nullus, & conditionaliter ſimul peti ejuſdem reſciſſio.*

22 *Ex remediis conditionaliter, & diſtinctivè intentatis nulla inſurgit perplexitas.*

13 *Retentionis remedium, & violentiæ querela conditionaliter deductæ ſimul queunt examinari in Senatus.*

14 *Retentionis remedium altius requirit examen querela violentiæ, cùm hæc ex actorum inſpectione terminetur.*

15 *Si ex utriuſque remedii ſimul intentati actis appareat juſtam eſſe cauſam retinendi litteras, & vim feciſſe executorem non deferentem appellationi, ſuper retentione dumtaxat proferatur decretum, & de ratione.*

16 *Si ex actis utriuſque remedii injuſta detegitur retentionis petitio; juſta autem appellatio, ſuper ejus delatione dumtaxat decernit Senatus vim facere executorem non deferentem.*

17 *Si ex utriuſque remedii actu apparet abeſſe cauſam legitimam retentionis, & querelam violentiæ perperàm propoſitam ſuper utroque decernit Senatus negativam.*

18 *Utrumque remedium, & retentionis & querelæ violentiæ ſimul cumulari poteſt, etiam non conditionaliter, ſi jam facta fuerit litterarum executio, & de ratione.*

19 *Remedia contraria ſimul cumulantur ad diverſos reſpectus & ſequentibus.*

20 & 21. *Majoratus ſucceſſor, in quem juris miniſterio eſt tranſlata poſſeſſio civilis & naturalis, omnia remedia poſſeſſoria adipiſcendæ recuperandæ, & retinendi intentare poteſt ad diverſos effectus.*

22 *Res eadem poteſt diverſo jure cenſeri diverſis reſpectibus aut temporibus conſideratis.*

23 *Remedium retentionis, & querelæ violentiæ peracta jam executione intentatum tendit ad eundem finem.*

24 *Remedia contraria ad idem cooperandum tendentia ſimul cumulantur.*

25 *Ad defenſionem cuilibet permittitur contraria allegare.*

26 *Si ex actis utriuſque remediis, facta jam executione litterarum, appareat utrumque legitimè intentatum, ſuper utroque decernet Senatus affirmativè litteras retinendas, & executorem deferre, & reponere attentata.*

27 *Si ex actis reperiat Senatus juſtam cauſam retentionis, & vim non fieri in deneganda appellatione conſultius erit decernere tantùm ſuper retentione, omiſſa declaratione ſuper violentia, & de efficaci ratione.*

28 *Intentatis remedio retentionis & remedio querelæ violentiæ ab utraque parte, quale ſuſpendendum, & ſequentibus.*

29 *Violentiæ articulo ſuperſedendum erit in Senatu donec cauſa retentionis examinetur, & de ratione.*

30 & 31. *Quandocumque concipiatur decretum violentiæ, ſive affirmativè, ſive negativè, ſemper eſt inconveniens executioni decreti retentionis, quando ab utraque parte utrumque intentatur remedium.*

32 *Per decretum retentionis affirmativum totaliter tollitur decretum negativum, ſcilicet vim non facere executorem.*

Et de ratione fundamentali, ibid.

33 *De articulo præjudiciali priùs cognoſcendum erit alio ſuſpenſo.*

34 *Præjudicialia ea ſunt, quando unum tollit aliud.*

35 *Remedia retentionis, & querelæ violentiæ, quomodolibet intententur, ſive ab una parte, ſive ſimul, ſive ſucceſſivè, ſemper in articulo violentiæ ſuperſedendum, quouſque retentionis cauſa examinetur.*

36 *Si per inſpectionem actorum utriuſque remedii ab utraque parte intentati reperiatur retentionis locum fore, ſuper ea decernit Senatus, nihil tamen ſuper articulo violentiæ, & de ratione.*

37 *Si ab utraque parte intentatis remediis retentionis & violentiæ retentio juſta non reperitur, de-*

negatur, & si justa reperiatur violentiæ querela vim facere executorem in non deferendo declarat Senatus.

38 *Super simultaneis remediis violentiæ, & retentionis non est necessarium simultaneum decretum, sed singula pro singulis remediis separatim decernat Senatus.*

39 *Declaratur Pater Henriquez in hoc simultaneo remedio terminos praxis, & juris confundens,* & 40.

1 UT clariora quæ in hoc capite dicenda sunt reddantur, judicabo † varia ejusdem exempla permittere. Accidit multoties in Senatu duo hæc remedia diversimodè concurrere, nam eamdemmet pars simul & eodem libello eisdem utitur: quando nempe executor litterarum Apostolicarum procedit in earum executione, vel etiam hæc jam peracta, & perfecta, & tunc legitimus contra-
2 dictor † (juxta casuum varietatem, de quibus *cap. præcedenti*, in remedio *à num.* 89. comparet, vel opponendo legitimam exceptionem ad impediendam executionem faciendam: vel ad reponendam jam factam & à non admissione vel alio quolibet legitimo gravamine appellat, & recurrit ad Senatum per viam violentiæ, et suæ appellationi deferat, & attentata reponat executor, & tunc simul, vel etiam ex post facto proponit & cumulat articulum & querelam retentionis earumdem Bullarum ex aliqua justa & legitima causa ex scriptis suprà *cap.* 3. *cum quatuor seq.*

Succedit etiam, quòd dum executor ipse in executione procedit, una pars gravetur, & ab eo appellationem emittat, & pro delatione recurrat ad Senatum, in quo altera pars comparet, & introducit articulum hunc, & remedium retentionis circa quorum casuum diversitatem pluries dubitari vidimus, an simul hæc duo remedia & articuli cumulentur, & uter eorum in cognitione præferatur.

3 Et imprimis quòd simul nequeant ab eadem parte intentari, † & cumulari urget, quia hæc duo remedia in suis finibus contraria sunt: nam remedium violentiæ ob denegatam appellationem supponit perneceſſe causæ persecutionem, & quòd executor aut superior exequatur litteras; aut juxtà ordinarias juris regulas determinet. At retentionis remedium in totum est oppositum; nam ideò inventum fuit per modum extraordinarium, ne litteræ exequantur, sed potiùs quòd in executione superfedeatur, quousque causa legitima & à jure approbata existente Romanus Pontifex consulatur, & de inconvenientiis Reipublicæ obnoxiis informatus de remedio paternali provideat, juxtà quæ latiùs diximus *cap.* 2. *& seq.*

Ergo sequitur manifestè, quòd cùm duorum remediorum horum fines ad invicem comminentur,
4 † cumulari nequeant, juxta vulgariſſimam Bart. doctrinam *in l. naturaliter*, §. *nihil commune*, *ff. de acquir. possess.* ubi latè prosequitur istas comminationes simul non intentatas, Menochius *de adipiscend. remedio* 4. *num.* 179. Molina *de Hispanorum primog. lib.* 3. *cap.* 13. *numero* 2. & alibi passim.

5 Quia contraria † simul esse non possunt, *l. Mutius*, *ff. pro socio*, *l.* 1. *C. de furtis*, Menochius *de retinenda*, *remedio* 3. *numer.* 518. Antonius Monachus Lucensis, *decis.* 25. *num.* 6. Quo-
6 niam ad propositionem unius, sequitur † remotio alterius, & se ad invicem excludunt, *l. si inter*, *ff. de except. rei judicatæ*, Surdus *decisione* 24. *numer.* 10. & *decis.* 92. *numer.* 11. *cons.* 211. *num.* 16.

Quia unius existentia impedit impressum alterius, *l. Pomponius*, §. *sed si is*, *ff. de procuratoribus*, *dict. l. si inter me*, *l. hæc verba* ibi: *Aut dies, aut nox est*, *ff. de verborum significat. l. nihil interest.* §. *patronatus*, *ff. de operis liberto. l. si filius emancipatus ff. de minoribus*, *l. Clodius*, *si de acquir. hæreditate*, l. ubi Bald. & Salicet. *C. de furtis*, Bart. *in l.* 3. §. *ex pluribus*, *nu.* 2. & 3. *ff. de acquirenda possessione*, Everardus *in loco à contrariis*, *n.* 10. Molina *de majorat. lib.* 2. *cap.* 14. *à numer.* 27. Surdus *dict. decis.* 24. *n.* 20. & *decis.* 92. *nu.* 11. & *decis. num.* 16.

Maximè in eodem † subjecto duo contraria 7
concurrere non possunt, *glos. in l. fin. ff. de divortiis*, Bernardus Diaz *in regula* 25. Alciatus *de præsumptionibus*, *regula* 2. *præsumption.* 3. Cæsar Angelus *de contradictore legitimo*, *quæstion.* 2. *num.* 59. Franciscus Molinus *de ritu Nuptiarum*, *lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 22. Thomas de Thomasset *in floribus Ægum*, *regula* 101.

Quapropter contraria † allegans non auditur, 8
l. Titiæ ff. de condition. & demonstrat. l. 1. *c. de furtis*, *l. de transactione*; *C. de transactionibus*, *cap. imputari*, *de fide instrumentor. cap. solicitudinem de appellationibus*, Covarruvias *lib.* 2. *variarum cap.* 2. *n.* 2. *in fin.* Menochius *de præsumptionibus*, *lib.* 2. *præsumptione* 41. *num.* 2. Cabedus *decis.* 34. *n.* 9. *part.* 1. Gratianus *decis.* 54. *numer.* 18. Cardoso *in praxi jud. verb. Allegatio num.* 4. Marius Antonius *variarum resolut. lib.* 1. *resolutione* 56. *numero* 11. Antonius Monachus Bononiensis *decision.* 34. *numero* 1. Igitur cùm hæc duo remedia ad invicem sint contraria, ut diximus *num.* 3. pars illa cumulans illisve uti volens eodem tempore in Senatu excludendus est & non audiendus.

Hoc ne incidas † in inconveniens, distinctè jux- 9
tà casuum varietatem per varias conclusiones veritas indicetur, sit prima conclusio. Eadem pars poterit his simul uti remediis executione nondùm peracta litterarum, conditionaliter nempè petendo principaliter retentionem earumdem litterarum; & casu quo non sit locus retentioni, decernatur, vim facere executorem non deferentem suæ legitimæ appellationi, nec non attentata reponere, quia tunc hæc remedia contraria rectè admittuntur, prout diximus de appellatione † à sententia, & 10
de ejusdem nullitate, quia appellatio supponit validitatem sententiæ, & per appellationem petitur revocatio, per nullitatem verò contra, quia ipsam nullam supponit, & ideo non indiget appellatione ac propterea simul permittitur appellare ab ea, & dicere nullam conditionaliter, dico de nullitate, & si qua est appello, Calderinus *consil.* 219. *in principio*, *alias* 13. *de appellationibus*, Ægidius Bellamera *consil.* 10. 54. Cardinalis Thuscus *tom.* 2. *littera C. conclus.* 1005. *numero* 25. Cardinalis Alexander *in cap. dilecto* 63. *sup. numero* 42. & 43. *versicul Dicite ergo*, & *numero* 92. *versicul. Tertio modo*, *de appellationibus*, Covar. *practicarum quæst. cap.* 24. *numero* 6. *in fin.* & *versicul. Est igitur* & *numero* 7. Vantius *de nullitat titul. quot & quibus modis nullitas*, &c. *numero* 11. & 12. juncto *numero* 9. Archilis Personal. *in tractatu de adipiscend. possess. sub numero* 338. *versicul. Sed ibi*, *fol.* 268. Contard. *in l. unica*, *limitatione* 7. *numero* 2. *verſic. Verum-*

rum hic, *C. si de moment. possessione*, plures relati ab Scaccia *de appellationibus*, *quæst.* 19. *remedio* 1. *conclus.* 3. *à n.* †. *&* 5.

11 Quod procedit † in nullitate cujuscumque actus, quia potest dici nullus, & conditionaliter, quatenùs validus sit proponere aliud remedium simul, Vantius *de nullitate*, ubi proximè *num.* 5. *versic. Principaliter*; ubi reddit exemplum de dicente nullum testamentum, & si est validum, dicit inofficiosum, *& n.* 6. *&* 7. de dicente nullum instrumentum ex defectu solemnitatis, & quatenùs validum appareat, petat simul illius rescissionem ob læsionem ultrà dimidium justi pretii. Quoniam sic deducta remedia contraria conditionaliter, &
12 disjunctivè, † seu alternativè nulla insurgit perplexitas, aut contrarietas, Vantius ibid. *num.* 8. *versicul. Sustinetur*, Vestrius *in praxi Romanæ Curiæ*, *lib.* 8. *cap.* 1. *sup. num.* 5. Bartolus *in l. si expressim.* 19. *n.* 9. *ff. de appellationibus*, ubi loquitur de nullitate, & restitutione in integrum ita simul petitis, Bald. *in l. edita* 3. *n.* 88. *quæst.* 7. *C. de edendo in* 2. *repetitione*, latiùs prosequitur Scaccia *de appellationibus*, *quæst.* 19. *remedio* 1. *conclusion.* 1. *à n.* 5. *cum seq.*

Et tunc in decernendo hîc erit effectus, nam
13 cùm simul de utroque † cognoscere potest, simulque instrui Senatus Vantius *dict. rubric. quot & quibus modis*, *numero* 14. *versic. Et nedùm*, Vestrius ubi proximè *sup. num.* 5. Scaccia *in dict. concl.* 3. *num.* 6. Nam etsi retentionis remedium altius requirat examen; violentiæ autem ex sola
14 inspectione † actorum ab executore gestorum decretum detur; tamen tandem quoad determinationem simul inspiciuntur utriusque remedii acta, & si ex eisdem constet retentionis legitima causa, ac pariter violentiam adesse ob non delatam appellationem; tunc dumtaxat dabitur decretum retentionis litterarum, & omnium etiam actorum ejus virtute gestorum per executorem, absque determinatione articuli violentiæ, quia erit inanis,
15 & sine effectu, cùm acta omnia † retineantur, imò tunc insurgeret ejusdem contrarietas & repugnantia ex eodem decreto; nam si litteræ & acta retinentur, ne amplius illis utatur impetrans, nec executor procedat, sed potius supersedeat interim, quòd supplicatio emissa ad Sanctissimum pendet, & quid senserit, declarat noviter de inconvenientiis, & damnis instructus; quomodo danda est per delationem facultas procedendi, & causam prosequendi, nec coram executore, nec coram superiore, juxtà ea quæ latiùs scripsimus *in cap. antecedente*, *à num.* 89. *& seqq. & in §. unico* per totum.

16 Si autem reperitur ex actis, & † utriusque remedii in justa causa retentionis, justa autem & legitima appellatio ab executore, ita declarabitur: *No ha lugar la retencion dellas Bullas pedida por N. y le le entregued à la parte con los autos de la execucion, para que pueda usar dellas, y el Juez executor Apostolico, que desta causa conoce, en no otorgua la apelacion interpuesta por dicho N. haze fuerça, otorgue y reponga, &c.* In his namque duobus decretis omnis omnino adest uniformitas & fraternitas, & rectè ut vides compatiuntur.

At verò si ex inspectione omnium actorum
17 fam. Tribunalis † ad justitiam retentionis, quàm executoris, pro litterarum executione gestorum reperitur, retentioni locum non fore, nec etiam violentiæ in denegata delatione appellationi emissæ ab ejusdem executoris processu, eo quod non fit interposita à legitimo gravamine; tunc datur decretum super utroque remedio negativè conceptum. *Que no ha lugar la retencion dellas Bullas Apostolicas, y se le entreguen à la quarta, para que pueda usar dellas dellante su Juez executor, el qual en ne otorgar la apelacion à la parte le dicho N. un haze fuerça, y se le remite la causa para que proceda en ella, &c.* Et hæc simultanea declaratio convenientior erit, ad evitandam perplexitatem, seu potiùs importunitates litigantis ulteriùs insistentis pro decreto violentiæ, atque etiam ne ipse executor percipiat ex decreto retentionis negativo, quo litteræ impetranti relaxantur, ut coram eo illis uti valeat, ut hoc sit intelligendum absque impedimento appellationis emissæ, & recursus ad Regem intentati. Cùm facile foret, hoc idem concipere, & decipi videns omissionem decreti super articulo violentiæ deductæ, licèt verè, & realiter hoc inferri non possit, nec sibi licebit, cùm debeat conquiescere in expeditione processus, & causæ principali, interim quòd pendet recursus ad Regem, & articulus violentiæ in Senatu, nec super eo aliquid est determinatum ad latè tradita per Nos *in comment. de protectione Reg.* 1. *p. capitul.* 7. *per totum*, & articulus retentionis, ab articulo violentiæ sit omninò separatus & penitùs diversus, ita ut determinatio retentionis negativa nullum pariat præjudicium articulo violentiæ, nec arguat rem judicatam, juxtà doctrinas, de quibus infrà hac 1. *part. cap.* 12. *per totum*, *&* 2. *part. cap.* 13. *à n.* 8. *& sequentibus*, *& cap.* 8. *à n.* 13. *& per totum.* Itaque ut omnis cesset confusio, & æquivocatio, seu quælibet dubitandi occasio, commodius erit, & validè utile simul decernere super articulo retentionis negativo, & super articulo violentiæ affirmativo, quoties acta utriusque remedii intentati sic dictaverint.

Secunda sit conclusio, quando † eadem pars 18
utitur simul his duobus remediis post jam factam executionem litterarum Apostolicarum; tunc audienda erit & admittenda, etiam si utrumque proponat non conditionaliter, sed principaliter, quia tendunt ad diversos respectus, & diversos fines, quibus melius consequitur effectus decreti retentionis, & ejus executio, evitatur namque inconveniens, & impedimentum latiùs à nobis disputatum *c. præcedenti*, *& in §. unico per totum*, cùm petita jam litterarum executione omninò indigeat repositione ejusdem, ad effectivam executionem, & consequendum effectum decreti retentionis dandi à Senatu, ut pro unico & efficaci remedio adscripsimus, *dict. cap. præcedenti*, *à n.* 89. *cum seq. & in dict. §. unico.*

Quare ad diversos respectus posse quem uti, & simul † cumulare remedia contraria, probant 19
Ludov. Molin. *de primogeniis*, *lib.* 3. *cap.* 13. *numero* 2. 3. *&* 7. post Palatium Rubeum *in l.* 45. *Tauri*, *num.* 28. & Ant. Gomez ibidem *numero* 192. Tellam Ferdinand. *num.* 45. Castill. *in controvers. tom.* 3. *cap.* 24. *à n.* 25. *& seq. & num.* 29. explicat Christophorus de Paz *de tenutâ*, *tom.* 1. *cap.* 24. *num.* 7. qui loquuntur de successore majoratus (in quem ex legis ministerio translata † est possessio civilis, & naturalis) 20
ut nihilominùs possit simul intentare remedium adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ diversis respectibus.

Et generaliter quòd duo contraria remedia, 21
† simul cumulantur diversis respectibus, probat Tiraquell. *in tractatu de nobilitat. cap.* 28. *n.* 13.

Farinacius *in praxi crimin. part.* 4. *conſil.* 30. *n.* 62. Barboſa *axioma* 58. *num.* 3. *in fin. & nu.* 6. *in fin.* per Tuſchum *tom.* 2. *lit. C. concluſ.* 1005.

22 *nu.* 2. Et quod una & eadem res poteſt † diverſo jure cenſeri diverſis reſpectibus, vel rationibus, aut etiam temporibus conſideratis, vide multa per Caſtill. *controverſ. tom.* 5. *cap.* 97. *à num.* 29. *cum tribus ſeq.*

23 Imò etiam hæc duo remedia † tendunt ad eundem finem, & utrumque convenit in effectu, quoniam decretum retentionis tendit ad impediendam executionem faciendam, ne facti inducat ſcandalum, & damnum Reipublicæ. At decretum violentiæ ob non admiſſam appellationem, ad repoſitionem executionis, & ut ad invicem ſe adjuvent eadem decreta, & remedia, atque ita in effectu convenire ambo non eſt ambigendum hoc reſpectu attento. Et ad idem cooperandum duo

24 † contraria remedia conciliantur, ita poſt alios Barboſa *axiomat.* 58. *n.* 10. qui *n.* 9. benè inquit,

25 ad defenſionem † permitti cuilibet contraria allegare, *cap. nullus pluribus de reg. jur. lib.* 6. Calerinus *conſil.* 219. *verſic. Item proponitur, aliàs de appellation.* Tuſchus *dict. concluſ.* 1005. *n.* 26.

26 Quo ſuppoſito praxis erit † in decreti conceptione, ſi per inſpectionem omnium actorum reperiatur juſta & legitima cauſa retentionis, ac etiam legitimè fuiſſe appellatum; Decretum ſimultaneum ſuper utroque dandum erit; retineri litteras & vim feciſſe executorem in non delata appellatione, & quod reponat, & tunc acta executoris in Senatu retinentur ſimul, quia ad reponendum ſufficit ſua interlocutio facta de facto, & ſine juriſdictione, ut diximus capit. præcedenti ad finem, & tunc commodiùs, & ſine impedimento aliquo facta repoſitione, conſequitur effectus decreti retentionis, ut latiùs conſideravimus *in d. cap. præcedenti, & in §. unico.*

Si autem reperiatur per actuum inſpectionem

27 (dato decreto retentionis) executorem vim † non feciſſe in denegando delationem appellationi; conſulrius arbitror, ſuper eo non declaraturum Senatum, cùm fortè tunc à principio pars oppreſſa negligens non propoſuerit legitimam cauſam, & exceptionem coram executore, ex qua oriretur legitimum gravamen, à quo licitè potuiſſet appellare, quæ tamen poſtmodum decreto retentionis dato in Senatu, poterit ſaltem opponere coram executore, & deducere eandem cauſam, quia legitimè motus fuit Senatus ad dandum decretum retentionis, quæ non admiſſa per executorem juſtiſſima erit ad appellandum ab eo, & inde obtinendum indubiè Decretum delationis à Senatu, ut latiùs probavimus *cap. antecedenti à num.* 93. *verſicul. Certi namque juris, eſt*, & à principio remedii ibi appoſiti, *à n.* 89. & quæ in toto eo diximus huic articulo omninò & directè conveniunt, & pro juſtificatione hujus gravaminis ad obtinendam repoſitionem, & juſtificandam appellationem poterit pars, ſeu Regis Fiſcalis uti eodem Senatus decreto retentionis coram executore, cui omninò ſtare debere probavimus ibidem à *n.* 136. *cum ſeqq. verſ. Notare etiam debes.* De cæteris decretis autem quæ in hoc articulo poſſunt juxta caſuum varietatem dari, & concipi; petes à concluſione præcedenti ſervata identitatis ratione, atque æquali applicatione, quæ procedit, quando ab eadem parte utrumque remedium intentatur ante litteratum Apoſtolicarum executionem factam.

Tertia erit concluſio, ſi non ab eadem met parte hæc diverſa remedia † ſint intentata ſimul, ſed ab 28
utraque, putà quòd altera ab executori gravamine appellaverit, & pro delatione negata in Senatu conqueratur: altera verò petat retentionem litterarum Apoſtolicarum, vel etiam è converſo, intentato jam & pendente retentionis remedio ab una parte, poſtea ſuperveniat articulus violentiæ ob negatam delegationem appellationi ab adverſario introductus in Senatu, tunc duo examinanda nobis ſeſe offerunt, quod prius remedium cognoſcendum & examinandum, altero ſuſpenſo, ſecundum, quomodo decreta concipienda in utroque.

Ad primum (& hoc commune eſt utrique caſui ſcilicèt, ſive hæc duo remedia intententur † ab 29
ambabus partibus, ſive ab una dumtaxat, ut ex dicendis apparebit) tunc reſolutivè dicendum venit, quòd in articulo violentiæ omninò ſuperſedendum erit quouſque cauſa retentionis examinetur, quoniam eſt eidem penitùs præjudiciale Bullarum retentionis Decretum affirmativè concipiendum. Tùm quia ſi declaratur fortè in Senatu vim non facere Judicem in denegata delatione appellationi, & ſibi cauſa remittitur; ſupponitur directè contrarium fini, qui ſperatur & prætenditur per retentionis cognitionem, quæ directè tendit ad impediendam litterarum Apoſtolicarum executionem, cognitionem, & proceſſum.

Quod etiam procedit, & habet locum, quando in Senatu datur decretum † violentiæ primi 30
generis, affirmativum nempe, vim facit, deferat, & reponat, quoniam ex eo decreto relaxantur impedimenta, & permittitur parti, ut coram ſuperiore ad quem appellaverat, poſſit cauſam proſequi, vel eam negligere, id licitum eſt adverſario ſuo: ex quolibet itaque perveniri poteſt ad executionem litterarum effectivam, quo ſuppoſito quomodocumque concipiatur decretum violentiæ in Senatu, ſive affirmativè, ſive negativè, ſemper infertur præjudicium & repugnantia intentioni & fini retentionis litterarum, ac decreto poſtmodùm affirmativè laturo ſuper ea. Quapropter ſemper in articulo violentiæ quomodolibet, & à quovis introducto ſuperſedendum erit, quouſque retentionis articulus finiatur.

Tùm etiam quoniam per decreta † violentiæ 31
hujuſmodi, ſive negativè, ſive affirmativè, concepta cum cauſa executionis, coram alterutro judice ſit perficienda, oritur magnum & inevitabile inconveniens ex eo ortum (ut diximus) quòd peracta executione litterarum, directè non poſſit ſortiri effectum decretum retentionis poſtea obtentum. Quia Senatus non poteſt pro executione iſtius decreti reſcindere, reponere & revocare ſemel factam litterarum executionem, ut abundè reſolvimus pro veriori, & ſecuriori doctrina ſuprà in cap. præcedenti per totum, & in §. unico per totum.

Et ſic per neceſſe fatendum erit, quòd prius 32
de retentione litterarum † tractandum, & definiendum, quoniam per decretum retentionis affirmativum totaliter tollitur decretum violentiæ negativum, nempè vim non facere executorem, & ſibi cauſam remittendam, quia cùm illius retentionis virtute omnia acta obſerventur in Senatu, & omninò executor impediatur procedere & executionem perficere; fruſtranea redderetur cognitio violentiæ, & de nihilo ſerviret vim non facere declaratio. Ideòque ſemper in horum remediorum concurſu cognitio retentionis uti præjudicialis præferenda erit.

Notiſſimum

Notiſſimum eſt ſi quidem in jure, priùs de articulo † præjudiciali cognoſcendum, & in alio
33 articulo ſuperſedendum, Magonius *deciſ. Lucenſ.* 37. *numer.* 5. & 6. Lancellot. *de attentatis*, 2. *part. capitul.* 12. *ampliation.* 19. & latiùs Marius Giurba *deciſ.* 36. *a nu.* 13. *& ſeq.* Muſcateilus *prax. civil. part.* 5. *gloſſ. reſervatis*, *n.* 42. Giurba *deciſ.* 33. *n.* 7. 8. *præjudiciales inſtitut. de action. cap. tuam. de ordin. cognition.* Cardinalis Tuſchus *littera P. concluſ.* 392. *n.* 1. Cravera *conſil.* 180. & Nos laudatiſſimè *de Regia protectione* 2. *part. cap. fin.* 18. *per totum*, ubi multa cumulavimus, noviſſimè etiam videndus Joan. Baptiſta de la Rea meritiſſimus Conſiliì Regii Fiſcalis *in deciſ. Granatenſi*, *diſput.* 8. *à n.* 27. *cum ſequentibus.*

34 Præjudicialia ea ſunt † quæ ad actum deductum, unum tollit aliud, Bald *conſil.* 275. *volum.* 5. *& in l. per minorem*, *ff. de judiciis*, ſequitur Decia *conſil.* 16. *n.* 17. *vol.* 1. Craveta *conſ.* 79. *n.* 7. Caſtrenſ. *conſil.* 282. *col.* 3. *vol.* 1. Riminaldus Junior. *conſ.* 747. *nu.* 142. Tuſchus *dicta concluſ.* 392. *n.* 6. Giurba *deciſ.* 33. *n.* 8. & probata exceptione præjudiciali infert præjudicium in principale, Rea *ubi ſuprà dict. diſput.* 8. *n.* 29. Igitur articulus violentiæ ſuſpendendus erit, quouſque cauſa retentionis examinetur.

35 Ex quibus neceſſariò infertur, † quòd ſive iſta duo remedia proponantur ab utraque parte ſive ab una tantùm, ſive eodem contextu, ſive ſucceſſivè unum poſt aliud diverſis temporibus altero jam pendente, ſemper ex identitate, & paritate rationis idem dicendum erit, quod hactenùs firmavimus, ut ſcilicèt, in remedio violentiæ ob non delatam appellationem ſit ſuperſedendum, quouſque examinetur articulus ſuper cauſa juſta retentionis litterarum.

Ad ſecundum de quo ſuprà in hac tertia concluſione, *n.* 28. Quomodo ſcilicèt ſint concipienda
36 † decreta in concurſu remedii utriuſque dicendum erit, quòd poſt inſpectionem omnium actorum, dandum erit decretum ſuper utroque remedio deducto, ita tamen ut ſi inveniatur juſta cauſa retentionis, nihil omninò decernatur ſuper articulo violentiæ ab altera parte intentato, putà impetrante, quia cùm omnia acta retineantur in Senatu, & denegetur, vel impediatur executio ſuarum litterarum, nihil remanet agendum, nec proſequendum circa earum executionem, & cognitionem, ut ſuperiùs diximus *à n.* 13. *& ſeq.* Si autem ab altera parte ſimul fuerit utrumque remedium intentatum, decreta danda ſunt, prout latiùs deduximus in prima & ſecunda concluſione.

Si autem retento priori caſu, (nempe utroque remedio ab utraque parte intentato) ita ut
37 retentio litterarum † denegetur, tunc poterit liberè Senatus declarare ſuper articulo violentiæ ab impetrante deducto, quia ex eo quòd litteræ non retinentur, liberè debet currere cauſa executionis juxta ſuos juris tramites. Et ſic decretum violentiæ ſive affirmativum, ſive negativum pronuntiandum erit, prout ex proceſſu per delegatum judicem fabricato apparuerit.

38 Quod autem in prædictis † concluſionibus dixim us de ſimultanea determinatione utriuſque remedii, non intelligas præcisè procedere; ſed facultativè tantum ex iis quæ ſuprà *numer.* 17. quoniam pro ſingulis remediis ſingula diviſim dari poſſunt decreta in Senatu, ſervata ſemper tamen gradus, & titulorum prærogativa, juxta adducta in hac concluſione, & cum attentione ſemper ad ea quæ annotavimus in ommbus, ne forte perveniamus ad inconveniens difficilis remedii, ita ut retentionis decreti impediatur executio, ut pluries diximus.

Ex his quæ hactenus ad hoc cap. diximus, facilius intelliges, quòd † ſub verborum involu- 39
cro, ac juris terminorum confuſione maxima ſcriptum reliquit Pater Henriquez *lib.* 2. *de Pontific. clave*, *cap.* 18. 9. 2. in hæc: Interdum data Romæ ſententia etiam trina à Judice Apoſtolicò fulminato proceſſu, committitur executio in Hiſpaniam, & interdum executoriales litteræ continent violentiam ut ſi ſententia lata ſit ex falſa præſumptione contra partem abſentem, & non auditam, aut ſi litteræ ſint ſubreptitiæ, aut non faciunt expreſſam derogationem rei neceſſariæ, aut quia hic contra jus tertii legitimè poſſidentis exequitur, & intimat cenſuras, ut mittat in poſſeſſionem eum qui mitti non debet, ſic appellatio ab executore modum excedente admittitur apud Judices Regios, aut per litteras Senatus ante datas, Prætor facta ſummaria informatione cum duplici teſte de violentiæ periculo, aut de ſubreptione litterarum, & defert in Senatum Regis, &c.

Quem Doctores omninò † reducts ad termi- 40
nos hujus capituli appoſitos, & non aliter, necnon ad terminos capituli præcedentis, quibus diximus accuratè, quando & quomodo ſit utendum utroque remedio, tam recurſus per viam violentiæ ob non delatam juſtam appellationem ab executore litteratum Apoſtolicarum in earum executione procedente, quàm remedio retentionis earumdem litterarum, ſimul & ſemel diviſim vel ſeparatim ad finem nempè, & effectum conſequendi repoſitionem peractæ litterarum executionis, & poſſeſſionis earum vigore traditæ mediante decreto violentiæ Senatus, quo decernet, executorem vim feciſſe, atque reponere debere, ut liberè, & abſque impedimento poſſit decretum retentionis litterarum conſequi plenarium effectum, ut cap. antecedenti diximus *à n.* 88. *uſque ad finem & in §. unico per totum*; ut ibidem annotavimus remiſſivè, quem etiam Henriquez aliter explicuimus ſuprà *cap.* 7. *ante finem*, *à n.* 68. *verſic. Et hoc eſt quod voluit dicere.* Sed præſens expoſitio, declaratio, & intelligentia ad ipſum Autorem magis conſonans eſt, & aptior naturæ negotii, quo ipſe & Nos verſamur, quia revera ſi ſimpliciter prout loquitur, & prout jacent ejus verba ſcripta, & prolata, eum intelligamus, certè omnibus hujus materiæ principiis diſſonant, & ejus terminis confunduntur contra veram praxim, & tribunalium ſtylum.

Sed ne in tam profundum labyrinthum hunc Authorem mittamus, qui revera hanc juris ſubtilitatem non calluit, dicendum erit, ejuſdem intentionem non fuiſſe loqui de utroque remedio ſimul cumulato, & intentato per oppreſſum, ſed de utroque loquutus fuit, quando altero tantùm ſeparatim utitur oppreſſus, ſolùm ad finem demonſtrandi quodlibet eorum poſſe per eum intentari: prout clarè indicant ejus verba, ibi: *Sic appellatio ab executore modum excedente admittitur apud Judices Regios, aut per litteras Senatus ante datas prætor facta ſummaria informatione cum duplici teſte de violentiæ periculo, aut de ſubreptione litterarum, & defert in Senatum Regis, &c.* Itaque illa dictio, *Aut*, inter utrumque remedium poſita clarè monſtrat diverſitatem utriuſque, nempè quando uno, vel altero uſus fuit oppreſſus, quid à Senatu conſequi poterit: non tamen quando utroque ſimul utitur, & ſic Pater Henriquez ſolùm inſequu-

tus fuit, & scripsit praxim usitatam horum recursuum, qui licèt apertè sentiat, duo hæc remedia (nempe pro tollenda violentia ob non delatam appellationem ab executore Apostolico interjectam & pro retinendis litteris) oppresso competere; nihil tamen insinuavit, an possint simul intentari, & eodem tempore concurrere, quod Nos hoc cap. accuratè examinavimus, in quo & in cap. 10. cum §. unico, abundè scripsimus de effectibus hujus concursus tam respectu cognitionis, quàm respectu executionis decretum utriusque remedii.

Aliud etiam annotandum erit in ipso Authore, & corrigendum in illis verbis: *Sic appellatio ab executore modum excedente admittitur apud Judices Regios.*

Ex quibus dicere, & insinuare videtur appellationem ab executore præfato interponendam ad Senatum, dum loquitur de amissione per Judices Regios: voluit enim dicere, quòd si appellationi emissæ ab executore litterarum Apostolicarum ad ejus superiorem non fuerit per executorem delatum, oppressus recurrens ad Senatum obtinebit decretum violentiæ, *Que la otorgue, y reponga lo hecho*, &c. quod admissionem appellationis vocavit Henriquez cum legitima sit, & admissione seu delatione digna eo in casu. Nec enim mirum erit, ut quilibet etiam quantumvis grandis Theologus pecc. et in terminis Jurisprudentiæ, prout cæteri ferè omnes qui in ea se intromittere volunt, similem defectum patiuntur, juris terminos confundentes.

CAPUT XII.

Contra semel intentantem in Senatu Bullarum retentionem ex una causa res judicata obtenta, an ei obstet denuò iterùm agenti ex alia, tunc non deducta.

Et quid si deducta semel fuerit eadem causa, non tamen, sed alia prosecuta.

Ubi accuratè, an condemnatus uti Prælatus, administrator, vel majoratus possessor possit insuper jure proprio executorialium executionem impedire.

SUMMARIUM.

1 *Ad retentionem Bullarum fundandam causæ legitimæ requiruntur, & quales legitimæ sint remissivè.*

2 *In retentione succumbenti ex una causâ deducta in Senatu, an ei obstet res judicata postea iterum agenti ex alia nova tunc non deducta, & seqq.*

3 *Agens ex una causa falsa, & injusta, non obtinet ex alia vera, etiam tunc existente.*

4 *Agentem ad nullitatem generaliter nulla expressa causa sibi præjudicare in cæteris una prosequuta tantùm, qui dixerint.*

5 *In retentionis recursu succumbentem ex una causa deducta & prosequuta posse iterùm ex alia etiam tunc existente noviter retentionis remedium intentare, ut veriorem opinionem amplectitur, & comprobat Author.*

6 *Prosequutio ex uno capite non tollit aliud, licèt omnia à principio deduxerit actor juxtà Rotam.*

7 *Qui una via omissa aliam aggreditur, non teneri ad refectionem expensarum passim servat Rota, & num. 9.*

8 *Prosequutio ex una actione non impedit quominùs ad aliam possit convolari.*

10 *Agenti ex una causa, & prosequuta non obstat res judicata, quominus ex alia diversa ulterius agere queat.*

11 *Res judicata legitimè obtenta contra possessorem majoratus successor in eo, aut in dignitate nocet.*

12 *Successori in majoratu non nocet res judicata contra prædecessorem quando venit ex jure proprio, & ex causa diversa à jure majoratus.*

13 *Sententia lata contra defectum non nocet hæredi qui ex alio jure, quàm defuncti venit.*

14 *Successor singulariter non impedit executionem sententiæ latæ contra suum Authorem, impedit tamen si succedat alio jure quàm hæreditario, nisi fuerit citatus.*

15 *Probationes contra Authorem non nocent majoratus successori, nisi in prosequutione litis fuerit citatus, vel aliquot actus fecerit ex quibus sibi præjudicavit.*

16 *Administrator Ecclesiæ, aut possessor majoratus, seu tutor tanquam tales citati, & condemnati nomine, & jure administrationis impediunt executionem ex jure suo proprio personali.*

17 *Restitutio in integrum denegata ex una causa, iterum potest peti ex alia diversa tunc existente.*

18 *Res judicata ut obstet, tres requiruntur identitates copulativè, causæ, personarum, & rerum.*

19 *Res judicata non extendit vires suas ultrà personas, res, & causas, seu jura in ea comprehensas.*

20 *Res judicata ut obstet sufficit, quòd identitas sit verè, vel interpretativè.*

21 *Eadem res interpretativè dicitur, quando inter easdem personas eadem quæstio revocatur, etsi de alia reperitur diversa, ubi de exemplis.*

22 *Actio etsi sit diversa, si idem sit remedium concludendi rei judicatæ obstat executio.*

23 *Res judicata obstat, licèt ad rem diversam, si tamen ex eodem fonte & origine iterum petatur.*

24 *Retentionem litterarum petenti ex una causa, & succumbenti non obstat res judicata, quominus iterum ex alia separata, & diversa retentionem intentare possit, prout in facti contingentia obtinuit Author in hoc Consilio Supremo.*

25 *Agens ex causa falsa non obtinet in eodem judicio ex alia vera, etsi tunc existente, in alio tamen judicio noviter intenta obtinebit.*

Restringens se ad potestatem invalidam non sustinet actum ex validâ tunc sibi competente, ibid.

26 *Marius Giurba, dicens proponentem nullitatem generaliter, & prosequentem unam causam tantùm sibi in cæteris præjudicare reprobatur; & Tuschus, quem pro se allegat, contrarium tenet & sequentibus.*

27 *Intentans unam nullitatem, & succumbens, non prohibetur aliam nullitatem intentare.*

28 *Res judicata non præjudicat quoad omnia dedicta in judicio, si solùm alia sint prosequuta.*

20 *Et de exemplo.*

30 *Plura deducens in judicio, aliqua tantùm malitiosè prosequatur ratione doli sibi præjudicat in omnibus.*

AD fundandam retentionem Bullarum causam legitimam & effic necessariam, in genere re-

reſolvimus ſuprà *hac* 1. *part. cap.* 3. quas autem legitimas fore *in cap.* 4. & duobus ſequentibus abundè examinavimus & alios ſimiles caſus ſub regularum ratione comprehenſos firmavimus *cap.* 9. nunc tractandum, ſi ex aliqua fuerit in Se-
2 natu cauſa * Bullarum petita retentio, & tanquàm minùs legitima ſuccumbat petitur; ſi poterit poſt modum ex alia diverſa cauſa nondum deducta, vel ſi deducta, non tamen fuerit proſequuta, an ſit excludendus, & illi hoc ſalubre denegandum remedium pluries dubitatum vidi, & de eo conſultus.

Et videtur quòd illi alia ex cauſa agenti tunc
3 exiſtente, obſtet rei judicatæ * exceptio: generalis etenim eſt & conſtans propoſitio, quòd agens ex una cauſa falſa, quæ caret jure & juſtitia, non poteſt obtinere ex alia, etiam vera & juridica tunc temporis exiſtente, ita poſt Romanum, Marant. Tiraquell. & quàm plurimos alios Doctores firmavimus *de Regia protectione* 4. *part. c.* 8. *à n.* 170. *& ſeq.* & ſup. quibus adde Rotæ Romanæ *dec.* 100. *in noviſſimis p.* 2. *ex num.* 1. *uſque ad numero* 7. quam ad litteram adducit Caſtillo *controver. tom.* 5. *cap.* 93. *ſub n.* 16. Maſcard. *de probationibus*, *concl.* 580. *n.* 2. Straca *de aſſeveration. gloſ.* 29. *n.* 4. Roman. *conſil.* 446. *col.* 1. Intrigol. *dec.* 10. *nu.* 2. Ergo idem dicendum erit in noſtro caſu, ut nullatenùs poſſit de novo admitti ad Bullarum retentionis poſtulationem & cognitionem, & ad hoc remedium noviter intentandum ex alia cauſa quantumcumque diverſa & legitima, ſi eadem extiterit à principio, ſi tamen illam deducere omiſit, nec ea debet obtinere.

4 Secundò fortiùs & individualiter * probatur ex Bartoli doctrina *in l. ſi expreſſim*, *in fin. ff. de appellationibus*, *& in l.* 1. *numero* 19. *Cod. quando provocare; non eſt neceſſe*, quæ nos docet; quod ſi ſimpliciter & in genere de nullitate fuit dictum nulla expreſſa cauſa, tunc ſi unam dumtaxat proſequutus eſt actor, præjudicat ſibi in omnibus, ut ad aliam nullitatem, ex alio capite redire non poſſit, quem ſequutus eſt Marius Giurba *dec.* 20. *numero* 8. ubi ad idem allegat Caſtrenſ. *conſil.* 232. *verſicul. Unum advertendum*, *volum.* 1. Ab. *conſil.* 97. *num* 2. *lib.* 1. Tuſchum *tomo* 5. *littera N. concl.* 149. *n.* 9. *& tom.* 6. *littera R. concl.* 268. *n.* 19. Ergo ſemel excluſus à remedio hoc retentionis ex una cauſa, quæ illegitima judicata fuit in Senatu, ex alia diverſa denuò uti ulteriùs non poterit, etiam ſi illam expreſsè non deduxerit, ſed genericè, quantumvis illam non fuiſſet proſecutus.

Contrariam tamen ſententiam & opinionem ſem-
5 per de jure * veriſſimam dixi, & non ſemel conſului, imò hoc utens remedio retentionis ex una cauſa, & ſuccumbens in ea, poſſit liberè ex alia tunc exiſtente (& etiam ſi ſimul deducta fuiſſet non tamen proſecuta, nec de ea ſpecialiter cognitum, nec agitatum) iterum ad Senatum recurrere pro litterarum earumdem retentione, ita ut nec ei obſtet rei judicatæ obtentæ exceptio ſuper cauſa ſola ſpecialiter proſecuta, prout pluries determinaſſe Rotam reperio ut per Seraphinum *in d.* 630. *n.* 5.
6 ibi: Nec obſtat quod à principio * intentatum fuerit remedium quorum bonorum, & in eo ſuccubuerit, quia (dictum eſt) omne jus cenſetur deductum à principio, nec proſecutio ex uno capite tollit aliud, &c. Rota per Alexand. Ludov. *deciſ.* 488. *n.* 1. *& ſeq.* ubi expreſsè fuit dicta deciſio Seraphini approbata, in hac: Non obſtat, quòd Ruffus ab initio petierit tanquam ſocius, quia poſtea declaravit ſe velle co[illegible]

& ſtante commiſſione, in qua ab initio omne jus ſuum cenſetur deduxiſſe; proſecutio ex uno capite non tollit aliud, ut cenſuit Rota *in tota Cervienſi bonorum* 17. *Junii* 1584. *coram bonæ memor. Cardinal. Seraphin.* Ubi etiam fuit dictum, Rotam paſſim ſervare * ut ille qui omiſſa una via, aliam 7
aggreditur, non teneatur ad refectionem expenſarum, & quod Ruffus potuerit hoc facere, fuit particulari deciſione reſolutum, &c. Quæ doctrina probatur ex pluribus Doctoribus infrà ad reſponſionem ſecundi argumenti *à numero* 26. *& ſeq.*

Et ulteriùs determinavit his terminis eadem Rota teſte eodem Alexandro Ludoviſio *dec.* 270. *n.* 3. ibi, Iuxtà non applicatur * regula *l. quod in* 8
hæredem, *§. eligere*, *ff. de t. butaria actione*, quia monitorium non eſt reſtrictum ad cauſam ſocietatis propter clauſulam (*jus & juſtitiam miniſtrari*, *omni meliori modo*) & aliàs prout in proceſſu, quo caſu cenſetur omne jus à principio deductum, & proſecutio ex una actione non impedit, quominus ad aliam poſſit convolari, ut fuit latè deductum in illa Romana donationis 5[illegible] *mil.* 29. *Martii & 30. Junii* 1574. *coram felicis recordat. Clement. VIII.* ultrà quod fuit poſtea obtenta commiſſio, cum clauſula (*quam & quas*) ex qua appareret quod non ſe arctaverit, ut fuit dictum in dictis deciſionibus, & propterea ſtante hujuſmodi commiſſione, & quando fuit omne jus deductum, Rota paſſim obſervat, quod ille, qui omiſſa una via aliam aggreditur, non tenetur * ad refectionem 9
expenſarum, ut in una *Cervienſi bonorum* 27. *Julii* 1582. coram illuſtriſſimo Cardinali Seraphino, &c. Quæ deciſiones ad propoſitum mirabiles ſunt, & in hæc ultima Beltraminius *in annotatione* 1. *n.* 11. adjicit alias deciſiones Rotæ in quibus idem fuiſſet dictum, ut in Hiſpalenſ. & Gordovenſ. *præſtimoniorum* 27. *Februarii*, *& 7. Aprilis* 1606. coram bonæ mem. Litta, & ipſe Oliverius *in dict. dec.* 488. *littera A.* adducit aliam deciſionem concordantem.

Et quod agens ex una cauſa in judicium propoſita, & proſecuta, minimè * impediatur poſt- 10
modum ex alia diverſa ulteriùs agere, ita ut ei non poſſit rei judicatæ exceptio obſtare, Ant. Gabriel. *communium opinion. lib.* 2. *tit. de actionibus concluſio* 2. *limitat.* 3. *numero* 17. Petrus Surdus *conſ.* 139. *à numero* 6. *tomo* 1. & poſt alios latiùs tractavimus *de Regia protectione* 4. *part. cap.* 3. *à num.* 200. *cum multis ſeq.* & eſt text. *in l.* 2. *& in l. ſi mater*, *§. eadem ff. de except. rei judicatæ*; & quòd exceptio rei judicatæ non noceat agenti ex alia cauſa, eſt textus *in cap. fin.* ubi Doctores *de cauſa poſſeſſ. & proprietat. l. legitimam*, *l. Lucius*, *l. hæreditas*, *ff. de petitione hæredit.*, *l. neque*, *C. ad exhibendum*, *l. ſi quis cum totum*, *ſi is qui*, *& l. fin. ff. de except. rei judicatæ*, *cap. adverſario*, *de except.* Cardoſo *in ſumma praxi jud. verbo*, *Except. numero* 20. Quare quando ille recurrat iterum ad Senatum pro obtinenda retentione litterarum ex nova alia & diverſa cauſa, admitti omninò debet.

Et comprobatur, quoniam quando hæres condemnati, aut ſucceſſor * in dignitate, aut majo- 11
ratu (quibus indubiè nocet res judicata legitimè obtenta contra poſſeſſorem, ut & Nos alibi latè diximus) vult denuò agere alio diverſo jure & cauſa, omninò admittendus erit, nec eam * excludit rei 12
judicatæ exceptio, ſicut poſt alios obſervavit Mier. *de majora.* 4. *p. q.* 14. *n.* 11. quem equitur Caſtillo *contr[illegible]* 157. *n.* 29. & Sariento *in unum falcidia*, *n.* 4. in hæc: *Et in omnibus*

nibus his speciebus sententia lata cum uno aliis nocebit, scilicèt iis qui media illa persona, quæ est
13 *condemnata, succedere velint: si vero non* * *ex jure illo communi sententia non nocebit, ut in l. cum quæritur, & in l. & an eadem, ff. de exception. rei judicat. Ideò potest constitui regula, si circa causam majoratus sententia non noceret illi, qui alio jure venit, multò minùs in causa majoratus nocebit, nec enim sententia lata cum defuncto nocet hæredi, qui ex alio jure quàm defuncti venit, &c.*

Idem quoque probat Rota teste Hercule Marescot. *variarum resol. lib. 2. cap. 121. numero 4. 5. & 6.* & alii Doctores ab eo citati in hæc: Similiter successor*, licèt executionem sententiæ latæ contra ejus Authorem regulariter non impediat *l. hæres absens, & l. si iis, ff. de judiciis*; impedit tamen si succedat alio jure, quàm hæreditario, putà
14 majoratus, nisi in discussione causæ fuerit* citatus, saltem per proclamationem, cùm hoc casu ipsum non afficiant sententia, & res judicata, Bartol. *in l. 1. ff. de pignoribus*, tenuit Rota *in una Hispalens. decimarum de Villalva 13. Junii 1582. coram Cantrucio, & in Calagurritana panis 10. Novembris 1597. coram Cardinal. Seraphin.* In qua hæc materia fuit ventilata, & fuit
15 * dictum, probationes contra Authorem factas non nocere successori in majoratu, nisi in prosecutione litis fuerit citatus, vel aliquos actus fecerit, per quos sibi præjudicaverit, &c.

16 Quibus consonat mirabilis illa doctrina aureis * litteris perpetuò firmanda, à nobis accuratè fundata, *in tractatu de Regia protect. 14. part. capit. 8. à numero 274.* qua diximus administratorem Ecclesiæ, dignitatis, hospitalis, aut majorates, seu etiam tutorem conventum, & condemnatum nomine, & ex jure Ecclesiæ dignitatis seu administrationis, &c. posse postmodum idem movere judicium ex jure, & interesse proprio suæ personæ, & ex causa diversa, absque eo quod ei possit obstare exceptio rei judicatæ, ut latiùs ibi probavimus post alios Doctores, & Rotæ decisionem, quibus adde Coccinum *dec. 357. num. 2.* Martam *de clausulis 11. num. 4.* ubi plures Doctores citat pro hac singulari doctrina, & est mirabilis illa Tiraquelli, quam refert & sequitur in proposito Seraphinus *decis. 1058. ad finem & per totam*, & ipse *decis. 304. per totam*, plurimos Doctores pro hac allegat Cancerius *variar. Resolutionum, lib. 3. cap. 17. de sentent. & earum executio. à n. 546. cum seq.* (licèt ipse ab ea temerè discedat) & nostram hanc doctrinam pluribus aliis corroborabis, qua mirabiles, & per varia exempla congessimus infrà *2. p. cap. 15. à num. 28. cum multis seq. vers. Eandem rationem, qua utitur Rota*, & rursùs *à n. 14. & seq. vers. Quod quidem decretum*; ubi mirabilis adducitur Rotæ decisio, & vide per totum caput.

Et cum Baldo *in cap. 1. §. ad hoc de pace juram. firman. numero 14. & consil. 159. numero 5. lib. 3.* Ludovic. Sava *respons. 1. numero 12.* Anna. *consi. 122. numero 16. lib. 2.* Vincent. de Franch. *decis. 138.* nostram resolutionem sequitur Rea *in decis. Granatens. disputat. 35. numero 40.* qui rectè in proposito ponderat *l. si ex patronis 10. §. 1. ff. de bonis libert.* Sed meliorem text. allego, singulariss imum valdè *in l. si filius 42. §. 1. ff. de bonis liberto.* ibi: *Ei qui alio jure venit, quam eo quod amisit, non nocet id, quod perdidit, sed prodest id quod habet. Sic edictum est patrono, eisdemque patroni filio non obesse, quod quasi patronus deliquit, sicut patroni filius venire possit*, juncta *l. & an eadem, ff. de except. rei judicat. & si mater*, §. *eandem. eodem titulo* ibi: *Alia enim causa fuit prioris dominii, hæc nova nunc accessit. Itaque acquisitum postea dominium aliam causam facit*, &c.

Supra dictis etiam convenit, quod licèt restitutio in integrum * semel negata fuerit à judice ite- 17
rùm potest peti ex nova & diversa causa tunc quantumvis existente, sed eâ non deductâ, neque de ea cognitum fuerit, latè probat Storcia Oddi. *in tractatu de restit. 1. part. q. 16. art. 5. & 6. & art. 9.* quem vide omninò.

Et horum omnium una est ratio, quòd ad hoc ut obstet exceptio rei judicatæ, trium copulativè requiritur * concursus, nempè identitas causæ; 18
identitas personarum, & identitas rerum, ut scilicèt eadem sit causa petendi, & eademmet causa petatur, & eædem sint personæ, aliàs exceptio ipsa non poterit obstare denuò agenti, *l. cum quæritur cum duabus seq. ff. de exceptione rei judicat. text. in cap. fin. de exception. lib. 6.* quæ jura exornantur ex communi plurimorum Doctorum sententia, prout latissimè Petr. Surd. *in cons. 114. n. 21. & cons. 165. nu. 11. & in consil. 173. num. 83. lib. 1. & in consil. 312. numero 1. lib. 3. & ipse in tract. de alimentis, tit. 1. quæst. 126. numero 2.* Fabius Anna *in cons. 17. num. 1. & cons. 99. nu. 1.* Intrigol. *dec. 3. nu. 3. n. 157. lib. 3.* Andreas Gallius *l. 1. observat. 70. n. 17.* Lanarius *in consil. 69. n. 19.* Caball. *in cons. 74. n. 1.* videndus *dec. 95.* Tuschus *tom. 3. litt. E. concl. 384. per totam, & tom. 7. littera S. concl. 175.* Castillo *controversiarum tom. 5. c. 104. à numero 25.* quem omnino vide Vincentius de Franchis *dec. 289.* Petrus Barbosa *in l. divortio, §. final. numero 62. ff. soluto matrim.* Marius Giurba *dec. 20. num. 1.* Gratian. *disceptat. forensib. tomo 3. c. 445. n. 11.* ubi etiam, quòd exceptio rei judicatæ obstat, quando concurrunt illæ tres identitates, videlicèt idem corpus, & quantitas petita, idem jus & causa petendi, & eadem conditio personarum, benè & eleganter Franciscus Duarenus *ad tit. ff. de except. rei jud. capit. 1. & quatuor sequentibus.* Singulas identitates exornat Hugo Donellus *commentar. l. 22. c. 5. de exceptione rei judic. quibus, adversùs quos, qua de re competat. fol. 1241.* Scaccia *de sententia & re judicata, glossa 14. quæst. 2. numero 9.* ubi explicat, quòd res judicata, quæ * imponit 19
ultimum finem liti, non extendit vires suas ultrà personas, res & causas, seu jura comprehensa in sententia & re judicata, & ideo ad hoc ut res judicata obstet liti quæ posteà movetur, requiruntur tria; primum, quòd petatur idem corpus, seu eadem quantitas, secundum, quod sit idem jus, sive eadem causa petendi; tertium quòd eadem sit conditio personarum. Quare semper quòd succumbens in remedio retentionis litterarum Apostoli. ex una causa deducta & prosequuta, voluerit denuò iterùm eo uti ex nova causa, illarum retentionem obtinebit in Senatu.

Unum tamen utile valdè notare debes, quod ad hunc effectum * ut obstet exceptio rei judicatæ*, 20
sufficit ad identitatem horum trium, quod vel sit verè, vel interpretativè idem, *gloss. in l. & an eandem, verbo Concurrunt*, ubi Bart. §. 1. *ff. de except. rei judicatæ*, Angelus *in dict. l. cum quæritur*, Lanarius *consil. 34. n. 15. & consil. 65. n. 5.* Ponte *consil. 49. n. 4. consil. 82. n. 36.* Tuschus *litter. E. concl. 384. nu. 33.* Petrus Surdus *consil. 312. num. 26.* Anna *cons. 53. n. 27. & consil. 99. n. 1.* Socin. *consil. 18. n. 44. volum. 1.* Cornacius *dec. 70. n. 8.* Castillo *controvers. tom. 5. c. 104. nu. 26.* Giurba *dec. 20. sub n. 1.*

Inter-

Interpretativè autem eadem res dicitur, quan-
21 do inter eaſdem * perſonas eadem quæſtio quæ deciſa eſt, renovatur; etſi de alia re penitùs diverſa tractetur, text. *in d. l. Julianus, ff. de except. rei judicat.* ubi ſi quis egit petitione hæreditatis ad unam rem; & ſuccubuit, ſi poſtea cum eodem velit eadem actione de tota hæreditate agere, rei judicatæ exceptione repellitur, confert *l. ſi quis cum totum, verſic. Et generaliter, ff. eodem.* Ubi petens debitum ab hæreditario debitore, ſi ſuccubuerit, eo quòd non ſit hæres, & inde ab eodem hæreditatem petat, rei judicatæ repellitur exceptione, Ponte *conſil.* 62. *num.* 40. 41. Franchis *deciſ.* 58. *n.* 8. Lanarius *conſil.* 34. *nu.* 16. *conſil.* 65. *n.* 6. & eſt doctrina Caſtrenſis *in dict. l. ſi quis cum totum.* Giurba *dict. deciſ.* 20. *num.* 2.

Fuit etiam Bartoli doctrina *in l.* 2. §. 1. *n.* 5. *ff. vi bonorum raptor.* Alexand. *in l. ſæpè, n.* 84. *ff. de re judicata*, Socin. per Caſtrenſ. *in dict. l. ſi quis cum totum*, §. *& generaliter. n.* 1. *& conſ.* 111. *in fin. lib.* 1. Ruinus *conſ.* 124. *ad finem, volum.* 5. Felinus *in cap. pen. nu.* 6. *de re jud.* Crotus *in l. qui Roma*, §. *duo fratres, numer.* 62. & ibi Alciatus *num.* 10. *ff. de verborum obligat.* Ponte *conſil.* 49. *nu.* 3. *& dict. conſil.* 62. *nu.* 44. 45. *& 51. & conſ.* 90. *nu.* 10. Anna. *allegat.* 16. *nu.* 9. *&* 14. Surd. *conſ.* 312. *n.* 9. Riminal. Junior. *conſi.* 413. *n.* 8. Barboſ. *in l. divortio*, §. *fin. nu.* 59. *ff. ſolut. matrim.* Ant. Gabriel. *tit. de exception. concluſ.* 2. qui omnes aſſerunt, quòd ſi in ſecundo judicio diſceptandum eſt id, quod per primam ſententiam in judicatum tranſactam fuerat terminatum, licèt de re agatur penitùs diverſa; dicitur eadem res, ut rei judicatæ obſtet exceptio.

22 Et pariformiter quando actio * eſt diverſa, ſed idem eſt medium concludendi, rei judicatæ obſtat exceptio, *dict. l. ſi mater*, §. *eadem, ff. de except. rei judicat.* & ibi Bart. Petr. Surd. *conſ.* 312. *n.* 22. & poſt plures alios: Giurba *deciſ.* 20. *numero* 4. quem ſequitur Caſtill. *controverſ. tom.* 5. *cap.* 104. *num.* 28.

23 Et quòd rei judicatæ obſtat * exceptio, licèt ad rem diverſam agatur, ſi jus pendeat ex eodem fonte, atque eadem ſit origo, hoc enim potiſſimum in exceptione rei judicatæ erit, ut totum à cauſa, id eſt, origine petitionis dependeat, adeò ut & ſi eadem res ex alia cauſa petatur, quàm ex illa, ex qua primitùs petita fuit, id eſt, ſi alia eſt origo petitionis rei judicatæ, non obſtat exceptio, & dicitur diverſa res & per contrarium, ſi penitùs agatur de re diverſa, ſed eadem eſt origo petitionis, dicitur per interpretationem eadem res, & rei judicatæ obſtat exceptio, Marius Giurba *dict. deciſ.* 20. *n.* 3. 4. *& ſequentib.* & per eum Caſtillo *d. cap.* 104. *n.* 28.

Quare ex ſupra dictis clarè patet noſtra opinio
24 quæ revera certiſſima eſt, & indubitabilis; * eamque de facto habui, & obtinui in hoc ſupremo Conſilio Regio in cauſa retentionis Bullarum Epiſcopi Ovetenſis (poſteà meritiſſimi Gubernatoris hujus Archiepiſcopatus, & Primatiæ Toletanæ) qui poſtquàm reportavit contra ſe in ſupremo hoc Conſilio rem judicatam retentioni locum non fore ex cauſa ab eo deducta: poſtmodùm eodem remedio uſi fuimus ex diverſa cauſa tunc non deducta, aut ſpecialiter non cognita, quæ (me informante nervosè) admiſſa fuit, & de ea in Senatu longum factum fuit examen, & cognitio, & in prima inſtantia ex voto octo Senatorum, ex nova cauſa deducta decretum retentionis fuit obtentum, licèt poſtmodum in ſupplicationis ſecunda inſtantia ob varias negotii circumſtantias illegitima fuit inventa, quibus ceſſantibus procul dubiò confirmaretur prius decretum, ſed unum adverto, quòd tunc Senatus non dubitavit admittì dictam novam cauſam, ſi legitima foret, ſed ſuper facto tantùm ſuper quo dumtaxat cecidit diſceptatio, non ſuper jure, quod apertiſſimè monſtravimus, & Senatus certum ſemper agnovit, & ita tenendum eſt.

Quibus non obſtant duo illa argumenta ad prin-
cipium * hujus capitis conſiderata; non primum, 25
agentem nempe ex una cauſa falſa, & inutili in judicium deducta, non poſſe obtinere ex alia etiam vera eodem tempore exiſtente, quoniam reſpondetur, veram eſſe propoſitionem in ſuo genere, & caſu, de quo loquuntur Doctores, nempè ut in eodem judicio primitùs intentato non poſſit obtinere; ſecus in alio de novo cauſa deducta juxta quæ hactenus latè dictum eſt, & ita loquuntur Doctores ibidem in argumento citati, prout etiam per me ipſum videbis loco ibi allegato.

Qui enim actum gerit habens quo jura, & poteſtates, ſi ſe reſtringit ad invalidam & inutilem ad actum: non ſuſtinetur actus ex alia poteſtate & jure, quod habebat etiam tunc Cardinal. *conſ.* 1. *de accuſatoribus*, Ancharranus *conſil.* 257. Caſſiodorus *deciſ. num.* 7. *de appellationibus*, ubi bene explicat Capicius *dec.* 96. *in cauſa num.* 9. Marianus Socinus *in cap.* 2. *art.* 13. *de libelli oblatione*, Vantius *de nullitatibus ſentent. ex defectu juriſdictionis ordinar. ſub numero* 174. *verſ. Quamvis dicta clauſula*, Menochius *de præſumptionibus, lib.* 2. *præſumptione* 17. *à nu.* 2. Singulariter etiam Caldas Pereira *in tractatu de emptione, & venditione, cap.* 3. *à nu.* 12. & pluries determinavit Rota, ut in una Tridentina del Roſal 12. decembris 1584. ad litterarum alio propoſito adducta per Nicol. Garciam *de beneficiis* 6. *part. cap.* 2. *num.* 17. Seraphinus *deciſ.* 415. *à n.* 1. *& ſequentibus*, Alexander Ludoviſius *deciſ.* 2. *& deciſ.* 204. *à num.* 56. ubi Oliverius Beltraminus *in annotiation. nu.* 31. alias deciſiones concordantes refert. De quo ſingulariter agimus infrà 2. *part. cap.* 12. §. *unico, à n.* 5. *cum multis ſeq. & ferè per totum* §.

Neque obſtat ſecundum † ex Guierba, quoniam 26
dum loquitur contra tot deciſiones Rotæ expreſſas in contrarium, & Doctorum tot fundamenta, & authoritatem, admittendus non erit, & Tuſchus (quem ipſe ibi allegat) contrarium firmat *littera R. concluſ.* 268. *à n.* 9. ubi idem dicit quod Rotæ deciſiones, & faciunt etiam quæ Nos *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 9. *à n.* 33. *& ſeq.* Et in principio ipſius capitis, & iterùm 2. *part. cap.* 7. *n.* 162. Egimus de cauſa quæ ſit deducta in judicium, † 27
perſecuta, ut alitèr non pariat rei judicatæ exceptionem, ubi plurimos Doctores citavimus, prout per te latiùs videbis, quibus & omnia ſuperiùs dicta in hoc capite addere poteris.

Imò ipſe Tuſchus, quem allegat Giurba *dict. deciſ.* 20. *n.* 8. in littera R. *concluſ.* 268. *num.* 19. totum dicit contrarium ibi: Extende, quia † in- 28
tentans una nullitatem, & ſuccumbens, non prohibetur aliam nullitatem intentare. Abb. *conſil.* 97. *attingam, col.* 2. *numero* 2. *verſic. Ex quibus, lib.* 1. & ipſe Tuſchus expreſſius noſtram opinionem ſequitur ibidem, *numero* 9. in hæc: Amplia, quia res judicata non præjudicat quoad omnia * deducta in judicio, ſi ſolùm aliqua ſunt 29
proſequuta, Socin. *conſ.* 18. *proſequendo ordinem, num.*

num. 42. *& seq. lib.* 1. quem sequitur Apostilla ad Felin. *in cap. adversario, n.* 4. *ver. Rei judicatæ de exceptionibus ;* ubi allegat plurimos, &c. Apertè etiam exemplum reddit cum eadem doctrina ibidem, *n.* 10. *& seq.* ibi: Extende, quia si actor deduxit simpliciter & generaliter actionem, putà hy-
30 pothecariam, & reus absolutus est, si unam rem * solùm, & hypothecam specialem est prosecutus, & succubuit, non prohibetur eandam hypothecam quoad alia intentare, quam non est prosecutus, Socin. *dict. conf.* 18. *n.* 45. *lib.* 1. *&c.* qui *n.* 11. ita hoc
31 limitat, ibi: Restringe, nisi * is, qui deduxit plura prosecutus fuisset aliqua tantùm cum malitia, quia tunc ratione doli sententia indefinitè lata præjudicat etiam quoad non prosequuta, Felinus plura cumulans *dict. c. adversario, n.* 12. *de exceptionibus, &c.* Quam limitationem nota, quia Tuschum etiam in hac limitatione sequuti fuimus *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 9. *n.* 10. *&* 11. *& vide à n.* 8.

Atquè ita, ut vides, Tuschum perperàm allegavit Gurba pro sua opinione, cùm potiùs in prædicto loco, & aliis per Nos annotatis nostram opinionem communem & receptam, & ab alio nemine impugnatam amplectatur, & constanter asseveret.

CAPUT XIII.

Pendente recursu ad Regem ob Bullarum retentionem, concordia inita inter collitigantes, absque tamen Fiscalis Regis interventu, an faciat ipsum cessare recursum ?

Ubi exactè de effectibus juris complicati, atquè connexi cum jure alterius.

Et an ipsorum unus condemnatus queat ex jure alterius complicati executionem in totum evitare.

SUMMARIUM.

1 *Recursu pendente ad Regem ob Bullarum retentionem, an concordia inter collitigantes absque Fiscalis interventu faciat cessare recursum quoad omnes.*

2 *Defensio vassallorum, ad quam Rex tenetur, illorum an principaliter interest.*

3 *Partibus non Regi principaliter incumbit à litteris supplicare Sanctissimum, & supplicationem prosequi.*

4 *Resoluto jure principali resolvitur jus in consequentiam ab illo dependens.*

5 *Omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem resolvitur.*

6 *Ex concordia inita inter collitigantes super retentione regulariter non cessat recursus, quem prosequi valeat Regius, non Fiscalis transigens.*

7 *Protectio vi oppressorum, ne scandalum patiatur Respublica, propria est Principis Regalia.*

8 *Regaliæ protectionis in præjudicium Regiæ dignitatis nemo potest renuntiare, quominus ea insuper Rex utatur.*

9 *Rempublicam tueri, & de ejus salute (quæ in tranquillitate consistit) curare, præcipuum Regis est interesse.*

10 *Princeps caput est Reipublicæ, & ab eo dependet omnis potestas.*

11 *Rex Reipublicæ gerit imaginem, cujus loco fuit subrogatus.*

12 *Is quem principaliter tangit negotium attenditur, non habens jus in consequentiam.*

13 *Retentionis omnis casus unicè tantùm rationi, & fundamento nituntur præjudicio scilicèt publicæ utilitatis.*

14 *Litteræ in præjudicium tertii extortæ regulariter in Senatu non retinentur, nisi simul concurrat publica utilitas.*

15 *Retentionis jus principaliter est publicum.*

16 *Juri publico, cùm ad utilitatem communem spectet, detrahi nequit, nec privatorum conventione tollitur.*

17 *Ab publicam utilitatem cùm pertineat delictorum punitio, minimè impeditur privatorum conventione.*

18 *Jus in utilitatem principaliter publicam, & secundariò in favorem aliquorum, nequit privatorum conventione tolli, aut renuntiari.*

19 *Legi tendenti principaliter in favorem singulorum & incidenter in favorem publicum rectè valet renunciari.*

20 *Retentionis litterarum remedio (cùm fuerit principaliter in favorem publicum inductum, & secundariò in utilitatem vassallorum) renuntiari nequit.*

21 *Privilegio continenti favorem privatorum & Principis simul, nequit ab illis renuntiari.*

22 *Consensus Superioris requiritur, ut renuntiari valeat juri continenti favorem complicatum cum subditis.*

23 *Vassallus nequit consentire, nec expressè, nec tacitè in alterius jurisdictione absque Domini consensu.*

24 *Exemptus nequit prorogare jurisdictionem alterius in præjudicium superioris.*

25 *Recursui æqualiter continenti utilitatem vassallorum & Regis, in hujus præjudicium non valet renuntiatio ratione connexitatis inseparabilis.*

26 *Quæ non possunt nisi connexè produci, non possunt nisi connexè tolli.*

27 *In connexis, & individuis nihil potest fieri contra unum, quin alteri inferat præjudicium.*

28 *Connexa sunt individua.*

29 *Jus complicato cum jure superioris nequit renuntiari in illius præjudicium.*

30 *Transactio super jure complicato cum jure alterius non valet in illius præjudicium.*

31 *Abbas non potest renuntiare exemptioni ab Ordinario absque sui Conventus consensu.*

32 *Exemptus licèt possit prorogare jurisdictionem Ordinarii id fit, quando non redundat in alterius præjudicium, sed prorogantis tantum.*

33 *Superior potest petere remissionem vassalli prorogantis alterius jurisdictionem.*

34 *Juri, & privilegio suo quis renunciat quando respicit sui commodum, non alterius, aut publicum.*

35 *Dispositio Tridentina in cap. causæ omnes, respicit favorem Ordinarii, & subditorum simul, ideò unius consensu non valet renuntiatio.*

36 *Renuntiatio redundans in præjudicium alterius, aut juris publici non tenet.*

37 & 38. *Jurium complicatio, & connexitas ubi adest, non fit executio in renuntiantem, quia infert inseparabile præjudicium non renuntianti.*

39 *In juribus complicatis ut sententia teneat etiam pro parte, non sufficit aliquorum tantum citatio, & sequentibus.*

Quam-

Quamplures Rotæ decisiones recensentur ad hoc, quod in jure complicato, & connexo sententia lata contra citatum, nec etiam contra ipsum exequatur, ibidem.

40 *Individuitas juris ubi adest, citatio omnium habentium jus complicatum requiritur, ut judicium & sententia valeat etiam contra citatos.*

41 *Processus est nullus etiam respectu citati, si omnes consortes non citentur stante connexitate juris ex eadem causa provenientis, pluries determinavit Rota, & seqq.*

42 *Sententia potest exequi in portione citati non illato præjudicio portioni non citati valet quoad citatum duntaxat.*

43 *Citationis defectus quoad unum non prodest alteri citato habenti jus separabile, & non connexum interesse.*

44 *Sententia lata in favorem Arrendatarii, & Ecclesiæ non citatæ, nec stantis in lite, est nulla utriusque respectu ratione connexitatis juris, & à jure Ecclesiæ dependentis.*

45 *Sententia in connexis, & inseparabilibus lata pro uno alteri suffragatur in consequentiam, quando validè fuit prolata: secus quando fuit nulla ex defectu citationis.*

46 *Sententia nulla respectu unius ex litigantibus consortibus super jure separabili valida respectu alterius, cui non prodest nullitas consortis.*

47 *Sententia in connexis non potest esse valida respectu unius, & nulla respectu alterius.*

48 *Sententiæ unica structura verborum conceptæ, & non per capita distincta injustitia in parte influit in totum, nec dari in executionem potest.*

49 *Executio sententiæ latæ contra unum suspenditur in totum ejusdem respectu, & omnium habentium jus complicatum, & inseparabile continens præjudicium.*

50 *Secus pro portione condemnati admittente divisionem, & separabilitatem.*

51 *Circa jus complicatum & connexum plura remissivè.*

52 *In jure complicato, & individuo privilegium unius prodest alteri non privilegiato.*

53 *Recursus retentionis non cessat (regulariter) ex concordia inita inter collitigantes non concurrente consensu Fiscalis Regis, cui protectio principaliter interest.*

54 *In dependentibus à Principe consensus partium nihil operatur.*

55 *Citatos, ut extra Regnum compareant in Romana curia potest Rex defendere, etiam renuentibus ita citatis.*

56 *Retentio Bullarum provenit à jure naturali, cuilibet permittente licitam defensionem.*

57 *Retentioni Bullarum, ubi absolutè, & immediatè vergit utilitas publica absque particularis participatione, renuntiari nequit sine fiscalis interventu, qui tunc recursum prosequi valet.*

58 *Retentio in casibus, quibus locum habet causativè sub aliquo supposito, nempe ex defectu consensus ejus, quem principale negotium tangit, cessat, quandocumque accedat consensus.*

59 *Retentio Bullarum in derogationem juris patronatus, cum fundatur in defectu consensus patroni, cessat quandocumque intervenerit.*

60 *Gratia, quæ in præjudicium tertii non tenet antea vel post, ejus accedente consensu, validatur.*

61 *Violentum non dicitur vim passo opitulante, & cooperante seu consentiente, juxta Aristotelem.*

62 *Retentio litterarum in contraventionem Trid. in cap. Causæ omnes, cessat accedente consensu partium, & ordinarii.*

63 *Retentio Bullarum ob notabile præjudicium tertii cessat antecedente tertii voluntate, & consensu.*

64 *Immunitas Ecclesiæ conceditur causativè, secundùm quid, si aliquis velit ea uti, quæ cessat cessante voluntate, & renitente confugiente.*

65 *Regia pupillorum, & miserabilium protectio cessat accedente consensu illorum.*

Retentio litterarum cessat cessante causa super qua fundatur, ibi. Menchaca declaratur & num. sequent.

66 *Confessus ubi non requiritur pro forma actus, sed ad cartis utilitatem, quandocumque subsequatur, convalescit actus.*

67 *In retentione litterarum principaliter vergit utilitas, & interesse Regis, Cujus est Regalia.*

68 *In retentionis cognitione duo tempora considerantur ante decretum Senatus, & post illud executum: In primo principale est Regis interesse tollere violentiam, in secundo partis adstrictæ ad supplicationem coram Papa, & seq.*

70 *Regi principaliter pertinet vim tollere faciendo, ut Judex reponat, & deferat appellationi, oppressa tamen illam prosequi coram superiore.*

71 *Ubi adest violentia in damnum Reipublicæ immediatè, potest Fiscalis Regius solus, vel à principio deducere in Senatum, vel ex post facto desistente recursum intentante.*

72 *Voluntarium à principio fit necessarium ob jus tertio quæsitum.*

73 *Voluntarium quando fuit deducere aliquid in judicium, non licet discedere, cum ex suo facto jus semel fuerit adversario quæsitum.*

74 *Citationi ad instantiam alicujus exequutæ renuntiari nequit, cum semel ex ea fuerit tertio jus quæsitum.*

75 *Renuntiare appellationi non potest appellans in præjudicium partis appellatæ.*

76 *Dilationi semel obtentæ nequit quisquis in alterius præjudicium renuntiare.*

77 *Rescripto per aliquem impetrato nequit impetrans renuntiare postquam ex eo fuerit alteri jus quæsitum.*

78 *Commissioni impetrans renuntiare nequit, postquam citatus fuerit adversarius, ex qua jus sibi fuit semel quæsitum.*

79 *Secus ante citationem, etiamsi commissio contineat aliquid ad commodum tertii.*

80 *Rescripto, anteaquam per citationem efficiatur commune, renuntiari potest impetrans invito adversario.*

81 *Clericus reconventus coram laico non potest renuntiare suæ conventioni, cùm ex semel fuerit jus tertio quæsitum.*

82 *Renuntiare potest quis suæ actioni, & judicio intentato re integra, hoc est, ante citationem, antequam ullum fuit jus adversario quæsitum.*

83 *Exceptionibus, & actionibus semel in judicium deductis re integra potest pars renuntiare, anteaquàm jus sit tertio quæsitum.*

84 *Renuntiatio non valet in præjudicium juris alterius, & quoties ex renuntiatione inferri valet alteri præjudicium.*

MUltoties contingit, ut postquam aliqua pars ad Senatum confugerit petendo retentionem Bullarum, sive ob derogationem jurispatronatus laici, jurisve strangerii, quando * extern-

nus ab his Regnis illas impetravit, vel contra consuetudinem aliquarum diœcesum, ex quâ solùm originariis earum beneficia duntaxat reservata sunt, & conferri possunt: vel ob derogationem primæ instantiæ ordinarii, vel ob alias similes causas: & pendente hoc recursu in Senatu partes collitigantes transactione compositæ ab illo desistunt vel tacitè, vel expresè. Pluries vidi dubitari, & à peritissimis hujus supremi Consilii Advocatis consultus, an mediante hac transactione cesset penitus quoad omnes prædictus recursus, vel an Regius Fiscalis illum insuper possit prosequi. In qua difficultate quid verius semper censui, per disputationem apparebit.

2 Et pro parte negativa plura * urgent, primò defensio vassallorum, ad quam tenetur Rex, ipsorum est præcipuum interesse, quoniam hac conditione à populo in Regem omnis fuit translata potestas, ut illos tueatur, ut sæpè diximus in hoc tractatu, ergo poterit vassallus liberè huic conditioni renuntiare, absque alterius dependentia, juri enim pro se introducto quilibet potest renuntiare, ex vulgaribus.

3 Secundò, quoniam hæc Bullarum * retentio principaliter interest pati, adeò ut ei & non Regi incumbat supplicationem interponere ad Sedem Apostolicam, illamque juxta Bullam in Cœna Domini, *c.* 14. prosequitur, ut non obscurè firmavimus suprà *cap.* 2. *à nu.* 81. *cum seq. versic. quod autem ipse pater, &c.* Et superiùs *à numero* 70. *& seq. versicul. Ipse igitur in* 3. *tom. &c.* ubi latè probavimus, parti incumbere supplicationem hanc legitimè interponere & prosequi, quia ejus principaliter interest; ergo manifestè sequitur, quòd sublato jure principalis, resolvitur omne jus cæ-
4 terorum, quos in consequentiam negotium * tangit, prout abundè, & in mirabilibus casibus examinavimus, & resolvimus *in tractatu de Regia protect.* 4. *part.* 14. *à princip. & per totum*; ubi multa congessimus, quæ rectè hic conducunt.

Tertiò, quia sicut à principio liberè potuit
5 oppressus, nec uti hoc remedio * extraordinario, nec illum in Senatum introducere; pariter & postmodum poterit liberè ab eo discedere, quia omnis res per quascumque causas nascitur, & per easdem dissolvitur, & valet argumentum, de contractu ad distractum ex vulgatissimis axiomatibus; & nihil tam naturale est, quàm eo modo, quo quid colligatum est, contrario jure idem dissolvi, juxta juris regulam. Ergo dicendum, posse recurrentem ad Senatum pro remedio retentionis liberè ab eo discedere absque interventu, & dependentia Regii Fiscalis, ita ut per ejus transactionem cesset.

Quibus tamen, & aliis ad hæc reducibilibus quæ omitto, non obstantibus, contrariam sententiam
6 veriorem esse regulariter affirmandum * erit, ut scilicet concordia inita inter collitigantes pendente recursu ad Regem ob Bullarum retentionem, recursum minimè cessare, sed posse nihilominus Regium Fiscalem illum prosequi. Cùm tollere vim, & Rempublicam in pace, & quiete conservare, atque ab oppressionibus defendere, ne oriantur scandala & orta sedanda, proprium sit officium Regis ejusque Regalia, ad quod moveor ex sequentibus fundamentis.

Primò, quoniam certum est, quòd protectio vi
7 oppressorum & defensio * Reipublicæ ne aliquod scandalum, & detrimentum patiatur, est propria Principis Regalia, illi reservata in signum supremæ potestatis, à Corona inseparabilis, & indivisibilis, atque ideò impræscriptibilis etiam, prout evidenter probavimus *cap.* 1. *à n.* 103. *cum multis seq. versic. Igitur cum protectio*; sitque hæc cognitio Principi reservata, cùm sit præeminentia & prærogativa Regiæ dignitatis ab origine Regni, & cùm ipso Regno intrinsecè orta, ut ibidem fusiùs probabimus, ad quem copiosum locum te remitto, quia amplius non repeto.

Inde sequitur, quòd in præjudicium Regiæ dignitatis nullus * huic Regaliæ potest renuntiare, 8
quominus possit eam adhuc exercere Princeps, probant Belluga *in speculo Principum, rubrica* 23. §. *sed pone, num.* 6. Natta *cons.* 590. *num.* 13. Vincentius de Franchis *decis.* 192. *n.* 7. Thesaur. *decis.* 177. *num.* 5. Cancerius *variarum resolution. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 29. pulchrè Fontanella *de pactis nuptialibus, clausula* 4. *glossa* 11. *n.* 76. *& 77. fol. mihi* 290. *tom.* 1.

Secundò probatur, quoniam Rempublicam tueri, & de ejusdem utilitate, & salute tractare * quæ in 9
tranquillitate potissimum consistit (ut sæpè diximus) præcipuum, & principale interesse Regis, est textus expressus *in l. nam salutem Reipublicæ tueri, nulli magis credidit convenire, quàm Cæs. ff. de officio præfecti vigil.* conducit text. *in c. benè, §. Sancta Synodus* 96. *distinct.* ibi: *Quanquam* (inquit Pontifex scribendo Imperatori) *studii vestri, & Religionis interfit, ut in Episcopatus electione concordia principaliter serveturin Ecclesia, &c.* Et ex aliis pluribus juribus, & doctrinis abundè probavimus *in dict. cap.* 1. *à nu.* 85. *cum seq. vers. Regi enim magis convenit* & eadem 1. *part. capitul.* 5. *à principio* & præcipuè *à n.* 12. *vers. Quare Princeps continuo, &c.* Et quia Rex caput est * Reipublicæ, à quo dependet omnis 10
potestas, Afflictis *in cap.* 1. §. *ad hæc, n.* 3. *de pace juramen. firma.* Jacobus de Sancto Georgio *de feudis, in verbo, Vicarius, nu.* 6. Maranta *in Speculo part.* 4. *distinct.* 5. *n.* 3. Didacus Perez *in l. tit.* 15. *lib.* 2. *ordinamenti*, & Gregorius Copez *in l.* 2. *tit.* 14. *part.* 3. per textum ibi, Menochius *de præsumptionibus, l.* 3 *præsumpt.* 97. *n.* 30. Mastrili. *de Magistratibus, lib.* 1. *tom.* 1. *cap.* 1. *n.* 6. qui *n.* 5. dicit, quod Rex est velut Respublica * ipsa, cujus loco 11
subrogatur, ejusque imaginem gerit, & ipsa Avend. *de exequend. mandat. cap.* 1. *n.* 2.

Ex quo infertur, quòd is cui principaliter interest negotiumque * principaliter tangit in om- 12
nibus attenditur, ejusque jus, non illius cui in consequentiam, & secundariò prævalet, ut latissimè mirabilibus doctrinis, & casuum varietate exornavimus *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 14. *per totum.* Igitur nec partium privatarum conventionibus; nec etiam renuntiationibus poterit hæc cessare recursus cognitio.

Tertio probatur, quoniam omnes casus, in quibus dari potest Bullarum retentio * in Senatu, uni 13
tantum rationi nituntur, & unico fundamento justificantur, nempe præjudicio Reipublicæ, ac damno publicæ utilitatis, ad hunc dumtaxat finem tendere, ob illumque fuisse salubre hoc remedium introductum; probavimus suprà *cap.* 3. Et in singulis retentionis causis specialiter examinavimus, ut *in cap.* 4. *cum. seq.* clarè patet. Imo quando litteræ sunt extortæ in præjudicium tertii, retentionem nullatenus * habere locum, nisi ubi hæc ratio uni- 14
ca, & fundamentum Reipublicæ concurrat, limitavimus suprà *cap.* 7. *per totum.*

Quare hoc jus retentionis principaliter est jus publicum, cum * principaliter spectet ad statum, 15
& utilitatem Reipublicæ, §. *juris præcepta instit. de justitia & jur. glos.* 1. *in l. jus publicum*, *ff. de*

ff. de pactis, & in l. 1. §. hujus studii, ff. de justitia & jure, §. final. institut. de jure naturali gentium, & civili, non videtur, Cod. de in integrum restitut.

Indè fit ut juri publico (cùm ad utilitatem com-
16 munem spectet) nemo * detrahere, nec derogare possit, atque remittere, nec privatorum conventione tolli, *in l. jus publicum*, ubi Doctores *& in l. inter debitorem*, ubi Bart. *ff. de pactis, c. cum tempore, de arbitris, c. contigit de sententia excommunicationis, l. 1. & 2. C. sine censu vel reliquis*, & Glos. *in c. si diligenti de foro competent. l. 2. §. jus Reipublicæ, ff. de administratione rerum ad civitat. pertinent.* Cardos. *in praxi judicum, verb. Jus, n. 2. & 3. & verb. Delict. n. 6.* ubi etiam dicit, quòd
17 cùm * delictorum punitio pertineat ad publicam utilitatem, non impeditur privatorum conventione, cùm juri publico derogari non possit, ubi plurimos citat.

18 Et huic fundamento directe * convenit communis illa, & verissima Doctorum distinctio, quòd juri publico, quando principaliter in utilitatem Reipublicæ fuit introductum à lege, & secundariò in favorem aliquorum privatorum conventione detrahi nequeat, aut renuntiari privato liceat; & ita procedunt suprà dicta, & per dicta jura, *& l. 2. §. sed quia veremur Cod. de jure proprio calum. dando*, probant Fortunius Garcia *in l. 1. §. hujus studii, à numero 9. de justitia & jur.* Covarruvias *in cap. quamvis pactum, part. 2. §. 1. numero 5. & 6.* Guttierrez *de jurament. confirmatorio, part. 1. cap. 1. à numero 2. & c. 16. nu. 50.* Alexander. Turamin. *de legibus, part. 2. c. 6. à n. 2.* Petr. Barbos. *in l. 1. part. 1. n. 36. ff. soluto matrim. & in l. alia, §. eleganter, à n. 14. cum seq. eodem*, Suarez *de legibus l. 8. c. 6. à princip.* Navar. *de fin. human. actuum nu. 25.* Armendar. *in proœmio addition. ad Recopil. legum Navarræ, n. 23.* Quia tunc si publicam offendas utilitatem renuntiatio non operatur, ex ejusdem Juribus & Doctoribus.

At quando lex & dispositio principaliter tendat in favorem singulorum, & secundariò atque in con-
19 sequentiam * in favorem Reipublicæ, rectè admittitur renuntiatio *ex l. si quis in conscribendo; C. de Episcopis & Clericis, l. penultim. C. de pactis, cum vulgaribus.*

Et hanc distinctionem communiter à Doctoribus sequi firmant Abbas, Felin. & alii *in cap. si diligenti de foro competent.* de qua testatur Petrus Barbos. *dicta part. 1. num. 64.* Cujacius *ad titulum C. de sponsalibus*, Tuschus *tom. 4. littera l. concl. 511. n. 28.* Suarez *de legibus, l. 8. cap. 6. in principio*, Barbosa *axiom. 135. num. 14.* Igitur cùm hoc salubre remedium retentionis Bullarum
20 * principaliter sit inductum, & inventum ad utilitatem & favorem Reipublicæ, & secundariò in utilitatem vassallorum; sequitur, ut per eorumdem conventionem & concordiam, seu etiam renuntiationem regulariter tolli nequeat, nec cesset.

Quartò probatur, quod licet quis possit renun-
21 tiare remedio privilegiato, & extra ordinem * à lege vel Principe sibi concesso: procedit, quando privati renuntiantis dumtaxat respicit utilitatem & favorem, secus quando simul continet utilitatem Principis; ut *ex l. 1. & 2. de judic. l. 1. §. & post operis.* ubi Jass. *p. 11. ff. de novis operis nuntiat.* Julius Clarus *§. fin. quæst. 42.* Cancer. *variar. resolu. l. 2. c. 2. de jurisdictio. n. 194.* Giurba *cons. 95. nu. 13.* Novar. *in praxi election. & variatio. fori, sect. 3.*

quæst. 7. n. 14. fol. 296. Quo loco illam regulam generalem, quòd quilibet possit renuntiare favori suo, ut eatenùs vera sit; limitat, si privilegium concernat favorem renuntiantis tantùm; secus si favorem superioris respiciat etiam, quo casu renuntiatio non subsistit, tanquàm facta in ejus præjudicium.

Quapropter superioris consensus necessariò requiritur, * ut renuntiatio possit valere, sine quo 22
non potest subsistere, Romanus *consil. 369. n. 18.* & ibi Scholiastes Cardinal. *consil. 38. ad fin.* Afflictis *dec. 133.* Gratian. *dec. 78. numero 50.* Joannes Baptista Costa *de scientia & ignorantia, centur. 2. dist. 66. num. 15.* Rovitus *pragmat. 2. n. 15. tit. de jurisdiction. invit. non turband.* Didacus Perez *in l. 2. tit. 1. l. 3. ordinamenti.* Castrens. *consil. 431. nu. 3. in principio.* Andreas Gaillius *observ. 40. nu. 3. l. 1.* Cardin. Tuschus *littera C, conclus. 1027. n. 3.* Marius Giurba *consil. 95. n. 23.* Cened. *Canonicarum quæst. 12. n. 8. 9. & 10.* Rota *dec. 22. n. 8. part. 2.*

Ex qua doctrina fluit, quod vassallus non po-
test absque domini * consensu in alterius jurisdic- 23
tionem consentire, nec expressè, nec tacitè, quòd si fecerit, nullum inferret præjudicium domino prorogatio, sed dominus poterit eandem avocare per textum *in c. Imperialem, §. præterea si inter*, & ibi singularis glossa in duas *de prohibita feudi alienatione per Federicum*, ubi pulchrè afflictis, *nu. 23.* sequitur Bald. *in l. si quis in conscribendo, C. de pactis*; per quos benè Novarius *in praxi electionis & variat. fori, q. 7. n. 15. sect. 3.* probant etiam Abb. *in c. ex transmissa. nota 1. de foro competenti*, Capicius *dec. 9. n. 15.* Franchis *dec. 417. n. 2.* Boerius *dec. 114.* Schrader. *consil. 13. n. 251. & 252.* Sola *ad constitutionem Sabaudiæ, tit. de foro competent. glos. subditos prima, n. 9. & 12.* Ruginell. *practic. quæst. 45. n. 26.* & loquendo in criminalibus, ut non admittatur hæc prorogatio in præjudicium dominii, Marsil. *in praxi, §. expedita, n. 63.* Aldov. *cons. 20. n. 21.* Farinacius *quæst. 81. n. 190.* Cancerius *variarum resol. l. 2. c. 2. de jurisdictione, n. 164.*

Hinc exemptus non potest prorogare jurisdictio-
nem alterius * in præjudicium superioris. nec par- 24
tis solius consensus sufficit, Panormitan. *in cap. cum tempore*, per textum ibi *de arbitris, num 2.* & Doctores communiter *in l. si quis in conscribendo C. de pactis.* Socinus *in cap. Significasti, de for. competenti*, Novarius *in praxi election. for. cap. 7. num. 14. ad fin. section. 13.* prout latiùs diximus *hoc eodem tractatu 2. p. cap. 11. à n. 15. usque ad finem*, ut plurima alia videnda de hoc articulo, & sequenti, multaque scitu dignissima alia recensentur.

Quinto & pro hac parte fortiter arget, quoniam
etsi fateremur, * quòd hoc remedium extraordina- 25
rium & salubre non esset principaliter introductum in favorem Regis, nec ejus principaliter interesset, sed imò æquale commodum & utilitas seu favor resultaret subditorum, & æquè principaliter omnibus eis prodesset; nihilominus ob connexitatem juris, & individuitatem non potest valere transactio in præjudicium juris Regii absque ejus consensu, & interventu non subsistit, cum transactio sortiri nequeat effectum respectu juris renuntiantis, quin simul inferat præjudicium juri Regio, procedit enim utrorumque jus ab uno fonte, & eademmet origine individua, & inseparabili, quia
quæ non possunt * nisi connexè produci, non pos- 26
sunt nisi connexè tolli, Nos latè *de Regia protect.*

4. *part.* 10. *numero* 96. & ferè per totum cap. ubi multa ad propositum. Connexa etenim & individua adeò reputantur idem, ut nihil fieri possit contra unum, quin fiat contra alium, & in eum
27 inferat * præjudicium. Scaccia *de appellation. quæst.* 17. *limitat.* 21. *sub n.* 26. Ancarranus *cons.* 160. *num.* 2. Craveta *consil.* 275. *num.* 4. & 5. & *consil.* 461. *num.* 50. & *consil.* 936. *nu.* 27. & *seq.* Barbos. *axiom.* 51. *numero* 2. Surdus *decis.* 199.
28 *num.* 13. qui etiam dicunt, quòd * connexa sunt individua.

Ubi etiam jus superioris complicatur, etiam tacitè cum jure subditorum; horum renuntiatio non
29 valet in illius præjudicium, cujus jus * tacitè complicatum est in dispositione, Felinus *in cap. cum dilectæ 7. de rescriptis*, Abbas *in cap. significasti, num.* 11. *de foro competent.* Tusch. *littera P. conclusion.* 759. *num.* 3. videndus ad id Gaspar. Guillelmus *in apologia feudali, cap.* 8. *numero* 31. *fol.* 42.

Pro quo est optimus text. *in cap. cum tempore* 5.
30 *de arbitriis*, dum loquitur * in compromisso inter colligantes, ibi: *Nos arbitrium ab ipso probatum decernimus, illis dumtaxat capitulis exceptis, quæ contra libertatem ipsius monasterii, & duarum capellarum ejusdem in arbitrio sunt expressa, cùm, etsi sponte volueris, de jure tamen nequiveris sine licentia Romani Pontificis renuntiare privilegiis, vel indulgentiis libertatis, quæ monasterium illud indicant ad jus & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere, &c.* text. etiam *in cap. cum olim* 14. §. *nos igitur de privilegiis*, ibi: *Nos igitur attendentes, quòd eadem privilegia non solummodò pro libertate monasterii faciebant; sed etiam exprimebant jus nostrum, & Ecclesiæ Romanæ justitiam tuebantur; ne in nos monasterii læsio redundaret, ad privilegia exhibenda partem ejus de gratia duximus admittendam, &c.* prosequitur in fine: *In cæteris autem latam à prædictis judicibus sententiam pro Calubriens. Ecclesia confirmamus, &c.*

31 Hinc est quòd Abbas non potest renuntiare * exemptioni ab ordinario sine sui conventus licentia & consensu, *dec.* 22. *nu.* 8. *part.* 2. *divers.* Cen. *q.* 12. *n.* 10. Sarabia *de jurisdictione adjunctorum, q.* 7. *n.* 7. *in fin.*

Et licèt exempti possint prorogare jurisdictionem
32 ordinarii, * ut post alios Sarabia ubi proximè *n.* 4. tamen id erit intelligendum, dummodò hujusmodi prorogatio & renuntiatio exemptionis non redundet in præjudicium alterius, quàm prorogantis & renuntiantis dumtaxat, Geminianus *in cons.* 83. *nu.* 9. Corneus *consil.* 214. *nu.* 8. *l.* 2. Ferretus *consil.* 202. *n.* 18. quos sequitur Seraph. *dec.* 595. *n.* 7 Sarabia ubi proximè *n.* 5. idem dicit Greg. Lop. *in l.* 2. *glossa pro privilegio titul.* 1. *part.* 2. Fabius Anna *cons.* 207. *n.* 10. Anna Senior, *singular.* 120. Giurba *cons.* 65. *n.* 14. dicentes, quòd licèt subdi-
33 tus facta * prorogatione non possit petere remissionem, cùm jam prorogaverit, potest tamen illam petere suus superior.

Et quòd renuntiatio sui juris, quando redundat in præjudicium alterius, non valeat, faciunt latè tradita per Mandelum *cons.* 74. *n.* 3. Seraphinus *dec.* 344. *numero* 5. plures congerit pro hac sententia Dom. Præses Granatensis, Valençuela Velasquez *num.* 86. Novarius in *praxi electio fori. qu.* 7. *à n.* 15. *cum sequentibus, sectione* 3. ubi plura exempla reddit, ut possit quis cedere juri & privilegio suo, quando illud jus & privilegium respicit
34 * tantùm ejus commodum, non autem quando respicit etiam commodum alterius, vel publicum, probat post alia jura Tamburinus *in tractatu de jure Abbat. & Prælator. tomo* 1. *disput.* 16. *quæst.* 15. *num.* 3. Peirinus *in ritual. Minimor. part.* 2. *nota* 16. Silvester *verbo, privilegium, qu.* 10. Armilla *eodem verbo, n.* 9. Novarius *in quæstionib. forensib. part.* 1. *quæst.* 66. *numero* 2. Thomas Sanchez *in summa tom.* 1. *l.* 4. *c.* 93. *n.* 29. Sigismund. à Bononia *in tractatu de electione, part.* 1. *cap.* 2. *dubio* 25. *n.* 7. Laborius *in variis locubrationibus, tit.* 4. *cap.* 13. *num.* 87. Suarez *de legibus, lib.* 8. *cap.* 6. *num.* 2. Pater Diana *resolut. moral.* 3. *part. tract.* 2. *de dubiis regular. resolutione* 86. *versic. His suppositis.*

Hinc est quòd cùm dispositio Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 20. *Causæ omnes* * præ- 35
servans primam instantiam ordinariis, sit introducta non solum in favorem subditorum, sed etiam jurisdictionis ordinarii, solus consensus alterius cùm habeant jus complicatum, non admittitur, nec valet renuntiatio, quia redundat in præjudicium non consentientis quem etiam negotium tangit juxtà declarationem à sacra Congregatione latam, *Paz in praxi tom.* 2. *præludio ult. num.* 18. & alii secuti à Saravia *dict. quæst.* 7. *num.* 8. & à Novario *in praxi novi juris Pontificii, conclusione* 1. *alias* 54. *n.* 6. *fol.* 141.

Renuntiatio etenim facta, quæ redundat in præjudicium * alterius, vel juris publici, non valet, 36
Valascus *de jure emphyteut. q.* 27. *num.* 19. & post alios Cardoso *in praxi judicum, versicul. Jus, num.* 5.

Et quando adest connexitas, & complicatio jurium alterius * cum jure renuntiantis, ita ut non 37
possit renuntiatio exequi, quin inferat præjudicium alteri habenti jus simul complicatum, ut etiam renuntiantem exequi renuntiatio nequeat, nec effectum habeat, quia tunc non est separabile ejus præjudicium: pluribus exemplis confirmat Azor *institut. moralium lib.* 5. *c.* 22. *de privilegiis, qu.* 10. optimè Fuschus *de visitatione, l.* 2. *c.* 20. *num.* 11. Saravia *de adjunctor. jurisdict. quæst.* 7. *n.* 8. quoniam factum renuntiantis ad dolorem nostrum injuriamque nostram non porrigitur, *l.* 1. & 3. *ff. de liberal. causa.*

Elegans est Rotæ decisio * ut per Seraphin. 341. 38
n. 7. in hæc: Nec obstat, si replicetur, nunc non agi respectu primogenitorum, quia quotiescumque quis renuntiando favori suo, præjudicat necessariò alteri, & sic præjudicium tertii est inseparabile, renuntiatio etiam non tenet respectu renuntiantis, Bartol. *in d. l. pen. n.* 3. *vers. Secundo casu, C. de pactis*, & Jacobatius *in n.* 6. Ista autem præjudicia sunt inseparabilia, nam si dominus Julius non præstitisset consensum, &c. Quæ quidem decisio singularissima est.

Facit etiam altera Rotæ decisio * ut per Fari- 39
nacium *dec.* 272. *in postnumis, tom.* 2. quæ in *nu.* 3. ita ait. Nec visum fuit, posse sustineri sententiam saltim quoad citatos, cum omnes prætendant venire ex eodem fideicommisso, eadem est omnibus causa defensionis, *in l. hoc judicio*, ubi Glossa, & Doctores, *ff. familiæ erciscundæ*; & fuit in his terminis in eadem causa resolutum *die* 10. *Decembris* 1604. *& die* 1. *Julii* 1605. *coram bonæ mem. Julio*; ubi fuit annullata sententia 10 integrativa lata per bonæ memor. Peniam ad favorem Ascanii ex eo, quia non fuerant citati Ferreti, qui erant in causa, licèt essent citati alii litis consortes, &c. Ut quod quandò interesse condemnati est inseparabile à jure tertii non citati vel non condemnati, ut nec etiam contra condemnatum mandari possit executioni

sententia, elegans est Rotæ *decisio alia* 906. *n.* 5. apud Seraphinum.

Alia est ad hoc mirabilis Rotæ doctrina pluries confirmata, & approbata in una *Burgensi* 5. *sepult.* ut per Alexand. Ludov. *dec.* 319. *quæ in n.* 1. ita ait: Et contra omnes processus ad subhastationem, & deliberationem deventum fuit, citato tantùm procuratore Grifonis, & Galleota, & propterea subhastatio fuit nulla, non solùm quoad alios non citatos, *l. creditor. C. de distractione pignorum*, ubi Albericus, Afflictis *dec.* 358. *n.* 3. sed etiam quoad ipsos Grifonum, & Calleotum ratione individuitatis, Bald. *in l.* 1. *n.* 63. *vers. aut continet quid individuum*, *C. de errore calculi*, Fulgol. *in l. hoc n.* 2. *vers. Sed & si judicium*, *ff. familiæ erciscundæ*, Riain. *cons.* 129. *n.* 12. & 13. *l.* 5. Hieron. Gabr. *cons.* 56. *n.* 17. *l.* 1. &c. Hactenus de celebri decisione.

Pro qua plures aliæ ad idem à Rota emanarunt, ut in una *Spolii domus* 192. *n.* 3. & 4. ibi: Nullitates autem dictæ sententiæ deducebant domini ex defectu citationis Fabii Barnabæ alterius ex fratribus de Florennis possessoribus dictæ domus pro indiviso unà cum aliis, cujus omissio causavit nullitatem sententiæ, etiam quod alios citatos pro indiviso possidentes juxta Gabrielem *consil.* 56. *n.* 18. *l.* 1. & alios allegatos *in decisione facta in hac causa sub die* 10. *Maii præteriti*, &c. quam adducit posse tractat. de manuten. Ludovisii Possii.

Aliam decisionem Auximan. fideicommissi coram Veresp.o, quæ est inter recollectas per eundem Ludovis. *post d. tract. de manutent.* 334. qua *n.* 6. & 27. ita dicitur: & hinc etiam sequebatur alia nullitas ejusdem mandati, cum nec citati fuerint filii D. Cornelii illius expeditione, & eadem nullitas operabatur etiam ad favorem ipsius Phæbi, cùm communis esset causa defensionis, dum omnes veniebant ex eodem fideicommisso, *l. in hoc judicio*, ibi DD. *ff. famil. erciscund.* Card. Cavallerius *dec.* 396. *num.* 2. & *in Ariminens. donationis Martii* 1630. *coram me*; & ageretur de sustinenda executione quæ tanquam individua non poterat ex parte aut favore alterius solùm valere, Abb. *in c. cum inter. n.* 24. *de sententia & re jud.* Cæsar. de Graffis *dec.* 5. *c.* 3. *eod. tit. & decis.* 1. *num.* 8. *de sentent. excommunication.* Rota *dec.* 118. *nu.* 4. *p.* 1. *recent.* &c.

Quam doctrinam observant Post. *in dicto tract. de manutent. observ.* 12. *sub n.* 57. Ubi quod citationis * omisso quoad unum pro individuo possidentem inducat nullitatem etiam quoad alios citatos: & iterum quod omissio citationis contra unum operatur nullitatem etiam ad favorem alterius ibi communis est causa defensionis. 40

Oliverius Beltramin. *in annotatione ad supradictam decisionem* 319. Alexandri Ludovisii *littera A*, *num.* 7. ita in hæc prosequitur: & quod stante connexitate juris ex eadem causa * provenientis, defectus citationis unius ex litis consortibus annullet actum etiam respectu citati; Rota *decis.* 471. *num.* 7. *part.* 2. *in recent.* Et de pluribus venientibus ex eodem jure fuit dictum in *Maceratens. hereditatis* 13. *Maii* 1616. *coram Reverendo P. D. Cavallerio*, & ideo si plures sint possessores, & unus citetur duntaxat, alter verò non; processus est nullus in totum, etiam respectu citati; ita fuit dictum *in Romana Spolii domus* 15. *Decembr. coram R. P. D. Pirobano.* Si tamen sententia, & mandatum potest exequi super portione citari * absque eo, quòd præjudicetur in proportione non citati: valet processus respectu citati: ita fuit dictum *in Romana pecuniar. de columna* 28. *Aprilis* 1617. *coram R. P. D. Durazeto*, ubi respondetur ad *decisionem in causa Maceratens.* Et quando interesse non est connexum, * tunc defectus citationis quoad unum non prodest nec nocet quoad alium legitimè citatum, Rota alios cumulans *dec.* 561. *numero* 13. *part.* 1. *in recentibus*, &c. Hactenus Beltramin. 41 42 43

Pro cujus mirabilis doctrinæ confirmatione nonminus celebris adest Rotæ *dec. in una Almorien. decimarum* 14. *Maii* 1614. *coram Pirobano* noviter recollecta in posthumis Prosperi Farinacii *dec.* 576. quæ à *num.* 5. sic determinat. Etiam alicui ex dominis existimabant, * nullitatem contra eandem sententiam in hac secunda positione excitatam dum sententia legitur lata ad favorem Martini Arrenditarii, & Ecclesiæ Almorien. & tamen Ecclesia non erat in causa nec in monitorio nominata, nec pro Ecclesia comparens mandatum habebat & ideò sententia nedum remansit nulla respectu Ecclesiæ ad cujus instantiam non fuit citatio transmissa pro audienda sententia; sed etiam Arrendatarii propter individuitatem ipsius sententiæ ut dicit Cæsar de Graffis *dec.* 5. *n.* 2. & 3. *de re judicata*, & multò magis propter connexitatem, quia jus Arrendatarii non potuit superædificare propter carentiam sui juris, Abbas *c. cum inter, n.* 24. *vers. Per hanc rationem*, *de re judicata*, qui post alios in terminis loquitur, &c. Cum qua decisione plurimæ aliæ concordant adductæ hucusque *à n.* 30. *cum seq.* 44

Et eadem decisione Farinacii 576. modò relata ita ulteriùs & singulariter prosequitur. Nec responsiones datæ * satisfaciebant, quòd scilicet in connexis, & inseparabilibus sententia lata pro uno suffragatur alteri; nam id procedit in consequentiam, & quoad justitiam, si sententia valdè est prolata; secus verò ubi Ecclesia prætendit directè juvari ex eadem sententia quæ corruit ex defectu citationis. Et è converso dum dicebatur, quòd si sententia lata contra Ecclesiam corruat defectu nullitatis, non trahit secum invaliditatem sententiæ Arrendatarii, * id pariter procedit, quando causæ sunt seperabiles, ut dicunt Felin. *in c. cum inter, nu.* 10. *vers. Nec est verum de re judicata*; & Gabr. *consil.* 56. *nu.* 16. *vol.* 1. Secus vero quando interesse est connexum, & omnes sunt nominati in sententia, quia tunc sententia quoad unum valida, & quoad alterum invalida, esse non potest ex rationibus Afflictis *dec.* 218. allegatam per Cæsar. de Graffis, &c. 45 46

Eadem Rota * in una Cordubens. statutorum 24. *Januarii* 1590. Coram Cardinal. Seraphino adducta per Marchesan. *de commissionibus* 2. *part. capit.* 6. *de commissione quando tertius ad caus. admittatur*, §. *unico.* quæ est post *dict. cap. in ordine* 6. quæ ad finem dictæ decision. ita dicitur: Clerici verò non possunt evitare executionem respectu ex[illegible]arum, quia eorum contumacia eis nocet, Gabrielis *de sentent. conclusione* 3. *n.* 5. An autem talis sententia debeat mandari executioni respectu negotii principalis contra dictos Clericos, Domini dubitarunt, eo quòd interesse eorum videtur inseparabile ob interesse civitatis per ea quæ tradit Angelus *in l. si suspecta*, *n.* 3. *in fin. ff. de inofficios. testam. &c.* Vide etiam latissimè quæ de hoc jure connexo, complicato in inseparabilibus, ut alteri nequeat præjudicare, nec ipsi renuntianti, infrà 2. *p. c.* 11. *a n.* 35. *cum multis seq.* 47

48 Conducit etiam Rotæ decisio * apud eundem Farinacium *eodem tomo 769. num.* 3. in hæc : Ultra quod dictæ sententiæ tanquam unica structura verborum conceptæ ; & non per capita distincta data injustitia in parte , remanent injustæ in totum , & exequi non possunt , ad notata per Cinum , & salicetum *in l.* 2. *C. de re judicata* , Puteum *dec.* 315. *n.* 5. *part.* 2. *diversorum. l.* 1, *in novissimis* , Rota *dec.* 221. *n.* 1. *& dec.* 315. *n.* 5. *part.* 2. *diversorum* ; etiam si aliàs constaret de bono jure, Chisanens. *dec.* 172. Seraphinus *decisio* 1168. *nu.* 11. *&c.*

Ex quibus omnibus , quæ verissima sunt libenter nunc recedimus ab opinione aliquorum Doctorum, quos retulimus in tractatu *de Regia protectione* 4. *part. c.* 8. *à nu.* 350. *usque ad* 352. dicentium quòd in individuis sententia contra unum lata aliis non citatis nocet , & prodest. Quam sanam , sed scrupulosam esse fatemur , ex iis quæ accuratè congessimus hactenùs hoc cap. Quæ omninò est intelligenda , quando inter consortes adest jus separabile, & quod commodè potest dividi , prout alibi dixi loco mox citando.

Quæ quidem singulares decisiones declarant , 49 quæ superiùs latè dicta sunt , * ut renuntiatio juris separabilis noceat tantum renuntianti , juris autem & interesse connexi,& inseparabilis, cùm effectum, & executionem non possit respectu unius producere , quin redundet in damnum , & præjudicium alterius simul habentis jus suum connexè , & complicatè quoad totum suspenditur , imò nulla erit sententia in totum , & respectu omnium ex dictis decisionibus , doctrinis hactenùs in hoc fundamento adductis , seu declarandis ; & eodem modo loquuti fuimus. *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 8. 50 *à n.* 23. *& à nu.* 52. Quando nempè * commodè potest exequi condemnatio contra condemnatum pro sua proportione , quæ commodè admittit divisionem.

Et circa hoc jus complicatum,& connexum duo- 51 rum vel plurimorum * elegantia exempla , & doctrinas, quæ omnino conducunt huic articulo conjecit Grassis *de effectibus Clericatus , effectu* 2. *à nu.* 56. *cum seq.* quas benè & latè prosequitur , præcipuè inter habentes jus complicatum, & individuum 52 privilegium * ut unius ptosit etiam alteri non privilegiato , cujus jus non læditur , sed æqualiter præservatur , prout ibi videbis latiùs.

Ex quibus omnibus mirabiliter deducitur ; tum 53 quod in hac * retentione Bullarum , tum ob utilitatem , quietemque Reipublicæ protectio introducta fuerit , & inventum hoc salubre remedium ; principale jus & interesse est ipsius Regis , & officium , & Regalia sit à Corona inseparabilis , cum quo jure dependenter & in consequentiam , nempè jus vassallorum oppressorum est complicatum , & adjunctum : ita per necessariam consequentiam dicendum erit , quod transactio , & concordia inter collitigantes non potest(regulariter lequendo,facere cessare hunc recursum non interveniente ejus , vel sui Fiscalis Regii consensu , nam in pactis , & contractibus tangentibus jus Regis debet præcisè assistere,& intervenire præsentia procuratoris Regii; aliàs nulli sunt, *l.* 3. §. *multa , verf. Divus* ubi Glo. *verb. Refelluntur , l. filius , ff. de jure fisci , l. fin. C. de advocatis fisci* : Petr. Greg. *Syntagm. l.* 49. *cap.* 7. *per tot.* maximè *à n.* 3 *& à n.* 14. conducit *l.* 7. *tit.* 1. *l.* 9. *Recop.* Peregri. *de jure fisci, l.* 6. *tit.* 4. *nu.* 3. *verf. Primo tertiò requiritur , & l.* 7. *tit.* 2. *num.* 2. *glos. in l.* 1. *C. de fide instrum.* Bossius *de fisco , num.* 23. Joan. Garc. *de nobilitate , glos.* 3. *nu.* 13. & 14. qui etiam loquuntur in judicialibus actis tangentibus Regiam Coronam. Quia principaliter Regis consensus , aut ejus qui vices suas occupat , est necessarius ad hunc effectum suspendi , seu tollendi aut renuntiandi recursum ; non enim solus sufficit consensus partium ex hactenùs latè traditis. Et quia in dependentibus à Principe * consensus 54 partium nihil operatur Abb. *in c. olim , n.* 9. *de rei jud.* Peregrin. *dec.* 152. *l.* Marquef. *de commissionibus à petitionis oris , &c.* §. *unico , nu.* 61. *to.* 2. *fol.* 417.

Et hanc partem (licèt ex aliis diversis fundamentis , nullo tamen ex hactenùs à nobis considerat adducto) reperio , tenuisse doctissimum Menchacam *controversiarum usufrequent. lib.* 1. *cap.* 41. qui licèt à *n.* 14. justificavit hanc * retentionis 55 cognitionem litterarum in derogatione jurispatronatus laicorum , & *numero* 26. extendit ad primam instantiam ordinarii , in hæc : Eademque omnia , etiam in litibus procedere intelligo , si fortè quæ lites de jure intra fines Hispaniæ Regionis , vel alterius cujuslibet agitandæ essent , ad Romam avocarentur , similis enim defensio , & simili modo , & competeret , & agenda esset , quod intelligo non solùm petentibus iis , qui non jure extra Provinciam suam litis causa traherentur ; sed etiam tacentibus , vel fortè etiam renitentibus , quod ultimum intellige secundùm superiores distinctiones. Hactenùs Menchaca, quo loco * in numeris sequentibus latè defendit hanc retentionem Bullarem provenire à jure 56 naturali cuilibet permittente defensionem licitam.

Quam nostram resolutionem veram esse intellige regulariter , cum fœdere * tamen distinctionis , ut 57 tunc procedat in illorum casuum retentione , in quibus simpliciter & absolutè absque aliqua qualitate & requisito cognitio hæc habet locum , & in quibus immediatè viget utilitas publica , absque partis alicujus particularis interventu , & privato & speciali interesse , prout generaliter & regulariter hujusmodi qualitatis & naturæ sunt omnes ferè casus retentionis , quibus procedunt rectè & juridicè quæ hactenus dicta sunt.

Aut enim hic recursus , & Bullarum retentio petitur in iis casibus , * in quibus non absolutè , & 58 simpliciter intervenit jus & utilitas publica , sed secundùm quid , & causativè , & sub aliquo supposito nempè deficiente & cessante consensu partis , cujus principale negotium tangit , & tunc quandocumque etiam pendente recursu intervenerit ; cessabit recursus declarabo.

Hujus generis est Bullarum * retentio ob dero- 59 gationem jurispatronatus laicorum factam absque patroni consensu , qui cum super hoc defectu consensus , & super hac qualitate fundetur recursus ad Bullarum retentionem , eo quòd quando involuntariè alteri à se non præsentato fit collatio beneficii , insurgit ratio publicæ utilitatis, & scandali, eo quòd retraherentur fideles alii à fundatione Ecclesiarum, Capellaniarum , & jurispatronatus , aliorumque operum piorum , quam rationem reddunt omnes Doctores qui de re hac tractant , & Nos diximus suprà hac 1. *part. c.* 8. *n.* 30. adeò ut semper quod accedat consensus patroni laici , vel à principio impetrationis intervenit ; cessat omninò hoc retentionis remedium , ut suo loco fusiùs tractandum , quam resolutionem etiam & rectè amplectitur in iis terminis Pater Henriquez loco citato suprà *c.* 3. §. *unico , n.* 16.

Quia licèt gratia in præjudicium tertii non te-

neat

60 neat, tamen * accedente ipsius tertii consensu, vel ante, vel post gratiam validatur, ita cum Decio *in cap. super eo. n.* 16. *de officio Delegati*, ubi Ant. de Butrio *n.* 15. Abb. *n.* 5. Imola *n.* 10. Barbat. *n.* 27. *cum sequentibus*, determinavit Rota, ut per Seraphinum *decis.* 268. *n.* 7. & suprà *cap.* 10. diximus *à n.* 124. *cum seqq. & à n.* 26. *& seqq.*

61 Ac ideò interveniente, vel * accedente partis consensu cessat violentia, qua fundatur recursus iste, juxta definitionem Aristotel. *3. Ethicor.* qui sic violentiam definivit, *quod violentum est à principio extrinseco passo vim non conferente, hoc est, non opitulante seu juvante;* ut post eundem Aristotelem tradit D. Thomas communiter receptus 1. 2. *quæst.* 6. *art.* 4. & 5. quem etiam sequitur Navarrus *cons.* 2. *n.* 2. *de jure jurando*, ac prius *in manuali confess. præludio.* 6. *n.* 2. & 4. Joan. Petri Moneta *in tract. de conservatoribus*, *cap.* 7. *nu.* 88. Quare Patroni consensus cum faciat cessare violentiam, pariter & recursum quo iste fundatur, ut sæpè diximus.

Hujusmodi est etiam qualitatis derogatio primæ
62 instantiæ * ordinarii ex Trident. ut suprà diximus, quoniam interveniente consensu tam partis, quàm Ordinarii, rectè potest tractari causa coram alio Judice Ecclesiastico delegato, vel aliàs superiore, ut diximus superius fundamento 5. *hujus partis à n.* 35. *vers. Hinc est.* Ac per consequens omninò cessat recursus, prout cessat in aliis, in quibus de jure potest omitti prima instantia Ordinarii juxta casuum varietatem fusiùs tractandorum in secunda parte hujus tractatus.

63 Exemplum etiam hujus * distinctionis membri reddi potest ex litteris Apostolicis obtentis in notabile & scandalosum præjudicium juris tertii, quibus tunc retineri diximus, & probavimus, quando in Principe deficit potestas tollendi rem alterius absque causæ cognitione, & contra voluntatem & consensum veri dominii, cum sit contra jus naturale, & abundè probavimus *in dict. cap.* 7. Quare cum etiam in hoc casu recursus iste retentionis fundetur super illa qualitate defectus consensus partis, ex qua oritur scandalum, ob hanc violentiam (ut ibi dictum fuit) sequitur, quòd ea cessante, & sic quandocumque interveniat voluntas, & consensus tertii; & cessabit hæc retentio, atque recursus, & sic de similibus aliis casibus si qui sunt.

64 Hoc distinctionis * membrum rectè probant Decianus *in praxi criminal. lib. 6. part. 2. cap.* 25. Ambrosius *de immunitat. cap.* 1. *n.* 2. dicentes per *cap. sicut antiquis, & cap. fraternit. & cap. minor. & cap. quisquis* 17. *quæst.* 4. *cap. inter alia, de immunitat. Ecclesiarum, cap. fin. eodem.* quòd immunitas confugientium ad Ecclesiam data est ipsi Ecclesiæ, ob reverentiam Religionis & tamen confugientis solo consensu potest renuntiari hæc immunitas absque consensu Ecclesiæ, quia ex ipsis Doctoribus procedit, eo quòd immunitas concessa est Ecclesiæ non simpliciter & absolutè, sed secundùm quid & causativè nempe, volente aliquo ad illam confugere, & si ille voluerit ea uti, unde ipso renitente, cum deficiat illa fundamentalis qualitas, ob quam cessat etiam immunitas, & ita etiam rectè respondit Sarabia *de adjunctorum jurisdict. quæst.* 7. *n.* 9. *videndus n.* 2.

65 Comprobatur insuper, quòd * Regia tuitio, & protectio pupillorum, viduarum & aliarum miserabilium personarum omni jure eis debita à Principe supremo, juxta *caput* 1. & 2. 87. *distinctione, cap. de Imperatoribus* 23. *quæst.* 3. *cap. Regum officium, cap. administratores* 23. *quæst.* 5. quod & abundè comprobat Carleval. *in tractatu de judiciis, disputat.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 7. *à n.* 528. *cum sequentibus.* Eorum tamen privilegium vitandi, & elidendi forum Regum, cessat ob consensum miserabilium in forum ordinarii, quasi protectio Regis sit subordinata consensui miserabilium. Covarruvias *practicar. cap.* 6. *n.* 5. *versicul. Nono*, Azeved. *in l.* 8. *& 9. nu.* 5. *tit.* 3. *lib.* 4. *Recopilation.* Novarius *in praxi de variation. & elect. fori sect.* 2. *quæst.* 21. *n.* 19. *& q.* 13. *n.* 8. *& 9.* novissimè Carleval. *in tractatu de judiciis, disp.* 2. *à n.* 604. *cum sequentibus*, quantumvis in hac miserabilium protectione vertatur magis favor publicus quàm privatus, uti ex multis Doctoribus probat ipse Carleval. ibidem *n.* 598. cum tamen subordinatus sit consensui miserabilium. Quod pariter, & eodem modo procedit in hac retentionis protectione, quæ certa causa fundatur nempè in defectu consensus partis oppressæ, ac ideò quandocumque interveniat, debet protectio, & recursus cessare ex Regula vulgari, cessante causa, quòd cesset effectus; uti hactenus diximus, & mox probabimus.

Nec huic distinctionis secundo membro aliquo modo refragatur Menchaca *dict. l.* 1. *controvers. cap.* 41: *dict. num.* 26. quia ipse generaliter loquitur, quando contradicit Patronus, non tamen aliquid insinuat, quando adest ejus consensus. Nam tunc juxta communem * omnium Doctorum opi- 66
nionem non datur retentio, & quatenùs dicit in utroque casu præstari defensionem, etiàm invita parte, verum dicit suppositis terminis habilibus, scilicet; ubi causa retentionis adest, locum habet, non tamen quàndo vel à principio defecit, vel post modum per assensum patroni, seu litigantis & ordinarii reloluta fuit, & pervenit ad casum, à quo non potuit inchoari, qui consensu quandocumque interveniat, ubi non requiritur pro forma intrinseca, & solemnitate actus, quandocumque potest intervenire ad ipsius convalescentiam, cùm ad partis utilitatem petatur à jure, ut vulgare est, & latè probat Narbona *in l.* 10. *gl.* 3. *n.* 29. *& 27. tit.* 1. *lib.* 1. *Recopilat. in* 3. *tomo*, Surdus *cons.* 28. *n.* 123. *vol.* 1. Valençuela Velasquez *in cons.* 177. *à num.* 53. *& supra num.* 44. *tom.* 2. Imò nec Menchaca ipse in hoc articulo recursus præstandi invito oppresso locutus fuit absolutè, sed cum distinctione relativè ad superiora per se dicta, quidem indubiè juxta terminos hujus nostræ distinctionis intelligendus est, cùm verissima & juridica sit.

Quibus suppositis non obstant in contrarium adducta argumenta ad principium hujus * quæstio- 67
nis considerata; non primum, & secundum, quæ ambo ad idem tendunt, principale esse interesse partis, & vassallorum, in hac cognitione violentiæ, quibus respondetur, contrarium verius esse, imò principale interesse Regis esse, & ejus proprium officium, & Regaliam, ut clarè apparet ex his, quæ diximus in primo & secundo fundamento hujus secundæ partis.

Quatenus autem in dicto secundo argumento diximus, supplicationem ad Sactissimum, & ejus prosecutionem legitimam pertinere parti, cujus interest, non Regi; verissimum est * absque læ- 68
sione nostræ resolutionis certissimæ, ad quod duo tempora considera; primum, dum adest violentia, & super ea cognitio, quia ad illam sublevandam principaliter interest Regi, & Reipublicæ, ad

cujus tuitionem tenetur Rex obligatione officii Regalis, quæ violentia consistit in executione litterarum, eamque tollit Rex suspendendo eandem, & retinendo litteras, ne illis utatur interdum, quòd sua Sanctitas instructus, & informatus de inconvenientiis utiliùs provideat de remedio, & dum prosequitur supplicatio per suos legitimos tramites, ut suo loco latè diximus *cap.* 2. *à n.* 82. *cum multis seqq.*

Secundum tempus erit, postquam Senatus
69 decretum retentionis decernit * quia tunc parti cujus interest principale negotium incumbit, & tenetur supplicationem proponere, & illam prosequi, quia hoc pertinet ipsi parti, & non Regi, uti fusius probavimus ex verbis Bullæ in Cœna Domini, superius *dict. cap.* 1. *à num.* 82. Item similiter sicut dicimus de primo genere violentiæ, quando à Judice interponitur appellatio, qua non obstante suam vult violenter * sententiam exequi, ob quod recurrit oppressus ad Senatum pro ejus delatione, & executionis sententiæ suspensione, interim dum ipse oppressus recurrit ad superiorem Ecclesiasticum in prosecutione suæ appellationis, quam ipse & interponere, & prosequi tenetur, non Rex & ejus Senatus ad quam solummodo pertinet suspendere violentam sententiæ executionem, ad effectum prosequendæ appellationis, quia hoc modo illa vis sublata dicitur, non aliter, quòd principaliter interest Regi ipsi: tamen prosequi ipsam appellationem (cui Senatus decernit deferendum) ad partem recurrentem, & quæ illam emisit, spectat, non ad Regem.

Nec obstat tertium, quo dicitur, sicut à prin-
71 cipio fuit * liberæ voluntatis partis non uti hoc extraordinario, & salubri remedio; ita, postquam illo usus fuit, ab eo liberè discedere: cui dupliciter respondetur; quòd quando neutra pars illo uteretur, liberum esset Fiscali Regio illud proponere pro publica utilitate, & quiete Reipublicæ, ne ex violenta executione scandalum patiatur, & sic pro interesse Regis immediato, & Regni (observata distinctione de qua supra) & quemadmodum à principio illo potuit Regius Fiscalis uti absque partis interventu; eodem modo illud prosequi absque ea, ut supra latè probatum est.

Secundò respondetur, quòd licèt à principio fuerit voluntarium remedium proponere partem;
72 * tamen post illius pendentiam effectus est necessarius, ex quo semel ex sua voluntate acquisitum fuit jus tertio; ita probat celebris text. *in l.* 1. §. *prodest quorum legatorum*, ubi Ulpianus in hæc: *Undè si quis capit quidem ex voluntate ejus possidere, postea verò voluntas non perseverat, nihil noceat, quia semel possidere cepit ex voluntate;* ubi Glossa verbo, *Quia semel, pro eadem parte adducit legem si tamen, in fin. ff. ad Macedonianum, sicut, C. de action. & obligat.* §. *religiosum verò alienum locum instit. de rerum divisione*, ex quibus deducitur axioma, quod à principio fuit voluntarium, ex post facto fit necessarium.

73 Multa enim à principio * cuipiam voluntaria sunt in judicium deducere, à quibus post deducta, non potest discedere absque consensu alterius partis, cui ex suo facto jus fuit semel adquisitum, ut probant Decius *in l. id quod nostrum*, per textum ibi: *ff. de reg. juris*, & ibi Cagnolus *nu.* 15. Baldus *in l. cum à socero* (qui est bonus textus) *C. de jure dotium*, Guillelmus Benedictus *in cap. Raynutius, in verbo. Fideicommissaria substit.* 23. *fol.* 63. *de testamentis* Marcus Antonius Marsil. Colum. *in tractatu de Ecclesiasticis redditibus, cap.* 26. *n.* 17. Menochius *in cons.* 489. *n.* 22. *lib.* 5. Villalobos *in communi. opinion. littera F, n.* 65. Suarez *allegat.* 19. *num.* 5. Thomas Nonus *cons.* 9. *nu.* 19. Fabius de Anna *consil.* 32. *num.* 1. Schrader *in Miscellan. cap.* 4. *num.* 6. Grassis *de effectibus Clericatus, effectu* 1. *à num.* 511. & versum, qui duo ultimi dicitur, quod si is, ad cujus * petitionem citatio 74
admissa est, renuntiaverit citationi ipsi, postquam per intimationem ad notitiam citati pervenit non poterit, cum semel jus tertio acquisitum fuerit ex citatione executa, per *l. fin. ff. de pactis, l. post perfectam, C. de revocandis donationibus, l. post mortem.* §. *final.* & ibi Bartol. *ff. de bonorum possessionibus contra tabul.* Sicut nec appellans poterit renuntiare appellationi à se jam interpositæ in præjudicium partis * appellatæ renitentis, Bald. 75
in l. postquam lite C. de pactis. Bartoli *in l. si quis libellos, C. de appellationibus, & in l. per hanc, col. fin. C. quando provocare.* Abbas *in cap. ex part.* 2. *de rescriptis, & in cap. interposita,* §. *illedenique, de appellationibus.* Nec dilationi jam obtentæ potest
* una pars in alterius præjudicium renuntiare, 76
Bartolus & Jasson. *in l. si arrogatur, ff. de adoptionibus*, idem Bartol. *in l. retenda, C. de tempor. in integrum restitut.* idem Baldus *in dict. l. postquam lite.* Grassis *de effectibus Clericatus. effectu* 2. *num.* 60. ubi plurimos citat Doctores, & ipse *in effectu* 1. *num.* 423. *& seq.* qui *num.* 425: Idem dicit in rescripto ab alio * impetrato, ut post jus ex 77
eo alteri quæsitum, non potest impetrans renuntiare, ubi alios Doctores allegat, ad quod etiam vide Rotam *in una Salmant. pensionum* 13. *Januarii* 1584. adductam per Marchetanum *de commissionibus in particular. part.* 1. *lic.* 3. *fol.* 172. *num.* 4. qua dicitur: quod commissio impetrata ab aliquo pro jure particulari, * non tamen publico, non 78
efficitur communis colitiganti ante citationem illi factam; imò re integra potest ea non uti, & pœnitere, & parte invita renuntiare, plurimos citat, & latè prosequitur, iterum Rota ipsa dicit, procedere, etiamsi commissio contineat aliquid ad commodum alterius tertii, quod variabile quidem * 79
est re integra, & dependet à voluntate, & usu impetrantis, expressè tenent Ancarran. *in cap. ex conquestione. numero* 9. & ibi Immola *numero* 9. Hostiens. *col.* 2. *in fin.* Joannes Andreas *col.* 2. *in fin.* Putri. *num.* 13. Abbas *numero* 1. *de restitut. spoliator.* Et quando rescriptum * efficiatur com- 80
mune, ut iterum renuntiari non possit altero invito, pulchrè Felinus *in rubr. de rescriptis, nu.* 9. Scaccia *de re judicata, glos.* 4. *quæst.* 4. *n.* 51. *fol.* 120. *& glos.* 14. *q.* 25. *à n.* 6. *cum seq. & num.* 59. *&* 60. *fol.* 619.

Item Clericus conveniendo laicum coram sæcu-
lari tenetur * pati reconventionem à laico oppo- 81
sitam, nec poterit illam evitare, renuntiando suæ petitioni, quia semel fuit alteri ex ea jus quæsitum, in cujus præjudicium nihil prodest renuntiatio, Affictis *dec.* 173. *num.* 4. & 5. Maranta *in prædican. 4. part. distinct.* 6. *de mutuis petition. nu.* 55. Menochius *de arbitrariis, q.* 44. *num.* 6. Marcellus Cala. *in tractatu de modo artic. & prob. glos.* 1. §. 1. *nu.* 46. Vincentius de Franchis *decis.* 193. *num.* 2. Lanfranc. Balb. *decis. n.* 64. Horatius Carpan. *super statut. Mediolanen. part.* 1. *capitul.* 44. *n.* 95. Caravita *super ritibus mag. cur. rita* 67. *n.* 8. Nicolaus Carbon. *in practicarum lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 105. Tepatus *lib.* 1. *tit. de reconventione, versicul. Actor. si vult.*

Quæ doctrinæ limitantur, * ut non proce- 82
dant quando re integra à petitione desistat pars, quia tunc cum jus non sit quæsitum adhuc parti

adver-

adversariæ; valet renuntiatio, plurimos Doctores laudat, & latè prosequitur Grassis *de effectibus Clericat. effectu* 1. *à n.* 749. & amplissimè etiam *à nu.* 462. *& seq.* ubi etiam plurimos Doctores congerit.

73 Et de exceptionibus seu actionibus semel propositis, † quibus re integra pars renuntiare potest, antequàm jus sit quæsitum adversario, vide Cancerium *variarum resolut.* 2. *part. cap.* 13. *de reconventione, à num.* 27. *&* 28. & iterùm *cap.* 15. *de renuntiatione, à n.* 177. *cum seq. l.* 3. latè etiam Matienço *in l.* 12. *glos.* 2. *à n.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopil. fol.* 388. Alexander Ludovisius *decis.* 582. *num.* 5. Joan. Baptista Costa *in tractatu de re integra, distinct.* 97. *n.* 3. *& de remed. subsidiar. remed.* 16. *n.* 8. Paulus Callera. *de renuntiatione, centur.* 1. *renuntiation.* 18. *n.* 13.

84 Generalis enim vera est conclusio, quòd renuntiatio † non valeat in præjudicium juris alterius; & quando ex tali renuntiatione inferri potest alteri præjudicium, ut hujus conclusionis varia exempla reddunt Thomas Sanchez *in præcept. Decalogi. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 81. *&* 29. Barbosa. *axiom.* 135. *n.* 13. Sarabia *de jurisdictione ordinar. quæst.* 7. *n.* 5. *&* 6. Novarius *in praxi electionis fori, quæst.* 7. *à num.* 14. & insuper videndi sunt Zevallos *in contra commun. quæst.* 249. *per totam*. A. *part.* Gratianus *disceptat. forens. tom.* 1. *c.* 332. Castillo *controversiar. lib.* 4. *c.* 5. *per totum*. *&* 5. *tom. cap.* 68. *per totum.* Marta *de jurisdictione* 4. *p. centuria* 2. *casu* 118. *à n.* 8. Parladorius *in sesquicentur. differentia* 121. Gutierrez *practicarum quæst.* 65. Flores de Mena *in additionibus ad Gamam. decis.* 8. *sub n.* 2. & è principio Matienço *in l.* 2. *glos.* 5. *n.* 12. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopilation.* & ad materiam *l. cum à socero*, 7. *C. de jure dotium.* vide Castillum *controversiar. tom.* 6. *cap.* 119. *n.* 12. *in fin. n.* 13. qui omnes Doctores plurimos & infinitos alios allegant in variis materiis.

CAPUT XII.

De Regalia Principis in divisione aut dismembratione Provinciarum, nec non generum causarum Bullarum retentionem attingentium; inter supremum Concilium, cæterasque Cancellarias.

Et an, & qua via in istis queat cognosci de causis tangentibus conservationem, & executionem sacri Concilii Tridentin. alias supremo Senatui specialiter reservatis.

SUMMARIUM.

1 *Ad Supremum Regis Consilium cæterasque Cancellarias, & Regales Audientias pertinet cognitio omnium generaliter violentiarum, quas Judices Ecclesiastici inferunt.*

2 *Regalia est principi reservata, creare Senatus, & Magistratus.*

3 *Princeps potest Senatus, & Magistratus creatos augere, vel minuere.*

4 *Etiam ad libitum suæ voluntatis, & sine causæ cognitione.*

5 *Nec requiritur in moderatione hæc citatio, cum pendeat à mera gratia Principis.*

6 *Regalia Principis est dividere Provincias, dismembrare assignatas, & aliis Tribunalibus unire.*

7 *Provinciarum divisionem cùm sit à jure Civili introducta, alterare & mutare potest Princeps, faciendo de duabus unam.*

8 & 9. *& Terminorum publicorum affixio, & divisio est de Principi reservatis.*

10 *Exemptio Vicorum, seu locorum ab aliqua Civitate ad Regem pertinet, & loco exempto assignare.*

11 *Sicut ad Papam pertinet Ecclesias, & Parochias quoad spiritualitatem dividere, ita & ad Principem dividere Provincias, territoria, & jurisdictiones quoad temporalitatem.*

12 *Princeps Ecclesiæ Papa potest Diœcesim separare, & unam alteri inferiori Prælato supponere.*

13 *Papæ ampla est potestas in constitutione novi Episcopatus per dismembrationem aliorum Diœcesium.*

14 *Ad Papam solum pertinet dividere Diœceses inter Prælatos Ecclesiasticos.*

15 *Dismembratio Diœcesium, divisio, aut unio Papæ soli pertinet in genere supremæ potestatis.*

16 *Regalia Principis est in genere supremæ potestatis & jurisdictionis dividere Provincias quoad temporalitatem.*

17 *Philippus Quartus Hispaniarum Rex dedit Regno Galleciæ votum in comitiis illud dismembrans à Civitate Cameræ, quæ præcario destinebat à dicto Regno.*

18 *Rex jure suæ Regaliæ divisit Provincias inter suas Cancellarias, ut quælibet agnoscat de quibus violentiis Judicum Ecclesiasticorum cognoscere valeat.*

19 *Retentionis Bullarum causas omnes ob derogationem jurispatronatus laicorum, aut Regis, &c. consilium supremum remittit ad Cancellarias, aliasve Audientias Regias ex lege Regni.*

20 *Quod ita dispositum fuit ad exonerationem supremi Consilii totius Regni regimine occupati.*

21 & 22. *Tribunalia separantur ad faciliorem litium expeditionem.*

Iis exceptis violentiæ negotiis quæ Rex peculiaribus respectibus motus retinenda in Concilio ordinaverit, ibid.

23 *Leges Regiæ tractantes de remissione causarum retentionem Bullarum ingentium in Concilio regio quotidie practicantur.*

24 *Leges Regiæ disponentes super remissionem causarum Retentionis Bullarum non procedunt per inhibitionem Consilii Regii, sed consulendo ejus exonerationi.*

25 *Remissio causarum pertinentium ad Bullarum retentionem nequit peti post latam primam sententiam in Consilio supremo.*

26 *Cancellariæ, & cæteræ Regiæ Audientiæ penitus sunt inhibitæ, nec de violentiis tangentibus observationem, & executionem Concil. Trident. cognoscant quæ sunt reservatæ privativè Consilio supremo.*

27 & 28 *Violentiæ causæ tangentes observationem Concilii Tridentin. & aliæ Judicum Ecclesiasticorum quorumlibet in Curia existentium examinantur in aula regiminis, cæteræ omnes ad Cancellarias, & Audientias pertinent.*

29 *Rex plenissimam habet potestatem, qua nemo uti potest absque Principis authoritate.*

30 *Rex*

30 *Rex suæ Regaliæ virtute potest ad libitum genus aliquot causarum & personarum ab uno eximere Tribunali, & alteri dare.*

31 *Princeps potest potestatem uni concessam moderari, & ne de aliquo genere causarum in aliquo Tribunali cognoscatur.*

32 *Dismembratio cognitionis causarum ab uno Tribunali provenit ex Regalia Principis.*

33 *Princeps ex sua Regalia potest Senatum de novo creare, moderare, aut tollere erectum.*

34 *Tribunalia ex gratia Regis, & præcario habent potestatem, quam ipse minuere, dividere, & alteri applicare potest.*

35 *Præcario possideri præsumuntur, quæ ad Regem spectant.*

36 *Præcarium, & gratiam suam potest Rex modificare maximè ex justa causa.*

37 *In judicio gratiarum lis aliqua non requiritur.*

38 *Regalias Principi reservatas nemo exercet, nisi sibi à Principe sit concessa.*

39 *In Regaliarum generali concessione non veniunt Principi reservata.*

40 *Cancellariæ (ultra Regale Consilium) nequeunt se directè intromittere in causis tangentibus executionem Concil. Tridentin. etiam de partium consensu.*

41 *Lex Regia* 82. *Inhibens Cancellariis circà violentias tangentes executionem Tridentin. habet clausulam avocativam, & abdicativam, in qua solus consensus Principis operatur.*

42 *Princeps committens causam ad aliorum jurisdictionem pertinentem, illis interdicere videtur.*

43 *Magistratui speciali quantùm datum est, tantùm de generali jurisdictione aliorum detractum censetur, in quo locus est prævention.*

44 *Regula quòd jurisdictio censetur data accumulativè, non privativè; quas patiatur exceptiones, remissivè.*

45 *Voluntas Regis nolentis quòd Tribunalia habeant cognitionem accumulativam cum Consilio Supremo in causis executionis Trident. Concil. clarè patet ex l.* 81. *cùm disponat abdicando, vetando, & inhibendo illis.*

46 *Agitur latè de singulari intellectu & declaratione l.* 82. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recopilation. loquentis de inhibitione Cancellariarum circà violentias tangentes executionem Tridentin. & sequentibus.*

Dicta lex 82. *non procedit absolutè in omnibus violentiis causatis ex dispositione Trident. sed tantùm quando directè recurritur pro observatione & executione ejusdem, declaratur, ibid.*

47 *Si coram Judice Delegato apponat pars aliquam exceptionem provenientem ex dispositione Tridentin. & à non admissione, vel rejectione appellet, cui Judex nolit deferre, potest licitè ad quælibet Tribunalia recurrere, & obtinere decretum vim fieri deferat, & reponat.*

48 *Et de ratione, & sequentibus.*

49 *Cùm Prætor unum ex pluribus judicare vetat, cætera concessisse videtur.*

50 *Flores de Mena cautè legendus, & Augustinus Barbosa dicentes, quòd ji à Judicibus Apostolicis appelletur, quia procedunt in prima instantia, dari in Cancellaria decretum, vim fieri, & causam remittet Ordinario.* & 51.

52 *Dicta l.* 81. *Recopilation. quæ anniversaliter omnes violentias tangentes conservationem Concil. Trident. prohibet Cancellariis, interpretatur, & declaratur; & seq.*

53 *Verba dispositionis quantumvis universalia declarantur, & restringuntur ad terminos qualitatis adjectæ.*

54 *Retentionis Bullarum casus omnes dupliciter per viam violentiæ ad Tribunalia deferuntur; aut petendo directè retentionem earum, aut decretum violentiæ ut executor deferat appellationi à gravamine illato emissæ.*

55 *Verba legis debent intelligi simpliciter, non secundùm quid.*

56 *Cancellariæ, (ultrà Concilium Regium) an uti queant decreto violentia, de conocer, y proceder, remissivè.*

Et quando cumulantur remedia retentionis, & querelæ ob negatam delegationem appellationis, an ad Cancellariam possit recurri in casibus tangentibus executionem Concilii, & nunquid quoad omnia teneatur remittere Concilio Regio, & quo genere decretorum tunc uti queat, ib. remissivè.

57 *Tribunalibus inferioribus utile est scire quando lædatur prima instantia ordinarii, ut facilius cognoscant, an sit deferendum appellationi à Delegatis interpositæ.*

AD hoc Consilium Supremum, necnon † cæ- 1
teras Cancellarias, & Audientias Regias universaliter pertinere omnium violentiarum à quibuslibet Judicibus Ecclesiasticis commissarum cognitionem, nemo ambiget (nonnullis tamen exceptis negotiis, de quibus *in tractatu de Regia protect.* 1. *part. c.* 2. §. *fin. per totum*) & per consequens retentionis Bullarum cognitionem, cùm ejusdem qualitatis sit, & ab eâdem origine derivetur, ut sæpè diximus, pariformiter pertinere, leges Regiæ in singulis audientiarum regalium titulis contentæ, ususque notissimus testantur, peculiaribus tamen rationibus justissimè moti Reges ad Cancellarias, & Audientias Regias quasdam Bullarum retentionis causas remisere, quasdam verò ab illis avocatas supremo huic Senatui reservarunt, & de singulis statim erit tractandum.

Sicut enim Principis supremi Regalia est, Sena- 2
tus, & Magistratus † creare, sitque de his quæ Principi reservata sunt, in signum supremæ Majestatis, *c.* 1. *quæ sint Regalia*, & cum Resturio, Cassaneo Grammatico Moria, Avendano, Covarruvias Aviles, Didaco Perez, Azeved. Bobadilla, & aliis plurimis latè probat, & prosequitur Mastrillus *de Magistrat. tom.* 1. *l.* 1. *c.* 1. *à n.* 1. *cum seqq.*

Et sicuti etiam potest Senatus & Magistratus creatos augere, vel minuere, ut docet Thesaurus † *in proœmio decis. n.* 22. & ibidem Gaspar. Thesaurus Filius, Menoch. *consil.* 17. *per totum*, Mas- 3
trill. *de magistratibus, lib.* 1. *capit.* 1. *sub n.* 6 *tom.* 1. Joannes Jacobus Maurus *allegat.* 18. ubi etiam quid stante privilegio, suæ namque principis potestatis est Magistratus, & Tribunalium jurisdictionem moderari, aut auferre, *l.* 2. *ff. de origine juris*, Suarez *allegat.* 12. *num.* 56. Rota *decis.* 297. *num.* 3. *part.* 2. Valençuela Velasque *cons.* 85. *n.* 8. Etiam ad libitum, † & sine causa, Faber *in l. jus-* 4
sio, C. de Judæis, Felinus *in cap. novit, num.* 11. *de Judicis*, Ruinus *cons.* 230. *n.* 9. *volumin.* 1. Molina *de primogeniis lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 8. 16. & 17. Conradus *templo judic. lib.* 1. *cap.* 1. §. 4. *numer.* 5. Gironda *de gabellis*, 1. *part. num.* 15. Sixtinus *de regalibus, lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 9. Guttierez *de gabellis quæst.* 92. *num.* 5. Rosent. *de feudis capitul.* 3. *concluf.* 21. *num.* 3. Petrus Anton. à Petra *de Princip. potestat. capitul.* 24. *num.* 227. Gabriel.

Com-

commun conclus. tit. de jure quæsito non tollend. conclus. 7. nu. 9. Giurba *cons.* 59. *à nu.* 27. Ubi in fine post plures alios, quos allegat, inquit, quòd
5 in hac * moderatione, aut ablatione non requiritur causa, cum hæc pendeat à mera voluntate Principis. Atque etiam quia judicium est gratiarum, in quo non tractantur lites.

Ita etiam dividere Provincias, unire; & dismembrare aliquando assignatas *
6 cuilibet Tribunali, & Magistratui, quia hoc ad Principem tantum pertinet tanquam ipsius Regalia, text. est *in l. unica, C. Metropoli Beryto.* Auth. *ut judices sine quoquo sufragio, §. illud, l.* 1. *tit.* 1. *part.* 2. Et ibidem Gregorius Lopez, verbo, *Partir*, & est text. formalis, & expressus (cujus nullus ex laudatis Doctoribus meminit) *in cap. quod translatione* 4. *de officio legati.* cujus sunt verba: *Quod translatione (& infr.) licet in Regno Siciliæ generalis sit tibi commissa legatio, ad eam tamen sine speciali mandato nostro non debuisti manus extendere, quæ in signum privilegii singularis sunt tantùm Summo Pontifici reservata: & si quædam ex his quæ de speciali concessione sæpè fuere Legatis indulta, ut illorum videlicet absolutio; qui propter sacrilegas manuum injectiones in Clericos, incidunt in Canonem promulgata sententiæ, videantur ex ipso legationis officio jam licere legatis: an existimas, quia vices nostras tanquam legato, sibi commisimus exequendas, quod Panormitan. Ecclesiam possis subjicere Messanensi, in illam præficeres illi, concesso sibi privilegio Primariæ, an putas ex eadem causa tibi licere, duos Episcopatus unire, vel unum dividere sine licentia speciali?* Paulus de Castro *in l. ex hoc jure, numero* 4. *de just. & jur.* Jaff. *in l. si eadem, de officio Assessoris*, Josephus Altogadus *inter Consil. Italiæ, part.* 3. *cons.* 44. *num.* 18. *versic. Princeps enim*, Ponte *cons.* 57. *num.* 8. Camill. de la Rote *cons.* 3. *numero* 10. Læseus *de jure universitatis* 1. *part. cap.* 2. *n.* 9. ibi: Hinc se-
7 quitur, ut Princeps, seu Imperator * hujusmodi provincias, à jure civili introductas possit tollere, dividere, & unire ad sui libitum, faciendo de duabus provinciis unam, & de una duas, *l. si eadem, ff. de officio Assessoris, §. sed naturalia instit. de jure natural. gent. & civil.* Bartol. *in l. unica, num.* 6. & 10. *C. de Metropoli Berito.* (aliud est in Regnis distinctis & divisis jure gentium, ut Læseus ibid. *num.* 6. post alios) idem etiam probat Brixianus *in tract. de finibus Regundiæ, cap.* 2. *n.* 11. in hæc: Erit advertendum secundùm Laur. Calcan. *in cons.* 90. *quia ista quæst. n.* 7. & 15. * Quod spectat ad
8 Principem, vel Senatum, qui vicem Principis gerit, affigere terminos regnorum, territoriorum, diœcesium, parrochiarum, & plebonatuum, argument. *l. quod Principis, ff. de aqua pluviâ arcend. & c.* 1. 80. *distinctione, cap.* 13. *q.* 1. & *l. diem functo, ff. de officio Assessoris*, & cum pluribus concordantibus ibi per eum traditis, & sic terminorum publicorum affixio est de reservatis Papæ, & Principi in signum universalis Imperii quia ad eos solùm spectat dividere totum Orbem, &c.

9 Probant etiam hanc conclusionem Craveta * *cons.* 411. *numero* 20. Socin. Junior. *cons.* 91. *n.* 4. *in lib.* 2. Menoch. *cons.* 264. *à numero* 63. Alvarus *cons* 61. *num.* 13. Peregrin. *tract. var. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 105. Giurba *cons.* 89. *num.* 3. Gregor. Lopez. *in l.* 2. *tit.* 1. *p.* 2. *verbo, De partir los terminos*, Matienço *in l.* 4. *glos.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopilat. fol.* 290. à tergo, ibi: Quemadmodum assignatio, & divisio terminorum, & provinciarum Regni Castellæ ad Regem spectat, *ut in l.* 2. *tit.* 1. *part.* 2. ibi: E solo es otrosi poderoso de partir los terminos de las Provincias, y villas, *l. si eadem, ff. de officio Assessoris, l. unic.* & ibi Bartol. *C. de Metropoli Beryto.* Bald. *consil.* 31. *lib.* 1. *col.* 4. Gregor. Lopez *l.* 2. *in verb. De partir*, Avend. *de mandatis exequendis, cap.* 1. *numer.* 2. *versicul. Si verò dabantur, & versicul. Et quia assignare*, Socin. *cons.* 86. *in principio, lib.* 1. Ita & exemptio * vi- 10
corum, seu locorum ab alia civitate, cui priùs subjiciebantur, ad eundem Regem pertinet, poterit itaque terminos civitati concessos Rex ipse dividere, & loco exempto assignare, & privato cuidam donare ea causa *in dict. l.* 2. *in fin. &c.*

Idem etiam affirmat Boerius *in cons.* 74. *numero* 28. qui *numero* 1. ita argumentatur; sicut * 11
Papæ Principi Ecclesiastico permissum est, Ecclesias, & Parochias quoad spiritualitatem dividere, *cap. vacante, cap. significatum, de præbendis cap. ad audientiam de Ecclesiis ædificand.* ita & Principi sæculari dicetur licitum esse dividere Provincias, territoria, & jurisdictiones, quoad temporalitatem, argumento tex. *in cap. duo sunt, & in cap. Imperator.* 96. *distinctione*, &c. Cùm enim solus ipse universalis * Ecclesiæ 12
Pastor & Princeps potest diœcesim separare, & illam alicui Abbati, seu inferiori Prælato supponere, Hostiens. *in cap. cum contingat.* 1. *numero* 1. *de foro competent.* ubi Butrius *numero* 11. *versicul. De consuetudine*, Panormitan. *num.* 18. & Billim. *num.* 15. *versicul. tamen certum est*, Rota *decis.* 324. *num.* apud Farinacium *part.* 1. *in recent.* Barbosa *de officio & potestat. Episcop. tom.* 2. *allegat.* 50. *num.* 5. Atque etiam * quàm 13
ampla sit, & absoluta potestas Summi Pontificis in constitutione novæ Sedis Episcopalis per dismembrationem aliarum diœcesum, probat *cap. præcipimus* 53. *in ordine* 16. *quæst.* 1. Et ibi præ cæteris Turrecremata *vers. Non etiam Consilium, glos. verb. Pertinere, in cap. sicut unire de excessibus Prælatorum*, ubi Hostiensis *num.* 1. Zabarel. *num.* 3. & Anchharran. *num.* 1. Selva *de benef. p.* 2. *qu.* 3. *n.* 10. & eleganter Lotterius *in tractatu de re beneficia. lib.* 1. *quæst.* 11. *à princip. & numero* 33. *cum sequentibus, & num.* 44. *cum seq.* Cardinalis Paleotus *de sacrar. consistor. consultat. part.* 1. *quæst.* 3. *in responso ad tertium argumentum*, ubi declarat, an sit de necessitate coactiva Consilium Cardinalium, & Barbosa *de officio Episcop. tom.* 2. *allegat.* 5. *sub num.* 5.

Et quòd ad solum Papam Ecclesiæ Principem pertineat dividere diœceses, & provincias, * in- 14
ter Prælatos post Hostiens. Abbat. & Bellam. probat novissimè ipse Barbos. *in tractat. de jure Ecclesiastic. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 2. ubi testatur, ita fuisse dictum *in Constantien. jurisdictione coram R. Altrevatens. impressa decis.* 324. *num.* 1. *p.* 1. *recent. & in Calagurritan. jurisdictionis* 16. *Junii* 1606. *coram eodem, & in Bulgi sancti sepulchri jurisdictionis* 13. *Martii* 1626. *coram Burato* in ejus impressa *decis.* 260. *num.* 1. & est text. *in cap. quòd translatione* 4. *de officio legati.* superiùs citatus, *numero* 6.

Et quòd hæc dismembratio, & divisio, seu unio diœcesum pertineat ad solum Papam in signum * supremæ potestatis, tenet Hostiens. *in* 15
cap. cum contingat, n. 1. *de foro competent.* sequuntur ibi Joannes Andreas *sub n.* 4. *vers. Alii dicunt* Butrius *sub n.* 21. *vers. Si quæratur an habeant territorium* & Abb. *sub num.* 18. Barbosa ubi proximè citatus. Qui tamen non allegant *d. cap. quod translatione*, cùm sit expressus.

Pariformiter hæc regalia pertinet * ad Prin- 16
cipem temporalem solum, in signum supremæ

potes-

potestatis, & jurisdictionis, ut argumentatur Boerius supra citato loco, *num.* 11 & expressè etiam probat Hieronymus de Monte Brixia *in tractatu de finibus Regundiæ*, *cap.* 2. *num.* 11. post Calcaneum, Peregrin. *tractat variar. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 105. Marius Giurba *conf.* 89. *nu.* 3. & cæteri etiam probant citati Doctores à principio hujus capitis, dùm affirmant, hoc ad solum Regem pertinere, & est expressa *d. l.* 2. *tit.* 1. *p.* 2.

17 Et nostris vidimus temporibus, * invictissimum Philippum Regem IV. (cognomento Grandem) cùm primum regnare cœpit, hac fuisse Regalià usum, dando Regno Galleciæ (nobilissimæ patriæ nostræ) votum in comitiis Regiis, dismembrando illud à civitate Zamorensi, quod diù precario à dicto Regno incuria, & negligentia majorum nostrorum possidebat, seu potiùs detinebat, & insuper illud per executoriales à dicta civitate evicit, & nunc possidet, & proficiat.

Ac ideò in executionem hujus Regaliæ divisit
18 provincias * inter Cancellarias Regias juxta *l.* 2. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recopilat.* quo ad causas violentiæ illatæ à Judicibus Ecclesiasticis disposuit *in l.* 39. *eod. tit. & libro;* ibi: Otrosi, porque suele suceeder diferencia à qual de las Audiencias han de ir los processos que se mandan llevar por via de fuerça, quando los Juezes Ecclesiasticos que proceden estan ò residen allende, ò quen de tajo, avemos por bien de declarar, y declaramos, que los tales processos vayan à cada una de las dichas Audiencias, de baxo de cuyos limites estuviere el Juez Ecclesiastico, &c. de qua latiùs Nos *in tractatu de Regia protect.* 1. *part. cap.* 2. §. 4. *per totum.*

Et juxta hanc legem unaquæque Cancellaria se debet continere intra limites sibi per eam assignatos, etiam consonat *l.* 1. *ff. de officio præfecti urbis*, ibi: *Quidquid igitur intra Urbem amittitur, ad Præfectum Urbi pertinere videtur, sed & si quid intra centesimum milliarum admissum ad Præfectum Urbi pertinet. Sed si ultra ipsum lapidem egressum est, præfecti Urbi notio non est.*

Pariformiter etiam in his in quibus versamur
19 terminis, retentionis videlicet Bullarum, * peculiari ratione inductum fuit, ut omnes causæ pertinentes ad retentionem prædictarum Bullarum ob derogationem jurispatronatus laicorum, aut Regis, necnon beneficiorum patrimonialium, seu aliorum quæ extraneus horum Regnorum impetraverit, & similium, remittuntur statim ad Cancellarias, & alias Audientias Regias juxta quarumlibet destrictum suum, probat *l.* 21. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopilat.* ibi: Mandamos à los del nuestro Con-
20 sejo, porque esten * libites, para entender en la justicia, y governacion destos nuestros Reinos; que todos los pleitos que ante ellos estan pendientes ò vinieren de nuevo sobre, &c. Y sobre beneficio patrimoniales y Ecclesiasticos, que ante ellos estan pendientes, y vinieren de aqui adelante; los remitan luego à las nuestras Audiencias, adonde pertineciere el conocimiento dellos, exceptos los pleitos, que por ellos estuvieren sentenciados los en vista: y los otros que por algunos respetos nos pareciere que se deban retener en el nuestro Consejo, &c.

Apertius prædictam legem postmodum declara-
21 vit * *l.* 34. *tit.* 5. *de los Presidentes, y Oidores, lib.* 2. *Recopil.* in hæc: por la *l.* 21. *tit.* 4. *del Consejo Real desse libro:* Mandamos, que todos los pleitos patrimoniales, y otros Ecclesiasticos sobre beneficios se tratasse y conociesse dellas en las Audiencias; y agora mas breve expedicion dellos, mandamos, que los processos de pleitos Ecclesiasticos, y beneficios patrimoniales, y de patronazgo Real, y de legos, y los que tuvieren estrangeros, ò naturales por derecho de estrangero, y los de Calongias, Magistrales, ò Doctorales, que vinieren à las Audiencias, sevean antes y primero, &c. Conducunt *l. in nomine Domini*, ibi: *Civilium administrationem Judicis, & officia singulis Africanis Provinciis constituimus, C. de officio Præfecti Africæ, l. ult. C. ad leg. Jul. repet. l. fin. C. de officio Magistr. milit.* text. elegans *in l. cum filius* 76. *ff. de leg.* 2. ibi: *Divisis Tribunalibus*, & quæ ad eundem considerant Godofredus *in l.* 10. *de inofficioso testam.* Cujac. *lib.* 10. *observ. cap.* 10. Rebardus *lib. pro Tribunali*, cujus rationem reddit textus *in l.* 2. §. *noviissimè*, *ff. de origine jur.* ibi: *Nam Senatus non perinde omnes provincias regere poterat.* Et ponderatur text. in §. populo deinde aucto, ibi: *Et consules non sufficerent huic officio*, & §. *post aliquot deinde annos*, ibi: *non sufficiente eo prætore, quod multa turba etiam peregrinorum in civitate veniret, creatus est & alius prætor, peregrinus appellatus est, ab eo, quòd plerumque inter peregrinos jus dicebat.*

Et propterea ad exonerationem Senatorum hu-
22 jus Consilii Regii * hoc genus causarum aliis Tribunalibus remittitur, ne tantarum multitudine cæteris regiminis minimè deficiant, utque has facilius expediant, ut expressè pro motivo legitur *in dict. l.* 34. & similiter considerat Baldus in divisione loquens Magistratuum, & Tribunalium ad hunc finem *in l. unica*, §. *ubi autem n.* 6. *in fin. C. de caducis tollen.* Angel. *in l. testamenta omnia col. ad fin. C. de testamentis*, Aretin. *conf.* 104. *nu.* 1. idem Baldus *in conf.* 253. *n.* 2. *lib.* 5. & quod tribunalia separantur ob faciliorem litium expeditionem, probant jura superiùs citata, & Bald. *in d.* §. *noviissimè* Gotofred. Cujacius & Rebardus *ubi sup.*

Quæ quidem Regiæ leges quotidie practicantur in hoc supremo Consilio, ut statim quod
23 remissio * petitur in hoc genere causarum, Senatus illas remittit ad Cancellarias, seu Audientias Regias, ad quas juxta terminorum divisionem cognitio spectat, & in quo violentia commissa constat.

Et unum nota ex his legibus Regiis, præcipuè *ex d. l.* 21. quòd licèt disponant * super remis-
24 sione facienda harum causarum, consulto exonerationi Senatorum; non tamen consilio huic inhibent super cognitione earumdem, lex mandat remittere (ut fit multoties) sed non admittit potestatem cognoscendi.

Nota insuper, quòd ista remissio peti non potest,
25 postquam * Senatus hic primam sententiam definitivam protulit, expressè excipit *dict. lex* 21. ibi: *Exceptos los pleitos, que por ellos estuvieren sentenciados en vista*, indecens enim foret inferiora Tribunalia superioris sententiam labefactare contra omnem juris rationem vulgarem.

Ex hac etiam Regalia provenit, quòd * è con-
26 verso dispositum erat *in l.* 81. *tit.* 5. *de los Presidentes, lib.* 2. *Recop. in* 3. *tom. addito*, qua penitus inhibentur omnes Cancellariæ, & aliæ Audientiæ Regiæ, ne de causis tangentibus conservationem, & executionem sacri Concilii Trident. (cujus Rex noster protector est) reservatis dumtaxat huic supremo Consilio lateri ipsius Regis assistenti, quæ lex sic sit: *Mandamos que por agora, y en el entretanto*

Se provee, que en las nueſtras Chancillerias y Audiencias no ſe conozca por via de fuerça de las coſas tocantes à la execucion y complimiento de los decretos del Santo Concilio de Trento, y que quando las dichas cauſas vinieren a las dichas Audiencias, ſe remitan à los del nueſtro Conſejo, que tienen la Orden que en ello ſe ha de guardar. Hanc legem, licet obiter, exornat Narbona ibidem, & Baldeſius *in tr. de dignitate Regis Hiſpan. c. 1. per tot.* ubi quod harum cauſarum cognitio eſt privativa Concilii ſupremi ob earum gravitatem, Pater Henriquez *in 3. tom. ſummæ, de Pontificis clave, lib. 2. c. 15. §. 1.* cujus verba retulimus infrà *2. p. c. 2. à n. 22.*

Et de utroque caſu nempe *d. l. 1. & d. l. 81.* noviori *lege Regia 62. tit. 4. del Conſejo del Rey, lib. 2. Recop.* prope finem, in verſic. los negocios * ita providetur. Los negocios que ſe ofrecieren en materia del remedio de la fuerça, aſſi los que tocaren à coſas dependientes del Concilio, como de los juezes Eccleſiaſticos ordinarios, que reſiden en eſta Corte, iran à la Sala de govierno, y quando fueren las materias tan graves, que parezca al Preſidente, que conviene juntar para ver las la otra Sala de los cinco Juezes, lo podra hazer las demas coſas que ſe ofrecieren deſta genero en eſtos Reinos, iran à la Chancillerias * que tocaren, &c. Ex qua l. clarè colligitur, quod de omni genere violentiarum inter Judices Eccleſiaſticos exiſtentes in hac Curia Regia cognoſcit ſupremus hic Senatus, & quod in eiſdem non habeant locum, *dict. l. 21. & 34.* nec remiſſio earum ſit facienda ad Cancellarias, & alias Audientias Regias, quo caſu ſpeciali ceſſat earum diſpoſitio. 27 28

Cùm enim Rex ipſe pleniſſimam habeat poteſtatem, * Natta *conſ. 6. 36. n. 34.* Morotus *conſ. 15. n. 11.* nemo ea uti poterit, nec exercere abſque ſui Principis authoritate, text. *in cap. quod tranſlatione 4. de officio legati*, Bald. *in l. qui ſe patris, C. unde liberi*, Petr. Gregor. *de conceſſione feudi 1. p. q. 7. n. 4.* Cabedus *deciſ. 9. n. 1. & 2. p. 2.* Peregri. *conſ. 2. n. 1. & conſ. 3. n. 16. l. 1.* Camillus de Curte *d. verſ. feud. p. 1. §. 10. n. 7.* Jacobus Gallus *conſ. 125. n. 7.* 29

Quare ex ſua Regalia poteſt ad libitum aliquod genus cauſarum, * vel perſonarum ab uno Tribunali eximere & tollere, & alteri dare; *l. 1. §. cum urbem, ff. de officio præfecti urbis, l. judicium ſolvitur, ff. de Judiciis*; Caſſaneus *in conſuetud. Burgund. tit. des juſticiers, rubr. 1. num. 107.* Vel poteſtatem uti conceſſam moderare, * ne de aliquo genere cauſarum in aliquo loco tractetur, *l. 2. ff. de origine juris*, Bald. Salicet. & alii *in l. omnes, C. ſi contra jus vel utilitatem publicam*, Petrus Barboſa *in l. 1. art. 4. n. 111. ff. de judiciis*, Ruinus *conſ. 21. n. 9. lib. 5.* Pariſius *conſ. 1. num. 38. lib. 4.* Cancerius *variar. reſolut. l. 3. cap. 9. num. 37.* Menochius *conſ. 1156. n. 31.* Boſſius *tit. de foro competent. n. 49.* Peregrin. *de fideicomm. art. 52. n. 115. & de jure fiſc. l. 5. tit. 2. n. 54. & 56.* Marius Giurba *conſ. 86. n. 2. & 3.* ubi hanc * diſmembrationem, & diviſionem provenire dicit, ex Regalia Principis, ut ſuperius latiùs probavimus. 30 31 32

Ex hac Regalia meritò provenit, ut ſolus ipſe Princeps poſſit aut Senatum & Tribunal erigere * & creare; aut tollere vel in parte, vel in totum. Bartol. *in l. hoc Tiberius, & in l. 2 ff. de hæred. inſtituend.* Carolus de Graſſis *Regalium Franc. fol. 111.* Caſſaneus *in Catalogo gloriæ mundi, part. 7. conſiderat. 9.* Joannes Montaigne *de Parlament.* 33

& collation. Parlament. fol. 242. n. 16. Doctorum, Theſaurus *in proœmio dec. n. 10.* Caved. *dec. 85. n. 1. part. 2.* Caleſacto *in l. diem functo de officio Aſſeſſor. à n. 20. cum ſeqq.*

Atque etiam cum Tribunalia ipſa nomine Regis ex gratia, * necnon precario habeant poteſtatem; ad libitum ſui poteſt illam minuere & dividere, alterique applicare, Menoch. *de arbitrar. in ſcholiis ad qu. 55. num. 5.* optimè Petra *de poteſtate Princip. c. 29. num. 1. & ſeqq.* Et precario poſſideri præſumitur * quæ ad Principem ſpectant, Socin. *conſ. 2. n. 55.* Quare precarium, & gratiam ſuam in hac ſic conceſſa poteſtate, poteſt Princeps * moderare, maximè ex juſta cauſa motus, ita Baldus *in l. qui ſe patris, n. 10. verſ. in conceſſis, C. unde liberi*, Caſtrenſ. *conſ. 288. nu. 2. vol. 1.* Brunus *conſ. 97. n. 2.* Menochius *conſ. 1. n. 181. & in ſcholiis ad dictam qu. 55. num. 5.* Marent. *conſ. 109. à n. 25.* Belluga *de Principe, rubrica 26. §. 1. n. 3.* Giurba *conſ. 89. à num. 12.* Quoniam in judicio * gratiarum lis aliqua non requiritur, nec patitur natura negotii, ex Giurba locis citat. 34 35 36 37

Regaliam namque Principi reſervatam nemo exercet, * niſi ſpecialiter ſibi à principe ſit conceſſa, juxta text. expreſſum *dict. cap. quod tranſlationem de officio legati.* (quem allegant citandi) offendit Afflictis, *quæ ſunt Regalia, verbo, Et committentium, n. 18. & 46.* Farinac. *q. 118. §. 4. n. 4.* Giurba *conſ. 49. n. 6.* Ubi etiam, quòd nec generali regalium * conceſſione contineantur Principi reſervata, poſt Boſſ. Grammatic. Roſental, Sylvan. Roland. Oſaſcum, Franch. Menoch. Maſtrill. Sixtinum, & alios plurimos Doctores. 38 39

Quare Cancellariæ, & Tribunalia Regia inferiora * præter hoc regale Concilium nullatenus poſſunt ſe intromittere directè in hoc genere cauſarum, nec aliquam habent poteſtatem compellendi, ſeu adſtringendi ad obſervationem Concilii Trident. nec etiam de conſenſu partium, aut illarum prorogatione; quia cum hæc *lex* 21. habeat clauſulam abdicativam, ſolus Regis * conſenſus ad id eſt efficax, Abbas *in cap. ex tranſmiſſa. notab. 1. de foro competent.* Capitius *deciſ. 9. num. 15.* Franchis *deciſ. 417. n. 2.* Boerius *deciſ. 114.* Schrader. *conſ. 13. n. 251. & n. 252.* Sola *ad conſtitution. Sabaud. tit. de foro competent. gloſſ. ſubditos 1. n. 9. & 12.* Ruginellus *practicar. qu. 47. n. 26.* Giurba *conſ. 95. n. 14.* ubi allegat ad id Marſil. Aldovin. Cancerium, & Farinac qui omnes loquuntur in cauſis criminalibus abdicatis. 40 41

Quando igitur Princeps commiſit cauſam ad aliorum juriſdictionem pertinentem, videtur * eam eiſdem interdicere voluiſſe, prout frequentiſſimè apud nos inter Regios Conſiliarios, & Præfectos obſervari teſtatur Doctor Sahagun *in c. 1. de reſcriptis n. 39.* videndus & agnovit *gloſſa.* & Albericus, Paulus *n. 5.* Jaſſ. *in l. 1. n. 32. C. de ſacroſanctis Eccleſiis*, Decius *conſ. 99.* Socin. *conſ. 46. vol. 4.* Menoch. *de arbitr. q. 37. n. 22. & de præſumptionib. præſump. 18. lib. 2.* Quia tunc quantum * ſpeciali magiſtratui datum eſt, tantum de generali juriſdictione magiſtratuum aliorum detractum cenſetur, nec communis eſt juriſdictio, aut accumulativa, nec præventioni locus, ſed alter ſolus eſt judex, ut eleganter poſt Oſvaldum dixit Donell. *in l. legata inutiliter 14.* Menochius ubi proximè *n. 5.* Coler. *de proceſſu p. 2. cap. 1. n. 132.* Boerius *de juriſdict. cap. 8. nu. 34.* Modicius *§. plebiſcitum, dubio 2.* Zangerius *de exception. 2. p. cap. 1. num. 65.* Matthæus Stephan. 42 43

de jurisdict. lib. 1. *cap.* 26. *n.* 18. videndi latiùs post alios Menochius *de præsumpt. lib.* 2. *præsumption.* 18. Ponte *de potestat. Proregis, tit.* 27. *de abundan. civit.* §. 1. *à n.* 16. Cancerius *variar. lib.* 2. *tit.* 2. *n.* 199. Scaccia *de judic. criminal. c.* 66. *n.* 5. Caved. *decis.* 13. *n.* 2. *part.* 2. Manento. *cons.* 108. *n.* 9. Barbos. *in l.* 1. *articul.* 4. *à n.* 74. *& seq.* doctè Gratianus *decis.* 78. *à n.* 9. latè Decianus *cons.* 124. *n.* 13. *&* 14. *vol.* 3. Surdus *consil.* 335. *n.* 27. *&* 28. Menoch. *cons.* 279. *n.* 10. *volumin.* 3. Hondedeus *consil.* 62. *n.* 31. *vol.* 1. Prosperius Caravita *in ritu* 57. cum aliis, Joan. Baptist. Coccinus *decis.* 316.

44 Apud quos latè videbis, quas * patiatur limitationes text. *in lib.* 1. *C. de officio Præfecti*, qua constituitur regula, quod jurisdictio præsumatur data accumulativè non privativè, nisi ex præsumptionibus dispositionis, & deputationis aliter deducatur, ita ut, & inter alias illa sit potentior, & efficax: quando pater de voluntate Principis, voluisset jurisdictionem dare privativè, vide etiam Giurbam *cons.* 59. *n.* 22. *&* 23. *cum seqq.* Voluntas
45 enim Regis nostri nolentis quod * tribunalia habent cognitionem accumulativam in causis directè tangentibus observationem, & executionem Concilii Trident. cum Consilio hoc supremo, clarè patet ex *dict. l.* 81. cum disponat abdicando, vetando, & inhibendo juxta doctrinam de qua *n.* 40. *&* 41.

Sed ulteriùs in declaratione hujus *legis* 81. erit
46 insistendum, ut procedat * ejus dispositio, quando directè ad prædicta inferiora Tribunalia Regia recurritur pro Concilii Trident. complemento, & executione, vel alicujus ejusdem decreti, ut puta impetrantur litteræ à Sede Apostolica in derogationem primæ instantiæ ordinarii, eò quòd alteri Judici delegato veniunt commissæ: tunc hæ litteræ non possunt directè asportari ad prædicta Tribunalia, ut causa remittatur Ordinario, aut ut decretum in eisdem obtineatur, quod pars impetrans coram Ordinario ipso litteris gratiosis utatur, & sic de similibus, quæ in derogationem, & contraventionem ipsius sacri Concilii decretorum fuerint expeditæ & impetratæ, quoniam istius causæ cognitio prius est hujus Consilii Supremi ob negotii gravitatem ex l. 81. prout quotidie practicatur, quod & benè perpendit Narbona in eadem *l.* 81.

At verò quando jam Judex delegatus uti cæ-
47 pit * jurisdictione virtute commissionis non subscriptæ propria manu Sanctissimi, & adversarius contra quem impetratur, opponit coram ipso delegato exceptionem defectus jurisdictionis (cùm illa manifestè careat delegatus aut executor in prima instantia pertinenti ad Judicem ordinarium, ita ut processus delegati, vel alterius cujuslibet judicis sit nullus ipso jure ex hoc defectu jurisdictionis ex *cap. causæ omnes* 20. *session.* 24. *de reformat.* prout latiùs *hoc tractat.* 2. *part. c.* 3. *& seqq.* dictum est.) vel aliam putà legitimam exceptionem provenientem ex aliquo decreto ejusdem Concilii Trident. quam non admittat Judex delegatus, vel insuper ad ulteriora procedat: tunc pars ab hoc legitimo gravamine appellans poterit licitè, & indistinctè recurrere ad quælibet suprema Regia Tribunalia (sub cujus districtu Judex ipse sit Ecclesiasticus, vel executor, ut superiùs diximus) pro delatione suæ appellationis ob violentiam sibi illatam, ad finem obtinendi decretum *vim fieri*, *& reponi*, ut ipse appellans coram superiore Judicis cognoscentis de causa possit illam liberè prosequi, quod quidem licitè vi oppresso permissum est in hoc casu, prout in terminis ex Gundisalvo de Paz diximus, & legitimè probavimus *in tractatu de Regia protectione* 2. *part. cap.* 17. *à n. & seqq.* quod vide, cùm non sit exclusus hic casus à lege dicta, nec in ea inclusus, ideò præcisè iste tanquam omissus remanet sub dispositione juris communis, & aliarum legum Tribunalibus attribuentium generaliter omnium violentiæ causarum cognitionem, quia hoc in eis Tribunalia * ipsa non se intromittunt in executione 48
Concilii, & ejus observatione, nec decernunt causam remittendam Ordinario, sed dumtaxat in tollenda violentia consistente de per se, & extrinsecè in denegata delatione suæ appellationis, imò ex hoc decreto manifestè apparet, se non intromittere in observantia Concilii Triden. nec remittunt causam Ordinario, sed potiùs superiori Ecclesiastico ad quem fuit appellatum, ut declaret super ipsa exceptione declinatoria ex dispositione Concilii Trid. sicut in cæteris causis hujus generis quibus opponatur aliqua juris communis legitima exceptio. Et ita communiter practicatur in dictis Tribunalibus * Regiis, sicque casus violentiæ per 49
hanc viam intentatus & introductus in Tribunalibus præsentatus censetur in hac *l. cum solum* de violentiis tangentibus directè, & immediatè observationem, & executionem Concilii disponat, quoniam per alteram viam nec recurrens conqueritur in Senatu de inobservantia Concilii, sed tantum de denegata delatione suæ legitimæ appellationi, nec Senatus aliquid super observantia Concilii decernit; nec se intromittit super exceptione declinatoria, sed cognitione dumtaxat, an appellatio emissa sit legitima nec ne. Atque ideò hoc violentiæ genus non pertinet ad intentionem & finem prohibitionis, & ad casum exceptum specialiter *in dict. l. Regia*, sed tacitè permissum, quia
cum prætor unum * ex pluribus judicare vetat, 50
cætera videntur concessa, *l. cum prætor*, ubi latissimè Barbosa, *ff. de judiciis.*

Quare omnino cavendum erit, vel cautè legendus * Flores de Mena dum *in practic. quæst.* 51
lib. 1. *c.* 12. *num.* 9. (vel harum noviter editarum legum Regiarum immemor, vel fortè suo tempore nondum promulgatarum) firmavit, quòd si à Sede Apostolica judices impetrati procedant in prima instantia, à quorum processu appellat pars, & ad Cancellarias, & alia Tribunalia Regia recurrit per viam violentiæ; in eisdem declarari, *vim fieri*, & ordinario remitti causam, vel juvetur, judices reponere attentata, & appellationi legitimæ deferre. Quia primum decretum in his inferioribus Regiis Tribunalibus * non 52
datur stante expressa avocatione, & prohibitione dictarum legum, in secundo autem benè procedit ex hactenus per Nos deductis & comprobatis, & hæc nota ne decipiaris deinceps. Et ad hos eosdem terminos reducendus & declarandus erit Pater Henriquez de hoc tractans articulo, prout illum etiam declaravimus citatum infrà 2. *p. c.* 2. *à num.* 22.

Et eodem modo lapsus fuit August. Barbosa *de potestate Episcopi allegat.* 81. *sub. n.* 17. dum ejusdemmet Flores de Mena verba recensct (tacito tamen authore) quem libenter excusamus tanquam Lusitanum, nostrarum Castellæ legum expertem, & insuper in Romana Curia diù versantem, qui ob id facilè potuit illas ignorare, & incautè transcribere eo modo, quo perlegit, & invenit assertionem D. Flores de Mena, & eadem facilitate sequi illum.

Nec

Nec huic verè resolutioni obstant verba *d. l.* 81. dùm universaliter * tollentur prohibitæ omnes vio-
53 lentiæ tangentes Trident. decreta, ibi: *No se conozca por via de fuerça de las cosas tocantes à la execucion y complimiento de los decretos del Santo Concilio Trident.* &c. Quibus verè respondetur, quod verba (*que no se conozca por via de fuerça*) universalia non sunt simpliciter & absolutè appósita *in d. l.* 81. sed cum qualitate restrictiva, *tocantes à la execucion y complimiento de los decretos*, quod in hoc cognitionis violentiæ genere, nec directè nec etiam indirectè tractatur in Tribunali, sed tantùm de appellatione deferenda, ut hactenus diximus, quod est nullum diversum; quo casu nihil disponit *l.* 81. sed limitativè ad qualitatem adjectam, *tocantes à la execucion y complimiento de los decretos*, &c. Juxta plurimas, & singulares doctrinas huic conducibiles, quas in unum congessimus infra 2. *p. c.* 5. *n.* 4. *à n.* 6. *cum seqq.*

Ad quam qualitatem omnino restringenda sunt *d. l.* 81. verba, quia verba dispositionis quantumque universalia debent declarari, & restringi
54 * ad qualitatem adjectam & ad ejusdem adjuncti terminos imitari dumtaxat, ut post alios Doctores Petrus Surd. *in cons.* 179. *numero* 40. *&* 41. *lib.* 2. Hieron. Gabriel. *cons.* 30. *numero* 2. *lib.* 2. Cassanate *in cons.* 44. *numero* 29. Gutierrez *cons.* 1. *numero* 11. 13. 15. *&* 17. *& seq. & cons.* 2. *num.* 4. 5. 18. *& seq.* plurimos Doctores, & doctrinas congerit Castillo *controvers. tom.* 5. *cap.* 9. *à numero* 1. *cum seq.* ubi amplissimè de hac vera doctrina.

Nam cùm omnes retentionis casus possint dupliciter per viam violentiæ deduci in Tribunalia, principaliter petendo retentionem litterarum,* ob
55 contraventionem alicujus decreti Concilii Trid. ut nempè observetur, & exequatur, & non violetur cui casui directè conveniunt, & adaptantur dict. verba *l.* 81. *tocantes al complimiento y execucion de los*; secundo modo petendo decretum violentiæ, ut judex executor deferat & reponat, & simul etiam cumulari hæ duæ querelæ, ut latiùs sup. *cap.* 11. *per totum*, sequitur, ut lex 81. debeat intelligi in casu cui magis & congruè ejus verba adaptantur, atque simpliciter & directo, non in eo qui venit causativè, & secundum quid, quia verba legis debent intelligi simpliciter non secundùm quid *l. hoc legatum in fin. ff. de leg.* 3. *l.* 1. §. *si quis simpliciter, ff. de verbor. oblig.* latius per Barbosam *axiom.* 222. *n.* 29.

Et an hæc Tribunalia Regia inferiora ultra Consi-
56 lium supremum * possint uti decreto violentiæ (*de conocer y proceder*) & an hæc eadem Tribunalia, possint cognoscere de violentiis tangentibus Concilii decreta, quando simul, & principaliter cumulantur cum violentia ob denegatam appellationem, & quando de hac sola possint cognoscere & decernere, remissa alia ad hoc supremum Consilium, latè infrà *c.* 16. *vers. in secundo autem casu, à nu.* 59. *cum seq. & vers. Major tamen se offert, à nu.* 68. *cum seq.*

Ex his quæ hactenus scripta fuere, & annota-
57 ta, colliges, quàm utile * erit cunctis in Cancellariis, aliisque Regiis Tribunalibus & Audientiis degentibus, & Senatoribus, & Advocatis scire, & internè cognoscere, quibus casibus dicatur læsa, seu percussa prima Ordinariorum instantia in contraventionem S. Concil. Tridentin. *in c.* 20. *causæ omnes, sess.* 24. *de reformation.* non ut directè violentiæ causæ in ea Tribunalia introducantur (cùm ut diximus, sit nervosè veritum & *Salgado de Supplic. & Retent.* prohibitum à lege Regia) sed dumtaxat ut facilius detegatur defectus jurisdictionis in Judicibus delegatis, quibus non servatâ formâ præcisâ ejusdem *c. causæ omnes*, fuerunt commissiones directæ & causæ in prima instantia (quæ dumtaxat Ordinariorum judicia spectant) minus legitimè avocatæ ad effectum illum supra dictum declarandi, vim facere delegatos non deferentes appellationibus interjectis à reiectione declinatoriæ oppositæ, vel ab illis ea non obstante, procedentibus ad ulteriora, juxta quæ variis in locis fusè scripsimus *in tract. de Reg. Protect.* Ad hunc igitur effectum videnda erunt quæ plena manu noviter & attentè consideravimus per casuum distinctionem *in tota* 2. *part. hujus tract. de supplic. ad Sanct.* Quâ abundè detegantur nullitates commissionum, monitorialium, inhibitorialium atque processus totius, & denique sententiarum, & omnium quæ super fundamento vitioso & infecto commissionis informis fuere tabricata.

CAPUT XV.

Pendente recursu ad Regem ob Bullarum resignationis retentionem, duranteque causæ examine in Senatu, an suspendatur terminus ad illas publicandum.

SUMMARIUM.

1 *Publicatio Bullarum resignationis intra quod tempus fieri debet juxta regulas Cancellariæ.*
2 *Publicatio Bullarum resignationis, à quo tempore incipiat, remissivè.*
3 *Terminus ad publicandum litteras resignationis non currit dum in Senatu durat examen retentionis petitæ earum & seq.*
4 *Impedito agere non currit tempus.*
5 *Impedimentum proveniens ex facto Regis excusat.*
6 *Impedito ex facto Judicis non currit terminus.*
7 *Terminum non currere propter recursum ad Regem per viam violentiæ tollendæ declaravit Rota.*
8 *Terminus aliquis à jure, vel judice assignatus partibus non currit, sed suspenditur toto tempore quo durat recursus ad Regem.*
9 *Recursu pendente ad Regem suspendi terminum pluries determinavit Rota, & seq.*
10 *Terminus suspenditur, dum cessant lites, & molestiæ.*
11 *Litteras qui tenetur intra terminum expedire, impeditus dicitur durante controversia sibi mota interim.*
12 13. *Molestia sive sit judicialis, sive extrajudicialis, sive de jure, sive de facto suspendit terminum.*
14 *Molestiæ provenientes ex facto Principis impediunt termini cursum.*
16 *Per cognitionis introductionem in Consistorio Principis terminus, sicut fatalia, non currit.*
16 *Impedimentum quacumque parte termini incidens illum suspendit, nec attenditur principium tranquillum.*
17 *Tempus tantum restituendum impedito quantum*

per impedimentum fuit ablatum.

18 *Recursus omnis ad Principem generaliter suspendit terminum.*

19 *Fatalia non currunt pendente causa in Consistorio Principis.*

20 *Tempus totum quo duravit impedimentum suppletur impedito, quod non computatur in termino.*

21 *Impedimentum legitimum dicitur sive sit judiciale, sive extrajudiciale, sive de jure, sive de facto.*

22 *Impedito sive de jure, sive de facto non currit terminus ad publicandas litteras resignationis.*

23 *Super nullitate sententiæ dum disceptatur non currit terminus causæ principalis quousque finiatur nullitatis quæstio, n. 23.*

24 *Quando probabilis saltem sit impedimentum nullitatis.*

25 *Nullitatis judicio pendente terminus ad appellandum non currit, dum non calumniosa, sed probabilis sit nullitas.*

26 *Nullitatis judicio pendente non currunt fatalia. Super desertione appellationis dum disputatur, terminus non currit. ibid.*

27 *Dum disceptatur an articulus, aut positiones admitti debeant, vel eis sit respondendum, terminus ad probandum non currit.*

28 *Et dum disceptatur de eo super quo terminus à jure, vel ab homine est appositus.*

29 *Terminus ad publicandas Bullas resignationis non currit durante in Senatu examine earum, an sint retinendæ necne.*

MUltoties contingit, ut facta beneficii resigna-
1 tione in favorem alicujus, * qui postquam à Sede Apostolica Bullas obtentas affert, & ante earum publicationem (quæ fieri debeat hodie ultra montes infra novem menses, & juxta varietatem provinciarum diversi termini sunt adscripti, ut latè videre est per Flaminium Parisium *de resignatione benefic. tom. 2. lib. 11. quæst. 1.* per totam; & ibi
2 à quo tempore incipiant currere, * videbis) patronus laicus putà ob derogationem sui patronatus, vel aliter ex variis aliis causarum figuris, recurrat ad Senatum pro illarum retentione, & virtute Regiæ ordinariæ provisionis apprehendantur litteræ prædictæ, & in Senatum introductæ diù examen ita duret, ut terminus prædictus ad publicationem faciendam sit transactus, & demùm sibi Bullis relegatis, ut liberè vel certo modo, putà coram ordinario, illis utatur impetrans, sibi opponitur de nullitate Bullarum, & amissione juris ob non factam intra terminum publicationem, & an ei impetranti obsit hæc exceptio, pluries vidi dubitari.

Necnon etiam consultus respondi nullatenus ei
3 obstare nec currere terminum toto tempore, *quo retentionis examen durat in Senatu, anteaquam litteræ sibi relaxentur, & totum illud tempus de
4 medio sublatum censetur ex regula vulgari * quòd impedito agere non currit tempus, *l. 1. §. fin. de annali exceptione, l. ut perfecti, C. de annali.*

Maximè, quando ex facto Principis provenit
5 * impedimentum, quod omnino excusat, ut testatur Decius *c. ex ratione. n. 22. vers. Secundus casus*, Scaccia *de appellationibus q. 15. sub n. 124. vers. Adverte unum, ad finem.* Nos *de Regia protectione 1. part. cap. 7. num. 7.* ubi *numero 96.* quòd
6 impedito * ex facto judicis non currit terminus, ubi plurimos ad id citavimus Doctores; quia quando alicui assignetur terminus ad aliquid faciendum, & labatur facto & impedimento alterius suspensus intelligitur de quo infrà 2. *p. c. 6. à principio.*

Et quod terminus non currat propter recursum 7
ad Regem * per hanc viam violentiæ; in simili casu determinavit expresè Rota *in una Legionensi præstimonia 27. Novembris 1592. coram Pamphilio* quam ad litteram refert Nicolaus Garcia *de beneficiis, 6. part. c. sub n. 42.* In qua dum disceptaretur, an lapsus fuerit terminus ad executionem executorialium, ita dicitur in hæc: maximè cum taciturnitas fuerit causata ex impedimentis præstitis per Alvarum, mediante recursu ad Consilium Regium per quod curaverit auferre executoriales, &c. Ex qua decisione, & aliis quam plurimis fundamentis manifestè probavimus in nostris commentariis *de protectione Regia, 1. p. c. 7. à n. 73.* 8
& fursum *à num. 58. cum seq.* nullum * terminum assignatum à jure vel judice parti currere, sed omnino suspendi toto tempore, quo duravit recursus ad Regem.

Ultra quam decisionem pluries ita determinasse
Rotam, nempe * recursum ad Regem legitimum 9
esse impedimentum, ut terminus suspendatur pro tempore, quo duravit recursus ipse, ut in una Imolens. Castri 16. *Januarii* 1573. coram Seraphino, in alia Toletana Archidiaconatus de Talavera *Junii* 1592. coram eodem Seraphino ubi etiam alia Imolens. recenset) quæ quia tota conducit pro fundamentis hujus quæstionis, illam referam; sic ait: Fuit dubitatum, an Archidiaconatus vacaret de tempore factæ provisionis D. Didaco, ita ut provisio censeatur valida, & Domini censuerunt non fuisse tunc temporis vacantem, ideòque gratiam fuisse nullam. Moti fuerunt, quia cùm bonæ memoriæ Cardinalis de Mendoça teneretur dimittere Archidiaconatum infra spatium anni, isque obtinuisset plures prorogationes, quæ durabant usque ad diem 23. *Julii* 1588. & interim fuisset ei mota controversia super Decanatu, quem Papa prætendebat vacare per promotionem ad Cardinalatum; non currebat * ei tempus, sed inte- 10
rim cessabat, donec molestiæ cessassent: nam impedito non currit tempus, *l. quibus diebus, ff. de condit. & demonstrat. l. non possunt, C. de dolo malo, cap. imputari, de reg. juris in 6.* & in propriis terminis materiæ, de qua agitur, probatur *in cap. commissa* & ibi Glossa *de electione in 6. cap. licet Episcopus*, & ibi Doctores *in præbend. lib. 6. Clement. 1. §. cæterum de statu Monachorum*, Vitalinus *in Clement. gratiæ, n. 34. in fin. de rescriptis, & in Clementina si plures, n. 27. de præbendis*, Ægidius *decis. 43. 153. 195.* Tiraquell. *de retractu lignagier, glossa 10. n. 32.* Rebuffus *in praxi beneficiali, tit. de non promotis intra annum, n. 47.* Quod etiam * observatur in eo, qui vigore de- 11
creti tenetur expedire litteras intra sex menses, Mohedanus *dec. ibi.* Nec obstat, quòd hæc controversia non fuerit judicialis; quia * hoc procedit 12
indifferenter in omni molestia sive judiciali, sive extrajudiciali, ut post glossam tradit Cardinalis *in dict. Clement. gratiæ*, & ibi *n. 8.* Andreas Barbat. *n. 22.* Probus *addit. ad Monach. in cap. commissa, n. 2. de electione in 6.* Felin. *in cap. cum Joannes, n. 33. de fide instrumentor.* Cassiadorus *decis. 9. de causa possession. & propriet.* Rebuffus *in tractatu de pacific. possessor. n. 165.* Sive molestiæ * sint de 13
jure, sive de facto, ut post glossam tradunt Ancharran. & Geminianus *in dict. cap. commissa*, & Cassiadorus *d. decis. 9.* Molestiæ factæ Cardinali

visæ

14 viſæ fuerunt maximè conſiderabiles, * *cum proveniret facto Principis*, quo poterat ad libitum voluntatis ſuæ diſponere de beneficio, etiam privando ſine cauſa, ut tradit Mohedanus *deciſion.* 86. Et cum introducta eſſet cognitio in principiis
15 Conſiſtorio, non currebat * dilationis tempus, quemadmodum etiam dicitur non currere fatalia: & reſolutum fuit coram me in Imolenſ. Caſtri, 16. *Januarii* 1573. Nec relevat, quod à principio poſſeſſio fuerit pacifica, tam reſpectu tituli, quàm perceptionis fructuum; quia ſufficit, quod
16 quandocumque præſtetur impedimentum * circa culpam impediti, per Archidiacon. *in cap. cum ex eo, n.* 2. *de election. lib.* 6. quem ſequitur Joannes Andreas *in dict. cap. imputari, col.* 1. *de*
17 *reg. juris lib.* 6. Ideòque tantum temporis * ei reſtituendum eſt quantum per impedimentum ablatum fuit. Ægidius *deciſ.* 83. Et fuit reſolutum in Salmantina Parochial. coram R. P. D. Orano 1589. quod intelligendum eſt reſpectu temporis, quod dilationi conceſſæ propter moleſtias ſubtractum eſt, &c.

Quam deciſionem ad litteram refert Nicolaus Garcia *de beneficiis* 2. *tom. part.* 11. *cap.* 5. *ſub. n.* 105. Illam tamen totam reperies ad litteram apud eundem Seraphinum *in deciſ.* 997. quem Garcia non citavit.

Et generaliter quod omnis recurſus ad Prin-
18 cipem ſuſpendat terminum cauſæ principalis * vel articuli incidentis; probat eleganter Rota ut per Farinacium *in poſthum. tom.* 2. *deciſ.* 416. quæ *numero* 3. & 4. ita loquitur; vel ſaltim negari non poteſt, quin ſaltem dubium eſſet, quomodo eſſent intelligenda verba reſcripti, ita ut eſſet opus pro declaratione iterum adire ſignaturam, *cap. cum contingat, de reſcriptis, cap. cum veniſſent, de judiciis*; & cùm ante lapſum triduì; & die ſequenti poſt præſentatam in actis commiſſionem appellationis fuerit per Vincentium citata parte, habitus recurſus ad ſignaturam, ut in ejus ſummario *numero* 10. Dominis viſum fuit, dicto recurſu pendente, nullum concur-
19 riſſe tempus ad * inducendam deſertionem, Lucas de Penna *in l.* 2. *numero* 21. poſt medium, *verſic. Ex quo enim negotium, C. de naufrag.* Affli&is *ſuper conſtitut. Regni. rubric.* 39. *num.* 6. *lib.* Maranta *in ſpeculo.* 5. *p. numero* 38. ut in ſimili dicitur, fatalia non currere pendente cauſa in conſiſtorio Principis, *l. cum anterioribus, §. ſi tamen, C. de temporib. appell.* Lancellot. *de attentatis, cap.* 12. *in præfatione, n.* 40, &c.

Et quod totum tempus, quo duravit impedimentum, debet * ſuppleri impedito, quia illud
20 non computatur in termino; ſed tantùm ei denuò indulgetur; eſt optima deciſio Seraphini 1056. quam & alias adde, quas adduximus *in tractat. de Regia protect.* 1. *part. cap.* 7. *à n.* 74. Et quod impedimentum, ut juſtum judicetur, ſufficiat quòd ſit * ſive judiciale, ſive extrajudiciale. ſive
21 de jure, ſive de facto; probant ultra allegatos in deciſ. Toletana, Staphileus *tit. de qualitat. & ſtatut. benefic. §. hujuſmodi, n.* 12. Villadiego *de legato quæſt.* 14. 1. *part. n.* 96. Rebuffus *de pacific. poſſeſſ.* 197. alias 164. Coſmas *in pragmat. ſanction. tit. de collation. in §. item quod univerſitates, verbo, Poſſederint*, Bellamera *deciſ.* 596. Caſſiador. *deciſ.* 9. *n.* 1. *de cauſa poſſeſſion.* Sarner. *in reg. de triennali, quæſt.* 53. Mandoſius *regul.* 34. *quæſt.* 26. Hoyeda *de benefic. incompatibil. cap.* 23. *n.* 80. Maſcardus *de probationibus conclus.* 1065. *numer.* 40. Quintanadvenas *lib.* 4. *num.* 27. Ha-

minius Pariſius *l.* 3. *q.* 1. *num.* 130. Azor. *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 16. *quæſt.* 9. & latè plures Rotæ deciſiones adducens videndus Nicolaus Garcia *de benefic. tom.* 2. *part. cap.* 5. *à n.* 205. *& ſeq.*

Et quod impedimento ſive de jure, ſive de facto, judicialiter * ſeu extrajudicialiter non currat 22
terminus ad publicandas litteras reſignationis, ſed totum id tempus de medio tollatur, ita ut nec computetur, probat latiſſimè Pariſius *de reſignatione, tom.* 2. *lib.* 11. *quæſt.* 11. *per totam*; ubi latiſſimè proſequitur videndus.

Et ampliùs comprobatur, quoniam dum in Senatu diſceptatur cauſa, an ſit legitima ad retinendas litteras Apoſtolicas, ad effectum, ut in earum executione ſuperſedeatur, donec Romanus Pontifex per humilem ſupplicationem inſtructus ſit de damno publicæ utilitatis & miſericorditer dignetur de remedio * providere: non poteſt 23
ſuper principali cauſa terminum currere, uti ex variis juris exemplis, & ſimilibus noſtra reſolutio roboratur. Quippè dum diſceptatur ſuper nullitate ſententiæ, non currit terminus cauſæ principalis, quouſque finiatur nullitatis quæſtio. Philippus Franchis *in cap. dilecti, quæſt.* 6. *de appellationibus*, Decius *in cap. ex ratione, n.* 10. Felinus *n.* 4. *eodem tit.* Sforcia Odd. *de reſtitutione in integer quæſt.* 20. *n.* 69. & 74. Rota, *diverſorum deciſ.* 490. *n.* 3. *lib.* 3. *p.* 3. Gratian. *diſceptation.* 61. *num.* 10. Scaccia *de appellation. quæſt.* 15. *n.* 88. 91. Quando probabile * ſaltim eſt impedimentum 24
hujuſmodi nullitatis, Felinus *dict. num.* 4. Gratian. *dict. n.* 10. Vantius *de nullitatibus, tit.* 8. *n.* 13. Tiraquellus *lib.* 1. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſ.* 10. Caldas Pereira *in l. ſi curatorem, gloſſa intra legitimum tempus. n.* 13. Giurba *deciſ.* 110. *n.* 6.

Nec etiam pendente nullitatis judicio, decendium currit ad appellandum, licet actor ſuccumbat, dummodo non calumnioſam, ſed proba- 25
bilem propoſuerit nullitatem, Ciunus *in l. contra majores, num.* 7. *C. de inofficioſo teſtamento*, Franchus *in c. dilecto, num.* 11. *de appellationibus*, Theſaurus *deciſ.* 10. *n.* 10. Marſillis *ſingulari.* 151. Scaccia *dict. quæſt.* 15. *num.* 9. & 97. & licèt diſſentiant. Guido Papæ *de appellationibus quæſt.* 65. *num.* 47. Lancellot. *de attentat.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 127. à priori tamen opinione Cinni recedendum non eſſe, inquit Scaccia *de appellation. qu.* 12. *cap.* 169. Matius Giurba *deciſ.* 110. *n.* 7. Imò nec * currunt fatalia, Feli- 26
nus *in dict. cap. ex ratione, num.* 5. Bald. *in authent. ei qui, C. de temporib. appellat.* Sola, *ad decretum Subaudiæ, tit.* 32. *gloſ.* 10. *nu.* 8. Sforcia Oddi. *de reſtitutione, qu.* 71 *num.* 10. Giurba ubi proximè, *num.* 8. nec dum ſuper appellationis deſertione diſputatur, Decius *dict. cap. ex ratione, num.* 10. Alexand. *conſ.* 42. *n.* 22. *volum.* 3. Carpenus *ad ſtatuta Mediolanenſ.* 21. *num.* 78. Scaccia *dict. qu.* 25. *nu.* 83. Cumia, *n.* 88. *n.* 56. Gratiannus *diſceptation.* 61. *num.* 3. Giurba *dict. deciſ.* 100. *num. fin.* & latè de his omnibus Bredorius *de appellation. part.* 2. *à col.* 157. Sola *quæſt.* 24. *à num.* 49. Et Nos accuratiùs plurima alia adducens fundamenta, *de Regia protectione* 1. *part. cap.* 7. *à n.* 58. *uſque ad finem*, ubi de iis ſingulis videbis comprobatum, quibus & hæc addere potes.

Et dum diſceptatur, an articuli, aut poſſeſſiones * admitti debeant, vel non, vel an debeat ref 27
poni terminus ad probandum aſſignatus non currit, ſed interim ſuſpendatur,

Glosia *in Clement. sæpè verbo*, *Post dilationem*, *de verborum significat.* Speculation. *in tit. de dilation.* §. 1. *versicul. Sed nunquid currant*, Bald. *in l. fin. ff. de feriis*, Bart. *in l. intra utile, ff. de minoribus*, Balbus *decis.* 185. incipit, *tempus datum*, Vivius *decis. n.* 1. Camill. Borellus *summa decis. tit.* 47. *de dilationibus*, *n.* 97. *n.* 98.

28 Et dum disceptatur de eo, super * quo terminus à jure vel ab homine est appositus; non currit terminus, sed interim suspenditur, ut ex pluribus Doctoribus probabimus in 2. *part. c.* 20. *à n.* 22.

Quare concludendum erit ex fundamentis, doc-
29 trinis * & Rotæ decisionibus, nullatenus currere impetranti terminum ad publicandas litteras resignationis dùm in Senatu de eorum retentione tractatur, disceptatur, & duraverit causæ examen, cùm revera impeditus sit legitimè, & suæ litteræ sint detentæ. Nec in sua impetrantis facultate, & libera potestate stat illarum facere publicationem, quia ab eo sunt ablatæ virtute ordinariæ provisionis Regiæ, cui ipse resistere de facto non potuit, sed duntaxat causam prosequi in Senatu, docendo de injustitia causæ deductæ per adversarium, & insistendo pro earumdem relaxatione, & quod sibi à Senatu detur facultas illis liberè utendi, quâ anteà penitus carebat, atque ideò legitimo impedimento interim excusatus est ad faciendam præfatam litterarum publicationem.

CAPUT XVI.

In retentionis Bullarum cognitione quid principaliter, tam respectu principii, quàm respectu finis in Senatu deducatur: & quid incidenter: & quemad modum in examinanda causa (ut legitimè appareat) in eo procedatur, & qualiter decreta concipiantur.

Et an & quando decretum violentiæ (*de conocer y proceder*,) ultra decretum laicorum, in supremo Consilio expediatur: & nunquid cætera Tribunalia Regia eo uti valeant.

SUMMARIUM.

1 *Retentionis Bullarum querimoniam proponenti in Senatu ut datur provisio ordinaria, ut Regii Ministri illa perquirant, & ad Senatum cum cæteris actis per executorem factis remittant, ut ibi examinentur, an publicum lædant.*

2 *Ordinaria provisione potest quis se munire ante damnum, quod timetur inferendum.*

3 *Retentionis remedium sui natura est præservativum futuri damni, & periculi imminentis.*

4 *De timore mali, & periculo minante idem judicamus, quod de ipso malo.*

5 *Defensione licitè quis utitur probabiliter dubitans de offensione inferenda.*

6 *Etiam si effectus offensionis non sequatur.*

7 *Offensionis initium non requiritur expectare, ut quis defensione uti valeat.*

8 *Et sufficit visus armorum, licet illis non utatur minans.*

9 *Retentionis Bullarum remedium fuit inventum ad defensionem, quæ magis consistit in injuriis inferendis quàm in illatis.*

10 *Conservatoris facultas non solum ad violentias illatas, sed propriis ad inferendas videtur concessa.*

11 *Defensionis justa causa est violentiæ inferendæ timor.*

12 *Ad defensionem suam dicitur factum verificato probabili timore, & periculo.*

13 *Timor justus an probetur per juramentum ejus, qui ad suam defensionem fecisse asserit; remissivè.*

14 *Defensionem potest quis licitè prævenire contra paratum ad offensionem.*

15 *Offensam actualem non tenetur quis expectare, ut se defendat ad periculum obviandum.*

16 *Litteris ad Senatum allatis causa retentionis proposita accuratè examinatur per ordinarios Judicii tramites, & iterum per supplicationem.*

17 *Examen causæ retentionis non requirit judicialem indagationem, sed extrajudicialem instructionem, sicuti nec jurisdictione indiget.*

18 *Princeps dicitur conservator suorum vassallorum.*

19 *Conservator non utitur judiciali indagatione; potest tamen ad sui instructionem aliquam adhibere super manifestis violentiis.*

20 *Senatus ex plurimis juris rationibus motus longum adhibet examen super causa retentionis.*

Senátus ad solam sui instructionem sufficeret extrajudicialis informatio sine partis citatione, etiam per testes sumenda, ibid.

21 *Informatio super legitimitate causæ retentionis non tam ad sui ipsius Senatus instructionem fit, sed præcipuè ad Sanctissimum instruendum fideliter.*

22 *In re tam gravi, prout retentio, non est fidendum de uno vel altero teste testantibus de legitimitate causæ retentionis, sed per dilationem omnibus numeris absolutam Sanctissimo remittendam.*

23 *In retentionis cognitione nihil concurrit spirituale exactæ indagationis impeditivum, nec respectu Principii, nec respectu finis.*

24 *Retentionis litterarum finis est violentiæ obviare quâ publica turbatur quies.*

25 *Scandalum, & violentia qua fundatur retentionis cognitio, est contraria juri naturali, & spirituali, & oppositæ naturæ.*

26 *Violentia perpetrata etiam à Clerico nullam includit spiritualitatem.*

Omne delictum à Clerico commissum temporale est, solùmque ratione personæ distinguuntur judicia, ibidem.

27 & 29. *Retentionis cognitio non adhibetur alio fine quàm tollendi violentiam, non ad decernendum super jure ex litteris orto.*

28 *In litterarum examine agitur tantum de quodam damno externo Reipublicæ non contento intrinsecè in illis, nec cadente in intentione concedentis orto ab importunitate impetrantis.*

29 *Senatus diligenter examinat auditis partibus causam retentionis, non ut decidat causam principalem, ad explorandum violentiam de qua principaliter cognoscit.*

30 *Habens jus agnoscendi circa finem pro bono communi, habet ad media proportionata, ut auferatur vis.*

31 *Media proportionata adhibita per Senatum ad detegendam causam retentionis sunt merè tem-*

pora-

poralia, & in mero facto nitentia.

32 *Examen litterarum obtentarum per alienigenam horum Regnorum cadit super mero facto temporali, an sit ordinarius, vel extraneus, quòd incapax est spiritualitatis.*

33 *Examen litterarum in derogationem juris patronatus laicorum aut Regis cadit super mero facto, an quis sit in quasi possessione juris patronatus, necne.*

34 *Quem possidere, vel in possessione esse, quæstio est meri facti non juris.*

35 *Super possessione etiam rei inspiritualis, quæ temporalis est, cognoscit laicus de violentia.*

36 *Examen Senatus super commissionibus contra primam instantiam Ordinarii vertitur super mero facto, an sit subscriptio propriæ manus Sanctissimi, vel ne.*

37 *Subscripta an sit supplicatio commissionis, est quæstio facti, cum subscriptio in manufactura consistat.*

38 *Articulus principalis omnis retentionis est violenta indagatio, in quo nec etiam de mero facto rei spiritualis agitur ad declarandum super ipso, sed super ipsa violentia.*

39 *De facto rei spiritualis incidente in principali causa quilibet sæcularis cognoscit.*

40 *Controversia incidens quando dicatur meri facti, aut juris remissivè.*

41 *Ad principem, ut protectorem suorum vassallorum pertinet cognitio omnium violentiarum, à quibuslibet etiam Ecclesiasticis illatarum.*

42 *Defensionem præstare impossibile foret Principi non inquirenti, an adsit violentia; cum de juribus & factis singulorum nequeat Senatus habere notitiam.*

43 *Cui competit tractare de fine convenit etiam tractare de mediis ad finem.*

44 *Potentia omnis tanquam virtus ad finem disponit de iis, quæ sunt ad finem.*

45 *Media sequuntur naturam sui finis, & ab ea regulantur.*

46 *Consequens cui conceditur, concessum etiam videtur suum necessarium antecedens.*

47 *Etiamsi consequens majus foret concesso.*

48 *Probatio per testes causæ legitimæ ad retinendas litteras, est consequens necessarium ad cognitionem violentiæ, quæ aliter constare nequit.*

49 *Cognitio violentiæ ob non delatam appellationem non eget extrinseca probatione, cum sit deducenda ex actibus Judicis Ecclesiastici facientibus rem notoriam.*

50 *In examine retentionis, cum nihil spiritualitatis habeat, sed merè facti temporalis incidentis in causa principali violentiæ pertinentis ad defensionem, & cognitionem Principalis exactè potest in Senatu tractari.*

51 *Probatio super causa retentionis à Senatu deneganda, quando consistit in jure, cùm per illud jam sit decisa.*

52 *Item quando causa, super qua fundat retentionem oppressus, confitetur ab adversario, denegatur probatio.*

53 *Frustra expectatur id, cujus eventus nullius est effectus, nec potest prodesse.*

54 *Factum quod non relevat; fieri non debet.*

55 *In examine retentionis proceditur viâ ordinariâ, & per sententiam diffinitivam, & admittuntur partes ad probandum, si negotium in probatione consistit.*

Si in facto non consistit, nec admittitur, probatio nec dilatio ad probandum conceditur. ibid.

56 *Si in examine adhibito per Senatum reperitur legitimam deficere causam ad retinendas litteras, statim relaxantur, ut illis pars utatur.*

Decretorum retentionis formulæ, ibid. & n. seqq.

57 *Causa retentionis si reperitur legitima, diversimodè dantur à Senatu decreta juxta casuum varietatem.*

58 *Retentionis casu alii pertinent ad retentionem litterarum, alii ad remissionem Ordinario, & de utrorumque decretorum conceptione, ibid.*

59 *Competentia orta inter Ordinarium certantem causam in prima instantia ad se pertinere, & Nuntium, Archiepiscopumve, Senatus quomodo concipiat decretum.*

60 *Decreto* de conocer, y proceder, *dumtaxat utitur Senatus, cujus est privativa cognitio super conservatione Concil. Trident.*

61 *Et de ratione hujus conceptionis decreti.*

62 *In violentia Judicis Ecclesiastici cognoscentis de laico super re merè profana omnia Tribunalia Regia indistinctè utuntur decreto* de conocer, y proceder.

63 *Cancellariæ inhibita sunt, ne cognoscant de violentiis tangentibus observationem, & executionem Concilii Tridentin.*

64 *Cancellariæ nequeunt uti decreto,* de conocer y proceder *in competentia orta inter Ordinarium, & Superiorem ob primam instantiam Ordinario reservatam per Trident.*

65 *Super orta competentia inter Ordinarium tuentem suam primam instantiam, & ejus superiorem si à quolibet eorum fuerit appellatio emissa; pro ejus delatione potest quodlibet Tribunal Regium adiri.*

Et quemadmodum tunc sint concipienda decreta, vide ibid. remissivè.

66 *Error aliquorum putantium in Audientiis Regiis uti posse decreto* (de conocer y proceder) *super quocumque genere competentia annotetur.*

67 *Quando duo remedia retentionis violentiæ ob non delatam appellationem ab executore litterarum simul cumulantur; variis modis decreta concipiuntur, remissivè.*

68 *Cancellariæ an possint cognoscere de violentia executoris ob non delatam appellationem; & remissione petita commissionis ob contraventionem Consilii præservantis primam instantiam Ordinario simul cumulatis, & sequentibus.*

69 *Cumulato utroque remedio ad Ordinarium remissione, & violentia ob negatam delationem appellationi ab executore emissæ; diversimode decernunt Cancellariæ, & sequentibus.*

70 & 71. *Nam si reperiunt vim feciſſe executorem, ita decernunt ut deferat, & reponat articulum remissionis ad ordinarium, remittunt ad supremum Consilium determinandum, & de ratione.*

72 *Si autem reperiunt Cancellariæ vim executorem non facere, super utroque remedio cumulato subsistunt, remittendo utrumque articulum supremo Consilio, & de ratione.*

73 *Causæ retentionis, quæ legitima sit, & pio Senatorum arbitrio relicta est.*

74 *Obtestatur Author Senatores, ne abutantur suo pio & sincero arbitrio in decernenda legitimitate causæ retentionis Bullarum.*

75 *Defensio vi oppressorum præstanda est servata semper reverentia Sedis Apostolicæ.*

76 *Defensio omnis tunc dicitur permissa jure naturali, si præstatur cum moderamine inculpatæ tutelæ, aliter est culpabilis.*

77 *Moderamen in defenſione procedit ab eodem principio juris naturalis, ſicut & ipſa defenſio.*

78 *Moderamine inculpatæ tutelæ non adhibito in defenſione, hæc juri repugnat naturali, & gentium.*

79 *Moderamen inculpatæ tutelæ tunc in defenſione adhibetur, ſi id fiat ſine quo violentia tolli nequit.*

80 *Moderamen inculpatæ tutelæ conſiſtit in tribus; circa modum, tempus & cauſam.*

81 *Senatores valde evigiles ſint, ne quis calumniosè uti velit hoc ſalubri retentionis remedio, ad effectum differendi aut vexandi adverſarium.*

82 *Retentionis remedio frivolè, aut calumniosè utentem debet Senatus in expenſis condemnare.*

83 *Tanta juſtificatione procedit Senatus hic Supremus in cauſis retentionis, ut nullo modo oppreſſo tradatur proviſio ordinaria, niſi prius relinquat fidejuſſorem de ſolvendis omnibus expenſis impetranti, & ſimul relinquat procuratorem, cum quo proſequi valeat cauſa ad evitandum ſuſpenſionem dilationis.*

84 *Decretum quoddam Senatus anni* 1545. *refertur quo ſupra dicta, & alia ſunt ordinata in ratione Bullarum.*

85 *Alterum Decretum Senatus anni* 1580. *refertur quo prius extenditur etiam ad retentionem litterarum in contraventionem Concil. Triden. ut pariter præſtetur fidejuſſor expenſarum, & procurator relinquatur.*

86 *Præfata decreta in viridi ſunt obſervantia, & quotidie practicantur in hoc Senatu, cujus Secretarii non tradunt parti Ordinariam, niſi prius relictis procuratore, & fidejuſſore.*

87 *De inſtructione, quam habent Cancellariæ circa modum procedendi in cauſis retentionis Bullarum, remiſſivè.*

88 *De praxi Senatus circa executorem exequentem litteras, quarum petitur retentio, & aufugit cum illis quemadmodum conſulat oppreſſo per ſequeſtrationem, & compulſionem impetrantis, ut afferat intra terminum abſolutionem.*

89 *Supplicatio ſecunda* de las mil y quinientas, *non admittitur in cauſis retentionis litterarum Apoſtol. deciſis in Conſilio Supremo, aut in Cancellariis Regiis.*

90 *Ad ſupplicationem ſecundam duo requiruntur, quod res ipſa ſit ardua, & valoris trium millium duplarum.*

91 *Quæ non poſſunt concurrere in retentione Bullarum, & de ratione.*

92 *Retentio Bullarum ad effectum ſuperſedendi in executione, & ſupplicandi Sanctiſſim. non infert præjudicium perpetuum nec irreparabile.*

93 *Quod leviſſimi præjudicii eſt.*

94 *Retentionis ſententia non recipit aliquam æſtimationem, nec continet rem æſtimabilem.*

95 *Supplicatio ſecunda denegatur in mero poſſeſſorio.*

96 *In retentionis Bullarum cognitione adhuc non agitur de judicio poſſeſſorio, ſed de mero & nudo facto, an patroni ſint in quaſi poſſeſſione, ad effectum non declarandi ſuper eo, ſed ad alium finem ſuperſedendi in executione.*

97 *Secunda ſupplicatio à ſententia retentionis Bullarum nunquam admiſſa fuit in Conſilio Supremo, nec talis praxis viſa, nec audita eſt.*

98 *A ſententia retentionis Bullarum lata in Senatu Galleciæ, nequit appellari ad Cancellariam Vallifoletanam, quia cauſa non eſt capax ſummæ requiſitæ.*

1 COmparenti parti, ſeu Regio Fiſcali in Senatu querimoniam * violentiæ proponenti, ad obtinendam retentionem litterarum Apoſtolicarum, aliquam inferendi ſimul cauſam (ex his, quas legitimas probavimus hac 1. *part. cap.* 2. *cum quatuor ſequentibus.*) ut ex executione juſtus evitetur inconvenientiæ timor in damnum Reipublicæ Eccleſiaſticæ ſpiritualis, aut temporalis, atque inſuper ſcandali periculo obvietur, datur ordinaria proviſio, ut Regii miniſtri conquirant has litteras cum omnibus actis (ſi quæ facta fuere earum virtute) & in Senatum remittant ut ibidem accuratè examinetur, an quid contineant, quod Rempublicam lædat juxta *legem* 21. *l.* 23. 24. 25. & *l.* 26. 28. & alias *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat.*

Hac etiam proviſione ordinaria poteſt ſe quis munire ſtatim, quod timetur de venturo damno, nec tenetur * expectare quod actualiter ſit illatum; 2
ne ex ſua negligentia impetrans occultè exequatur ſuas litteras, & inde incidat in illud inconveniens latè à nobis conſideratum *hac.* 1. *part. cap.* 10. Tum etiam, quia hoc ſalubre remedium retentionis ſui natura eſt præſervativum damni futuri, & periculi minantis, ad quod vitandum fuit ſalubriter introductum, & à neceſſitate inventum.

Idem namque judicamus de timore mali, & periculo minante, * quod de ipſo malo, *l. Prædius in* 3
principio, ff. de ruina, & naufragio: multas doctrinas ad id congerit Collantes *de pane, lib.* 3. *c.* 9. *ſub n.* 8. *verſ. Cui poterit addi*, latè per Corſetum *ſingulari verbo, Metus, fol.* 168. multa pulchra per Valençuelam Velaſquez Granatenſis Cancellariæ Præſidem integerrimum, *de ſtatu Belli. p.* 2. *conſidera.* 7. *à n.* 10. *& ſeqq.* Carolum de Tapia *deciſ.* 23. *à n.* 62. *& à n.* 60. Cancer. *variar. reſolut. tom.* 1. *p.* 2. *c.* 10. *à n.* 47. *&* 3. *p. c.* 15. *à n.* 141. & 144. qui varia exempla reddunt.

Timor enim violentiæ inferendæ infert juſtum * metum, Grammat. *voto* 10. *n.* 2. Bertazol. *conſil. crimin.* 159. *n.* 5. *& conſ.* 427. *n.* 11. Cavalcanus *de Brachio Regio, part.* 3. *n.* 210. *&* 211. *&* 4
p. 6. *n.* 309. Maſcardus *de probationibus concluſ.* 1051. *n.* 49. Menochius *lib.* 3. *præſumption.* 4. *n.* 9. Ludoviſ. Lucenſ. *deciſ.* 18. *numero* 1. Farinac. *fragment. p.* 2. *litt. M. n.* 87. Giurba *conſ.* 28. *nu.* 20. Sanchez *de matrimonio lib.* 4. *diſp.* 5. *cap.* 5.

Sufficit enim probabiliter dubitare de offenſione, ut defenſione * quis licitè uti valeat, *l. ſi* 5
quis fumo, §. quod dicitur, ff. ad leg. Aquiliam; l. habitatores, §. iterum, ff. locati, & ibi gloſſa verbo verè, & communiter ſcribentes ſuper illa, text. *in l. hac ſtipulatione, ff. de damno infecto, l. interpoſitas, C. de tranſactionibus*, Innocentius *in cap. ſi vero de ſententia excommun. num.* 2. Bald. *in conſ.* 364. *num.* 5. *vol.* 3. Angelus *in §. jus gentium, num.* 9. *inſtit. de jure naturali*, Aretinus *in conſ.* 14. *num.* 18. Thomas. Grammatic. *deciſ.* 5. *& in deciſ.* 18. *n.* 16. Sylva *nuptial. lib.* 2. *num.* 119. Alexander de Nevo *in conſ.* 12. *numero* 5. *cum ſequentibus*, Brunus *conſ.* 82. *n.* 5. *volum.* 1. Burgos de Paz *in conſ.* 25. *num. fin.* & in propoſito multis exemplis confirmat Hippolytus de Marſill. *in ſingular.* 325. *per totum, & in pract. §. diligenter, num.* 42. Carrerius *in praxi titulo de homicidio, §. circa tertium, per totum*, Mongallon *in tractatu de his quæ metus, cap.* 2. *§.* 6. *num.* 1. ubi *num.* 3. ampliat, etiam ſi effectus non ſit ſequuturus, ut probant * jura ſuperiùs citata, & 6
Gloſ. *in cap. bona el* 1. *de electione, verb. Metuebat*, Andreas Gaillius *in tractatu de pace publica, lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 6. & Gloſ. *in cap. ad Audientiam, verb. Cauſa de his quæ metus*, Thomas Grammatic. *deciſ.* 5. *nu.* 6. Nec eſt neceſſarium,

quod

7 quod ſpectetur * initium ipſius effectus offenſionis, ut patet ex dictis juribus, & Doctoribus hactenus allegatis, & Philippus Franchis *in cap. fin. de appellatione*, *n.* 9. Gaillius ubi proxime *n.* 3. & 6. Bartol. *in l. ex plagis*, §. *Tabernarius*, *ff. ad leg. Aquil. n.* 1. Alexander *in conſ.* 98. *n.* 3. *cum ſeq.* Pirrus *in l. nihil conſenſui*, *ff. de regul. juris*, Aulus *de maleſic. verb. Et dictus Titius ſe defendendo*, *n.* 16. Carrerius ubi ſup. Grammatic. *deciſ.* 5. *n.* 17. Suarez *allegat.* 23. *n.* 3. & 4. Mongallon ubi proxime *n.* 4. qui *n.* 7. latè probat ſufficere
8 viſum armorum, * licet illis non utantur habentes, & eſt text. optimus *in l.* 3. §. *qui armati*, *ff. de vi & vi armata*, ibi: *Sufficit enim terror armorum ut videantur armis dejeciſſe.*

9 Et cùm hoc retentionis * litterarum remedium fuerit inventum ad defenſionem, & obviandum periculo (ut diximus) magis propriè præſtatur defenſio, & conſiſtit in injuriis & damnis inferendis, quàm jam illatis, tradunt Gloſſa *in cap. dilecti in verbo*, *defendere*, *de officio Delegat. lib.* 6. ubi Monach. *n.* 5. Franchis *nu.* 7. Dominic. *n.* 13. Azorius *inſtitution. moral. part.* 2. *lib.* 5. *capitul.* 34. *quæſt.* 7. *verſicul.* Si *iterum quæras*, Molina *de juſtitia & jure tom.* 6. *diſputat.* 29. *nu.* 2. *verſicul. Poteſt timen in fin.* Ludovic. Miranda *in Manuali Prælatorum*, *tom.* 2. *quæſt.* 47. *articul.* 7. *concluſ.* 4. Cochier *de juriſdict. ordin. in exemptos part.* 1. *quæſt.* 39. *n.* 13. Barboſa *in paſtorali de poteſtate Epiſcop. tom.* 2. *allegation. n.* 34. Ubi affirmat quòd
10 non ſolùm adversùs * violentias manifeſtas illatas, ſed etiam inferendas conſervatoribus poteſtas intelligitur conceſſa, quia propriè in utriſque, licet magis propriè in inferendis violentiis, conſiſtat defenſio.

Qui quidem ibidem, *nu.* 35. ulteriùs affirmat,
11 juſtam cauſam * eſſe & manifeſtam, ubi violentia inferenda timetur, ut & benè agnoſcunt Monachus *in dict. cap.* 1. *n.* 5. Gutierrez *Canonicar. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 10. Sayrus *de cenſuris*, *lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 24. Suarez *tom.* 5. *de cenſuris*, *diſputat.* 3. *ſectione* 4. *à n.* 4. & *diſputat.* 20. *ſection.* 1. *nu.* 3. *cum ſeq.*

Et ad defenſionem ſuam dicitur factum, eo ipſo
12 quod probatur * veriſſimus timor, & periculum probabile, Beroius *conſ.* 138. *ſub n.* 24. *l.* 3. Vulpella *conſ.* 7. *n.* 8. & *conſ.* 78. *n.* 3. Maſcardus *de probationibus*, *concluſ.* 1126. *n.* 13. Jacobus Ayrer. *in tractatu de homicidio neceſſ. part.* 2. *n.* 54. & 55. qui benè explicat, & declarat, an iſte juſtus
13 timor debeat * probari juramento partis aſſeverantis ad ſuam defenſionem feciſſe, Gaſpar. Cabal. *in additionibus ad conſtitut. Marchiæ lib.* 4. *cap.* 54. *in verb. Ad defenſionem*, Farinacius *de homicidio*, *q.* 125. *part.* 1. *num.* 51. & aliis plurimis Didac. de Mario *in addition. ad Thomam Grammatic. deciſ.*
14 5. *n.* 2. Et contra paratum ad offenſam poteſt * quis licitè prævenire defenſionem, plurimos Doctores allegat Marius Giurba *conſ.* 84. *num.* 18. & ſub *num.* 16. quod ſufficit ad periculum offenſionis.

Nemo enim tenetur expectare actualem offen-
15 ſam, ac inde ſe defendere * ſed poteſt licitè ubi probabile periculum offenſionis adeſt, ſe omni defenſione prævenire atque damno & periculo obviare, Pancirolus *conſ.* 67. *nu.* 9. Barcius *deciſ.* 141. *n.* 2. Scaccia *de judiciis*, *c.* 46. *n.* 42. Aldovinus *conſ.* 20. *n.* 193. Bertazol. *conſ. crim.* 11. *n.* 2. & ex aliis multis Doctoribus firmat Giurba *conſ.* 84. *n.* 19. Quare legitimè procedit praxis, & ſtylus Tribunalium Regalium in admittenda querela retentionis, & expedienda ordinaria proviſione ante vim effectivè, & actualiter illatam, quando de ea inferenda probabiliter timetur, maximè cùm ſemper iſtæ litteræ publicæ utilitati damnoſæ ſoleant maximo cum ſecreto perduci, maximaque cum cautela occultari, & eademmet, & furtivè exequi, præcavendo & fugiendo remedium hoc ſalubre retentionis, quo intereſſe habentes ex manifeſtatione litterarum poſſent ſe muniri, & uti ad evitandam executionem earum, & illam impediendam. Ex qua etiam praxi utile aliud conſequitur ex apprehenſione hujuſmodi litterarum antequam executioni mittantur, ne in illud incidamus inconveniens obſtans executioni, & perfectioni decreti Regii executionis, de quo abundè tractavimus ſuprà *capitul.* 10. *per totum.*

Allatis igitur literis in Senatum (à quo proviſio ordinaria * dimanavit) diligenter quæſitis 16
& undique ablatis per Ordinarios Judicii, ſuoſque juris tramites hinc inde auditis allegationibus, & defenſionibus utriuſque partis, accuratè examinatur cauſa in Senatu à principio propoſita an ſit vel non legitima ad hujuſmodi retentionem litterarum petitam impertiendam, & concedendam; vel fortè juſtè denegandam, iterumque atque iterum, ſcilicet, per ſupplicationem ad eundem Senatum viſis, & reviſis à ſe geſtis ſuper eodem examine, antequam perveniatur ad decretum affirmativum vel negativum ſuper eadem litterarum retentione poſtulata, prout, quotidie obſervat ſtylus & practicatur in omnibus ſupremis Regiis Tribunalibus, ad quæ cauſa vehuntur, & examinantur pro tollenda violentia ex harum litterarum executione oriunda.

Et quamvis examen hoc fieri potuiſſet extraju-
dicialiter, * adeò quod ſufficiat extrajudicialem 17
informationem adhiberi, cùm etiam in finem, ad quem fit & adhibetur, non ſit neceſſaria juriſdictio, prout utrumque probavimus hac 1. *p. c.* 1. *à n.* 150. *cum ſeq. verſic. Maximè juxtà*, & latiùs *in c.* 8. *à n.* 19. *cum ſeqq. verſ. Comprobatur ulteriùs*, & ſuprà ubi de hoc videre poteris planè & pleniùs.

Atque inſuper etiam ex ea ſimili doctrina com-
probatur; nam conſervatur (veluti * etiam Prin- 18
ceps dicitur conſervator vaſſallorum) ſuprà *cap.* 1. *hac* 1. *part. à n.* 85. licèt non poſſit cognoſcere judicialiter, * nec uti judiciali indagatione, juxta 19
text. *in cap.* 1. in hæc: *Statuimus*, *ut conſervatores*, *quos plerumque concedimus*, *à manifeſtis injuriis & violentiis defendere poſſint quos ei committimus defendendos*, *nec ad alia*, *quæ judicialem indagationem exigunt ſuam poſſint extendere poteſtatem*, *&c. cap. fin. de officio Delegati*, *l.* 6. Poſſunt tamen ad ſui inſtructionem aliquam cauſæ cognitionem adhibere ſuper manifeſtis violentiis, ut latè probat Moneta *in tractat. de conſervatoribus*, *cap.* 7. *à n.* 76. *cum ſequentibus.*

Tamen ex pluribus motus juris rationibus * Se- 20
natus omnimodum adhibet cauſæ cognitionem per longum examen, tum quia licet ad ſolam ſui ipſius Senatus inſtructionem ſufficeret informatio extrajudicialis, & abſque partium citatione, etiam quando informatio ipſa extrajudicialis ſit ſumenda per teſtes, ut poſt magnam Doctorum catervam diximus *de Regia protect.* 1. *part. cap.* 1. *à n.* 215. & *ſeq.* & *cap.* 2. *à n.* 137. & *ſuperius.*

Nihi-

Nihilominus tamen cùm ista informatio ad
21 cognoscendam legitimitatem * causæ retentionis, non tam ad sui ipsius Senatus institutionem fiat, sed & principaliter ad institutionem summi Ecclesiæ Principis & Prælatis, non contentatur Senatus ipse illam levem adhibere, ne fortè remèrè faciat, sed omnimodo certam remittere, & veracem possit Sanctissimo, juxta illud Plinii Secundi, *lib.* 1. *epistola* 20. *Prævaricatio est, transire dicenda, prævaricatio etiam cursim, & breviter attingere, quæ sunt inculcanda, & repetenda.*
22 Et quia in re tam gravi, non est fidendum * de uno vel altero teste super legitimitate causæ testantibus, ut elegantèr considerat Covarruvias *in pract. cap.* 35. *n.* 6. ibi: Quod non aliter percipi valet, quàm per delationem omnibus numeris absolutam; &c. videndus in toto *num.* 6. cujus meminimus suprà *cap.* 3. *numero* 1. *& seq.* Ac ideò ne ullo modo veritas occultetur, frausque aliqua interveniat, auditis partium allegationibus fit examen. Indecens quippè foret tanti Senatus causam uti legitimam proponere Sanctissimo, quæ postmodum incerta, & inutilis detegeretur, atque ideò etiam authoritatis suæ conservandæ causâ Senatus ipse omnem adhibet diligentiam, ut quid certius sit innotescat, & ad Sanctam Sedem legitimè referre valeat instruendam, & informandam de reali & verâ causâ suspensionis literarum, & de ejus legitimitate judicante scandalum, aliter ordinandum, vel aliud simile damnum notabile prævenendum, ne de Senatus intentione & animo sincero & purissimo dubitetur, neque præsumatur, velle sub ficto prætextu violentiæ tollendæ literas detinere, & earum executionem impedire, sub qua intentione retentionem vetat Bulla Cœnæ Domini, *c.* 13. prout latiùs diximus suprà *cap.* 2. per totum, ubi ex aliis diximus per eam solùm tolli fictum prætextum, propterea de hac causa plenè cognoscere vult ad prædictum effectum, & ut supplicationis justitia coram Sede Apostolica prosequenda clarè pateat, ne ficta videatur, aut præsumatur.

23 Tum etiam, quoniam in hac cognitione nihil * concurrit spirituale, nec respectu mediorum, nec respectu finis, ad illum quippe dumtaxat
24 finem adhibetur hoc remedium, ut omnis cesset violentia ex qua frequenter oritur * scandalum, & quies publica turbatur, ut sæpè in hoc tractatu diximus *capitul.* 1. *& sequentibus*, & signanter sic asserunt Simanchas *de Catholicis institution. tit.* 45. *de pœnis*, *n.* 34. & 35. Menchaca *controversia. usu frequent. l.* 1. *cap.* 41. *à n.* 19. *cum seq.* Cenedus *lib.* 1. *collectan.* 5. *num.* 4. Henriquez *lib.* 2. *de Pontificis clave*, *cap.* 11. §. 3. & *cap.* 16. §. 1. Azevedius *in l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recopilat.* propè finem, qui rectè loquitur de hac violentia.

Et post Covarruvias, Zevallos, & Olibanum novissimè idem affirmat Castillo *in tractatu de tertiis*, *cap.* 41. *sub n.* 182. Et eleganter etiam post alios plures dixit expressè Villalobos *in summa*, *tractat.* 17. *de la descomunion*, *difficultate* 21. *n.* 3. & ferè omnes Doctores de retentione Bullarum tractantes (quos in unum congessimus hac 1. *part. c.* 2. *à principio*) eam fundant in violentia quæ oritur ex executione quarumdam literarum Apostolicarum, ubi aliqua adest causa legitima ad retinendum, & constat in Bulla Cœnæ Domini, *c.* 4. ibi: *Prævertat violentiæ prohibendæ*, *&c.* & est *l.* 81. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recopilat. in addit. n.* 3. *tom.*

Quæ quidem violentia, atque scandalum (super quibus duntaxat cadit Senatus cognitio) nullam
25 * continet spiritualitatem, sed totum est merè temporale absque umbra spiritualitatis, imò juri spirituali omnino adversarium est, cùm contra præceptum fiat divinum, à quo omnino & violentia, & scandala reprobantur; ut patet *cap.* 1. *& cap.* 4. *huc* 1. *part.* nam delictum violentiæ contrarium est, & odiosum omni juri, præsertim naturali, *l. fecundùm naturam*, *ff. de condict. indebiti*, *si quis in tantam*, *C. unde vi*, Masardus *de probationib. conclus.* 1416. *n.* 4. Nam si defensio contra violentiam provenit à jure naturali, ergo ipsa violentia erit contra jus divinum & spirituale, etsi idem operetur oppositum in opposito, quod proprium in proprio, & contrariorum eadem est juris dispositio & ratio, ex vulgaribus axiomatibus.

Et quoniam omne illud quod in jus naturale,
26 aut divinum * committitur, in omnium tendit injuriam, & violentia illata dicitur, prout abundè ostendimus *in cap.* 1. *n.* 176. *& n.* 164. *& seq. & n.* 186. Quæ violentia & scandalum etiam perpetratum à Clerico, aliquam non includit spiritualitatem, ut dicit Osascus *decisson.* 180. *n.* 17. quem referens sequitur Marius Giurba (loquendo in scandalo facto à Clericis in Republica) *in consil.* 49. *n.* 16. *ad medium*. Quia omne delictum de per se temporale est, solumque ratione personæ ad hoc, vel illud judicium & judicem spectat, Pereira *de manu Regia*, *part.* 2. *capitul.* 42. *n.* 8. Ant. Diana *resol. moral.* 4. *p. tract. de immunitat. Ecclesiarum* 1. *resolut.* 6. *ad princip.* Et hæc violentiæ cognitio nihil tendit ad punitionem personæ illam perpetrantis.

Non enim hæc adhibetur cognitio alio fine quàm
27 tollendi * violentias, non autem ad revocandum, vel annullandum literas apostolicas, vel cognoscendum aut terminandum super jure ex litteris orto (absit à tam Catholico Principe nimis obediente sanctissimo Patri) sed dumtaxat, ut interim dùm recurritur ad Sanctam Sedem Apostolicam mediante humili supplicatione pro remedio Reipublicæ detineantur literæ in Senatu, ne interdum cum scandalo exequantur audacter, ut probant omnes Doctores suprà *cap.* 2. *à principio* citati. Agitur
28 enim tantùm de quodam damno * externo, & præjudicio publico, non contento intrinsecè in ipsis literis, nec voluntatem & intentionem concedentis cadente, sed ortum extrinsecè ex prava suggestione petentis, & ejus importunitate, & ab ea causatum.

Quod & mirabiliter * confideravit Henriquez *l.* 29
3. *de Pontificis clave*, *cap.* 19. §. 3. *in gloss.* 2. *lit. I.* In hæc: & Judices auditis Advocatis visum processum diligenter examinant, non ut decidant principalem causam Ecclesiasticam tanquam Judices: sed examinant de aliis, ut explorent, an sit violentia, 30
de qua principaliter * cognoscunt, & qui habet jus ad cognitionem circa finem pro bono communi, habet ad media proportionata, ut auferatur vis.

Atque idem firmat in terminis Episcopus Antverpiensis Joannes Malderus *in part.* 2. *quæstion.* 96. *artic.* 4. *fol.* 407. dicens, quod Rex, qui potest defendere & tollere violentiam, potest etiam illa media adhibere, sine quibus defensio præstari non potest, referens sequitur Diana *resolut. moralibus*, *tractatu de immunitate Ecclesiast. resol.* 14. *vers. Sed ego in controversia tam gravi.* Addens, quòd inspectio actorum ipsa non est actus jurisdictionis.

Me-

Media etenim proportionata ad hunc finem
31 consequendum pariformiter, * sunt merè tempo-
ralia, considerata dumtaxat in facto, ex quibus
quidem detegitur vis, & scandalum, nam si agi-
mus de retinendis litteris impetratis ab externo
32 non originario, † nec naturali horum Regnorum,
cognitio & examen Senatus cadit dumtaxat su-
per mero facto temporali: an impetrans sit ex-
terus vel naturalis & originarius horum Regno-
rum, quod quidem examen incapax est umbræ
spiritualitatis.

Si quærimus, an litteræ impetrantur in dero-
33 gationem † juris patronatus Regii, aut laicorum,
examen dumtaxat cadit super mero facto, nam
34 quem possidere, † vel in possessione esse, quæstio
est meri facti, non juris, ut ex aliis in similibus
terminis diximus *de Regia protect. 4. part. cap.*
14. *num.* 77. Et quod possessio etiam rei spiri-
tualis sit facti, & in facto consistat, quàm plu-
rimos congessit August. Barbosa *in tractatu de*
jure Ecclesiastic. lib. 1. *cap.* 49. §. *nu.* 172.
& 176. Quapropter etiam super possessione
turbata, etiam rei spiritualis cognoscere posse
35 † sæcularem, tanquam merè temporali ad finem
tollendi violentiam, latè post magnam Doctо-
rum catervam firmavit Cancerius *variarum re-*
solutionum lib. 3. *cap.* 14. *de manutentione à*
principio, & præcipuè *à numero* 6. & Nos ali-
bi, & multi alii quos in unum cumulavit Bar-
bosa *d. num.* 172. & 173. licèt ipse à com-
muni Doctorum, & ab universali praxi declina-
verit.

Et eodem modo in tollenda vi, quæ fit or-
36 dinario, dum turbatur † & auferitur sua jurisdic-
tio contra decretum Concilii Trident. *in cap.*
causæ omnes, nudum tantummodò factum ca-
dit, dum examinantur litteræ per solam oculo-
rum inspectionem, an subscriptæ sint vel non,
eo quòd in prima instantia veniunt commissæ
non ordinario, sed alteri executori, sine sub-
scriptione propriæ manus Sanctissimi. Quod est
37 merum factum, consistit enim † hæc subscrip-
tio in ipsa manufactura subscribentis, prout in
specie probamus infrà *cap.* 30. §. 2. *versicul. Nec*
hæc solemnitas à n. 16. *cum seq. & ferè per totum*
§. *& cap.* 6. *à num.* 26. *cum seq. part.* 2. quod
quidem omnino est longè extraneum, & alienum
ab spiritualitate, quoniam non disceptatur de vi-
ribus jurisdictionis, nec de ejus jure; sed tan-
tùm de dicto facto, an commissio facta sit alteri
cum dicta subscriptione, ita ut dumtaxat inqui-
ratur in Senatu, an illud factum consistens in
manufactura Papæ absit à commissione avocatoria
primæ instantiæ, vel in ea legatur oculariter, sup-
ponentes Senatores jus constans, & indubitabile
resultans ex ipso facto & manufactura, de qua
sola dubitant & perquirunt an intercesserit in
rescripto directo alteri Judici delegato, juxta
quæ abundè infrà *cap.* 30. *cum suis* §§. maximè
in §. 5. *& eadem part.* 2. *cap.* 6. *à num.* 14. *cum*
multis seq.

Et sic de aliis cæteris incidentibus in articulo
38 principali † retentionis, in quibus non disceptа-
tur etiam de mero facto ad declarandum super
ipso, sed solùm declaratur super violentia princi-
pali tollenda, mediante retentione, & humili ad
Sanctissimum supplicatione, prout praxis quo-
tidiana ostendit.

Certi namque juris est, & verissima opinio
39 Doctorum à nemine † ferè impugnata; quòd
de facto rei etiam spiritualis incidente in cau-
sam principalem possit licitè judex laicus quilibet
cognoscere, & tractare, ut apparet ex magna illa
Doctorum copia, quos in his, de quibus nunc
versamur terminis, congessimus *cap.* 8. *à n.* 25. *cum*
seq. versic. Ex qua doctrina rectè, &c. Et alii plurі-
mi ab eisdem relati, qui benè distinguunt, quan-
do controversia † incidens sit juris, vel meri 40
facti, & Nos retiginus etiam ibidem, prout etiam
post plurimos Doctores pulchrè explicat Giurba *in*
conf. 80. *n.* 32. Ant. Amato *variarum resol. l.* 2.
res. 63. *n.* 2. & copiosiùs *n.* 11. ubi plurimos Doc-
tores cumulat, *& in resolut.* 86. *à n.* 61. & per
tres columnas magnam Doctorum catervam con-
gerit ad hoc, quod de facto rei spiritualis cogno-
scit judex laicus, quibus in locis benè etiam explі-
cat, qualis dicatur quæstio facti, qualisve juris,
& in quo utraque consistat, & differat, ad quæ
loca te remitto, & hunc eundem discursum in his
nostris terminis rectè consideravit Cenedus *q.* 47.
à num. 16. & Nos exactè *in tract. de Regia pro-*
tect. 1. p. cap. 1. *prælud.* 5. *per totum, & signan-*
ter à n. 217. *cum seqq.*

Et cùm, (ut sæpè probavi † evidenter *in c.* 1. 41
de Regia prot. & hac 1. *p. cap.* 1.) ad Regem ut
protectorem Reipublicæ temporalis, & Ecclesiasti-
cæ pertineat omni jure defensio suorum vassal-
lorum, & licitè cognoscat de violentiis per quos-
libet illatis, sicuti etiam in his terminis retentio-
nis probant omnes Doctores citati *cap.* 2. *à princip.*
Sequitur per necessariam consequentiam, quòd
ad eundem † pertineat inquirere, an adsit violen- 42
tia, cum aliter sit impossibile, posse defensionem
(ad quam de jure naturali, divino, & positivo
tenetur) præstare ut benè argumentatur Henriquez
lib. 2. *de Pontificis clave c.* 19. §. 3. *in gloss. lit.*
F. ibi: *Nec enim sine causæ cognitione, quid potest*
in hoc remedio certum decerni, cum impossibile sit,
quòd de particularibus juribus, & factis partium
possit Senatus habere notitiam, &c. ut & Nos per
plura jura probavimus *de Regia protect. c.* 2. *à*
n. 95. *cum seq.* 1. *part. & num.* 58. *& à num.*
285. *cum seq.*

Cui enim competit tractare de fine, compe-
tit etiam † tractare de mediis necessariis ad finem, 43
secundùm Philosophum, *lib.* 1. *Ethicorum, cap.*
1. & D. Thom. 2. 2. *quæst.* 40. *artic.* 2. *ad* 3. ubi
dicit, quod omnis potentia tanquam virtus, † ad 44
quam pertinet finis potest disponere de iis quæ
sunt ad finem. Quia media sequuntur naturam sui
fines, & ab eo * regulantur, *l. oratio, ff. de spon-* 45
salibus, & latiùs *dict. cap.* 2. *d. num.* 285. quibus
& dicenda adde. Nec non singulares doctrinæ
urgent adductæ sub. *à n.* 29. *cum seqq.* & supe-
rius.

Et cui conceditur consequens, concessum etiam
videtur * suum necessarium antecedens, *l. ad rem* 46
nobilem, l. ad legatum, ff. de procurator. l. qui pro-
prio, §. *qui alio, l. illud, ff. de acquirendo rerum do-*
minio, l. 2. §. *inspectio. ff. quemadm. testamenta*
aperiantur, l. 1. §. *ff. si ususfructus petatur, l. de-*
nique, §. *interdum, ff. de peculio, l.* 2. *ff. de juris-*
dictione omnium judicum Menoch. *de præsumption.*
lib. 4. *præsumpt.* 68. *n.* 6. Fusarius *de substitutionib.*
241. *n.* 67. *q.* 480. *n.* 21. Surdus *decision.* 7. *n.* 5.
Gonçalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ, gloss.* 3. *n.* 53.
Escobar. *de ratiociniis, capitul.* 25. *n.* 11. Scaccia
de appellationibus, quæst. 2. *n.* 26. *in fin.*

Quod ampliatur, etiam si consequens majus
esset * concesso, ut probant Zephalus *consil.* 406. 47
num. 2. *volumin.* 3. Alexander & alii citati per
Orozcum *in l.* 2. *de jurisdict. omnium judicum*,
n. 14.

num. 14. ponderantem *l.* 1. §. *fin. & l. fin. de jurisdict. omnium judicum*, & *cap.* 1. *de officio Delegati*, Gloss. celebr. *in l. cum proponas*, *C. de rebus creditis.*

Et cum antecedens necessarium ad indagan-
48 dam violentiam * hujus generis sit, prout est cognitio, & examen causæ legitimæ ad discernendum super retentione, atque etiam media sint legitima, & præcisa ad finem consequendum, cùm aliter non constat, nec possit de ejus veritate & legitimitate, ideò ad probationem testium reducenda erit ex hactenus dictis ad differentiam
49 alterius generis violentiæ, quæ * versatur circa delationem appellationis, & executionis sententiæ, quæ violentia omnino notoriè ex actis ipsis gestis à Judice Ecclesiastico constat, ita ut alia externa penitus excutetur probatio, ut latiùs deduximus *de Regia protectione* 1. *p. cap. c.* 2. *à n.* 95. & *pluribus seq.*

Quoniam licèt utrumque violentiæ genus quoad justitiam recursus ab unamet radice producatur, & ab eodem principio detinetur, prout abundè videre est ex *cap. & seq.* hac 1. *p. & perc. & 2. in commentariis de Regia protect.* tamen quoad examen, & modum cognoscendi differunt, & diversa uniuscujusque qualitas attenditur juxta quam cuilibet applicatur examinis & cognitionis ille modus, qui aptior & conducibilior visus fuit, & necessarius ad finem consequendum, juxta ea quæ in hoc *cap. à n.* 16. *in dict. c.* 2. *à n.* 95. *de protect. Regia.*

Hinc ex hactenus validissimis fundamentis conteres assertionem incautam doctissimi Domin. Joan. del Castillo *in tractatu de tertiis*, novissimè edito *in cap.* 41. *fub n.* 34. dum fortè difficultate pressus minùs attentè confundat utriusque violentiæ terminos, & asserit, quod in hac retentionis litterarum Apostolic. cognitione nihil agitur per viam jurisdictionis, sed extrajudicialiter per modum defensionis naturalis ad tollendam violentiam; allegat ad id Zevallos, Covarruvias, Olivanum, & alios loquentes in violentia ob non delatam appellationem, qui longè diversus est casus ab hoc retentionis litterarum, ut modo dicebamus remissivè pro fundamentis & ratione quæ nec militant, nec procedere possunt in hac litterarum retentione in qua examinatur causa ad eam decernendam, & fideliter certiorandum Sanctissimum super ejus veritate, & reali existentia, quæ consistit in facto merè temporali & incidente in causam violentiæ principalem, juxta latiùs huc usque comprobata, quæ si in mentem caderent tanti Doctoris, certò scio mutaturum sententiam suam, quam obiter prorupuit, & quod ex professo dubium hoc examinaret, attenderet praxim hujus Supremi Consilii, & Cancellarium, in quibus per suos & legitimos juris, & Judicii Ordinarii tramites causa retentionis deducta examinatur & per unam & alteram diffinitivam sententiam terminatur, prout annotavimus *à n.* 16. & *seqq.*

50 Claudo igitur legitimum hunc * discursum, nam cùm Regis sit proprium officium, & regalia de violentia cognoscere indistinctè in omnibus causis, & inter quaslibet personas Ecclesiasticas, causa retentionis quæ indicit, consistit in mero facto, nihil habens spiritualitatis, atque etiam licet factum ipsum super spiritualitate aliqua cadat; ejusdem facti cognitio pertinere debet ad eundem Senatum (qui de violentia, & causa principali cognoscit) etiam cum jurisdictione, & exactâ facti incidentis cognitione, quæ dumtaxat versatur super re merè profana, & temporali, prout in hoc discursu legitimè & de jure probatum reliquimus.

Hæc tamen probatio per testes * multoties dene- 51
gari solet in Senatu, quoties causa quæ proponitur ad fundandam retentionem consistit in jure tantùm, quia cum per juris dispositionem sit articulus jam decisus, nihil potest prodesse probatio, ut latiùs probavimus *in commentar. de Regia protect.* 3. *part cap.* 6. *à numero* 63. *cum seq.* quibus ad idem adde Mieres *de majoratu* 3. *part. quæst.* 15. *numero* 69. Ferretus *consil.* 45. Corsetus *quæst.* 1. *numero* 1. & 2. *lib.* 2. Castillo *decision. Siciliæ* 48. *numero* 4. 5. 6. & *num.* 8. & *seq.* Milanens. *decis.* 3. *numero* 158. & *decis.* 5. *numero* 9. *lib.* 1. Æmilian. *cons.* 44. Vincent. de Franch. *decis.* 211. *numero* 221. & *decis.* 262. *in fin.* Rovit. *in prigmat. post prædictas. numero* 6. & *sequentibus*, Anna *singula.* 470. Amendula de Franch. *dict. decision.* 122. *numero* 15. Ponte *cons.* 59. *numero* 1. *lib.* 1. Menoch. *de arbitrariis*, *lib.* 1. *quæst.* 54. *numero* 6. Burg. *de laudem. part.* 3. *inspect.* 14. *numero* 17. & *de modo procedendi ex abrupto*, *centur.* 1. *qu.* 5. & *num.* 5. & *seq.* Mastrillus *decis.* 125. *num.* 2. Petrus de Gregorio *de judiciis. causa. feudali*, *quæst.* 21. Decianus *cons.* 17. *n.* 6. *lib.* 5. Paschalis *de viribus part. potest. part.* 2. *cap.* 6. *nu.* 7. Intrigliol. *singula.* 173. *nu.* 8. *lib.* 2. & *feudor. centur.* 2. *artic.* 97. *n.* 23. *cum seq.* Amato *variarum resolut. tom.* 2. *resolut.* 63. *n.* 6.

Nec quando causa ipsa ab altera parte confi- 52
tetur, admittenda * erit probatio alia per testes, ut diximus *de Regia protect.* 3. *part. dict. cap.* 6. *n.* 64. & *seq.* Quia cùm inter partes adsit concordia super facto, de nihilo serviret testium assertio & comprobatio.

Quia frustra spectatur res cujus eventus * nihil 53
potest operari, *l. quando*, §. *fin. ff. ad Velleianum l. si quis ita scripserit*, *ff. de hæred. instituend. l. cum hæredes*, §. 1. *ff. de acquir. hæreditate*, *l. non videtur*, *ff. de judiciis*, *l. fin. C. qui admitt. l. ad probationem*, *C. de probationibus*, *cap. cùm contingat. de officio Delegat.* Surdus *decis.* 184. *n.* 8. Franciscus Molinus *de nuptiarum lib.* 1. *comparatio* 10. *n.* 57. Marsill. *consil.* 57. *licet nudum*, *n.* 17. Tuschus *tom.* 4. *litter. F. conclus.* 520. *n.* 1.

Et factum, quod non * relevat, fieri non debet, 54
l. ad probationem. C. de probation. Surdus *decis.* 260. *n.* 5. *cum sequentibus*, *l. jubemus*, & ibi Bartol. *C. de sacrosanctis Ecclesiis*, Menoch. *cons.* 351. *num.* 36. Octavia. Glorit. *respons.* 1. *p.* 2. *n.* 280. *in fin.* qui aiunt, quod nec etiam factum dicitur.

Quòd in his * terminis reperio tenuisse Gundi- 55
salvum de Paz *in praxi tom.* 2. *prælud. ult.* qui postquam *à n.* 1. *cum seq.* firmavit praxim hujus retentionis præcipuè ad executionem Concilii Tridentini *in cap.* 20. *causæ omnes session.* 24. *de reformatione*, *sub n.* 11. dicendo: *Post hinc inde partium & Regii Fiscalis allegationes causam concludendam*, postmodum prosequitur in hæc: *Et si negotium in probatione consistat, reperitur ad probationem per Consiliarios Regios, & in eo procedi-tur viâ ordinariâ, donec sententiam diffinitivam proferant, sed si in probatione non consistat, statim post allegationem partium proferunt suam sententiam, quâ vel pronunciat litteras Apostolicas retinendas esse donec Summus Pontifex consulatur & meliùs de veritate informetur, & interim earum executionem suspendunt,*

dant, & interdicunt sub gravissimis pœnis & comminationibus, earum usum impetrantibus, &c.

Quapropter in articulis juris iis nempè, qui in jure duntaxat, non etiam in facto consistunt, non datur dilatio ad probandum; quia cum partes sunt concordes in facto, ita ut dumtaxat discordia consistat in solo jure juxta innumerabiles Doctores ad id citatos per Amato, *variarum resol. lib. 2. resolut. 63. à n. 11.* Ideò nec ad probandum admittuntur partes, nec eisdem terminus conceditur, Millanens. *decision. 3. n. 156. & decision. 5. n. 6. lib. 1.* Intrigol. *singular. 173. nu. 80. & 81. lib. 2.* Mastrill. *decision. 125. n. 2. lib. 2.* Giurba *decis. 49. sub. nu. 4.* ex Bellamera *dec. 317.* Romanus *singulari 519.* Amato ubi proximè *n. 3. & seqq.*

Facto igitur legitimo examine, & concluſa cau-
56 sa inspicitur † processus in Senatu, & si cognoscitur ex eo non adesse violentiam, nec damnum Reipublicæ inferri ex litterarum executione, nec ex ea induci aliquod periculum publicæ utilitati, nec præjudicium notabile inferatur juri tertio quæsito, atque sic cesset violentia: statim relaxantur litteræ, & decernit Senatus: *Que no ho lugar de retenerse estas letras Apostolicas en el Consejo, y que sea entreguen à la parte, para que use dellas;* quia trepidaverunt timore, ubi non erat timor, juxta Propheram, *Psalmo 23.*

Sin autem justa & legitima causa subsit ad re-
57 tentionem faciendam, † & suspendendam litterarum executionem ob utilitatem publicam; datur in Senatu decretum juxta casuum varietatem. Nam-
58 que aliqui † pertinent ad retentionem, aliqui ad remissionem Ordinariorum, de quibus infrà latiùs *2. part. per totam*, & signanter *in cap. 26.* in priori casu datur decretum, *Retienense estas Bullas en el Consejo, para que no se use dellas, y la parte de N.* (petentis retentionem) *suplique dellas ante su Santidad*, ut possit Senatus dicere idem quod Imperator *in l. 1. C. de his qui propter metum judicis non appell.* ibi: *Sacro enim comitatu nostro timore nihil potuisti.*

In secundo autem casu, ubi datur remissio litterarum, ita solet concipi decretum: *Entreguense estas lettras (ò Bullas) à la parte, para que use dellas delante el Ordinario.* Attenta tamen juridica distinctione, de quâ copiosè *in dict. cap. 26. infrà 2. part. per totum.*

Si autem hæc remissio petatur in Senatu di-
59 rectè, ortâ competentiâ inter Conservatorem † alicujus personæ, aut Collegii & similium, vel inter Nuntium, Archiepiscopum, vel alium (volentem cognoscere & tractare causam in prima instantia) & Ordinarium certantem ad se pertinere cognitionem ex dispositione Concilii Tridentini *sess. 24. de reformatione, cap. 20.* Tunc quando directè pro conservatione, & executione dicti Concilii recurritur principaliter ad Senatum supremum (cujus hæc violentiæ cognitio privativa est, ut latiùs deduximus *cap. 14. hac 1. part.*)
60 Tunc solet Senatus † ita decernere, & decretum concipere: *El Juez conservador, ò el Nuncio, &c. En conocer y proceder en esta causa hazo fuerça, y se remite la causa al Ordinario*, quo quidem decreti genere dumtaxat utitur Senatus supremus tanquam Concilii protector in hoc casu speciali.

61 Nam cùm non adsint † litteræ Apostolicæ, ut possit simplex consuetum decretum (*entreguense estas lettras à la parte para que use dellas delante el Ordinario*) dari, nec etiam si adsint litteræ Nuncii, vel alterius Archiepiscopi, quia cùm careat potestate (stante clausula irritante, & annullativo omnium actorum de quâ in dict. Tridentin. decreto) commissio est nulla ipso jure, *ex l. unica, C. qui pro sua jurisdiction. dare, darivè possunt*, ac ideò nihil est quod possit remitti Ordinario, ut ea commissione uti possit impetrans, juxta quæ copiosè in comprobationem *dict. l. unic.* congessimus *de Regia protectione 4 part. cap. 6. à principio, & à n. 30.* ac propterea necesse fuit in Senatu variari decreti modum, & prædicto termino illud concipere; *Que en conocer y proceder haze fuerça y se remitte la causa al Ordinario.* Non tracta-
62 mus modò de alio simili decreto, quo omnia † cætera Tribunalia Regia suprema uti possunt, & utuntur quotidie, nempè quando Judex Ecclesiasticus cognoscere intendit de reo merè laico, & super re merè profana, quia tunc etiam datur in omnibus hoc decretum: *Que el Juez Eccleſiastico en conocer, y proceder haze fuerça, &c.* Quo dumtaxat casu possunt cætera Tribunalia decretum hoc ita concipere.

Quare cùm cætera Tribunalia ipsa non possint
63 cognoscere † de hoc genere violentiæ pro observatione, & executione Tridentini, & ab eisdem totaliter sit avocata potestas, nec oppressis permissa facultas ad dicta Tribunalia (præter hoc supremum consilium) recurrendi, ut latissimè probavimus *dict. cap. 14. à n. 26. cum seq. hac 1. part.* ad effectum directè remittendi † causam Ordina-
64 rio: sequitur, ut nullo modo possint uti hoc genere decreti (ut *conocer y proceder.*) Sed quando ad eadem Tribunalia recurritur ortâ competentiâ * inter aliquos Judices, à quibus emissa appellatio ex-
65 titit, decernunt duntaxat simpliciter, quis facit vim in non deferendo appellationi, quisve illam non facit delationem denegans, juxta quæ abundè deduximus *de Regia protectione 2. p. cap. 10. per totum*, ubi latè quemadmodum concipienda sint hæc decreta Tribunalis, orta competentia inter aliquos Judices Ecclesiasticos, à quibus vel ab una parte, vel ab utraque à singulis Judicibus, vel ab uno tantum appellatio interposita fuit: videbis.

Et hæc omnino attende, quia ex hoc genere decreti supra dicto (quo solus hîc Senatus supremus utitur in hoc peculiari casu duntaxat, ex specialissima ratione dicta) multos * vidi deceptos,
66 & illo velle uti indistinctè in aliis casibus competentiæ, minimè attendentes, quòd solùm Senatus supremus illo utitur, quando dictâ competentiâ ortâ, ad illum recurritur pro executione Concilii, quâ facultate cætera Tribunalia privata sunt ex clausula legis avocativa, ut latè *in dict. cap. 14. supra 1. hac 1. part.* diximus.

Quando autem generaliter in omnibus Tribunalibus oppressus simul utitur utroque remedio violentiæ, puta intentando Bullarum retentionem,
67 * & cumulando querelam violentiæ, ut deferri mandetur appellationi interjectæ ab executore jam procedente eadem virtute, variis modis concipi solent decreta, prout abundè diximus & formulas proposuimus *hac 1. part. cap. 11. concluſ. 1. et seq.* usque ad finem, quæ hîc supplere poteris.

Major tamen se offert solvenda difficultas, quando
68 ad Tribunalia inferiora Regia, Cancellarias † & Audientias recurritur hac simultanea querela; nempè petendo directè causam ex decreto Trid. & ejus observantia remitti Ordinario, & simul decretum violentiæ ob non delatam appellationem emissam ab

executore procedente, derogando primæ inſtantiæ ejuſdem, cùm ad hunc effectum dumtaxat diximus ſuperius *d. cap.* 14 *à num.* 26. *cum ſeq.* poſſe hæc Tribunalia de hac violentia cognoſcere ſimpliciter; quæ autem directè tendunt ad conſervationem, protectionem & executionem Concilii Trident. remittendas eſſe præcisè huic ſupremo Concilio ibidem deduximus, & expreſsè deciditur, *in l.* 8. *tit.* 5. *De los Preſidentes, lib.* 2. *Recopil. in* 3. *tom.* ibi: *Y que las dichas cauſas vinieren à las dichas Audiencias, ſe remittan a los del nueſtro Conſejo, etc.* quam ibidem citavimus.

Cui facilè occurres, ſi conjungas reſolutiones, 69 quas appoſuimus † ſuperiùs in duobus capitibus 11. & 14. Etenim ſi viſis in Audientia Regia omnibus actis reperiatur, judicem violentiam feciſſe in non deferendo appellationi; rectè poterit Tribunal illud ita dare decretum, *deferat, & reponat*, circà remiſſionem petitam Ordinario remittere ſtatim cauſam ad ſupremum hoc Conſilium cognoſcendam, & terminandam cui nihil obſtat præ- 70 dictum Tribunalis decretum violentiæ, tum † quia procedit in caſu ſibi permiſſo, & ſeparabili, tùm etiam quia ex eodem decreto facilior redditur exitus, & expeditio cauſæ & articuli remiſſi, quia repoſitione mediante, faciliùs exequitur decretum Concilii Regii, quo remitti decernit cauſam Ordinario, ad latè tradita *in c. cum teneamur de ap-* 71 *pellationibus*; quia res redditur integra juxtà † quæ abundè diximus ſup. *c.* 11. *à n.* 16. *cum ſeq. in ſecunda concluſione, & concluſ.* 3. *à n.* 28. *& in cap.* 10. *à n.* 89. *verſ. Mihi in dies*; ubi per multos numer. ſequentes: quæ ulteriùs repetere non licebit.

Si autem inſpectis in eodem Tribunali omni- 72 bus actis, † reperiatur judicem vim non feciſſe in deneganda delatione appellationi emiſſæ, ſubſiſtere debet Tribunal, nihil ſuper eadem vi, & articulo decernere; ſed totam cauſam remittere ad hoc ſupremum Concilium, quoniam ex decreto, *Vim non fieri*, maximum oritur inconveniens impeditivum, executionis decreti hujus ſupremi Senatus ſuper remiſſione facienda ordinario, de quo latè diximus ſup. *cap.* 10. *à principio*, & per totum, & quia poteſt Judex delegatus virtute hujus decreti proſequi cauſam & partem obtinere executoriales, ex quibus poſtmodùm decretum Senatus patitur magnam difficultatem juxtà quæ diximus, *cap.* 11. *ſup. concluſ.* 2. & 3.

Unum tamen generale omninò neceſſarium, & 73 præciſum in † hac materia retentionis Bullarum Apoſtolicarum non omittamus, ut cùm in cognoſcenda & diſcernenda cauſa legitima ut illæ retineantur, ſi poſitum à jure juſto arbitrio diſcreti Senatoris, ut copiosè deduximus hac 1. *part. cap.* 9. præcipuè *à n.* 13. *cum ſequentibus, uſque ad finem, verſe Quibus tamen, & aliis*, ut ſemper Tribunalia Regia in hoc arbitrario remedio præ oculis habeant (ut aſſolent) & exhibeant debitam 74 reverentiam Sanctæ Sedi Apoſtolicæ † & Bullæ in Cœna Domini, ne facilè ex exceſſu immoderatæ & indebitæ defenſionis, in ejuſdem cenſuras incidant, neque hoc ſalubertimo remedio ad præſidium innocentiæ, invento immoderatè abutantur, cùm defenſio hæc debeat adhiberi cum moderamine inculpatæ tutelæ, hoc eſt ſervata ſemper 75 in omnibus † reverentia Sedis Apoſtolicæ, ut poſt multos Doctores in terminis diximus *de Regia protect.* 1. *p.* co 2. *à n. cum ſeqq.*

Omnis enim defenſio tunc dicitur permiſſa jure 76 naturali, & gentium, † quando præſtatur cum moderamine inculpatæ tutelæ, eo tamen non habito, defenſio ipſa punibilis eſt, & culpabilis, prout latè probant poſt magnam Doctorum catervam Farinacius *in praxi crimin. de homicidio, quæſt.* 125. *à num.* 330. *cum multis ſeq.* quamplurimos alios Didacus Mari *in additionib. ad Thom. Grammatic. deciſ.* 5. *nu.* 4. & 5. Mongollon. *de his quæ metus, cap.* 8. §. 1. *nu.* 7. Cancerius 2. *part. tom.* 1. *c.* 10. *à num.* 40.

Quia cùm moderamen hoc inculpatæ tutelæ pro- cedat ab eodem principio, & jure naturali & gentium, * ſicut ipſa defenſio, juxta veriorem opi- 77 nionem, quam contrà alios firmavit Fortunius Garcia *in l. ut vim, n.* 1. *verſ. Ex hac ipſa natura, ff. de juſtitia & jure*, & latiùs *nu.* 3. & 4. ubi cum pluribus Doctoribus hanc ſententiam defendit *nu.* 12. & 13. Declarat Bolognet. *in eadem l. ut vim, n.* 34. ut plenè proſequitur; & *n.* 63. Turrecremata *in cap. jus naturale, nu.* 23. *diſtinction.* 1. Jacobus Boulen. *in repetitione l. Capitalium,* §. *famoſos, n.* 134. *in fin. & n.* 135 & 136. & 148. *de pœnis*, Farinacius *de homicidio, quæſt.* 125. *n.* 334. ſequitur, quod † non adhibito hoc mode- 78 ramine inculpatæ tutelæ, fiet contra jus naturale & gentium, & ceſſabit in Senatu penitùs fundamentum defenſionis permiſſæ.

Moderamen tamen hoc tunc in defenſione dici- 79 tur ſervatum, quando † id fit, ſine quo violentia aliter tolli non poterat, *l. ſciendum,* §. *qui cum aliter, ff. ad legem Aquiliam, l.* 1. *C. unde vi*, Grammatic. *conſ.* 63. *n.* 3. Inſtrigol. *conſ.* 15. *n.* 34. Barcius *deciſ. Bonon.* 182. *nu.* 3. Maſcardus *de probation. concluſ.* 1126. *n.* 29. Farinac. *d. q.* 125. *n.* 330. *cum ſeq.* ubi quòd moderamen inculpatæ tutelæ conſiſtit in tribus † circa modum, tempus 80 & cauſam, ubi ſingulas particulas latè proſequitur, & ex aliis Didacus de Mario. *in addit. ad Thomam Gramm. deciſ.* 5. *n.* 4. *& ſeq.* quæ adde ad ea quæ diximus in his terminis *de Regia protect.* 1. *p. cap.* 2. *à n.* 285.

Quare maximè Senatores evigilare debent, ne † calumniosè, & fruſtratoriè quem uti permittant 81 hoc ſalubri remedio, ad finem dumtaxat vexandi adverſarium, & detinendi, ac differendi cauſam principalem, quod quidem in ſpecie abhorrent Doctores omnes de hac retentione Bullarum tractantes, quos in unum congeſſimus *cap.* 2. *à princip. hac* 1. *part.*

Idcircò ſi ex cauſa frivola † deducta in Senatu 82 ad hanc retentionem conſequendam hæc intentio partis deducatur; omnimodò debet Senatus condemnare calumniantem in omnibus expenſis, prout ex pluribus Doctoribus in his terminis loquentibus probavi & animadverti *in tractatu de Regia protect.* 1. *part. cap.* 2. *à n.* 238. *cum multis ſeq.* quo te remitto, & inſuper ubi etiam in his terminis Flores de Mena *practicarum quæſt. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 8. *ad fin.* & Azeved. *in l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recopil. in fin.* Quæ quidem expenſarum condemnatio multùm prodeſſe poterit, ne cùm tanto periculo quis abutatur hoc remedio, conſulitur quieti litigantium, & eorum ſumptibus, & laboribus, nec non Senatorum exoneratio ſuboritur, & ut tandem omnes cognoſcant auſum temerarium habere vindictam.

Et ut cognoſcatur quanta juſtificatione procedit Rex noſter in harum † Bullarum reten- 83 tione, decrevit Senatus hic ſupremus, *ut nullatenùs tradatur parti intentanti Bullarum quarumlibet retentionem proviſio ordinaria, quoſque præſtet fidejuſſorum ſolvendi omnes expen-*

ſas

sas alteri parti, si reperiatur sua relatio siniſtra, atque etiam ut relinquat procuratorem, cum quo proſequi poſſit retentionis cognitio ad evitandam fraudem, depravatamque intentionem partis differre curantis & ambientis cognitionem hanc, ne impetrans queat ſuis litteris uti, & in longum protrahatur & cunctetur ipſarum debita executio.

Circa quæ duo ſunt decreta Senatus cum con-
84 ſultatione † Regis anni 1545. quod eſt *in lib. 2. decretorum, fol. 3 & in quaterno decretorum eſt 5. decretum* in ordine in hæc ſtatuens. En la Villa de Valladolib à de Abril de 1545. annos, los Sennores Preſidentes, y Oidores del Conſejo de ſu Mageſtad, mandaron, que las cartas que de aqui adelante ſe deſpacharen en Conſejo, para traer Bullas ſobre el patronazgo real, ò patronazgo de legos, ò por derecho de eſtrangero, ò beneficio patrimonial; que el Eſcrivano del Conſejo que las diere, antes que las entregue à la parte, tome del fianças, que ſino pareciere ſer cierta le relacion que haze, pagara à la otra parte todas las coſtas y dannos que ſe recrecieren; è quede citado para los autos del pleito, y que ſino tomare ladicha fiança, è dexare poder y procurador citado, que el Eſcrivano del Conſejo que lo deſpachare lo pague de ſu caſa. Caſtillo.

Alterum decretum hanc diſpoſitionem confir-
85 mans †, & extendens ad retentionem Bullarum in contraventionem Concilii Trident. & ad aliam quemlibet caſum pertinentem ad hunc recurſum retentionis intentatum, eſt *in eodem quaterno decretorum Conſilii* 85. quod ita diſponit: En la Villa de Madrid a tres dias del mes de Junio de 1580. annos, los Sennores Preſidentes y Oidores del Conſejo de ſu Mageſtad, mandaron, que de aqui adelente ſe guarde y cumpla el auto proveido en Conſejo en 24. de Abril del anno de 1545. en que ſe mando, que quando ſe deſpachare alguna proviſion para traer Bullas ſobre patronazgo Real, ò patronazgo de legos, ò por derecho de eſtrangero, ò beneficio patrimonial, el Sectetario que la dieſſe, tomaſſe fianças de la parte que la llenaſſe, que ſi la relacion que hazia no era cierta y verdadera; pagara à la otra parte las coſtas, y le citaſſen para todos los autos, y dexaſſe procurador con quien ſe hizieſſen, ſo pena que no lo cumpliendo aſſi el Secretario, que dexaſſe de tomar la dicha fiança, y hazer las demas diligencias dichas, pagaſſe las coſtas como en el dicho auto ſe continere: con que aſſimiſmo ſe entienda en qualeſquiera proviſiones que ſe dieren; para tomar Bullas contra el Concilio, ò en otro qualquier caſo. Juan Caſtillo de Andrada.

Et ita in hoc Senatu inviolabiliter obſervatur hodie; ſunt etenim decreta hæc ſanctiſſima, pul-
86 lulantia obſequium, & obedientiam, † necnon ſolitam venerationem, & debitam Sedi Apoſtolicæ, ſuntque decreta hæc Chriſtianæ ſinceritatis manifeſta demonſtratio, atque Religionis evidens argumentum, quia Rex Catholicus non vult ſe intromittere in iis, quæ verè ſuam Rempublicam non lædunt, imò conatur fictam, ſeu calumnioſam relationem mulctare & penitùs rejicere, & aditum denegare fictè recurentibus, & calumnioſè conquerentibus.

De inſtructione, quam habent Cancellariæ, &
87 Audientiæ regales † circa modum procedendi in hac Bullarum retentione, & de praxi, petitionibus, proviſionibus, & decretis affirmativo, & negativo, de modo formandi proceſſum: vide *Salgado de Supplic. & Retent.* Monterroſum practicum *in praxi tractato 5. de las Chancillerias, cap. Sigueſ. el quarto proceſſo, que es ſobre retencion de las Bullas, cap. 1. del eſtilo.*

Ubi in verſiculo, *Pero acaece algunas vezes* ponit ſtylum, & praxim, quâ utuntur † Tribu- 88
nalia Regia, quando accidit, quòd impetrans, antequam à ſe auferantur litteræ, illas exequutus fuit jam, & litteras & proceſſum miſit Romam, ut tunc Regius Fiſcalis per petitionem à Senatu poſtulare ſoleat, ut procedatur contra litteris utentem, ut ſi fuerit laicus detrudatur in carcerem, ſi autem Clericus fuerit, quod compareat in Senatu perſonaliter, & ejus temporalitates ſequeſtrentur, & à curia ne exeat, quouſque afferat dictas litteras, & ſimul abſolutionem parti.

Quòd fieri mandatur in ſenatu, firmat ipſe practicus Monterroſo, & contra laicos procedi-
tur ad pœnas legibus hujus Regni ſtabilitas, vide eundem ibidem per totum cap. ubi plura in praxi confert. De quibus plurima Nos diximus infrà 2. *p. cap. 24. verſ. Quoad ſecundam, à n. 41. uſque ad finem ejuſdem cap.* ubi abundè de pœnis, quas incurrunt jure Regio partes, Tabelliones, ſive Clerici ſive laici exequendo, ſive inhibendo litteras Apoſtolicas contra jus Regis, Regni, aut publicæ utilitati impetratas & vide etiam ſub. *cap. 10. §. unico, à nu. 90. uſque ad fin.* ubi abundè de ſequeſtratione temporalitatum & fructuum impetrantis, & litteras exequentis.

Illud tandem animadvertendum cenſeo quod à 89
ſententiis latis in Cancellariis † Regiis ſuper retentione Bullarum nullatenus admittitur ſecunda ſupplicatio *con las mil y quinientas* (de qua integer eſt *titulus lib. 4. Recopi.* Avenda. *in tractatu de ſecunda ſupplicatione*, Didacus Perez *in. l. 25. tit. 3. lib. 2. ordinament.. gloſ. 2.* Paz *in praxi p. 6. tom. 1. cap. unico per totum*) eò quòd ad illam interponendam duo requiruntur præcisè reſpecta rei, de qua contenditur, quod res ipſa ſit arJua, & continens æſtimationem, & valorem trium millium duplarum aurei de cabeça, ex *l. 7. tit. 10. lib. 4. Recopil.* ibi: *Siendo tan ardua la cauſa, y ſobre tan grande cantidad, que ſea de tanto valos y eſtimacion. &c. & ex l. 9. ejuſdem tituli*, quare cum hæc ſimul non poſſunt concurrere in cauſis retentionis Bullarum: tùm quia in eiſdem, nec agitur de re principali; nec in proprietate, nec in poſſeſſione; † nec agitur de applicanda alicui 90
ex contendentibus; nec etiam contenditur de valore bullarum ad effectum declarandi ſuper eo, ſed duntaxat examinantur, an ex earum executione aliquod inferatur damnum publicæ utilitati, ad effectum duntaxat ſuperſedendi in executione, & reſcribendi atque ſupplicandi Sanctiſſimum, quod nec infert præjudicium perpetuum, nec irreparabile, ſed temporale, dum Papa conſulitur, ex text. *in cap. 2.* ibi: *Donec Romanum Pontificem conſulant, executioni ſuperſedeant, de officio Delegati. text. in cap. multum ſtupeo. 2. quæſt. 6.* ibi: *Expectandum tibi fuerat quid ad tua conſulta reſcriberem. Authentic. de mandatis Princip. §. deinde competens, collat. 3.* ibi: *Tunc ſuſcipiens quidem talem formam, non autem aliquid agens ex ea anteaquam ad nos nuntians ſecundam præceptionem noſtram ſuſcipias*, de quibus ſuprà *cap. 5. à n. 25. & 4. p. cap. 5. §. 4. n. 2.*

Quod ideò leviſſimum præjudicium vocat in
his terminis † Marius Giurba *in conſ. 39 ſub n. 38.* 91
dum loquens de examine reſcripti Regis, an contineat damnum Reipublicæ, & contra ejus pri-

vilegia ad effectum ſuperſedendi. & reſcribendi Principi ita ait: *Maximè ſi nec perpetuum, nec irreparabile præjudicium ſit*, Sforcia *conſ.* 20. *nat.* 43. *Sed leviſſimi præjudicii eſt contra privilegium declaratio, cujus effectus eſt brevis quædam, & temporalis ſuſpenſio, ſeu ſuperſeſſoria executionis reſcripti aut ſimilis rei allegata privilegia uſque ad ſecundum Regis mandatum, &c. differt enim ſolum ſuſpenſio hæc, non perimit, &c.* Et quòd ſuperſeſſoria, quatenus ſit temporalis, quod inferat leve & momentaneum præjudicium reparabile, per plura fundamenta ſcripſimus *de protect. Regia* 2. *p. c.* 10. *à n.* 29. *cum ſeqq.* facit *l. ſi debitori*, ibi. *Nec enim damnum magnum eſt in mora modici temporis, ff. de judiciis.*

92 tum etiam quia, hæc cauſa recipere non poteſt æſtimationem, nec cadit ſuper re æſtimabili, quo caſu non eſt locus ſecundæ ſupplicationi huic, prout ex hac ratione pariter ceſſare ſecundam ſuplicationem in cauſis nobilitatis (etſi aliàs arduæ judicentur) affirmat Paz ubi proxi-
93 mè *num.* 68. *& à num.* 66. Tùm etiam quia ſubplicatio hæc adhuc negatur † à ſententia meri poſſeſſorii ex legibus Regiis allegatis per Paz *d. cap. unic. à nu.* 114. de quo in hac retentione adhuc non contenditur, nec controvertitur ad effe-
94 ctum & finem declarandi ſuper eo, ſed de mero † facto, & inſiſtentia poſſeſſionis, & ſtatus ultimi Patronorum, ad effectum dumtaxat ſuperſedendi in executione litterarum Apoſtolicarum. & Sanctiſſimo reſcribendi, ut quid ſenſerit explicet, nec ex hac cognitione alicui applicatur jus patronatus, nec ad quem pertineat declaratur, quod omne intactum remanet coram Eccleſiaſtico diſcutiendum.

Itaque cùm præjudicium retentionis litterarum † ſit leviſſimum, temporale, & penitùs reparabi- 95
le, nullum jus partium tangens intrinſecum, prout & ſuperiùs hoc capite diximus; ideò nullo modo admittitur in iis cauſis retentionis Bullarum ſecunda hæc ſuplicatio, nec in hoc regio Conſilio viſum, nec auditum fuit, nec unquam admiſſum, nec adhuc ab aliquo tentatur tale remedium, & ita inviolabiliter obſervat Senatus.

Ex quibus rationibus & fundamentis, inferri poteſt etiam † ad cauſas retentionis Bullarum Apoſ- 96
tolicarum deciſas in prima inſtantia in Audientia Regni Galleciæ (chariſſimæ, & dulciſſimæ patriæ noſtræ) ut minimè admittatur appellatio ad Cancellariam Vallifoletanam, cùm res ſuper qua contenditur debeat habere æſtimationem, ſi in proprietate mille ducatorum, ſi in poſſeſſione duorum millium, quæ æſtimatio penitùs ceſſat in hac cauſa retentionis, in qua nec de proprietate rei principalis, nec etiam de poſſeſſione agitur, nec definitur; Ex hactenus deductis, quæ omnino convincunt, & planè congruunt hujus ultimi articuli determinationi, & reſolutioni. Maximè quia revera multum indecorum, & indecens foret, cauſas hujus qualitatis velle regulare per alias merè temporales, inter quas tanta reperitur diſſonantia & non ſine ſcandalo novitas hæc introducta foret, ab latè tradita *ſuprà cap.* 6. *per totum.*

TRACTA-

TRACTATUS
DE
SUPPLICATIONE
AD SANCTISSIMUM
A Litteris Apoſt. &c. Et de earum interim Retentione in Senatu.

PARS SECUNDA.

Continet Recurſum ad Regem ob contraventionem Sacroſancti Concilii Tridentini, præſertim circa præſervationem primæ inſtantiæ Ordinariorum.

CAPUT I.

Quo jure Rex Catholicus, quibuſve rationibus litteras Apoſtolicas in contraventionem œcumenici Concilii Tridentini importunè impetratas, vel retinere, vel remittere valeat, & de utriuſque differentia, de qua latius, cap. 26.

SUMMARIUM.

1 *Principum Chriſtianorum Regale munus eſt, evigiles eſſe in tuitione Reipublicæ, præcipuè ſpiritualis, dogmatum, & Conciliorum.*

2 *Principes ſuorum Regnorum ſunt adſtricti ad protectionem, ne violentiam, aut ſcandalum patiantur in perniciem Reipublicæ ſpiritualis, & temporalis.*

3 *Ad Conciliorum, & Eccleſiæ tuitionem ſæpè invitaſſe Pontificem Principes Chriſtianos ad ſedandos violentos incurſus, multis canonicis decretis legimus.*

4 *Bonifacii Papæ epiſtola refertur miſſa Imperatori Honorio, ut auxilium Eccleſiæ, & Religioni oppreſſæ præſtaret.*

5 *Epiſtola refertur Imperatoris Honorii miſſa Papæ, qua profitetur interventu ſui pacem cuſtodiri, & ſeditiones Eccleſiæ obvenientes ſedari.*

6 *Divi Auguſtini Authoritas refertur, quâ licitè petitur per Prælatos auxilium à Principe Chriſtiano contra hoſtes Eccleſiæ ad ejus tuitionem magis, quàm vindictam.*

7 *Res religioſæ aliter tutæ eſſe nequeunt, niſi & Regia & Sacerdotalis defendat authoritas.*

8 *Epiſtola D. Auguſtini, qua adverſus violentias fit ultio à poteſtatibus per Prælatos poſtulanda.*

9 *Concilium Agatenſe refertur, quo dicitur ab omnibus Principibus eſſe auxilium poſtulandum pro pauperum moleſtiis, quibus Eccleſia fatigatur.*

10 *Si principium præeminentia in Eccleſia ex conſuetudine acquiſita non ſervetur, ſcandalum Eccleſia patitur vitandum.*

11 *Principum Chriſtianorum præceptum Regale officium eſt Eccleſiam, ejuſque libertatem, & immunitatem defendere.*

12 *Principes ſæculi nonnunquam in Eccleſia culmina tenent, ut diſciplinam Eccleſ. muniant & ſeditiones rigore Principum conterantur.*

13 *Principes ad tuitionem Eccleſiæ tenentur ex debito Regalis officii, etiam non poſtulatam, cùm ipſorum ſtudii, & Religionis interſit.*

14 *Imperatores profitentur maximam adhibere ſolicitudinem circa Dei dogmata & Sacerdotum honeſtatem.*

15 *Principis boni eſt omnia tueri, quæ ſpectant ad functionem Eccleſiaſticam.*

16 *Principes ſi protectionem Eccleſiæ præbere negligunt, à communione ejuſdem repelluntur.*

17 *Nihil præſtantius conſervationi Regnorum, quàm vigilantia in cultus Divini, & ſtatus Eccleſiaſtici tuitione, qua nititur ſtabilimentum omnium rerum publicarum.*

18 *Quòd Imperator Theodoſius in agone mortis filiis ſuis hoc præceptum reliquit.*

19 *Impe-*

19 *Imperatores Christiani agnoverunt Imperii felicitatem, & amplitudinem consistere in vigilantia sua cultus Divini.*

20 *Imperia ad sui conservationem, & amplitudinem non dubitavere sacris servire.*

21 *Principes eos laudat D. Augustinus, qui suam potestatem ad Dei cultum conservandum exercent.*

22 *Ecclesiæ mos est antiquus, ut Imperatores intersint Conciliis, ut necessaria spirituali Reipublicæ liberè proponantur, & modis omnibus exequantur, & Principum terrore impedimenta avellantur.*

23 *Principes intersunt Conciliis non ad potentiam ostendendam, sed tollendas discordias veritatem inventam impugnantium.*

24 *Principes omnes Christianos Pius IV. provocavit ad Tridentini protectionem, observantiam, & executionem.*

25 *Verba Bullæ ejusdem Pii IV. referuntur.*

26 *Principes fecit Deus protectores Ecclesiæ & Fidei, juxta Decretum Concilii Tridentini.*

27 *Principes generaliter sunt Protectores status Ecclesiastici, & Conciliorum, sed specialiter destinati sunt protectores Concilii Tridentini, quod plurimorum etiam authoritate fulcitur.*

28 *Rex Catholicus maximo conatu certat de protectione, executione & observatione Concilii Tridentini, ut ex suis legibus patet relatis.*

29 *Violentiarum cognitio tendens ad executionem, & observationem Concilii Tridentini, soli supremo Senatui est reservata, cæteris inhibitis Cancellariis.*

30 *Violentiæ tangentes observationem, & executionem Concilii Tridentini conspiciuntur in Aula Regiminis.*

31 *Ex protectione Concilii Regi commendata oritur potestas condendi leges Concilii in Confirmationem, & ejus executionis incitativas.*

32 *Rex vigore protectionis commendatæ potest Prælatis mandare, ut decreta Concilii inviolabiliter observent.*

33 *Rex Franciæ virtute protectionis Concilii Basilienſis sibi commendatæ cognoscit de Prælatis illud contravenientibus.*

34 *Cognoscere de aliquo casu, & leges condere super eo paria sunt.*

35 *Leges plures in jure civili reperiuntur circa res sacras, quia nihil per se faciunt, sed confirmant, quæ à sacris Canonibus sunt ordinata, & suis jussionibus muniunt Principes.*

36 *Decretum à sancta Synodo definitum Regia potest lege sanciri.*

37 *Concilium Chalcedonense inviolabiliter observari & custodiri præcipit sua lege Imperator Martianus.*

38 *Quatuor Concilia, Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense, Justinianus Imperator suis legibus mandavit observari.*

39 *Leges temporales conformes decretis Canonicis condi valent.*

40 *Lex civilis ad evitandas fraudes & dolos non de damno Ecclesiæ inferendo, valet in rebus Ecclesiasticis.*

41 *Lex Regia licitè fertur in causis Ecclesiasticis ob scandalum Reipublicæ vitandum.*

42 *Protectio Tridentin. Principibus condemnata nulli eorum magis convenit, quàm Regi Catholico, & rationibus.*

43 *Ad Caroli V. & Philipp. II. Regum Hispaniæ instantiam fuit facta convocatio ad Concilium Tridentin. finiendum.*

44 *Tridentin. decreta magno labore & vigilantia fuere definita ad reformationem universalem morum, & pro universa Reipublicæ spiritualis aptiori regimine multa damna perniciosa avelluntur.*

45 *Lamentabile foret, si tot Decreta divinitus definita, & salubriter recepta fructum amitterent ex negligentia, in perniciem Reipublicæ spiritualis temporalis.*

46 *Verba Bullæ Pii III. recensentur, quibus appareat de omnimoda utilitate observationis Concilii, cujus decreta tot labore edita plura tollunt scandala, & abusus in Ecclesia.*

47 *In dicta Bulla plurima leguntur provocantia Principes ad observationem Concilii pro universali Regnorum tranquillitate, & utilitate.*

48 *In bene cœptis perseverandum, ne operam & oleum instabiles perdant, ex autoritate Job.*

49 *Si benè inchoata manus operantis ad perfectionem non sublevat, remissio contra suam operam pugnat.*

50 *Qui benè cœpta distinctè non exequitur ex negligentia, manum destruentis imitatur.*

51 *Synodo, & Concilio facit injuriam, qui semel rectè dispositа revolvere contenderit.*

52 *Reverentia Sede Apostol. Catholici Regis præ cæteris floret, & deducitur ex summo affectu quo in suis Regnis fecit observare Concilium.*
Quod in aliis plurium Regum ditionibus non fuit receptum. ibidem.

53 *Violentiæ cognitio clarè ostendit quanto amore Reges Catholici obsequentissimi sunt exhortationibus Sedis Apostolic. provocati ad Concilii protectionem, & observantiam.*

54 *Quid prodesset Regem Catholicum se vigilantem præbuisse in Concilii convocatione; si in ejusdem protectione non perseveraret.*
Perseverantia est, ratione benè considerata permansio juxta Ciceronem, & D. Bernard.

56 *Absque perseverantia nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur, nutrix est ad meritum, mediatrix ad præmium, soror patientiæ, constantiæ filia, & amica pacis, &c.*

57 *Non perseverans usque ad finem nihil egisse dicitur, juxta D. Gregor.*

58 *Ordinaria provisio Regia in Senatu expeditur ad exportandas litteras Apostolicas in contraventionem Concilii Tridentini extortas, vel retineantur, vel in judicialibus Ordinario remittatur causæ cognitio.*

59 *Derogatio specifica Concilii Tridentini requiritur.*

60 *Conciliaris constitutio requirit expressam derogationem.*

61 *Conciliaris dispositio, cùm tota natura deliberatione sit edita, videtur continere derogationem ad futura contraria.*

62 *Concilium generale modernum specificam requirit derogationem & non sufficit generalis cujuscumque Concilii.*

63 *Derogatione generali, nec speciali Concilii Trident. indigent concessiones Apostolicæ propria manu Sanctissimi subscripta juxta motum propr. Pii V.*

64 *Derogationem Trident. etiam specificam non admitti in Hispania, qui testantur.*

65 *Litteræ impetratæ in derogationem, & contraventionem Concilii examinantur in Senatu, qui variis modis decernit, & seqq.*

66 *Litteræ in contraventionem alicus decreti Trident. regulariter detinentur in Senatu, ibidem.*

67 *Litteræ*

67 *Litteræ percutientes primam Ordinarii inſtantiam in executionem gratiæ tradunt impetranti, ut illis coram Ordinario utatur.*

68 *Litteræ duntaxat juſtitiæ prout reſcripta, monitoriales, executoriales, &c. retinentur in Senatu remiſſa cauſæ cognitione Ordinario.*

69 *Trident. in cap. 20. cauſæ omnes percutio frequentior eſt, ſingulares continens difficultates, quæ ſpeciali egent tractatu diſcutiendæ per totam 2. part.*

CHRISTIANORUM Principum cunctorum Regale munus † & præcipuum officium eſſe, evigiles ſe præbere in tuitione & protectione Reipublicæ, maximè ſpiritualis, & Eccleſiaſticæ, dogmatum Catholicorum, & Conciliorum, Eccleſiæ obſervatione & executione, abundè ex multis juris fundamentis, & authoritatibus, etiam Divinæ Scripturæ comprobavimus ſuprà 1. *p. cap.* 1. *per totum, & in cap.* 5. ad quæ te remitto pro præciſo fundamento, & juſtificatione hujus capituli. 1

Ad ipſos atque Principes omnino pertinere ex obligatione Regali † officii protectionem ſuorum Regnorum, & vaſſallorum, ne violentiam patiantur & ſcandala in damnum Reipublicæ Eccleſiaſticæ, ſpiritualis, & temporalis, neque indebitè hæc turbetur, & commune bonum detrimentum patiatur, fuſius eſt probatum *in dict. c.* 1. *& 5. ſup.* 1. *par. in cap.* 1. *& 2. in tractat. de Regia protect.* 2

Ideò ad levandos violentos incurſus, & ſedandas moleſtias, injurias, ſeditiones, ac turbationes † Eccleſiæ, multoties Summum Eccleſiæ univerſalis Paſtorem invitaſſe Principes Chriſtianos ad protectionem, & ad auxilium præſtandum commoviſſe, & allicuiſſe, ad tuitionem & conſervationem Chriſtianæ Religionis, dogmatum & Conciliorum, Sacrarumque rerum ipſos Chriſtianos Reges in tuitionem & defenſionem quotidie interpellare, & paterna charitate provocare conſueviſſe; multis in Canonicis decretis legimus, ut ex Epiſtola Bonifacii Papæ miſſa Imperatori Honorio pro reparandis perturbationibus † quibus indebitè premebatur Eccleſia, apparet, relata *in cap. Eccleſiæ, 97. diſt.* ubi inter alia hæc ſcripſit: *Cùm enim humanis rebus Divinæ cultor Religionis, Domino favente provideas: Noſtra culpa erit, ſi non id ſub veſtra gloria (quam certum eſt, divinis rebus ſemper animo promptiori faviſſe) firmo & ſtabili jure cuſtodiantur, &c.* Et ulteriùs infrà: *Ipſa enim Eccleſia devotionem tuam, Chriſtianiſſime Imperator, non meo quidem ſermone; ſed ſuo venerabili affectu appellat, quam Chriſtus Deus noſter veræ Fidei Rector, & veſtri Gubernator Imperii ſibi uni diſpenſatam, & intactam Virginem ſervat, ne in eam aliquos patiamini inſidiantium procellarum fluctus illidi, & quietam faciem tempeſtatis in ſolo timore turbari, glorioſiſſime & tranquilliſſime Imperator Auguſte, &c.* 3 4

Et idem Bonifacio Papæ ipſemet Imperator † ita reſcripſit: *Undè id ſervandum eſt, ut omnes tranquillam mentem, pacificos animos, ex Serenitatis noſtræ admonitione cuſtodiant, nec aliquid ſeditionis conſpirantibus tentare conentur, &c.* relata *in cap. victor. 97. diſt.* 5

Undè Divus Auguſtinus *in cap. Maximinianus 23. quæſt. 2.* ad eundem † Pontificem Bonifacium ita ſcripſit: *Maximinianus Epiſcopus Vagenſis auxilium petiit ab Imperatore Chriſtiano contra hoſtes Eccleſiæ, non tàm ſui ulciſcendi cauſa, quàm tuendæ Eccleſiæ ſibi creditæ, quòd ſi prætermiſiſſet, non ejus fuiſſet laudanda patientia, ſed negligentia merito culpanda, &c.* Quæ quidem prudentialis doctrina fundamentum ſumit à *cap. res 23. quæſt.* 5. ibi *Quia res omnes aliter tutæ eſſe non poſſunt, † niſi quæ ad Divinam confeſſionem pertinent, & Regia & Sacerdotalis defendat authoritas.* 6 7

Quapropter D. Auguſt. in epiſtola ad Demetrium ita ſcripſit: *Noſtri* (inquit) *adverſus † illicitas, & privatas veſtrorum violentias (quas, & vos ibi, qui talia facitis doletis, & gemitis) à poteſtatibus Ordinatis ultionem petunt.* Et in Concilio Carthag. 5. ita docemur: *Ab Imperatoribus univerſis juſtum eſt auxilium † poſtulandum propter afflictione pauperum, quorum moleſtiis ſine intermiſſione fatigatur Eccleſia: ut defenſores ejus adversùs potentias divitum cum Epiſcoporum proviſione delegentur*, prout refertur *in cap. Ab Imperatoribus 23. quæſt. 3.* 8 9

Pro quo etiam † bonus eſt text. *in cap. Quia ſancta 28.* in ordine 63. *diſt. ibid. Quia ſancta Romana Eccleſia, cui auctore Deo præſidemus, à pluribus patitur violentias, Pontifice obeunte, quæ ob hoc inferuntur, quia abſque Imperiali notitia Pontificis fit conſecratio, nec Canonico ritu, & conſuetudine ab Imperatore directi interſunt Nuntii, qui ſcandala fieri vetent, volumus, &c. Nèſi quæ antiqua exigit conſuetudo, ne vel Eccleſiæ ſcandala fieri vetent, volumus, &c. Et Imperialis honorificentia minuatur, &c.* Ex quo textu maximè ex ejus ultimis verbis clarè patet, quàm unita & dependentia ſint honor & authoritas Regis ab ipſa Eccleſia (cujus eſt protector) quæ ſi ſcandalum patitur, honorificentia Regis diminui meritò dicitur, cùm poſſit de negligentia ſua conqueri, & redargui. 10

Planè cùm ipſorum Principum Chriſtianorum præcipuum munus ſit & officium Regale, † Eccleſiam, ejuſque immunitatem, & libertatem defendere, atque tueri, ut ipſe D. Auguſt. iterum ſcripſit *in epiſt. 50. & epiſtol. 164.* relatus ad hoc idem per Michaelem Agiam. *in tract. de exhibendis auxiliis, fund. 27.* in cujus doctrinæ comprobationem plura diximus 1. *part. cap.* 1. *per tot.* inde provenit, ut ſemper quando Eccleſia aliquod patitur detrimentum aut turbationem, Principum alliciatur protectio, & excitetur obligatio. 11

Non omittam illud † Iſidor hujus capit. convenientius *in cap. adminiſtratores 23. quæſt.* 5. *Quòd Principes ſæculi non nunquam intra Eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenent, ut per eandem poteſtatem diſciplinam Eccleſiaſticam muniant; cæterum intra Eccleſiam poteſtates neceſſariæ non eſſent; niſi ut quod non prævaleat Sacerdotes efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtas hoc imperet per diſciplinæ terrorem. Sæpè per Regnum terrenum, cœleſte Regnum proficit, ut qui intra Eccl. poſiti contra Fid. & diſcipl. agunt rigore Principum conterantur, &c.* 12

Et quamvis ab ipſis Principibus hæc non ſit expreſsè petita à Pontificibus, † & cæteris Eccleſiaſticis perſonis tuitio & protectio; ad ipſam tamen præbendam omni modo tenentur ex debito Regalis officii, & obligatione ſibi injuncta Coronæ, cùm hoc ipſorum ſtudii; & Religionis interſit: *cap. bonæ, §. Sancta Synodus 96. diſt. quanquam* (inquit) *ſtudii veſtri, & Religionis interſit, ut in Epiſcopatus electione concordia principaliter ſervetur Eccleſiæ, &c.* Et id ipſum probatur *in Auth. quomodo oporteat Epiſcop. §. nos igitur, collation.* 1. ibi: *Nos igitur maximam † habemus ſollicitudinem circa Dei dogmata, & circa Sacerdotum honeſtatem, &c.* 13 14

15 Cùm boni Principis ſit omnia † quæ ad Eccleſiaſticam functionem ſpectant tueri, *cap. boni Principis* 96. *diſt. in c. tributum* 23. *q.* 8. ita dicit Urbanus Pontifex ibi: *Pro pace & quiete, qua nos tueri, & defendere debent, Imperatoribus perſolvendum*, &c.

16 Adeò ut ſi Principes ipſi † protectionem hanc Eccleſiæ probare negligunt, à communione ejuſdem meritò repelluntur, *c. dicat. in fin.* ibi: *Ita ſæcularium dignitatum adminiſtratoribus defendendarum Eccleſiarum neceſſitas incumbit; quod ſi facere contempſerint, à communione ſunt repellendi* 25. *quæſt.* 5. *& in cap. adminiſtratores eadem cauſa & quæſt.* Agia *de exhibendis auxiliis, fundam.* 27. *p.* 110. quod & latiſſimè probavit Palatius Rubeus *in tract. de juſtit. ret. Regni Navarræ* 2. *p.* §. 7. *per tot.* ubi erunt multa ad propoſitum videnda.

Nihil enim tam neceſſarium eſt ad conſervationem Reipublicæ, Imperii, & Regnorum, quàm
17 † vigilantia Religionis & cultus Divini, ſtatuſque Eccleſiaſtici conſervatio & tuitio, in quo præcipuum omnium Rerumpublicarum, & Imperiorum fulcrum, atque ſtabilimentum conſiſtit, ut latiſſimè proſequuntur Ariſtotel. *lib.* 7. *politic. cap.* 8. Cicero, *lib.* 1. *de natura Deorum*, Plinius *lib.* 14. *naturalis hiſtoriæ.* Valerius Maximus *lib.* 1. *& lib.* 4. *cap.* 1. Lactant. Firmianus *lib.* 3. *Divinarum inſtitut. cap.* 10. *& de ira, cap.* 12. *& de vera ſapientia, cap.* 28. D. Auguſt. *de civitate Dei. c.* 24. *& epiſt.* 48. 50. *&* 165. *l.* 3. *epiſt.* 32. *l.* 5. *epiſt.* 5. Juſtinianus Imperator *in epiſt. inter Claras, C. de Summa Trinit. & in proœmio digeſtorum*, Clemens Papa *lib.* 1. *conſtitut. Apoſtolica.* Conſtantin. Magnus Imperator apud Sozomen. *lib.* 1. *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap.* 8. Theodoſius Imperator filiis
18 † ſuis hoc præceptum in agone mortis relinquens apud Nicephorum, *lib.* 3. *hiſtor. Eccleſiaſt. cap.* 1. & Evagrium *lib.* 1. *cap.* 1. & plurimi alii, quos referunt Hieroym. Oſorius, *lib.* 1. *&* 4. *de Regia inſtitut.* Simanchus *lib.* 3. *de Republica, cap.* 8. Petrus Gregorius *lib.* 2. *de Republica cap.* 2. *& l.* 8. *c.* 2. *ſect.* 1. Cardinal. Bellarm. *lib.* 1. *de Princip. Chriſtian. cap.* 11. Juſtus Lipſius *lib.* 1. *de civili doctrin. cap.* 2. *&* 3. *& adverſus Dialog. cap.* 2. *& in monitis & exempl. politic. lib.* 1. *cap.* Hieronym. Fracheta *de Principe, cap.* 3. *pag.* 24. Baldus *in prolegom. de jure civili pag.* 75. *& ſequentibus*, Pater Ribadeneira *de Principe Chriſtian. lib.* 1. *cap.* 16. *lib.* 2. *cap.* 5. Tiber Gamba *in diſcurſu politic. cap. de Religione, pag.* 39. Chericus *in Coronid. quæſt. politic.* §. 1. Joan Boterus *de ratione ſtatus, lib.* 2. *cap. penult. de Religione*, Pater Ludoviſius Torres *lib.* 4. *Philoſophiæ moralis Princip. lib.* 7. *capitul.* 2. Thomas Boſius *in integris tractatibus Imperia pendere à virtutib. & de antiquo & novo Italiæ ſtatu* (quos adversùs Machiavellum ſcripſit) Pater Andreas Canonherius *in Aphoriſm. politicis Hippocratis vol.* 1. *l.* 5. *Aphoriſm.* 25. *pag.* 799. *& ſeqq.* Pater Franciſcus Marquez *in gubernator. Chriſtian. lib.* 2. *cap.* 34. Doctiſſimus atque cariſſimus mihi non ſatis laudandus Valençuela Velaſquez, Supremi Regii Conſilii Senator digniſſimus, & in Granatenſi Cancellaria Præſes meritiſſimus *in monitu contra Venetos, ex n.* 178. *& in diſcurſu ſtatus & belli.* 2. *part. conſiderat.* 2. *ex n.* 87. *& conſiderat.* 9. *ex n.* 34. *& conſil.* 22. *per totam.* Franciſc. Torreblanc. *lib.* 3. *de Magia; cap.* 2. Rutilius Benzon. *lib.* 3. *de anno Jubile. c.* 7. *pag.* 340. *& ſeqq.*

Quod & Impetratores Theodoſius, & Valen-
19 tinianus profitentur † in epiſtola ad Dioſcorum, & epiſtol. 15. inter epiſtolas Cyrilli, & melius *in Novellis, tit.* 2. ita loquentes: *Inter cæteras ſolicitudines, quas amor publicus pervigili cogitationi nobis indixit, præcipuam Imperatoriæ Majeſtatis curam eſſe perſpicimus, veræ Religionis indaginem, cujus ſi cultum tenere potuerimus in cœptis*, &c. Plurima alia his ſimilia videnda erunt, *c.* 1. *part.* 2.

Et ita intelligendum erit illud † Valerii Maximi 20
l. 4. *cap.* 1. §. *de Lucio Furio.* dum de cura extendendæ Religionis antiquorum Romanorum pertractans, ſcribit: *Non dubitaverunt ſacris Imperia ſervire, ita ſe rerum humanarum futura regimen exiſtimantia, ſi divinæ potentiæ bene & conſtanter fuiſſent famulatæ*, quo loquendi modo utitur Auguſt. *l.* 5. *de Civitat. Dei, cap.* 24. Eos Reges laudans, † qui ſuam poteſtatem ad Dei cultum con- 21
ſervandum & dilatandum exercent.

Ex hoc principio & fundamento conſtanti defenſionis, † & protectionis præbendæ à Regibus, 22
& Principibus Chriſtianis, quâ eget Eccleſia, inolevit mos antiquus, ut Imperatores interfuiſſent œcumenicis Conciliis, ut quæ à Patribus Eccleſiaſticis proponerentur neceſſaria regimini ſpiritualis Reipublicæ, adhibito Principum terrore & authoritate modis omnibus obſervarentur, & exequerentur; & quæ Pontificiis, & Sydonalibus legibus impedimento & nocumento eſſe poterant, conſultiſſimè atque nervosè averterentur; ut & benè obſervat Doctiſſimus Anaſtaſius Germonius *de Sacrarum immunitat. lib.* 2. *in proœmio, n.* 17. *&* 18. *& in capitul.* 12. *n.* 24. *&* 25. Quò tendit Imperator Martianus *in* 6. *actione Concilii Calcedonenſis* dùm ita dixit: *Nos ad Fidem † confirmandam, non* 23
ad potentiam oſtendendam exemplo Religioſiſſimi Principis Conſtantini Sydono intereſſe volumus, ut veritate inventa non ultra multitudo pravis doctrinis attracta diſcordet. Quæ mirabilia referuntur verba *in cap. Nos* 96. *diſtinct.* & Nos latius *de Regia protect.* 1. *part. c.* 10. *præludio* 2. *à n.* 73. *cum ſeqq.*

Ex qua etiam origine † fundamento fluit, 24
ſupremæ Sedis Antiſtitem Pium IV. univerſos Chriſtianos Orbis Principes in Sacroſancti & œcumenici Concilii Tridentini protectionem & executionem, omnimodamque obſervantiam allicere & provocare, ut & manifeſtè apparet ex Bulla ipſius quam pro confirmatione ejuſdem Concilii promulgavit Romæ *anno* 1563. *Calen. Februarii ſui Pontificatus anno* 5. quæ poſt ſeſſiones ejuſdem Concilii Tridentin. ſedet, cujus verba ad propoſitum noſtrum ſic ſe habent.

Ipſum verò Chriſtianiſſimum † filium Noſtrum 25
Imperatorem electum, cæteroſque Reges, Reſpublicas ac Principes Chriſtianos monemus, & per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Jeſu Chriſti obteſtamur, ut, quâ pietate Concilio per Oratores ſuos affuerunt, eadem pietate, ac pari ſtudio Divini honoris, & populorum ſuorum ſalutis cauſa, pro Sedis quoque Apoſtolicæ Sacræ, & Synodi reverentia, ad ejuſdem Concilii exequenda, & obſervanda decreta, prælatis, 29
cum opus fuerit auxilio & favore ſuo adſint, nec adverſantes ſanæ, ac ſalutari Concilii doctrinæ opiniones à populis ditionis ſuæ recipi permittant, ſed eas penitus interdicant.

Et in eodem Concilio Trident. *ſeſſion.* 25. *cap.* 20. ita dicitur: *Sæculares † quoque Principes offi-* 26
cii admonendos eſſe cenſuit, confidens, eos, ut Catholicos, quos Deus Sanctæ Fidei, Eccleſiæque protectores eſſe voluit, jus ſuum Eccleſiæ reſtitui, non tantùm eſſe conceſſuros, ſed etiam ſubditos omnes ad debitam erga Clerum, Parochos, & ſuperiores Ordines reverentiam revocaturos, &c. 30

Ex

Ex quibus Pontificiali, & Conciliari decretis
27 manifestè constat † quòd Supremi Principes Christiani non solùm sunt generaliter protectores & defensores Ecclesiarum, Conciliorum, & eorum omnium, quæ ad status Ecclesiæ conservationem, & tuitionem spectant ex Regio ipso sibi jure potestatis injuncto munere; ut hactenus diximus, & ulteriùs probavimus *in* 1. *part. hujus tract. cap.* 1. *per totum*: Sed & specialiter protectores esse constitutos sacri œcumenici Concilii Tridentini, plures Doctores ex eisdem Apostolicis constitutionibus meritò, & intrepidè affirmant Paz *in praxi*, *tom.* 2. *prælud. nu* 10. Azeved. *in l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recopilat. versic. Septimò, & consequenter, & in consil.* 37. *num.* 12. Zevallos *commun contra commun. tom. q.* 897. *numero* 220. & per eosdem ita firmat, & penè comprobat Narbona *in l.* 59. *glos.* 2. *num.* 14. & *num.* 1. *tit.* 4. *l.* 2. *Recopil. in* 3. *tom.* & iterum ipse Nabona *in l.* 81. *glossa unica*, *numer.* 3. *tit.* 5. *lib.* 2. *in eodem* 3. *tomo*; idem etiam dicit ipse Zevallos *de cognitione violentiæ*, *gloss.* 6. *num.* 62. & *in dict. quæst.* 897. *numer.* 218. 219. *à numero* 335. Cardin. Bellarmin. *lib.* 2. *c.* 18. *de laicis*, *fol.* 1347. Bobadilla *in politic. lib.* 2. *cap.* 18. *numero* 194. & 208. Dom. Francisc. Carrasc. *in interpretatione aliquarum legum Regni*, *cap.* 9. §. 5. *numero* 18. Riccius *in practic. aurea resolut.* 199. *num.* 2. Ipsemet Bobadilla *lib.* 2. *cap.* 5. *numero* 34. Diaz de Mena *lib.* 1. *variar. quæst.* 12. *ex num.* 8. & *quæst.* 4. *num.* 35. Heriquez *in* 3. *tom. summa lib.* 2. *de Pontificis clave*, *cap.* 15. *post princip.* §. 1. *in gloss. litt. D. c.* 11. §. 3. *gloss. fin.* & iterum *cap.* 23. & Nos obiter *de Regia protect.* 1. *part. cap.* 1. *præludio* 2. *nu.* 37. & *seqq.* Et Riccius ubi proximè restatur hanc protectionem ad Regem nostrum Hispaniarum Concilii Trid. pertinere *ex Bullis Pii V. & Bulla Gregorii III.*

28 Quare ex hac Regi nostro Catholico sic commendata efficaciter † protectione Concilii Tridentini per Sedem Apostolicam omni pariter ipse conatù certat de ejusdem observantia, & executione, & ut cunctis nota sit violentia ejus; in cunctis suæ ditionis Regnis suas Leges ad id ipsum promulgavit, ut 59. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopil. in tertio tomo*, ita sancivit: Los Procuradores de Cortes se nos han quexado, que de algunos annos à esta parte los Nuncios de su Santidad en estos Reinos, contra lo dispuesto en el Sancto Concilio de Trento, conocen in erimera instancia de todas las causas que les parece, en perjuizio de la jurisdicion de los Ordinarios, y avocan, è retinen las que estan pendientes ante ellos: mandamos à los del nuestro Consejo, tengan gran cuidado, de que se execute, en lo que à esto toca, el Santo Concilio de Trento; y que para ello den las provisiones necessarias: in cujus legis explicationem videndus Narbona super eadem lege.

Et *in l.* 81. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recop.* Qua cognitio
29 violentiarum, † quæ tendit ad observantiam & executionem S. Conc. Trid. privata sit solius Concilii Supremi ob gravitatem negotii taliter ut cætera Tribunalia, & Audientiæ Regiæ sint inhibitæ cum clausula advocativa, circa cujus legis intellectionem plura notabilia, & non contemnenda diximus *p.* 1. *cap.* 16. *à num.* 59. *cum seqq.* Quibus locis plura utilia Tribunalibus videbis hactenus à nemine considerata.

Et *in l.* 62. prope principium, versic. *En esta sala*, *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopil. tom.* 3. in confirma-
30 tionem proximè † præcedentis relatæ 81. dispo-
nitur. Quòd hujusmodi causæ tangentes observationem Sacri Concil. Trid. tractari debeant, *en la Sala del govierno*; quæ ad bonum Regni regimen, & gubernationem in hoc Concilio Supremo specialiter destinata est, ibi: En esta Sala començando por la mayor obligacion de acudir al servicio de Dios, se tenga cuidado de la guarda de las cosas esta ceblidas por el Sancto Concilio Tridentino, de la extirpacion de los vicios, y remedio de pecados publicos, del amparo de los Ministros, y de dar favor à los Prælados, para que hagan guardar sus institutos tambien de la reducion y conservacion de los Hospitales, y erecion de los Seminarios, y lugares donde no est à executado lo que en esto està dispuesto.

Ex ista hac Regalia orta ex protectione Regi
nostro † commendata à Sede Apostolica, tam uni- 31
versaliter injuncta Regum officio protectione Catholicæ Religionis, & status Ecclesiastici, dogmatum, & Conciliorum, ut supra dictum est, & *in cap.* 1. *part.* 1. quam specialiter Concilii Trid. ex Apostolicis constitutionibus relati potestatem attribui Regi nostro Catholico condendi leges in Concilii confirmationem, & executioni provocativas, necnon Prælatis, cæterisque personis omnibus mandandi, ut prædicti Tridentini decreta inviolabiliter observent; affirmat Bobadilla *in polic. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 194. & *n.* 208. & latiùs & benè probat Narbon. *in l.* 59. *tit.* 4. *lib.* 3. *Recopil tom.* 3. *gloss.* 2.

Sicuti ratione protectionis generalis, qua tenen-
tur Reges † Christiani tueri Religionem Catholi- 32
cam, & statum Ecclesiasticum, ut in hoc *cap.* deduximus: Reges prædicti, & Imperatores non sunt vetiti de rebus sacris & sacerdotibus leges condere prout in similibus terminis Stephanus Aufrerius rectè adnotavit *in tractatu de potestate sæcular. super Ecclesiast. regul.* 2. *n.* 31. in hæc: Fallit etiam in præsenti Regno, ubicumque † per Præ- 33
latos, Clericos, vel alios quoscumque aliquid fit, vel attentatur contra decreta Basilienses Concilii, & pragmaticam sanctionem, & fundant se Judices temporales, dicentes hujus habere cognitionem, eò quòd dict. Concilium, (hujus nominis septimum) ut decreta, statutaque, & ordinationes † ab ipsa Sancta Synodo facta, & condita recipere vellet, & acceptare; eaque quantum suæ Regiæ 34
dignitatis interesset per universum Regnum suum, & Delphinarum inviolabiliter perpetuò observari quoque facere dignaretur. Quæ quidem doctrina mirabilis est ad propositum nostrum.

Et hoc eodem argumento utitur Anton. Thesaur. *decis.* 131. *num.* 10. quòd quando Rex cognoscit de possessione rei spiritualis; potest condere leges talem cognitionem & decisionem tangentes, cùm certissima juris regula sit, idem esse statuto legari & forum sortiri; quo argumento utuntur omnes Doctores de libertate Ecclesiastica, & Nos Deo dante, de omnibus infra 3. *part. cap.* 1. *per totum*, *numero* 2. Gloss. *in l.* 2. *de eo quòd certo loco*, & *in cap. quod Clericis de foro competen.* Alexand. *cons.* 157. *numero* 15. *volumin.* 2. Thesaur. *decis. Pedemontan.* 23. *numero* 11. Menochius *cons.* 315. *numero* 14. Surdus *decis.* 393. *num.* 3. Brunorus à Sole *in locis commun. verb. Forum primò*, Tuschus *lit. F. conclus.* 444. Joannes Bellet. *disquisit. Clerical. p.* 1. *tit. de exempt. Cleric. ad statu. sæcula.* §. 1. *nu.* 7. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 709. *numer.* 21. & *tom.* 1. *cap.* 9. *nu.* 2. idem Surdus *cons.* 575. *n.* 34. *lib.* 4. Nec non quando lex Regia fertur pro publi-

publica communique omnium tam Clericorum, quàm ſæcularium utilitate, prout eſt in iſta materia recurſus, quo verſatur publica utilitas non ſolùm laicorum, quo caſu non infringi libertatem Eccleſiaſticàm, ex hujuſmodi legum editione, conſtanter affirmant Carol. de Graſſis *l. 2. Regalium Franciæ, c. 15. nu. 88.* ampliſſimè Carol. de Graſſis *de effectibus Clericatus, effectu 3. ex numero 197. & numero 200. cum multis ſeq.* Azeved. *in l. 1. tit. 4. lib. 6. Recopilat. numero 53. & ſeq.* Menochius *conſil. 800.* per totum præſertim *à numero 37.* Caſtillo *de tertiis, cap. 9. numero 22. & 28.* & per noſtram doctrinam iterum *in c. 8. à num. 27.*

35 Nam prædictis legibus, & aliis † quæ in jure reperiuntur de rebus ſacris, ut *in tit. C. de Sacroſ. Eccleſ. & de Epiſcop. & Cleric. & in tit. 4. & 5. partitarum regiarum.* Chriſtiani principes nihil per ſe ipſos in his rebus definiunt, ſed quæ à ſummis Pontificibus, & Sanctis Conciliorum decretis diffinita, ſtatuta ſunt, obſequente, & maxima reverentia amplectentes legibus ſuis, & juſſionibus muniunt, atque tuentur, pœnarumque comminationibus & terrore ad obſervantiam faciliora reddunt, ut notat Narbona *in l. 59. gloſ. 2. à n. 8. & ſeq. tit. 4. lib. 2. Recopil. in 3. tom.*

36 Nam poſtquam à Synodo † diffinitum, & firmatum eſt aliquod decretum, poteſt Regia conſtitutione ſanciri, *cap. quædam*, & ibi gloſſa verbo *Sanciri 96. diſtinction.* Ita etiam Martianus
37 Imperator † obſervari, & inviolabiliter cuſtodiri præcepit Concilium Chalcedonenſe *in l. Nemo 4. C. de ſumma Trinitate, & Fide Catholica.* Juſti-
58 nianus etiam imperator † in princip. Novel. 131. *de Eccleſiaſtic. tit. ſanxit:* illas Sanctas Eccleſiaſticas regulas, quæ à Sacris quatuor Concliis, Niceno, Conſtantinopolitano, Epheſino 1. & Chalcedonenſe; diffinita fuerunt, ut leges cuſtodiri, & obſervari, *Prædictarum enim* (inquit) *quatuor Synodorum dogmata, ſicut Sanctas ſcripturas accepimus, & regulas, ſicut leges obſervamus*, cujus conſtitutionis meminit Germonius *lib. 2. de ſacrorum immunitat. cap. 11. n. 10.*

Et ipſe Juſtinianus *in l. omnem 42. C. de Epiſcop. & Cleric.* ibi: *Poſt mortem Deo amantiſſimorum Epiſcoporum jubemus ut pro tempore illarum Eccleſiarum œconomi rationes reddant earum, quæ ad illis relictæ ſunt rerum, idque Sanctiſſimis Eccleſiis præſicere, quod ex noſtra lege eis dabatur, l. omnes qui, §. nihilo minus, C. eodem tit. l. jubemus in principio, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Authentic. ut determinatus ſit numerus Clericorum per totum, &*
39 *in §. fin. in fin.*

Leges namque temporales, † quando conformes ſunt Juri Pontificio, non autem contrariæ, nec continentes novam diſpoſitionem in rebus Eccleſiaſticis, licitè condi poſſe à Principibus temporalibus, multi probant citati, & ſequuti à Mareſcoto *variarum reſolut. lib. 1. cap. 62. numero 1. & numero 18.* Cancerio *variarum reſolut. tom. 1. part. 2. cap. 2. de juriſdictione, à numero 96. cum ſeq.* latè Car. de Graſſis *de effectib. Clerica. effectu 2. numero 97. & à num. 444.* Zevallos *in contra commun. quæſt. 142. & q. 423.* Pereira *de manu Regia 2. part. cap. 64.* Caldas Pereira *de empt. & vendit. cap. 8. à numero 33. cum multis ſeq.* idem Caldas *de nominatione emphyteutic. q. 7. n. 14.* & alii quamplures ſuo loco aptiori referendi.

48 Et lex civilis etiam in rebus Eccleſiaſticis † lata ad evitendas, & excludendas fraudes, ac dolos, non de damno Eccleſiæ inferendo, valet. Gutierrez *de gabelis, q. 87. n. 5.* ubi plures allegat. Mieres *de majoratu 2. part. qu. eſt. 3. à princip. & num. 12. & à nu. 22. cum ſeqq.* prout hæc leges reſpiciunt.

Et ad evitanda ſcandala, † quæ oriri timentur 41
in perniciem publicæ utilitatis licitè ferri poſſe legem Regni in cauſis Eccleſiaſticis, poſt plurimos Doctores diximus *1. part. cap. 4. à num. 38. verſic. Hinc eſt quod ad evitanda*, de quo articulo ad juſtificationem legum Regni, in hujus & cæteris violentiæ generibus editarum latiùs agendum *in 2. tom. 3. part. cap. 1.*

Et licèt omnes Principes Chriſtiani ex prædicta † conſtitutione Pij IV. Pontificia exhortentur 42
ad curam, & obſervantiam, nec non executionem prædicti Concilii Tridentin. tamen illius protectio nulli eorum magis convenit, quàm Regi noſtro Catholico, cùm quia ad inſtantiam Caroli V. Imperatoris, Sedem Apoſtolicam † tenente Pau- 43
lo III. & Philippi II. Hiſpaniarum Regis, Paulo IV. univerſalem Eccleſiam regente, fuit facta convocatio ad idem Concilium Triden. definiendum, ut refert Bobadilla *in politica, lib. 2, cap. 18. numero 194.* quo ſummo cum labore, vigilantia, & meditatione, aſſiſtentiaque tantorum Patrum totius Orbis Chriſtiani, & Principum Supremorum per Nuntios ſuos & Ambaſiatores ad idem ſpecialiter deſtinatos, multa ſunt
edita & definita decreta ad reformationem † uni- 44
verſalem morum, & pro univerſalis Reipublicæ ſpiritualis, & Eccleſiaſticæ aptiori regimine, quibus omnino avelluntur infinita damna, quæ in perniciem utilitatis publicæ reperta fuere, lamentabile foret, ut tantus labor, tantum & inſomne ſtudium, totque ſanctiſſima decreta divinitus, † & 45
feliciter definita, & ſalubriter, maximè in his Hiſpaniarum ditionibus apprimè ſummaque cum reverentia recepta, fructum ex incuria, & negligentia amitterent, & inania redderentur in damnum Reipublicæ, & ſtatus Eccleſiaſtici ac Chriſtianæ Religionis.

Quod & clarè oſtendit Bulla Pij IV. in con- 46
firmationem d. Concilii Trident. † edita, quæ poſt ſeſſiones reperietur, & à principio, in hæc: *Benedictus Deus, &c. qui reſpicere dignatus eſt Eccleſiam ſuam ſanctam, tot procellis & tempeſtatibus agitatam atque vexatam, & gravius in* 52
dies laborantem, apto tandem ei ſubvenit optatoque remedio, ad plurimas pernicioſiſſimas hæreſes extirpandas, ad corrigendos mores, & reſtituendum Eccleſiaſticam diſciplinam, ad pacem & concordiam Chriſtiani populi procurandam, in dictum jampridem in civitate Tridentin. œcumenicum, & generale Concilium, &c. variis impedimentis, & difficultatibus, objectis, &c. cùm quotidie magis Eccleſia ejuſmodi remedium imploraret, &c. Et iterùm paulo poſt, *& aliis rebus, quæ quidem neceſſariæ viſæ ſint tractandæ, definiendæ, & ſtatuendæ reſtabant, ad confutandas hæreſes ad tollendos abu-* 53
ſus, & emendandos mores à ſancta Synodo ſumma libertate, diligentiaque tractata, & accuratè, ac maturè admodum diffinita, ſtatuta ſunt, &c. Idque in noſtris, atque omnium oculis valdè mirabile fuerit, pro quo tam ſingulari Dei munere, &c. Et illa plurima ibidem recenſentur, quæ omnia pro- 54
vocant † ad Concilii omnimodam obſervationem, 47
& executionem inviolabilem, neque à principibus Chriſtianis ejuſdem protectoribus ullatenus permittatur illius tranſgreſſio, aut in aliquo violatio, cùm ſemel pro utilitate Reipublicæ Eccleſiaſticæ

tam salubre remedium fuerit mirabiliter inventum, & à populo Christiano semel debitè receptum. Ac ideò quidquid noviter contra illud fuerit inventum, meritò irrationabile cunctis videbitur.

Pro quo facit elegans locus Job. *cap.* 18. *lib.* 4.
48 ibi; *Ecce, qui † serviunt ei, non sunt stabiles, &c. Faciunt enim jacturam omnium, oleumque & operam perdunt, non perseverantes in bene cœptis, &c.* Rectèque Nos docet S. Gregor. *in Pastorali, part.* 3. *admonitio* 35. Sacræ paginæ testimoniis, dum ait in hæc: *Si inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionem non sublevat, ipsa operandi remissio contra hoc, quod operatum est, pugnat; hoc est enim, quòd per Salomonem dicitur, qui mollis, & dissolutus in opere suo fuerit, frater est sua opera dissipantis, quia videlicet, qui cœpta bona districtè*
49 *non exequitur, † dissolutione negligentiæ manum destruentis imitatur. Hinc Sardis Ecclesiæ ab Angelo dicitur, esto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant, &c.*

50 Et magis in specie expendo † text. celebrem *in l. nemo, C. de Sum. Trinit. & Fide Catholic.* ibi: *Nam & injuriam facit judicio reverendissimæ Synodo, si quis semel judicata, ac rectè dispositа, revolvere contenderit.* Quibus adde plurima jura, & authoritates in unum compilatas 1. *part. cap.* 6. *à principio.* Conducit *l. si quando, Cod. de inoffic. test.* optimus text. *in cap. Ecclesia* 57. *de electione*, ibi: *Nec enim credendum est, Romanum Pontificem (qui jura tuetur) hujusmodi verbo totam observantiam multis vigiliis excogitatam, ac inventam, velle evertere, &c.* qui text. loquitur de Concilio generali, circa formam electionis disponente; consonat §. *quorum, in proœmio instit. & authent. ut Judicis sine quoque suffragio.*

Et hac etiam de causa (in quo obedientiores
51 Filii Ecclesiæ † se ostentârunt Reges nostri Catholici) apertiùs patet, & claresci sancta eorum sincera & Christiana intentio, nec non religiosum obsequium, humilis obedientia, reverentiaque majorum suorum exemplo, quòd licèt in multis Orbis Christiani Provinciis non fuerit receptum prædictum Concilium Tridentin. ut ex Navarro *cons. de constitution. quæst.* 7. & 8. Salas *de legibus, disputatione* 13. *sect.* 7. *in fin.* Layman. *in summa, tract.* 4. *de legibus, cap.* 3. *n.* 4. *ad fin.* In omnibus tamen Hispaniarum Regnis obsequentissimè liben-
52 tissimèque receptum fuisse, & † veneratione maxima amplexum, cunctis patet, & ex dictis legibus Regni, quibus Concilii observantia munitur, imò & ex ipsa violentiæ cognitione, & ad Senatum recursu evidenter ostenditur: ex quibus manifestè insuper colligitur, quanto amore & affectu, quantâque reverentiâ, & obsequio veneratur à Catholicis Regibus, quantoque conatu, quanto desiderio & piissimo studio, exhortationi Sanctæ Sedis ad protectionem ejusdem obsequentissimi illi ostentantur, adeò ut nullam patiantur illius decreti violentiam inferri.

Quid namque prodesset, Regem Catholicum
53 ita diligentem, † insomnem se, & vigilantem præbere in Œcumenici Concilii provocatione, incitatione, & conscriptione, si in ejusdem executionis protectione defecisset, & non perseverasset; perseverantia quippè (ut inquit Cicero *lib.* 1. *Re-*
54 *thoric.*) *est in ratione † bene considerata permansio.* Et probat D. Thom. *in.* 2. 2. *quæst.* 138. *artic.* 1. hæc (cùm ut diximus) si ad bonum sit à D. Bernardo *in epistola* appellatur singularis filia summi Regis virtutum finis, & consummatio, totiusque boni repositorium, & virtus; & ipse *in sermone* 2. *in vigilia Petri & Pauli Apostolor.* ita egregiè, & sanctè scriptum reliquit: *Absque perseverantia, † nec qui pugnat, victoriam, nec palmam victor* 55
consequitur, vigor jurium, virtutis consummatio est, nutrix est ad meritum, mediatrix ad præmium, soror est patientiæ, constantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, unanimitatis vinculum, sanctitatis propugnaculum, tolle perseverantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Hæc D. Bernard. & D. Augustinus ad Eudoxiam.

Qui enim usque ad finem non perseverat, nihil egisse dicitur, † sicuti testatur D. Gregorius, 56
in moralibus relatus *in cap. in casum de pœnitentia, dist.* 3. in hæc: *In casum quippè agitur, si ante vitæ terminum bonum deseratur, quia & frustrà velociter currit, qui priusquam ad metas venerit, deficit, &c.* Porrò perseverantiæ in bono ea est virtus, & effectus inenarrabilis, *ut gloriæ æternæ* (sicuti legitur *Apocalypsi, cap.* 2. & 3.) *coronam ii recipiunt, qui in finem usque bonos se præstiterunt.*

Quare Rex Catholicus in dies evigilat pro observatione † & executione decretorum Concilii 57
Tridentin. ne in aliquo percutiantur, nec lædantur, & ad hoc sanctum intentum, & zelum aptè consequendum: ad petitionem Regii Fiscalis, vel etiam alterius conquerentis in Senatu hoc Supremo de contraventione œcumenici Concilii datur provisio Regia, dicta Ordinaria, ut litteræ importunè falsivè precibus, & suggestionibus indebitè à Sancta Sede impetratæ, seu verius extortæ contra voluntatem suæ Sanctitatis in eodem Senatu ostendantur, & illic accuratè examinentur, an aliquid contineant, ex quo lædatur vel subvertatur aliquod Tridentini decretum, ut & tunc vel retineantur ad effectum consulendi Sanctissimum, præmissa humili ad ipsum supplicatione, vel Ordinario cognitio remittatur, ex iis quæ latè deduximus *part.* 1. *cap.* 1. maximè *cap.* 2. *et seq.* Et de hac ordinaria provisione testatur etiam Bobadilla *in politica, lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 194. & Narbona *in l.* 59. *glos.* 2. *sub n.* 16. *ad fin. tit.* 4. *lib.* 2. *Recopil. tom.* 3. Diaz de Mena *pract. quæstionum, lib.* 1. *p.* 12. *n.* 8.

Maximè, quia ut in aliquo † prævalere pos- 58
sint litteræ ab Apostolica Sede impetratæ, requiritur expressa & specifica Concilii Tridentini derogatio; ut probant Thomas Sanchez *in tractatu de matrim. lib.* 3. *disp.* 26. *n.* 7. *tom.* 1. Nicol. Garcias *de beneficiis*, 4. *part. cap.* 5. *ex n.* 25. Valençuela Velasquez *cons.* 22. *n.* 53. Rota Romana *dec.* 48. *n.* 10. *et* 11. *p.* 1. *diversorum.*

Quia constitutio Conciliaris † quælibet requi- 59
rit expressam derogationem, ut colligitur *ex cap. ex parte et cap. fin. de Capellis Monachc. cap. eam te, de ætate et qualitate, cap. nonnulli, de rescriptis*, tenent Archidiac. *in cap.* 1. *de constitution. lib.* 6. Felinus *in dict. cap. nonnulli, n.* 3. Selva *de beneficiis* 3. *part. quæst.* 11. *n.* 31. Parisius *consil.* 2. *n.* 30. *l.* 2. Navarrus *in summa Latina. cap.* 27. *n.* 262. Jacobatius *de Conciliis, lib.* 3. *artic.* 18. Alaba *de Conciliis, part.... Cap.* 2. Covar. *lib.* 3. *variarum, cap.* 16. *n.* 6. & *cap.* 8. §. 9. *nu.* 6. dicens totum mundum hoc amplecti. Mandosius *in regula Cancellar.* 18. *quæstione* 17. *num.* 12. Germonius *de indultis Cardinal.* 8. *per quæ sublatis, n.* 58. Corduba *l.* 4. *quæstionarii. quæstione* 9. §. *Tertia pars*, Sarmiento *l.* 3. *select. cap.* 12. *num.* 3. Menochius *consil.* 294. *num.* 11. & 12. *vol.* 3. Padilla *in l. fin. Cod.*

Cod. de diverſis reſcriptis, *num.* 17. Gutierrez *in l. nemo poteſt*, *ff. de legatis* 1. *num.* 173. Gratianus *regul.* 201. *num.* 4. Cavalcan. 1. *part. deciſion.* 29. *num.* 16. Henriquez *l.* 3. *de Indulgent. cap.* 26. *numero* 3. Molina 1. *tom. de juſtitia & jure*, *tractatu* 2. *diſputat.* 173. *fol.* 988. Vivaldus *Candelabro* 3. *part. cap.* 12. *nu.* 22. & alii plures ab iſtis, & à Thoma Sanchez, Nicolao Garcia, & Valençuela citati.

Et ratio hujus doctrinæ ea eſt (quæ benè conducit intentioni noſtræ) quia cùm decreta Concili-
60 lii † ita matura deliberatione ſancita ſint, videntur continere vim clauſulæ derogatoriæ ad alia decreta poſteriora contraria, niſi de illis ſpecificam faciant mentionem, imò ſi Concilium generale modernum ſit quale eſt Concilium Tridentinum, oportet etiam illius ſpecificam facere mentionem,
61 † nec ſufficit generalis derogatio decretorum cujuſcumque Concilii, prout benè docent Henriquez, & Vivaldus ubi proximè; quos ſequitur Sanchez *de matrimonio*, *tom.* 1. *l.* 3. *Diſputat.* 26. *ſub n.* 7. Vide etiam Valençuelam, & Nic. Garciam ſuperiùs citatos.

62 Et quidquid de ſtylo generali † Curiæ Romanæ contendat Nicolaus Garcia *dict.* 4. *part. cap.* 5. *à nu.* 35. *& nu.* 33. adducat. *Motum proprium Pii V. anno* 1570. quo declaratur, nec ſpeciali; nec generali derogatione Concilii Tridentin. opus eſſe in quibuſvis conceſſionibus Apoſtolicis propria manu Papæ ſignatis, cujus Motus proprii tenorem ad litteram refert.

Attamen in Hiſpania ex ſuperiùs dictis deroga-
63 tionem etiam ſpecificam & expreſſam † Concilii Tridentin. non admitti, firmant Azevedius *in l.* 2. *circa fin. tit.* 6. *l.* 1. *Recopil.* Bobadilla *in politic. l.* 2. *cap.* 18. *n.* 208. Zevallos *de cognitione violentiæ in prologo*, *nu.* 151. *& gloſſ.* 6. *nu.* 62. Paz *praxi tom.* 2. *prælud.* 5. *p.* 10. & probatur *in l.* 62. *tit.* 4. *l.* 2. *Recopil.*

Quare in Senatu hoc ſupremo erga litteras, quæ
64 fuerunt † impetratæ in derogationem prædicti Œcumenici Concilii Trident. duplici modo decernitur juxta caſuum varietatem. Nam regulariter in his litteris quæ contraveniunt directè alicui decreto ejuſdem Concilii, illudque percutiunt,
65 litteras retineri in Senatu mandatur, ne † illis pars impetrans utatur præmiſſa ſupplicatione ad Sanctiſſimum, ut meliùs informatus, de remedio convenienti Reipublicæ Eccleſiaſticæ, aut temporali provideat, neque patiatur tam ſaluberrima decreta ſubverti, ſed ut ſemper & inviolabiliter intacta remaneant, ut decet.

66 Si verò litteræ hæc Apoſtolicæ † duntaxat percutiantur decretum ejuſdem Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformation. cap.* 20 præſervans primam inſtantiam Ordinariis, examinatæ accuratè in Senatu, ſi gratiam ſimul contineant, non retentionis, decretum concipitur; ſed remiſſionis ad Ordinarium duntaxat. *Entreguen ſe eſtas Bullas à la parte, paraque uſe dellas delante del Ordinario.* Si autem juſtitiam ſolùm reſpiciant, prout
67 † monitoriales, compulſoriales, inhibitoriales, aut executoriales; tunc retentis in Senatu, ne illis pars utatur, cauſa cognoſcenda Ordinario (ad quem de jure pertinet) remittitur; quæ differentia cùm altiorem petat indaginem, particulari loco erit latiùs examinanda hac 2. *p. c.* 26. *per tot.* De quo genere percuſſionis prædicti de-
68 creti 20. cùm † frequentiora ſint negotia, latè & ſpecialiter erit tractandum in hac 2. *part.* ubi mirabiles & ingentes difficultates abſolventur ſpecialiter diſtincto diſcurſu agitandæ in ea per omnia ferè capitula: cùm cæterorum decretorum ejuſdem Concilii contraventio nullam ſpecialem requirat indagationem; ſed ex eiſdem decretis omnis facilè vincatur difficultas rarò, & minùs frequenter contingens, ac propterea ab ſpecifico ſingulorum decretorum examine excuſamur, cùm illis ſufficiat regula generalis ſupra ſcripta.

CAPUT II.

Regalia in protectione Sacri Concilii Tridentini, an Rex Catholicus uti poſſit, quando per litteras Apoſtolicas percutitur non ſolùm ejus ſenſus litteralis, ſed & ſenſus intellectualis declaratus per Sacram Congregationem Cardinalium.

SUMMARIUM.

1 *Decretorum Concilii Tridentin. dubium recipientium ad Sedem Apoſtolicam recurrendum pro declaratione, & interpretatione.*

2 *Declarandi dubiam diſpoſitionem ejus eſt, cujus eſt condere.*

3 *Declaratio legum, & ſtatutorum, aut privilegiorum Principis ad Principem ſpectat.*

4 *Concilium convocare ad cujuſlibet dubii ſui declarationem, foret penè impoſſibile, & ſemper duriſſimum ob quod declarationem reſervavit Papæ.*

5 *Declarationem ſuæ diſpoſitionis poteſt quis alteri committere.*

6 *Declarationi alteri commiſſæ ſuper eo quod ſibi ſecreto dixerat committens, an ſit ſtandum remiſſivè.*

7 *Ad declaranda dubia Concilii Pontifex creavit particularem Cardinalium Congregationem.*

8 *Declarationes Sanct. Congregation. ſunt deciſivæ vim legis habentes, utpotè latæ ex commiſſione Papæ à perſonis habentibus à Principe facultatem reſponendi.*

9 *Princeps poteſt tribuere Senatui facultatem leges condendi.*

10 *Declarationes S. Congregat. eamdem vim habent ac ſi ab ipſo Papæ immediatè dimanaſſent.*

Uti pluries eadem Congregatio dixit, ut refertur, ibid.

11 *Declarationes S. Congregationis non egent publicatione, cùm fiant in declarationem legis jam publicatæ.*

12 *Declaratio Concilii iſtius redditur diſpoſitio, & ut talis veneranda, & obſervanda.*

13 *Rotæ non licet infirmare, ſed obſervare declarationes Concilii.*

14 *Rex ſuâ Regalîâ in protectione decretorum Concilii ita uti debet, ſicuti illa declaraverit S. Congregatio.*

15 *Declaratio nihil de novo conducit, nec novum actum aut diverſum facit, ſed qualis fuerit præcedens demonſtrat.*

16 *Declaratio alicui commiſſa perinde habetur ac ſi à committente fuerit ſimul à principio facta, cum diſpoſitione.*

Diſpo-

17 *Dispositio declarata retinet suam primævam naturam.*
18 *Declaratio inest dispositioni declaratæ.*
19 *Declaratio retrotrahitur ad tempus principalis dispositionis declaratæ.*
20 *Declaratio censetur dimanasse eodem tempore à principio cum dispositione principali.*
21 *Concilii declaratio nihil aliud est, quàm ipsummet Concilium declaratum ad effectum protectionis Regis.*
22 *Rex evigilare debet, ne Prælati ex suâ absona Concilii interpretatione subditos lædant.*
23 *Pater Henriquez declaratur circa violentias tollendas in contraventionem Triden.*
24 *Bulla Pii IV. refertur, qua obtestantur Principes Christiani, ut ea charitate, & effectu, quo adfuerunt Concilio, eadem populorum suorum salutis causa ad ejus Concilii executionem præstent auxilium.*
25 *Et ut interdicant, & recipi non permittant opiniones adversantes salutarem Concilii dispositionem.*
26 *Declarationes Cardinalium qua authoritate & solemnitate munire debeant, ut illis Fides detur, remissivè.*

PRO hujus difficultatis (quæ utilis valdè in
1 practica est, & necessaria) omnimoda * resolutione in medium conferre volui mirabilia verba Bullæ Sanctissimi Papæ Divina providentia Pii IV. super confirmatione œcumenici Concilii Tridentini editæ, & post sessiones ejusdem appositæ, quæ ante finem ita decrevit: *Si cui verò in eis aliquid obscuriùs dictum & statutum fuisse, eamque ob causam interpretatione aut lecisione aliqua agere visum fuerit, ascendat ad locum, quem Dominus elegit, ad Sedem videlicet Apostolicam, omnium fidelium Magistram, cujus Authoritatem, etiam ipsa Sancta Synodus tam reverenter agnovit. Nos enim difficultates, & controversias, si quæ ex eis decretis ortæ fuerint, nobis declarandas, & decidendas, quemadmodum ipsa quoque Sancta Synodus decrevit reservamus; parati, sicut ea de nobis meritò confisa est omnium Provinciarum necessitatibus, ea ratione, quæ commodior nobis visa fuerit, providere, &c.*

Quæ Bullæ verba consonant omnino dispositioni juris, quo idem dispositum reperitur *in cap. non licuit 17. distinctione*, ibi: *Quoties aliqua de universali Synodo, aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo, quod non intelligunt rationem, ad Apostolicam Sedem conveniant*, text. etiam *in cap. nec licuit alicui, nec licebit particularem Synodum congregare: sed quoties aliqua de universali Synodo aliquibus dubitatio nascitur ad recipiendam de eo, quod non intelligunt, rationem, aut sponte ii, qui salutem animæ suæ non desiderant, ad Apostolicam Sedem pro recipienda ratione conveniant 4. in ordine 17.*

Licèt enim ejus sit declarandi jus actum dubium, sive dispositionem ambiguam; cujus est
2 condere, ejusve, qui actum * fecit, ut post plurimos alios observat Menochius *in conf. 296. num. 39. & seq.* (qui in variis materiis exempla reddit) & in omni actu & materia intelligit Felaez à Mieres *de majoratu 1. part. quæst. 44. num. 3. & seqq.* Simon de Prætis *lib. 1. solution. 3. num. 1. & 2. fol. 26.* Tuschus *tom. 2. litter. D. conclusione 92. & tomo 4. liter. I. conclus. 329.* Surdus *in consil. 288. numer. 9. lib. 2.* Ant. Gabriel. *commun. lib. 6. tit. de regulis juris, conclus. 3. n. 71. & 72.* Morla *in emporio juris 1. part. tit. 1. qu.æst. 11. n. 21.* & cum aliis notavit Marius Giurba *ad consuet. Senat. Messanen. cap. 2. gloss. 1. part. 1. n. 20. & 21. fol. 190.* Castil. *controvers. t. 6. cap. 182. n. 57. & 58.* Qui duo ultimi * declara- 3
tionem statutorum & privilegiorum ad Principem, non ad alium spectare, per *l. leges Sacratissimæ, C. de legibus*; similiter annotant.

Tamen hæc est specialis prærogativa, & Regalia Sedis Apostolicæ, cui * in signum supremæ 4
Majestatis & authoritatis reservata est, ut de dubiis omnibus ex Concilii decretis ortis consulatur, & ad eam pro declaratione recurratur, ut probant jura expressa de quibus in *num. 1.* ad fin. & dict. Bulla Pii IV. ac insuper, cum durissimum foret Concilium, & Synodum ipsam ex universi Christiani Orbis Prælatis congregatam, peneque impossibile foret ad singula dubia indè exorta declaranda convocare; prudenti providentia Conciliummet ipsum Sanctissimo Ecclesiæ Pastori reservavit, cujus authoritati hoc munus declarandi præ omnibus convenit, ut in prædicta Bulla Pontifex Maximus & jura Canonica attestantur in verbis relatis, *n. 1.* Quæ ideo authoritas meritò in dict. Concilio Tridentino expressè, sicuti in omni dispositione quælibet præservata, & prælibata tacitè intelligitur ex *cap. peregrina judicia (salva in omnibus Apostolica authoritate) generali sanctione prohibemus 2. quæst. 6.* text. *in cap. non liceat*, ibi: *Sine præjudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus causis reverentia, & authoritas debetur*, eadem causa & quæst.

De jure enim est, sui actus declarationem posse illum conficientem alteri committere, * *l. Theo-* 5
pompus, ff. de dote præleg. Natta *in conf. 115. n. 8. & 9.* Surdus *decis. 194. num. 18.* Plotus *de in litem juram. §. 48. à num. 1.* Tuschus *litter. A. conclus. 536. à num. 3.* præclarè Ruinus *in conf. 19. numer. 5. & seqq. lib. 2.* Afflictis *decis. 374. numer. 3. ad fin.* Mantica *de conject. ultim. volunt. lib. 3. tit. 1. num. 15. & lib. 2. titul. 16. n. 3.* Simon de Prætis *lib. 1. interpretat. 1. dubitat. 3. solut. 5. num. 3.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 33. num. 58.* Mascardus *de probation. tom. 1. conclus. 458. à numer. 4. cum seqq.* Surdus *in conf. 380. à numer. 9. cum seqq. lib. 3.* Michaël. Grassus, *§. institution. quæst. 28. numer. 16.* Camillus Gallinus *de verb. signific. lib. 10. cap. ultimo, numer. 17.* & cum Rolando, Surdo, Marescoto, Mastrillo, Cavalcano, Joanne Botta. Id ipsum annotavit Fontanella *de pactis nuptialibus, tom. 2. claus. 5. glos. 8. numer. 2. fol. 307.* & post plurimos alios Castellus *controversiar. tom. 6. capitul. 182. à numer. 1.* Qui omnes etiam testantur, * de declaratione alteri 6
commissa supra eo, quòd eidem dictum fuerat secretò, ut declarantis dicto omnino sit standum.

Et ideò ut dubia attingentia Concilii Trident. decreta perfectam, maturam, * veram, omni- 7
noque certam accipiant declarationem, Summus Pontifex particularem Patrum Cardinalium instituit & creavit Congregationem cui hæc dubia resolvenda, & declaranda in dies commisit. Certum est enim declarationes hujus Sanctæ Congregationis non esse * declarationes doctrinales, sicuti latas à 8
Doctoribus, & Jurisperitis (prout & perperam aliqui Theologi dicunt) sed esse declarationes diffinitivas seu decisivas vim legis habentes, & ut leges recipiendas, utpote latas ex commissione Papæ, & à personis habentibus respondendi & declarandi facultatem à Principe ut apparet ex Bulla Sixti V. quæ est *in 2. parsui Bullarii 7. in ordine*, ubi

habetur facultas dictæ Sanctæ Congregationis, quæ etiam refertur à Manuele Rodriguez *quæst. regular.* 1. *tomo quæst.* 11. *art.* 1. *& art.* 2. Nicolaus Garcia *de beneficiis in præfatione post principium*, Salas *de legibus disput.* 21. *& sectio.* 12. pro quibus est text. *in §. responsa prudentum instit. de jure natural.* Quia Princeps potest attribuere hanc potes-
9 tatem * Senatui legem condendi; *l. humanum, C. de legibus*, & probatur in Rubrica *de legibus Senatusconsultus, & longa consuetudine, & in lib.* 1. *tit.* 16. *de Senatusconsult. Cod.*

A qua Cardinalium Congregatione facta declara-
10 tio eandem vim habet, * ac si ab ipso summo Ecclesiæ universalis Præsule immediatè dimanasset, prout ipsa Congregatio testatur in hæc, *Eadem ratio habenda est de his, quæ scribuntur à Cardinalibus Sanctæ Congregationis Sacri Concilii Trident. ac si à Papa scripta essent, &c.* quam ad litteram refert Cerosa *in praxi Episcopali* 1. *part. verb. Authoritas ad fin.* & iterum 2. *part. verb. Absolution. in princip.* Rodriguez *quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 11. *art* 2. Delrio *disquisit. Magica. l.* 6. *cap.* 1. *section.* 3. *in fin.* & remissivè Barbosa *in remissionibus, ad Trident. in præfat. propè fin.* Et eadem S. Congregatio cuidam Abbatissæ Messanensi sic respondit: *Eadem ratio habenda est, de his quæ scribuntur à Cardinalibus Sanctæ Congregationis Concilii Trident. nomine ipsius Congregationis, ac si à Papa scripta essent.* Et aliàs eademmet Congregatio sic censuit, *decreta & litteræ Congregationis Concilii semotis litibus sunt executioni demandandæ, nec super iis sententia, nec decretum aliquod est faciendum*, quas ad litteram refert Nicolaus Garcia, *in præfation. ad tractat. de benefic. ante medium.* Ubi rectè compro-
11 bat, * quòd non egeant publicatione, cùm sint confect. in declarationem legis jam promulgatæ, cui conferunt mox dicenda. Quare Congregationis Cardinalium declarationibus standum erit, ac si à principio ab ipso Concilio Trident. fuissent dispositæ.

Et quòd declaratio Sanctæ Cardinalium Con-
12 gregationis sit dispositio * ejusdem Concilii, atque ut talis debeat observari, & venerari expressè determinavit Rota, in una Abulens. Canonica pœnit. 17. *Aprilis* 1589. coram Main. in illis verbis: *Concilium Trident. quod secundùm declarationem Sanctæ Congregationis, soli Episcopo eligendi tribuit facultatem, debet observari, &c.* Quam decisionem ad litteram aliud agens tradit. Nic. Garcia *de beneficiis* 5. *part. cap.* 4. *sub. n.* 140. *propè fin.* Ea ratione, quia declaratio inest actui declarato, ut statim dicemus.

Et in dicta decis. Abulensi circa principium ita dicitur: *Ab eadem Rota decisum fuit ex declaratione Sanctæ Congregationis, &c.* Et iterum ibi:
13 *Quia cum illa declaratio* * *apertè dicat, electionem, &c. nobis non licet eam infirmare, c. cum inferior de majorat. & obedientia, l. nam Magistratus, ff. de receptis arbitris, l. ille à quo, §. intempestivum, ff. ad Trebell. &c.* Ex quibus colligitur, quanta sit authoritas ejusdem Sacræ Congregationis.

Imò ipsa Rota reverenter semper suspicit declarationes S. Congregationis Cardinalium: nec hæsitat super earum veritate, nec de illa solet cognoscere, ut fuit dictum in Aversana beneficii 3. *Julii* 1603. coram R. Sacrato Archiepiscopo Damasceno, teste Cæsare Argelo, *de legitimo contradict. quæst.* 15. *art.* 5. *n.* 157.

Quare non erit ambigendum, posse & debere
14 Regem nostrum Catholicum sua Regalia * ex protectione Concilii Trident. orta in executione curandi decreti declarati per Congregationem Cardinalium ejusdem, ac si à principio cum ipso Tridentino fuisset simul dimanata, & eodem modo potest detinere, vel remittere litteras Apostolicas, ac si litteralem, & manifestum sensum dicti Concilii læderent, & offenderent.

Quoniam declaratio nihil novi dat, nec de no-
vo aliquid inducit, * nec novum actum ac dispo- 15
sitionem diversam facit, sed dumtaxat ostendit, 2
quid dispositum, & actum fuerit à principio, seu
qualis fuerit dispositio per declarationem solum-
modo aperit, & monstrat, ut probat text. optimus *in l. adeo, §. cum quis, ff. de acquir. rerum dom. l. hæredes palam, §. sed si notam, ff. de testament.* quam conclusionem multis in casibus prac- 2
ticis exornarunt Burgos de Paz *in proœmio legum tau. n.* 297. *& à n.* 432. *cum seq.* Mandellus de Alva *in consil.* 219. *num.* 10. Ant. Gabriel. *communc. lib.* 6. *tit. de regul. juris, concluf.* 3. *per totam*, ut latissimè Menochius *in consil.* 191. *n.* 44. *lib.* 2. Simon de Pretis *lib.* 1. *interpret.* 1. *dub.* 5. *solut.* 5. *fol.* 64. *& seq.* Hondedei *consil.* 8. *num.* 71. Decianus *in consil.* 84. *n.* 5. *& consil.* 7. *n.* 10. *lib.* 1. Tiraquell. *in l. si unquam, verb. Revertatur, n.* 26. *& de retractu lignag. §.* 1. *gloss.* 18. *n.* 77. Riminal. *in consil.* 112. *n.* 26. *& à num.* 230. Intrigliolus *decis.* 36. *à n.* 33. Costa *de retrotractione; casu* 13. *cap.* 18. *à n.* 12. *& seq.* Mieres (qui latè exornat) *de major.* 1. *part. quæst.* 44. *ex num.* 14. *cum seqq.* Stephanus Gratian. *tom.* 1. *cap.* 84. *n.* 26. *& tom.* 3. *cap.* 464. *à n.* 19. *& seq.* Gonçalez *in reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 12. *§.* 1. *n.* 9. *& glossa* 6. *sub. num.* 33. Giurba *ad consuet. Messan. cap.* 2. *gloss.* 1. *part.* 1. *à num.* 4. *& num.* 18. Mantica *de tacitis convention. lib.* 4. *tit.* 22. *n.* 14. Valençuela Velasquez *consil.* 23. *num.* 137. Fontanella *de pactis nuptial. tom.* 2. *clausul.* 7. *part.* 8. *à n.* 3. *fol.* 606. Castillo *controversiar. tom.* 6. *cap.* 182. *à princip. & n.* 10. cum Prætis *dict. resol.* 5. *n.* 23. Quòd declaratio facta per deputatum * ad 16
illam faciendam, perindè habetur, ac si ab ipso deputante facta fuerit à principio simul cum dispositione.

Qui omnes pariter * unanimiter conveniunt, 17
quòd dispositio declarata retinet suam primævam naturam, prout ex pluribus firmat Castillo *controvers. t.* 6. *cap.* 182. *à n.* 41. unde infert ad alia plura.

Et quia declaratio inest actui, * & dispositioni 18 2
declaratæ, Nos *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 12. *à num.* 25. *&* 30. ubi plura adduximus post Ant. Gabriel. Mantic. & alios. Ubi quod declaratio * 19
retrotrahitur ad tempus principalis dispositionis, quæ declaratur, *& à n.* 32. cum Petro Surdo *decision.* 21. per totam, & Gratiano *disceptat. forens. tom.* 1. *cap.* 141. *num.* 2. Quòd declaratio * adeò 20
inhæret dispositioni principali, ut censeatur emanasse cum illa eodemmet tempore à principio, quod prosequitur *num.* 31. ad quem locum videndum te remitto, quo plurimas doctrinas invenies huic, de qua agimus, valdè conducibiles. Petrus Surdus *decis.* 29. *per totam, & in cons.* 288. *num.* 10. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 147. *in princip.* & Nos allegans idem noviss imè observat de la Rea meritissimus Fiscalis Consilii Regii patrimonii, *in decis. Granaten. disputat.* 39. *n.* 5 *&* 6. Qui tamen dum hæc typis dabantur laudabiliter omniumque universali applausu ad Consilium Supremum Castellæ ascendit, quo Fiscalis munere fungitur, cujus merita majora petunt. 2

Ex quibus sequitur manifestè, quod declaratio Concilii Tridentin. nihil * aliud est, quod ip- 21
summet Concilium declaratum, & ac si à se ipso à principio

principio declaratio emanare, ac propterea idem de utroque judicandum erit æqualiter ad effectum protectionis Regis impertiendæ, quoties Concilii decretis declaratis per S. Cardinalium Congregationem litteræ Apostolicæ seu alia quævis dispositio repugnat, sicut ad cætera omnia æqualem authoritatem habere dignoscitur, cùm ab ipsomet Concilio facta videatur declaratio.

22 Et eodem modo evigilare * debet Rex, ne Prælati ex absonâ alicujus decreti Concilii Trident. interpretatione & declaratione à se inducta opprimant subditos suos, ut benè advertit Henriquez *in 3. to. Summæ lib. 2. de Pontificis clave, cap. 15.*

23 §. 1. in hæc: *At si casus graviori incidat circa declarationem * Concilii Trident. (puta si ex falso intellectu Concilii Episcopus contendat, vim & gravamen inferre subditis denegata appellatione) ea violentiæ cognitio reservatur Supremo Senatui Regis Hispaniæ, qui cum maturiori Consilio procedit, &c.* & in Glossa *littera X.* ita inquit: *In Regalibus ordinatio Cancellariæ Vallisoletanæ per schedulam Regiam, fol.* 194. Et licèt iste Pater doctissimus, quoad principalem partem hujus doctrinæ, nempè quod tunc violentia adest & pertinens Regiæ protectioni, rectè loquatur, quoad cætera tamen, quæ attingunt praxim, confundit terminos juris nostri Regii, quem intellige & declara, prout Nos latiùs hoc *tractat. part. 1. c. 14. à n. 26. cum seqq. & à nu. 46. cum multis seqq.* ubi abundè tractavimus novam dispositionem legis Regni retantis violentias tangentes observationem & executionem S. Conc. Trident. ad Cancellarias deferri, & si insuper deferantur illas statim remittant Supremo huic Concilio Regio, cui specialiter reservata est illarum cognitio. Tamen quando causa vertitur coram Judice Ecclesiastico, coramque opponitur de aliquo jure orto ex dispositione alicujus Concilii Trid. decreti, & à non admissione talis juris, & exceptionis (sive quoniam perperam intelligatur decretum ipsum, sivè ex injustitia facta appellatio interponatur, & ea non obstante ad ulteriora procedat Judex, tunc ob hanc vim tollendam recurri potest ad Cancellarias, & audientias Regias, ut latiùs fundavimus, & explicavimus in locis relatis, in quibus videbis abunda.

Hoc ipsum apertè constat ex Bulla Pii V. pro
24 confirmatione * Concilii Trident. edita), quæ est post professiones ejusdem Concilii, ubi post medium hæc leguntur: *Ipsum verò charissimum filium nostrum Imperatorem electum, cæterosque Reges, Respublicas ac Principes Christianos monemus, & per viscera misericordiæ Domini nostri Jesu Christi obtestamur, ut qua pietate Concilio per Oratores suos affuerunt, ea pietate, ac pari studio, Divini honoris, atque populorum suorum salutis causa, pro Sedis quoque Apostolicæ, Sacræ Synodi reverentia, ad ejusdem Concilii exequenda, & observanda decreta, Prælatis, cum*
25 *opus fuerit, auxilio * & favore adsint, nec adversantes sanæ ac salutaris Concilii doctrinæ opiniones in populis ditionis suæ recipi permittant, sed eas penitus interdicant, &c.* Quæ Bulla clarè disponit in casu de quo loquimur, & consonans quæ superiùs à principio hujus capituli diximus; ad neminem alium pertinere declarare dubia concilii, quàm ad Sedem Apostolicam, prout etiam hoc ipsum declaravit Sancta Congregatio in declarationem, *c. 20. de reform. sess. 24.* & ita communiter in hoc supremo Senatu practicatur quotidie.

Salgado de Supplic. & Retent.

Sed quibus solemnitatibus, & quorum authoritate monitæ esse * debeant hæ declarationes 26
Sanctæ Congregationis Cardinalium, ut ab ipsa verè & realiter dimanasse cognoscatur, ne de earum fide dubitari valeat, sed integram & omnimodam fidem illis dari possit: aptiori loco & ampliissimè dicemus *hic 2. part. cap. 30. §. 5. per totum*, ubi de hac re plurima utilissima cumulavimus videnda.

CAPUT III.

De praxi & stylo Senatus in observationem decreti Concilii Tridentini; præservantis primam instantiam Ordinario, & de fundamentali ejus ratione. Et an facultas Auditoris Cameræ ex eodem sit; & qualiter sublata.

SUMMARIUM.

1 *Tridentinum circa cap. causæ omnes reservans primam Ordinariorum instantiam frequentiori indiget Regis Regalia, & protectione.*

2 *Litteræ lædentes Triden. cætera decreta præter cap. causæ omnes, an retineri debeant in Senatu facillimè deducitur ex singulis Concil. decretis.*

3 *Decretum Trident. in cap. causæ omnes præservans primam Ordinariorum instantiam ad litteram refertur.*

4 *Verba Concil. in cap. causæ omnes specialiter adhotantur annullantes processum, & omnia gesta ab alio, quàm ab Ordinario in prima instantia.*

5 *Origo jurisdictionis Ecclesiasticæ & fons est Sedes Apostol. quæ liberè de quibuslibet causis Ecclesiasticis valet cognoscere.*

6 *Stylus Romanæ Curiæ observat omnes causas ad forum Ecclesiasticum pertinentes in prima instantia coram Ordinariis locorum tractari debere.*

7 *Utilitati publicæ ut provideret Leo X. constitutionem promulgavit favendo jurisdictioni Ordinariorum locorum, quæ refertur.*

8 *Ordo confunditur Ecclesiasticus, si sua unicuique Ordinario jurisdictio non reservetur.*

9 *Causæ tàm spirituales, quàm Civiles beneficiales, & mixtæ (aliàs non reservato beneficio) extra Romanam Curiam coram Ordinariis tractandæ in prima instantia decrevit Leo.*

10 *Ante definitivam non sunt ab ordinario appellari, nec à Superiori admitti, nisi à gravamine, qualificato, ut in constitutione Leonis.*

11 *Causa timoris, aut suspicionis promanda, vel alia honesta potest in Curia causa committi in prima instantia ex Constitutione Leonis.*

12 *Commissionis, processus & inde sequuta, vitio nullitatis subsistunt, si in prima instantia committantur absque legitima causa.*

13 *Causæ, quæ legitimæ sint, ut Summum Pontificem moveant ad subscribendum propria manu commissiones in prima instantia, recensentur in Constitutione Leonina.*

14 *Sumptibus, & vexationibus partium, consulere (cùm Reipublicæ interest) semper extitit præ oculis habuere jura Pontificia, & Civilia, prout plura recensentur.*

15 *Utilitatem publicam concernit, lites abbreviari.*

16 *Litium extinctio ad conservationem Congregationis humanæ pertinet.*

17 *Sumptibus litium subditos sublevare ad præcipuum Reipublicæ reginem spectat.*

18 *Nuntii, aut Legati de Latere nequeunt avocare causas ab Ordinariis in prima instantia, nisi legitimè ad se per appellationem devolutas.*

19 *Processus, inhibitiones, & alia inde sequuta sunt nulla ipso jure ex avocatione causarum ab Ordinariis in prima instantia.*

20 *Auditor Cameræ, & quivis Judex Romanæ Curiæ jam ex Concil. Tridentin. nequeunt cognoscere de causis in prima instantia in præjudicium Ordinariorum.*

21 *Observatio Flores de Mena circa sublatam jurisdictionem Auditoris Cameræ in prima instantia refertur.*

Damna & incommoda, quæ oriebantur in perniciem Reipublicæ ob avocationes causarum in prima instantia ad Romanam Curiam, recensentur, ib.

22 *Recurrens ad Curiam pro impetranda commissione alteri in prima instantia super causa ad eam legitimè non devolutam ad Ordinarium remittendus erit.*

23 *Ordinaria provisio datur à Senatu, ut impetrans, aut eligens Judicem extra Regna Coronæ Castellæ missione non utatur.*

24 *Litteras persutientes primam Ordinarii instantiam examinat Senatus, & remittit causam Ordinario.*

25 *Flores de Mena, & Barbosa cautè legendi circa conceptionem decreti in contraventionem Tridentin. remissivè.*

26 *Litigantes conventos, ultra Regnum, & in Romana Curia defendere, ne sic molestentur, provenit ex jure naturali.*

27 *In Gallia Judices non admittuntur Delegati in prima instantia, nec executores, gratiarum conficiunt processum, sed de nudo tantum facto permittuntur cognoscere, sed Ordinarii.*

28 *Stylus Senatus in remittendis causis Ordinario in prima instantia nihil detrahit verbis Bullæ in Cœna Domini relatis.*

29 *Ex verbis bullæ in Cœna, cap. 16. oritur justificatio styli Senatus in remissione causarum Ordinariis in prima instantia.*

INter cæteros casus in quibus Rex Catholicus sua utitur Regalia in protectione Concilii
1 Trident. * frequentiores esse solent iis, qui primam instantiam Ordinariorum percutiunt contra decretum Concilii mox citandum, ac propterea ob eorum frequentiam vincere curabimus inextricabiles penè difficultates in tota hac 2. *part.* in dies contingentes in hoc supremo Senatu, cujus (ut alibi diximus 1. *part. cap.* 14. ex privativa cognitione) cæteri verò casus lædentes Concilium Tridentin.
2 * per singula ejus decreta facillimè convinci posse non ambigitur, qui propterea pro nunc omittendi erunt.

3 Sancta igitur, & œcumenica * Trident. Synodus, *sess.* 24. *de reformation. cap.* 20. quod incipit *causæ omnes*; ita salubriter decrevit in hæc: *causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam si beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscantur, atque omnino saltim infra biennium à die motæ litis, terminentur, alioquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illorum Judices superiores, alias tamen competentes adire: qui causam in eo statu, qui fuerit, assumant, & quam primum terminari curent, nec antea illis committantur, nec avocentur, nec appellationis ab eisdem interpositæ per superiores quoscumque recipiantur, eorumve commissio, aut inhibitio fiat, nisi à diffinitiva, vel à diffinitivæ vim habente, & cujus gravamen per appellationem à diffinitiva reparari nequeat, ab his excipiuntur causæ, quæ juxta Canonicas sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ, vel quas ex urgenti, rationabilique causa judicaverit Summus R. Pontifex per speciale rescriptum signaturæ Sanctitatis suæ, manu propria subscribendum, committere aut avocare, &c.* & post medium, ibi: * *Aliàs eorum processus* 4 *ordinationesve nullius momenti sint, &c.* Alia plura referuntur in ipso decreto, quæ omnia clauduntur, & comprehensa censentur sub universali clausula illa in fine ejusdem decreti appositæ in hæc: *Non obstantibus quoad omnia supra scripta, privilegiis, indultis, concordiis, quæ suos tantùm teneant Authores, & aliis quibuscumque consuetudinibus.*

Licèt enim Sancta Sedes Apostolica immediatè quascumque * causas Ecclesiasticas judicare possit, 5
cùm sit fons, & origo jurisdictionis spiritualis & Ecclesiasticæ, *cap. cuncta per mundum, cap. nunc verò, 9. quæst.* 3. Tamen ipsius Curiæ stylus observat, ut omnes causæ ad forum Ecclesiasticum * 6
spectantes, coram Ordinario loci in prima instantia decidantur, & infrà biennium terminentur ex prædicto decreto Trident. 20. quod exornant ita affirmantes Zerola *in praxi Episcopali, part.* 1. *verb. Instantia*, §. *Fuscus de visitat. lib.* 1. *cap.* 33. *post n.* 3. Aloysius Riccius *in collectan. decision. part.* 4. *collect.* 1353. *in fin.* Barbos. *de officio & potest. Episcop. allegation.* 8. *n.* 2. *tom.* 2. *in ultima edit.* Franchus Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p.* 2. *cap.* 1. *numero* 7. Paul. Piasequius *in nova praxi Episcop.* 2. *part. cap.* 4. *n.* 2. Wicanus *in nova praxi juris patronatus* 2. *part. lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 5. Narbona (nullis ex iis citatis) *in l.* 59. *gloss.* 1. *princip.* & præcipuè *à n.* 23. *lib.* 2. *tit.* 4. *Recopil.* Diaz de Mena *practicar. lib.* 1. *quæst.* 12. *à nu.* 8. & novissimè Navarrius *in novo juris Pontific. practic. conclus. tit. de causis primæ instantiæ, conclus.* 1. *aliàs* 54. *nu.* 1. *& seqq.* Gratianus *in disceptat. forens. tom.* 5. *cap.* 837. *à n.* 15. *&* 16.

Quare ut provideret utilitati publicæ, & jurisdictioni * Ordinariorum faveret Leo Pontifex X. 7
per constitutionem suam in Lateranensi Concilio *sub datum Romæ anno* 1515. ita decrevit in hæc: *Et cùm Ecclesiasticus ordo confundatur, si sua unicuique jurisdictio * non servetur; Ordinariorum* 8
*jurisdictioni (quantum cum Deo possumus) favere, ac litibus celerius finem imponi, & litigantium immoderatis sumptibus & expensis parci satagentes, statuimus, & ordinamus: quod singulæ causæ tam spirituales, quàm civiles, & mixtæ, forum Ecclesiasticum, * quomodolibet concernentes,* 9
*& beneficiales (dummodo beneficia ipsa generaliter reservata non fuerint, & ipsorum beneficiorum fructus, reditus & proventus, 24. ducatorum auri de Camera secundùm communem æstimationem valorem annuum non excedant) in prima instantia extra Romanam Curiam, & in partibus coram Ordinariis locorum dumtaxat cognosci, & terminari, ita quod nulli ante diffinitivam sententiam * liceat appellare, nec appellatio (si fuerit emissa)* 20
ullatenus admitti, nisi ab interlocutoria, quæ vim habet diffinitivæ, vel è gravamine minimè concernente negotium principale, quod per appellationem à diffinitiva sententia reparari non possit,

nisi

nisi aliter collitigantium adversarii sui potentiam
11 *meritò* * *perhorrescens, seu aliàs, & probabili & honesta causa aliter, quàm per proprium juramentum, saltim semiplena probata, coram ordinario non audiret litigare. Eo enim casu causæ ipsæ etiam in prima instantia committi & cognosci, & terminari*
12 *possint, alioquin appellationes* * *& illarum etiam aliarum causarum hujusmodi commissiones in posterum, & quidquid inde sequutum fuerit, nullius sint roboris & momenti, &c.*

Quam constitutionem Leoninam ad litteram re-
13 fert, & per scholia exornat, & * comprobat Gochier. *in tract. de jurisdict. Ordinario. in exemptos, tom.* 2. *in principio.*

Ex qua constitutione colliges, quæ erit causa rationabilis, probabilisve; aut quomodo sit probanda, ut Summus Pontifex subscribere moveatur commissiones manu propria in prima instantia avocatorias, juxta præfatum Decretum Concilii Tridentini.

Ne ex facili avocatione vexationibus, & sumptibus litium subditi damnum patiantur, quod maximi ponderis esse profitentur per plura jura Doctores Bart. Bald. Alberic. & alii *in l. minorib. ff. de minoribus*, per text. ibi, Hostiens. *in c.* 1. *col.* 5. *de appellation.* Curt. *consil.* 118. *num.* 11. Oddus *de restit. quæst.* 4. *n.* 79. Molina *de primogeniis l.* 1. *cap.* 16. *num.* 15. Petrus Barbosa *in l. si constante in princ. num.* 14. *versic. Nec obstat, ff. soluto matr.* Cæsar Anglius *de acquir. possess. q.* 8. *art.* 18 *num.* 449. & sursum.

14 Semper enim enixè præ oculis * habuere jura Pontificia sumptibus, & vexationibus partium consulere, cùm saluti Reipublicæ hoc interfit, text. *in cap.* 1. *de appellation. lib.* 6. ibi: *Cordi nobis est, lites minuere, & à laboribus relevare subjectos*, *Clement. dispendiosam de judiciis, cap. ut finem litibus de dolo & contuma. cap. dispendia litium æquitatis compendio volentes, quâ possumus industriâ coarctare, de rescriptis l.* 6. text. optimus *in l. minoribus, ff. de minoribus*, ibi: *Cùm interfit ipsorum litibus non vexari, & sumptib. l.* 1. *ff. de inofficioso testam.* ibi: *Melius facerent, si se sumptib. inanibus non vexarent, l. fin. ff. familiæ ercisc. l. quia poterat, ff. ad Trebell.* & probat Cicer. *de legibus, l.* 1. ibi: *Et ea salus litium multitudine maximoperè læditur, ideò ad conservationem illius, multa quidam excogitaverunt, &c.* Flaminius Parisius *de resignatione, lib.* 11. *quæst.* 1. *à n.*
15 27. in hæc: *Et ideò concernit* * *publicam utilitatem ex eo, ut lites finiantur*, Bald. *in l.* 1. *in* 5. *not. ab. C. de novo Cod. componen. & in l.* 1. *de furtis*, Alexand. *cons.* 190. *col.* 2. *l.* 2. *& consil.* 171. *col.*
16 3. *l.* 7. *nam clari juris est*, * *extinctionem litium ad conservationem Congregationis humanæ pertinere, &c. Authent. de judic. & nullatenus cum jurejurando eligatur aliquis, &c. cap.* 4. ibi: *Sic enim velocius lites judicabuntur, & circulis cognitionalibus, ac temporis contritione litigantes liberabuntur, &c.*

Nihil enim magis providè quique legislatores,
17 & rerum * publicarum Gubernatores curare debent, & solent, quàm expensis litium, sumptibus subditos sublevare propter damna, incommoda, & dispendia inde orta, Rumpublicam onerantia ex text. *in l.* 4. *vers. Non attamen, ff. de alienat. judicii, l.* 3. *tametsi ff. de receptis arbitris, l. servus*, 19. *vers. Sed & si, ff. de obligat. & action. l.* 1. *C. de novo Cod. faciendo*, cum aliis latè congestis à Luca de Penna, *in l. litibus, C. de annalibus & censitis*, Cateliano Cotta *in memorabil. verb. Lites citò*, Sylva Nuptia. *lib.* 6. *num.* 8. *cum seq.* Tiraquellus *de retract. lignag.* §. 8. *gloss.*

7. *ex n.* 29. Tiberius Decian. *respons.* 70. *numero* 39. *resol.* 3. *histor. fori Roman. l.* 5. *c.* 17. Baldoin. *in prolegom. ad tit. instit. de action.* Brisson. *verb. Litibus ter.*, Rocaltus Fornerius *l.* 3. *rerum quotidianarum, cap.* 1. Gilken. *in tract. de interruptionibus, cap.* 1. *n.* 38. Tuschus *lit. L. concl.* 385. & 384.

Et quantum Regis Regni, & Reipublicæ interest divitiis & opulentiæ vassallorum consulere, atque vigilantia omnimoda providere, ne depauperentur, expensisque & sumptibus non destruantur, noviss imè videndus plurima congerens Escobar. *in tractatu de puritate & nobilitate præbend. 2. part. gloss.* 4. *à n.* 11. *cum seq.* & per totam glossam.

Quare nulli superiores etiam * Nuntii, vel Le- 18
gati de latere, de causis quibuslibet ad forum Ecclesiarum pertinentibus, possunt in prima instantia ex hoc decreto præservata Ordinariis cognoscere, nec pendentes ad se avocare, nisi per viam legitimæ appellationis ad sua Tribunalia fuerint delatæ; prout refert decisum Aloysius Riccius *dec. Curiæ Archiepiscopal. dec.* 296. *n.* 5. *part.* 4. Barbosa *de officio, & potestat. Episcop. allegation.* 81. *sub n.* 2. *t.* 2. Narbona (nullo citato ex iis) *in dict. lib.* 59. *glossa* 1. *num.* 23. & est expressum ipsum Conciliare decretum Trident. *in dict. cap.* 20. *sess.* 24. *de reformatione*; quo ad medium ita legitur: *Legati quoque, etiam de latere, Nuntii, Gubernatores Ecclesiastici, aut alii quarumcumque facultatum vigere, non solum Episcopos in prædictis causis impedire, aut aliquorum eorum jurisdictionem iis præcipere, aut turbare non præsumant, sed nec etiam contra Clericos, aliasve personas Ecclesiasticas, nisi Episcopo priùs requisito, eoque negligente, proceedant, aliàs eorum processus ordinationesve nullius*
* *momenti sint, atque ad damni satisfactionem partibus illati teneantur, &c.* 19

Quod ampliatur, nam hodie stante dicto decre- 20
to Concilii Tridentin. * præsertim in illis verbis *aut alii quarumcumque facultatum vigore*, Auditor Cameræ Apostolicæ, nec alius quivis Judex Romanæ Curiæ potest cognoscere de causis Ecclesiasticum forum attingentibus in prima instantia, nec monitoria decernere ad extrahendas partes à suis domiciliis; ut & benè annotant Riccius *in practic. Aurea, resol.* 126. & ipse iterum Riccius *in pract. Curiæ Archiepisc.* 4. *part. dec.* 273. *nu.* 3. *& dec.* 271. *num.* 6. Barbosa *ubi sup. dict. allegat.* 81. *numero* 3. Novarius *in pract. nov. juris Pontif. titul. seu cap. de causis primæ instantiæ conclus.* 1. *aliàs* 54, *numero* 5. Et ante eos meliùs omnibus Flores de Mena *practicarum l.* 1. *q.* 12. *num.* 8. dicens ex dicto decreto Tridentin. esse moderatam
* jurisdictionem Auditoris Cameræ, & aliorum 21
Judicum Romanæ Curiæ, qui jam hodie non possunt cognoscere de quibuslibet causis in prima instantia, nec monitoria decernere ad extrahendas partes à suis domiciliis, nec compellendum eos, in Romana Curia litigare, sed omnes causas in prima instantia coram locorum Ordinariis debere agitari, & ventilari, quod justissimè ita decisum esse affirmat, ob vitandas infinitas lites, & importunas molestias & vexationes, quæ à Curialibus, aut ab aliis quotidie fiebant degentibus in remotis partibus, qui ob vitandas maximas expensas, & litium, & iterum anfractus, & dispendia juri suo, quantumvis bono cedebant, & nullo vel parvo dato, in calumniosos litigatores transferebant, aut pensiones indebitè constituebant, aut lites oppressi deferebant, ac facillimè per contradictas condemnabantur, quod in magnum damnum, & detrimentum Reipublicæ Christianæ vertebatur; ut

& benè etiam advertit Alvar. ab Eſquivel. *in tract. de conciliis cap.* 29. Ac ſic ſe habere hodiernum uſum, & ſtylum Curiæ Romanæ circa impetrationem reſcriptorum, ut ex Concilii Tridentini dicto decreto ſemper datur in præjudicium, & derogationem Auditoris Cameræ, & aliorum ibi exiſtentium judicum, teſtatur ipſe Flores de Mena.

22 Itaque quando ad Sanctam Sedem * Apoſtolicam recurrit pars pro impetratione reſcripti in prima inſtantia, nondum devoluta cauſa ad Romanam Curiam, ad Ordinarium remitti debet ut coram eo primitùs lis agatur, juxta hoc Concilii decretum, & ut eleganter docuit Imperator Juſtinianus *in authent. ut omnis obed. Judici cap.* 1. *collat.* 5. *in fin.* in hæc: *Scito namque quia ſi quis veniat & aditum nobis faciat, & à nobis interrogatus ſi prius te adit, & deinde te dicat adiſſe, & quod juſtum eſt non impetraſſe, & hoc verum inveniamus, ante inaignationem convertamus, ſi verò cum te non aderit venire ad hanc Regiam præſumpſerit Civitatem, ut remittemus eum cum omni correctione, & reſponſum non dabimus.* Ecce ſingularis text. pro præſervantia primæ inſtantiæ Judicis Ordinarii.

Et in propoſito videnda erunt ſingularia de-
23 creta hujus Supremi Senatus, * quæ adducimus ad litteram infrà *cap.* 11. *ante fin. verſic. lis convenit quodam à n.* 97. prohibentia impetrari, aut eligere Judices Eccleſiaſticos extra Regna Coronæ Caſtellæ, ad idque dare proviſionem Regiam, ut impetranti, aut eligenti intimetur, ne talibus reſcriptis extra Regna utatur, videnda etiam erunt quæ ibidem congeſſimus *à n.* 79. *ad finem capit.* & conſonant plurima, & ſingularia jura per Nos adducta infra *in §. unico, n.* 4. quæ expreſsè prohibent, cauſas & reos extra propriam trahere provinciam, & convenire, niſi mediante legitima appellatione à Judice provinciæ, qui de cauſa cognoſcit interpoſitâ.

Quare Senatus hic Supremus mediante Regalia
24 orta * ex protectione Concil. Trident. quando ad illum recurrit pars, vel Regius Fiſcalis pro retentione litterarum Apoſtolicarum, quibus læditur, & percutitur prima Ordinariorum inſtantia, in his caſibus non exceptis ab eodem decreto Trid. accuratè litteris examinatis: decernit quotidie (attenta diſtincta reſolutione de qua latè infrà *c.* 26. *per totum*) *Entreguenſe eſtas Bullas à la parte para que uſe dellas delante del Ordinario.* Diaz de Mena *d. l.* 1. *quæſt.* 12. *a num.* 8. & 9. quem ſequitur (tacito tamen Authore) Auguſt. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. tom.* 2. *allegat.* 81. *ſub num.* 17.), quos in
25 conceptione * decretorum declara, prout Nos hoc *tract.* 1. *part. c.* 14. *à n.* 51. Et reduce illos ad diſtinctionem ibidem latiùs traditam, inter hoc Supremum Concilium, & cæteras Cancellarias & Regias Audientias, (& anteà per aliquot numeros) Flores Diaz referens etiam ſequitur Zevallos *de cognitione violentiæ, gloſſ.* 6. *à n.* 62. Narbona *in l.* 59. *gl.* 2. præcipuè *nu.* 16. *tit.* 4. *l.* 2. *Recopil. & in l.* 81 *gloſſa unica, tit.* 5. *lib.* 2. *Recopil. to.* 3. Riccius *in pract. Aurea, reſol.* 299. *num.* 2. *verſ. in Hiſpania ex Bullis*; ubi commemorat hanc praxim Supremi Tribunalis provenientem ex protectione Concilii Tridentini attributa Regi noſtro Catholico ex Bullis Apoſtolicis.

26 De hac etiam praxi teſtatur * doctiſſimus Menchaca *controverſ. uſu frequenti, l.* 1. *cap.* 41. in hæc: *Eademque omnia, etiam in litibus procedere intelligo, ſi fortè quæ lites de jure intra fines Hiſpaniæ Regionis, vel alterius cujuſlibet agitandæ eſſent, ad Romam avocarentur, ſimilis enim defenſio, & ſimili modo, & competeret, & agenda eſſet, quod intelligo, non ſolùm petentibus iis, qui non jure extra provinciam ſuam litis cauſa trahebantur, ſed etiam tacentibus, vel fortè etiam retinentibus, &c.* (& de hoc ultimo latiùs tractavimus 1. *part. cap.* 13, *per totum.*) Et de hac etiam praxi teſtantur fetè omnes illi Doctores, quos congeſſimus hac 2. *part cap.* 1. *à num.* 27. *verſic. Ex quibus Pontificali.* Et tractantes de hac Regalia proveniente ex protectione Concilii Trident. Regi Hiſpaniarum attributa Apoſtolicis conſtitutioribus.

Quod & in Gallia practicari affirmant ex concordatis * per Rebuffum & Coſman. *in tit. de cauſis*, & ipſum Rebuffum *in tractatu de pacificis poſſeſſor. nu.* 146. Flores de Mena *practicarum lib.* 1. *quæſt.* 12. *numer.* 10. & per ipſum Rebuffum *in praxi beneficiali, in forma novæ proviſionis, verb. amoto quolibet illicito detentore*, & Marchiæ *deciſ.* 100. *part.* 1. Riccius *in practic. Aurea, in reſolut.* 299. *num.* 2. ut nullus Judex Romanæ Curiæ, aut ab eis delegati cognoſcere permittantur in prima inſtantia, ſed ſolum Ordinarii locorum. Imò nec executores gratiarum conficiunt proceſſum, nec fulminant, nec poſſunt fulminare cenſuras, nec audiunt partes, ſed ſolùm nudam exercent executionem, quæ ſit nudi facti dumtaxat, & controverſias omnes remittunt Ordinario. 27

Quæ quidem praxis, & ſtylus antiquitùs uſitatus * in hoc Senatu Supremo Regio nihil repugnat 28
Bullæ in Cœna Domini *c.* 16. ibi: *Et omnes alii quoſcumque Judices Eccleſiaſticos Ordinarios quomodolibet impediunt, quominus ſua juriſdictione Eccleſiaſtica contra quoſcumque utantur, ſecundùm quod Canones & Sacræ Conſtitutiones & decreta Conciliorum, & præſertim Tridentini ſtatuunt, &c.* Imò potiùs ei valdè conformis & conveniens eſt, quia tantum abeſt, quod Senatus Ordinariis impediat ſua uti juriſdictione ſecundùm Concilium Trident. ſed imò vigore protectionis Regi commendatæ ab eodem Tridentino & Bullis Apoſtolicis conatur, ne alius eam impediat, neque veniant contra di poſitionem ejuſdem Concilii Trid. ut latiùs comprobavimus, expendentes hæc verba Bullæ, & alia plura omnia conducibilius exponentes *in tractatu de Reg. protect.* 2. *part. cap.* 1. *præludio* 5. *à nu.* 232. *cum multis ſeqq.* ubi monſtravimus, quàm conformis ſit hic ſtylus prædictæ Bullæ diſpoſitioni.

Et cùm Senatus reſtringatur ad terminos juris, præſertim Trident. ad quos illa clauſula Bullæ illum reſtringit, & juxta tenorem litteralem dictæ clauſulæ protegat juriſdictionem Eccleſiaſticam, ne illam in contraventionem Concilii Trid. alios exerceat, quàm is ad quem de jure Canonico pertinet Seraphin. *deciſ.* 896. *n.* 6. Rota in Romana cenſus 20. *Julii* 1599. *coram Litta* impreſſa Marcheſan. *de commiſſionibus part.* 1. *pag.* 739. & in Romana Sancti Thomæ 4. *Februarii* 1608. *coram Scoto*, impreſſa per Marcheſ. eadem *p.* 1. *fol.* 275. *numero* 4. & 5. Ferretus *conſil.* 219. *n.* 7. Pedemontana *deciſ.* 5. *num.* 9. Tuſchus *tom.* 1. *littera C. concl.* 367. *n.* 15. Marta *in votis noviſſim. in dec. voto* 154. *nu.* 4. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 99. *à principio*, Farinac. *dec.* 28. *nu.* 3. *part.* 2. *recent.* Rota *dec.* 258. *numer.* 1. *part.* 1. *diverſor.* Marta *de clauſulis part.* 1. *concluſ.* 12. Auguſtinus Barboſa *de clauſulis, clauſul.* 115. ubi latè de effectibus clauſul. *prout de jure, ſecundùm jus, &c.* Sequitur manifeſtè ut non tantùm hic Senatus ſtylus non contraveniat, idem *c.* 16. Bullæ in Cœna

Domi-

25 Domini, sed imò potiùs ex ea inducatur justificario hujus praxis & stylı Senatus Regii; cùm penitùs sit uniformis ejusdem verbis, dispositioni, intentioni & fini, prout ex ea clarè patet.

§. UNICUS.

Concil. Trident. an in Ordinarii, an ejus subditorum favorem sit inductum.
Et an alterutrius consensus in jurisdictionem alienam impediat hanc protectionem per Regem impertiri.

SUMMARIUM.

1 *Decretum Trident. in cap. causæ omnes an fuerit inductum in favorem solius Ordinarii, cujus jurisdictio favorabilis, & naturalis dicitur.*

2 *Jurisdictio Delegati, & conservatoris est odiosa.*

3 *Dispositio quælibet derogans jurisdictioni ordinariæ odiosa est.*

4 *Decretum Trid. in c. causæ omnes an potius sit introductum in favorem litigantium, ne cum tanto dispendio extra suas provincias extrahantur.*

5 *Decretum Trident. in cap. causæ omnes fuit inductum tam in favorem Ordinarii, quàm subditorum, cùm damna sint communia.*

6 & 7. *Consensus tam Ordinarii, quàm litigantis requiritur, ut cesset Trident. decretum in cap. causæ omnes, ita ut altero deficiente Senatus causam insuper remittat Ordinario.*

8 *Declaratio singularis Sanct. Congregationis refertur, quâ fuit decisum; primum de consensu solius Episcopi non posse causam in Curia introduci in prima instantia, nisi partes etiam consentiant.*

9 *Secundum, decretum Concilii in cap. causæ omnes emanasse in favorem Ordinarii, & partium simul, ne extrahantur extra suas Civitates.*

10 *Tertium, favore plurium introductum unius renuntiationem non tolli.*

11 *Quartum, Nuntium Apostol. cognoscere in prima instantia accedente partium, & Ordinarii consensu.*

12 *Quintum, ad solius Episcopi collitigantis instantiam non posse in Curia causam committi, sed Episcopo viciniori.*

13 & 14. *Quod & iterum declarasse Sanct. Congregationem refertur.*

15 *Prima instantia præservata est in favorem Ordinarii, cùm confundatur ordo quando uniquique jurisdictio non servatur.*

16 *Prima instantia præservatur Ordinario etiam in favorem partium, quasi sit inhumanum pro parva causa immodicos litis anfractus pati.*

17 *Ordinarius si est collitigans, ex solo consensu ipsius non committitur causa in Curia, sed viciniori.*

18 *Inhibere Ordinario nequit legatus in prima instantia etiam de consensu partis, cujus renuntiatio non valet in illius præjudicium.*

19 *In favorem tam Ordinarii, quàm partium fuit inducta præservatio primæ instantiæ, quæ unius renuntiatione non tollitur.*

20 *Favor, aut privilegium commune unius renuntiatione non cessat.*

21 *Renuntiatione partis cessante consensu Episcopi causa in prima instantia non aufertur ab Ordinario.*

22 *Privilegium habens jus complicatum unius renuntiatione non tollitur, cùm redundet in alterius præjudicium.*

23 *Renuntiatio subditorum non valet in præjudicium Superioris, cui est favor communicatus.*

24 *In juribus complicatis executio, tam respectu condemnati, quàm non condemnati non habet locum, sed in totum cessat.*

25 *Privilegium subditorum quando est commune cum superiore ad validam renuntiationem concurrit omnium consensus.*

26 *Renuntiatio unius nequit fieri in præjudicium juris per alterum quæsiti.*

72 *Triden. in cap. causæ omnes, cùm unius renuntiatione non cesset, nec Regalia protectionis impartiendæ ad preces reclamantis, & recursu utentis.*

82 *Renuntianti, aut consentienti in jurisdictione aliena absque Ordinarii consensu, etiam condemnatio nihil obest, quominus recursu Regio utatur, ut in Senatu etiam executoriales retineantur, & causa Ordinario remittatur denuò tractanda.*

QUibus (quæ à principio hujus cap. descripsimus) sic prælogis, utiliter venit inquirendum, an decretum Concilii Trident. *in d. cap.* 20. *sess.* 24. *de reformat.* sit inductum in favorem solius * jurisdictionis Ordinariæ (quæ de jure favorabilis censetur, & naturalis, Glossa magna *in cap.* 1. *de rescriptis, lib.* 6. *gloss. penult. in Clement.* 2. *de officio Ordinarii*, Bisignet. *decis.* 5. *de concessione præbendæ*, Puteus *decis.... sub num.* 3. *lib.* 3. Caputaq. *decis.* 43. *part.* 3. Moneta *in tract. de conservator. cap.* 7. *num.* 343. Ubi per contrarium * affirmat, jurisdictionem Delegati, 2
& conservatoris esse odiosam, *ex cap. cum in jure peritus*, ubi Glossa & Doctores *de officio delegati*, Baldus *in l. unica, C. de mandatis Principum.* Atque ideò exemptionem à jurisdictione ordinaria odiosam esse, affirmat ipse Moneta *ibidem dict. num.* 343. *cap.* 1. cum ibi notatis, *de privilegiis, lib.* 6. Et generaliter quælibet dispositio derogans * potestati Ordinarii odiosa est, Abb. *in cap. si* 3
quis contra notab. 1. *de foro competen.* Crescentius *decis.* 1. *num.* 1. & *decis.* 3. *nu.* 6. *de privilegiis*, Moneta *dict. cap.* 7. *num.* 343. *fol.* 371. in parvis vel an in favorem partium, * & subditorum, 4
dicendum sit dimanasse dictum Tridentini decretum, ne extra suas provincias tot sumptibus & incommoditatibus litigare, & degere cogantur, ut superiùs ex Flores de Mena diximus hoc *cap.* 3. *à numer.* 20. & *seqq.* & latiùs prosequitur, & comprobat aliquibus juris fundamentis hoc inconveniens, & notabile damnum inde proveniens, quod pars ultra suam civitatem, vel provinciam litigare cogatur. Narbona *in l.* 59. *gloss.* 1. *à num.* 173. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopil. tom.* 3.

Quod & insuper singularia probant jura *cap. leges Ecclesiæ, cap. Peregrina judicia (salva in omnibus Apostolica authoritate) generali sanctione prohibemus: quia indignum est, ut ab extraneis judicentur, qui comprovinciales, & à te electos debent habere judices, nisi fuerit appellatum*, 2. *quæst.* 6. text. *in cap. non licet cuiquam (sine præjudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus*

causis reverentia, & authoritas debetur relictis Sacerdotibus, *qui in eadem Provincia Dei Ecclesias, nutu divino gubernant; ad alias convolare Provincias, vel aliarum Provinciarum Episcoporum judicia expetere, vel pati. Quòd si quis præsumpserit, & ab officio Cleri submotus, & injuriarum reus ab omnibus judicetur.* 3. *quæst.* 6. *cap. unaquæque Provincia eadem causa, &* quæst. fere etiam *in cap. neminem exhiberi de Provincia ad Provinciam, vel ad Comitatum oportet, nisi ad relationem Judicis ad quem fuerit appellatum* (& *infrà*) *Illa quæ sunt per unamquamque Provinciam, ipsius Provinciæ Synodus dispenset, sicuti in Nicæno conflat Decretum esse Concilio, ultra Provinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur: omnis accusatio intra Provinciam audiatur, & à comprovincialibus terminetur, nisi Prælatus sit, qui accusatur. Eadem causa* 3. *quæst.* 6. *cap. fin.* ibi: *In provincia in qua consistit ille qui accusatur, suas exerceat actiones: nec existimat accusator suus, cum alibi, aut longius ad Judicium pertrahendum, eadem causa, & quæst.*

5 In quo breviter affirmandum erit, * dictam Conciliarem dispositionem fuisse introductam in favorem utrorumque, nempè in favorem Ordinariorum, & simul in favorem partium ex dictis rationibus, ut ex declaratione Sanctæ Congregationis fuisse determinatum, probat Gratian. *in, disceptat. forensib. lib.* 5. *cap.* 837. *num.* 15. sequitur Novarius *in praxi novi juris Pontificii, cap. de causis primæ instantiæ, conclus.* 1. aliàs 54. *fol.* 141. *num.* 4. cum aliis declarationibus ejusdem Sanctæ Congregationis mox citandis expressè id ipsum declarantibus, & decidentibus.

6 Ex quo sic complicato favore * sequitur manifestè, quòd si litteræ in Senatu adducantur, ex quibus appareat, partem aliquam, vel partes consensisse in alterius Judicis ordinarii, aut delegati jurisdictionem, absque tamen consensu Ordinarii sui, vel è contra reperiatur consensus Ordinarii, non tamen partium litigantium consensus intervéniat: indubiè Senatus remittet causam in prima instantia Ordinario, cùm tam Episcopi, quàm partium simul sit necessarius consensus, ut decreto Trident. *in dict. cap.* 20. locus non fit, utque remissio hæc impediatur ad Ordinarium fieri, prout in terminis declaravit Sancta congregatio super eo-
7 dem *cap.* 20. in hæc verba: *An de consensu * Episcopi possit causa in prima instantia in Curiam introduci, non obstante, cap.* 20. *session.* 24. *in principio, nisi partes ambæ consentiant? Et quid si causæ sint inter Episcopum & alium; nunquid instante Episcopo possit cognosci in Curia coram alio? Con-*
8 *gregatio censuit, * habere locum, adeò ut de consensu Episcopi non possit causa introduci in prima instantia ad Curiam, nisi partes etiam consenserint, quia decretum Concilii emanavit non solùm favore jurisdictionis Ordinariæ; sed etiam favore ipsa-*
9 *rum partium, ne trahantur * extra suas civitates, & loca. Ideò quod favore plurium introductum est,*
10 *non tollitur * unius renuntiatione, & ita Congrega-*
tio censuit, licere Nuntio Sedis Apostolicæ cognos-
11 *cere de causis * in prima instantia de consensu par-*
tium, ipsiusque Ordinarii consensu accedente. Quòd
12 *si causæ sint inter Episcopum * & alium, ad solius Episcopi instantiam cognosci non poterit, parte reluctante, in Curia coram alio, sed causa committenda est viciniori, ut signatura observat,* de quo infrà *n.* 17.

Et iterum ibi, sequitur & facit: *An si causa*
13 *sit inter Episcopum & alium, instante Episcopo * & possit in Curia cognosci? Congregatio censuit, ad solius Episcopi instantiam non posse cognosci parte * reluctante, in Curia, sed committendam* 14
esse viciniori, quòd signatura observat, &c. Quam mirabilem declarationem refert ad litteram Narbona *in lib.* 59. *gloss.* 1. *nu.* 173. *lib.* 2. *tit.* 4. *Recopilat. tom.* 3. *fol.* 181.

Et idem resolvisse Sanctam Congregationem Cardinalium Concilii Tridentin. 27. *Julii anno* 1575. testatur Gratianus *in disceptat. forensibus, lib.* 5. *cap.* 837. *num.* 17. per quam *à numer.* 15. dicit, quòd quamvis * per Concilium Trident. 15
sess. 24. *de reformatione, cap.* 20. omnes causæ, maximè criminales in prima instantia examini, & jurisdictioni Episcopi tantùm relinquantur, quod quidem ob favorem Ordinariorum statutum est, ne eorum jurisdictio minueretur, quia ordo confunditur, quando unicuique jurisdictio non servatur, *cap. pervenit* 36. *in fin.* 11. *quæst.* 1. Et etiam in favorem * partium, tanquam inhumanum sit, 16
permittere in longinqua patria pro parva causa immodicos litis anfractus pati, & sustineri: ideò si partes ipsæ non consentiant, non posse causam in prima instantia ex solo consensu Episcopi committi. Et iterùm ipse Gratianus *num.* 22. ex eadem sententia Congregationis Concilii, dicit, quòd si collitigans sit Episcopus * licet semper causam 17
inter eum & collitigantem debeat committi, & cognosci in partibus; tamen stante suspicione committitur viciniori.

Quod conducibilius est rationibus & motivis tam Concilii, quàm declarationum Sanct. Congregationis hactenus relatarum, nempè ut ob suspicionem Ordinarii collitigantis non committatur causa in Curia cognoscenda; sed in partibus committatur viciniori juxta hanc declarationem, cujus meminit Gratianus, ne cum tanto dispendio, & fortè pro re parvi valoris collitigans, extra provinciam suam extrahi cogatur. Sicque hodie stante hac declaratione Sanctæ Congregation. aliisve relatis (adæquatis menti & intentioni Concil. Trident.) non potest locum habere Rotæ *decis.* 30. *de appellationibus, in novis,* per quam motus Marchesan. *de commissionib. avocat. causa.* 2. *part.* §. 1. *num.* 38. dixit; quòd quando Ordinarius est suspectus, vel aliter ex justa causa cognoscere non potest; quòd tunc in Curia committitur causa. Cùm contrarium expressè declaravit Sanct. Congregatio in hac declaratione, & rectiùs in alia relata suprà *à n.* 13. ex observantia, & praxi signaturæ. Videnda etiam erunt quæ *cap.* 5. §. 1. *à num.* 11. dicta sunt, quarum declarationum intentio fuit & est, consulere litiganti, ejusque sumptibus majoribus, & incommoditatibus parcere, ideò non solùm introduxit, & voluit, ut in provincia collitigantis hujusmodi causa committatur, sed inter cæteros viciniori, ut commodius collitigans litigare possit.

Hoc idem, quòd ex dicto Trident. decreto simultaneus exoriatur * favor Ordinariis, & subdi- 18
tis, rectè ponderat & affirmat Saravia *de jurisdiction. adjunctorum, quæst.* 7. *num.* 7. dicens, quòd jus Ordinariorum, ut in prima instantia procedant, non obstante etiam legatorum de latere inhibitione, nullo modo potest renuntiari à partibus in Ordinariorum præjudicium, juxta declarationem à Sancta Cardinalium Congregatione latam ad *cap.* 20. *sess.* 24. *de reformatione*, ubi eam refert Farinac. sub verf. *sunt tractandæ*, ad quod etiam allegat Paz *in praxi tom.* 2. *præludio ultimo, n.* 18. allegat etiam Marsillam. *lib.* 4. *tit.* 5. *cap.* 6. *litteræ S. & in dict. cap.* 20. *n.* 4.

Idem etiam * Navarius *in novi juris Pontific. practic.*

practicarum concluſ. cap. de cauſis primæ inſtantiæ, &c. concluſ. 1. alàs 54. *numer.* 6. *fol.* 141. ubi per eandem declarationem Congregationis relatam à Gratiano ubi proximè *dict. cap.* 837. (licet ille mendosè eum alleget *cap.* 836.) dixit, & quidem ſingulariter, aliam rationem aſſignari non poſſe huic concluſioni, niſi quia hic labor fuit inductus tam reſpectu Ordinarii loci, quàm partium litigantium, & quod regula ut quilibet re-
20 nuntiare poſſit favori ſuo, * intelligatur, ſi privilegium concernat favorem renuntiantis dumtaxat, at ſecus quando ſimul in favorem aliorum, & ſic favor ſit communis, ſublata ſit facultas renuntiandi, ex ab eo latiùs traditis *in praxi electionis fori. q.* 7. *à num.* 14. *ſect.* 3. in prima impreſſione Neapol.

21 Qui quidem Novarrius rectè inde * argumentatur à contrario ſenſu; quòd ſi accedat ſolus partis conſenſus, & deficiat Ordinarii voluntas, ſimiliter cauſa in prima inſtantia extra locum à Concil. Tridentin. deſtinatum minimè poterit committi.

22 Quæ argumentatio legitima * & jure conſtans eſt, tum ex declarationibus Sanctæ Congregationis Cardinalium hactenus adductis; tum etiam, quoniam quando privilegium eſt complicatum inter duos, aut plures, unius renuntiatio nihil operatur, cùm redundet in præjudicium cæterorum, Julius Clarus §. *final. quæſt.* 42. Cancerius *variarum reſolut. lib.* 2. *cap.* 2. *de juriſdiction. nu.* 194. Marius Giurba *conſil.* 95. *n.* 13.

Undè abſque Superioris (qui ex favore ſubditorum participat) conſenſu, * non valet illorum ſola
23 renuntiatio, Romanus *conſil.* 369. *n.* 18. Cardinal *conſil.* 38. *ad fin.* Afflictis *deciſ.* 173. Gratianus *deciſ.* 78. *n.* 50. Coſta *de ſcientia & ignorant. centur.* 2. *diſtinct.* 66. *n.* 5. Rovitus *pract.* 2. *de juriſdict. invito non turband. nu.* 25. Didacus Perez *in l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 3. *ordinament.* Caſtrenſ. *conſil.* 431. *n.* 3. *in princip.* Andreas Gaillus *obſervat.* 40. *nu.* 3. *lib.* 1. Tuſchus *littera C. concluſ.* 1027. *numer.* 3. Marius Giurb. *conſil.* 95. *num.* 13. *& ſeqq.* Cænedus *Canonic. quæſt.* 12. *num.* 8. 9. & 10. Rota *deciſ.* 22. *num.* 8. *part.* 2.

Et quia quando jura duorum ſunt complicata,
24 * ità ut in unum facta executio oriatur damnum & præjudicium juri alterius ſic complicato & conjuncto; ut reſpectu omnium tam renuntiantis, aut condemnati, quàm alterius, qui nunc renunciavit, nec conſenſit, nec condemnatus fuit, executio ſuſpendatur in totum, latiſſimè poſt plurimos Doctores, & Rotæ deciſiones, nec non mirabilia jura tractavimus 1. *part. cap.* 13. *num.* 25. *& ſeqq.*

Nec non quando ex privilegio ſubditorum exo-
25 ritur favor communis cum ſuperiore, * vel alio, ut omnino ad validam renuntiationem requiratur concurſus, conſenſus omnium participantium favorem. Ac etiam generaliter, quod renuntiatio
26 únius * nequeat fieri in præjudicium juris quæſiti alterius, & de pluribus aliis mirabilibus doctrinis, quæ omninò huic, de qua in hoc cap. mirè conveniunt, abundè tractavimus in dicto *cap.* 13. *à num.* 16. *cum multis ſeqq. uſque ad fin. & ferè per totum;* 1. *part. verſ. Quibus tamen & aliis, &c.* Quo te libenter remitto.

27 Ex quibus manifeſtè ſequitur, * quòd cum diſpoſitio Concilii Tridentini, *in dict. cap.* 20. *ſeſſ.* 24. *de reformat.* nec ceſſet ex ſolo conſenſu partium, nec ex ſolo conſenſu Epiſcopi Ordinarii poterit licitè Senatus Regalia uti in protectione impertienda ejuſdem Trid. decreti, remittendo hujuſmodi cauſas eidem Ordinario, ut coram ipſo tractentur, partium ſumptibus immoderatis & incommoditatibus conſulendo, & inviolabili Tridentini obſervationi * & complemento auxi- 28
lium ſuum præſtando.

CAPUT IV.

Regaliâ protectionis an Rex uti poſſit, non ſolùm ubi percutitur prima inſtantia Epiſcoporum; ſed etiam Abbatum, aliorumque Prælatorum inferiorum ordinariam juriſdictionem legitimè habentium.

SUMMARIUM.

1 *& ſeqq. Sub decreto Trident. cap.* 20 *præſervante primam Ordinariis inſtantiam, an comprehendantur Prælati inferiores Epiſcopo, ordinariam etiam juriſdictionem habentes.*

2 *Præſervatam non eſſe in Trident. primam inſtatiam Ordinarii inferiori Epiſcopo, qui tenuerint.*

3 *Protectionis Regaliâ uti nequit Rex ſuper non contentis & comprehenſis in decretis Concilii Tridentini.*

4 *Cauſæ criminales, & matrimoniales nequeunt tractari coram Decano, aut alio Prælato inferiori juriſdictionem habentibus.*

5 *Prælatos inferiores Epiſcopo habentes juriſdictionem ordinariam comprehendi ſub Decreto Trident. in cap. cauſæ omnes, veriorem opinionem fundat, & amplectitur Author.*

6 *Ratio finalis Concilii in cap. cauſæ omnes, militat in litigantibus cuilibet juriſdictioni ordinariæ ſubjectis.*

7 *Verba generalia diſpoſitionis reſtringuntur ad rationem, & cauſam ejuſdem.*

8 *Trident. in cap. cauſæ omnes, loquitur generaliter de Ordinariis, ſub cujus verbis omnes indiſtinctè juriſdictionem ordinariam habentes comprehenduntur.*

9 *Verba legis intelliguntur ſimpliciter, non ſecundum quid, nec ſub aliquo ſuppoſito.*

10 *Trident. in cap. cauſæ omnes non petit qualitatem exemptionis in Prælato, ideò nec ſupplendam.*

11 *Ordinarii appellatione venit etiàm quilibet Prælatus inferior Epiſcopo Ordinariam habens juriſdictionem.*

12 *Ordinarii facta mentio in Decreto aliquo (niſi ſubjecta materia aliud poſcat) includuntur inferiores ordinariam juriſdictionem habentes.*

13 *Ordinario commiſſio directa, etiam Ordinario inferiori directa intelligitur.*

14 *Abbates etiam non exempti habentes juriſdictionem ordinariam non obſtante Trid. Decreto, hodie ſuâ uti valent juriſdictione.*

15 *& ſeqq. Obſervatio Flaminii Pariſii refertur, ut Ordinarii appellatione, etiam inferiores Ordinarii comprehendantur. Quem Barboſa citavit pro contraria opinione.*

17 *Ordinarii appellatione non ſoli Epiſcopi comprehenſi intelliguntur.*

18 *Concilium Tridentin. ubi aliquid Ordinario remittit explicandum, aut exequendum, omnes juriſdictionem ordinariam habentes poſſunt exe-*

exequi Decreta Concil. ubi plurima de hoc congeruntur.

19 *Canones posteriores recipiunt passivam interpretationem à jure communi.*

20 *Sub Trident. injungente Ordinariis visitationem Ecclesiarum etiam exemptarum, comprehenditur Ordinarius inferior habens quasi Episcopalia jura.*

21 & 22. *Trident. permittens Ordinario remittere denuntiationes ad matrimonium, procedit in Ordinario habente quasi Episcopalem jurisdictionem.*

23 *Ordinarii appellatione in materia collationis inferior Prælatus habens conferendi jus venit.*

24 *Ordinarii appellatione venit Prior S. Joannis Hierosolymitani.*

25 *Capitulum Sede vacante succedens in jurisdictione ordinaria, etiam voluntaria comprehendi ur in Decretis de Ordinario loquentibus.*

26 *Capituli Sede vacante prima instantia præservata intelligitur à Concil. Trid.*

27 *Vicarius Episcopi appellatione Ordinarii comprehenditur.*

28 *Ad Ordinarii inferioris comprehensionem in dispositione de Ordinariis simpliciter loquente, elegans Rotæ decisio refertur ad litteram.*

29 *Archidiaconus habens ex re judicata jurisdictionem Ecclesiasticam in suo districtu venit appellatione Ordinarii in materia adaptabili.*

30 *Trident. in cap. 20. §. ad hæc, reservans Episcopis causas matrimoniales, & criminales, non procedit in inferiore obtinente rem judicatam, aut verificante immemorialem.*

31 *Immemorialis (ex qua Archidiaconus prætendit jurisdictionem in matrimonialibus, aut criminalibus) dum per tres conformes probatur, Episcopus utitur jurisdictione in illis.*

32 *Prælatus inferior probata per executoriales sua jurisdictione ordinaria venit appellatione Ordinarii.*

33 *Dispensationes committuntur Ordnariis ex Decreto Trid.*

34 *Archidiaconus habens jurisdictionem ordinariam venit in materia adaptabili appellatione Ordinarii, & Diœcesani.*

35 *Dispensationes matrimoniales committuntur inferioribus ordinariis habentibus quasi Episcopalem jurisdictionem.*

36 *Prælati locus exemptus à jurisdictione Episcopi, non ideo desinit esse de Diœcesi, & in Diœcesi Episcopi.*

37 *Commissio de dispensando, ubi nullus adest contradictor, non recipit judicium contentiosum, sed extrajudicialem cognitionem.*

38 *Sententia nitens præscriptione non juvat ultra præscriptum.*

39 *Prælatus inferior probans præscriptionem exequendi dispensationes matrimoniales, in illis etiam venit Ordinarii appellatione.*

40 *Resolvitur ex cap. 20. Trident. præservatam esse etiam primam instantiam inferioris ordinariam jurisdictionem habentis.*

41 & *seqq. Agitur exactè de exornatione Concil. Trid. in c. 20. §. ad hæc, reservantis soli judicio Episcopi causas criminales, & matrimoniales.*

42 *Jurisdictio in criminalibus, & matrimonialibus non est subiata ab Archidiaconis, &c. per Trid. absolutè, sed permissa ex immemoriali probata per tres conformes.*

43 & *seqq. Quasi possessio immemorialis super jurisdictione in matrimonialibus probanda erit coram Episcopo, qui interim illam exercet ex declarationibus S. Congregationis.*

44 *Inferiores Episcopo non prohibentur exercere jurisdictionem in matrimonialibus, & criminalibus, post probatam immemorialem per tres conformes.*

45 46 & 47. *Ante probatam immemorialem hujusmodi Episcopus intra cujus Diœcesim Prælatus existit, exercet jurisdictionem in criminalibus, & matrimonialibus prætensam ex S. Congreg.*

48 *Probari tamen debet immemorialis per tres conformes.*

49 *Declarationes S. Congregationis referuntur, quibus expressè dicitur, instantiam Ordinarii præservatam in cap. causæ omnes, intelligi etiam Decani, Archidiaconi, & alterius inferioris ordinariam habentis jurisdictionem ex immemoriali.*

50 *Doctores plures referuntur, qui de prædictis declarationibus S. Congregationis testantur.*

51 *Declarationes præfatas sæpius canonizavit Rota.*

52 *Jurisdictio ab inferiori quæsita per immemorialem, aut privilegium, est verè ordinaria comprehensa in Trid. c. 20. in principio conservante primam Ordinariorum instantiam, qui tenent.*

53 *Manuteneri quando debeat, vel non Episcopus in jurisdictione, prætensa per Archidiacnos, aut Decanum, aliumve sibi inferiorem, remissivè.*

54 *Primam instantiam Ordinarii inferioris verè contentam in prima parte cap. causæ omnes Trid. debet Rex protegere.*

55 *Prælatus inferior habens jurisdictionem super ipsius Ecclesia Collegiata, aut Collegio, non comprehenditur in cap. causæ omnes, præservante primam instantiam Ordinariis, quia ipse talis non est.*

Adducitur ad idem declaratio S. Congregationis Cardinalium.

CUm salubberrimo illo sancto Concilii Tridentini * Decreto 20. *sess.* 34. *de reformat.* cujus (sicuti cæterorum protectio commendata est Regibus & Principibus Christianis) præservatam reperiamus primam Ordinariam instantiam, in omnibus causis ad forum Ecclesiasticum universaliter quomodolibet pertinentibus, ibi: *In prima instantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscatur:* utile judicavi, difficultatem illam absolvere, ortam ex aliquorum Doctorum non contemnendæ authoritatis opinione: An sub hoc Decreto intelligantur dumtaxat Episcopi, & alii exempti Prælati quasi Episcopalem jurisdictionem habentes: non tamen alii inferiores quantumvis jurisdictionem ordinariam habere dignoscantur.

Et partem negativam in his individualibus terminis * tenet Augustinus Barbosa *in Pastorali*, 2 seu *tractatu de potestate Episcopi*, *tom.* 2. *allegat.* 81. *num.* 4. dum intrepidè affirmat, quod Tridentini Decretum 20. attribuens Ordinariis locorum in prima instantia cognitionem causarum ad forum Ecclesiasticum pertinentium, de Episcopis, & de Prælatis exemptis Episcopalem jurisdictionem habentibus, dumtaxat statuit, & decrevit, non autem de Prælatis inferioribus, qui subsunt Episco-

Episcopis, allegat pro sua opinione Manuelem Rodriguez *quæstionum regularium, tom. 1. quæst. 36. art. 4.* Farinac. *in praxi crimin. 4. part. decis. 100.* Flaminium Parisium *de resignation. lib. 3. quæst. 11. n. 19. & n. 22.* & pro illa contraria parte Novarius *in novis juris Pontific. præct. conclus. tit.* seu *cap. de causis primæ instantiæ, conclusione 1.* aliàs 54. *num. 2. fol. 190* allegat
3 Rodriguez, * & Parisium: Ergo cùm Prælati inferiores etiam habentes jurisdictionem ordinariam non comprehendantur in dicto Trident. Decreto; Rex illius acerrimus protector non poterit Regalia uti, etiamsi prima instantia horum quomodolibet percutiatur.

Et licèt ipse Barbosa pro sua opinione nullum
4 adducat fundamentum, * illa tamen niti videtur verbis ejusdem Trident. *dict. cap. 20.* quæ sunt: *Ad hæc causæ matrimoniales, & criminales, non Decani, Archidiaconi aut aliorum inferiorum judicio, etiam visitando, sed Episcopi tantùm examini, & jurisdictioni relinquantur, etiamsi in præsenti inter Episcopum, & Decanum, seu Archidiaconum, aut alios inferiores super causarum istarum cognitione lis aliqua in quacumque instantia pendeat, &c.* Quæ quidem Concilii clausula videtur nostram absolvere difficultatem, & pro Barbosæ opinione clarè disponere.

Quibus tamen, & aliis non obstantibus contrariam opinionem
5 * & verissimam, & intrepidè tenendam evidentibus juris mediis, expressis Rotæ Romanæ decisionibus, & apertis Sacræ Cardinalium declarationibus comprobabo, ut omnes Prælati etiam subditi Episcopo, jurisdictionem ordinariam tamen habentes sub dicto Trident. Decreto intelligantur comprehensi, ita ut indistinctè prima eorum instantia præservata censeatur in illis casibus, in quibus legitimè jurisdictionem habere, & exercere assolent; ad quod moveor:

Primò, quoniam dictum Decretum non solùm
6 inductum fuit * in favorem ordinariæ jurisdictionis; sed etiam in favorem litigantium, ne cum tanto dispendio, & incommodis cogantur litigare, & trahi extra suas Provincias, Civitates, aut Regna, prout latissimè consideravimus, & valdè probavimus expressis clarisque determinationibus Sanctæ Congregationis Cardinalium Concilii Trident. suprà *in cap. & §. præcedenti per totum.* Sed hæc ratio militat in litigantibus cuilibet jurisdictioni subjectis; ergo illos debet comprehendere Concilii dispositio: quia verba generalia dispositionis debent referri, & restringi ad rationem,
7 * & causam propter quam fuerunt prolata, *l. non est novum, ff. de leg. l. hæres meus, §. 1. de leg. 1. l. si ex pluribus, ff. de solut.* Abb. *in cons. 114. attingendo n. 4. lib. 2.* Menoch. *cons. 496. n. 54.* Tusch. *lit. V. concl. 122. n. 44.*

8 Secundò, * quoniam dicta Conciliaris institutio generaliter, & universaliter disponit de omnibus locorum Ordinariis non distinguendo inter Ordinarium, & Ordinarium, ibi: *In prima instantia coram locorum Ordinariis duntaxat cognoscantur*, ponderatis etiam illis verbis: *Ordinariis locorum*, quæ nullam restrictionem admittunt; sed excludunt potiùs: nam verba legis generalia, generaliter debent intelligi, & ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, juxta vulgatissima axiomata.

Et quia legis verba in dubio debent intelligi
9 simpliciter, * non secundùm quid, nec sub aliquo supposito, *l. hoc legatum, in fin. ff. de legat. 3. l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verbor. obligat.* Ruin. *cons. 56. in fin. lib. 2.* Tuschus *tom. 8. lit. V. concl. 92. per tot.* Barbosa *eadem. 222. n. 29.* Ergo verba Concilii cùm generaliter disponunt de locorum Ordinariis simpliciter, & absolutè de omnibus Prælatis * habentibus ordinariam jurisdictionem 10
absolutè, in dubio sunt intelligenda, absque suppositione faciendâ, quòd Ordinarii debeant esse exempti; imò exclusâ qualibet qualitate: quia cui conveniunt verba legis, ejus etiam dispositio adaptatur ex vulgaribus.

Tertiò, quia Ordinarii appellatione non solùm venit Episcopus, * & quicumque superior, sed 11
etiam quilibet alius Prælatus inferior Episcopo, habens ordinariam jurisdictionem in materia sibi adaptabili, & proportionabili: ita docent Glossa, verbo, *Ordinariorum*, per text. ibi; *In cap. ut animarum, de constitutionib. lib. 6.* & glos. in verbo, *locorum, in cap. Ordinarii.* ubi Geminianus *num. 5.* Franchus *num. 3. de officio Ordinarii, lib. 6.* Abb. *in cap. post cessionem n. 1.* & ibi Felinus *n. 1.* Decius *n. 1.* & Minsingerius *n. 2. de probat.* Zabarella *in Clement. quia regulare, n. 11. versic. Octavo quæres, de supplicanda negligentia Prælatorum*, plurimos citat Narbona *in l. 59. glos. 1. à num. 63. lib. 2. tom. 3. Recopil.* ubi etiam de Abbate, ubi melius cæteris hoc prosequitur cum aliquibus declarationibus Sanctæ Congregationis, Covarr. *in cap. penult. n. 1. de testamentis*, Mandosius *cons. 37. n. 19. & 21.* Parisius *de confidentia, quæst. 28. n. 26.* Flores de Mena *variarum resol. lib. 3. quæst. 24. n. 6.* Stephanus Gratianus *disceptat. Forens. cap. 212. n. 31. & 38.* Seraphin. *decis. 1402. nu. 2.* Marius Antoninus *var. resol. lib. 1. resol. fin. cas. 42.* Tamburinus *de jure Abbat. t. 1. disp. 1. quæst. 4. n. 1.* Rota *decis. 798. n. 3.* apud Farinac. *in 1. collectione novis.* aliàs *part. 4. diversorum.*

Hinc provenit, quòd quoties in aliquo Decreto mentio fit Ordinarii * nisi subjecta materia aliud 12
poscat; non tantùm de Episcopo debet intelligi, sed etiam de omnibus aliis Prælatis inferioribus ordinariam jurisdictionem habentibus, quia omnes illi Ordinarii sunt verè & propriè, ut post plurimos alios quos citat, tenet Gutierrez *de matrim. cap. 66. num. 14. gloss. dict. verbo, locorum.* ubi Franchus *num. 3.* Gutierrez *quæstionum Canonic. lib. 2. cap. 19. numer. 25. vers. Nihilominus*, Paris. *de resignat. benefic. lib. 3. q. 11. n. 19. & 20. & de confidentia, q. 28. n. 16.* Aug. Barbosa *de appellation. verb. utriusque juris, appellat. 176. nu. 1. & 2.* Thomas Sanchez *de matrimon. lib. 3. disputat. 29. num. 5.* Cochier *de jurisdict. ordinaria, in exemptos, 1. part. quæst. 1. num. 9.* Tamburinus *de jure Abb. tom. 1. disp. 1. tom. 8. n. 3.* qui omnes ex hac ratione pariter affirmant, quòd commissio directa Ordinario, * non tantùm Epis- 13
copo; sed etiam cuilibet inferiori Prælato ordinariam jurisdictionem habenti ipsa commissio directa intelligitur.

Hinc est, quod in his terminis Concilii Trident. * præservantis primam instantiam Ordina- 14
riis, affirmant Novarius *in novo jure Pontifi. practicarum concluf. tit. seu cap. de causis primæ instantiæ, conclusione 1. aliàs 54. n. 3.* post Navarr. *in consil. 9. de privilegiis*, secutum à Sairo *decis. 2. de foro competent.* Abbates licèt non exemptos, & alios inferiores Prælatos, quibus olim, vel aliquo privilegio Clericorum suæ Ecclesiæ, vel cumulativè cum Ordinario, vel privativè cognitio competebat; etiam hodiè non obstante isto Concilii Decreto eadem jurisdictione uti posse, dicit ex eo quia Concilium generaliter de jurisdictione ordinaria sermonem facit, & Abbatum jurisdic-

tiones

tiones istos jure, & titulo acquisitæ etiam Ordinariæ reputantur.

21 Quare etiam mirabiliter ad nostrum propositum * loquitur Parisius *de resignatione beneficii*, *lib.* 3. *quæst.* 11. *à n.* 19. (pro sua opinione relatus à Barbosa ad princip. hujus *cap. n.* 2. citatus) qui quidem totum in contrarium dicit, in hæc verba: *Et sub verbo Ordinarii intelligo omnes habentes jurisdictionem ordinariam*, * ut tradit Geminianus *in cap.* 2. *in princip. de constitutionibus*, *in* 6. Sylvester *verb. excommunicat.* 8. *n.* 92. Abbas *in cap. cùm ad Ecclesiarum*, *nu.* 1. *de officio Ordinarii.* Bellamera *consil.* 30. Beroius *consil.* 24. *lib.* 1. Decius *consil.* 121. *col.* 1. Abb. *in cap. ut famæ*, *num.* 6. *de sententia excommunicat. & sic non solùm Episcopi*, * *sed & alii habentes ordinariam jurisdictionem ad notata in cap. cùm Episcopus de Ordinar. lib.* 6. Abbas *in cap. conquerente & in cap. dilectus*, *eodem tit.* sequitur & facit. *Ideo ubi Concilium remittit explicandum* * *aliud, & exequendum ab Ordinario, vel ejus arbitrio; qui habent jurisdictionem ordinariam, possunt exequi hujusmodi Decreta indistinctè, ut habetur in cap.* 1. *& cap.* 2. *sess.* 5. *& in cap.* 2. *&* 3. *sess.* 6. *& in c.* 5. 6. *&* 7. *&* 8. 14. *&* 15. *sess.* 7. *& in cap.* 1. 4. *&* 5. *sess.* 14. *in cap.* 9. *session.* 21. *in cap.* 1. 2. 5. *&* 11. *session.* 22. *& in cap.* 16. *&* 17. *session.* 23. *& in cap.* 1. 2. 7. 8. *session.* 24. *de reformat. matrimon. in cap.* 4. *&* 5. *session.* 25. *de reformatione*, *&c.*

19 Qui quidem Parisius * *ibidem num.* 24. consecutivè reddit pro ratione, *quia Canones posteriores recipiunt passivam interpretationem à jure communi*, *lib.* 1. §. *lex Falcidia*, *ff. ad leg. Falcidiam*, *l. si servi vestri*, *Cod. de noxalibus*, *l. ult.* §. *in computatione*, *C. de jure deliberandi*, *c. cùm dilectus de consuetudine*, Bart. *in leg. omnes populi*, *in* 3. *quæst.* 6. *principalis*, *ubi communiter Doctores*, *ff. de just. & jure*, idem Bart. *in dict.* §. *lex Falcidia*, Cardinal. Paris. *in rubr. ff. de operis novi mutatione*, *n.* 76. qui, ut vides, perperam allegatur à Barbosa pro sua opinione, omni jure & fundamento carente, qui nihilominus alibi aliud censuit, ut statim.

Quibus convenit, quod dispositio Concilii Trid.
20 * *sess.* 7. *de reformat. cap.* 8. dum injungit locorum Ordinariis, ut Ecclesias quascumque quomodolibet exceptas authoritate Apostolicâ singulis annis visitare teneantur: procedere in Prælatis inferioribus habentibus jura Episcopalia, ut censet Rota *decision.* 798. apud Farin. *collect.* 1. *novit. noviss. aliàs part.* 4. *diverf.* & in Salmant. *jurisdictionis Octobris* 1579. coram Cardinal. Seraphino, quam refert Riccius *in praxi rerum fori Ecclesiast. decision.* 614. *in* 1. *edition.* aliàs *resolut.* 538. *n.* 3. *in* 2. *editione*, infertur etiam decretum
21 Concilii Tridentin. * *sessione* 24. *de reformat. matrimon. cap.* 1. ubi: *Nisi ordinarius ipse*, *&c.* statuentis posse Ordinarium ex causa sibi benè visâ, dispensare, ut omittantur denuntiationes, vel aliquam illarum ante & post matrimonii consummationem procedere in habentibus quasi Episcopalem jurisdictionem, ut affirmant Navarrus *consil.* 5. *de sponsalibus in* 1. *editione aliàs conf.* 2. *tit. de clandestina desponsat.* 2. *edit.* Henriquez *in summa lib.* 11. *cap.* 5. §..... Frater Emanuel *in summa* 1. *part. cap.* 217. *n.* 4. Barbos. *de potestat. Episcop. part.* 2. *allegat.* 32. *n.* 30.

Et id ipsum in Abbatibus habentibus jurisdic-
22 tionem * quasi Episcopalem, agnoscunt Sanchez *de matrim. l.* 3. *disp.* 7. *n.* 4. Flores de Mena *variar. resolution. l.* 3. *quæst.* 24. *n.* 26. Sairus *in floribus decision. sub tit. de sponsalibus decision.* 9. Molinus *de ritu nuptiarum lib.* 1. *different.* 11. *n.* 30. Stephanus Gratian. *in disceptation. cap.* 83. *n.* 15. Molfesius *in summa moralis Theolog. tract.* 4. *cap.* 8. *num.* 11. & ad Commendatarios Abbates ampliant Ledesma *in summa*, *part.* 1. *de Sacram. matrim. cap.* 6. *concl. dub.* 1. *versic. Siguense el segundo.* Gonçalez *ad reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 5. §. 8. *n.* 28. Barbosa *allegat.* 32. *n.* 32. contra alios à se relatos. Ex prædictis Gutierrez *in tract. de matrim. cap.* 66. *n.* 6. & 7.

Infertur insuper, Ordinarii appellatione * in 23
materia collationis non solùm venire Episcopum, sed etiam alium inferiorem Prælatum qui conferendi potestatem habet, ut per Rebuffum *in concord. tit. de collation.* §. *præfatio Ordinarii*, *verbo*, *Ordinarii collectores.* Parisius *de resignat. l.* 8. *quæst.* 9. *num.* 27. Garcia *de benefic.* 5. *part. cap.* 4. *n.* 2. Barbosa *de appellat. verbor. utriusque juris*, *&c. appellation.* 177. *n.* 4. qui *n.* 3. dicit Ordinarii appellatione venire * Priorem Sancti Joannis Hie- 24
rosolymitani, ut censuit Rota *decis.* 493. *num.* 5. *part.* 1. *recent.*

Hinc etiam fit, ut Capitulum, Sede vacante, * cùm succedat in jurisdictione ordinaria, & 25
etiam voluntaria in omnibus Decretis, & dispositionibus loquentibus de ordinariis; ipsum etiam comprehendi probet post alios Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *disput.* 29. *num.* 3. & 4. communem affirmans, quem sequitur Gutierrez *de matrimon. cap.* 66. *num.* 13. & in terminis, ut ejusdem Capituli * Sede vacante præservata intelligatur prima 26
instantia, ex *dict. cap.* 20. *Tridentin.* probant Riccius *in practic. aurea resolution.* 130. *& in decision. Curiæ Archiepisc. Neapolitan. decision.* 273. *nu.* 7. *part.* 4. quem sequitur Barbosa *allegation.* 81. *num.* 6. *part.* Novarius *in novi juris Pontificii practicarum conclusion. cap. de causis primæ instant. conclus.* 1. alias 54. *numer.* 4. Et de Vicario Episcopi, * ut etiam appellatione Ordinarii com- 27
prehendatur, ipsi probant Doctores, & latè prosequitur Narbona *in l.* 59. *glossa* 1. *à n.* 51. *& seq. lib.* 2. *tit.* 4. *tom.* 3. *Recopil.*

Et pro clariori intelligentia hujus capitis, & absoluta resolutione * contra traditam à Barbosa li- 28
cebit inferere celebrem dictionem Rotæ, ut per Joannem Baptistam Coccinum *in decis. ab eodem recollect.* 346. quæ sic ait: Dubitavi an Archidiaconus de Virviesca veniat appellatione Ordinarii in causis civilibus, & criminalibus, & matrimonialibus in casu ad effectum, de quo agitur. Qui est, ut videatur, an sit satisfactum clausulæ (parito judicato) cum qua causa restitutionis in integrum fuit commissa, & Rota censuit Archidiaconum venire appellatione Ordinarii quoad cognitionem dictarum causarum, secùs autem, quoad dispensationes matrimoniales, quæ Ordinariis exequendæ committentur. Et ratio primæ partis decisionis fuit, quia cum per sententias, * & rem ju- 29
dicatam Rotalem constet, omnimodam jurisdictionem Ecclesiasticam in omnibus causis, etiam criminalibus, matrimonialibus, & beneficialibus spectare ad Archidiaconum privativè quoad Episcopum in territorio hujus Archidiaconatus; sequitur quòd veniat in appellatione Ordinarii in materia adaptabili. Glossa, verbo, *Episcopus*, *in Extravagant. execrabilis*, §. *qui vero de prebendis.* Geminianus *in cap. Ordinarii*, *n.* 5. & ibi Franchus *n.* 3. *de officio Ordinarii*, *in* 6. Felin. & Abbas *in cap. post cessionem*, *n.* 1. *probationib.* Cardinal. *in Clem.* 1. §. *ad hæc*, *n.* 4. *in statu Monachor.* Mandosius *consil.* 37. *n.* 19. *&* *n.* 21. & fuit resolutum

anno

anno 1580. 9 *Maii in cafu Salmant. juriſdict.* nec obſtat quod *Concil. ſeſſ.* 24. *c.* 20. *de reformat. in §. ad hæc*, reſervat cognitionem cauſarum matri-
30 monialium † & criminalium Epiſcopo; quia jam cenſuit Rota coram Illuſtriſ. Mantic. hanc deciſionem non obſtare Archidiacono, qui habet rem judicatam, uſque de *anno* 1502. & pluries etiam in Rota fuit reſolutum, hujuſmodi decretum non
31 tollere immemorabilem, † & ſignanter in cauſa *Tullim. juriſdictionis* 22. *Martii* 1596. *coram Illuſtriſſimo Pamphilio.* Licèt dum cognoſcitur ſuper immemoriali, quæ debet terminari per tres ſententias conformes, Epiſcopus debeat cognoſcere iſtas cauſas, ut cenſuit congregatio Concilii. & dixit Rota 18. *hujus menſis & anni in Marcicenſ. juriſdictionis coram R. P. D. meo Mançanedo.* Et propterea cùm ex alio capite nempè * ex
32 dicta re judicata *de anno* 1502. decretum prædictum non obſtet Archidiacono, utique abſque difficultate debet venire appellatione Ordinarii; cùm habeat tres conformes ſententias, & rem judicatam Rotales ſuper canonizatione dictæ rei judicatæ *de anno* 1502. Quoad ſecundam partem dubii;
33 an veniat appellatione Ordinarii * quoad diſpenſationes matrimoniales, difficultas conſiſtebat in eo quia Concilium præcepit, ut diſpenſationes committantur Ordinariis, ut *in cap.* 5. *ſeſſion.* 22. *de reformat. matrimon.* Et ut dictum eſt, Archi-
34 diaconus veniat appellatione Ordinarii † in materia adaptabili; imò etiam venit appellatione Diœceſani, cùm agitur de materia non concernente officium, vel dignitatem Epiſcopi, ſed potiùs juriſdictionem, Felinus *in cap. cum olim nu.* 1. *verſ.* 1. *niſi præferatur*, *de præſcriptionibus*, qualis eſt materia diſpenſationis, Abb. *in cap. ac ſi Clerici*, *§. de adulteriis*, *nu.* 13. Felinus *nu.* 11. *in* 2. *limit. de judiciis.* Cæterùm contrarium viſum fuit Dominis, quia aliàs Congregatio Illuſ-
35 triſſimorum Interpretum Concilii cenſuit, † tunc diſpenſationes hujuſmodi poſſe committi inferioribus Ordinariis, quando ſunt nullius Diœceſis, & habent quaſi Epiſcopalem juriſdictionem, ut dicitur, *in cauſa nullius*, *della Serena* 19. *Novembris* 1593. *coram Illuſtriſſimo Seraphino.* Quæ qualitas, quòd ſit nullius Diœceſis non poteſt ve-
36 rificari in iſto Archidiacono, † quia licèt habeat territorium exemptum non ſubjectum juriſdictioni Epiſcopi, tamen non poteſt dici quod non ſit de Diœceſi, & in Diœceſi Burgenſ. Franchus *in cap. ſtatutum*, *num.* 10. *verſ. Nam licèt locus exemptus*, *de conſtitutionibus.*

Addebant aliqui ex Dominis, quòd omnimoda
37 † juriſdictio competens Archidiacono per ſententiam antiquiſſimam reſpicit Ordinarium cauſarum cognitionem, commiſſio autem, & mandatum de diſpenſando, ubi nullus eſt contradictor, non reſpicit Ordinariam cognitionem, & judicium contentioſum, cùm judicialiter tunc non procedatur, ad tradita per Felinum *in cap. fin. nu.* 36. *de præſumpt.* Puteus *deciſ.* 144. *lib.* 2. & in his terminis fuit dictum *in cauſa Mediolanenſ. matrimon.* 27. *Junii* 1602. coram Illuſtriſ. Card. Merlino, & in eadem 29 Novembris ejuſdem anni coram Rever. D. meo Decano. Et propterea cùm ſententia anti-
38 quiſſima nitatur præſcriptione, † ea non poteſt jubere Archidiaconis, quia regula eſt, tantum præſcriptum, quantùm poſſeſſum, unde neceſſe eſſet, quòd Archidiaconus probaret præſcriptio-
39 nem exequendi hujuſmodi diſpenſationes, † quarum executio licet ſpectet ad Ordinariam juriſdictionem Abb. & alii ſuperiùs allegati: tamen executio non eſt juriſdictionis Ordinariæ, quia uti Prælatus exequitur, non uti Ordinarius, ſed uti legatus Apoſtolicus. Hactenùs de hac deciſione.

Ex quibus omnibus manifeſtè monſtratur, veriſſimam eſſe hanc opinionem † & indubitabilem 40
nempè in hoc Decreto præſervante primam inſtantiam Ordinariis locorum, comprehendi omnes Prælatos, inferiores Decanos, Archidiaconos, & Abbates, nec non alios, qui Ordinariam juriſdictionem, vel ex privilegio, vel immemoriali conſuetudine, aut ex re judicata illam habent, ſive cumulativè quoad Epiſcopum, ſive privativè; & Barboſa, qui contrarium affirmavit ex Pariſio, audiendus non erit, quia convincitur ex caterva Doctorum hactenùs adductorum, & denique ex d. deciſione Coccini (quæ revera in hac materia ſingulariſſima eſt, & præ oculis ſemper habenda, cùm per caſus, & articulos diſtinctos abſolvat cuncta dubia, quæ in ea accidere poſſunt) atque etiam ex expreſſis declarationibus S. Congregationis ſtatim per numeros ſeq. relatis, & præſertim ex adductis infrà. *nu.* 49. & Flaminius Pariſius, quem ipſe Barboſa pro ſe citat; totum dicit contrarium, cujus verba ſuperiùs vidiſti; imò & ipſe Barboſa immemor ſuæ opinionis ſcripræ in dicta *allegat.* 81. *n.* 4. noviter tamen contrarium multis reſolvit doctrinis ipſemet *in tract. de appell. verbor. jur. appell.* 176. *à n.* 1. *& ſeqq.*

Ad Concil. Trident. *in. §. ad hæc*, in confirmationem opinionis Barboſæ à nobis † adductum in 41
princ. *n.* 4. *hujus cap.* reſpondetur, quòd Decretum illud diſponit cauſas matrimoniales, criminales, & beneficiales tractandas fore coram Epiſcopo, non coram Decano, Archidiaconis & aliis. Non tamen negat inde, quòd alia genera cauſarum tractari debeant & poſſint in prima inſtantia coram Decano, & Archidiaconis habentibus juriſdictionem Ordinariam in illis, imò ex harum ademptione cæteras confirmare videtur ex regula, *l. cum prætor*, *ff. de judiciis*, cum ſimilibus.

Sed adhuc in hac diſpoſitione Conciliari ſubſiſtendum erit, † nam ex ea non cenſetur ſublata 42
in prædictis cauſis juriſdictio Ordinaria legitimè per immemorialem adquiſita per eoſdem Decanum & Archidiaconos probata per tres ſententias conformes, ut ſuperiùs relata *deciſion. Coccini* 346. ubi ad idem declarationes Sanctæ Congregationis Cardinalium, & plures Rotæ deciſiones commemorantur.

Et ſuper eodem Trid. Decreto *n.* 8. verb. *cauſæ matrimoniales*, † hæc adeſt declaratio. *Congre-* 43
gatio cenſuit, non ſuſtuliſſe Concilium immemorialem conſuetudinem, & ideò ſi Archipresbyter legitimè probaverit, ſe admittendum, hanc juriſdictionem exerceat, ſed quaſi poſſeſſio immemorialis erit probanda coram Epiſcopo, & interim Epiſcopus ipſe; & quidem ſolus juriſdictionem exerceat.

Et iterum eadem Congregatio 22. Januarii 1598. † declaravit in hæc. *Congregatio Concilii cenſuit* 44
Decreto ejuſdem Concilii cap. 20. *verſic. Ad hæc, ſeſſ.* 24. *non eſſe ſublatam immemorialem conſuetudinem, ſecundùm quam inferiores Epiſcopo cognoverint cauſas matrimoniales, & criminales, ideoque ſi hujuſmodi immemorialem conſuetudinem tribus ſententiis conformibus probaverint, non eſſe impediendos eam exercere, &c.*

Et iterum eademmet Sanctæ Congregationis declaratio, † in hæc proſequitur: *Cæterum antequam* 45
hujuſmodi probationem per tres ſententias conformes ad præſcriptum jus legitimè præſtiterint, Epiſcopum intra cujus Diœceſeos fines inferior exiſtat,

debere huiuſmodi juriſdictionem exercere, &c.

Alia ad idem eſt declaratio Sanctæ Congrega-
46 tionis, ſuper eodem Decreto Trid. ſuper illis verbis (*non Decanis*) 18. *Martii* 1598. in hæc: *Congregatio Concilii cenſuit, juriſdictionem criminalem, quam N. Archipresbyter prætendit, ſibi ademptam eſſe, niſi probaret per tres ſententias conformes, ſe ab immemoriali tempore eam juriſdictionem exercuiſſe, interim verò quod huiuſmodi probationem per*
47 *tres ſententias conformes præſtiterit; Archiepiſcopum intra cujus Diœceſeos fines † Archipresbyteratus exiſtit, debere eam juriſdictionem exercere, &c.*

Et ulteriùs ſuper eodem Decreto verbo *& cri-*
48 *minales num.* 9. † Sancta Congregatio ita cenſuit in hæc: *Niſi eſſent in quaſi poſſeſſione immemoriali, cui in hoc Concilium non derogavit, ſi hujuſmodi quaſi poſſeſſio probata fuerit tribus ſententiis conformibus, & continuis.*

Et ad noſtrum propoſitum, de quo egimus in
49 hoc capitulo à principio, † optima eſt declaratio ejuſdem Sanctæ Congregationis Cardinalium in hæc: *Dubitaverunt Archidiaconi de Theſalneos, an Concilium ſeſſ. 24. cap. 20. & ſeſſ. 25. cap. 14. ſuſtulerit immemorialem conſuetudinem, ſecundùm quam ipſi juriſdictionem exercere conſueverunt: Congregatio Concilii cenſuit non ſuſtuliſſe, & ideò ſi Archidiaconi eam legitimè probaverint, Epiſcopus ſinat illos exercere juriſdictionem, quam ante Concilium ſolebant, interim tamen dum illam probaverint, ipſe Epiſcopus ſolus exerceat.* Et iterum ibidem *an Concilium cap. 20. ſeſſ. 24. de reformat. volens cauſas in prima inſtantia coràm Ordinariis locorum cognoſcendas, cenſeatur ſuſtuliſſe immemorialem conſuetudinem, ſecundùm quam Decanus & capitulum de cauſis civilibus uti Ordinarii cognoſcere ſoliti ſunt, quia Congregatio in cauſis tantum matrimonialibus, criminalibusque, de quibus loquitur cap. 20. verſ. Ad hæc, cenſuerat immemorialem non eſſe ſublatam. Nunc autem quærebatur, an idem dicendum eſſet, in omnibus aliis cauſis fori Eccleſiaſtici, de quibus in principio, dict. c. 20. fuit res diligenter diſcuſſa, eodem modo cenſuit Congregatio immemorialem non eſſe ſublatam eadem ratione, & rurſus cum de cauſis Beneficialibus dubitatum eſſet, an conſuetudo immemorabilis, ſecundùm quam Archidiaconi in inferiori Germania habent facultatem cognoſcendi de omnibus cauſis beneficialibus, ſit ſublata per Decretum Concilii cap. 20. ſeſſ. 24. adeò ut ipſi comprehendantur appellatione Ordinarii locorum? Congregatio cenſuit, non eſſe ſublatam, ſi verè adſit conſuetudo immemorialis, & ea legitimè probetur.* Hactenus de celebribus declarationibus. Et in hujus ultimis verbis manifeſtè apparet, & declaratur, inferiores Prælatos habentes juriſdictionem ordinariam legitimè quæſitam comprehendi in dicti Decreti Trid. priori parte, loquente de prima Ordinariorum inſtantia, atque illam illis præſervante, cùm utique verè ſint Ordinarii, atque indubiè appellatione veniant Ordinariorum.

50 Has declarationes Cardinalium † (quæ penitùs abſolvunt noſtram principalem quæſtionem, & veram reſolutionem contra Auguſtini Barboſæ aſſertionem) ad litteram recenſet Narbona *in l. 59. gloſſ. 1. n. 240. tit 4. l. 2. Recopil. tom. 3.* & dicit apparere *ex 4. tom. 4. deciſ. noviſſim. in dict. cap. 20. verſ. cauſæ matrimoniales*, & dicit eas poſtea ſe vidiſſe omnes penes Garciam *de benefic. 1. tom. part. 3. cap. 2. num. 194. & 195.* qui quidem omnes illas ad litteram ibidem ordinatè recenſet; & quod has declarationes ſæpiùs fuiſſe per Rotam canonizatas, & obſervatas, referi ipſe Garcia, ex Hieronimo Gonçal. ita teſtante *in regula de alternativis gloſſ. 33. n. 5.* atque inſuper ipſemet Garcia ubi proximè *dict. nu. 194. & 195.* refert Rotæ deciſionem in earum declarationum confirmationem, & Narbon. frater *in tract. de appellation. à Vicario ad Epiſcop. 2. part. fundam. 3. nu. 10. ad fin.*

Et ultra has declarationes, † alia adeſt expreſ- 51
ſa, & non minus ſingularis, quam ad litteram retulimus infrà *cap. 5. §. 2. à num. 4.* ibi: *Item nec alii ſuperiores etiam Nuntii, vel Legati de latere ſpecificam facultatem majorem, non habentes cauſas in Curiis Ordinariorum, vel aliorum inferiorum judicum pendentes ad ſe advocent, &c.* Ex qua expreſsè præſervatur prima inſtantia Epiſcoporum, verùm etiam aliorum judicum eis inferiorum qui Ordinariam juriſdictionem habent, & coercent.

Et inſuper, quod hanc juriſdictionem legitimè 52
præſcriptam † per immemorialem ab inferioribus Prælatis ſive accumulativè, ſive privativè ad Epiſcopum, vel ex aliquo privilegio poſſe etiam hodie exerceri ab eiſdem, cùm non cenſeatur excluſa à dicto Decreto Trident. ex eo quòd eorum pariter fit juriſdictio ordinaria, de qua loquitur ipſum Concilium, ut poſt Navarrum *conſil. 2. & de foro competent. in antiquis, & conſil. 9. ſub tit. de privilegiis, in noviſ.* Sayrus *in floribus deciſion. ſub tit. de foro competent. deciſion. 2.* Barboſa *de poteſtate Epiſcop. tom. 2. allegat. 16. num. 7.* Novarius *in novi juris Pontificii practic. concluſ. cap. de cauſis primæ inſtantiæ, concluſ. aliàs 54. n. 3 fol. 140.*

Et per declarationem Sanctæ Congregationis † 53
idem affirmat in hac juriſdictione inferiorum acquiſita per immemorialem, Pariſius *de reſignatione benefic. lib. 3. quæſt. 11. num. 15.* & per declarationem Sanctæ Congregationis, & aliquas Rotæ deciſiones videndus Mareſcotus *variarum reſolut. lib. 1. cap. 11. num. 20. & num. 21.* ubi quando Epiſcopus debeat manuteneri, & vide poſt Graphin. & alios, Narbonam *in l. 59. gloſſ. 1. num. 49. lib. 2. tit. 4. tom. Recopil.* & de hoc ultimo quando, & quo caſu debeat vel non manuteneri Epiſcopus, videbis infrà *hac 2. part. 17. à num. 14. cum ſeqq. verſ. Circà illud autem quod ſuperiùs.*

Ex quibus concludendum venit, quòd cum hi
Prælati inferiores † Epiſcopo habentes legitimè 54
præſcriptam, & acquiſitam privilegio, aut immemoriali conſuetudine juriſdictionem ordinariam, ad cognoſcendum de quibuslibet cauſis ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet ſpectantibus, juxta privilegii ſui, aut conſuetudinis tenorem & formam, ſint verè Ordinarii, & comprehenſi ſub Decreto Tridentini præſervantis generaliter primam inſtantiam Ordinariis, attendentis & reſpicientis tam Ordinariorum ipſorum favorem, quàm etiam ſubditorum litigantium, conſulentis ſumptibus, & incommodis eorum; ſequitur ut Rex ſuâ Regaliâ utens debeat protegere iſtorum Prælatorum primam inſtantiam, contentam indubiè in Tridentini Decreto, cujus eſt acerrimus protector.

Suprà dicta tamen limita in eo Prælato inferio-
re ſubdito Epiſcopo habente juriſdictionem ſuper 55
ipſius plebe, hoc eſt collegio, & Eccleſia collegiata duntaxat, quia iſti cùm non habeant territorium non poſſunt dici Ordinarii locorum, nec appellatione Ordinarii veniunt, nec ſub diſpoſitione dict. Concilii Trid. comprehenduntur, prout

in

in terminis declaravit Sancta Congregatio Concilii in hæc : *an c. 20. tribuens privativè Ordinarii locorum in prima instantia cognitionem causarum omnium ad forum Ecclesiasticum pertinentium, de Episcopis tantùm intelligitur, an de exemptis Episcopalem jurisdictionem habentibus, an verò etiam de Prælatis inferioribus, qui subsunt Episcopo velati de Archipresbytero, vel Plebano Ecclesiæ collegiatæ, ita ut istis inferioribus, qui etiam in eorum Plebe Ordinarii dici possunt, hujusmodi cognitio ad Episcopum, etiam in prima instantia pertineat? Congregatio censuit, non intelligi de istis, qui etsi habeant jurisdictionem ordinariam in personas de Collegio, cap. cùm ad Ecclesiarum, ubi gloss. & Abb. n. 5. de officio Ordin. non possunt tamen dici Ordinarii locorum, cùm nullus extra Episcopum habeat jurisdictionem in Diœcesi.* Abb. *ubi supra n.* 10. &c. quam refert Narbona *in l.* 59. *gloss.* 1. *n.* 70. *l.* 2. *tit.* 4. *tom.* 3. *Recop.* quem tamen cautè lege, quia videtur eam declarationem adducere indistinctè extra casum specialem, de quo loquitur dict. declaratio Sanctæ Congregationis, cum quid generaliter in jurisdictione horum inferiorum sit dispositum, multa dicta reliquimus superiùs, & variis in casibus declaravit S. Congregatio ut vidisti, quas omnes relatas declarationes foret subvertere, si hanc ultimo loco relatam extra suum specialem casum intelligere voluissemus, quod nec juris ratio, nec Trident. dispositio & intentio, nec authoritas S. Congregationis patiuntur.

CAPUT V.

Protectio hæc, an à Rege deneganda erit his casibus, in quibus de jure Canonico, & ante Tridentini Decretum ab Ordinario in prima instantia licitè recedere fuit permissum.

SUMMARIUM.

1 *Prorogatio alienæ jurisdictionis hodie ex Tridentin. præservante primam Ordinarii instantiam non ita facile est permissa.*

2 *Prorogatio alienæ jurisdictionis, ut licitè fiat, concurrere debet consensus partium, & Ordinarii sui habentis simul jus complicatum ex Tridentino Decreto.*

3 *Concursus consensuum omnium simul habentium jus complicatum adesse debet, ut prorogatio.*

4 *Vassallus nequit prorogare jurisdictionem alienam tacitè, nec expressè absque domini consensu.*

5 *Prorogare jurisdictionem alienam nequit Clericus absque sui Episcopi consensu.*

6 *Consensus solius Episcopi non sufficit, ut Clericus retinens proroget jurisdictionem alienam.*

7 *Consensu alterius ex habentibus jus complicatum ex Tridentin. deficiente non valet prorogatio, nec cessat Trident. dispositio, nec per consequens Regis Regalia protectionis.*

8 *Plures casus sint quibus de jure Canonico fortitur quis forum alienum.*

9 *Concil. Trident. in c. causæ omnes præservans primam Ordinariis instantiam, non sustulit legitimos modos, quibus de jure quis fortiri poterat alienum forum.*

10 *Adducitur ad idem S. Congregationis declaratio.*

1 Prorogatio per consensum tacitum, * aut expressum litigantium licèt regulariter jurisdictionem variare soleat, sive de persona ad personam, sive de re ad rem, aut de tempore ad tempus, ut suis locis latè tradant Doctores: tamen hodie stante recentiori dispositione Sacri Concilii Tridentini, *sess.* 22. *de reformatione. cap.* 20. (quo præfatur prima instantia Ordinarii locorum, ut capitibus præcedentibus latiùs dediximus,) prorogationem hanc non ita facilè permissam esse certissimum est.

Constat etenim, hoc salubre Decretum inductum fuisse, non solùm intuitu, * & favore Ordinarii; sed & simul etiam respectu, & favore litigantium, ac ideò utrorumque consensus tam Episcopi putà, quàm partium debet concurrere, ut in alterius non sui Ordinarii jurisdictione consentire dicatur, & valeat; quasi unius solus in præjudicium alterius habentis jus simul complicatum, nullatenus sufficiat, prout abundè probatum fuit hac 2. *part. c.* 3. *per totum.* 2

Quapropter omnium est Doctorum communis observatio, * ut nullo modo admittenda sit prorogatio, ubi non currit omnium jus habentium ex dispositione continente communem favorem, & utilitatem consensus. Ita expressè probant ex *l.* 1. & 2. *ff. de judic. & leg.* 1. §. *post operis*, ubi Jas. *n.* 11. *de novi operis nuntiatione*, Julius Clarus *receptarum sententiar.* §. *fin. q.* 44. Cancerius *Variarum resolut. l.* 2. *c.* 2. *de jurisdictione*, *nu.* 194. Marius Ciurba *consil.* 95. *numero* 13. & 14. Novarius *in praxi electionum fori*, *sect.* 3. *quæst.* 17. *a numero* 14. *fol.* 296. Romanus *consil.* 369. *numero* 18. Cardinalis *consil.* 38. *ad finem*, Afflictis *dec.* 133. Gratianus *decision.* 78. *numero* 50. Costa *de scientiâ & ignorantia*, *centur.* 3. *distinct.* 66. *numero* 15. Rovitus *pragmatic.* 2. *numero* 15. *tit. de jurisdictione in invitum non turbanda.* Didacus Perez *in l.* 2. *lib.* 3. *tit.* 1. *Ordinamento* Castrens. *consil.* 431. *in princip. numero* 3. Andreas Gaill. *observatione* 40. *num.* 3. *num.* 1. Tusch. *litt. C. conclusion.* 1027. *n.* 3. Cænedus *Canonicarum quæst.* 12. *num.* 8. 9. & 10. Rota Romana *dec.* 22. *num.* 8. *part.* 2.

Indè fit, quòd vassallus non potest prorogare alterius jurisdictionem tacitè * nec expressè absque 4
domini consensu, qui quidem illum non obstante hujusmodi vassalli prorogatione, potest avocare, & repetere ut per *cap. Imperialem*, §. *præterea*, *si inter*, & ibi singularis glossa, verbo, *in duas*, *de prohibita feudi alienatione per Federicum*, ubi pulchrè Matthæus de Afflictis *num.* 23. Baldus *in l. si quis*, *in conscribendo*, *C. de pactis*, per quos benè Novarius *in praxi electionis & variation. fori*, *quæst.* 7. *num.* 15. *sectione* 3. ultra quos etiam probat Abb. *in cap. ex transmissa notabili* 1. *de foro compet.* Capicius *decision.* 21. *num.* 15. Franc. *dec.* 417. *num.* 2. Boerius *dec.* 114. Schraderus *consil.* 13. *n.* 251. & *n.* 252. Sola *ad constitutiones Sabaudiæ*, *tit. de foro compet. tit. subditos*, 1. *nu.* 9. & 12. Ruginellus *in practica*, *quæst.* 47. *nu.* 26. & loquendo in criminalibus, ut istæc prorogatio non valeat in præjudicium Domini, Marsil. *in praxi*, §. *expedita*, *num.* 67. Aldovinus *consil.* 20. *num.* 21. Farinac. *quæst.* 81. *n.* 190. Cancer. *variarum resolut. lib.* 2. *cap.* 2. *de jurisdict. n.* 94.

Et loquendo in Clerico, ut de jure Canonico non valeat ejus prorogatio * alterius alienæ jurisdictionis absque sui Episcopi consensu: latè probat Narbona *in l.* 59. *glossa prima à princip. & præcipuè a nu.* 6. & *seq.* de quo sunt jura expressa

loquentia in Clerici prorogatione alterius jurisdictionis, absque Episcopi sui consensu non facienda, text. *in cap.* 1. *c. si quis contra Clericum*, 4. *cap. significasti*, 18. *de foro competent. c. Episcopo.* 9. *quæst.* 3. latè etiam Piasequius *in praxi Episcop.* 2. *part. cap.* 4. *à princ.* qui etiam affirmant, consensum
6 Episcopi * non posse Clericum renitentem alteri judici subjicere, cui doctrinæ directè favet hæc Conciliaris Trident. constitutio noviter & universaliter disponens, & consulens damnis & expensis litigantium, ut probatum est; insuper doctrinæ hujus ratio fundamentalis ea potest esse, quam latiùs deduximus infrà hoc *c.* §. 4. *per totum*, nempè quod judex Ordinarius non potest à se abdicare jurisdictionem in præjudicium litigantium, nec causam voluntariè remittere ad Superiorem, contradicente parte, vel partibus.

Ac propterea deficiente alterius consensu, habentis jus * & utilitatem ex Tridentini Decreto
7 complicatum, cùm intacta maneat ejusdem dispositio, atque verè lædatur prima instantia Ordinarii, sequitur manifestè, quod Rex Catholicus ex Regalia protectionis potest ad ipsius Decreti observantiam adstringere, cùm prorogatio legitimè facta non sit, ut latiùs deduximus comprobantes hac 2. *part. cap.* 3. *per totum*, quod amplius non repeto.

Plures tamen alii casus reperiuntur, in quibus
8 de jure Canonico, * quis fortitur alterius forum, & in quibus non est dubium posse in prima instantia conveniri in foro alieno legitimè fortito,
9 quoniam Concilium Trid. in prælegato * *cap.* 20. *sess.* 24. *de reformatione*, non sustulit modos legitimos, quibus quis ex juris dispositione fortitur forum alienum. Ita decisum fuisse tellatur Franciscus Leo *in Thesauro fori Ecclesiast.* 2. *part. c.* 1. *num.* 75. quem referens sequitur Novarius *in novi juris Pontific. practic. conclus. cap. de causis primæ instantiæ, conclusion.* 1. *aliàs* 54. *num.* 11. tenet August Barbosa *de potestat. Episcopi, allegation.* 81. *n.* 14. *tom.* 2. & Nos etiam *in tract. de Regia protect.* 2 *part. cap.* 17. *n.* 7. ubi aliquas Sanctæ Congregationi ad hoc conducibiles declarationes adduximus. Facit quod Gratianus, in his terminis Concilii, *discept. forens. tom.* 5. *cap.* 837. *à n.* 15. & licèt nullo Doctore citato, hoc tamen firmat Narbona *in l.* 59. *glossa* 1. *n.* 238. *lib.* 2. *tom.* 3. *Recop.* ubi adjecit declarationem Sanctæ Con-
10 gregationis, quæ sic se habet, * *an Decretum, c.* 20. *sess.* 24. *sustulerit modos legitimos, quibus aliquis ex juris communis dispositione, præsertim ratione contractus forum sortitur*; *Congregatio censuit sustulisse.* Et ex hac conclusione verissimâ ad nonnulla inferendum erit *in* §§. sequentibus, quibus dilucidè apparebit, qualiter, & quibus in casibus verificatur hæc Doctorum, & S. Congregationis Cardinalium doctrina & determinatio, nec non cessetConcilii Trid. generica & universalis prohibitio, ac per consequens pariter protectio Regis, cùm in illis læsum nullatenus reperiatur prædictum Tridentini Decretum *in cap. causæ omnes*, sed potiùs in illis liberè permissum à jure junctis declarationibus S. Congregationis, partibus à suo Ordinario recedere in prima instantia.

§. PRIMUS.

An ob recusationis legitimam causam ab Ordinario liceat recedere in prima instantia; & an recusatio committentem præcedere debeat.

SUMMARIUM.

1 *Recusationis causa legitimus est modus recedendi ab Ordinario in prima instantia.*

2 *Recusationis causa proposita coram Ordinario recusato; in causa principali omninò supersedere debet.*

3 & 4. *Recusatus legitimè Ordinarius causam de consensu recusatoris alteri committit, vel Superiori remittit.*

5 *Recusationis causa coram recusato proponenda, & quomodo, & à quibus arbitri eligendi ad cognoscendum de eâ.*

6 *Ordinarius recusatus procedens in causa processus, & sententia vitio nullitatis subjiciuntur.*

7 *Si recusans opponat de nullitate.*

8 *Per recusationem legitimè factam cessat dispositio Trid. in cap. causæ omnes præservantis primam Ordinariis instantiam.*

9 *Nuntius Apostolicus potest procedere in prima instantia suspecto allegato Ordinario.*

10 *Ordinarii recusatione existente, cessat protectio Concilii Regi commendata, cùm & ipsius cesset dispositio.*

11 *Lite orta inter Ordinarium, & subditum, causa remittitur viciniori juxta stylum Rom. Curiæ, & declarationes S. Congregat.*

12 *Quæ videntur procedere ubi lis vertitur super re principaliter pertinente ad Ordinarium collitigantem, non ad suam Ecclesiam, quo casu potest esse Judex.*

13 *Episcopus potest esse Judex in causa suæ Ecclesiæ.*

14 *Clerici non repelluntur afferendo testimonio in causa suæ Ecclesiæ.*

15 & 16. *Episcopus in causa suæ Ecclesiæ reputatur legitimus Judex: at si causa tangat jus personale nullo modo.*

17 *Episcopus in criminalibus pro offensa sibi illata potest malefactores punire.*

18 *Episcopi possunt esse Judices in causis suæ Ecclesiæ.*

19 *Episcopus in iis in quibus potest esse Judex, quæ non spectant ad sui, vel suorum principale commodum, potest etiam convocare Capitulum, ubi plures declarationes S. Congregationis recensetur.*

20 *In jurisdictione per inferiores Episcopo prætensa, proponi debet, & probari causa in prima instantia, coram Episcopo, cùm sit causa tangens dignitatem, non suum commodum personale.*

21 *Episcopus licet de jure non sit prohibitus esse Judex in causis suæ Ecclesiæ, & dignitatis, nec ob id nullitati subjiciantur actu, & sententia.*

22 *Tamen ex eadem causa potest recusari, ut suspectus.*

23 *Episcopus licèt in causa suæ Ecclesiæ oneat ut suspectus recusari; ante recusationem tamen est Judex competens, & sententia tenet.*

24 *Suspicione accedente, ubi collitigans est Episcopus, causa per Sedem Apostolicam remittitur viciniori.*

25 Col-

25 *Collitigans cum Episcopo in causa suæ Ecclesiæ cautus sit, ut à principio cum dicat appellam, nam semel tacitè per actus gestos coram eo videtur in eum conferre, & amplius ex ea causa in illum suspectum nequit allegare.*

26 *De recusatione Ordinarii debet legitimè in Senatu constare, ut cessit Regia protectio Trident.*

27 *& seq. Post rescriptum alteri impetratum, an ex causa recusationes, & suspicionis Ordinarii proposita causa recusationis coram eo sufficiat; ut impetrans suo rescripto validè uti possit.*

28 *Rescriptum sine subscriptione manus Sanctissimi impetratum ob recusationem Ordinarii nondum coram eo propositam, nec ab arbitris approbatam, fuit à principio nullum.*

De suppositis à lege prius debet constare, & præcedere, ibid.

Ubi datur prius & posterius ibi est ordo substantialis, & forma, ibid.

Recessus ab Ordinario post biennium ob ejus negligentiam de ista debet constare, & præcedere recessum, ibid.

29 *Qualitas seu solemnitas requisita tempore actus vel ante ipsum si tunc non adsit, actus est nullus licèt postea sequatur.*

30 *Solemnitas, aut qualitas requisita pro fundamento actus, eo tempore debet concurrere, non tamen sufficit, quòd postea subsequatur.*

31 *Commissio impetrata sub falso supposito recusationis Ordinarii, quæ tunc non aderat, est nulla.*

32 *Commissio impetrata ob appellationem à sententia quæ nondum lata est, nulla redditur.*

33 *Recusatione proposita Ordinarii post impetratam commissionem, & legitima per arbitros inventa, potest Ordinarius causam vel alteri committere, vel ad Superiorem remittere.*

34 *Ab Ordinario ob recusationem recessus non est licitus ante propositam recusationem, & legitimam declaratam, ac ideò rescriptum alteri est nullum, nec cessat Tridentin. nec protectio Regis, etsi fuerit subscripta.*

35 *Impetrans rescriptum sine subscriptione Sanctissimi, & ob id remissa per Senatum causa Ordinario, non impeditur illum recusare ante omnia, & ob recusationem declaratam aliam alteri commissionem impetrare.*

36 *De recusatione Ordinarii ante rescripti avocatorii constare dicetur in Senatu: si illam in eodem efferat Papa legitimè processisse.*

37 *Ob recusationem Ordinarii impetratâ commissione non subscriptâ, si antequam ea impetrans utatur, ejus fit per Senatum facienda causæ remissio, remissive.*

1 EX proxima conclusione jure firmatâ, † *hoc capite* 5. deducitur primum, quod cùm per recusationem licitè recedatur à judicio Ordinarii in prima instantia, eo quod opposita legitima causa, & coram eo probata, † omninò à causæ cognitione removetur, juxta text. *in cap. secundò requiris*, 41. *in fin. de appellation.* ibi: *Quod si coram ipsis causa suspicionis probata fuerit causæ cognitioni supersedere, tenebitur recusatus, ipsa namque ratio dictat, quòd suspecti & inimici judices esse non debet. Quare si causa recusationis proposita legitime fuerit probata, Ordinarius † ipso recusatus de recusationis assensu personæ idoneæ cognitionem negotii remittere debet, vel illam ad Superiorem transmittere, ut in eo, prout justitia postulet, procedat*, text. est *in cap. cùm speciali, in fin. principii, de appellationib.* latissimè Barbosa *in collectanea*, ad ipsum text. ubi *num.* 2. & 3. quòd causa coram eodem judice sit proponenda, & ab arbitris electis ab utraque parte vel judice, † ubi de officio proceditur, sin autem concordent, utraque pars eligat arbitros, ut de causa recusationis cognoscant, & *num.* 8. quod legitimè probata recusationis causa, Episcopus recusatus ad Superiorem causam transmittat, † ubi plurima in hac materia videnda post magnam Doctorum catervam, & *in cap. si quis contra Clericum*, 4. *de foro compet.* & est communis opinio teste Andrea Gail. *observ.* 33. *num.* 16. & aliis quos recenset Marchesanus *in tract. de commission. in commission. de suspect. judic. adjunct. dando*, 2. *part. c.* 5. *num.* 15. Wamesius ad dictum *cap. cum speciali*, *num.* 5. Narbona *in l.* 59. *gloss.* 1. *à num.* 232. *lib.* 2. *tit.* 4. *Recopil. in* 3. *tom.* Gratianus *discept. forens. lib.* 5. *c.* 837. *à n.* 15. ubi circa hoc ponit differentiam inter jus Canonicum, & civile; eam etiam benè prosequitur Narbona ubi proximè *à num.* 264. post alios quos allegat, & est text. *in dict. cap. si quis contra Clericum*, ibi: *Episcopum ipsius, qui si aut suspectus fuerit recusatus, executor ab eo deputetur, &c.* infinitos Doctores allegat Barbosa *in collectanea*, ad dictum *cap. secundò requiris*, *n.* 4.

2

3

4

5

6

Adeò ut si recusatus insuper procedat Ordinarius † processus & sententia vitio nullitatis subjiciuntur ipso jure, Narbona ubi proximè *num.* 233. per decisionem *Tholosanam*, 47. Alexand. *cons.* 89. *vol.* 1. Bertrandum *cons.* 131. *vol.* 8. & *cons.* 115. *vol.* 2. *part.* 2. Joan. Wamesium *in dict. cap. secundo requiris*, §. 3. *postulas. n.* 2. *de appellat.* Barbosa *in collect. in dict. cap. secundo requiris*, cum Vantio Kircov. Carabit. Tusch. Azeved. Seraphin. Escobar. Borel. Carrasco, Mendez de Castro, & aliis pluribus Doctoribus, ubi in fin. intelligit, si recusans opponit de nullitate, * ut per Gratianum *discept. forens. c.* 100. *à num.* 6. *cum seq.*

7

Quare ubi Ordinarii judicis legitima adest probata recusationis causa, * dictum Trid. Decretum 20. præservans primam instantiam Ordinariis locorum, omninò cessat, nec hoc casu procedit, ut expressè firmat Marchesanus *de commiss. tit. de signatura gratiæ, diversi.* 1. *part. c.* 2. *n.* 91. quem refert & sequitur Narbona *in dict. l.* 59. *n.* 257. & *num.* 232. Piasequius *in prax. Episcop.* 2 *part. cap.* 4. *num.* 3. & 4. Gratianus *in discept. forens. tom.* 5. *c.* 837. *à num.* 15. Seraphin, *decis.* 7. *n.* 6. ibi: *Quartò defectus jurisdictionis Nuntii non obstat, quia ideò non fuit tractata causa * in prima instantia coram Ordinario; quia fuerat allegatus suspectus, & satis visa est impertinens hæc allegatio*, &c. Ac propterea hoc in casu recusationis Ordinarii cessat omninò protectio Regis, * cùm in eo minimè lædatur prima instantia Ordinarii, quia res semel prohibitionem evasit, ac ideo liberè ad alios judices causa potest transire ex vulgaribus.

8

9

10

Huic doctrinæ benè conveniunt nonnullæ declarationes Cardinal. Sanctæ Congregationis Concilii Trid. * quarum latiùs mentionem fecimus, & ad litteram adduximus hac 2. *part. c.* 3. §. *unico*, *à num.* 13. *cum seqq. vol. Et quo sic complicato*, & latiùs *num.* 7. quæ declarant, quod quando lis vertitur inter Episcopum, vel etiam aliàs suspectum, & alium; non sit causa committenda in

11

Curia ex solo consensu Episcopi; sed stylus Romanæ Curiæ sit observatus, ut nunc vicinioni Ordinario committatur, ne pars litigans ultra suam patriam cum tanto dispendio litigare cogatur, quæ quidem declarationes Cardinalium videntur
12 procedere, * quando lis est inter aliquem, & Episcopum seu Ordinarium alium super causa & negotio, in quo habet principale interesse, commodum aut damnum; quo casu cùm non possit ipse Ordinarius esse judex in ea causa propria, procedunt declarationes præfatæ, secus autem in re pertinente ad suam Ecclesiam, vel dignitatem
13 principaliter, * quia in ipsa potest esse Judex & de jure permittitur.

Ad quod allego decisionem Curiæ Archidiaconi Neapolit. de qua testatur Riccius *in* 1. *part. decis.* 144. in hæc, si Illustrissimus quidam Ordinarius potuisset assistere Congregationi judicanti, & dare votum in causa, ubi agebatur de interesse mensæ Archiepicopalis; Unus ex Dominis negabat, ex regula vulgari, neminem posse fieri judicem in causa propria, *l.* 1. *C. ne quis in sua causa*, sequitur & facit in *nu.* 1. ibi: *Sed fuit stantibus prædictis resolutum contrarium, videlicet, posse Episcopum esse judicem pro sua Ecclesia, de qua decisione non est mirandum*: fulcitur enim authoritate, & ratione; Authoritate probatur ex Baldo *in cons.* 122. *n.* 1. *vol.* 1. Capicius *in decis.* 137. *n.* 1. *& sequentib.* sequitur Cærola *in praxi Episcopali*, *verbo*, *Episcopus*, *part.* 2. Alciat *in cons.* 67. Ratione probatur, quia Clerici non sunt repel-
14 lendi * absque rationabili causa à ferendo testimonio in causa suæ Ecclesiæ, *cap. cùm Nuntius*, *de testib.* imò sunt admittendi *cap. super prudentia*, 14. *quæstione* 2. quantò magis Episcopus ob ejus dignitatem, propter quam non præsumitur aliquod mali: est tamen animadvertendum in hac quæstione, quòd aut causa est suæ Ecclesiæ, & tunc reputatur legitimus judex, * aut est personalis, & tunc nullo modo potest judex fieri, ita Rodoanus *tractat*, *de rebus Ecclesiæ non alien. quæst.* 78. *cap.* 8. *n.* 5. Navarrus *cons.* 20. *de rescriptis*, & *in cons.* 28. *de sententia excommunic.* Capicius *decis.* 124. *n.* 11. *seqq.* Cærola loco suprà citato *n.* 43. Diaz de Mena *quæst.* 13. *n.* 3. *& seqq.* facit text. cum Gloss. *in cap. si quis ergo*, *in gloss. ultim. & cap. qui prædia*, *quæst.* 2. & ita procedunt allegata pro prima opinione. Non obstat text. *in cap.* 1. *de pœnis*, *in* 6. quia procedit in causis crimina-
16 libus, * in quibus Episcopus pro offensa sibi facta potest malefactores punire, Vivianus *decis.* 99. *part.* 1. Hactenus Riccius.

Hoc idem, & sub eadem distinctione affirmant
17 Felinus * *in cap. cum venissent*, 12. *n.* 7. *de judiciis*, Capicius *decis.* 137. Cærola *in praxi Episcopali*, *part.* 1. *verb.* Episcopus, *cap.* 155. *vers.* 39. Rota *decis.* 361. *n.* 1. *diversorum*, Bellet. *disquisit. Clerical. pag.* 378. *nu.* 56. Surdus *consil.* 50. Rebuffus *in tract. de re probat. testim. n.* 26. *vers. Intelligi*, Piasequius *in praxi Episcop.* 2. *part. cap.* 4. *tit. de persona judicis*, *num.* 4. post Tiraquellum *in tract. res inter alios acta*, *in* 1. *limit. vers. Et idem quoque*, *fol.* 104. Tenet Scaccia *in tract. de sententia & re judicata*, *cap.* 1. *gloss.* 4. *quæst.* 8. *num.* 2 *fol.* 144. tenet. etiam Decius *in cap. cum venissent*, *num.* 54. *vers. Secunda regula*, & ibi Felin. *n.* 7. *vers. Prælatus in causa.* Augustin. Barbosa *in collectanea*, ad d. *cap. cum venissent*, 12. *n.* 6. *de judiciis*, *n.* 6.

Et quòd Episcopi possint esse judices in causis
18 suarum Ecclesiarum, * probant Capitius *dict. decis.*
137. *n.* 1. Riccius *in prax. Archiepisc.* 20. *n.* 3. *vers.* 7. Surdus *dict. cons.* 50. Trentacinq. *variarum resolut. lib.* 2. *tit. de judiciis*, *resol.* 5. *n.* 7. Maria Toro 57. *n.* 23. Cened. *decis.* 76. *n.* 1. *part.* 1. & novissimè Augustinus Barbosa *in tract. juris Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 32.

Quod & idem probat (nullo citato Authore) Zevallos 3. *tom. commun. contra commun. quæst.* 822. *à n.* 103. dicens, quod Prælati Ecclesiastici possunt cognoscere de omnibus bonis & causis quoquo modo pertinentibus ad mensas suarum dignitatum, per text. *in cap. si quis Episcopo*, *cap. si quis ergo*, 2. *quæst.* 7.

Quam distinctionem attendisse * videtur Sancta 19
Congregatio Cardinalium, dum super *cap.* 6. *de reformat.* super illis verbis: *Quod si aliquid Canonicis*, *&c.* sub *num.* 6. decrevit in hæc: *dummodo non fiat actum de re ad suum, vel suorum commodum spectante*, *&c.* & iterum, ibi: *Eadem tamen Congregatio censuit, Episcopum convocare non posse Capitulum in illis casibus, in quibus judex esse non potest, & qui de re spectante ad Episcopalem dignitatem potest esse judex, convocare potest Capitulum*, *&c.* Et iterum ibidem *n.* 21. super illis verbis: *Ejusdem cap.* 6. *Capitulum convocent*, eadem Congregatio ita censuit: *Dubitatum fuit, an Decretum Concilii hoc cap. quo conceditur facultas Episcopis convocare Capitulum, nisi de re ad suum, vel suorum commodum spectante agatur, sit intelligendum, quando res ad se, vel suos privato nomine pertinet: an verò si pertineat ratione dignitatis Episcopalis? Congregatio censuit, quod Episcopus convocare non potest Capitulum in illis casibus, in quibus judex esse non potest. Et si de re spectante ad Episcopalem dignitatem potest esse judex; convocare potest Capitulum*, *Abb. in cap. venerabili*, *de censibus*, *in fin.* Hactenus Sanctæ Congregationis declaratio, quæ quidem ex doctrina antea * ex adducta uberius declaratur, à qua, & juris communis dispositione dissolutio nodi in eadem continenti pendet.

Quod & clariùs etiam probatur in multis aliis declarationibus Sanctæ Congregationis Cardinalium, * quas ad litteram adduximus suprà *cap.* 4. 20
hac 2. *part. à n.* 41. *& seqq. vers. ad Concilium Trident. in §. ad hæc*, *&c.* quibus manifestè probatur, quod mota lite inter Episcopum, & Archidiaconos, seu alios Prælatos super prætensa jurisdictione in suis districtibus privativè, vel cumulativè ad Episcopum in causis criminalibus, matrimonialibus, & beneficialibus, in prima instantia de- 23
beant ipsi coram Episcopo eodem probare immemorialem præscriptionem, quibus quidem manifestè supponitur, in his casibus tangentibus suam dignitatem, posse Episcopum esse legitimum judicem in prima instantia, quasi illi non sint proprii & particularis sui commodi, & interesse.

Quod tamen licèt verissimum sit de jure, illud limitabis, * ut in prædictis causis tangentibus suam 21
dignitatem principaliter, licet in consequentiam, suum Episcopi commodum, poterit esse verè judex ad hoc, ut ex defectu potestatis dici nequeat sua sententia, & judicium nullum, prout foret, si ageretur de commodo principaliter suo, & suæ propriæ personæ tangente, *ad titulum*, *C. ne quis in sua causa judex esse possit*, quia tunc deficit potestas, & ex Riccio diximus superiùs.

At nihilominùs si ex iis causis suam Ecclesiam principaliter * tangentibus Episcopus parti collitiganti 22
suspectus videatur, potest ex eo illum recusare, ut ex Abbate *in cap. cum venissent*, 12. *n.* 13.

&

& ibi additio ad eum, de judiciis, Decium *in cap. cauſamque* 17. *num.* 11. *& ſeqq. notab.* 3. *ſub num.* 17. ibi: "Circa primum, *de officio delegat.* & poſt Surdum tenet, & declarat Scaccia *in tractat. de ſententia & re judicata, glo.* 4. *quæſt.* 8. *ſub num.* 1. *num.* 2. *in fin. fol.* 144. ſic etiam & doctè diſtinguit Piaſequius *in praxi Epiſcop.* 2. *part. cap.* 4. *num.* 4. ibi: *Nam licèt poſſet eſſe judex in cauſa Eccleſiæ ſuæ, cap. ſi quis erga,* 2. *quæſt.* 7. *recuſari tamen poteſt, ut ſuſpectus.* Siculus *in cap. inſinuante, de officio delegati.* Capicius *deciſ.* 137. *num.* 1.

Prò quo eſt optima Rotæ *deciſ.* 79. in recollec-
23 tis per Coccinum, † & *num.* 1. & 2. ita loquitur; *prima non placuit; quia Epiſcopus in cauſa ſuæ Eccleſiæ eſt judex competens, Doctores in cap. cùm veniſſent, de judiciis.* Felinus *in cap. inſinuante, num.* 3. *verſic. cauſa Eccleſiæ, de offic. delegat.* Oldradus, qui de communi *conſ.* 156. nec Abb. *in dicto cap. cùm veniſſent; dicit contrarium, firmat enim quod poteſt recuſari; ſed antequam recuſetur, eſt judex competens, & ſententia tenet, quia non eſt cauſa propria,* Abb. *prædicto loco, nu.* 3. Felin. *in dict. cap. inſinuante, n.* 3. *circa medium d. verſicul. Cauſa Eccleſiæ, non dicetur cauſa propria, de officio delegati, &c.*

Quò reſpicit quod Cratianus *in diſceptationibus*
24 *forenſ. tom.* 5. *cap.* 837. *ad fin.* † dixit ex Congregat. Concilii, 27. *Junii* 1585. quod ſi litigans ſit Epiſcopus, licèt cauſa inter eum & collitigantem debeat cognoſci in partibus; tamen ſtante ſuſpectione committitur viciniori, de quo ſuperius tractavimus, *n.* 11. *& ſeqq.*

25 Et attendere debes, † quia collitigans Epiſcopi ante omnia debet proponere recuſationem in cujus cauſa inſiſtat à principio; nam poſtquam cœperit coram eo agere, & tractare patiatur dictam cauſam; ulteriùs non poterit recuſare Epiſcopum in cujus juriſdictionem jam conſenſit, ut eſt ex mente Scacciæ ubi proximè, *cap. cùm inter Monaſterium, de re judicata, cap. horrendus,* 32. *quæſt.* 5. Natta *conſ.* 152. Cavagnol. *ad Decretum Montis,* 6. §. 12. *nu.* 38. Maranta *tit. de appellat. nu.* 24. *& 75.* Cravetta *conſ.* 679. *nu.* 2. Rebuffus *ad regul. conſtitut. tit. de recuſat. art.* 11. *nu.* 4. Covarr. *practic. quæſt.* 26. Lancell. *de attentat. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 60. Puteus *deciſ.* 380. 1. *part.* Burſatus *conſ.* 21. *num.* 27. *& ſeqq.* Bertazol. *conſ. crimin.* 550. *nu.* Peneintendi *de judic. ſuſpect. cap.* 2. *n.* 8. *cap.* 8. *nu.* 28. *cap.* 14. *num.* 5. Coſta *de re integr. diſtinct.* 2. *n.* 2. Marſal. ad Capicium *deciſ.* 138. *ſub nu.* 1. Ponte *conſ.* 59. *num.* 16. Graſſis *except.* 24. Modit. *de jure nat.* §. *lex eſt, dub.* 11. *n.* 26. Giurba *deciſ.* 99. *nu.* 3. *& 4.* quod hic etiam tacitus conſenſus in judicem ſuſpectum nequeat poſtea revocari, ex *l. de acceſſionibus,* §. *fin. ff. de diverſ. temp. reſcript. cap. quod ſemel, de reg. juris, in* 6. *l. fin.* & ibi Jaſ. *n.* 1. *C. de judiciis.* Cravetta *conſ.* 74. *n.* 8. Giurba *nu.* 5. ubi plures.

Quare ut locum habeant, quæ diximus hactenus
26 † de recuſat one Ordinarii tollente illi primam inſtantiam, ut nec habeat locum diſpoſitio Sancti Concilii Trident. *in d. cap.* 20. utque ceſſare faciat protectionem Regis; neceſſariò debet in Senatu legitimè conſtare de recuſatione facta & propoſita coram ipſo Ordinario. Sed quomodo debeat practicari hæc doctrina, res eſt admodùm difficilis, in qua videbatur dicendum, quod impetrans reſcrip-
27 tum alteri judici † ut cognoſcat, compareat coram Ordinario, & illud ſibi notum faciat, & dicat judicem in eo nominatum cogniturum debere, quia Ordinarius ipſe ſibi eſt ſuſpectus, & cauſam proponat recuſationis, & eam probet, ut ſuperiùs diximus ad princ. hujus *cap.* 5. poſtmodum ſi illæ litteræ deferantur ad Senatum, illic conſtabit de legitimè facta & probata jam recuſationis cauſa, ſibique relaxabuntur litteræ, ut illis utatur impetrans coram judice in eis nominato.

Sed revera illa praxis falſis nititur principiis, & juris fundamentis, quoniam antequam ab Ordinario recedatur in prima inſtantia ex hoc capite recuſationis: priùs de ea legitimè propoſita coram eodem Ordinario atque legitimè probata, debet conſtare.

Primò, quia commiſſio hæc ob cauſam recuſatio-
nis † & defectum ſubſcriptionis propriæ manus San- 28
tiſſimi nulla fuit à principio, de quo abundè diximus pluries hac 1. *part. cap.* 6. *per totum*, maximè *à num.* 14. *& in cap.* 17. *per totum*, *& in cap.* 20. *à n.* 72. *verſ. Quibus ſuppoſitis non obſtant;* & ferè per totum cap. Ut etenim aperietur via recedendi ab Ordinario ex capite recuſationis; præcisè debuit ea præcedere propoſita coram ipſo, & per arbitros cognoſcenda, ac ſuper eadem legitimè declarari, ut ſuprà hoc *cap.* à principio diximus; nam cum permiſſio receſſûs ab Ordinario ex Trident. fiat ſub recuſationis ſuppoſitione, & propter illam, ob id quod ſemel ſublato de medio Ordinario, omne ceſſat præjudicium; ſequitur, quòd recuſatio ipſa debet præcedere commiſſionem, cum interim quantumvis ſuſpectus judex, eſt competens, & juriſdictionem ſuam integrè retinet, de quo abundè ſuprà *à num.* 12. *cum ſeqq.* Atque ideo ubi unum diſponitur, & aliud ſupponitur, diſpoſitio non verificatur, niſi prius verificetur ſuppoſitio, quia de ſuppoſito à lege debet priùs conſtare, & præcedere, ut diſpoſitio locum habeat. Roland. à Vall. *de lucro dotis, q.* 11. *n.* 17. Beccius *conſ.* 53. *n.* 7. Surdus *conſ.* 150. *n.* 78. *& conſ.* 43. *nu.* 17. Seſſe *deciſ.* 160. *n.* 24.

Et quia cùm priùs debeat ceſſare juriſdictio Ordinarii, & de medio tolli, ut receſſus ab eo legitimè fieri dicatur; ſequitur quod ſi non præcedit, inutilis erit & nullus, quippe ubi datur prius & poſterius, ibi eſt ordo ſubſtantialis, & forma. Felinus *in cap. cum dilecta, n.* 6. *ſign.* 6. *de reſcriptis.* Sanchez *de matr. lib.* 8. *diſput.* 34. *n.* 72. atque ideò, ſi non præceſſit recuſatio legitimè facta tanquam præciſum fundamentum commiſſionis, hæc nulla erit ab initio.

Quod & à ſimili ejuſdem Concilii Trid. in dicto *c. cauſæ omnes,* fulcitur, quo ſimiliter dicitur facultas partibus recedendi ab Ordinario poſt biennium data negligentia ejuſdem Ordinarii, quæ præcisè debet præcedere, & conſtare antequam aditus pateat parti ad Superiorem, prout manifeſtè probavimus multis Doctoribus citatis *in cap. ſeq. à princ.* & ſignanter *à n.* 6. *verſ. Pro qua limitatione, & à n.* 9. *verſ. pro quibus omnibus.*

Et quia quando actus regulariter eſt prohibitus (prout eſt commiſſio avocatoria in prima inſtantia) & in aliquo caſu ob ſpecialem cauſam permiſſus, debet ipſa cauſa exprimi, & probari, de quo hac 2. *p. cap.* 39. §. 2. *à n.* 25. & ſuperiùs.

Atque etiam cùm receſſus ab Ordinario aliter
fieri nequeat, † niſi ipſo recuſato, hæc fundamen- 29
talis qualitas, & ſolemnitas adeſſe debet tempore receſſus, & impetratæ commiſſionis, quia qualitas requiſita ad actum vel ante actum, ſi eo tempore, vel ante actum non adſit, actus eſt nullus. Gutierrez *conſ.* 44. *nu.* 7. Zevallos *commun. contra commun. q.* 693. *ex n.* 7. Perez de Lara *n.* 85. & 86. quamplu-

rimos alios congerit Giurba *conf.* 99. *à num.* 9. *cum seqq.* & qualitas adesse debet tempore quo dispositio applicatur ad actum, plura per doctissimum Valençuela Velasquez *conf.* 103. *à n.* 33. *cum seqq. & in conf.* 112. *num.* 78. *tom.* 2. ubi quod qualitate, cujus respectu fit actus, deficiente corruit actus, & in *conf.* 191. *à n.* 8. cum multis seqq. eodem *tom.* 2. ubi quod qualitas delativa jurisdictionis, sine qua judex procedere non potest, debet ante omnia constare.

Nec sufficit, quòd recusatio interveniat post actum, † aut post tam interveniat, quia eo tempore nihil prodest, Cephalus *conf.* 171. *n.* 14. *tom.* 2. argumento *c. si eo tempore, de rescriptis, in 6. l.* 1. *ff. de exercit. tutor. l. si quis mihi, §. jussum, ff. de acquir. hæredit.* Gutierrez *conf. n.* 14. & 15. Robuffus *conf.* 38. *n.* 17. D. Valençuela *conf.* 123. *nu.* 59. *tom.* 2. Gutierrez *conf.* 44. *n.* 4. Anna *singul.* 232. Parisius *de resignat. lib.* 4. *q.* 1. *n.* 14. & *q.* 2. *à nu.* 15. & *conf.* 52. *n.* 36. *tom.* 4. Marius Giurba *d. conf.* 99. *sub. n.* 11.

Deinde quoniam hæc commissio fuit impetrata sub falso suppositio, † & super recusatione Ordinarii, quæ non stabat, atque ideo nulliter, quia commissio impetrata super non ente corruit, & omnia inde sequuta pariter vitiantur, uti super commissione. & Principio intecto, quæ nullam tribuit jurisdictionem; sicuti post Marchesanum, Ruginellum, Gratian Scacciam. Farin. Lancellot. & alios abundè dicimus infra *c.* 21. *à n.* 56. *cum multis seqq.* ubi de commissione super appellatione, quæ non stabat, † vel quæ interim fuit resoluta per tacitam renunciationem, & *à n.* 59. quod commissio impetrata super appellatione à sententia nondum lata corruat penitùs, & sit nulla ipso jure, de quibus etiam diximus *in c.* 19. *à n.* 12. *& seqq. & c.* 26. *à n.* 38. ubi plurima reperies, quæ rectè omnia conducunt præsenti difficultati.

Nec ista commissio (cùm nulla sit tam ex defectu subscriptionis Sanctissimi † quàm ex defectu essentialis fundamenti, prout est recusatio præcedens, ex hactenus comprobatis) potest esse impedimentum, quominus Ordinarius, postmodum recusatus ab impetrante, & legitimâ repertâ causâ recusationis, possit uti jure suo, vel nominando alium judicem de consensu partium; vel causam remittendo ad Superiorem, ut de ea cognoscat, juxta superiùs dicta à principio hujus *c.* 5. quoniam mediante nullitate impetrationis, res est integra, & redit ad suum priorem & primordialem statum, cum omnibus suis qualitatibus, juxta quæ copiosè dicta sunt hâc 2. *p. c.* 10. *per totum.*

Quibus itaque suppositis constanter affirmandum erit, † commissionem impetratam à Sede Apostolica ob recusationem Ordinarii (quæ nec opposita fuit, nec legitimè probata, nec præcessit ipsam commissionem) esse nullam ipso jure in prima instantia, sive subscripta sit propriâ manu Sanctissimi, sive non: quia cum tota fundetur super non ente, tota nulla est ipso jure, quod abundè fundatur hâc 2. *p. art. c.* 12. *à num.* 45. *cum multis seqq.* cùm nempè ex alio capite nulla fuerit etiam de jure communi tanquam impetrata super non ente ex hactenùs comprobatis: quia subscriptio non sanat cæteras nullitates, aliunde ex juris dispositione provenientes & causatas, quia Concil. Trid. aliis requisitis de jure communi ad expeditionem commissionis hoc subscriptionis ampliùs addit, & ad augmentum inducta non debent diminutionem operare, *l. si à milite, §.* 1. *de milit. test. l. si Rufinus. C. eodem, l. legata inutiliter, de legat.* 1. *l. cum tale, de condit. & demonstrat. l. sive incipia, in princ. ff. de fund. instruct.* de quo plura exemplaria possumus reddere, ut de scriptura solemniter cum Tabellione, & testibus requisita, si tamen fiat à minore, vel pupillo sine curatore, & tutore, quid prodest solemnitas? Vel è converso quid proderit præsentia & solemnitas Curatoris, si deficiat aliqui testis Scripturæ: & sic de similibus, de quibus abundè *in commentariis de Regia protect. 3. part. c.* 9. *à n.* 196. *cum multis seqq.* Ac per consequens prima Ordinarii instantia erit intacta, & illæsa, ex Concil. Trident. illam præservante, vetantesque recessum ab Ordinario ante recusationem. Ex quo sequitur, quod si judex delegatus nihilominùs insistat in commissionis usu & exercitio, aditus Senatus per viam violentiæ, commissione retenta, Ordinario remittet causam, ut coram illo tractetur, & discutiatur.

Illud tandem in hoc erit articulo adnotandum, quod post factam à Senatu remissionem causæ in prima instantia ad Ordinarium (eo quod minùs legitimè fuisset avocata) licitè poterit ipse impetrans comparens coram eo ante omnia illum recusare: & legitimè probata recusatione, per arbitres declaratum fulpectum, novam aliam denuò commissionem impetrare etiam non subscriptam, ut alius judex delegatus liberè, & absque obstaculo Concilii Trid. queat de causa cognoscere in prima instantia, quod indubitabile est: nec erit inutile simul adhiberi cautelam ab eo, qui virtute remissionis Senatus comparet coram Ordinario; nempè protestando ex eo non consentire in ejus jurisdictionem; & salvo jure suo dicendi, & excipiendi contra eam, aut personam Judicis Ordinarii.

Et denique quæ diximus de præcisa ostensione recusationis in Senatu † ad evitandam causæ remissionem ad Ordinarium tunc meritò cessabunt; quando in ipsis litteris avocatoriis expressè narratur, & affirmatur recusatum fuisse Ordinarium, & de ejus recusatione facta ostendisse Oratorem impetrantem per authenticum testimonium, vel aliter affirmetur per narrationem, & assertionem Papæ in ejusdem litteris suis Apostolicis de recusatione facta legitimè constitisse, quia tunc indubiè huic assertioni Papæ, quæ non refertur ad narrationem impetrantis, putà quando dicit, *ut asseritur, ut asserit*, &c. Standum erit in Senatu. Nisi manifestè doceatur de falsitate narrantis impetrantis commissionem hanc in prima instantia, & ad facilius obtinendam illam, uteretur calliditate ad decipiendum Papam, aliter atque propriæ Papæ assertioni standum erit, ad latè tradita infra hac 2. *p. c.* 30. §. 2. *à. nu.* 52. cum multis seqq. ubi etiam diximus hanc fidem non dandam assertioni judicis, vel Notarii, prout ibidem latiùs de re hac, & aliis similibus per te discernere poteris.

Sed quid erit dicendum, quando facta jam declaratione per arbitres, † causam recusationis Ordinarii esse legitimam, & actor ob id impetravit à Sede Apostolica commissionem non subscriptam (quæ subscriptione tunc non indiget) & anteaquam usus fuerit dicta commissione; Ordinarius recusatus cedat, vel decedat, an ejus successor recuperabit jurisdictionem, cum in eo cesset causa recusationis, & res adhuc sit integra, ita ut ad eundem successorem fit videnda causæ per Senatum remissio: latissimè disceptatur, & resolvitur infra hâc 2. *part. c. per totum.*

§. SE-

§. SECUNDUS.

An per appellationem ante definitivam ab aliquo gravamine, etiam extrajudiciali appellabili possit ab Ordinario recedere in prima instantia?

SUMMARIUM.

1 *Archiepiscopi in causis suorum suffraganeorum nequeunt se intromittere, nisi sint legitimè per appellationem ad eos devolutæ.*

2 *Idem in Legatis de latere, & Nuntiis Apostolicis.*

3 *Appellatio non debet recipi per superiorem in prima instantia, nisi à definitiva, vel definitivæ vim habentibus, &c. Nec expediri inhibitionem.*

4 *Declaratio amplissima, & singularis S. Congregat. refertur circa competentias Ordinarii, & Superioris in admittendis appellationibus in prima instantia.*

5 *Lex nova idem disponens quod jus commune, recipit omnes easdem declarationes, ampliationes, & limitationes quas jus commune.*

Nuntii, nec Archiepiscopi possint cognoscere de causis pendentibus coram Ordinariis quibuslibet inferioribus, nec avocare nisi per viam legitimæ appellationis, ibid.

6 *Eximere appellantem nequit Superior ab inferioris jurisdictione quoad alias causas.*

7 *Gravamen quando dicatur habere vim definitivæ, damnum irreparabile, vel præjudiciale causæ principali latè remissivè.*

8 *Superior ad quem quando teneatur remittere iterum causam Ordinario.*

9 *Judex appellationis, an possit committere causam cum clausula (una cum tota causa principali) stante nova dispositione Trid. remissivè.*

10 *Ab actu extra udiciali gesto per Ordinarium, an per viam appellationis licitè recedatur ab eo in prima instantia.*

Ubi celebres referuntur declarationes S. Congregationis affirmativè resolventes.

11 *A collatione per appellationem, aliove gravamine extrajudiciali evanescit prima Ordinarii instantia.*

12 *De natura, effectibus & processu, seu appellatione ab actibus extrajudicialibus, & qualiter fiant judiciales, amissa prima natura latè remissivè.*

ARchiepiscopi, & alii superiores Prælati nequeunt se intromittere *in causis subditorum suorum suffraganeorum, quia non sunt Ordinarii ipsorum, nec jurisdictionem in illos exercent, nisi in causis ad ipsos devolutis per appellationem legitimam, & à legitimo gravamine, tunc enim possunt licitè in eis procedere non aliàs, & in aliquibus casibus specialibus, juxta *c. personalis, in princip.* & ibi communiter Doctores *de Officio Ordinarii*, & probant Spino *de testament. gloss.* 15. *n.* 34 & 40. Segura *in suo directo. judicum Ecclesiast. 2. part. cap.* 15. *num.* 5. Ledesma *de matrim. quæstione* 45. *art.* 5. *punct.* 3. paulo antè *dub.* 4. Rodriguez *in summa* 1. *tom. in* 2. *edit. cap.* 219. *num.* 16. Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *disput.* 28. *nu.* 3. & in terminis hujus decreti 20. *sess.* 24. *Reformation. Concil. Trident.* decisum refert Riccius *in decis. Curiæ Archiepiscopali Neapol. dec.* 295 *num.* 5 *part.* 4. Barbosa *in Passerali, tom.* 2. *allegat.* 81. *sub num.* 2. Pirsequius *in praxi Episcopali, 2. part. cap.* 4. *num.* 1. *& seq.* ubi 2
loquitur etiam de Legatis à latere, & Nuntiis Apostolicis.

Et individualiter probat Decretum Trid. *in dict. c.* 20. ibi: *Nec appellationes * ab eisdem interpositæ per superiores quoscumque recipiantur, eorumve commissio, aut inhibitio fiat, nisi à definitiva, vel a definitivæ vim habente, & cujus gravamen per appellationem à definitiva reparari nequeat, &c.* 3

Et est optima declaratio Sanctæ Congregationis ad declarationem ejusdem Decreti, * quam 4
Nos post alios ad litteram retulimus, *de Regia protect. 2. part. cap.* 1. *à num.* 247. quæ à principio sic ait:

*Ad tollendas ambiguitates, quæ inter appellationis, & prioris instantiæ judices non sine partium dispendio, justitiæque impedimento, & sæpe cum scandalo oriuntur. Sancta Congregatio cum Episcoporum proposito facta priùs relatione Sanct. D. N. Clement. VIII. ac de Sanctitatis suæ mandato, vivæ vocis Oraculo desuper habito in hunc, qui sequitur modum; ab omnibus, ad quos spectat in posterum fieri, ac servari debere, mandavit, & mandat: Metropolitani, Archiepiscopi, * Primates, Patriarchæ suffraganeos, eorumque subditos non judicent, nisi in casibus à jure expressis, item nec alii superiores etiam Nuntii, vel Legati de Latere specificam facultatem majorem non habentes, causas in Curiis Ordinariorum, vel aliorum inferiorum judicum pendentes, ad se advocent, nisi per viam legitimæ appellationis ad ipsorum Tribunalia deferantur, tunc appellantes ab inferiorum jurisdictionibus, * quoad alias causas examinare non possunt,* 5 6
&c.

Et in dicta declaratione latè prosequitur, quando dicatur legitima appellatio, * nempè emissa à 7
gravamine habente vim definitivæ, vel continente damnum irreparabile per definitivam, vel gravamine præjudiciali causæ principali: ubi aliqua redduntur exempla, & dantur aliæ formæ admittendæ hujusmodi appellationis per superiores prædictos; sed quia de singulis latissimè tractavimus multa scitu dignissima ad latiorem explicationem, seu potiùs exemplificationem prædicti *Decreti* 20. *Concil. Trident. in tract. de Reg. Protect.* 2. *part. cap. per totum*, hîc omitto, contentus te ad illud remittere.

Et in eadem 2. *p. c.* 17. *per totum*, & signanter *n.* 7. & 8. tractavimus, quando * superior ad quem 8
est appellatum ab Ordinario ante definitivam, teneatur iterum ad hunc causam remittere stante dicta Decreto Trid. ubi duas declarationes S. Congregationis adduximus, nihil in hoc innovantes jus commune, distinguentes inter justitiam, & injustitiam appellationis, ut in primo casu possit superior causam penes se retinere principalem in prima instantia; in secundo autem quando injustam appellationem, & non adesse gravamen declaravit, minimè posse causam principalem retinere in prima instantia pertinente ad Ordinarium ex Decreto Trid. *in dict. cap. causæ omnes*, prout latius ibidem videre poteris, ubi articulus iste accuratè examinatur; & Nos referens novissimè sequitur Baptist. de la Rea *in dec. Granat. Senatus disp.* 6. *n.* 20. & Narbona *in l.* 59. *tit.* 4. *Recop. gloss.* 1. *num.* 180 *tom.* 3. Et an possit committere prædictam appellationem * cum clausula *una cum toto negotio principali*, videbis *in d. cap.* 17. *à num.* 11. *& seq.*

ad

ad quæ te remitto, quibus usque ad refectionem reperies omnia quæ hic deficiunt.

Unum tamen non omittam indagare, an quando Ordinarius in aliquo negotio * processit extrajudicialiter, à cujus gravamine sic extrajudicialiter illato poterit ad Superiorem appellari, ita ut ampliùs in forma judicii, & in prima instantia judiciali Superior, & non ipse cognoscat, ita ut ex actu extrajudiciali satisfactum dicatur dispositioni Trid. aliàs præservantis primam instantiam omnium causarum Ordinariis: quam difficultatem, quia absolutam reperio per sanctam Congregationem Concilii, ulteriùs non disputabo; quæ in hæc ait: *An Decretum Concilii sess. 24. c. 20. in principio, locum habeat, quando Ordinarius, extrajudicialiter procedendo, gravat partes, ideo ut liceat partibus à tali actu extrajudiciali ad alios superiores judices appellare, seu reclamare, quatenus jus id permittat; sed omnino causam gravaminis in prima instantia coram eodem Ordinario cognosci debeat? Congregatio censuit, hoc casu non habere locum Decretum Concilii;* & ibidem iterum: *Cùm Vicarius Coimbrensis deputasset quemdam beneficiatum Ecclesiæ sancti Jacobi in illius Parochum, Beneficiati, ob irreparabile damnum, & præjudicium appellaverunt, & cùm de causa committenda ageretur, oppositum fuit: quod causa deputationis coram Ordinario eodem tractari deberet; beneficiatis verò respondentibus, Decretum, c. 20. non habere locum, ubi Ordinarius extrajudicialiter procedendo gravat partem, res delata est ad Congregationem Concilii: & Congregatio censuit: hanc causam esse legitimè devolutam; nam illud Decretum habet vim diffinitivæ, & id quod debebat agere judicialiter, egit extrajudicialiter; à quo etiam datur appellatio, cap. concertationi, de appellat. l. 6.* hanc mirabilem declarationem ad litteram refert Narbona *in l. 59. gloss. 1. nu. 179. tit. 4. l. 2. tom. 3. Recopil.* quam omnino nota, & attentè perlege; quia fortè quilibet quantumvis Doctus vir responderet contrarium, nisi authoritas S. Congregationis adesset ita clara, & in terminis etiam, quod quando appellatur à collatione * facta per Ordinarium, vel alio gravamine extrajudiciali; tunc evanescat prima instantia Ordinarii, probat Flores de Mena *variar. quæst. lib. 1. quæst. 4. nu. 37. circa finem*, & vide quæ dicemus infra hac 2. *part. c. 23. per totum*, de quo loco latiùs examinatur articulus iste.

Et an & quibus casibus procedatur extrajudicialiter, * & de natura, forma, & requisitis hujusmodi processus extrajudicialis, & quando ab eo detur appellatio, & quos effectus producat, & ex quibus actibus intelligatur amittere primævam naturam processus extrajudicialis, ita ut judicialiter processisse dicatur, & quando in his actibus sui natura attenta, extrajudicialibus teneatur judex assumere partes judicis, & judicialiter procedere: fœcundissimè præ omnibus multa scitu dignissima congessimus *in tract. de Regia protect. 2. part. c. 13. per totum.*

§. TERTIUS.

An ratione contractûs, vel ratione delicti alibi gestorum, aut rei sitæ, & qualiter a prima Ordinarii instantia recedatur?

Et obiter circa bona majoratus existentia in diversis Regnis, & Provinciis, seu districtibus, quis forus attendendus?

SUMMARIUM.

1 *Concil. Trid. in c. causæ omnes non sustulit legitimos modos, ex quibus de jure Canonico ab Ordinario receditur in prima instantia.*

2 *Ratione contractus fortitur quis forum, quia judex loci contractus dicitur competens.*

3 *Forum, quando fortiatur quis ratione contractus, & quomodo ad locum contractus fienda sit remissio, vel requiratur, & ibiden. obligatus reperiatur, & de aliis remissivè.*

4 *Obligatus in Romana Curia ibidem regulariter, convenitur undique oriundus.*

5 *Declaratio S. Congregat. adducitur, qua decidit ratione contractus fortiri quem forum alienum, etiam in prima instantia, non obstante Trid.*

6 *Auditorem Cameræ posse avocare causas ex obligatione in forma Cameræ pendentes in partibus coram Ordinariis etiam in prima instantia ex Flores de Mena dixerunt aliqui.*

7 *Declara.*

8 *In Hispania tamen, ubi Concilium Trid. in viridi est observantia, cjus opinio non servatur, sed quotidie in hoc Supremo Senatu reprobatur.*

9 *Auditori Cameræ, & aliorum judicum Romanæ Curiæ jurisdictio in prima instantia sublata est hodie per Trid.*

10 *In executivis percati etiam dicitur prima instantia Ordinarii.*

11 *Ratione contractus quando, & in quibus casibus fortiatur quis forum, & de tota absoluta materia remissivè.*

12 *Forum alienum quis fortitur ratione delicti, & judex loci, ubi perpetratur, est competens in prima instantia.*

Senatus non remittit causam delinquentis alibi suo Ordinario, cùm non percutiatur Trid. dispositio, nec ejus prima instantia, ibid.

13 *Ratione rei sitæ fortitur quis forum.*

14 *Clericus conventus ratione beneficii residentiam non requirentis apud Judicem loci beneficii fortitur forum.*

15 *Clericus domicilium habere dicitur in loco beneficii residentiam requirentis.*

16 *Ratione rei sitæ quis fortitur forum, si ibi reperiatur.*

17 *In omni foro præter forum domicilii requiritur præsentia rei.*

Forus ratione rei sitæ non est fortior foro contractus, ibid.

18 *Absens à loco rei suæ citatus ad litteras requisitorias si non comparet patitur primum Decretum, ex quo actor mittitur in possessionem rei sitæ.*

19 *Curator potest dari absenti per judicem rei sitæ ad effectum discernendi primum Decretum.*

20 *Non ad diffinitive pronuntiandum super jure principali absentis.*

21 *Ad judicem ratione rei sitæ spectat curatorem dare liti coram se motæ minori, furioso, &c.*

22 *Curatorem liti dat judex laicus Clerico minori litiganti coram se.*

Et è converso Judex Ecclesiasticus dat curatorem liti minori laico coram se litiganti. ibid.

23 *Judex, cui conditionaliter datur jurisdictio, nulliter procedit ante conditionis implementum.*

24 *Curatorem absenti dare potest judex, qui ad causam habet jurisdictionem.*

25 *Absenti non subdito non potest dari curator à judice rei sitæ ibi non reperto.*

26 *Domini temporales ibi conveniuntur etiam absentes ubi bonum habent statum, & caput majoratus, quia ejus districtus domiciliari sunt.*

27. *& seqq. Bona majoratus esti in diversis Regnis sint, si majoratus petatur judex ejl competens, ubi caput sit majoratus.*

28 *Hæreditatis bona si sint in diversis territoriis, cognitio pertinet ad judicem districtius, qjo major esl bonorum pars.*

29 *Bona existentia in diversis Regnis, unita tamen ad unum corpus quoad jurisdictionem, attenditur Regnum ubi caput est, etsi major pars bonorum in alio sit.*

30 *Si majoratus non habet caput, cui bona adhæreant, attenditur districtius ejus Cancellariæ, seu Regni, quo major bonorum pars sita sit.*

31 *Unitis duobus beneficiis existentibus in diversis Regnis, collatio utriusque pertinet ad Episcopum in cujus Diœcesi sit caput eorum, cui nempè aliud est unitum.*

32 L. cum in diversis, 44. ff. de Religios. & sumpt. funer. *ponderatur.*

33 *Cum sequentibus. Locus, ubi caput occisi reperitur, attenditur ad cognitionem delicti.*

EX conclusione superiùs firmatâ hoc *cap.* 5. *à num.* 8 *vers. Plures tamen alii*, quâ diximus, Decretum Concilii in dicto *cap.* 20. non sustulisse casus, † quibus de jure quis fortitur alienum forum etiam in prima instantia deductum, ut ratione contractus celebrati † judex loci abstractus 1 2 dicatur competens, *l. hæres absens*, §. 1. & ibi latè Petrus Barbosa, *ff. de judic. cap. Romana*, §. *contrahentes de foro compet. in 6. cap. licèt de foro compet.* Gutierrez *de juram. confirmat. part.* 3. *c.* 16. Cevallos *quæstionum commun.* 354. Riccius *part.* 3. *decis.* 296. Novarius *in prax. elect. & variation. for. quæst.* 28. *sess.* 2. in prima impressione Neapol. Riccius in terminis Concilii *part.* 4. *decis.* 473. *circa fin* apud quos poteris videre, quando ratione contractûs fortitur quis forum ? † & quòd 3 non debeat fieri remissio ad forum contractus, nisi vel expressè proprio foro renuntietur; vel ab eo reperiatur obligatus; vide exactè, & acutè per Parladorium *l.* 2. *rerum quotidian. cap. fin.* 2. *part.* §. 1. *à n.* 2. *cum seqq.* & abundè Nos infrà *cap.* 27. *per tot.*

Prout etiam vigore obligationis Cameralis si quis in Romana Curia obligetur, undique veniat & sit oriundus, fortitur † forum Curiæ Romanæ, 4 in qua contractus celebratus fuit, Gallesius *de obligatione in forma Cameræ ad* 3. *p. obligat. q.* 2. *n.* 2. Barbosa *in Pastorali, alleg.* 81. *n.* 15. Novarius *in novi juris Pontificii practicar. concl. c. de causis primæ instantiæ, concl.* 1. aliàs 54. *n.* 8. & 9. & decisum fuisse à Sancta Congregatione, fiemat Franciscus Leo *in Thesauro fori Ecclesiast. c.* 1. *n.* 75 & Nos *in tract. de Regia protect.* 2. *part. c.* 17. *n.* 6. & licèt nullo Doctore citato, idem Narbona *in l.* 59. *gloss.* 1. *n.* 238. qui tamen ad 5 litteram † adducit dictam declarationem, quæ ita ait: *An Decretum, c.* 20. *sess.* 24. *sub derit modos legitimos, cuibus aliquis ex juris communis dispositione, præsertim ratione celebrati contractus forum sortitur? Congregatio censuit, non sustulisse*, quod tamen intelligendum erit tunc procedere præfatam doctrinam, quando reus contrahens reperitur in loco contractus, quo casu de jure communi non aliùs dicitur esse legitimum modum fortiendi forum alienum ratione contractus, diximus & validè probavimus in dicto *cap.* 27. *per totum.*

Nam cùm Concilium Trident. nihil in foro fortiendo innovet jus commune; sed imò ad illud se referat, & ad ipsum quod jus commune disponat, approbet, & confirmet; sequitur ut id quod de jure communi reperitur dispositum & declaratum, idem repetendum & intelligendum in hoc Decreto Conciliari, quia lex nova idem disponens quod jus commune, vel ad id se referens recipit omnes limitationes, ampliationes, & declarationes, quas jus commune recipiebat in eodem puncto, & materia. Plura jura refert Schraderus *in conf.* 12. *n.* 68. plures Doctores per Alderanum Mascard. *de fixatorum interpretat. concl.* 2. *n.* 72. latiùs Gallinus *de tract. de verbor. significat. l.* 10. *c.* 32. *n.* 39. & 40. quos Doctores adde aliis quamplurimis ad idem laudaris per Nos *de Regia protect.* 1. *part. c.* 1. *præludio* 5. *à. n.* 227.

Sed an Auditor Cameræ causas obligatione Cameræli firmatas † (hoc est quando in partibus, 6 & extra Curiam quis se obligat, Romæ convenire posse) valet avocare, licèt pendeant coram locorum Ordinariis? Affirmant Diaz de Mena *variar. quæst. l.* 1. *quæst.* 12. *n.* 48. Lancellotus *de attentatis lite pendent. limit.* 15. *num.* 5. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 118. *in fin.* & Riccius *in prax. fol.* 342. *part.* 2. Barbosa, & Novarius ubi suprà citati, Narbona etiam (licèt neminem ad id alleget.)

Sed isti Doctores loquuntur de facultate Auditoris Cameræ, † quæ ante Concilium Trident. 7 sic licitè & liberè procedebat; hodie verò, eo stante, omnis facultas Auditoris Cameræ, & aliorum quorumcumque primæ detrahens Ordinariorum instantiæ sublata est penitùs, & expressè abrogata per dictum *c. causæ omnes*, uti latiùs annotavimus *in d. cap.* 3. *à n.* 18. *& seqq. vers. Quare nulli superiores, hac* 2. *part.* & probant insuper ii omnes DD. & alii plures ibidem citati; qui in individuo affirmant hodie sublatam esse facultatem Auditoris Cameræ quoad omnes avocationes in prima instantia.

Quapropter in Hispania (ubi Concilium Trid. 8 † inviolabiter observatur) Senatus reprobat quotidiè opinionem Flores de Mena) à quo cæteri principium, & fundamentum sumpsere) nec permittit vasallos horum Regnorum cum tanta jactura cogi extra Regna & Provincias litigare in prima instantia, ut ex Menchaca diximus hac 2. *part. cap.* 3. *à num.* 26. *vers. Ex hac etiam praxi*, & per totum, cap. deduximus; sed reverà innocenter patitur, atque irrationabiliter ipse Flores de Mena quotidie carpitur, † cum ibidem gene- 9 raliter loquutus fuisset de facultate Auditoris Cameræ, prout vigebat tempore permisso; non tamen tandem admisit etiam post Concilii Trid. novam dispositionem; imò potiùs ex eodem Trid. expressè contrariam firmavit *pract. l.* 1. *c.* 12. *num.* 8. nempe hodie sublatam esse omninò facultatem Auditoris Cameræ quoad cognitionem, & executionem in prima instantia, prout ex ipso de Mena, & aliis plurimis Doctoribus tradidimus *in d. cap.* 3. *à num.* 20. & 21. *vers. Quod ampliatur*, ubi hodie ex Concilio Trid. sublatam esse facultatem, & jurisdictionem Auditoris Cameræ, & aliorum omnium judicum Romanæ Curiæ in prima instantia plurimis comprobavimus, quod inviolabiliter practicatur communiter in hoc Supremo Senatu.

Quæ doctrina procedit absolutè sive in via Ordinaria, † sive in executiva tum quia cum Docto- 10 res hactenus laudati (etiam remissivè) loquentes de

extin-

extinctione facultatis Auditoris Cameræ ex Tridentino; de neceſſitate ſupponunt loqui in via executiva, cùm dicta facultas non extendatur ad aliud cognoſcendi genus ultra executionem gratiarum, Brevium, & obligationum Cameralium. Tum etiam, quia indubitabile eſt, Concil. Trident. procedere in omnibus viis executivis, prout nervosè probavimus infrà hâc 2. *part. c.* 10. *à n.* 12. *cum multis ſeqq.* & ſignanter circa hanc conſiderationem benè roboratam, ibidem *à n.* 52.

41 De quibus omnibus, & de tota abſoluta materia † hujus §. abundè videbis hâc 2 *part. c.* 27. *per totum*, variæ doctrinæ adducuntur, & mirabiles difficultates abſolvuntur, videndæ omnino.

42 Et eodem modo, ratione delicti quis ſortitur forum alienum † in loco ubi delictum commiſſum fuit, & coram eodem judice, licèt non ſit ſuus Ordinarius in prima inſtantia, *cap. poſtulaſti, de foro competenti*, *l.* 1. *C. ubi de hæreditate agi oportet.* Cavedus *deciſ. Luſitana*, 26. *part.* 1. late Farinacius *in praxi crimin. quæſt.* 7. Riccius *deciſ.* 123. Novarius *de electione fori*, *ſect.* 2. *quæſt.* 2. & in his terminis Concilii Trident. ipſe Novarius *in dicta concluſ.* 1. *à n.* 10. & 11. quod veriſſimum eſt, & practicatur. Infinitos alios Doctores congeſſimus hâc 2. *part. c.* 27. *per totum* & in ſpecie *verſ. Tamen hæc vera reſolut. à n.* 5.

Quapropter Senatus non remittit cauſam delinquentis alibi ſuo Ordinario, cùm forus ab alieno judice jure permittente fuerit quæſitus, & cognitio in prima inſtantia, ex quo percuſſa non dicitur Ordinarii, ſicuti de foro ſortito in loco contractus dictum eſt.

43 Item etiam ratione rei ſitæ ſortitur quis forum alienum † actione reali conventus, *ex l. fin. C. ubi in rem action. cap. fin. de for. compet.* quæ jura plures exornant Doctores laudati ab Amato *variarum reſolut. l.* 1. *reſolut.* 33. *à n.* 17.

44 Quæ regula non ſolùm procedit in prophanis, † ſed etiam in ſpiritualibus; nam ſi Clericus conveniatur ratione Beneficii reſidentiam non requirentis, poterit apud judicem loci, ubi ſit beneficium conveniri. Marian. Socin. *in cap. ſanè*, *n.* 3. *verſ. Prima declaratio*, *de for. compet.* Felinus *in cap. conſequutus*, *el.* 2. *n.* 9. *de reſcriptis.* Carleval l. *de judiciis*, *l.* 1. *tit.* 1. *q.* 3. *de foro rei ſitæ*, *n.* 145.

45 ubi poſt alios Doctores dicit, † quòd quando beneficium requirit reſidentiam, dicitur ibidem Clericum habere domicilium, ex quo ſemper ibidem convenitur, & forum ſortitur.

Hæc tamen doctrina non ſimpliciter procedit;

46 † ſed demùm ſi in loco rei ſitæ reperiatur reus, juxta Pauli de Caſtro doctrinam in dicta *l. fin. n.* 2. Cephalus *conſ.* 263. *n.* 9. latè probat Doctor Joannes de Balboa (primariæ Cathedræ in Univerſitate Salmantina Præceptor) *in cap. ſanè*, *à n.* 15. *cum ſeqq. de foro competenti*, *ubi plures* allegat latè etiam Petrus Surdus *in conſ.* 168. *à num.* 11. & 18. & 54. & ex Paulo de Caſtro, & Socin. *in dict. cap. ſanè*, *num.* 12. Franchis *deciſ.* 37. *num.* 2 & 3. Petrus Barboſa *in l. hæres abſens*, §. *proinde in art. de foro rei ſitæ*, *n.* 15. & 16. tenet & latè proſequitur Carleval. *ubi ſuprà num.* 149. dicentes, regulare

47 eſſe, † ut in omni foro præter forum domicilii requiratur præſentia rei, ad hoc, ut ibi poſſit conveniri, & quod hic forus non eſt fortior foro contractus.

Poſſe tamen citari abſentem per litteras requi-

48 ſitorias, † & conſtito de citatione, ſi non compareat defenſurus; actor mittetur in poſſeſſionem rei ſitæ ex primo decreto, quam doctrinam altiùs comprobant Doctores ſuprà citati, & praxim ſcribit Carlevall. *d. q.* 3. *à n.* 150. poſt Marianum, Petrum Barboſam, Molinum, Paulum de Caſtro, & Panormitan. aliis etiam ultra hos laudat Amato *var. reſol. l.* 1. *cap.* 43. *à n.* 27. licèt ipſe de contraria praxi Regni Siciliæ teſtetur, ut citatio hæc ad literas requiſitorias non fit in praxi Regni.

Sed an abſenti dari poſſit curator à judice rei ſitæ; † latiſſimè differit Amato, ubi proximè *à n.* 26. 49 *cum multis ſeqq.* ubi affirmativè reſpondit, qui licet confusè & indiſtinctè loquatur, quo fine ſit dandus; illum, & Doctores citatos ab eo omninò intellige; ut procedant ad finem prædictum, mittendi nempè actorem in poſſeſſionem rei ſitæ ex primo decreto, non ampliùs.

Quod ſi ipſe intelligit quoad deciſionem cauſæ, † & diffinitivè pronuntiandum ſuper jure prin- 50 cipali abſentis, non admittam, nec Doctores ab eo citati, nempè Mandel. *conſ.* 208. *n.* 7. Decianus *conſ.* 118. *n.* 4. & 20. *l.* 3. Burſatus *conſ.* 397. *n.* 7. Seſſe *deciſ.* 129. *num.* 20. *vol.* 2. Millanenſis *deciſ.* 11. *num.* 15. *l.* 1. ipſi namque Doctores generaliter loquuntur, † ad judicem rei ſitæ ſpec- 51 tare Curatorem liti dare, quod verificatur in præſente, & litigante, nempè, minore, furioſo, aut mente capto, & ſimilibus, prout dicimus de judice laico, qui dat Curatorem Clerico minori coram ſe litiganti, † & è converſo de jure Eccle- 52 ſiaſtico dare curatorem laico minori ſæculari coram eo litiganti, juxta infinitos Doctores Ab Amato citatos, *dicta reſolut.* 32. *n.* 21 & 22. quibus quidem in caubus verificari poteſt doctrina præfatorum Doctorum, & non duntaxat in curatore abſenti dando in loco rei ſitæ ad proſequendam litem, prout intellexit Amato.

Deinde quoniam ſi abſenti à loco rei ſitæ ante citationem † per litteras requiſitorias dari cura- 53 tor liti non cœptæ permitteretur; ſequeretur inde abſurdum maximum, quod judex procedere poſſit abſque juriſdictione, quam aliter non adquirit in non ſubditum, niſi ibi reperiatur poſſeſſor rei ſitæ, cùm ſuper hac qualitate, & conditione ſimultanea fundetur, quam exercere non poteſt ante hujuſmodi conditionis exiſtentiam, ita ut alter nulliter procedat ex juriſdictionis defectu, prout abunde probamus hac 2 *part. c.* 27. *à n.* 24. *cum multis ſeqq.*

Et confirmatur, quia is ſolus poteſt dare abſenti curatorem, † qui judex ſit competens habens 54 juriſdictionem in cauſa, ut agnoſcit idem Amato, *d. reſol.* 33. *n.* 4. & *n.* 25. ad quod plures allegat Doctores: ergo abſenti judex rei ſitæ curatorem dare nequit ultra caſum permiſſum, nempe ad effectum procedendi admiſſionem ex primo decreto duntaxat, ut ſuperius diximus, cæterum ad determinandum diffinitivè cùm careat juriſdictione, carere debet poteſtate dandi curatorem abſenti, abſente ibi non reperto in loco rei ſitæ, ex communi Doctorum ſuperiùs adducta, *n.* 16. *& ſeqq.*

Et quòd abſenti non ſubdito nequeat dari curator à judice rei ſitæ in actione reali, † & hy- 55 pothecaria, ex eo quòd licet ratione rei ſitæ ſortiatur forum quis alienum, tamen cùm ex hoc ſolo non efficiatur ſubditus; ſed ibidem reperiri requiratur, late firmat Petr. Surd. *d. conſ.* 168. *n.* 11. 18. & 53. *& per totum conſilium*; ideoque ad effectum diſcernendi primum decretum citatione executa, poterit judex rei ſitæ curatorem dare, non aliàs ad procedendum in cauſa principali, quia ultra ſua poteſtas in abſentem non extenditur, ex ſurſum dictis.

Quam

Quam resolutionem limitandam arbitrio in Do-
26 minis temporalibus, putà, † Marchionibus, Du-
cibus, & Comitibus, qui etiam absentes actione
reali conveniuntur in districtu, quo habent caput
Comitatus, aut majoratus, summque statum, do-
mum principalem, & fortalitiam, quorum ratio-
ne domiciliarii sunt indubiè, uti communiter prae-
ticatur: prout de Clerico convento ratione be-
neficii non requirentis residentiam, superius dixi-
mus; imò potius assimilantur isti Domini Cleri-
cis habentibus beneficia residentiam requirentia,
qui in illis habere domicilium censentur, de quo
suprà *à n.* 14.

Sed quid dicendum in majoratus, aut statu bo-
27 nis vinculatis, † quando sunt in diversis Regnis,
aut districtibus, & majoratus, seu status ipse pe-
fatur & controvertatur, quinam judex competens
dicetur. Et obiter affirmandum est, attendendum
esse districtum, & jurisdictionem ejus Regni, aut
Provinciæ quæ caput est majoratus, & status con-
troversi; ita firmat Anton. de Ripol. *variar. reso-
lut. cap.* 1. *de jurisdictione omnium judicum, à n.*
465. in hæc: Quæritum fuit, an disputandum
sit de successione alicujus hæreditatis, quæ con-
sistit in diversis bonis, siris in diversis territoriis,
& jurisdictionibus, ubi judicium sit tractandum?
Respondi: † quòd in loco ubi major pars bonorum
28 existit, ex *l. si fideicommissum, in princ.* & ibi com-
muniter scribentes, *ff. de judiciis, l. qui ita §. fin.
ff. ad Trebellian. l.* 1. *in princip. C. ubi de hæredit.
agi oportet*, Tiraq. *de retract. Lignagier*, §. 36. *gloss.*
3. *n.* 6. Anna *consil.* 4. *n.* 3. Hoc autem intelligen-
dum est in hæreditate ordinaria † quæ alicui ordi-
29 nario homini competit; nam si hæreditas, quæ con-
sistit in corporibus hæreditariis, sita est & separa-
ta in diversis locis, & unita est quoad aliquod cor-
pus, veluti si diversa loca, seu villæ militent sub
aliquo titulo, veluti Comitatu, Marchionatu, seu
Ducatu, licèt major numerus bonorum sit in uno
loco, seu Regno; causa erit tractanda in illo Reg-
no, ubi caput Ducatus, seu Marchionatus existit,
l. 2. *in principio, ff. de acquir. possessione*, refert
Tiraquellus *dict.* §. 36. *gloss.* 3. *nu.* 4. & 5. & hisce
retrò elapsis annis experientia comprobatum fuit;
nam licèt *Baronia de Martorell. Molin. de Rey:*
& locorum adjacentium sint sitæ intra præsentem
Cataloniæ Principatum, tamen quia caput majo-
ratus erat in Regno Castellæ, ibi fuit lis contesta,
& decisa, &c. Item etiam in hoc Supremo Consi-
lio Regio Castellæ his temporibus fuit controver-
sum, & sic decisum, & determinatum semel, &
iterum in duabus causis, inter Marchionem de
Orani, & Ducem de Pastrana super certo statu,
cujus caput erat in Regno Sardiniæ, & alia inter
Ducem de Cesa, & Marchionem de Poça, ad quod
multa in proposito in terminis omninò similibus
cumulat Mieres *de majorat. 1. part. q.* 58. *nu.* 236.
cum seq. Molina *de primog. lib.* 3. *cap.* 13. *nu.* 73.
& 74. Quibus locis lis terminis exactè disputan-
tes resolvunt, quòd caput majoratus attenditur ad
fundandam jurisdictionem inter diversos districtus,
singularis etiam adest in proposito Rotæ *dec.* 239.
n. 22. Apud Farinacium *tom.* 1. *in posthumis*, &
facit vulgare axioma, quod unitorum idem est ju-
dicium, & respectu utriusque Cancellariæ: idem
post alios firmat Parladorius *in sesquicentur. differ.*
11. *à n.* 6. qui *n.* 7. inquit (& rectè) quòd si
30 majoratus non habet caput, † attenditur districtus,
quo sit major pars bonorum ipsius majoratus,
quod & firmavit antea Molina *de primogen. lib.* 3.
c. 13, *à n.* 73. *cum seqq.*

Et conducit doctrina Hieronymi Gonçalez *de*
alternativis, gl. ff. 5. §. 7. *à n.* 24. † & Nicolai Car- 31
cii *de benefic.* 11. *part. c.* 2. *à n.* 47. *cum multis seq.*
Ubi de unione facta de duobus beneficiis, quorum
alterum sit in alio Regno, & diœcesi, ut is Epis-
copus utrumque conferat, in cujus Diœcesi sit ca-
put eorum, cui aliud beneficium unitum est acces-
sorié, ubi plures allegat, & alias similes doctrinas
applicat; Conferunt etiam, quæ à principio *ejusdem*
cap. ipse dixit, quos omnes Doctores consule pro
latiori enucleatione, & intelligentia hujus articuli.
Illud scimus, hanc resolutionem pluries observasse
Senatum hunc Regium, & ita similes declinato-
rias, & jurisdictionis competentiam terminasse.

Non tamen omittam textum singularem in pro-
positio nostræ resolutionis † allegare ad hoc, quòd 32
locus ubi sit caput majoratus sit attendendus, licèt
cætera bona ei unita, & incorporata in alia sint Pro-
vincia, & jurisdictione diversa, est text. *in l. cum in*
diversis, 44. *ff. de Religios. & sumpt. funer.* in hæc:
Cum in diversis locis sepultum est, uterque quidem
locus Religiosus non sit, quia una sepultura plura se-
pulchra efficere non potest: mihi autem videtur illum
Religiosum esse, ubi, quod est principale, conditum
est, id est caput; ex quo text. plures inferunt Doc-
tores ad occisum in confinibus duarum jurisdic-
tionum, & territoriorum pertinentium ad duos
Dominos, illum cognoscere debere, † in cujus ju-
risdictione, & territorio casu occisi est inventum, 33
Borcholten. *in cap. unico, n.* 26. *quæ sint Regalia,*
Boërius *in disput. de finib. Regundis, in corollario,*
Zasius *in* 5. *p. feudal.* Matheſilanus *singul.* 75. *n.* 4.
Asinius *in d. l. cum in diversis*, Medicis *de sepultu-*
ris, q. 19. *n.* 2. & 3. *part.* 1. Forcatolus *Dialogo* 1.
n. 35. Cassaneus *in Catalogo gloriæ mundi, p.* 12.
consider. 46. Sebastianus Nevius *in systemat. selec-*
torum juris, ff. l. 12. *tit.* 7. *de Relig. & sumpt. fun.*
ad remiss. ejusdem, l. cum in diversis, 44. *tom.* 1.
quæ omnia mirabiliter conveniunt præfatæ resolu-
tioni, cùm bona majoratus sint vincula unita, &
incorporata inter sed, † & habentur ad caput cui
uniuntur, prout caput & membra, quæ ab illa dis- 34
cedere nequeunt, sed uti accessoria sequi, *c. cùm*
non licèt, 12. *de præscript.* Molina *de Hispanor. pri-*
mogen. lib. 1. *c.* 1. *n.* 17. Nicol. Lossæus *de jure Uni-*
versitatis, part. 3. *cap.* 13. *n.* 7. Roman. *singul.* 500.
& de capite naturali; corpore humano † ad mys-
ticum procedit argumentum; *cap. ita Dominus*, 35
19. *distinct.* Joanes de Lignano *in tract. de censur.*
Ecclesiast. §. 4. Hieronym. de Allan. *de potestate*
Papæ, part. 2. *n.* 179. Cardinal. Jacobat. *de Con-*
cilio, l. 9. *art.* 3. *n.* 62. *c. ecce autem*, 24. *quæst.* 3.

Hoc sit quod in rebus integralibus & unitis pos-
sessio apprehensa in capite, † puta fortalitio, Pa- 36
latio, domo, Villa & similibus, quòd plures alias
res diversas suo se contineat annexas: ad eas tra-
hitur prædicta possessio tanquàm ad membra, &
pertinentias principalis capitis. Peregrinus *de fidei-*
commiss. artic. 48. *à n.* 73. Manochius *cons.* 1279. *n.*
69. & 67. Rota Lucens. *decis.* 126. Alexand. Ludo-
vis. *decis.* 257. *n.* 3. Jacobus Cavalerius *decis.* 629. *n.*
10. & *decis.* 641. *n.* 9. & 10. Pontan. *de spolio lib.* 2.
cap. 14. *n.* 121. Thuscus *littera P. conclus.* 422. *n.*
5. & *seqq.* Gratianus *disceptationib. forens. c.* 126.
n. 22. & *cap.* 45. *n.* 15. & *seqq.* & *cap.* 910. *nu.* 3.
Guiovagn. *cons.* 8. *n.* 118. 129. & 181. *lib.* 1. Barz.
decis. 47. *n.* 18. & *seqq.* latè prosequitur Postius *in*
tract. de manutentione observat. 73. *à n.* 67. & *à n.*
77. & *seqq.* Rota in una Calaguritana pensionis post
ejus tractatum. 188. *n.* 6. & in alia Romana bono-
rum, post ejus tract. *decis.* 26. *n.* 6.

§. QUARTUS.

An per remissionem causæ per Ordinarium voluntariè factam ad Superiorem in prima instantia, cesset Trident. & inde Regalis protectio?

SUMMARIUM.

1 *Per remissionem causæ per Ordinarium factam ad superiorem in prima instantia coram se pendente, an cesset Trid. dispositio, & Senatus protectio, & seqq.*

2 *Per remissionem causæ factam à Superiore ita efficaciter ad hanc devolvitur jurisdictio, ut omnia gesta per inferiorem corruant ipso jure.*

Concilium Regis postquam super negotio consuluit, expectare tenetur responsum Regis, ib.

3 *Concilium Tridentinum non sustulit modos legitimos, quibus de jure communi ab Ordinario licitè recedere quis poterat.*

4 *Concilium* in cap. causæ omnes, *præservans primam cognitionem Ordinariis supponit potentiam, habilitatem & jurisdictionem eorum.*

5 *Concessio facta nomini, & contemplatione nominis, putà Imperatori, hæredi, &c. restringitur ad nomen, & eo deficiente, deficit & extinguitur.*

6 *Dispositio omnis recipit restitutionem ad significationem, & comprehensionem adjuncti.*

7 *Statutum permittens obligationem filiofamilias artifici, intelligitur si obligetur intuitu artis.*

8 *Depositario factum legatum liberationis intelligitur debito orto ex depositio.*

9 *Liberatio legata tutori restringitur ad causam tutelæ.*

10 *Statutum disponens adhibendam esse fidem libris mercatoris, restringitur ad negotia tangentia mercaturam.*

11 *Ordinarius non potest à se abdicare jurisdictionem in prima instantia parte reclamante.*

12 *In recessu ab Ordinario in prima instantia illius & partis debet concurrere consensus.*

13 & 14. *Ordinarius non potest solo verbo, & sua sponte à se abdicare jurisdictionem, uti Judex necessarius, quam precisè tenetur subditis ministrare.*

15 *Ordinarius, quando uti Delegatus (commissione carente) processit, non sustinentur acta ex qualitate Ordinarii, qua uti talis poterat cognoscere.*

16 *Ordinarius nequit à se abdicare jurisdictionem ordinariam.*

17 *Ordinarius non potest subjicere Clericum subditum invitum & renitentem alteri Judici.*

18 & 19. *Ordinarius voluntariè remittens causam ad Superiorem in prima instantia, nec amittit jurisdictionem; nec ad Superiorem fuit devoluta.*

20 *Quando jus transfertur in alium, si huic non adquiratur juris prohibitione, remanet penes transferentem.*

21 *Quod procedit generaliter in qualibet materia.*

22 *Pars gravata per remissionem voluntarie factam ab Ordinario causæ in prima instantia; licitè utitur recursu ad Regem, ut iterum remittatur Ordinario.*

23 *Judex quilibet, qui à se abdicavit jurisdictionem accedente contradictione partis læsæ, illam potest reassumere.*

24 *Remissio causæ ad superiorem tunc illicita erit in prima instantia, quando Ordinarius sua sponte & sine justa causa nemine ritè instante, illam fecerit.*

25 *Ordinarius allegatus suspectus, & confitens causam oppositam licitè facit remissionem ad superiorem.*

26 *Cessante tamen fraude, & collusione.*

27 *Remissio ad Superiorem in prima instantia voluntarie facta per Ordinarium, non est legitimus modus recedendi ab eo, imò contra juris resistentiam facta dicitur.*

28 *Per recusationem, & appellationem in casibus à jure permissis legitimè ab Ordinario receditur in prima instantia, non sic in prohibitis.*

29 *Habilitas & potestas supposita in Ordinario per Tridentinum, præservans illi primam cognitionem, verificatur in Ordinario voluntariè se exonerante ab ea.*

30 *Recusatio & appellatio; si non legitimè proponantur, non operantur effectum jurisdictionis abdicativum, nec suspensivum.*

31 *Remissio causæ in prima instantia legitimè facta per Ordinarium ad Superiorem operatur effectum jurisdictionis abdicativum.*

PLerumque de hoc dubio per peritos fui consultus, quid † censuerim libenter hic per disputationem, proferam, in quo negativa pars (ut eo ipso quòd Judex ordinarius remisit causam coram se pendentem ad Superiorem, cesset dispositio *Concilii Tridentin. in sæpè repetito c. causæ omnes 20. sess. 24. de reformat.* Et per consequens etiam cessare debere Regis protectionem, ita ut etsi pars conqueratur in Senatu de violentia, audienda non sit, nec remissio ad Ordinarium concedenda) ex eo potissimùm probatur.

Nam sicuti legitima appellatio, & recusatio abdicant ab Ordinario † jurisdictionem, eundem effectum operatur remissio causæ ad Superiorem, ad quem adeò efficaciter devolvitur jurisdictio, ut nullatenus inferior ampliùs in causa procedere, & se intromittere valeat; quod si fecerit, acta & processus vitio nullitatis, & attentati subjiciuntur, text. est *in cap. licet de officio Legati, l. ad Principem, & l. ad imperatorem, ff. d. appellat.* ubi Glossæ & Doctores, Felinus *in cap. cum Bartoldus, num.* 16. & ibi: Abb. *de re judicat. singularis* Rotæ *decis.* 13. *de officio Delegati, in novis per Bisignetam, & ib. additio Papazon. nu.* 3. nonnullos congerit Augustinus Barbosa *in dict. cap. licet, nu.* 2. ubi per illum text. notat quòd legatus à latere, ex quo causam ad superiorem remisit, desinit esse Judex illius, ut per Dani. Venator. *in Analysi methodica juris Pontificii, l.* 1. *tit.* 30. *Axiomat.* 2. Petr. Barbos. *in l. eum qui tenerè, §. fin. n. fin. ff. de Judiciis*, Sanch. *de matrimonio, lib.* 8. *disp.* 14. *n.* 8. & iterum Augustin. Barbos. *in tractatu de jure Ecclesiastic. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 83. quibus adde Menochium *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 202. *nu.* 78. Lancellotum *de attentatis* 2. *part. cap.* 20. *de inhibitione, ampliat.* 21. *per totam*, Cochier. *de jurisdictione in exemptos, to.* 2. *part.* 2. *quæst.* 49. *per totam*, Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *disp.* 14. *n.* 8. Surdum *cons.* 424. *n.* 53. *vol.* 3. post Mandos. *de inhibition. quæst.* 27. *n.* 3. Lancellotum & alios.

Et hujus doctrinæ (quæ in se verissima est, & indubitabilis) rectè convenit quod g avissimo cuidam Senatori respondi consultus: in negotio nempè, quòd Senatus Regis per se ipsum & absque

Principis

Principis dependentia, & consultatione liberè poterat expedire, & insuper pro ejus resolutione Regem consuluerit: amplius in eo se intromittere non poterit, sed tenetur supersedere, & expectare responsum Regis: motus tum ex præfata doctrina quasi videatur Senatus per hanc consultationem, & remissionem ad Regem potestatem, & facultatem suam in illo negotio à se abdicare, tum etiam ex ponderatione celeberrimi text. *in cap. multum fiupeo. 2. quæst. 6.* ibi: *Expectantem tibi fuerit, quid ad tua consulta referiberem*, dixit Romanus Pontifex: ad hoc idem ponderanda sunt alia jura citata sup. 1. *part. cap.* 5. *à n.* 53.

Ergo cùm Ordinarius per remissionem ad Superiorem à se abdicavit † jurisdictionem in illa causa
3 coram eo mota in prima instantia, & in ea non Judex, sed uti privatus remanserit; liberum erit partibus ab eo recedere ex dispositione Concilii Trid. quod non sustulit legitimos modos, ex quibus de jure communi licitè aliàs recedi permittitur ab eo in prima instantia, prout ex declaratione Sanctæ Congregationis fusius probavimus supr. hoc *cap.* 5. §. 2. *n.* 8. Quæ etiam est ratio, quare ob recusationem Ordinarii, & appellationem legitimam in prima instantia permittitur alium Judicem adire, de quibus *in* §. & §. 2. *antecedentibus.*

Deinde quia Concilium Tridentinum dum dispo-
4 nit, † quòd omnes causæ coram Ordinario in prima instantia cognoscantur, supponit perneceſſę potentiam, habilitatem, & jurisdictionem in Ordinario, & idem uti Judici prima causarum cognitio præservat, cùm aliter sine jurisdictione impossibile est de jure, posse illum cognoscere, nec aliter intelligi potest, ex *l.* 1. ubi Glossa *Cod. de Sacrosanctis Eccles.* Carolus de Grassis *de exception. ad materiam statuti excluden. omnes exception. in præludio, num.* 96. Armendar. *in præmio addition. ad Recopilat. legum Navarræ, n.* 38. Marius Anton. *variar. resolut. lib.* 2. *resol.* 40. *n.* 5. Surdus *cons.* 10. *n.* 27. Quoniam Judici tanquam Judici si aliquid committitur, Judice desinente extinguitur commissio ex Bartoli doctrina *in l. si ita stipulatus, ff. de verborum obligat.* Surdus *decis.* 39. *n.* 4.

5 Et quia concessio facta nomini, † & contemplatione nominis, putà Imperatori, tutori, hæredi, restringitur & extinguitur extincto nomine, eoque deficiente, deficit concessio, plurima congerit exempla Petrus Surd. *consil.* 74. *n.* 7 *cum seqq. & decis.* 322. *à n.* 7. *& decis.* 39 *per totum.* Ergo Ordinatio præservata prior instantia, uti Judici & jurisdictionem habenti, & valenti cognoscere, cessabit in causa, in qua extincta fuit hæc qualitas, & suppositio necessaria, eo quòd per remissionem à se abdicavit jurisdictionem, & desinit esse Judex.

Fulcitur, quia omnis dispositio recipit restrictionem ad significationem, † comprehensionem adjuncti, *l. si quis ex argentariis, §. rationem, de edendo*, ubi licèt Argentarii libro edatur, intelligitur in
6 iis quæ tangunt ejus officium, & negotiationem, non aliis; quàm plurimos citat Surdus *in consil.* 151. *à num.* 78. *& seqq. vol.* 2. & *in consil.* 452. *à n.* 54.
7 *lib.* 3. ubi post alios quod statutum permittens † obligationem filio familias artifici intelligitur, quando se obligat ratione officii, & instituti artis, idem Surdus *in consil.* 135. *à n.* 101. *cum seqq.* Baldus *in l.* 2. § *ultimo deliberatione legata.* Ubi si testator
8 legavit deliberationem † depositario, intelligitur de debito orto ex deposito; non aliunde, & est singularis text. *in l. Audio in fine, deliberatione legata.* Ubi liberatio legata tutori restringitur † ad
9 causam tutelæ, quem text. latè exornat Menoch. *lib.* 4. *præsumptione* 164. *à n.* 10. Petrus Surdus *in consil.* 112. *à num.* 96. *cum seqq. & consil.* 274. *à num.* 7. *& decis.* 322. *à num.* 7. *& in consil.* 218. *à n.* 2. *& seqq. tom.* 2. *& decis.* 217. *à principio.* Et idem Surdus post plures alios *in consil.* 453. *à nu.* 54. *lib.* 3. ubi de statuto disponente, fidem adhibendam libris † mercatoris, quod restringitur ad negotia 10
tangentia mercaturam, & non aliter, nec extra actum mercaturæ, Felin. *in cap. cæterum, n.* 8. *in fine, de judiciis, & in cap. post miserabilem, col.* 2. *in fin. de probationibus*, Aretinus *in cons.* 33. *incipit consultatio præmissa, column.* 1. Roman. *in cons.* 215. *in puncto proposito, column.* 1. & ibi addentes quam communem esse opinionem probat Roland. à Valle *in consil.* 92. *num.* 7. *& seqq. vol. in* 3. Alvarus *in consil.* 95. *n.* 12. *& in consil.* 719. *n.* 7. Cravetta *de antiquitat. tempor. part.* 1. *n.* 267. *versic. Rursus talis, & nu.* 256. *versic. Quinto intellige*, Decius *in cap.* 2. *n.* 18. *de fide instrumentor. & in cap.* 1. *n.* 30. *de probation.* Vivius *in suis communib. opinionib. in versic. Statum jubens libris, versical. Dictumque statutum.* Decius qui multos aggregat *in consil.* 5. *n.* 14 *usque ad fin.* Mascardus *de probationibus conclus.* 875. ubi addit Menochium, Gail. & alios Felin. *in cap. cum ordinem, col.* 3. *versic. Limitata causa, de rescriptis*; ubi accumulat infinitas similes doctrinas, & post Alvan. *in d. consil.* 577. *n.* 12. & eundem Alvan. *in cons.* 576. Jason. Hippolit. de Marsill. Roland. & alios, Marta *de jurisdictione* 4. *part. cæsa* 84. *per totum.* Quòd licèt priores alicujus artis habeant jurisdictionem inter artifices, intelligitur tamen, circa res pertinentes ad illam artem, videndus Castellus *controversiarum tom.* 5. *cap.* 50. Igitur Concilii Trident. dispositio præservet primam instantiam Ordinario uti Judici, & jurisdictionem habenti ad cognoscendum; astringi præcisè debet quando ipse eam habeat, & quando de causa potest cognoscere, non tamen quando jurisdictione caret, & in causam se intromittere non potest, eò quòd à se totaliter eandem per remissionem abdicavit, & per consequens nec in isto casu eidem facienda erit per Senatum remissio, cessante Tridentini dispositione.

Quibus tamen, & aliis non obstantibus contrarium † in casu proposito affirmandum est, & effi- 11
caciter tenendum, imò reclamante parte Ordinarium non posse sua sponte, & voluntariè à se abdicare jurisdictionem tam de jure communi, quàm etiam ex Conc. Trid. cujus dispositionem nullatenus cessare in nostro casu, nec remissionem Senatum illius protectorem negare, clarè demonstrabimus.

Tùm quoniam ad hoc ut possit ab ordinario re- 12
cedi, & superior † adiri in prima instantia; debet concurrere consensus tam partium, quàm Ordinarii ipsius, ita ut cujuslibet consensus solus non sufficiat, nec aliquid operetur, quominùs illæsa, & intacta remaneat dispositio Concil. Trident. quod pluries declarasse Sanctam Congregationem Cardinalium, abundè deduximus *in cap.* 3. §. *unic. hac part.* 2. & alibi passim: ergo sola voluntas, & consensus Ordinarii non potest facere, quòd cesset Trident. dispositio, nec per consequens Senatus remissio ad eundem.

Tùm etiam de jure communi probatur: etenim Judex † Ordinarius non potest, nec facultatem ha- 13
bet solo verbo à se abdicare jurisdictionem Ordinariam, quam de necessitate tanquam minister necessarius tenetur exercere, & ministrare subditis in suo districtu, text. est *in l. legatus, ff. de officio Præsidis*, ibi: *Legatus Cæsaris, id est, Præses vel Corrector provinciæ abdicando se non amittit imperium*, plures ad idem (licèt obiter) citavimus *in tractatu de Regia protect. 3. part. cap.* 18. *num.* 42. Nam,

14 ex quo dicitur Ordinarius, censetur † Judex necessarius, voluntariè abstinere se à causæ cognitione non potest, ita scribentes omnes *in cap. quoniam contra, d. probationibus*, Burfatus *in cons.* 199. *num.* 8. *lib.* 2. Bartolus *in l. numerum*, §. *judicandi*, *ff. de muneribus & honoribus*, Innocent. *in cap. suscitata*, *de rescriptis*, * ius *cons.* 113. *n.* 23. & 24. idem Decius *in cap. intimasti*, *nu.* 5. *de appellationibus*, Felinus *in cap. pastoralis*, *n.* 5. *post. gloss. in verb. Exornare de Officio Delegati*, Abb. Panormitanus *in cap. ex litteris*, *de officio Delegati*, idem Felinus *in cap. cum ex officio*, *de præscriptionib.* Anton. de Ripol. *variar. resolut. cap.* 2. *de recusatione*, *à nu.* 7. *cum seqq.* ubi eruditè articulum tractat.

15 Idem etiam tenet † Caldas *de emptione*, *& venditione*, *cap.* 3. *à n.* 12. ibi: Hinc etiam resolvitur, verum esse quod scribit glossa singularis *in cap. ex litteris*, *de officio Delegati*, asserens processum esse nullum, quem Ordinarius tanquam Delegatus agitavit, cùm delegatus non esset, etsi uti Ordinarius potuisset procedere, quod Panormitan. ibidem censuit, causari ex defectu voluntatis judicantis, qui se adstrinxit ad delegatam jurisdictionem, Ordinariam repudians, ut dicto *cap. ex parte Astiensis*, *& dict. cap. cùm super.* Nec urget quòd Ordinarius non
16 potest à se abdicare † jurisdictionem Ordinariam, *ut in l. Legatus*, *ff. de officio Proconsulis*; quoniam etiam hoc casu non abdicavit, sed potius noluit procedere ut Judex Ordinarius, quod potuit facere, *ut in l. sed & si servum*, §. *fin. cum lege seq. ff. de arbitris*; ita respondit Joannes de Lignano de censura Ecclesiastica, quem sequitur Felinus *in c. cum ex officio*, *de præscriptionibus*, *&c.*

Cui doctrinæ consonans est & alia quam retuli-
17 mus † sup. hoc *cap.* 5. *n.* 5. quòd Ordinarius non potest subjicere Clericum renitentem, & sic invitum alteri Judici ex Narbona, Piasequio, & aliis per istos relatis.

Igitur cùm Ordinarius de jure communi non
18 possit sua sponte & voluntariè † à se abdicare jurisdictionem, & ejus exercitium, nec cognitione causæ se exonerare, nec remittere alteri. Imò noviori jure Trident. juxta declarationes Cardinalium non possit ipse solus à se abdicare jurisdictionem causæ in prima instantia, sed requiratur præcisè quòd concurrat etiam voluntas, & consensus partium (in quorum simul favorem dispositio Trident. in dict. *cap. causæ omnes*, emanavit, prout abundè probavimus hac 2. *part. cap.* 3. §. *unico*) sequitur quòd nec in superiorem fuit per remissionem hujusmodi voluntariam translata jurisdictio, quæ dumtaxat in prima instantia pertinet radicitùs ad Ordinarium, juxta ea quæ copiosè dicta fuere *in dict. cap.* 3. *per totum*, *& in dict.* §. *unico*, ita ut aliis omnibus sit vetita, ut pluries in discursu hujus 2. *part.* nec ab isto fuit evulsa, ut expressè probat *dict. l. Legatus ff. de officio Præsidis*, ibi: *Abdicando se non amittit imperium.*

Igitur si jurisdictionem remissam non amittit
19 inferior Ordinarius † per hujusmodi abdicationem informem & prohibitam, sequitur manifestè, quòd nec in superiorem potuit transferri, juxta text. *in fin. de prohibita feudi alienat.* per Lotharium, ibi: *Feudum non ob hoc amittat*, junctò text. *in cap. Imperialem*, §. *præterea*, *de prohibita feudi alienat.* per Federicum, ibi: *Transacto hoc spatio feudum amittat*, *& feudum ad dominum redeat.*

20 Hæc namque convertuntur, † quoniam quando jus translatum in alium, isti ex aliqua legis prohibitione non quæritur; remanet penes transferentem, *l. cum quis*, §. 1. *ff. de solutionibus*, *l. si qui vi*, §. *differentia*, *ff. de acquirenda poss. ff.* text. capitalis *in l. nec utilem*, *ff. ex quibus causis majores*, quem lutiùs exornant Gomez *in l.* 45. *Tauri*, *n.* 54. Augustinus Barbosa *de jure Ecclesiastic. lib.* 1. *cap.* 39. §. 3. *à n.* 40. *& seqq.* & ita argumentantur Paulus Paris. *in cons.* 114. *à num.* 7. *vol.* 4. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 2. *quæst.* 9. *n.* 20. Garcia *de Beneficiis*, 11. *part. cap.* 4. *nu.* 33. Quæ quidem doctrina genericè in † quacumque materia proce- 21
dere dicunt Doctores ipsi, & Paulus Castrens. *in l. ego*, *numer.* 7. *ff. de negotiis gestis*, ubi Bartolus *num.* 24. *in fin.* Aretin. *num.* 28. *&* 29. Jason. *numer.* 79. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres*, *ff. de verbor. obligationib.* Crema, *singulari.* 113. ubi copiosa additio. Corbulus *de jure emphyteutico*, *tit. de causis privat. ob renuntiationem*, *num.* 6. Cavalcanus *de usufructu mulieri relict. numer.* 67. Mandez *ad l. cùm oporteat*, *nu.* 119. *in fin. Cod. de bonis quæ liberis*, Castillo *de usufructu*, *cap.* 69. *n.* 4. Montier. *decis.* 46. *n.* 7. Marius Giurba, *decis.* 63. *num.* 4.

Quapropter pars, quæ damnum † sentit ex hac 22
ineffacaci & invalida contrariaque dispositione Concilii Trident. remissione; poterit uti recursu ad Regem, ut causa iterum remittatur suo Ordinario, quemadmodum regulariter potest pars (in cujus damnum, & præjudicium Judex quilibet abdicavit à se jurisdictionem minùs rectè) licitè contradicere, & impugnare, cujus contradictione mediante iterùm & ipse Judex potest recuperare, & reassumere † jurisdictionem semel à se minùs 23
legitimè abdicatam: prout copiosè probavimus *in commentariis de Regia protect.* 3. *part. cap.* 18. *à n.* 21. *cum multis seqq.* quò te remitto libenter, quæ hic non repeto.

Hæc tamen nostra resolutio tunc procedit, & locum habebit, † quando (prout semper suppo- 24
suimus) ipse Judex Ordinarius voluntariè & sua sponte hanc remissionem fecerit, & se exoneraverit à causæ cognitione coram eo propositæ in prima instantia proprio motu & nemine ritè instante. At si suspicio à parte allegatur, & ea deducta Judex illam † confiteatur esse veram, valebit talis con- 25
fessio Judici respondere, licet, quando pars ipsa recusans petit Judicem declarare super veritate causæ recusationis propositæ, ex glossa *fin. in cap. novit. de appellation.* nisi inter judicem & partem opponentem causam suspensionis detegatur aliqua collusio, † quæ conjecturis, seu probationibus 26
pateat, ex iis quæ congerit Menochius *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 26. *per totam*, maximè *n.* 4. hanc limitationem, & declarationem ad nostram principalem resolutionem annotavit expressè Ripoll. *variar. resol. cap.* 2. *de recusatione*, *à n.* 11. ex qua deducitur, quòd mediante recusatione proposita, & probata per confessionem Judicis Ordinarii, poterit legitimè, & ex juris dispositione causam remittere ad Superiorem in prima instantia per hunc cognoscendam ex Juribus & Doctoribus adductis hoc *cap.* 5. §. 1. *à princip.*

Quibus sic suppositis non obstant in contrarium adducta, non primum de effectibus abdicatæ jurisdictionis, quos omnes in argumento de lucro pleno ore fatemur; negamus tamen, quòd illam possit facere Ordinarius sua sponte, & justa causa (quæ aliàs de jure ab aliquo ex litigatoribus posset proponi) deficiente, & non accedente.

Nec obstat secundum, quod pariter fatemur, Concil. Trident. non fuit abusus legitimos modos † 27
à jure aliàs inductos recedendi ab Ordinario in prima instantia: negamus tamen consequens, quòd ista remissio voluntaria facta per Ordinarium

sit

sit modus legitimus, & approbatus à jure, cùm imò tali remissioni & abdicationi in prima instantia jus ipsum resistat, ut probat *dict. l. Legatus, ff. de officio Præsid.* & Doctorum communis observantia in ejus exornationem superiùs laudata, & amplexa.

Nec obstant exemplaria de appellatione, & re-
28 cusatione, quia isti modi * regulariter sunt legitimi, & approbati à jure, per quos tollitur jurisdictio ab Ordinario, ut probavimus *in* §. 1. & §. 2. *hujus cap.* 5. At remissioni voluntariæ ex motu proprio Ordinarii factæ resistit jus in radice, & sua origine, ita ut nullo modo habere posset statum aliquem operandi effectum suspensivum, quantò magis abdicativum jurisdictionis ab Ordinario, se sponte exonerante à cognitione causæ; imò potiùs cum non fiat legitimo modo, hoc est
29 de consensu partium, nec adquisita fuit * jurisdictio Judici superiori, nec per consequens abdicata fuit ab Ordinario, illam transferre volente; sed apud eundem semper remansit, quo quidem verificatur in totum dispositio Concilii Tridentini supponentis habilitatem, & capacitatem in Ordinario ad cognoscendum de causa in prima instantia, sibi reservata.

Veluti & de ipsa appellatione, & recusatione
30 (à quibus * in argumento comparatio sumitur de effectu abdicativo jurisdictionis ad remissionem hujusmodi) pariter dicendum erit, nam si ipsæ proponantur in casu à jure prohibito, & non admisso, clarè patet, quòd nec operabunt effectum abdicativum ab Ordinario, nec cessabit Concilii dispositio, sicuti contingit in hac specie remissionis voluntariæ in prima instantia (de qua loquimur) quæ cùm fiat in casu prohibito, similiter eidem denegatur effectus abdicativus. Et hinc retorquetur argumentum, ut imò ab eo, & ab æquiparatione horum casuum iis terminis retentis confirmationem sumamus nostræ resolutioni. Ut secus sit
31 quando in utriusque casibus legitimè * permissivè fiat tam recusatio, quàm remissio juxta superiùs dicta, nam tunc utraque operabit abdicationem ab inferiore Ordinario, devolvens & transfundens jurisdictionem in superiorem, & cessabit Tridentini dispositio, cùm in Ordinario carente jurisdictione, vel aliter sublata verificari non potest. Ex quibus quidem solutionibus facilè deduces, satisfactionem juridicam aliis doctrinis ultimo loco consideratis pro contraria parte, quæ omnes ad idem tendunt ad quod priores, qua pariter evincuntur, & eodem modo absolvuntur.

CAPUT VI.

Protectio Sacri Concilii Tridentini à Rege penitùs deneganda his in casibus ab eodem Concilio specialiter exceptis, ubi etiam quales isti sint.

Præsertim circa formam subscriptionis propria manu Sanctissimi, & de ejus speciali natura, & efficacia. Et an ejus omissio commissionem, & inde sequuta, cunctaque derivativa vitiet.

SUMMARIUM.

1 *Regula universalis cap. causæ omnes, nonnullis modis limitata in eodem reperitur, ex quibus licitè percutitur prima instantia Ordinarii, & cessat Regis protectio.*

2 *Lis si coram Ordinario non finiatur infra biennium, liberè potest pars Superiorem adire, qui avocat, & inhibet Ordinario.*

3 *Superior aditus ob negligentiam Ordinarii non terminantis causam infra biennium, causam assumit eodem statu, non aliam incipit de novo.*

4 *Instantiam jure Canonico perire non deducitur ex cap. causæ omnes.*

5 *Professionis causam nullitatis intra biennium terminandam declaravit S. Congregatio.*

6 *Commissio potest impetrari alteri ob negligentiam Ordinarii non terminantis infra biennium, dummodo antea de ejus negligentia doceatur.*

Si ob gravitatem causæ, aut ob cavillationes, & subterfugia partium, non ex culpa Ordinarii lis dilata fuit ultra biennium, ab eo nequit causa avocari, ib.

Declaratio Sanct. Congregat. quòd si per Judicem non stetit, partes Superiorem adire nequeant in prima instantia, refertur, ib.

7 *Termini assignati ad causam terminandam cursus non officit Judici ulteriùs prosequenti, si ob subterfugia partium labatur.*

A Judice tamen erit probandum, non sua culpa lapsum termini contigisse, ib.

8 *Negligentia Judicis in lapsu biennii ut appareat, tenetur pars pluriès protestari coram eo, ut causam terminet.*

9 *Avocatio causæ ab Ordinario ob negligentiam suam fieri nequit, nisi priùs de ea doceatur, & prius debet requiri.*

Nuntii, & Legati non possunt se intromittere in causis coram Ordinario pendentibus, nisi constet de negligentiâ ejusdem, ex Trident. ib.

10 *Requisitio, & protestatio coram antecessore Judicis pro expeditione causæ, an constituat successorem in negligentia remissivè.*

11 *Transacto biennio etiam ob negligentiam Judicis potest ferre sententiam, re tamen integrâ, ante recursum ad Superiorem.*

12 *Avocatio, aut inhibitio nequit fieri per Superiorem, nec appellationis receptio in prima instantia, nisi à diffinitiva, vel diffinitivæ vim habentibus, &c.*

13 *Causæ quæ de jure per Sedem Apostolicam sunt tractandæ non percutiunt primam instantiam Ordinarii, nec habet locum recursus protectionis Regiæ.*

Et quales hæ sint causæ, ib. remissivè.

14 *& seqq. Quarta exceptio Concilii (& frequentior, maximaque reverentia per Senatum amplexa) vergit circa subscriptionem propriæ manus Sanctissimi requisitam in commissionibus avocatoriis in prima instantia.*

15 *Sedes Apostolica est fons & origo totius jurisdictionis spiritualis, & Ecclesiasticæ, & concurrit cum Ordinariis, & avocat ad libitum causas ab illis in prima instantia.*

Avocatio ab Ordinario sine urgenti causa magnum effert detrimentum litigantibus, & vergit in dedecus inferioris, ib.

16 *Novam formam induxit Tridentin. duo specialia continentem contra stylum Romanæ Curiæ, ne facilè cum tanto partium, & Ordinarii dispendio, ex partium, aut Curialium suggestionibus causæ avocarentur in prima instantia.*

17 *Primam, ut nisi ex urgenti, rationabilique causa reservata judicio, & arbitrio solius Papæ, com-*

missiones avocatoriæ in prima instantia non expediantur, ibid.

Forma, cum hoc sit Principis personalissima, ab ejus persona non receditur, ibid.

18 *Secundùm contentum in forma Concilii est subscriptio propria manu Sanctissimi, ita ut non sufficiat per signaturam gratiæ, aut justitiæ his commissiones in prima instantia expediri.*

In signatura gratiæ, & signatura justitiæ potentissimis Tribunalibus, quæ causæ expediantur, ibid.

19 *Forma nova, & irregularis contra stylum fuit inducta Tridentino in commissionibus avocatoriis in prima instantia expediendis, nempè subscriptio propria manu Sanctissimi.*

20 *Commissiones avocatoriæ, non nisi ex urgenti rationabilique causa arbitrio Papæ reservata validè expediuntur.*

21 *Subscriptionem propriæ manus Sanctissimi in commissionibus à Tridentin. requisitam esse formam, expressè dixit Motus proprius Gregorii XIII.*

Forma dicitur ad actum quando eam sic lex vocat, ibid.

22 *Subscriptionem propriæ manus cum noviter appetat Tridentin. in commissionibus primæ instantiæ ultra jus commune, formam substantialem inducere intelligitur.*

23 *Lex quando aliquid de novo disponit cum certis modificationibus, censetur formam inducere.*

24 *Statutum providens aliter, quàm jus commune cum certis modificationibus quidquid in eo exprimitur habetur pro forma.*

Quando lex introducit novum aliquem probandi modum cum certis qualitatibus, & modificationibus formam inducere censetur, ib.

25 *Subscriptio petita à jure est forma, ita ut aliter actus sine ea fidem nullum faciat.*

26 *Manu propria, voce, aut persona qui aliquid facere tenetur, nequit illud per alium explicare.*

27 *Subscriptio manu propria à jure in actu requisita nequit per æquipollens, aut actum ficum, sed verum fieri.*

28 *Subscriptio manu propria Sanctissimi requiritur pro forma ex Trident. in commissionibus primæ instantiæ.*

29 *Subscriptio manu propria ubi requiritur, an sufficiat scriptio manu propria.*

30 *Subscriptio ubi requiritur ad evitandum præjudicium tertii, & ad ejus favorem, non sufficit scriptio propria manu.*

31 *Constitutio Justiniani 151. adducitur in concordantia, cap. causæ omnes 20. sess. 24. de reformatione.*

32 *Defectus formæ subscriptionis propriæ manus vitiat commissionem in prima instantia.*

33 *Nec hæc forma potest per æquipollens adimpleri.*

34 *Subscriptionis formam dum postulavit Trident. non consideravit effectum, sed damnum & inconveniens in principio existens avocationis in prima instantia.*

Forma continet solemnitatem, ib.

Solemnitas requisita à lege forma dicitur, ib.

Formæ nihil addi vel detrahi potest, ib.

Subscriptionis defectus vitiat ipso jure non tantùm commissionem, sed & cuncta inde derivativa, ibid.

Commissio subscripta postmodum ex aliquo accidenti resoluta vitiat inde processum, ib.

35 *In avocationis urgenti causa reservata arbitrio Papæ ab alio nequit examinari, nec se intromittere.*

36 *Actus personalissimus requisitus pro forma à jure nequit per alium fieri, quatumvis habentem vices, & authoritatem Sedis Apostolicæ, ut in Legato de latere.*

37 *Personalitatem si denotet natura verbi in dispositione positi non egreditur personam.*

38 *Nomen proprium non est alteri communicabile.*

39 *Subscriptionem propriæ manus Sanctissimi esse actum respicientem personalitatem, in qua verus scribendi actus attenditur, non repræsentativus.*

40 *Papa quando organo vocis suæ loquitur, tanquam prima persona loqui videtur, quia per se scribere, & loqui sunt actus personalitatem denotantes.*

41 *Manu propriâ quando subscribit Papa supplicationem, ideò nomen suum proprium apponit, quia actum privati hominis, & industriam personalem denotantem facit.*

42 *Rex Catholicus acerrimus Tridentini protector non patitur litteras contra formam inseparabilem à persona Papæ expeditas in prima instantia exequi, sed vel retinet, vel tradit parti, ut illis coram Ordinario utatur juxta distinctionem, ibid.*

43 *Commissiones contra formam Tridentin. non ita facilè in Romana Curia expediuntur propter hunc protectionis recursum, & Monarchiam utriusque Siciliæ.*

44 *Subscriptio propria manu Sanctissimi an sit necessaria præcisè in commissionibus ad partes missis, an sufficiat apponenda in supplicatione, qua petitur commissio.*

45 *Declarationes Sanct. Congregationis recensentur, ut subscriptio Papæ sufficiat in supplicatione, & satisfieri formæ Trident. etsi in commissionibus missis non apponatur.*

46 *Subscriptio non apposita in commissionibus delatis ad Senatum, quomodo fit in eo probanda, ut satisfactum dicatur formæ Tridentin. remissivè.*

47 *Senatus an admittat subscriptionis probationem per supplicationis subscriptæ ostensionem juxta assertas aliquot declarationes.*

IN Sacro Concilio Trident. *sess. 24. de reformatione, cap. 20.* post regulam universalem, * nempè, *causas ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint in prima instantia; coram Ordinario locorum dumtaxat cognoscantur.* Nonnullæ providè exceptiones scriptæ reperiuntur (quas omnes & singulas in cap. præsenti accuratè prosequemur) quibus regula universalis præcedens omnino limitatur, in quibus per consequens indubiè cessare Regis protectionem certissimum est, veluti hujus Supremi Senatus notissima praxis observat. 1

Primam igitur limitationem * ad principium ejusdem decreti ita legimus: *Atque omnino saltim infra biennium à die motæ litis terminentur. Alioquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illarum, Judices Superiores aliàs tamen competentes adire: qui causam in eo statu, quo fuerit, assumant, & quamprimùm terminari curent, nec antea aliis committantur, nec avocentur.* 2

Cujus decreti fundamentalem rationem, si quærimus, apertè reperiemus apud Innocentium III. Pontificem *de miseria conditionis humanæ, lib. 2. cap. 5.*

cap. 5. in illis verbis : *Sæpè juſtitiam tantùm differtis, quòd litigantibus plus, quàm totum auferris : quia major eſt ſumptus expenſæ, quàm fructus ſententiæ.*

Si itaque cauſæ quæ coram Ordinariis ventilantur, infra biennium à die motæ litis numerandum
3 terminare * non procurent, tunc in pœnam negligentiæ commiſſæ, eis omiſſis, ſuperior adiri rectè poterit, atque favorem inductum à decreto Tridentin. amittunt, non ut Superior incipiat denuò alium proceſſum ; ſed in eodem ſtatu aſſumptum proſequatur : ex hoc tamen decreto nullatenus deduci poteſt (prout contrarium aliqui putarunt)
4 inſtantiam * jure Canonico perire ; prout abundè diximus, & nervosè probavimus *in tractatu de Regia protect.* 4. *cap.* 2. *à n.* 63. *cum ſeqq. & à nu.* 15. quibus adde noviter Narbonam *in l.* 59. *gloſſ.* 1. *à n.* 73. *lib.* 2. *tit.* 4. *tom.* 3. *Recopil.*

Hanc Tridentini principalem limitationem, de qua *n.* 2. exornant Narbona ubi proximè *à n.* 71. *& ſeqq. & à n.* 86. *& à n.* 100. Auguſtinus Barboſa *de poteſtate Epiſcop. tom.* 2. *allegation.* 81. *n.* 8. & 9. Almendarez *in addit. ad Recopilat. leg. Navarræ, tit.* 18. *lib.* 7. *de Religion. in declarat. n* 40. *lib.* 2. Novarius *in novi juris Pontific. pract. concl. cap. de cauſis primæ inſtantiæ, concluſ.* 2. *aliàs* 55. *n.* 21. Riccius *in deciſ. Curiæ Archiepiſcopalis,* 4. *deciſ.* 273. *n.* 5. & 6.

5 Qui omnes (dempto Narbona) id * extendunt etiam ad cauſam nullitatis profeſſionis, quam adhuc infra bienni terminum ab Ordinario eſſe expediendam. Sicque deciſum fuiſſe per ſacram Illuſtriſſimorum Cardinalium Congregationem, affirmat Almendarez loco modò citato.

Pro qua limitatione illud erit notandum, quòd
6 ſi infrà * illum terminum cauſa non expediatur ; poteſt impetrari avocatoria, ad cujus tamen conceſſionem opus eſt, ut antea conſtet de negligentia Judicis Ordinarii, ita ut per hunc, non alium ſtet, nolle, vel non curare cauſam infra biennium aſſignatum expeditam fore, ita quod ex ſua cauſa, & opera defectus & culpa appareat. Etenim ſi ex ipſius Ordinarii partè ſteterit, quominus intra aſſignatum tempus à Concilio cauſa deſierit terminari, ſed ob cauſæ gravitatem, aut qualitatem, aut partium cavillationes & ſubterfugia fuerit dilata ; minimè amittit primam inſtantiam, & favorem Concilii Trident. ex univerſali regula inductum, ut probat Marqueſanus *de commiſſionibus, part.* 2. §. 4. *nu.* 54. Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſt. cap.* 1. *nu.n.* 72. *part.* 2. Riccius *in practica Aurea reſolut.* 334. *à princip. & in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapolitan. deciſ.* 153. *part.* 4. qui duo teſtantur, ita fuiſſe deciſum à Sancta Congregatione Cardinalium, quos ſequuntur Barboſa *in paſtorali, tom.* 2. *allegat.* 81. *ſub num.* 9. Novarius *in novi juris Pontific. pract. concluſ.* 1. *de cauſis primæ inſtantiæ, concluſ.* 2. *aliàs* 55. *nu.* 3. & 4. & nemine horum citato, idem benè probat Narbona *in l.* 59. *gloſ.* 1. *numer.* 95. *tit.* 4. *tom.* 3. *lib.* 2. *Recopilat.* qui tamen ex Marſilla, & Joan. Galemat. refert ad litteram declarationem Cardinalium in hæc : *Congregatio cenſuit, ſi per Judicem non ſteterit, partes alios Superiores adire non poſſe.*

Et comprobatur, nam ubicumque in jure ca-
7 vetur, cauſam, * intra certum tempus teminandam eſſe, ſi litigantes illam per ſubterfugium diſtulerint, non obſtante temporis curſu, licitum erit eidem Judici cauſam proſequi, & ſententiam proferre, ut quamplurimis Doctoribus citatis, probat Jaſſon, *in l. properandum, num.* 2. & 27. *C. de judiciis.* Maranta *de ordine judic.* 5. *part. à n.* 3. Rolandus à Valle, qui de communi teſtatur *conſil.* 82. *lib.* 4. Tiraquellus *de retractu, tit.* 1. §. 12. *in gloſſ.* 2. *à n.* 10. & per totam Antonius Sola. *in conſtitution. Sabaud. tit. de judic. decret. cauſar. gloſſ.* 3. *num.* 5. Scaccia *de appellationibus, quæſt.* 15. *num.* 61. *num.* 316. Anguianus *de leg. lib.* 3. *controverſ.* 17. *n.* 42. Narbona ubi proximè *à nu.* 95. qui omnes fundantur in argumento text. *in cap. venerabilis* 20. *de Judiciis*, juncta Gloſſa ibi verbo, *non obſtante*, Abb. *n.* 9. Berojus *num.* 12. & 19. text. *in cap. cum venerabilis, de exceptionibus*, notabilis Gloſſa *in l. intra utile, verb. Egreſſi ætatem, ff. de minoribus, quinquennium, ff. de adulteriis, l. ſi cum ipſe, ff. de excuſat. tutorum, l. fin. ad finem, C. de adulteriis*, & Narbona ibidem *nu.* 97. *& ſeqq.* latiùs comprobat ; ab ipſo Judice eſſe probandum lapſum termini non ſua culpa, & negligentia fuiſſe tranſactum.

Erit tamen animadvertendum, quòd ad hoc ut negligentia Ordinarii detegatur, tenetur pars non ſemel, * ſed pluries proteſtari apud eundem 8
Ordinarium, ut cauſam terminet, neque labi patiatur biennium Concilii ſecundùm Alexand. *conſil.* 64. *lib.* 1. *& conſil.* 64. *lib.* 6. Felinum *in cap. licet. cauſam de probationibus*, Capicium *deciſ.* 11. *ad fin.* Afflictis *deciſ.* 5. Craveta *conſil.* 270. *nu.* 5. Antonius Gravatius *in annotationibus ad cap.* 5. *lib.* 3. *praxis Octaviani Veſtrii, verb. Dummodo, nu.* 7. *ubi nu.* 88. refert Gomezius *in regula de annal. poſſeſſ.* 76. Narbona *in l.* 59. *gloſſa* 1. *num.* 100. *lib.* 2. *tit.* 4. *tom.* 3. *Recopilation.* Pedemontan. *deciſ.* 12. *num.* 6. ubi de communi teſtatur Grammaticus *voto* 31. *num.* 3. Riccius *in practica Aurea, reſolut.* 334. *num.* 1. *& in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapolit. deciſ.* 120. *part.* 4. Barboſa *in tractatu de poteſtate Epiſcop. tom.* 2. *allegat.* 81. *nu.* 9. *ad finem* Novarius *in novi juris Pontific. practic. reſolut. cap. de cauſis primæ inſtantiæ, concluſ.* 2. *aliàs* 55. *n.* 4. *in fin. fol.* 144.

Pro quibus omnibus notanda erunt quæ Scaccia *de appellation. quæſt.* 15. *à nu.* 278. *& num.* 281. in hæc : *Sub* * *declara tertiò, ut iſta avocatio fieri* 9
non debeat, niſi præcedente negligentia Ordinarii, & ideò debet Ordinarius fuiſſe priùs requiſitus pro expeditione cauſæ, ut poſt Marcheſanum retuli, & ſequutus ſum infrà quæſt. 17. *in ampliatione, num.* 55. *ampliat.* 16. *& quod requiritur negligentia Epiſcopi ; aliàs Nuntii, & Legati non poſſint ſe intromittere, diſponit idem Concilium Trident. quod ad hoc citavi etiam ſuprà lib.* 1. *cap.* 66. *ſub num.* 12. *ubi videas, quia multa ſcripſi de advocatione cauſarum propter negligentiam Judicum, & an requiſitio facta coram anteceſſore pro expeditione cauſæ conſtituat ſucceſſorem* * *in negligentia, vide* 10
Marcheſan. eodem cap. 6. *num.* 79. *verſ. finem, fol.* 78. *& quomodo debeat fieri requiſitio, & quoties, vide infrà dict. quæſt.* 17. *ampliat.* 16. *nu.* 50. *& ſeq. & an debeat fieri in actis, vide ſuprà hac eadem quæſt. ſub num.* 181. *verſ. Imò, quod ſiſtat, art.* 9. *&c.*

Comprobatur ; nam ubi permittitur aditus ad ſecundum Judicem ob negligentiam primi, ille adiri non poteſt, niſi priùs conſtet de negligentia iſtius, ut per Rotam apud Cardinal. Blancheti in Urbitanenſ. Parochialis 1588. *& in alia deciſione coram Gipſio in Areminenſ. Canonicatus* 29. *Octobris* 1593. Obſervat Gratianus *in diſceptat. forenſ. cap.* 91. *n.* 31.

Tranſacto tamen biennio, etiam ob negligentiam Ordinarii * poterit nihilominus Judex ipſe 11

sententiam proferte, re adhuc integra hoc est, antea quàm pars gravata utatur hoc permisso remedio, ut ad superiorem liberè confugere queat, ut post plures Doctores benè comprobat, & ponderat ex eisdem Trid. verbis Narbona ubi proximè *num.* 101.

Secunda exceptio prædicta universalis regulæ
12 Concilii apparet ex ejus * verbis, ibi. *Nec antea aliis committantur, nec avocentur, nec appellationes ab eisdem interpositæ per Superiores quoscumque recipiantur, eorumve commissio, aut inhibitio fiat, nisi à diffinitiva, vel à diffinitivæ vim habente, & cujus gravamen per appellationem à diffinitiva reparari nequeat*, in cujus comprobationem vide quæ latiùs deduximus hac 2. *part. cap.* 5. §. 2. *à n.* 1. *& seqq.* quia ampliùs non repeto.

Quantùm autem ad articulum avocationis in prima instantia, quæ in hac Concilii parte annuntiatur, altiùs tractatur infrà *à n.* 3. *cum seqq. & in* §. *unico*, *Et in cæteris capitibus seq. hujus* 2. *part.*

Tertia exceptio legitur in eodem Tridentin.
13 decreto * consequutivè, ibi: *Ab his excipiantur causæ, quæ juxta Canonicas sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ*, exornat, licèt obiter Barbosa *in pastorali. tom.* 2. *allegat.* 81. *num.* 10. Garcia *de beneficiis* 6. *part. cap.* 3. *à num.* 6. Piasequius *in praxi Episcop.* 2. *p. cap.* 4. *de persona Judicis*, *n.* 3. Novar. *in novi juris Pontific. practic. conclus. de causis primæ instantiæ*, *concluſ.* 1. *aliàs* 54. *n.* 7. Leo *in Thesauro fori Ecclesiastic. cap.* 1. *n.* 73. Narbona *in l.* 59. *glos.* 1. *n.* 43. & 44. *& à num.* 188. apud quem videbis aliquas ex his causis, quæ apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ de jure, sed latiùs Barbosa *allegat.* 50. *n.* 31. *& seq.* ad quos te remitto.

14 Quarta exceptio (quæ frequenter accidit * in hoc Supremo Senatu, & quæ maximâ reverentiâ practicatur, & attentè inspicitur) habetur in eodem decreto Concilii, ibi: *Vel quas ex urgenti rationabilique causa judicaverit Summus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ Sanctitatis suæ manu propriâ subscribendum, committere, aut avocare.*

Licèt enim Sedes Apostolica sit fons & origo
15 totius jurisdictionis spiritualis, & Ecclesiasticæ, * Summusque Pontifex Dominus sit universalis, ita ut cum omnibus totius Orbis Ordinariis concurrat, possitque omnes causas sive in prima, sive in alia quavis instantia pendentes ad libitum suæ voluntatis ab illis avocare, ut notissimum est, & copiosè de hac Papæ Regaliâ tractavimus, & deduximus infra hac 2. *part. cap.* 31. *à n.* 86. *cum seq.* tamen, dignatus est Summus ipse Ecclesiæ Pastor, urgentissimis de causis motus ex dicto decreto providere de remedio, ne cum tanto dispendio partes extra suas provincias, & Regna litigare cogantur, nec extrahantur, atque ne frustretur Ordinariorum jurisdictio, ut latiùs consideravimus hac 2. *p. cap.* 3. *per totum*, sicuti & de jure præ oculis semper habuere Principes, cùm ad hujusmodi avocationem ab Ordinario nec soleant, nec debeant ipsi Principes facilè moveri, nisi ex magna, & urgenti causa, atque necessitate interveniente: affert quippè Reipublicæ ingens detrimentum, & subditis litigantibus intolerabile præjudicium ac dispendium, vergitque in contumeliam Judicis inferioris, ut post plurimos Doctores dilucidè observavimus *in dicto cap.* 31. *à n.* 87. *cum seq.*

Ideò novam formam ultra jus commune, &
16 Curialem stylum * præfatum decretum Trident. induxit, ne facilè ex negotiatione & suggestione litigantium, atque Curialium causæ avocentur ab Ordinariis in maximum eorum jurisdictionis, & partium dispendium, & notabile præjudicium; ideoque ultra stylum Romanæ Curiæ, usque tunc usitatum, duo specialissima sunt hoc decreto Tridentini noviter pro forma, & commissionis validitate introducta: alterum quod nisi ex urgenti
17 rationabilique * causa, quam suo dumtaxat judicio, & arbitrio, & non alterius specialiter reservavit Ecclesiæ Princeps, ibi: *Vel quas ex urgenti rationabilique causa, judicaverit Summus Romanus Pontifex*, &c. Quare cùm judicium causæ, an sit legitima ad effectum avocationis expediendæ in arbitrium Papæ sit positum: illius non egreditur personam, estque forma personalissima, quæ à Principis persona nullatenus recedere potest, text. cum materia & ibi communiter Doctores *in l. si quis arbitratu; ff. de verb. obligationibus*, *l. C. de contrahenda emption. l. si merces in princip. ff. de locato & conducto*, exornant Cardinal. Mantica *de contractibus*, *lib.* 2. *tit.* 2. *à n.* 24. *& seqq.* Et inferiùs ulterius comprobabitur personalitas hæc in subscriptione, per alium ultrà ipsummet Pontificem non facienda, nec admittenda, ex defectu formæ solemnis requisitæ ad probationem avocationis.

Secunda specialitas continetur ibidem: *Per speciale rescriptum * signaturæ Sanctitatis suæ, manu* 18
propria subscribendum, committat; ita ut non sufficiat signatura gratiæ, aut justitiæ, ut solitum est expediri, signatura enim gratiæ, & signatura justitiæ duo sunt potissima Tribunalia Papæ: unum, id est signatura gratiæ, ubi ipsemet Pontifex Maximus præsidet, in quo proponuntur ut plurimum res, & negotia gratiam concernentia: & alterum, hoc est signatura justitiæ, ubi non ipse Papa, sed unus Cardinalis tanquam Præfectus præsidet, & in illo expediuntur commissiones, & rescripta justitiam concernentia, ut per Staphileum *in tractat. de signatura justitiæ*, & Gomezium *in compendio utriusque signaturæ*, quod collocavit *sub regula de non judicando juxta formam supplicationis*, *post quæst.* 15. Et ideò appellatur signatura gratiæ, & signatura justitiæ, quia ibidem signantur, id est, subscribuntur rescripta gratiæ, & justitiæ, ut palam est, & scripsit Rebuffus *in praxi tit. de signatura gratiæ*, *n.* 11. 12. & 17. Gonzalez *in reg.* 8. *Cancell. glossa* 60. *n.* 54.

Quare in his commissionibus avocatoriis in
19 prima instantia quædam * irregularis & nova forma inducta fuit, & ultra communem stylum introducta ex noviori dispositione Tridentin. ut non sufficiat per ipsa Tribunalia expediri, sed insuper ut commissio ipsa manu propria Sanctissimi subscribatur, ut ex eodem decreto Trident. notant. Nicolaus Garcia *de beneficiis*, 6. *part. cap.* 3. *à n.* 6. Piasequius *in praxi Episcopali* 2. *part. cap.* 4. *n.* 3. *in princip.* Leo *in Thesauro fori Ecclesiast. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 73. Riccius *in praxi Archiepiscopali Neapolitan.* 4. *part. decis.* 273. *num.* 7. Barbosa *in tractatu de potestate Episcopali*, *tom.* 2. *allegation.* 81. *num.* 10. Flores de Mena *practicarum quæst. lib.* 1. *quæstione* 12. *num.* 11. Novarius *in novi juris Pontific. practic. concluſio. cap. de causis primæ instantiæ*, *concluſ.* 1. *aliàs* 54 *num.* 7. *fol.* 141. Narbona (nullum ex his allegans) *in l.* 59. *à numer.* 195. *&* 204. *tit.* 4. *lib.* 2. *tom.* 3. *Recopilat.* dicentes * has commissiones, nisi ex urgenti 20
rationabilique causa Papæ arbitrio & judicio reservata, fuerint subscriptæ, non valere, nec esse admittendas.

Et quod subscriptio propriæ manus Sanctissimi requisita

21 requisita † à Tridentin. *in dict. cap. causæ omnes*, si forma, expressè dixit Gregorius XIII. in sua Bulla superiùs adducta *in cap.* 3. *à n.* 11. *hac* 2. *part.* propè principium, ibi: *Decretis hujusmodi Concilii non contraveniri, nihilque præjudicii illis inferri, vel eorum formam in aliquo violari*, &c. Et forma dicitur, quando lex sic eam vocat, Petrus Surdus *cons.* 282. *à n.* 8. & post Ruinum, & Brunum firmat Beccius *in consil.* 12. *n.* 27.

Nam cùm hoc decretum requisita hæc appetat
22 ultra † jus commune pro solemnitate, substantialem formam indubitè censetur, post alios Rolandus à Valle *cons.* 72. *n.* 61. *lib.* 3. Virginius Vecacius *in constitutionibus Marchiæ, gloss.* 6. *numer.* 163. & 165. Augustin. Barbosa *axiom.* 490. *sub numero* 2.

Et quia, quando lex aliquid inducit de novo
23 cùm certis † modificationibus, quidquid in ea exprimitur, censetur datum pro forma; Ancharranus *consil.* 341. *nu.* 6. *in fine*, Decius *cons.* 612. *num.* 2. & dixit singulariter Alexander *cons.* 82. *nu.* 3. *lib.* 1. Mieres *de majoratu* 4. *part. quæstion.* 20. *nu.* 197. alios citat Castillo *controversiar. tom.* 6. *capitul.* 99. *num.* 10. Glossa recepta *in Clementina* 1. *verbo*, *Inhabentes*, *de jure patronatus*, cujus authoritate ita iterum tenuit Ancharranus *in consil.* 31. *visa quadam petitione*, Paulus Castrens. *in consil.* 184. *numer.* 2. *vol.* 1. optimè Felinus *in cap. cùm delicta*, *n.* 6. *versic. Nonum signum*, *de rescriptis*, Decius *consil.* 262. *num.* 4. & *consil.* 612. *num.* 2. Ignatius del Villar. *in Sylva responsorum*, *lib.* 1. *respons.* 15. *numer.* 3. dicentes quòd quando lex, vel statutum providet aliter, quàm jus commune cum certis modificationibus, quidquid ibidem exprimitur, habendum esse pro forma.

Quod & in specie procedit, quia quando lex
24 inducit * novum aliquem probandi modum, eò quod in probatione actus aliquam certam qualitatem, aut modificationem adjecit, formam inexcusabilem inducere censetur; ut post Butrium, Tellum Fernandez, Molinam, Puteum, Chaqueranum, & Azevedium observat Castillo *de tertiis*, *cap.* 20. *n.* 25. Mieres *de majoratu* 4. *part. quæst.* 20. *num.* 175.

Hinc est, quod quando subscriptio, vel scriptio
25 manu propria * requiritur à jure, est forma à qua nullatenus recedendum est, ita ut aliter confectum rescriptum nullam fidem faciet, nec valebit, §. 1. *instit. de emption. & vendit.* ibi: *Conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, à contrahentibus autem subscripta*, *text. in l. fin. ff. de operis publicis*, ibi: *Nominis proprii titulo scribendo*, & text. est *in l. jubemus* 16. ibi: *Manu sua*, *C. de erogation. militar. annonæ*, text. optimus *in l. jubemus*, §. *ne autem*, *versicul. Sin verò*, ibi: *Quid enim si testator tulerit eum in certum locum abire, vel liberalibus studiis imbui, vel domum suis manibus extruere, vel pingere, vel uxorem ducere, quæ omnia testatoris voluntas in ipsius filius persona intelligitur inclusisse*, *C. de cadücis tollendis*, *l.* 2. *Cod. de his qui veniam ætatis.*

26 Ex quibus juribus communiter * deducunt Doctores, quòd is qui manu propria, voce, aut persona sua aliquid facere tenetur, non potest id per alium explicare, Matienço *in l. tot.* 4. *glossa* 16. *nu.* 5. *lib.* 5. *Recopil.* & per dictam *l.* 2. ita ponderant Angelus *in l.* 3. *ff. rem ratam haberi* Imola, Hostiens. Joannes Andreas, Antonius & Panormitan. *in cap. cum dilectus de sententia excommunicationis*, Tarquellus *in l.* 16. *connubialibus*, *verb. Consent. n.* 25. & 26. *fol. mihi* 398. ubi quod ab hac forma non recedatur, nec per æquipollens, nec per actum fictum, sed omnino verum fieri debet, ad quod alios allegat.

Et dispositio omnis respiciens personalitatem non verificatur in eo, qui per alium facit actum, si pro forma ab statuto sit ita disposium, Burs. *consil.* 73. *n.* 32. & *num.* 23. Bald. *in l. fin. de excusat. tuto.* Bologner. *in Authent. habita*, *num.* 265. *C. ne fil. pro patre*, Ronchegal. post Imola, & alios *in l.* 5. *numer.* 26. *ff. de duobus reis*; Carrocius *de locato*, 11 *part. tit. de sublocatio. quæst.* 18. *n.* 21. Giurba *dec.* 118. *n.* 30. Qui etiam addunt, quòdubi ad actum † expediendum 27
personæ in utilitatem electa, admittitur substitutus, si ita sit loci, aut regionis consuetudo, non aliter.

Atque ideò subscriptio pro forma apponitur, † 28
juxta *l. emptor.* § *Lucius*, *ff. de pactis*; Aretinus mirabiliter *in l. si ita stipulatus*, Chrysogonus, *n.* 11. *versic. Ad illum*, *ff. de verbor.* Brunus *in tractatu de forma*, *versic. Prædicta procederent*, & alii relati per Ant. Gabrielem, *tit. de præsumptionibus*, *conclus.* 3. *n.* 32. Jason. *in l. cum aut quitas*, §. *fin.* per text. ibi, *C. de testamentis*, *num.* 12. Decius *in l. hæc consultissima*, *num.* 9. *C. eodem tit.* Menochius *de præsumptionibus*, *lib.* 3. *præsumpt.* 66. *numer.* 14. Gonzalez *in Regula* 8. *de alternativis*, *glos.* 60. *num.* 1. & *à num.* 31. & *à num.* 37. Rota per Puteum *decision.* 225. *num.* 2. & 3. *lib.* 1. & facit dicta Regula 8. ibi: *Manu propria subsignata*. Qui Doctores etiam tractant, an ubi requiritur † subscriptio propria manu, sufficiat scriptio sola propria manu, & concludunt sufficere, ex rationibus & fundamentis confideratis ab eodem Gonzalez *in dicta glossa* 60. *à n.* 31. & *seqq.* Prout in casu de quo agimus sufficere, dicendum erat, rescriptum avocationis ab Ordinariis propria manu Sanctissimi scriptum esse, quod impossibilis videtur casus existentia. 29

Licèt etiam hoc casu dato pro † contrario ur- 30
geat, quòd quando subscriptio manu propria requiritur ad evitandum damnum tertii, & ad ejus interesse & præjudicium (ut hoc in casu de quo agimus) non sufficit scriptum propria manu absque ipsa subscriptione; ut ex aliis præfatam limitationem sublimitant citati & sequuti à Gonçal. *d. glossa* 60. *à n.* 39.

Similem text. huic *cap. causæ omnes*, † repe- 31
rio *in Authent. ne decurio*, *aut cohortalis perducatur in jus*, &c. aliàs constitution. Justinian. 151. in hæc verba: *Suggestionibus per Epistolam gloriæ tuæ facta est, quæ dicit, non ex usu esse ut Decuriones, aut cohortales, cum publico privatove, cùm ipsis jure agendum est, ad diversa judicia, vel ad hanc Almam perducantur urbem, vel in alias mittantur provincias. Sæpenumero autem sacras nostras præberi jussiones, quæ id velint, &c. Si tamen necessitas incedat, ut hujusmodi aliquid agatur, nulli nostrorum Magistratuum, excepto Thonorio, concedimus, ut Cohortalem, aut Decurionem ad hanc Almam urbem judicii causa perduci faciat: nisi sacra aliqua intervenat jussio, quæ expressis verbis id præcipiat: quam ipsam convenit ut excellentia tua perficiat, nec extra decretum tuum ipse huc in jus perducatur, cum ita fieri, id expediat publico; ne si ex his locis ubi publicas tractant pecunias, abstrahantur, hanc ansam arripiant nocumentum inferendi contra Rempublicam; quæ igitur vobis placuerunt, & per hanc nostram pragmaticam declarantur formam, ea studeto Excellentia tua effectui & fini tradere*, &c.

Hinc

Hinc est, quòd cùm hæc forma sit substantia-
32 lis rescripti avocatorii † in prima instantia noviter requisita à præfato Decreto 20. Tridentini, ita ut aliter non valeat rescriptum, nec admittatur in præjudicium ordinariæ jurisdictionis, & partium litigantium, nisi sit nempè subscriptum de propria manu Sanctissimi; ab eadem forma recedendum non est, etiam si aliàs legitimè expeditum di-
33 catur rescriptum, † quia forma non potest per æquipolleus adimpleri, Glossa *verb. transponentes in cap. cùm dilecta, de rescriptis.* Tiraquellus *de retract. Lignagier.* §. 11 *gloss.* 28. *nu.* 11. *versic. Hæc, & §.* 35. *gloss.* 2. *n.* 5. *& in tractat. de legibus connubialibus, gloss.* 6. *n.* 26. *& gloss.* 7. *num.* 88.
34 Osascus *decis. Pedemontana* 163. *n.* 3. *cum seqq.* Alderanus Mascardus *de generali statutorum interpret. conclus.* 9. *n.* 62. Barbosa *axiom.* 100. *nu.* 5. maximè quando dispositio non consideravit effectum, † ut hoc Decretum Tridentini, quod respexit dumtaxat inconveniens in principio, & origine avocationis existens. Decius *in cap. de appellationibus, à n.* 5. *& seqq. de appellationibus*, Cephalus *consil.* 35. *n.* 46. *lib.* 1. Menochius *consil.* 131. *n.* 15. Osascus *decis. Pedemont.* 92. *n.* 15. Tuschus *littera L. conclus.* 414. *n.* 38. Barbosa ubi proximè, & ampliat numeris seqq.

Etenim forma continet solemnitatem actus, ut probant Doctores Felinus *in cap. cùm dilecta, num.* 26. *vers. Quoniam, de rescriptis.* Cephalus *consil.* 172. *n.* 11. *tom.* 2. Valençuela Valasquez *consil.* 177. *nu.* 66. *tom.* 2. Jo. Franciscus de Ponte *consil.* 75. *lib.* 1.

Sicuti è converso, quando actus debet fieri cum aliqua legis solemnitate, talis solemnitas formam importat, *l. obligari, §. tutor. ff. de authorit. & consens. tutor. cap. cum dilecta. 22. de rescriptis*; ubi Felinus *nu.* 6. *vers. Tertium signum.* Mexia *ad legem Tolet.* 2. *part. fundamento* 12. *n.* 1. *& seqq.* Beccius *consil.* 12. *n.* 26. Cephalus *consil.* 171. *n.* 11. Valençuela ubi proximè *n.* 38. ubi *à n.* 37. latè prosequitur, quòd aliter actus gestus forma, aut solemnitate omissa, sit nullus ipso jure Castillo *controvers. lib.* 3. *cap.* 149. *nu.* 26. *& seqq.* Gonçalez *gloss.* 18. *n.* 76. *cum seqq.* Escobar. *de ratiociniis, cap.* 11. *nu.* 19. Gratianus *disceptation.* 853. *nu.* 28. *to.* 5. & forum adeò ad unguem servari debet, ut nihil addi, vel detrahi possit absque actus corruptione, *l.* 1. §. *opus novum, ff. de novis operis nunt.* Sebastianus de Medicis *regul.* 7. *ampliat.* 4. *pag.* 289. Novarius *quæst. forensium, lib.* 1. *q.* 71. *n.* 2. *& quæst.* 65. *n.* 15. ubi quod nec in melius aliquid de forma mutari potest.

Aliis etiam mediis subscriptionem commissionis in prima instantia esse formam substantialem, & annullativam ea omissa, probatur hac 2. *part. cap.* 17. *à nu.* 26. *& seqq.* atque omnia inde sequuta, & derivativa pariter esse nulla, abundè constat hac 2. *part. cap.* 26. *à nu.* 35. prout monitoriales, compulsoriales, remissoriales, inhibitiones sicuti procedentes à radice infecta, copiosè hac 2. *part. cap.* 26. *à nu.* 25. *cum multis seqq.* inde etiam deficiente subscriptione in commissione sententia nulla est, infra *cap.* 17. *à n.* 31. item etiam executoriales emanatæ, infra *cap.* 20. *à n.* 73. *& seqq. & per totum caput*, & tandem totus processus gestus à judice ex commissione non subscripta nullitatis vitio subjicitur, infra *cap.* 31. *n.* 4. id ipsum nullitatis vitium etiam operatur, quando commissio subscripta fuit, sed postmodum resoluta ex aliquo accidenti superveniente, ut eius virtute procedere nequeat. Delegatus, absque nova alia pariter subscripta commissione, cùm subscriptio sit qualitas commissionem informans, huic accessoria, quæ simul resolvitur commissione revocata, abundè *cap.* 12. *à numer.* 45. *cum seqq. & per totum cap.* & de aliis plurimis effectibus orti ex defectu hujus formæ subscriptionis passim videbis per discursum totius hujus 2. *part.*

Et cùm hæc avocatio causarum ab Ordinariis non fit facienda † nisi ex urgenti rationabilique 35
causa; cujus cognitionem sibi ipsi reservaverit specialiter Summus ipse Pontifex ex dicto Concilii Decreto; nemo alius in ea se potest intromittere. Afflictis *quæ sunt Regalia, verbo, & committentium, num.* 18. *&* 46. Farinacius *quæst.* 118. §. *num.* 4. Marius Giurba *consil.* 49. *numer.* 6. & multa conducunt, quæ in proposito diximus hoc *tract.* 1. *part. cap.* 14. *per totum*, & maximè *à nu.* 33. *cum seqq.*

Etenim, ut superius diximus *à n.* 16. quando dispositio est personalissima, † quia respicit propriam 36
personam Papæ, non potest actus validè fieri per alium, quantumvis etiam habentem vices, & authoritatem Sedis Apostolicæ, & sub ejus appellatione veniat; prout Legatus à latere, ut per Glossam *in Clement. Auditor, verbo, deputatus, de rescriptis*, sequutam communiter ibidem per Canonistas, & signanter Imola *nu.* 19. & per *cap. si Abbatem, de electione, lib.* 6. determinavit Rota *in causa Caurien. beneficiorum*, 2. *Junii* 1610. *coram D. Penna*, quam ad litteram refert Garcia *de beneficiis*, 5. *part. cap.* 3. *sub. n.* 16. *versic. Sed ab hac decisione*, quia etiam dictum fuit † quod quan- 37
do natura verbi in dispositione apposita denotat personalitatem, non agreditur personam. per *cap.* 6. *gratiosè*, cum ibi notatis, *de rescriptis, lib.* 6. & determinavit Rota *in causa Leodien. beneficii* 3. *Junii* 1608. *coram Domino Ottenbergo*, quæ recensentur in eadem decisione Caurien.

Et quia nomen proprium non est alteri communicabile; * ex *l. Celsus, §. quod alicujus ff. de legat.* 38
2. Alexand. post Bart. *in l. licet Imperator, ff. de legat.* 1. Doctores *in l. in ratione, §. quod vulgo, ff. ad leg. Falcidiam*, & in *leg. si plures, in fin. ff. de Legatis* 3. cum aliis per Tiraquell. *de privileg. piæ causæ*, 26. Peregrinus *de fideicommiss. artic.* 16. *n.* 59. Gratianus *disceptationibus forens. to.* 1. *cap.* 104. *n.* 46. Giurba *decis.* 32. *n.* 12.

Atque insuper in specie hanc personalitatem * in subscriptione Papæ probat eleganter Gome- 39
zius *super regula de non judicando juxta formam supplicationis, in quæst.* 16. *in commendo utriusque signaturæ, versic. Solutio dici potest*, in hæc: *Et quia in supplicatione verus scribendi actus attenditur; quia ut talis verus, & non representativus homo scribit, ideò nomine vero utitur; in Bullis verò quia Papa non scribit, nec manum suam ut ipse apponit; sed per officiales expeditur, in illis officii sui nomen, id est, Papatus ponitur. Pro ista distinctione facit notabile dictum Bonifacii de Vitallinis Rotæ Auditoris in Clementina* 14. *col. num.* 48. *de probationibus, ubi dicit, quod quando Papa organo suæ vocis loquitur, * tanquam pri- 40
ma persona loqui videtur; quia ipse per se scribere, & loqui, sunt actus personalitatem denotantes, &c.* Sequitur & facit paulò post: *Sic igitur dicendum est, * quod quando ipse manu sua supplicationem 41
signat, ideò nomen suum proprium ponit, & privatum, quia manu sua scribendo, actum privati hominis, personalem individuum denotans, facit, propterea bonè nomen impositum personæ suæ convenit. Sed in Bullis, quia ille de persona sua facit, sed representativè; secundùm ea, quæ supra formatæ fiunt, ideo in illis dignitatis nomen apponitur, &c.*

Quæ

quæ quidem doctrina mirabilis est ad propositum, ut videre.

Quare cùm Rex Catholicus acerrimus sit Concilii Tridentini protector. † ut latiùs hac 2. *part.* 42 *cap.* 1. & *seqq.* sæpè diximus; non patitur exequi litteras impetratas in prima instantia contra formam subsistentiæ, & individuam Concilii prædicti; sed Senatus quotidie causam remittit Ordinario, ut pars jus suum moveat coram Ordinario sive retentis litteris, vel simul relaxatis juxta distinctionem juridicam abundè comprobatam, de qua hac 2. *part. cap.* 26. *per totum*, prout praxis communis, & incommutabilis hujus Supremi Consilii Regii, observat, & hoc ipsum etiam in Romana Curia præ oculis habetur, ut contra Concilii Tridentini Decretum, & formam minimè expediantur † hæ litteræ propter hunc recursum vitandum, sicut refertur Marquesanus *in tractat. de commissionibus nullitatis senator.* 2. *part.* §. *n.* 19. 43 *tom.* 3. in hæc: *Et in prima instantia maxime in signatura S. D. N. passim conceditur in Roca, præcipuè in Regno utriusque Siciliæ propter Monarchiam (ut asseritur) tunc autem, quando sumus in prima instantia, & petitur causa in Rota committi, requiritur appositio manus Papæ respectu dispositionis Concilii Trid. sess.* 24. *cap.* 20. *causæ omnes, de reformat. ubi, &c.*

Advertendum tamen est, quòd subscriptio propria manu Sanctissimi † non videtur necessaria 44 apponi in ipsis litteris, & rescriptis avocatoriis in prima instantia, sed sufficit quòd in supplicatione per partem facta suæ Sanctitati apponatur, ut inter alios Leo *in Thesauro fori Ecclesiast.* 1. *part. cap.* 1. *n.* 47. Barbosa *in tract. de potest. Episcop. tom.* 2. *adeg.* 81. *n.* 10. Piasequius *in prax. Episcop.* 2. *part. cap.* 4. *n.* 3. *in princip.* Riccius *in praxi Archiepiscop. Neapol.* 4. *p. decis.* 237. *n.* 7. Nevarius *in novi juris Pontificii pract. concl. de causis primæ instantiæ, concl.* 1. aliàs 54. *n.* 7. *fol.* 141. dum omnes uno hoc modo loquendi utuntur: *Quas Papa arbitrio suo supplicatione manu propria signata exp. è ad se avocaverit*, qui nullo modo loquuntur de subscriptione hac facienda in commissionibus ipsis, sed in supplicatione. Moti tamen ex declarationibus S. Congregat. statim citandis, quibus an sit danda fides dum authenticæ non monstrantur, latiùs examinatur infrà *cap.* 30. §. 5. *per totum.*

Et in terminis (licèt nullum ex his Doctoribus alleget) tenet Narbona *in l.* 59. *glossa* 1. *n.* 204. *l.* 2. *tom.* 3. *Recopil.* ubi has facræ Congregat. 45 Cardinal. declarationes ad litteram refert in hæc: *An causarum avocationes validæ sint, si Brevia Apostolica, † quæ transmittuntur manu propria Pontificis subscripta non sint? Congregatio censuit, esse validas, cùm sufficiat, ipsas supplicationes, super quibus Brevia conficiuntur, manu Pontificis esse signatas.* Et iterum ibi in hæc: *An causarum avocationes commissionesque minus validæ, aut contra Decretum Concilii c.* 20. *sessione.* 24. *judicari debeant, ex eo, quod Brevia Apostolica, quæ ad partes transmittuntur, manu propria Pontificis subscripta non sint, an verò sufficiat, ipsas supplicationes, commissiones, super quibus Brevia conficiuntur manu Papæ signatas, & subscriptas esse? Congregatio censuit, satisfactum esse Decreto, si ipsa supplicatio, & commissio, super qua Breve fabricatur, manu Sanctitatis suæ subscripta sit, &c.* Nota qua super hoc abundè, & justitiæ consideravimus hac 2. *part. cap.* 30. §. 2. *à num.* 5. *usque ad finem.*

Sed supposito quòd Senatui ex ipsa commissione, † & rescripto avocatorio non constat de 46 subscriptione propriæ manus Sanctissimi; quomodo aliter de ea docere debet impetrans, ut evitet remissionem causæ per Senatum Ordinario faciendam, ne Concilii Tridentini dispositio violetur; abundè de hoc aliisque similibus difficultatibus valdè illustrantibus, & enucleantibus materiam subscriptionis (de qua in hoc cap.) tractavimus inferius hac 2. *part. c.* 30. *cum quinque* §§. † quæ omnia hic, & ibi dicta circa supplicationem subscrip 47 tam comprobandam & exhibendam in Senatu, procedunt data authentica fide, & vera ac reali existentia harum duarum declarationum, de quibus *à n* 44. at verò dum Senatus Regius de earum fide dubius est, & non sufficere supplicationis subscriptionem, sed debere eandem omnino intervenire in ipso rescripto contendit; inhærens verbis disertis, & claris Concil. Trident. *in dict. cap. causæ omnes*, ut latiùs scripsimus, & annotavimus infra *cap.* 30. §. 5. *per totum*, idcirco quæ hoc *cap. & dict. cap.* 30. *cum suis*, §§. diximus de supplicatione subscribenda comprobanda, & exhibenda in Senatu, intelligenda sunt de ipsomet rescripto, per cujus scriptionem tantùm satisfit dispositioni Trident. & ad illius subscriptionem erunt cuncta applicanda, & reducenda juxta tenorem, & formam Tridentini.

§. *UNICUS.*

An litteræ annullo Piscatoris munitæ eandem vim habere dicantur, ac si propria manu Sanctissimi fuissent subscriptæ?

SUMMARIUM.

1 *Litteras annulo Piscatoris munitas habere vim subscriptionis propriæ manus Sanctissimi declaravit Gregor. XIII.*

2 & 3. *Verba motus proprii Gregorii XIII. quo disponitur per annullum Piscatoris satisfieri formæ subscriptionis à Trid. petitæ recensentur.*

4 *Commissio de jure communi legitimè probatur per solùm sigillum delegatis.*

Licèt ab alio commissio scripta; & tantùm cum sigillo delegantis probatur, ib.

5 *Sigilli appositio æqualiter probat, ac si commissio fuisset scripta propria manu delegantis.*

6 *Gregoriana constitutio tanquam restrictiva Decreti Conciliaris ultra casum Brevium Cameralium, de quo loquitur, ad alias commissiones, & litteras trahi nequit.*

7 *Motus proprius Gregorii XIII. in Hispania nunquam fuit receptus; imò ab eo humiliter supplicatum ex plurimis rationibus consideratis.*

8 *Commissiones annullo Piscatoris muniendas non committit ipse Papa, sed alii Prælati ad id deputati supplicationes subscribunt.*

9 *Commissiones plurimæ simul jam expeditæ & confectæ ab officialibus asportantur ad Sanctissimum, coram quo cum annulo custoditæ litteræ ipsæ sigillantur.*

10 *Pax vix potest habere notitiam earum, quæ continentur in commissionibus annulo muniendis, tam ob multitudinem earum, quàm continuas, & graves occupationes.*

11 *Sigilli appositio nihil operatur quando apponens non est certus, & conscius de tenore, & contentis in scriptura sigillata.*

12 *Papa cùm nec expedierit, nec notitiam habet de tenore litterarum annulo muniendarum facillimè obviari potest intentioni Trid.*

13 *Subscriptio manu propria Papæ non tollit obstaculum, & suspicionem fraudis.*

14 *Papa multitudine negotiorum impeditus, nec præsumitur, nec potest expeditorum habere memoriam.*

15 *Oblivionem in Papa propter multiplicitatem negotiorum, etiam in expediri solitis præsumi, pluries decidit Rota.*

16 *Senatus non admittit litteras annulo Piscatoris munitas avocatorias in prima instantia, cum ex eo non sit satisfactum formæ, & intentioni Trident.*

17 *De pluribus dubiis, ampliationibus, & limitationibus attingentibus commissiones subscriptas, vel subscribendas propria manu Sanctissimi, remissivè.*

18 *Subscriptio ubi requiritur, & sigillum eandem vim, & probationem parem inducunt, & pari passu ambulant de jure.*

19 *& seqq. Subscriptio, quando requiritur in actu pro forma non suppletur per sigilli appositionem.*

20 *Sigillum, & annulus Piscatoris idem.*

21 *Probatio per instrumentum, & per testes æqualem fidem regulariter facit.*

22 *Scripturam ad probationem actus ubi lex requirit, pro forma, nihil prodest probatio per testes solos.*

23 *Casus requirentes scripturam ad probationem quales, remissivè.*

24 *Litteræ patentes ubi ad probationem specialiter pro forma requiruntur, non sufficiunt Brevia sub annulo Piscatoris clausa, licèt aliàs æqualem vim habeant.*

25 *Subscriptio propriæ manus Sanctissimi specialiter destinata est à Trident. ad commissionis avocatoriæ in prima instantia probationem, quo casu solum sigillum non sufficit.*

26 *Subscriptio propria manu ubi requiritur ad solemnitatem, aut removendam suspicionem non suppletur per sigillum.*

27 *Sigillum non supplet subscriptionem, quæ requiritur pro forma.*

28 *Sigillum benè supplet subscriptionem, quando agitur de probando consensu, non tamen quando ad solemnitatem actus subscriptio requiritur.*

29 *Sigillum supplet defectum subscriptionis, ubi agitur de solo præjudicio sigillantis; non tamen tertii, quia tunc admittitur probatio privilegiata.*

30 *Subscriptio si non requiritur pro forma, suppletur per scriptionem.*

31 *Actus quando requirit causæ cognitionem, simplex sigilli appositio commissionem non probat.*

32 *Concil. Trident. requirit in commissione primæ instantiæ justæ, & urgentis causa examen ultra subscriptionem, quo casu cessat æqualitas inter sigillum & subscriptionem.*

33 *Ponderatur participium (propria) quo utitur Trident. exclusivum manus alienæ.*

34 *Princeps non videns, nec perlegens id quod sigillat, sigillum fidem nullam facit.*

35 *Princeps non censetur confirmare, quod posteà scribitur in papyro albo à se antea sigillato.*

36 *In quo Innocentius sibi contrarius, & communiter reprobatus notatur.*

37 *Annulus Piscatoris non supplet defectum subscriptionis, cùm etiam non probet quando scripturæ tenor ignoranter à Domino sigilli.*

38 & 39. *Subscribens in schedula vacua sibi non præjudicat, eò quòd non videt, nec legit postea scripta.*

40 *Quod procedit, sive in scriptione schedulæ vacuæ, sive in ea sigillanda ex identitate rationis.*

41 *Summus Pontifex tot occupationibus detentus non præsumitur tenorem singularem commissionum, quæ coram se annulo Piscatoris muniuntur, scire.*

42 *De pluribus difficultatibus tangentibus subscriptionem commissionis in prima instantia, à quibus subscriptio fiat, quomodo subscriptio in Senatu probetur, an per exemplum supplicationis subscripæ, an per relationem Judicis Delegati, aut Notarii, & de aliis similibus singularibus remissivè.*

43 *Senatus non admittit litteras avocatorias in prima instantia, nisi propria manu Sanctissimi sint subscriptæ, non autem per æquipollens, cùm firmiter sit servanda forma Trident.*

EX latè deductis in hoc *cap. in* 4. *exceptione, per totum à num.* 14. controverti solet in hoc Supremo Consilio Regio, an Brevia Apostolica annulo Piscatoris munita habeant eandem vim, ac si propria manu Sanctissimi fuissent subscripta, ad effectum avocandi causas ab Ordinariis in prima instantia, ita ut ex eo satisfactum dicatur formæ Decreti Concili Tridentin. † *in dict. cap. causæ omnes*, in quo affirmativè, & expressè declaravit Gregorius XIII. super executione litterarum in forma Brevis, prout ad litteram adducit Paulus à Piasequio *in praxi Episcopal.* 2. *part. cap.* 4. *sub num.* 3. & habetur *inter diversas constitutiones, pag.* 701. *& in Bullario recent. part.* 2. *fol.* 1220. cujus etiam meminit Gonçalez *in regul.* 8. *Cancil. glossa* 52. *ex num.* 36. Garcia *de beneficiis, tom.* 1. *p.* 6. *c.* 3. *à n.* 7. Marchesan. *de commissionib. part.* 2. *cap.* 1. *de commission. appellation. extra Romanam Curiam, & cap.* 6. *n.* 42. *fol.* 73.

Qui motus proprius incipit, *ad Romani Pontificis providentiam;* † & ante medium sic facit; *& exequi per diversas suas in forma Brevis, & sub annulo Piscatoris confectas litteras mandet; &c.* Et paulò post ibi: *Nulla, & invalida, nulliusque roboris, vel momenti esse, nec attendi debere, contendunt sub prætextu, quòd in Decreto Concilii Tridentin. sess.* 24. *cap.* 20. *dispositum fuerit, quòd causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint in prima instantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscantur, exceptis iis, quæ juxta Canonicas sanctiones apud Sedem prædictam sunt tractandæ vel quas ex urgenti rationabilique causa judicaverit Summus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ suæ ejus manu propria subscribendum committere, aut avocare.* Et inferiùs ibi: *Litteræ quoque in forma Brevis annulo Piscatoris, munitæ,* † *non minoris sint efficaciæ, quàm rescripta signaturæ Romani Pontificis ejus manu propria subscripta, &c.* Quæ quidem constitutio benè declarat & expressè etiam hanc æqualitatem inter subscriptionem propria manu Sanctissimi, & munita annulo Piscatoris; ex hoc motu proprio Gregori XIII. annotat, licèt obiter Garcia *de benefic. sub dict. num.* 6.

Quæ & conformis videtur juri communi, ex quo Delegatio seu commissio † rectè probatur per sigillum delegantis, id est, quando delegatio facta est

eſt per aliquam ſcripturam, quæ ſit ſcripta manu alterius, & in ea ſcriptura reperiatur, & eſt affixum ſigillum illius, qui delegare poteſt, nam tunc licèt non appareat, ſcriptam eſſe manu illius, qui habet poteſtatem delegandi; tamen per illum ſolum ſuum ſigillum probatur delegatio. Ita tradit Angelus *in l. conſentaneum*, prope finem, *C. quomodo & quando Judex*, & docuerunt Doctores & Innoc. *in c. quoniam contra de probat.* quos refert & ſequitur Marſil. *in rubr. C. de probat. num.* 323. *verſ. Et ideo Angelus.*

Et ideo appoſitio ſigilli eandem vim habet & æqualiter probat, ac ſi commiſſio fuiſſet ſubſcripta propria manu committentis, ut ad id ipſum obſervavit, & multa congeſſit Marſil. *in dicta rubrica, de probation. n.* 320. *verſ. His expeditis*, quem refert Maſcardus *de probat. concl.* 492. *n.* 2.

Et ita etiam in terminis, in quibus verſamur, movet dubium Marcheſanus *in tract. de commiſſ. avocator. cauſarum, part.* 2. *cap.* 4. *à nu.* 78. *cum ſeqq.* an ſcilicet hodie ſtante Concil. Trident. diſpoſitione *in ſeſſ.* 24. *de reformatione, cap.* 20. appetentis ſubſcriptionem propriæ manus Sanctiſſ. in eodem reſcripto, ſatisfiat per annulum Piſcatoris, in quo dubio ſe inclinat ſufficere; arguens ab authoritate ſigilli approbantis, & confirmantis ea, ſuper quibus apponitur, ut dictum eſt. Et nos quoque argumentamur huc uſque ſicut ipſe in terminis juris communis; qui quidem non meminit, nec allegat hunc motum proprium Gregorii XIII. cui ex dicendis altius ſatisfacere conatur Senatus hîc Supremus, qui inſuper adhæret litterali diſpoſitioni *dict. cap. cauſæ omnes*, regulariter ultra caſum Brevis Cameralis ad beneficia reſervata, quo expreſsè diſponit d. Motus proprius, non eſſe admittendum contendit, ex ſeqq. fundamentis.

Hæc namque diſpoſitio Gregoriana cum ſit reſtrictiva * Conciliaris Decreti *in dict. cap.* 20. non 5
erit extrahenda ultra limites, & caſum de quo loquitur, & diſponit, nempè in Brevibus Cameralibus expeditis ſuper beneficiis reſervatis Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, ex ſpecialitate rationum ibi adductarum, quæ nullo modo aliis Bullis, & litteris conveniunt, & in hoc tantùm caſu illum motum proprium intelligunt Doctores hactenus citati in ejus exornationem, & Novarius *in novi juris Pontific. practic. concluſ. cap. de cauſis primæ inſtantiæ, concluſ.* 1. aliàs 14. *num* 14. latiùs Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, allegat.* 81. *num.* 17. *per totum, tom.* 2. * & ſic cætera omnia reſcripta ultra 6
hunc ſpecialem caſum remanent ſub diſpoſitione *dict. cap.* 20. *cauſæ omnes Concil. Trid.* ut præcisè in eis ſit ſervanda forma ſubſtantialis ſubſcriptionis, prout in hoc *cap.* 9. *à principio* diximus.

Sed ulterius in hoc ſubſiſtendum, nam in Hiſpania dictum * motum proprium Gregorii XIII. 7
non eſſe receptum juxta ea quæ latiùs deduximus 1. *part. cap.* 2. *à numer.* 114. *cum ſeqq. verſ. ſed quando dicta Bulla*, uſque ad fin. cap. imò ab eo humiliter ſupplicatum fuiſſe pro parte ſacræ Catholicæ Majeſtatis ad Sedem Apoſtolicam, quotidie audimus in hoc Senatu Supremo, ac inſuper in dies experimur obſervari litteralem formam adſcripſam à ſancto Concilio Trid. ita ut non admittatur per Senatum quod adimpleri poſſit per æquipollens.

Et cauſam ſupplicationis fundatam aſſeritur ex his omnibus, quæ ſuperius dicta remanent à principio hujus *cap. in* 4. *exceptione* Concilii Trident. *verſic. Quarta exceptio, num.* 14. *cum ſeqq.* uſque ad finem c. conſiderando, * & inferendo ex con- 8
traventione illius multa in his Regnis damna, & inconvenientia provenire, inter quæ, & illud; quia ſua Sanctitas eo caſu non committit cauſam, ſed potius id fit vel per Cancellarium Prætectum, vel alium Prælatum habentem ad id ſpecialem poteſtatem datam à Papa, ut poſſit has & ſimiles ſupplicationes expedire, prout facit, & litteræ commiſſionis deſuper conficiuntur per officiales Curiæ juxta praxim latiſſimè per Nos adductam infra hac 2. *p. cap.* 30 & poſt has ſic confectas litteras, * plurimæ ſimul aſportantur ad 9
Pontificem, quando ſint muniendæ annulo Piſcatoris, & tunc Sanctiſſimus tradit Officiali annulum (penes ſe obſervatum) qui officialis in præſentia Pontificis imprimit in Cera pendente ex litteris illum annulum, abſque eo quod ſua Sanctitas queat habere relationem, * & ſpecialem 10
notitiam commiſſionum ſigillandarum, tunc ob ejuſdem maximas, & continuas occupationes tantorum gravium negotiorum, & audientiarum; tùm etiam quia multæ ſibi ſimul aſportantur ſigillandæ, de quo diximus latiùs *in dict. cap.* 30. *à num.* 49. *& ſeqq.* & à princip. c. latiſſimè tractamus de omni genere ſignaturarum, & à quibus Præfectis, ſeu Prælatis fiant, præcipuè de ſignatura *per conceſſum*, * ita quod ad Sanctiſſimum 11
non exportantur hæ litterræ expediendæ; ſed expeditæ jam, & ab aliis ſubſcriptæ, nec non penitùs jam confectæ, quo caſu ſigillum, ſeu annulus appoſitus nihil probat, quando certus non eſt Sanctiſſimus de contentis in commiſſionibus, nec eorum tenoris conſcius eſt, ut latiùs probavimus infrà *à num.* 34. *cum ſeqq. verſ. Iis adjunge.*

Quare cùm ſua Sanctitas non videat has expe- 12
ditiones litterarum * per annulum Piſcatoris ſignantes, nec illarum notitiam habeat: facillimè poterit contraveniri intentioni ſuæ & ſacroſancti Concilii Trident. juxta *cap. dilecta*, 22. ibi: *Cùm in eis, illius articuli videlicet, de ſubtractorum reſignatione fuerit præter conſcientiam noſtram cognitio demandata, &c.* & alia plura jura *cap.* 2. ibi: *Quoniam non credimus, ita præcisè ſcripſiſſe, cap. cum ordinam.* 6. *de reſcriptis, cap.* 1. *de conſtitut. l.* 6. *cap. ad hæc*, 10. in corpore unde ſumitur, *de reſcriptis*, in hæc verba: *Tales itaque litteras à Cancellaria noſtra non credimus emanaſſe, vel prodiiſſe vel ſi forte prodierint, conſciëntiam noſtram, quæ diverſis occupationibus impedita ſingulis cauſis examinandis non ſufficit, &c.* Quæ decretalis ſingulariſſima eſt ad propoſitum, & in pluribus expeditionibus Romanæ Curiæ advertit Soto *ad regulam* 58. *Cancellar. Innocentii VIII. verſ. Cum quoad* Gutierrez *Canonic. quæſtionum l.* 2. *cap.* 15. *per totum.*

Et in fortioribus * terminis Pariſius *de reſigna-* 13
tione beneficiorum l. 3. *quæſt.* 6. *num.* 57. & 58. ſic loquitur: Decimò dubitatur; an hujuſmodi fraudis ſuſpicio & præſumptio excludatur, ex eo, quod ſupplicatio ſit manu Papæ ſubſcripta, ſignando manu propria cenſetur tollere obſtaculum, & ſuſpicionem fraudis. Contrarium tamen fuit deciſum in Rota in dicta Cremonenſis penſionis 28. Maii 1584. coram Canthucio, quia Papa multitudine negotiorum impeditur, * hæc 14
tetinere memoriâ non præſumitur, & non poteſt, *cap. ex parte*, & ibi Doctores præſertim Cardinal. *num.* 8. Anania *num.* 2. Ancharranus *nu. etiam* 2. *de offic. de leg.* Gomezius *in cap.* 1. *n.* 35. *de conſtitut. l.* 6. *&c.* optima ad idem eſt Rotæ

decis. 265. *num.* 4. apud Seraphin. ubi aliæ plurimæ decisiones recensentur, * dicturque ita pluries dixisse Rotam, ibi: *Etiam quod aliis vicibus fuerit ea rescripsisset, cum propter multiplicitatem negotiorum præsumatur oblivio, ut pluries fuit in Rotæ decisum relatu in una Tarvisana pensionis, coram B. M. Oradino, & in alia Romana officii Camerlinatus. coram R. P. D. Cotta, sub die 27. Junii 1569.*

Quare cùm in hoc possint intervenire multæ 16 subreptiones, * & suggestiones, atque per modum prædictum expeditæ litteræ sub annulo Piscatoris non satisfaciant speciali, & personalissimæ formæ Concilii Trident. quam hoc tantùm fine, & intentione adhiberi, & intervenire conatur, ut quantum sit possibile avellantur negotiationes occultæ, & cessent suggestiones sagaces, quibus facilè litigantes possent avocationes juri & Trident. odiosas, in prima instantia consequi. Ideò cautè, & attentè insistit Senatus hîc Supremus in litteralis sensus Concil. Trident. observatione, cujus præcisè, & inviolabili formæ minimè satisfieri per signaturam ex annulo Piscatoris agnoscens; motus fuit ad supplicationem interponendam coram Sanctiss. à præfato Motu proprio Gregorii XIII. ac propterea stante non solùm hac supplicatione, sed & abusu eo quòd non fuisset in Hispania receptus; rectè procedunt ea omnia, quæ latissimè (ubi de variis similibus multis exemplaribus) diximus supra 1. *part. cap.* 2. *à num.* 114. *cum seq. versic. Sed quando dicta Bulla, &c. & à num.* 148. *cum seq.* de quo ulterius infra hac 2. *part. cap.* 10. erit latiùs agendum.

17 Et de aliis plurimis dubiis, ampliationibus, * limitationibus astringentibus has commissiones propria manu Sanctissimi, latissimè hac 2. *part. c.* 12. *per totum*, & abundè etiam *in cap.* 30. *cum quinque* §§. ex quibus colligere poteris, quam incongruus sit, & inconveniens hic modus muniendi litteras avocatorias fini, & intentioni Conc. Trid.

Considerat insuper Senatus circa supra dictam 18 constitutionem Gregorii XIII. * quod licèt per eam dicatur, ibi: *Annulo Piscatoris munitæ non minoris sint efficaciæ, quàm rescripta signaturæ sua ejus manu propria subscriptæ*, prout regulariter, & de jure communi vera est, & communis Doctorum assertio; quod sigillum de voluntate Domini impressum, & rescriptum subscriptum pari passu ambulent, æqualemque probationem faciant, & inducant in commissionis probatione, ut probant Romanus *consil.* 303. *in fin.* Craveta *de antiquit. tempor. in* 5. *partic.* 1. *part. numer.* 49. Menochius *in præsumption. l.* 2. *præsumpt.* 57. *n.* 33. Ant. Gabriel. *in commun. opinion. tit. de præsumptionibus, conclus.* 4. *n.* 7 Gonçalez *in reg.* 8. *Cancell. glossa* 61. *num.* 38. & alii plures citati in hoc §. *ad principium, num.* 4.

Tamen dicit Senatus, quod licèt regulariter ha- 19 beat æqualem probationem; * non tamen posse dispositioni Concilii Trident. adaptari, cùm non sequatur exinde, quod quando unum ex eis specialiter requiritur in actu à jure pro forma & solemnitate, suppleatur per alterum solum, secus in nostro casu, in quo Concilium requirit subscriptionem propria manu Sanctissimi pro forma ad evitandas surreptiones, & plura alia damna, ut superius latè probatum reliquimus in hoc *c. in* 4. *exceptione, per totam à n.* 14. tum etiam sigillum 20 seu annulum Piscatoris (quod idem est, * ut post alios plures probat Gonçalez, *in reg.* 8. *Cancell. glossa* 61. *à num.* 17. *& seq.*) non potest supplere defectum subscriptionis, specialiter destinatæ ad avocationis probationem, ut in terminis probant Jason *in l. quæ dotis, numer.* 93. *vers. Similiter, ff. soluto matrimon.* Craveta *de antiquitate tempor. in* 1. *part. num.* 172. Antonius Gabriel. ubi proximè, *tit. de præsumptionibus, concluf.* 4. *numer.* 5. & post Craveta *de antiquitate tempor.* 11. *part.* 1. *p. princip. n.* 44. *&* 4. & Decium *in c.* 2. *in fin. de fide instrumentorum*; idem affirmat Menochius *de arbitrariis judic. l.* 2. *c.* 113. *num.* 11.

Prout vulgari exemplo declaratur: nam licèt regulariter omnis actus, * vel contractus pariter 21 probetur per testes, ac per instrumentum, eandemque vim habere probationem per instrumenta, ac per testes, vulgaris, *l. in exercendis, C. de probat. l. pactum quod bona fide. C. de pact.* Mascard. *de probat. concluf.* 671. *n.* 1. latiùs Mascard. ipse *de probationibus, in princip. quæst.* 6. *à num.* 1. *& seqq.* maximè *à n.* 12. *in exercendis* (inquit dict. l.) *litibus eandem vim obtinent, tam fide instrumentorum, quàm depositiones testium*; quod & idem probat text. *in cap. cùm Joannes, de fide instrumentorum*: si tamen in alicujus contractus probatione lex requirit pro forma scripturam: nullo modo sufficit probatio per testes, * ut 22 vulgare est & firmat Mascardus *concluf.* 1399. *n.* 1. *& seq. concluf.* 848. *à principio.*

Et idem Mascardus ad princip. *dict. tract. de probat. quæst.* 6. *n.* 9. per text. *in cap.* 1. *de censibus*: * ibi gloss. *verb. scriptis*, recensent casus ali- 23 quos, quibus scriptura requiritur & testes non sufficiunt.

Conducit elegans doctrina Gonçal. *in reg.* 8. *glossa* 59. *à n.* 25. *cum seqq.* * dicentis; quod Bre- 24 via gratiæ & justitiæ, quæ clausulæ mittuntur cum annulo Piscatoris, licet eandem probationem & vim habeant, sicut Bullæ patentes plumbatæ; tamen cùm in dicta *regula* 8. requirantur litteræ patentes pro forma; non sufficiunt prædicta Brevia clausa, tametsi aliàs regulariter æqualiter in probatione operentur.

Subscriptio etenim manu propria Pontificis specialiter ex Trident. * destinata fuit ad avocatio- 25 nis hujusmodi probationem, & solemnitatem, sicque sigillum non sufficit solum, ut in simili probant Bald. *in cap. significavit, num.* 3. *de appellat.* quem ibidem sequitur Butrius, Abb. & Franchus Bertachin. *in tract. de Episcop. lib.* 3. *part.* 1. *num.* 35. Menochius *de præsumptionibus, l.* 2. *præsumpt.* 57. *num.* 18. Gonçal. *dict. glossa* 61. *n.* 42. dum etiam afferunt, quod custos arcis, seu Castellanus non debet arcem restituere ei, qui venit cum sigillo Domini, cum sigillum non sit ordinatum ad actum illum, & per Romanum, Felinum, Vestrium, & alios idem probat Menochius *de arbitrariis lib.* 2. *casu* 113. *nu.* 7. & plurimos citat Mascardus *de probationib. concl.* 1308. *sub. num.* 53. ergo cum sigillum destinatum non sit ad commissiones avocatorias, sed subscriptio propria manu ipsius Pontificis duntaxat; sequitur, ut illud nihil probet, nec fidem faciat de per se absque dicta subscriptione. Quoniam cùm subscriptio sit forma, & solemnitas substantialis requisita à Concil. Trident. ad unguem & specificè seu in individuo servanda erit, ita ut nec per aliam æquipollentem suppleri potest, ut copiosè probavimus hoc eodem *cap.* 6. *à num.* 14. *cum multis seq.* quippè per sigillum, seu annulum Piscatoris non satisfit principali intentioni Concilii Tridentini, nec occurritur inconvenien-

nien-

nientiis & damnis, ob quæ vitanda principaliter moti fuerunt Patres ad illam ſpecialiſſimam ſubſcriptionis formam petendam, uti aptabilis, & congruens rei, de qua agitur, ut ſtatim.

Deinde hæc pars fulcitur: nam etſi regulariter
26 (ut dictum eſt) ſigillum, † & ſubſcriptio in probatione pari paſſu ambulent, id non procedit, quando ſubſcriptio requiritur pro ſolemnitate actus, & ad removendam ſuſpicionem, prout contingit in noſtro caſu, cùm ad vitandas ſuggeſtiones, & ſurreptiones, necnon negotiationes litigantium, atque Curialium officialium, hæc ſpecialis ſolemnitas, uti neceſſaria noviter fuit inventa, & deſiderata, ut nempè ſcientia certa, examen legitimæ, & urgentis cauſæ per Sanctiſſimum faciendum requiratur in ejus ſubſcriptione, ad avocandum cauſam ab Ordinariis in prima inſtantia, ut ſurſum, & pluries diximus; ideoque ſigillum, ſeu annullus Piſcatoris non poteſt ſupplere defectum ſubſcriptionis propria manu Sanctiſſimi, quia æqualem vim, & efficaciam non habet occurrendi damnis, & inconvenientiis, quibus per formam ſuſcriptionis hujuſmodi occurri à Concilio fuit repertum & experimento quotidie palpamus, prout rectè perpendit Riccius *in praxi, probation. juriſpatronatus, in reſolut.* 52. qui poſtquam à principio loquutus fuerat de æquivalentia ſigilli, ſubſcriptionis in *num.* 4. ſic ipſe fatur. *Præterea ſigillum non ſupplet ſubſcriptio-*
27 *nem* † *quæ requiritur pro forma, l. ad teſtium, §. ſi quis; ff. de teſtamentis, ubi non ſufficit, teſtes ſignaſſe, niſi etiam ſubſcripſerint.* Alexand. *dict. l. quæ dotis, num.* 38. ubi Jaſſ. *n.* 54. *ff. ſoluto matrimon.* Decius *in cap.* 2. *fin. de fide inſtrumentis.* Craveta *de antiquit. tempor.* 1. *part.* §. *quæritur etiam, numer.* 43. Menochius *de arbitrariis dict. caſ.* 113. *num.* 11.

Et prædicti omnes in contrarium citati loquun-
28 *tur,* † *quando ſolum quæritur de illius conſenſu, & eo caſu admitto conſenſum planè colligi: ſecus ubi ſubſcriptio non ad conſentiendum requiritur, ſed ad ſolemnizandum actum, & removendum ſuſpicionem, & comprobandum ſcripturæ fidem.*

Præterea in dictis locis agitur de præjudicio ſigil-
29 *lantis,* † *at hic de præjudicio tertii, ideo probatio privilegiata, & exorbitans non recipitur, niſi omnia habeat requiſita. Addo, quod Romanus in dict. conſil.* 303. *loquitur de ſigillo debitoris, cujus eſt ſcriptura privata, & in ea poteſt ſuum dictum procedera-*
30 *re,* † *quia non requiritur pro forma, quod ſit ab eo ſubſcripta; imo ſufficit, quod ſit ſcripta, l. cum antiquitus, §. cap. de teſtamentis.* Romanus *dicto conſil.* 303. Aretinus *in conſil.* 64. *col.* 6. *verſi. Nec poteſt dicere, nu.* 5. Craveta *dict. §. quæritur etiam, num.* 42. *& ſeq. Secus autem eſt in teſte cujus ſubſcriptio eſt omnino neceſſaria pro forma, &c.* Hactenus Riccius, & in id expreſsè tendunt omnes Doctores ſuperius citati *à num.* 18. *verſ. Conſiderat inſuper Senatus, &c.*

Et inſuper quoniàm cùm in hac ſubſcriptione
31 ſimul † requirat Concilium Tridentinum cauſam rationabilem, & urgentem per Sanctiſſimum examinandam, ut ſuperius diximus, hoc caſu etiam de jure communi juxta Doctores allegatos ſuprà *num.* 4. *verſ. Quæ & conformis & verſic. Conſiderat inſuper Senatus num.* 18. ſigillum delegantis non habet eandem probationis vim, ac ſubſcriptio propria manu, quod & probatur à ratione ceſſante, quam reddunt Doctores ibidem citati, Boerius *in ſingulari, verb. delegatio, n.* 14. Cacciaſup. *in l. more, n.* 43. *ff. de juriſdict. omnium judic.* & ipſe Maſcardus *de probationibus, eadem concluſ.* 492. *n.* 3. & 4. dicentes, quòd ideò delegatio probatur per ſigillum delegantis, atque propterea ſigillum habet vim ſubſcriptionis propria manu: quia delegationes fiunt abſque cauſæ cognitione, ex quo non ſunt acta judicialia, nec requiritur præſentia partium.

Quæ quidem ratio omnimodò ceſſat in hac nova diſpoſitione Concilii Triden. † novam formam 32
inducentis in expediendo has commiſſiones avocatorias ab Ordinariis in prima inſtantia, requirentis ſubſcriptionem propria manu Sanctiſſimi, & ſimul appetentis cauſæ urgentis, & rationabilis examen faciendum per eumdem Sanctiſſimum, ex cujus arbitrio hoc pendet, ut latiùs probavimus in hoc *cap. à nu.* 14. *cum ſeq. verſic. Quanta exceptio, &c. & cap.* 3. *à princip. hac* 2. *part.* Ac propterea æquiparatio Doctorum inter ſigillum & ſubſcriptionem nequit per rationem ceſſantem adaptari diſpoſitioni Concilii, cùm in hac noſtra ſubſcriptione Doctorum fundamentalis ratio omninò ceſſet; ac per conſequens eorum doctrina, & adæquatio generalis ex hactenus comprobatis.

Suadet etiam participii vera & genuina ſignificatio, † quo utitur Concilium Trid. ibi: *Ma-* 33
nu propria ſubſcriptionem, quod eſt excluſivum manus alienæ; *proprium* enim ubi abſolutè & generaliter in lege ponitur, excludit alterius interventionem, & participationem, *l.* 4. *ff. ſive uſusfructus petatur, l. ſi tibi, ff. de uſufructu acrescendo, l. ſi tibi, ff. quibus modis uſusfructus omittat*, ex quibus, & aliis poſt Fabrum *in §. omnium, num.* 21. *inſtit. de actionibus*, concludunt Pinel. *in l.* 1. *part.* 2. *n.* 6. *verſ. Ad hanc, C. de bonis maternis.* Duarenus *lib.* 1. *diſp. cap.* 17. *in fin.* Donellus *commentar. juris civilis, lib.* 9. *cap.* 8. *verſ. Hoc idem jus* Alexander Raudenſis *de Analogis, lib* 1. *cap.* 7. *nu.* 1. latè Caſtillo *lib.* 1. *de uſufructu, cap.* 75. *n.* 4. 7. & 8. & cum Briſſonio *verb. proprium, l. ultima, ff. de ſuperficiebus*, latè Rebuffus *in l. interdum, verb. proprietas, ff. de verb. ſignific.* Igitur non ſubſcribit manu propria, qui per alienam ſubſcribit, & multo minus qui per ſigillum, ut in ſpecie probavimus hoc *cap. à num.* 14. *in* 4. *& exceptio, & in hoc §. à principio.*

His adjunge non minus elegans fundamentum 34
deductum * ex ſtylo affixionis, & impreſſionis
ſigilli ſeu annuli Piſcatoris, de quo ſuprà *à num.* 8. *& ſeq. verſ. Et cauſam*; nempè, Summum Pontificem non legere, nec videre commiſſiones muniendas annulo Piſcatoris ob multitudinem earum, magnaſque & continuas occupationes. Ex quo ſequitur, quod tunc etiam de jure communi ſigillum probat, eique fides datur, quando Princeps, aut ſigilli Dominus legit, & vidit id, quod ſigillavit ſuo ſigillo, ut verò ſi ipſe non legerit contenta in ſcriptura, cui ſigillum apponit, ſed potius ignoraverit; ſigillum appoſitum nec fidem facit, nec probat. Ita tradunt Bartolus & Baldus *in l.* 2. *C. de rebus alienis non alienandis*, ubi etiam Caſtrenſis, quem ſequutus eſt Purpuratus *in l. admonendi, numer* 177. *de jure jurando*, qui ſubjicit *in l. ſtipulatus*, §. *Chryſogonus, ff. de verbor. obligat* Principem non cenſeri confirmaſſe ſcripturam in papyro à ſe * priuſ- 35
quàm ſcriberetur, ſigillato: cui aſſentit Menochius *de arbitrariis judic. caſu* 113. *n.* 5 & dicit Innoc. *in cap.* 2. *de fide inſtrum.* quibus adhæſit Bertachinus *in tract. de Epiſcop. lib.* 3. *part.* 1. *tit. qualiter eligatur*

Episcopus, *n.* 2. *vers. Nunc tractemus*, quo loco plures alios idem sentientes congessit, & tenet Mascardus *de probationibus*, *conclus.* 1308. *num.* 49. & *seq.*

36 Et licèt in hoc sibi sit apertè * contrarius idem Innocentius *in cap. quanto*, *in vers. Munimenta*, *de his quæ fiunt à Prælatis*; tamen ejus dictum rejiciunt Baldus in Margarita, *in verb. sigillum*, & Bertachin. loco proximè citato *num.* 21. *vers. Nunc tractemus.* Mascard. *dict. conc.* 1308. *n.* 50. & 51. Igitur sigillum, seu annulus Piscatoris non potest supplere defectum subscriptionis propriæ manus Sanctissimi, quæ est forma, cum etiam
37 in hoc casu non probet; * quando non sit lecta commissio per Summum Pontificem, nec cognoverit, quid in ea contineatur, quibus adde quæ in propositio consideravimus suprà hoc §. *à n.* 8. *cum seqq. vers. Et causam*, *&c.*

Pro qua doctrina contra Innocentium facit si-
38 milis alia, quæ habet, * quod subscribens in schedula vacua, sibi non præjudiciat, eò quòd non vidit, nec legit, nec fuit prævisus de his quæ in ea scribuntur; & sic fidem non facit, probant Baldus, & Paulus Castrens. *in l. si ita stipulatus* §. *Chrysogonus*, *numer.* 2. Jas. *num.* 13. *ff. de verbor. obligat.* Felin. *in cap. quoniam contra*, *num.* 47. *de probationibus.* Rodericus Suarez *in l. post rem judicatam*, *ampliat.* 2. *in fin.* Azeved. *in l.* 15. *num.* 9. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* Rebuffus *in tit. de chirograph. & schedu. recognit. in præfat. num.* 101. *cum duobus seqq.* Gonçalez *in regul.* 8. *de alternat. gloss.* 60. *num.* 17. *& seqq.* & post Bald. Felin. Angel. & alios idem affirmat Mascardus *de probat. conclus.* 1349. *à nu.* 16. dicens
39 * quod quando subscribens non legit scripturam, ejusque tenoris notitiam non habuit, nihil operatur subscriptio sua, *ex l. fin. C. plus valere quod agitur.*

Atque etiam omnes præfati Doctores pariformiter intelligunt hanc veram doctrinam, * sive
40 tractemus de subscriptione, sive de sigillo, sive de subscribendis schedula vacua ex indentitate rationis, ut videre est ex Gonçalez & Nascard. aliisve per eos relatis.

Et cùm simul Pontifex tot sit occupationibus
41 detentus (ut superiùs latè probavimus) * non est credendum, nec præsumendum se legisse, & cognovisse tenorem tantarum commissionum simul ad se latarum pro apponendo annulo; imò in eo præsumitur ignorantia, & alleganti scientiam & notitiam, incumbit onus probandi juxta resolutionem Mascardi ubi proximè *à n.* 19. *cum seqq.*

Aliæ plurimæ difficultates, necnon singulariss-
42 mæ resolutiones, * quæ has commissiones avocatorias subscriptas manu Sanctissimi tangunt, mirificè tractantur, & subtiliter digeruntur, necnon post longum singulorum examen, & disceptat-nem resolvuntur, videndæ inferiùs hac 2. *part. cap.* 30. *omnibus suis* §§.

Ubi abundè de modo, & formaliter signaturarum in litteris gratiæ & justitiæ, & à quibus signentur, vel subscibantur, & an commissio comprehendatur sub signatura Pontificis apposita in supplicatione gratiæ, & quomodo probanda sit in Senatu ipsa subscriptio, & an originalis supplicatio præcisè requiratur; & nunquid sufficiat transumptum seu exemplum legitimè solemniter expeditum. Et an per relationem Judicis, vel Notarii in monitortalibus per Delegatum expeditis ipsa subscriptio in Senatu probetur. Et de aliis pluribus valdè utilibus, & necessariis huic tractatui subscriptionis, ibidem abundè videre poteris, ultra alia multa quæ in discursu hujus 2. *part.* in singulis ejusdem capitulis recensentur juxta casuum contingentiam, videnda.

Ideò ex his motus Senatus rationibus, & aliis plurimis, * de quibus in hoc *cap. à n.* 14. *in exceptione*, 43
per totum, ad suplicationis refugium confugit, interimque in Hispania non est recepta dicta constitutio Gregoriana; sed imò potius firmiter observatur forma individualis Sancti Concilii T rident. *in cap.* 20. ita ut Senatus nullo modo admittat commissiones cum forma æquipolenti subscriptas: sed eas dumtaxat, quæ actualiter sint subscriptæ propria manu, & littera Sanctissimi juxta formam ejusdem Concilii, prout quotidie practicamus & videre est infra *cap.* 5. §. 30. *per totum*, quo longa serie disceptatur, & resolvitur, subscriptionem in ipsomet rescripto, & commissione judicibus Delegatis remissa, esse apponendam ex Trident.

CAPUT VII.

An Rex Catholicus hac protectionis Regalia uti poterit in obviando stylo etiam immemoriali consuetudine munito ab aliquo Tribunali diù invento, ut inhibitio temporalis perpetuò afficiat, ita ut etiam termino transacto causet attentata, sive in prima Ordinarii instantia, sive ulteriori alia?

SUMMARIUM.

1 *Inhibitione temporali utuntur superiores Ecclesiastici, ne interea, quod acta transportantur, & videantur forsan an inhibitio perpetua concedatur, vel data temporalis reformetur, suam inferior exequatur sententiam.*

2 *& seq. Inhibitionem temporalem non posse habere effectus inhibitionis perpetuæ, ita ut termino ejus transacto causet attentata, nec stylum contra hoc aliquid operari acerrimè defendit Author.*

3 *Stylus, ut inhibitio temporalis operetur perpetuò, est contra jus, naturam, & substantiam actus, contra charitatem introductus, dolo, & malitia plenus.*

4 *Prohibitum ad tempus post tempus censetur permissum.*

5 *Permissum ad tempus post tempus permissum intelligitur.*

6 *Inhibitionibus suis licèt Rota attribuerit, ex præexcellentia tanti Tribunalis aliquas prærogativas, non tamen istam, ut temporalis operetur, uti perpetua.*

7 *Inhibitio Rotalis limitata ad tempus, vel causam, ultra eam vel tempus non causat attentata.*

8 *Consuetudine nequit fieri, quod nec pacto.*

9 *Pactum contra naturam, & substantiam actus non valet, nec tenet.*

10 *Temporali sui natura operari perpetuo, est contra substantiam actus.*

11 *Stylus introductus, ut inhibitio temporalis operetur perpetuo, est contra substantiam actus.*

12 *Causa finita non potest producere effectum infinitum, quia sicut limitatur potentia causæ, sic ejus effectus,*

13 *Stylus dans robur perpetuum inhibitioni temporali includit dolum, & fraudem, & laqueum justitiæ par-*

partis, & judici inferiori.

14 *Inhibitio temporalis si est, operatur à perpetuo dolosè, & fraudulenter apponitur tempus in ea, ubi plura jura ponderantur.*

15 *Remedium, ad profidium innocentium inventum, non debet esse vinculum iniquitatis.*

16 *Inhibitio captionem, aut dolum continens, non causat attentata, nec nullitatem.*

17 *Stylus, ut inhibitio temporalis operetur perpetuo, etiam immemoriali vallatus, reprobatur à Tridentino.*

18 *Inhibitionis temporalis expeditione operatura ut perpetua debet servari forma, quæ à jure in perpetua requiritur.*

19 *Forma tradita à cap. Romana, de appellationibus, in 6. in expeditione inhibitionis reperitur revocata à Trid. cum clausula irritanti, semota immemoriali contraria.*

20 *Stylus, qui simpliciter peccat in forma expediendæ inhibitionis, i. est à Trident. reprobatus, quantò fortius ille, qui simul continet fraudem, & dolum.*

21 *Stylus, ut inhibitio sit in expeditione, temporalis, & in effectu perpetuus fuit inventus ad illudendum Trid. Decretum.*

22 *Inhibitio expedita ad illudendum Concilium Trid. non operatur attentata, nec nullitatem.*

23 *Inhibitio in expeditione temporalis, & in effectu perpetua (juxta pravum stylum) non desinit esse perpetua, & seq.*

24 *Dispositio judicatur secundùm effectum suum, non secundùm nomen fictum.*

25 *Ad cognoscendum contractum non attenditur nominis impositio, sed forma, & effectus.*

26 *Si effectus contractus nomini per partes imposito non repugnat, nomen attenditur.*

27 *Ad quæ singularis theorica Burgos de Pax recensetur.*

28 *Inhibitio in expeditione temporalis, & in effectu perpetua (juxta improbum stylum) æquivocè inhibitio nominata, inaudè perpetua dicenda erit.*

29 *D. Francisc. de Aluseis Auditor Nuntii laudatur, acquiescens fundamentis authoris in facti contingentia, acerrimè impugnantis stylum assertum Tribunalis sui, ut inhibitio temporalis ad quadraginta, post ille causaret attentata.*

30 *Pax Catholicus, ut acerrimus Tridentini protector potest obviare stylo pestifero incolia damna in se includenti, ne inhibitiones temporales captiosæ operentur perpetuo, cùm contra Tridentinum expressè sit introductus.*

31 *Rex Catholicus vigore protectionis Concilii Trident. sup commendatæ potest mandare Prælatis, ut observent Decreta Concilii.*

32 *Rege obviante stylo inhibitionis captiosæ laqueus vi oppressorum contritus dicitur, & ipsi liberati per protectorem.*

33 *Remedium contra sententiam superioris, declarantis processum inferioris attentatum, gestum transacto termino inhibitionis temporalis (juxta improbatum stylum) operantis perpetuo.*

34 *Stylus contra jus clarum introductus nullus est, nec admittitur.*

1 VIgore appellationis interjectæ ab aliquo gravamine, * vel etiam sententia diffinitiva per Ordinarium, aliumve quemlibet judicem illata, *Salgado de Suppl. & Retent.* latave; solet superior expedire inhibitionem temporalem, ad quadraginta dies, puta, ne interim inferior judex in causa ulterius procedat, donec superior ipse actis visis, vel reformet inhibitionem illam temporalem, vel in totum & perpetuò in causa inhibeat: & licèt hujusmodi inhibitio temporalis juris attento rigore admittenda non sit; stylus tamen universalis obtinuit, ita expediri, prout latè disputavimus & resolvimus *in tract. de Regia protect. 2. part. cap. 10. à num. 29. cum seq.*

Nihilominus superior aliquis hoc stylo ita limitato, * atque ad prædictum finem dumtaxat 2
invento non contentus contendit; suam sic temporalem inhibitionem ad quadraginta operari debere inhibitionis perpetuæ, & absolutæ effectum, adeò ut etiam termino dictæ temporalis inhibitionis transacto nequeat inferior in causa procedere; vultque & certat, omnia gesta post tempus tanquam nulla, & attentata reponere, hoc tuendo ex eo quod sic dicit observare stylum sui Tribunalis. Nos autem acerrimè defendimus in facti contingentia, hunc stylum penitus abolendum, cùm fuerit introductus contra expressam prohibitionem Concilii Trident. cujus evigilans protector semper fuit Rex noster invictissimus, ut sæpè diximus, moti ex seq.

Primò, quoniam hic stylus, ut inhibitio temporalis operetur perpetuò, * est contra omnem 3
juris rationem, & principia, ac contra naturam, & substantiam actus, contra charitatem introductus, captiosus, dolosus, damno doloque plenus, ac propterea omni jure reprobatus, dum prohibet, & impedit inferiorem termino inhibitionis temporalis transacto posse in causa procedere.

Vulgare est enim juris axioma, ut prohibitum ad tempus, * post tempus censeatur per- 4
missum *l. Imperator*, 8. ubi Baldus, *ff. de postulando*, *l. si unus*, §. 1. *ff. de pactis*, *l. epistol.* §. *fin. ff. eodem*, *l. pater filium*, §. *fundum ff. de legatis*, 3. Tiraquellus *de retract. convent.* §. 1. *gloss.* 2. *numero* 46. Surdus *decis.* 75. *nu.* 1. & *cons.* 294. *nu.* 9. & *consil.* 147. *nu.* 18. Menochius *consil.* 274. *nu.* 14. & *consil.* 80. *n.* 46. Brunor à Sole *in locis communib. verb. prohibition.* 16. Gonçalez *ad reg. Cancellar.* 8. *gloss.* 65. *numero* 8. Barbosa *in l. cùm prætor in princip. num.* 45. *ff. de judiciis.* Augustinus Barbosa *axiom.* 193. *num.* 6. sicut è converso, permissum ad tempus, * post 5
illud censetur prohibitum, ipse Barbosa *axiom.* 178. *nu.* 4. sed hæc inhibitio temporalis ad quadraginta dumtaxat dies prohibet, & suspendit jurisdictionem inferioris; ergo eis transactis, licitè, & impunè procedere posse judicem, indubium est.

Secundò, quoniam stylus iste nullo juris co- 6
lore vestitur, * omnique fundamento, etiam apparente caret. Quamvis enim Rota Romana (ex præeminentia, & altitudine præexcellenti tanti Tribunalis) sibi arrogaverit, ac suis inhibitionibus attribuerit aliquas specialissimas prærogativas, prout est, quod justa, aut injusta Rotalis inhibitio causet attentata, etiam non Canonicè expedita, & alias, quas variis in locis legimus quotidie: nunquam tamen aliqua decisione, aut Ecclesiastica constitutione legimus, * nec audivi- 7
mus, voluisse suas inhibitiones limitatas ad tempus, vel causam operari perpetuò, & absolutè ultra tempus vel causam; imò contrarium docemus, inhibitionem Rotalem limitatam, & restric-

tam ad tempus, vel causam, nihil ultra limitationem operari, nec causare attentata, ut de inhibitione Papali in terminis probat Lancelotus *de attent.* 2. *part. cap.* 20. *limitat.* 17. ubi ad fin. expressim adducit Rotæ decisionem, conducunt quæ latè Scaccia *de appellationibus, q.* 17. *limitat.* 47. *membro* 2. *n.* 26. *& seqq.* Ergo multo minus hoc debet intentare quodlibet aliud Tribunal Ecclesiasticum; cum omnia Rotæ sint inferiora, sitque contra naturam, & substantiam inhibitionis temporalis expeditæ.

8 Tertiò probatur, hunc stylum, * aut consuetudinem prævalere non posse, quoniam quod non potest fieri pacto, nequit & consuetudine fieri, & è converso, *l. fin.* ubi Bart. & Bald. *C. de fidejussor bus*, Glossa *in cap.* 2. *verb. officiali, in fin. de consuetudin. lib.* 6. *l. alienationis verbum, ff. de verb. significat.* & ibi Alciatus, & Rebuffus, Petrus Surdus *decis.* 3. *num.* 23. *&* 236. *nu.* 9. Valascus *consultat.* 132. *num.* 33. Gamma *decis.* 279. incip. *inter fratrem n.* 5. & vulgare est, & de pacto ad consuetudinem, & è contra validè argumentatur, *l. non impossibile, ff. de pactis.* Everardus *loco* 89. Socinus Junior *consil.* 27. *num.* 4. *vol.* 2. Rosental. *de feudis, cap.* 9. *conclus.* 58. *n.* 14. Caldas *in l. si curatorem, verb. sua facilitate, n.* 61. *versic. Et quod minor.* Stephanus Gratian. *disceptat.* 68. *num.* 20.

Sed pactum contra naturam, & substantiam
9 actus non valet, nec tenet, * ut docet eleganter Zasius *lib.* 2. *singular. respons. capitul.* 12. *n.* 3. Alciatus *paradoxi. capitul.* 16. *litter. B.* Carrasius *Miscellan. cap.* 20. *num.* 3. Conanus *commentar. juris civil. lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 6. acutè Cujacius *observat. l.* 2. *cap.* 15. *littera B.* Forcatulus *in necromant. juris dial.* 4. *num.* 5. Nicolaus Valle *de rebus dubiis tractat.* 1. *pag.* 7. *col.* 3. *in med.* Sebastian. Medicis *in tract. de legibus & statut.* 5. *part. quæst.* 4. *num.* 2. *&* 3. Bolognet. *in l.* 2. *in princip. num.* 44. *ff. si certum petatur*, Bald. *in l.* 1. *numer.* 13. *C. de usufructu*, Nevisan. *in consil.* 91. *num.* 12. Curtius Senior. *in cons.* 49. *num.* 40. Lofredus *in cons.* 1. *num.* 175. & optimè declarans, & alios referens Petrus Surdus *consil.* 243. *numer.* 29. *&* 30. *&* 31. *lib.* 2. Petrus Pechius *in cap. contractus, num.* 9. *de regaliis jur. lib.* 6. Castillo *controversiarum lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 64. Qui omnes firmant, quod licet pacto contrahentium accidentalia, & qualitates, seu adminicula contractus tolli possint, non tamen substantialia, vel naturalia intrinseca contractus.

10 Prout est, ut temporale operetur * perpetuò, ut probat text. expressus *in l. cum precario*, ubi cùm de natura, & substantia precarii sit, quod sit temporale ad nutum dantis duntaxat, *ff. de precario*, non valet pactum, quod precarium semper duret, glossa *in l. pacta, ff. de contrahenda emptione*, & Bartol. *in l.* 2. *de usufructu, earum rerum quæ usu consum. & in l. si fortè, ff. de Castrensi peculio, & in l. ubi ita donatur, ff. de mortis causa donat.* & Bald. *in cap.* 1. *§. & quia, numer.* 20. *qui feud. dare possunt*, Jaff. *in l. si fundum, num.* 4. *ff. soluto matrim.* Thom. Papa *in l. si fundum, num.* 4. *ff. si certum petatur*, Alciatus *in l. penult. num.* 22. *C. de pactis, & in l. cum quid. numer.* 1. *ff. si certum petatur, & in l.* 1. *num.* 19. *in fin. de sententiis, quæ pro eo profer.* Gonçalez *de alternativis gloss.* 5. *§.* 6. *num.* 5. & hanc esse communem profitentur etiam Curtius Junior. *in cons.* 56. *n.* 2. Mantica *de contractibus, lib.* 1. *tit.* 12. *à princip.* & præcipuè *à num.* 22. Ergo cùm hic stylus * 11
sit contra substantiam, & naturam intrinsecam inhibitionis temporalis, nec potuit introduci, nec aliter prævalere, quatenus illam perpetuam, & absolutam facit.

Quartò probatur, quia causa finita non potest producere effectum * infinitum: undè sicut 12
limitatur potentia causæ, sic etiam limitatur effectus, Ruinus *consil.* 48. *ut ejus, sub num.* 1. *lib.* 3. & Gaillus *in pract. observat. lib.* 2. *observat.* 124. *num.* 6. Scaccia *de sententia & re judicata, glossa* 7. *quæst.* 4. *inspection.* 2. *num.* 48. *fol.* 261. sed inhibitio hæc quæ est causa suspendendi jurisdictionem ad tempus, est finita, & temporalis; ergo non potest operari effectum perpetuum & infinitum.

Quintò, quoniam si stylus iste * prævaleret ipsa 13
efficeretur inhibitio dolosa, captiosa, claudens & continens in se dolum, & notissimum fraudem palliatum. Quoniam pars ipsa litigans & Judex securi, claro & litterali tenore, quo concepta legitur ipsa inhibitio; termino transacto procedent in causa, cum sibi videatur securè tunc posse jurisdictionem, quæ semel prohibitionem, suspensionem, & impedimentum evasit, continuare, & exercere, prout etiam quilibet doctissimus vir & consuleret, & faceret; at si nihilominus in tribunalis Superioris contrarium operatur, foret inhibitio potius laqueus, & reticulum ad captandam justitiam partis, cùm sit in manu & potestate adversarii expectare sententiam Judicis sic inhibiti, quæ si pro se feratur, stylum tacebit; sin verò contra se, dicet de attentatis, stylum allegans, de quo cum Propheta potest conqueri oppressus, *Psalm.* 141. *In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi, & Psal.* 65. *Laqueos paraverunt pedibus meis;* & etiam *Psal.* 10. *Intenderunt arcum, & paraverunt sagittas suas in pharetra; ut sagittent in obscuro rectos corde.*

Quapropter si inhibitio in omni eventu futura
erit * perpetua & absoluta; iniquissima erit oppo- 14
sitio termini, cùm ex eo efficiatur inhibitio ipsa captiosa, fraudulenta & dolosa, contra text. optimum *in l. Paulus* 8. ibi: *Prætor enim beneficium suum nemini vult esse captiosum, &c. ff. de prætoriis stipulationibus*, textus *in l.* 1. ibi: *Ne hi, qui cum eis contrahunt, principali authoritate circumscripti esse videantur, &c. C. de iis qui vi ætatis impetraver. l. Imperatorem, ff. de hæredibus instituendis*, ibi: *Nec enim calumniæ facultatem, ex principali Majestate capi, oportet, &c.* Nec remedium ad præsidium * innocentium 15
inventum debet esse vinculum iniquitatis, text. *in cap. suspectum*, & ibi Philippus Franchis *not.* 2. & communiter cæteri Doctores, *de appellationibus.*

Hinc fit, quod quando inhibitio captionem,
* aut dolum aliquem continet, aut dolosè * ex- 16
pedita, aut obtenta est, nihil operatur, imò sententia, & omnia gesta post eam nulli vitio attentatorum subjiciuntur, nec uti attentata revocantur, notabilis est *decisio* Nicolai Boerii 191. *Margaritæ n.* 4. postquam, Puteum, & Mandosium, & alios, necnon quàm plurimas Rotæ decisiones hanc conclusionem firmat, & comprobat Lancelotus *de attentatis* 2. *part. cap.* 20. *de attentatis post inhibition. limitat.* 7. *per totam.* Igitur de primo ad ultimum sequitur, quod si hæc inhibitio sit perpetua in suo effectu juxta stylum, erit nulla ter-

minum

minum continens, cum simul dolum, & vincula simulata, & palliata comprehendas, ad fraudem inventa.

Quintò, hic stylus etiam consuetudine immemori 17 * vallatus, expressè prohibitus est per Concilium Tridentinum *session. 22. capitul. 7.* ad quod notandum erit, inevitabile, & indissolubile argumentum; Hæc inhibitio (cùm juxta stylum in suo effectu sit, & operetur perpetuò) expeditur pt temporalis ad solam petitionem, & comparitionem appellantis, actis non visis, nec adhibita causæ cognitione, & absque partis citatione, 18 cum omnia sint de essentia formali, * præsupposito requisito inhibitionis perpetuæ ad ejus validationem, & robur, & ut attentata causare possit, ita ut aliter expedita (non Canonicæ scilicet) sit nulla ipso jure, *cap. Romana*, §. *si verò*, & §. *si autem*, *de appellationibus in* 6. & ita latissimè probavimus *in tractat. de Regia protect. 2. part. cap.* 10. *à num.* 19. *cum seq.* post Felin. Maranta, Gratian. Paz, Lancelotum, Covarruv. Rolandum à Valle, Ossaeum, Marchesan. & alios multos, necnon plures Rotæ decisiones.

19 Quod quidem, * *cap. Romanam cum suis* §§. renovatum extat expressè per dictum decretum Sancti Concilii Tridentin. *session. 22. cap. 7.* cum clausula irritante quemlibet stylum in contrarium inventum etiam immemoriali consuetudine vallatum, cujus verba (cùm ad propositum sint mirabilia & expressa) referam, quæ hæc sunt; *Legati, & Nuntii Apostolici, Patriarchæ, Primates, & Metropolitani in appellationibus ad eos interpositis, in quibuscis, tam in admittendis appellationibus, quàm in concedendis inhibitionibus post appellationem servare teneantur formam, & tenorem sacrarum Institutionum, & præsertim Innocentii Quarti, quæ incipit Romana, quacumque consuetudine etiam immemoriali, aut stylo, aut privilegio in contrarium non obstantibus, aliter inhibitiones, & processus, & inde sequuta quæcumque, sint ipso jure nulla*, &c. Hactenus de mirabili decreto, quod cavillationem humanam non admittit.

Et erit insuper animadvertendum, quod si ex 20 hoc decreto * reprobatus reperitur, & prohibitus stylus, qui simpliciter caret forma juris in expeditione inhibitionis; qui non solùm peccat in forma, sed simul continet captionem, fraudem, & dolum, quantò magis illi resisteret, prohiberet & reprobaret?

Imò potiùs stylus hic, & inhibendi modus de- 21 tegit esse inventum * ad illudendum Tridentin. decretum prædictum, quoniam attribuendo illi nomen & apparentiam inhibitionis temporalis, cum sit in suo effectu, (juxta stylum) perpetua, ut sub hoc colore & prætextu amitti queat forma juris & sacri Concilii Tridentin. in ejusdem expeditione (prout est actorum exportatio, & inspectio, causæ cognitio, & partis citatio, prout hactenus diximus) clarè apparet illusio illius decreti Tridentin. & in ejus fraudem inventum esse hunc modum & stylum inhibendi: ac propterea nullus erit, nec talis inhibitio attentata causare potest, prout in his ferè terminis determinavit sacra Rota in una Elementi Archidiaconatus coram Lancelot. 27. *Junii* 1572. Quod 22 gesta in partibus post inhibitionem * Rotalem non censentur attentata, si constat inhibitionem fuisse ab Auditore expeditam, ad illudendum Sacrum Concilium Trident. de qua decisione testatur Lancelotus *de attentatis 2. p. cap. 20. post inhibition. limitat. 7. numer.* 5. ubi per totam limitationem plurima adducit in comprobationem.

Nec ita inhibitio desinit esse (juxta stylum) perpetua, respectu * sui effectus, quantumvis 23 apparenter vocetur temporalis ob termini appositionem; quoniam omnis actus, & dispositio judicatur secundùm effectum suum, * non secundum 24 nomen fictum appositum, textus est capitalis *in l. insulam 6. ff. de præscriptis verbis, l. sic uno*, ibi: *Quasi non sit donatio, transaction. ff. eodem*, ubi Glossa, *verb. Transactio*, scripsit: *Et sic nota hic, ex qualitate contractus verba accipi contra propriam significationem, l. in lege 32. ff. eodem l. si olei 21. C. eodem l. cum dotem.* 10. & ibi Bald. *n.* 2. *C. de jure dotium, cap. constit.* 10. *de religiosis domib.* juncta Glossa verbo, *Juxta ratam*, Hieronymus Gabriel. *consil. 22. num. 21. & seq. vol.* 1. videndus omnino, & eleganter & utiliter in proposito *in consil. 168. num. 4. vol. 1. fol. 110.* Corneus *in consil. 24. num. 6. volum. 2.* Mandel. de Alva *consil. 81. num. 48. column. 3. & in consil. 137. num. 5. lib. 1.* Seraphinus *decis. 794. & nu. 1.* & maximè *num. 6. & decision. 1379. numer. 4. tom. 2.* Cavalcanus *decision. 8. num. 37. part. 5.* Hippolytus Riminald. *consil. 831. numer. 2. lib. 1. & in consil. 506. num. 45. lib. 5.* Menoch. *in consil. 27. ex num. 43. cum pluribus seq. lib. 1. & in consil. 444. num. 10. lib. 5.* Petrus Surdus *in consil. 243. num. 2. lib. 2. & in consil. 433. numer. 28. lib. 3. Decisio Senatus Dolani 91. num. 1.* Farinac. *novissim. decis. 552. num. 3. tom. 2. part. 1.* Pater Ludovis. Molin. *tom. 2. disput. 381. num. 4. versic. Et quod, pagin. 339.* Rodriguez *de annuis redditibus, lib. 2. quæst. 22. numer. 12. 13. & 14.* ubi vide omnino, & per Avendanum *de censibus, cap. 22. n. 12. 13. & 14.* Stephanus Gratianus *disceptat. tom. 1. cap. 96. num. 14. & 15. & tom. 2. cap. 273. n. 38. & tom. 4. cap. 657.* Tuschus *tom. 2. littera Cod. conclus. 909. fol. 333.* Mantica *de tacitis & ambiguis convention. lib. 2. tit. 2. per totum*, ubi *num.* 5. inquit, quòd ad judicandum contractum, * non solùm debemus inspicere nomen à contrahentibus expressum; sed 25 etiam formam, & effectum: Ideò magis inspicitur forma & effectus, quàm nominis impositio, prout dicto *num.* 5. & 6. notat, & pluribus exemplis comprobat usque ad *num.* 20. atque etiam observat, quòd contractus secundùm effectum, non secundùm nomen * debet intelli- 26 gi, & si effectus non repugnat, secundùm nomen conferi debet, sequitur Castillo *controversiarum lib. 6. cap. 156. numer. 11.* videndus *à num.* 10.

Et cùm sit singularis præceptoris Theorica * 27 Purgos de Paz Senioris *in consil. 19. num.* 5. illum referam in hæc: *Et cùm non sit transactio, nec esse possit, parum refert, quod in dicta conventionis scriptura transactio nominetur, ut constat in l. non codicillum, Cod. de testamentis*, & ibi Jasson. *col. fin.* Bart. *in l. cotem ferro*, §. *qui maximos, quæst. ff. de publicanis. Ad judicandum enim qualitatem contractus, vel dispositionis, & cujus naturæ sit, non attenduntur verba, sed rei effectus consideratur; text. est notabilis, in l. insulam, ff. de præscriptis verbis*, & per illum text. dicit singulariter Baldus *in l. 2. Cod. commodati, quod contractus non judicatur ex nominatione, sed ex ejus effectu, unde dicit ibi, quòd licet nominetur contractus certo nomine, non est attendenda hæc nominatio, sed considerato effectu, attendi debet.* Idem tenet ipse Baldus *in rubric.*

bric. Cod. de jure emphyteut. in fin. cum aliis, de quibus meminit Decius *in conſil.* 682. *in cauſa Domini, colum.* 2. ubi in propoſito dicit: *Quòd non ideò erit donatio, quia in ſcriptura donatio nominatur, ſi non eſt conſiderato effectu donatio, ſed contractus alterius naturæ, & pro his facit notabilis deciſio ejuſdem.* Bald. (quem communiter Doctores ſequuntur) *in l. qui ſe patris, column.* 8. *verſic. Hoc ſcias, Cod. unde liberis*, ubi ait: *Quòd ſi Rex in ſuo privilegio dicit: dono alicui talem rem, quod non erit donatio, ſi pro illo privilegio Rex à donatario aliquod pretium recipiat, cujus Baldi doctrina confirmatur ultra eum, quia donatio propriè non dicitur; in qua pretium intervenit, vel modus*, Bartolus, *in l. ſi ubi pecuniam, ff. ſi certum petat. cum aliis*, de quibus Alexander *in l. juris gentium in principio, ff. de pactis, ſunt aliæ concordantiæ*, quas congerit idem Alexander *conſil.* 40. *dubio* 3. *column. penult. lib.* 4. & Decius *conſil.* 164. *non fuiſſet, col.* 3. idem Decius *in regula imaginaria vendition. ff. de regulis juris, & facit, quia conſideratur quod principaliter agitur, ut in rubro & nigro, Cod. plus valere, quod agitur, & in cap. ad quæſtiones de rerum permutatione, &c.* Hactenus Burgos de Paz.

Ex quibus omnibus infertur, quòd ſi quando
28 expreſſa adeſt * partium nominatio actus, vel alterius diſpoſitionis; non idcò attenditur nomen, ſed effectus: hæc inhibitio, qua apponitur terminus, quæ conſiderato, & attento effectu, quem ſibi attribuit improbus ſtylus, ut operetur & inficiat perpetuò cum nomine particulariter non appelletur, ſed nomine æquivoco inhibitionis: multo magis denominari ab effectu, & ſic dici perpetuam. Et quia analogum per ſe ſumptum ſtat pro famoſiori ſignificato, ex vulgaribus, ac ideò cùm talis inhibitio peccet in forma à jure, & Concilio Tridentino requiſita, ad inhibitionis perpetuæ robur & valorem omnino invalida cenſenda erit, ex hactenus nervosè comprobatis.

Et cum in facti contingentia non diu hanc
29 quæſtionem * habuiſſem, in cauſa cujuſdam inſignis patronatus pendente in hoc Tribunali Illuſtriſſimi Nuntii Hiſpaniarum pro parte Don Antonii de Ribera Salgado Alguacili majoris Regni Galeciæ, Don Franciſcus de Alviſis Auditor, Doctiſſimus quidem vir, & ſanæ intentionis Judex, mihi inter alia acutiſſima dubia, hoc remiſit; dicens, ex ſtylo ſui Tribunalis inhibitionem temporalem ad quadraginta operari, & inficere perpetuò, & inferioris manus ligare, etiam tranſacto tempore inhibitionis, ac propterea omnia per inferiorem Judicem geſta, etiam poſt tempus, ut attentata revocanda fore, & cui per ſupra dicta reſpondi; quibus attentè viſis, & conſideratis uti doctiſſimus acquievit, meritò ſtylo vires denegando, nihil ſuper articulo attentati (cui fortiter nitebantur adverſarii, imò & ipſemet Auditor) decrevit, ſed diffinitivè confirmavit ſententiam inferioris latam poſt terminum inhibitionis prædictæ, agnoſcens meritò ſtylum omnino repugnare directè decreto Concil. Trident. ſuperius citato, eſſeque contra omnem rationem & charitatem introductum.

Ac propterea Rex potentiſſimus tanquam pro-
30 tector * ejuſdem Concilii ex indultis Apoſtolicis, ut latiùs deduximus hac 2. *part. cap.* 1. & *ſeq.* licitè poterit obviare huic peſtifero ſtylo, captioſo, & fraudulento, ex quo maximè ruinæ poſſunt in dies contingere in Republica hac Chriſtiana, ut ſuperiùs conſideravimus, & alias plurimas, quos modo omittimus, cùm facilè deduci poterunt à quolibet; eſtque (ut dictum eſt) evidenter probatum contra expreſſum decretum Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 7. & in illius fraudem, & illuſionem inductus & inventus hic ſtylus, omnino delendus.

Maximè cum Rex Catholicus vigore indulti
31 ſuæ Sanctitatis, * quo fuit conſtitutus protector Concilii, poſſit mandare Prælatis quibuſvis, ut obſervent decreta præfati Concil. Trid. ut ex Bobadilla, Narbona aliiſque fundamentis probavimus hac 2. *part. cap.* 1. *à nu.* 31. *verſic. Et iſtam hanc Regaliam; & per totum cap. à principio*; ut ſic oppreſſi queant cum Propheta recantare; *laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus, Pſalm.* 123. & iterum *Anima* * *noſtra ſicut paſſer erepta* 32
eſt de laqueo venantium, & Pſalm. 30. *Educes me de laqueo hoc, quem abſconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.*

Et ultra hoc generale remedium directum pro-
tectionis Regiæ, aliud etiam remanet * in cauſis 33
particularibus per viam, ſcilicet violentiæ, quo indirectè poteſt reparari tam notabile præjudicium. Nam à ſententia, qua Judex ſuperior ſequendo ſuum reprobum ſtylum declarat, eſſe attentata omnia geſta ab inferiore poſt tranſactum terminum inhibitionis; poteſt ab hac ſententia Superioris legitimè appellari, & in Senatu, ad quem recurritur per viam violentiæ, dabitur omino decretum *vim fieri, in repori*, & curet pars gravata appellare ab omni geſto proceſſu per Superiorem, qui tangat hunc articulum ut repoſitio ſententiam attentatorum comprehendat.

Ex alio etiam capite ſtylus iſte * nullus, & 34
non admittendus detegitur: nam cum hæc inhibitio (in effectu juxta ſtylum) perpetua expeditur, ut diximus, contra claram, & apertam juris formam, & diſpoſitionem traditam *à dict. cap. Romana cum ſuis*, §§. & à Tridentin. prout ſuperius *à num.* 17. *& ſeqq.* Ergo prævalere non debet; nam ſtylus contra jus introductus ab eo, qui legis condendæ poteſtate caret, nullus eſt, nec admittitur, ex Alexandro *conſil.* 36. *ad fin. volum.* 2. Decio *in Rubrica de conſuetudine, n.* 2. *& in conſil.* 677. *ad finem*, Bartazola *de inſtrument. clauſul.* 4. *gloſſa* 36. *numer.* 5. Giurba *conſil.* 39. *numer.* 45. 70. & 71. Cavalcan. *deciſ.* 11. *numer.* 52. Cancerius *variarum reſolut. lib.* 3. *cap.* 3. *de privilegiis, num.* 355. Quia introductus ſtylus per Curiam dumtaxat jus commune tollere non poteſt, ut probant Doctores citati, & Craveta *de antiquitate tempor. part.* 4. *num.* 18. Itaque quando hic ſtylus non fuiſſet expreſsè reprobatus per Conciliarem diſpoſitionem Trident. ſatis detegeretur ejus invaliditas ex jure ipſo, quod non admittit ſtylum aliquem contra diſpoſitionem juris clari.

CAPUT

CAPUT VIII.

Si in Rota, aliove Tribunali cognoscente de appellatione noviter aliquod deducatur jus, an novum dicatur judicium, ita ut nova egeat instantia, ut hanc omnino Senatus remittat Ordinario.

SUMMARIUM.

1 *& seqq. jus novum non contentum in priori instantia deductum in Rota, an super eo monitoriales, aliæve litteræ expeditæ à Senatu retineantur.*

2 *Actionem mutari in instantia appellationis licere, qui teneant Doctores.*

3 *jus novum deductum in instantia appellationis, diversum à deducto in primo libello, nova indiget instantia, & novo judicio.*

4 *Novum omnino non dicitur pronuntiatum, nec appellatum, ergò nec devoluta jurisdictio.*

5 *Judex appellationis jurisdictionem restrictam acquisivit super causa deducta in prima instantia, super aliis verò caret jurisdictione.*

6 *Novum aliquid peti nequit coram Judice appellationis, nec ipse illud admittere, cùm ad id careat jurisdictione.*

7 *Judex appellationis nequit supplere, quæ veniunt ad novam petitionem, & diversam.*

8 *Super novo capitulo non dependente à primo Judex appellationis cognoscere non potest.*

9 *Judex appellationis potest cognoscere super eo quod potest includi super generalitate primi libelli.*

10 *Judex appellationis potest supplere, quod venit ad coadjuvandum petitionem.*

11 *Agens in prima instantia de bove, non potest in secunda agere de equo; cùm tunc libellus neqveat mutari.*

12 *Jus novum, & diversum ab jam deducto in prima instantia cognoscetur, quando super hoc sententia lata, non facit rem judicatam super noviter deducto.*

13 *Rei judicatæ exceptio ubi in aliquo non operatur, nec ad id appellatio vires suas extendit.*

14 *Articulus noviter cumulatus non inclusus in libello sicut includit rem judicatam, ita & extensivam jurisdictionem in judice appellationis.*

15 *Ad noviter articulum deductum extenditur appellatio tribus concurrentibus; identitate rei, causæ, seu juris petendi, & conditionis personarum.*

16 *Rem judicatam quando in prosequutis faciant, vel non illæ tres identitates, remissivè.*

17 *Litteræ expeditæ per superiorem super articulo separato à causa principali ad ipsum dumtaxat devoluta retinentur in Senatu facta causæ remissione Ordinario.*

18 *Jus novum non comprehensum in libello, cum novo egeat judicio & nova instantia, nequit post litem contestatam introduci.*

19 *Libellus in judicio particulari mutari nequit post litem contestatam, ita ut remaneat eadem instantia, ib.*

20 *Ex novo jure, diverso ab jam deducto, potest quis obtinere in eadem instantia, cùm nova egeant judicio, & novis defensionibus.*

21 *Libelli emendatio novum quid, & diversum continens nec in Judiciis Ordinariis admittitur.*

22 *Super diverso articulo ex instrumento noviter, præsentato Judex nequit pronuntiare, cùm novæ defensiones dandæ sint.*

23 *Nova additio libellum jam præsentatum novo indiget termino, nova litis contestatione, & instantia.*

24 *Instrumentum seu articulus noviter deductus, dependens tamen à jure deducto, admittitur ad jam deductum coadjuvandum.*

25 *Emendatio libelli, etiam post litem contestatam admittitur si ea de re fiat, quæ causam habet à priori, ne continentia causæ dividatur.*

26 *Nova acta ad corroborationem executionis petitæ nova non egent instantia, cùm sit prima continuata.*

27 *Quando per additionem mutata dicatur forma, aut super antiqua maneat, remissivè.*

Ubi aliquid additur, vel detrahitur priori dispositioni, an & quando nova dicatur dispositio.

28 *Judex appellationis in articulis separatis, & sic non devolutis caret jurisdictione.*

29 *Novus articulus separatus à primo, deductus coram Judice appellationis, pertinet inferiori Ordinario, super quo litteras expeditas retinet Senatus, causam remittens Ordinario cognoscendam.*

30 *Delegatus ex rescripto manu Sanctissimi subscripto, novum jus separatum, & non contentum in causa sibi commissa Ordinario remittit, cùm nova egeat instantia, aut Senatus illud remittit vigore Concilii Tridentini.*

31 *Lancelotus dicens in causa appellationis posse mutari actionem reprobatur, cùm loquatur contra communem Doctorum opinionem.*

32 *& seqq. Afflicti loquens de novo articulo admisso, & super eo pronunciando declaratur.*

33 *Prorogatio alienæ jurisdictionis in prima instantia nequit fieri absque consensu Ordinarii ex nova dispositione Concilii Trident.*

MUltoties contingit, quòd ab aliqua sententia appellatur * ab Ordinario, lata super aliquo jure in libello à principio deducto; postmodum autem in Rota vel coram alio Judice superiori de hujusmodi appellatione cognoscente deducatur aliud novum jus non contentum, etiam virtualiter sub deducto; pars recurrit ad Senatum, litteræ super illo jure noviter deducto retineantur in senatu, causæ verò cognitio remittatur ad Ordinarium, pluries habuimus de facto; hic tamen altiùs examinabimus.

Et quod per superiorem possit * licitè cognosci de eo novo articulo etiam separabili, ita ut nec nova egeat instantia: facit doctrina Lanceloti *in tract. de attentatis*, 2. *part.* & 12. *limitat.* 28. *princip. numer.* 38. & 39. ubi dicit: Quod in causa appellationis potest mutari actio, motus ex Afflictis *decis.* 53. *num.* 2. qui ait: Fuisse conclusum, quod si aliquis egerit uti legatarius ex testamento, ad consequendum legatum, ex eo quòd testamentum minus fuerit solemne, reus fuit absolutus; tamen, inquit ipse, poterit legatarius in causa appellationis per viam principalis petitionis agere ab intestato ad totam hæreditatem, reo convento

vento nihil opponente ; cum Afflictis videtur concordare Caputaquenf. *decifion.* 126. *part.* 3. Igitur fequitur de primo ad ultimum, quòd in hoc cafu recurfus protectionis Concilii Tridentini ceffet, alia multa media pro hac parte poffem adducere, quæ omitto.

Contrarium tamen femper de jure verius effe
3 probavi, & fæpè defendi, * imò fuper articulo, & jure noviter deducto in inftantia appellationis omnimodo diverfo, & feparato à principali petitione, & libello, & ab illo minimè dependente, opus effe novo judicio, & nova inftantia, ac per confequens femper ad Ordinarium remittenda, moveor ; Primò ex doctrina Baldi *in l. per hanc : num.* 10. *verf. Quæro ergo in fine, C. de temporibus appellation.* Qui
4 * mirabiliter argumentatur fic, *Quod eft omnino novum, non dicitur pronunciatum ; ergo nec appellatum ; ergo nec devoluta jurifdictio.* Confirmatur, quia Judex cauſæ appellationis habet
5 jurifdictionem * per devolutionem, reſtrictam dumtaxat ad illam cauſam, quæ vertebatur, & deducta fuit in prima inſtantia, & non fuper aliis, fuper quibus omnino caret jurifdictione, Afflictis *decif.* 155. *fuit lata fub numer.* 3. Puteus *decif.* 184. *numer.* 4. & 5. *lib.* 2. Abb. *in cap fignificavit.* 11. *n.* 10 & 11. *de exceptionibus*, Guido Papa *de appellationib. n.* 2. *fol.* 57. Scaccia *de appellationib. quæft.* 17. *limit.* 21. *nu.* 51. & *quæft.* 11. *nu.* 17. & poft plurimos Doctores diximus *de Regia protect.* 2. *p. cap.* 17. *à num.* 11. & *in* 4. *p. cap.* 3. *à num.* 209. & 3. *part. cap.* 11. *à num.* 57.

Ex quo jurifdictionis defectu, & reſtrictione
6 meritò infertur, * quòd coram Judice appellationis non poteſt aliquid de novo peti, nec is debet illud admittere, cùm ſit impertinens ad cauſam deductam, nec aliud etiam diverſum, & novum capitulum, ad eius cognitionem ſpectat, Abb. & Guido Papæ ubi proximè & Scaccia loco citato, *quæſt.* 11. *num.* 3. Franchus *in cap. cum Eccleſ. num.* 8. *de appellationibus.* Et quod Judex
7 appellationis non poſſit ſupplere ea, * quæ veniunt ad omnino novam petitionem, ſcribit Rebuffus *de appellat. articulo ultim. gloſſ. unica, ſub num.* 33. Scaccia *de appellationibus, quæſt.* 11. *n.* 23.

Etenim ſuper novo capitulo non dependen-
8 te à primo, * nec illud concernente Judex appellationis cognoſcere non poſſit, ſcribit Puteus *deciſ.* 184. *numer.* 4. *lib.* 2. pulchrè Baldus *in l. per hanc* 4. *num.* 10. *verſic. Quæro ergo, in fine, Cod. de temporib. appellationum*, Maranta *de ordine judiciorum, part.* 6. *artic.* 2. *principal. in verbo, Et quandoque appellatur, ſub num.* 261. *fol.* 482. ubi benè declarat, dicens : Quòd Judex
8 appellationis * poteſt cognoſcere, & judicare dumtaxat ſuper eo, quod poteſt includi ſub generalitate primi libelli, & ideò non poſſet judicare ſuper cauſa dominii diverſa ab ea, quam partes proſequutæ ſunt in prima inſtantia, quam ſequitur Scaccia *dict. quæſt.* 11. *ſub num.* 23. & *nu.* 30. ubi reddit & aliud exemplum, quòd ſi quis agit contra colonum actione arborum furtim cæſarum, & in cauſa appellationis voluerit proſequi actionem ex locato : nullatenus poterit, quia eſt novum capitulum, & omnino diverſum à primo deducto, & appellato, Bald. *in dict. l. per hanc ſub n.* 10. *verſicul. Quæro ergo*, & *numer.* 12. Et quod
10 Judex appellationis poſſit * ſupplere in cauſa id, quod venit ad coadjuvandam petitionem, ſcribit Rebuffus *de appellationibus, artic. ult. gloſſa unica, num.* 33.

Probant etiam hanc † doctrinam Franchus *in* 11
dict. cap. cùm in Eccleſia, ſub num. 11. *de appellationib.* Gregorius Tholoſanus *in tractatu de appellationibus, lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 1. *in fin. verſic. Si modo*, & Bald. *ubi ſuprà*, quos ſequitur Scaccia *dicta quæſt.* 11. *num* 29. qui dicunt, quòd agens in prima inſtantia de bove, non poteſt deinde in cauſa appellationis agere de equo, ſeu cumulare, vel probare, cùm libellus nequeat mutari in cauſa appellationis, ut latiùs plurimis Doctoribus citatis Scaccia *dict. q.* 11. *numer* 35. *verſic. Confirmatur, & verſ. Ergo nec poteſt mutari, aut emendari.*

Et tunc cognoſcere aliquod jus, ſeu articulum
12 eſſe novum, * noviter deductum coram Judice appellationis, nec non diverſum, & ſeparatum ab jam deducto, proſequuto ; quando ſcilicet ſententia lata ſuper hoc, non inducit rem judicatam ſuper noviter deducto, iſta mirabilis Baldi doctrina *in l. per hanc, n.* 11. *verſic. Breviter*, dicens : Quòd ubicumque * non oritur 13
exceptio rei judicatæ, ibi appellatio vim ſuam non extendit, nec eſt proſequibilis. Sequitur Scaccia *de appellationibus, quæſt.* 11. *numer.* 29. Franchus *in cap. cùm in Eccleſia* 36. *ſub num.* 11. *de appellation.* dicens : Quod ampliatio jurifdictionis ad novum additamentum habet locum quando illud fit tale, quod poſſit includi ſub eodem libello.

Attamen quando articulus noviter additus, cu-
mulatus, * & deductus, nec includitur in libel- 14
lo principali, cùm exceptio rei judicatæ illum non comprehendat ; pariter & eodem modo etiam dicitur omnino diverſus & ſeparatus à cauſa & articulo principali, & ejus libello. Atque ideò ut ſeparatus non admittitur in cauſa appellationis, quia deficit in judice jurifdictio, qui ad illum adhibere non poteſt cauſæ cognitionem, ut ultra Bald. & Franch. ubi proximè tenet Marianus Socinus *in cap. fraternitatis* 17. *articul.* 5. *princip. nu.* 63. *de teſtibus inter tractatus diverſorum, tom.* 4. *fol.* 194. dum concludit, quod articuli omnino novi, & ideò non admittendi, dicuntur ; quando exceptio rei judicatæ ſuper primo articulo non habet obſtare in caſu novorum articulorum, Scaccia *de appellationibus, quæſt.* 11. *nu.* 29. qui *verſ. Declara ſecundò*, probat : Quòd tunc appellatio * extendet vires ſuas ad noviter 15
deductum, tribus concurrentibus, identitate rei, identitate cauſæ, ſeu jure petendi, & eadem conditione perſonarum, prout in his terminis probant Franchus *ubi ſuprà num.* 8. Rebuffus *de appellationibus, articulo ultimo, gloſſa unica ſub nu.* 33. *tom.* 3. Puteus *deciſ.* 584. Ioannes à Solano, *n.* 4. *lib.* 2. Et circa has tres * identitates, & quan- 16
do faciant, vel non, rem judicatam in non proproſequutis ; videbis latiſſimè ſuprà *1. part. cap.* 12. *per totum.*

Quare omnino dicendum erit, * quòd commiſ- 17
ſio impetrata ſuper articulo cauſæ principalis ; & ſimul ſuper hoc noviter deducto coram Judice ſuperiore (ad quem cauſa principalis fuit devoluta per appellationem) ſit omnino retinenda, & cognitio cauſæ remittenda ad Ordinarium, quia cum ſit articulus novus, novo caret judicio, & nova inſtantia, quæ indubiè ex diſpoſitione inviolabili Concilii Tridentin. *in cap. cauſæ omnes* 10. *ſeſſ.* 24. *de reformatione* pertinet dumtaxat Ordinariis, non Nuntiis nec aliis ſuperioribus Judicibus.

Et

Et quod novus articulus, novumque jus non
18 comprehenſum * in libello, nequeat introductum poſt litem conteſtatam, quia cum ſit quid novum, & diverſum ab jam deducto, novum requirat judicium, novam cauſæ cognitionem, atque nova inſtantia indigeat; probant latiùs & expreſsè Decius *in l. edita*, per text. ibi, *num.* 28. *Cod. de edendo.* Craveta *conſil.* 840. *numer.* 9. *vol.* 5. Angelus *in l.* 1. §. *ſtipulanti*, *ff. de verborum obligat.* Alciatus *in l.* 1. *ſi quis ſimpliciter*, *n.* 27. Purpuratus *in dicta l. edita*, *num.* 259 Urſillus ad Affictum *deciſ.* 148. *nu.* 5. Landerch. *conſil.* 93. *ſub numer.* 2. Maranta *part.* 6. *actu.* 3. *n.* 9. & 10. Peregrinus *conſ.* 92. *vol.* 2. Bald. *in conſil.* 150. *vol.* 1. Tuſchus *tom.* 3. *lit. E. concluſ.* 484. *num.* 12. Jaſſon. *in dict. l. edita*, *num.* 27. Corſetus *ſingul.* 158. *verſicul. Judex*, *el ſegundo*, Intrigol. *l. ſingul.* 156. *numer.* 1. Milanenſis *deciſ.* 3. *num.* 10. *& decis.* 8. *num.* 4. *l.* 2. Ponte *conſil.* 42. *num.* 22. & plenius Zaſius *l.* 2. *ſingular. repert. cap.* 2. Anton. Concius *l.* 1. *diſputat. juris*, *capitul.* 5. Cujacius *l.* 4. *obſervat.* 23. & *conſ.* 142. hanc doctrinam exactè probat Marius Giurba *deciſ.* 10. *per totam*, maximè *num.* 18. & *ſeq.*

Qui quidem *num.* 4. firmat in particulari judi-
19 cio, libellum * mutari non poſſe poſt litem conteſtatam, uti ſit eadem inſtantia, probant omnes Doctores communiter *in l.* 1. *C. de edendo*, comprobant Menochius *de Arbitrariis caſu* 176. *nu.* 38. Maceratenſ. *l.* 1. *reſolut.* 83. *num.* 2. Fachineus *controverſiar juris*, *l.* 11. *capitul.* 93. & *capitul.* 95. Milanenſ. *deciſ.* 8. *n.* 42. *l.* 2. plenè Bolognetus *in conſil.* 28. & *in dicta l. edita*, *num.* 61. Cornanzius *decis.* 174. *num.* 3. Tuſchus *tom.* 5. *lit. L. conclus.* 322. Bimius *conſil.* 216. *à n.* 58. *cum ſeq.* Cancerius *variar. reſolut. l.* 3. *cap.* 16. *de litis conteſtat. nu.* 29. & 31. Peregrin. *conſ.* 92. *vol.* 5.

Nam ubi res nova deducitur & diverſa à pri-
20 ma, non poteſt in eadem * inſtantia obtinere illam noviter deducens, quia novum erit, & novo indiget judicio, & ob id novæ exceptiones opponendæ, & defenſiones deducendæ, ut per *l. cum quærebatur*, & ibi Doctores, *ff. judicatum ſolvi. l.* 3. *ff. ad exhibendum*, cum aliis per Speculatorem *de libelli conceptione*, §. *nunc oſtendamus*, *num.* 4. & 8. Giurba *dicta deciſ.* 10. *num.* 8. & 9.

Imò libelli emendatio novum quid, & diverſum
21 continens, * nec in Ordinariis poſt litem conteſtatam permittitur, *l. non poteſt*, *ff. de judiciis*, Decius *in dict. l. edita*, *num.* 28. prout etiam loquuntur ſuperiùs citati Doctores *n.* 19. *in verſ. qui quidem.*

Nec enim debet Judex ſuper diverſo articulo
22 deducto ex inſtrumento * diverſo noviter præſentato pronuntiare, niſi datis novis defenſionibus, & inſtructo proceſſu ſuper novis; Craveta *conſ.* 440. *n.* 9. Quia diverſa additio rei ad libellum jam
23 præſentatum novo indiget termino, * novaque litis conteſtatione, & inſtantia, Angelus *in l.* 1. §. *ſtipulanti*, *ff. de verborum obligationibus*, Alciatus *in dict.* § 1 *ſi quis ſimpliciter*, *num.* 27. Purpuratus *in dicta l. edita*, *num.* 159. *C. de edendo*, Urſillus *deciſ.* 148. *num.* 5. Landerch. *conſil.* 93. *ſub num* 2. Maranta *part.* 6. *actu.* 3. *nu.* 9. & 10. Peregrinus *conſil.* 92. *vol.* 5. Giurba *deciſion.* 10. *num* 10.

Qui *num.* 11. dicit: quòd quando jus, articu-
24 lus, ſeu * inſtrumentum de novo deductum novum non eſt; ſed dependens ab jam deducto, ut tunc licitè quandocunque admittatur, quia jus jam deductum confovet, & confirmat Socinus Junior *in l. naturaliter*, §. *nihil commune*, *n.* 64. *ff. de acquir. poſſeſſion.* Alexand. *conſil.* 120. *num.* 12. *vol.* 1. Arctinus *conſil.* 17. *num.* 5. Milanenſ. *deciſion.* 9. *num.* 41. Intrigol. *dict. ſingular.* 156. *num.* 3. Marius Muta *ritu* 112. *num.* 14. Idque poſt Bald. *in l. Bæbius*, *ff. de pactis dotalibus*, annotavit Cumia *in praxi poſt ritum*, *editum*, *fol.* 6. *col.* 1. *in fin.*

Hoc namque in caſu licita etiam eſt poſt litem
25 conteſtatam * in Ordinariis Judicibus emendatio, ſi ea de re ſit, quæ cauſam habet à prima, pro qua datus eſt libellus, imò hoc caſu ſupplere poteſt Judex, ne continentia cauſæ dividatur, *l. nulli*, *C. de judiciis*, & hujuſmodi diſtinctionem poſt Bald. Alexand. Decium, Curtium Juniorem, Bolognetum, Cagnolum, & alios *in dict. l. edita*, latè probant, & communem profitentur Menochius *de arbitrariis*, *caſu* 176. Muſcatellus *praxi civil.* 1. *part. gloſſa*, *petitur*, *num.* 50. *cum ſeq.* Angelus & Alexand. *num.* 7. *in l. ſcire debemus*, *ff. de verborum oblig.* Cancerius *variarum reſolut. l.* 3. *cap.* 16. *de litis conteſtatione*, *n.* 37. & 40. Coſta *de reintegr. diſtinct.* 85. *n.* 3. Et quamvis increpet Fachineus *controverſ. juris*, *cap.* 95. à communi hac recedendum non eſt, ut firmat Giurba *deciſ.* 10. *n.* 11.

Cùm veriſſimum ſit, quod ſi acta non ad novam
26 incipiendam * executionem tangentia, ſed ad corroborationem & perfectionem inchoatæ jam executionis petitæ à creditore ſunt facta, nova non erit neceſſaria inſtantia, ſed etiam prima, & continuata diſpoſitio, Bald. *conſil.* 156. *nu.* 2. *vol.* 3. Craveta *conſil.* 223. *n.* 13. Magonius *deciſion. Florentin.* 31. *n.* 6. Decianus *conſil.* 11. *n.* 20. *vol.* 1. Giurba *d. deciſ.* 10. *n.* 12.

Quando autem per additionem mutata ſit * for-
27 ma vel antiqua maneat, ultra ſupra dictos vide Riminald. Junior. *conſ.* 302. Veralli *deciſ.* 60. *part.* 2. Lancellot. Galliat. *conſ.* 42. *n.* 31. Sfortia Oddi *conſ.* 88., *per totum* pleniùs Gonçalez *ad Reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. *à n.* 7. *cum ſeqq.*

Fit quod ubi aliquid additur, vel detrahitur priori diſpoſitioni in ſubſtantia, qualitate vel tempore, quod ſit, & dicatur nova diſpoſitio, plurà per Gratianum *diſceptat. forenſ. cap.* 335. *nu.* 16. & *cap.* 42. *n.* 10. & *ſeqq.* Giurba *conſ.* 65. *num.* 32. *ad fin. & num. ſeqq.* Surdus *conſil.* 217. *à nu.* 43. & *ſeqq.* & *deciſ.* 344. *à n.* 36. Amato *variar. reſolut.* 56. *num.* 22. & ſuprà plures laudat Marta *in conſil.* 87. *n.* 11. & *à n.* 13. & Gonçalez ubi proximè, apud quos videre poteſt abundè circa hunc articulum novæ diſpoſitionis ex novo aliquo accidente.

Ex hactenus latè & nervosè comprobatis
duo eſſentialiſſima, veriſſimaque in hac materia, de qua * agimus, adnotanda, & inferen-28
da ſunt præcisè, primum (quod attinet ad Judicem appellationis) qui quidem cùm nullatenus habeat juriſdictionem in prima inſtantia, niſi ſibi ab Ordinario devoluta ſit per appellationem à legitimo gravamine, prout abundè deduximus etiam remiſſivè hac 2. *part. cap.* 5. §. 2. *à num.* 1. *cum ſeqq. & per totum*, §. ex diſpoſitione Concil. Trident. in ſæpè allegato *cap. cauſæ omnes* 20. *de reformat. ſeſſ.* 24. Et ipſam juriſdictionem accipiat ſuperior limitatam ad illam cauſam, & articulum duntaxat, à quo fuit appellatum, ita ut in cæteris ab eo non dependentibus, nec

con-

connexis : sed noviter deductis jurisdictione omnino careat : si novus articulus deductus sit, cùm nova egeat instantia : non ipse, sed Ordinarius
29 cognoscere debeat, * ad quem facta articuli remissione ex protectione ipsius Concilii, litteræ super hoc novo articulo impetratæ retinendæ sunt à Senatu hoc Supremo, ut hactenus abundè probatum reliquimus.

Secundum, quod ex dictis in hoc cap. dedu-
30 citur, erit; quod & si quis * cognoscat in aliqua causa vigore rescripti, & commissionis specialis subscriptæ manu propria Sanctissimi, si in eius prosequutione deducatur aliud quodvis jus diversum, & separatum, non contentum virtualiter, nec connexè in primo libello, & commissione, hujusmodi jus omnino remittendum erit ad Ordinarium. Nam cùm egeat nova instantia, novis & diversis terminis, exceptionibus, & defensionibus : omnino & directè repugnaret dispositioni inviolabili ejusdem Concilii Trid. præservantis primam instantiam Ordinario in omnibus causis quomodolibet spectantibus ad forum Ecclesiasticum, ut capitibus præcedentibus sæpiùs diximus, quæ quidem illatio per necessariam consequentiam deducitur ex hactenus dictis in hoc cap. ad quam etiam videnda sunt, quæ in cap. seq. diximus circa reconventionem in secunda instantia oppositam, atque pleniùs justificatur & indubitabilis redditur ex iis quæ scripsimus infrà *cap.* 13. circa tertium oppositorem noviter venientem ad causam inter alios agitatam ex commissione subscripta, ut iste tertius comparens pro suo jure independente à jure litigantium non sit in commissione comprehensus, nec ad eum extendatur, cùm lis cum eo sit initianda coram Ordinario, & hoc jure utitur Senatus hic regius, & Supremus, ac communiter in eo practicatur, nec non pluries in praxi obtinuimus.

Ex his non obstat quod à principio hujus ca-
31 pitis, *num.* 2. pro * contraria parte diximus ex Lancellot. quoniam, ut vidisti, loquitur contra omnia juris principia, atque ejus opinio est
32 falsa. Et Afflictis, * quem ipse allegat, in re multùm diversa loquitur, quando scilicet adest partis prorogatio, ac ideò insuper perperam à Lancelloto allegatur; & utrique respondet, prout rectè etiam satisfacit Scaccia *in tract. de appellat. quæst.* 11. *sub num.* 30. *vers. Ad Lancellotum respondeo, &c.*

Sed ultra responsiones Scacciæ concludenter
33 illi occurres eo, quòd * prædicta Afflictis doctrina nullo modo est adaptabilis, nec applicari potest terminis novi nostri juris Pontificii, exigentis ad propagationem alienæ jurisdictionis cónsensum tam litigantium, quàm Ordinarii simul in prima instantia. Sicque cùm ste novus articulus separatus ab articulo per appellationem devoluto ad superiorem nova egeat instantia, hæc tolli non potest Ordinario, etiam parte, sola tamen prorogante, & consentiente in jurisdictionem superioris ad quem, juxta quæ plenè diximus hac 2. *p. cap.* 5. *per totum.*

CAPUT IX.

Litteras monitoriales, aliave rescripta ad cognoscendum in Rota de causa Reconventionis ibidem oppositæ, ad quam causa conventionis fuit per appellationem devoluta dumtaxat; an Senatus retineat, & causam Ordinario remittat.

Et quid si appellatum fuerit ante diffinitivam, vel etiam à gravamine extrajudiciali.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ monitoriales expeditæ super reconventione opposita in Rota, ad quam causa conventionis legitimè fuit per appellationem devoluta, an sint in Senatu retinendæ remissa reconventione Ordinario.*

2 *Reconventio non admittitur in causa appellationis à diffinitiva devolutæ ad Nuntium, vel Rotam.*

3 *Reconventio est nova petitio, quæ expeditur eisdem juris terminis servatis, quibus & conventio.*

4 *Jurisdictio limitata devolvitur ad Judicem appellationis super eo dumtaxat, de quo fuit cognitum in prima instantia.*

5 *Reconventio coram Judice appellationis proposita non admittitur ex defectu jurisdictionis.*

6 *Compensatio admittitur in instantia appellationis, etiam à diffinitiva; licet reconventio non.*

7 *Compensatio quandocumque, & coram quolibet Judice admitti debet.*

8 *Litteræ, seu commissiones expeditæ super reconventione appositа in Rota, aut Nuntio ad quem fuit jurisdictio devoluta per appellationem à diffinitiva, retinentur in Senatu remissione facta Ordinario.*

9 & *seq. Reconventio an fieri valeat coram Judice appellationis devolutæ ante diffinitivam, discordant Doctores.*

10 & 11. *Jacobi Cancerii distinctio refertur quoad admittendam reconventionem coram Judice appellationis ante diffinitivam, an ipse malè, vel benè appellatum fuisse declaret.*

12 *Sigismundus Scaccia refertur idem in effectu tenens, ut Judex appellationis à gravamine ante litem contestatam possit admittere reconventionem.*

13 *Ipse Scaccia clarè contrarius adnotatur.*

14 & *seq. Reconventionem in qualibet parte Judicii ante diffinitivam posse opponi; veriorem resolvit Author.*

14 *Reconventio etiam post conclusionem in causa, & in calculo ferendæ sententiæ, nondum latæ, rectè opponitur.*

16 *Reconventio, quoad effectum prorogandi jurisdictionem ante diffinitivam, quandocumque admittitur.*

17 *Secus autem quoad effectum simultaneæ cognitionis, & determinationis, quia tunc requiritur, ut ante litem contestatam, vel statim post eam opponatur reconventio, ut conventionis, & reconventionis cognitio pari passu ambulent, & eadem sententia simul utraque terminetur.*

18 *Re-*

18 *Reconventio jure Regio intra viginti dies opponenda.*

19 *Reconventio in causa appellationis à diffinitiva non habet locum.*

20 *Judex appellationis à gravamine ante diffinitivam, si malè appellatum declaret, nequit res conventionem admittere, sed inferior, ad quem causa conventionis redit.*

21 *Judex appellationis à gravamine ante diffinitivam, declarans benè appellatum, licitè admittit. reconventionem, cum causa principalis penes se remaneat.*

22 *Litteræ super reconventione coram Judice appellationis ante diffinitivam, cum licitè causam principalem retinet, in Senatu non retinentur, cum jam non pertineat Ordinario cognitio.*

23 *Judex appellationis à gravamine extrajudiciali indistinctè admittit reconventionem, super qua litteræ à se expeditæ non retinentur in Senatu; sed parti traduntur, ut illis coram Delegato utatur.*

1 IN dies experimur, quòd devoluta causa conventionis ad Rotam, aut Nuntium aliumve superiorem per viam appellationis legitimæ, coram quo reus opponit de reconventione (in casu aliàs permisso) Judex superior expedit contra reum litteras monitoriales ad illum citandum, & monendum, ut compareat ad se defendendum, & respondendum super opposita reconventione. Vel aliter hæ litteræ expediri solent, quando in Romana Curia petitur commissio subscripta ad partes super conventione in prima instantia, & reconventio novirer in ejusdem instantia secundæ appellationis deducatur: dubitatur an istæ litteræ retineri debeant remittique à Senatu hoc Supremo (Concilii Tridentin. Regis vice protectore) ad Ordinarium articulus reconventionis, quando ad eum recurrit conquerens de subversione primæ ejusdem Ordinarii instantiæ contra Decretum Trident. in sæpè allegato *cap.* 20. *causæ omnes*, *sessione* 24. *de reformatione*, in quo cunctanter, & distinctè per conclusiones sequentes procedendum erit.

Prima sit conclusio, quando à sententia diffinitiva appellatum ÷ fuit ad Rotam, vel Nuntium 2
Illustrissimum Hispaniarum; reconventio non habet locum ex his quæ latiùs deduximus *in cap. præced.* quia reconventio quædam est nova petitio, & conventio, in qua proceditur servatis iisdem terminis, & juris tramitibus, qui servantur in conventione: quia reconventio habet naturam actionis, 3
& venit appellatione reconventionis, * & reconventio dicitur petitio & libellus, prout de singuli latè comprobat, & prosequitur Scaccia *de sententia & re judicat. gloss.* 7. *quæst.* 4. *à n.* 24. *cum seqq. inspectionis* 3. *folio* 289. *& seqq.*

4 Tunc coram Judice appellationis * admitti nequit reconventio, quia post diffinitivam etiam coram inferiore non admittitur, (ut statim dicemus) quoniam cùm ad Superiorem fuerit tantùm devoluta jurisdictio super conventione limitatè, nec de
5 alia re, quàm sit * cognitum in prima instantia, cognoscere possit, *ut eap. præced.* latiùs probavimus, & est *l. per hanc, C. de temporibus appellat.* & Doctores citandi; ideò reconventionem coram eo non admitti: probant Zabarela *in Clement. sæpè*, *verb. non sic.*, *nu.* 10. *de verb. signific.* Speculator. *tit. de reconvention.* §. . *nu.* 6. Mieres . 2. *tit. de forma procedend. in offic. Judic. tabul. n.* 52. & per istos Cancer. *variarum resolut. lib.* 3. *cap.* 13. *de reconvent. à n.* 50. *fol.* 256.

Et licèt in causis appellationis à diffinitiva non possit proponi * reconventio, tamen co nperstato 6
sic, per *l.* 2. §. *Legatis*, *ff. de Judic.* probant innocent. *in cap.* 1. *de mutuis petitionibus*, Hostiens. *n.* 10. Bald. *n.* 12. Matheslan. *nu.* 14. & cæteri scribentes *in Authentic. & consequenter*, *C. de sentent. & interlocut. omn. judic.* Speculator. *in tit. de convent.* §. *nunc videamus*, *n.* 6. Guido Papæ *decis.* 85. *n.* 55. Rota Romana *decis.* 1. *in tit. de mutuis petit. in antiqui.* Jafred. Lanfranchus, Bald. *in decis.* 65. Romanus *singul.* 141. Joan. Ferrariens. *de appellat. n.* 246. Maranta *in pract.* 1. *p.* 4. *distinct.* 6. *nu.* 24. dicens communem Mariinus Socinus *in dicto cap.* 1. *nu.* 95. *de mutua petition.* Barthol. Socinus *reg.* 412. *in* 5. *fallentia*, Affictis *super constitut. Regn. rubr.* 45. *de appellat. in fin.* & ibi addentes *in fin. lit. A. lib.* 2. Tepatus *in conclus. lib.* 1. *tit. de reconventione*, *vers. in causa appellationis*, Cæsar Barrius *decis.* 106. *nu.* 14. ubi multos alios allegat, & testatur de communi, Carpanus *super statut. Mediolanen.* 1. *part. cap.* 44. *n.* 112. Hondedeus *consil.* 21. *n.* 15. *lib.* 1. Carolus de Grassis *de effectibus Clericat. effect.* 1. *n.* 778. Scaccia *de appellationibus*, *quæst.* 11. *nu.* 31. *& de sentent. & re judic. glossa.* 7. *quæst.* 4. *inspection.* 3. *n.* 137. *fol.* 309. qui allegat Tindarum *in tractatu de compensationibus*, *artic.* 7. *sub n.* 34. & 35. Sebastian Medicis *de compensat. part.* 1. *quæst.* 25 *n.* 10.
Quòd licèt reconventio † non possit fieri post sen- 7
tentiam, & sic nec in gradu appellationis; compensatio autem quandocumque, & coram quolibet Judice validè procedit, & opponi potest.

His suppositis dicendum erit, quòd si coram Nuntio, * Rota, aliove superiore adito per ap- 8
pellationem à diffinitiva opponatur de reconventione, nequeat cognoscere de ejus causa, nec super ea expedire rescripta, & commissionem, quia agitur de re verè diversa à conventione, non inclusa in principali libello, quare cùm egeat novo judicio, & integro, novaque instantia, omnino Senatus hic Supremus illam remittit Ordinario in prima hac instantia, ne lædatur dispositio Conciliaris Trident. ut superiùs & *cap. præced.* latiùs probavimus.

Sed major stat difficultas, quando appellatum est ante sententiam diffinitivam * ab aliquo grava- 9
mine, an coram Judice appellationis poterit deduci articulus iste reconventionis, ita ut liberè illum possit vel delegare, vel per se cognoscere, absque læsione primæ instantiæ Ordinarii: sunt & inter se ipsos contrarii Doctores.

Nam Cancerius *variarum resolut. lib.* 2. *cap.* 13. *de reconventione*, *à n.* 51. dicit * distinguendo: 10
quòd si appellatur ab aliqua interlocutoria ante litem contestatam, si Judex appellationis confirmat dictam interlocutoriam, declaratque malè appellatum, non habet locum coram eo reconventio, quia causa conventionis restituitur primo Judici.

Si autem Judex appellationis * retractavit dictam 11
sententiam interlocutoriam, quia tunc causa principalis devolvitur ad eundem Judicem appellationis, *cap. ut debitus*, & ibi Doctores de appellation. & sic Judex appellationis in tali casu habetur pro Judice primæ instantiæ, *cap. cujus in agendo* 3. *quæst.* 8. Et cùm adhuc stemus tunc ante litem contestatam; habet coram eodem Judice appellationis locum reconventio, ita per Abb. Joannem Andre. & alios *in cap.* 1. *de mutuis petitionibus*, Speculator. *de reconvent.* §. 2. *n.* 6. & Nattam *cons.* 155. *n.* 4. observat & distinguit Cancerius ubi proximè.

Scaccia etiam *in tract. de appellat. q.* 11. *n.* 31.

...ne 2. dicit ferè * idem, ut scilicet regula, ... coram Judice appellationis non possit propo... reconventio, procedat, quando fuit appellatum à diffinitiva, seu alia sententia interlocutoria, & gravamine post litem contestatam, secus autem in causa appellationis interpositæ ante litem contestatam, quia tunc (dicit ipse Scaccia) potest habere locum reconventio, ut ex Joann. Andr. Abb. & Maranta *distinct. 6. q. 4. sub n. 25.* quasi omnes sumentes fundamentum ab ea opinione, quod reconventio nequit etiam in prima instantia proponi post litem contestatam, sed ante eam.

Contrarium tamen affirmat ipse* Scaccia *in tract. de sententia, & re judic. gloss. 7. q. 4. inspect. 3. à n. 136. fol. 309.* dum dicit pro veriori opinione multis adductis Doctoribus; quòd reconventio habet locum in qualibet parte Judicii, dummodò sit proposita ante sententiam diffinitivam, ex qua *n. seqq.* infert coram Judice appellationis à diffinitiva non habere locum reconventionem, & sic directè contrarium ejus, quod dixerat *in tract. de appellat. dict. quæst. 11. n. 31.* Quo loco supponit ante litis contestationem esse proponendam reconventionem, non verò post eam.

14 Quid dicendum in hac * contrarietate? Ego quidem arbitror opinionem Scacciæ *in tractatu de sententia, & re judicata, n. 136. & seqq.* longè veriorem esse inspecto jure Canonico, cum eo, & jure civili (quidquid aliud sit de jure Regio, ut infrà *n. 18.*) in quacumque parte Judicii ante diffinitivam posse opponi reconventionem, *ex cap. dispendia, §. reus quoque de rescriptis, lib. 6.* Abb. *n. 13.* Socinus *n. 17.* Mantica *n. 19. in cap. 1. de mutuis petitionibus*, Bart. *in Authent. & consequenter n. 12. C. de sentent. & interlocut. omnium judicum*, Ornan. *in cap. quoniam contra cap. 12. n. 41. de probationibus*, Guido Papæ *singul. 818.* Maranta *de judiciis, part. 4. distinct. 6. n. 8.* Costa *de subsid. remed. 120. n. 21.* Caravita *ritu 67. nu. 6.* Medicis *de compensat. part. 2. q. 1.* Tuschus *littera R. conclus. 61. n. 2.* Franchis *decis. 376. n. 1. & 2.* Muscatelus *prax. civil. part. 3. gloss. actorem, n. 14. & 15.* Cancerius *variar. resolut. lib. 2. cap. 13. de reconvent. n. 6.* Hondedeus *consil. 21. n. 5. lib. 1.* Vivius *decis. 128. n. 2.* Giurba *decis. 74. à num. 3.* Cardoso *in summa practic. Judic. verbo, Reconventio, n. 4.* ubi quod usque ad conclusionem potest opponi.

Et quod possit fieri reconventio, etiam post
15 conclusionem † in causa conventionis, imò in calculo ferendæ sententiæ, dummodo non sit lata, plurimos Doctores, ut verius contra Caravitam resolvit Carolus de Grassis *de effectibus Clericatus, effectu 1. n. 762.*

Et illi duo penultimi scilicet Giurba, & Car-
16 doso, * post multos alios Doctores dicunt, hanc veram opinionem, quoad effectum prorogandi Judicis jurisdictionem; secus autem quoad illud
17 privilegium, quod habet reconventio, * si opponatur ante litem contestatam, vel in continenti, vel statim post eam; ut tunc simultaneo processu cognoscatur, eademque sententia terminetur, secus si post dictam litem contestatam multò post: quia tunc amittit hoc privilegium, & diversimodè, ac seorsum tractatur & terminatur. Vide eosdem Doctores latiùs de hoc tractantes, ac etiam Grassis *de effectibus Cleric. effect. 1. sub nu. 762.* Qui omnes plurimos alios allegant, quia nostri
18 non est, * de jure autem Regio intra viginti dies opponenda, ut videre est ex Paz *in prax. 1. part. to. 1. n. 12. & 13.*

Quare præfata opinione ultima retenta, benè dicit in hoc nostro † principali articulo Cardosò, 19
dum loquitur absque distinctione, an sit appellatum ab interlocutoria ante, vel post litis contestationem; sed simpliciter, qui & *n. 20.* affirmat, quòd reconventio non habet locum apud Judicem appellationis, quando fuit appellatum à diffinitiva, ad quod plurimos Doctores allegat.

Si tamen appellatur ab interlocutoria, & Judex
appellationis † judicaverit malè appellatum, & 20
remittat causam (prout teneretur juxta ea quæ Nos latiùs probavimus ex dicto decreto Trident. *in tract. de Regia protect. 3. part. cap. 17. à num. 7. & in hoc tractatu de supplic. ad Sanctiss. hoc & in hoc tractatu de supplic. ad Sanctiss. hoc 2. part. cap. 5. §. 2.* præsertim *à n. 7.*) Judici à quo appellatum fuit; idem erit, nempè ut nullo modo coram eo habeat locum reconventio, si autem judicaverit benè appellatum, & malè judicatum * (propter quod causa fuit ad se devoluta) 21
tunc habet locum reconventio coram ipso Judice appellationis, cùm fiat & remaneat Judex in causa principali (juxta quæ nos *de Regia protect. 2. part. dict. cap. 17. à n. 7. & seqq.*) ut per Innocent. Joan. Andr. Abb. & alios *in cap. 1. de mutuis petitionibus*, observat ipse Cardoso *dict. verb. Reconventio, n. 20.* absque distinctione, ut dictum est, an appelletur antè, vel post litem contestatam, quòd versùs tenendum erit.

Ac ideò cùm reconventio habet locum in causa
legitimæ * appellationis ante diffinitivam indistinc- 22
tè, & Judex apud se retineat causam (cum juxta Concilium Trident. appellatum est à legitimo gravamine ex iis quæ latiùs deduximus hac 2. *part. cap. 5. §. 2. à. n. 1. cum seqq.*) licitè hac via recedatur in prima instantia ab Ordinario, litteræ monitoriales super tali reconventione nec retineri possunt; nec remitti debet reconventio ad Ordinariorum per Senatum Supremum, cùm in nullo lædatur dispositio d. Concil. Trident. *sess. 24. de reformatione, cap. 20.*

Pariter etiam & idem judicandum erit [illegible] solutè
in reconventione † opposita coram judice, ad 23
quem devoluta fuit causa per appellationem ab aliquo gravamine extrajudiciali, quoniam tunc major militat ratio, quàm in judiciali, ut probant Speculator *in tit. de reconventione, §. nunc dicamus, vers. Sed numquid, sub n. 6.* Abb. *in d. cap. 1. n. 31. in fin. de mutuis petitionibus*, Maranta *dict. quæst. 4. n. 27. fol. 117.* sequitur Scaccia *de appellationibus, quæst. 21. sub nu. 31. vers. Restringe 3.* & per Abb. & Marantam ubi plures allegat *de ordine judiciar. p. 4. distinct. 6. nu. 27.* benè tenet Cancerius *variarum resolut. lib. 2. cap. 13. de reconventione, n. 57.* Quibus addit declaratione, illas mirabiles Congregationis Cardin. quæ [illegible] in appellatione ab Ordinario à gravaminibus extrajudiciali adduximus hac 2. *part. cap. 5. [illegible] n. 19. & seqq. vers. Unum tamen.* Ac adeò [illegible] non percutiatur, nec lædatur in [illegible] Concilii Tridentin. decretum; & dispositio [illegible] in 22 cessare debent recursus ad Regem, & [illegible] protectio, nec non ad Ordinarium remit[illegible]

CAPUT

CAPUT X.

An Bullæ Apoſtolicæ pro executione gratiæ ſuper Beneficio reſervato in prima inſtantia alteri, quàm Ordinario commiſſæ, ſint per Senatum Ordinarium remittendæ.

Et generaliter an in viis executivis liceat percuti Ordinarii primâ inſtantiâ, ubi accuratè de Motu proprio Gregorii XIII.

SUMMARIUM.

1 *Commiſſiones ſuper reſervato beneficio liberè expediuntur in prima inſtantia cuilibet Delegato, cum non percutiatur Trid. diſpoſitio.*

2 *& ſeqq. S. Congregatio pluries id ipſum declaravit.*

2 & 4. *Auditor Cameræ, cui directa ſunt Brevia, aut Bullæ ſuper gratia de beneficio reſervato, poteſt intruſos, & poſſeſſores coram ſe citare.*

5 *Brevia Cameralia de ſtylo Curiæ expediuntur ad favorem proviſi de beneficio reſervato, ne dum Bullæ expediuntur poſſeſſio in partibus occupetur, quæ nomine Cameræ Apoſtolicæ capitur.*

6 *Breve Camerale ad favorem litterarum deſuper expediendarum ſuper beneficio reſervato datur, non ad favorem jam expeditarum.*

7 *Brevia Cameralia ad capiendam poſſeſſionem nomine Cameræ Apoſtolicæ non dantur niſi ſuper beneficiis reſervatis.*

8 *Poſſeſſio virtute Brevis nomine Cameræ apprehenſa, litteris expeditis per eam ceditur proviſo Apoſtolico.*

9 *Manutentio datur proviſo Apoſtolico facta poſſeſſionis ceſſione per Cameram apprehenſæ.*

10 *Per Breve Camerale in executione gratiæ ſuper beneficio reſervato alteri, quàm ordinario directum, in prima inſtantia non lædi formam Concilii Tridentini in cap. cauſæ omnes, declaravit Gregorius XIII. per Motum proprium.*

11 *Motus proprius Gregor. XIII. ad litteram refertur.*

12 *Ex Gregoriana Conſtitutione, loquenti in caſu ſpecialiſſimo Brevis Cameralis, nonnulli occaſionem ſumpſere dicendi in viis executivis generaliter non lædi Trident. etſi executio alibi, quàm coram Ordinario poſtuletur, & decipi oſtenditur.*

13 *Conſtitutio Gregorii XIII. dumtaxat emanavit, ut Brevia ſuper reſervatis non offendant formam Trident.*

14 *In Brevis Cameralis executione proceditur extrajudicialiter, in qua nec datur judicium, nec inſtantia.*

15 *Conſtitutio Gregoriana noluit conſtituere regulam generalem, quod in omnibus viis executivis ceſſet Trid. diſpoſitio, cùm ultra executionem Brevis in aliis procedatur judicialiter, & ceſſet reſervationis ratio.*

16 *Executio extrajudicialis Brevis Cameralis, quando in judicialem mutatur ob oppoſitionem legitimi contradictoris, mutatur etiam diſpoſitio Gregoriana, ita ut ad Ordinarium pertineat in prima inſtantia cognitio.*

17 *Tridentin. non utitur verbo (inſtantia) in ſua rigoroſa ſignificatione, ita ut cauſæ debeant habere inſtantiam, ut ejus diſpoſitioni locus ſit, ſed ad demonſtrandum omnes cauſas primas proponendas, & tradandas coram Ordinario.*

18 *In executivis forus debitoris executi attenditur ſicut in cæteris cauſis Ordinariis.*

19 *Executio peti nequit ex obligatione Camerali coram Metropolitano abſque conſenſu Ordinarii debitoris.*

20 *Executio obligationis ſi coram non Ordinario petatur contra uſitatum ſtylum univerſalem, Senatus cauſam ipſi remittit.*

21 *Ratio qua movetur Trid. ad preſervandam primam inſtantiam, pariter militat in viis executivis, ſicuti & in aliis Ordinariis.*

22 *Genus ſicut continet omnes ſpecies, ita ratio generalis omnes caſus.*

23 *Ratio legis magis quàm verba attiendenda eſt.*

24 *Ratio & mens legiſlatoris præponderat verbis.*

25 *Dictum per rationem ampliatur, & limitatur, quæ magis quàm dictum attenditur.*

26 *Verba non ſecundùm quod ſonant, ſed ſecundùm intentionem proferentis ſunt accipienda.*

27 *Imò ad hoc ſunt verba impropriandа.*

28 *Verba (cauſæ omnes) quibus utitur Trid. ponderantur, ut nihil excludant.*

29 *Dictio (omnes) comprehendit omnes caſus, etiam non comprehenſos in proprietate vocabuli.*

30 *Dictio (quomodolibet) qua utitur Trid. comprehendit omnem modum agendi.*

31 *Dictio (quomodolibet) extendit diſpoſitionem, uſque ad improprietatem vocabuli.*

32 *Lex ubi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

33 *Verbum (prima inſtantia) quo utitur Concilium Tridentinum, acceptum in rigoroſa ſignificatione, repugnat & ejus rationi.*

34 *Extrajudiciales actus non habent inſtantiam.*

35 *Extrajudicialis actus prima cognitio proponenda coram Ordinario, aliter offenditur diſpoſitio Trid. ut declaravit S. Congregatio.*

Ea quæ ſunt voluntariæ juriſdictionis licèt extrajudicialiter gerantur, tamen coram Judice competente tractantur, ibid.

Manutentio non cauſat litem, & tamen includitur in diſpoſitione Trid. ita ut non poſſit de ea, coram Nuntio in prima inſtantia agi, ib.

36 *Ratio finalis Trid. in favorem ſubditorum, ne extrahantur in prima inſtantia ultra provincias, pariter militat in viis executivis.*

37 *Conſtitutionis Gregor. principalis intentio fuit, declarare caſum ſpecialiſſimum, in executione Brevis Cameralis, non lædi formam Tridentin. ratione reſervationis beneficii, quæ ultra illum ad alia executiva omiſſa, & relicta ſub regula univerſali Trid. attendi non debet.*

38 *Executionem coram alio Judice petitam Senatus in dies remittit Ordinario in prima inſtantia.*

39 *A conſtitutione Gregorii XIII. ex pluribus rationibus, & damnis ſupplicatum extat in Hiſpania.*

40 *Brevibus Cameralibus uti, & apprehendi poſſeſſionem nomine Cameræ Apoſtolicæ minimè patitur Senatus in Hiſpania.*

Ratio redditur, ib.

41 *Conſtitutio Gregor. XIII. eo ipſo, quo providit tantum in Brevi Camerali, cæteros executivos cenſetur*

censetur relinquere generali dispositioni Trident. cujus est correctio vitanda.

42 *Lex, quæ certo casui providet speciali, cessat in casu omisso, & contrariam dispositionem videtur in eo vindicari.*

43 *Lex nova, ubi disponit super aliquo casu specifico, non extenditur ad alios.*

44 *Lex nova limitativa, interpretativa, seu declarativa non corrigit jus commune, nisi in casu de quo loquitur.*

45 *Lex, seu statutum alteratum, seu cancellatum, in parte, in cæteris confirmatum censetur.*

46 *Lex de similibus ad similia non trahitur, ubi diversa ratio militat.*

47 *Nec ubi sequeretur jurium correctio.*

48 *Et debet dari omnimoda similitudo casuum.*

49 & 50. *Inter Breve Camerale, & cæteras vias executivas multæ redduntur dissimilitudines, & rationis diversitates.*

51 *Verba enuntiativè prolata propter aliud non inducunt dispositionem in denuntiatis.*

52 *Auditoris Cameræ facultas in prima instantia cessat hodie noviori jure Pontificio.*

53 *Auditoris Cameræ facultas solùm destinata est ad executionem litterarum, & obligationum in forma Cameræ, in aliis caret jurisdictione.*

54 *Auditor Cameræ in beneficialibus caret jurisdictione ultra executionem, nec dat manutentionem ex illis defectu.*

55 *In beneficialibus, & aliis tangentibus forum Ecclesiasticum, prima instantia est Ordinarii, non auditoris Cameræ.*

56 *Ex novo jure Pontificio cessat potestas Auditoris Cameræ in via executiva.*

57 *In executiva Brevis Cameralis expediti in beneficiis reservatis durat hodie facultas Auditoris Cameræ.*

LIcet ex sæpè allegato decreto Concilii Trident. *sess.* 24. *de reformatione, cap.* 20. præservata sit Ordinario prima instantia omnium causarum, etiam beneficialium quomodolibet ad forum Ecclesiasticum attingentium : indubitabile tamen est hujus decreti dispositionem minimè
1 offendi in beneficiis † affectis, aut reservatis Sanctæ Sedi Apostolicæ; possunt enim immediatè ab Auditore Cameræ, seu alio delegato Apostolico cognosci causæ hæ, quæ ad executionem gratiæ super talibus beneficiis reservatis factæ in prima instantia cuilibet delegari & committi, prout praxis quotidianæ signaturæ observat, & sæpè declaratum fuisse à Congregatione Cardinalium, testatur Leo *in thesauro fori Ecclesiastici* 2. *part. cap.* 1. *n.* 76. & 77. Gonçalez *in regula* 8. *Cancellariæ glossa* 52. *n.* 36. & 37. Augustinus Barbosa *de potestate Episcopi, tom.* 2. *allegat.* 81. *n.* 17. Garcia *de beneficiis* 6. *part. cap.* 3. *n.* 6. qui *n.* 8. testatur, ita decisum fuisse per Rotam *in causa Segoviens. Canonicatus* 24. *Novembris* 1628. *coram D. Plato.* Marches. *de commissionibus, part.* 2. *cap.* 1. *de commission. appellation. n.* 36. Piasequius *in praxi Episcop.* 2. *part. cap.* 4. *n.* 3. Novarius *in novi juris Pontificii pract. cap. de causis primæ instantiæ conclus.* 1. aliàs 54. *n.* 4. & 15. Hieron. Gabriel. *concl.* 182. *n.* 3. *cum seqq.*

Ad quod expressa est declaratio Sancta Congregationis super *D. cap.* 20. in hæc : *De effectis,*
2 *† & reservatis beneficiis si agitur ; tunc causa in Curia committetur ;* & iterum dicit. *Item provisi per Sedem Apostolicam in beneficiis reservatis, aut affectis, possunt virtute brevium in favorem litterarum, seu nomine Cameræ Apostolicæ ad capiendam possessionem Auditori ejusdem Cameræ † di-* 3 *rectorum citare, & ad judicium coram eodem Auditore Cameræ possessiones talium beneficiorum occupantes, & detinentes, ac si coram Ordinario super possessorio tantùm causæ ventilarentur, & cum sententia super eodem possessorio prolata fuerit, potest pars adversa causam in Curia committere.* Quas declarationes ad litteram refert Gonçalez ubi proximè sub *n.* 37. aliam adducit Nicolaus Garcia *ubi sup. dict. cap.* 3. *sub n.* 7. quæ sic ait : *Quod † si de affectis, aut reservatis beneficiis ageretur,* 4 *tunc in Curia committuntur causæ in prima instantia.*

Hinc est, quòd de stylo Romanæ Curiæ quotidie expediuntur brevia Cameraria ; ut nomine Cameræ † Apostolicæ capiatur possessio beneficii 5 reservati, & fuit inventus iste modus, ut provisus Apostolicus, qui nondùm litteras expedivit, posset diligentias facere super capienda possessione beneficii, ne illi tarda seu morosa expeditio aliquo modo noceret ; nam quando quis à principio vult litteras expedire, non datur breve hoc nomine Cameræ † de capienda possessione, sed dumtaxat 6 ad favorem litterarum, ut ipsemet provisus immittatur in possessionem, ut continetur in constitutione Gregorii XIII. statim referenda, de quo latè videndus Gonçalez *in regula in mensibus & alternat.* §. 7. *proœmia, n.* 208. & in Glossa 9. *in annotationibus, n.* 246 *& in glossa* 34. *à nu.* 113. *cum seqq.* Garcia *de beneficiis,* 6. *part. cap.* 3. *per totum.*

Qui *à n.* 9. latè probat, quòd hæc brevia de capienda possessione † nomine Cameræ de stylo nul- 7 latenus regulariter dantur nisi in beneficiis reservatis Sedi Apostolicæ, quod & probant Doctores omnes superiùs laudati ad principium hujus cap.

Quapropter Rota sæpissimè resolvit quòd ea sit virtus † Brevis de capienda possessione nomine 8 Cameræ, ut litteris postmodum expeditis fiat per Cameram ipsam cessio possessionis, proviso Apostolico, qua cessione facta, provisus constituitur justus possessor, cùm in ejus favorem fuerit per Cameram apprehensa possessio, taliter ut hujus possessionis sic à Camera apprehensæ virtute provisi detur † mandatum de manutenendo, circa 9 quæ videndus Gonçalez *dict. glossa* 34. *à n.* 117. qui *à n.* 118. plurimas Rotæ decisiones refert, & latiùs Garcia *d.* 6. *part. cap.* 13. *per totum.*

Quare † Gregorius XIII. per Constitutionem 10 suam, quæ incipit *ad Romani Pontificis providentiam* (quam commemorant omnes Doctores in principio hujus cap. citati, & Nos hac 2. *part. cap.* 6. §. *unico, à num.* 1. *cum seqq.* & ad litteram refert Piasequius *in praxi Episcopal.* 2. *part. cap.* 4. *num.* 3.) declaravit per hujusmodi Brevia Apostolica ad capiendam possessionem beneficii reservati nomine Cameræ Apostolicæ, ad favorem litterarum gratiæ postmodum expediendarum non lædi dispositionem Concilii Trident. ex aliquibus rationibus, ibi : *Accepimus sanè nuper,* 11 *quòd licet multoties † Romanus Pontifex ut provisiones & gratiæ per eum de beneficiis pro tempore vacantibus, ac suæ & Sedis Apostolicæ dispositioni, & ordinationi reservatis in favorem diversarum personarum sibi gratiarum, & electarum fact, executioni debitæ demandentur, & ne (dum litteræ Apostolicæ sub plumbo desuper expediuntur) beneficia ipsa ab aliquibus indebitè occupentur, aut*

aliqua

aliqua in spiritualibus, & temporalibus detrimenta sustineat; nonnunquam corporalem possessionem ipsorum beneficiorum & illas annexorum, injurumque & pertinentiarum quomodocumque Sedis, & Cameræ Apostolicarum nominibus apprehendi, ac omnes, & quoscumque fructus, reditus, & proventus beneficiorum, & annexorum eorumdem percipi, & exigi, eosque integros personis prædictis, postquam ipsæ litteras sub plumbo expeditas haberent, una cum dicta possessione consignari, &c. Nihilominus nonnullis beneficiis prædictis inhiantes, ac gratias præfatas eludere, eorumque instructiones, & detentiones improbè tueri satagentes, executiones litterarum in forma brevis hujusmodi, & facultatem per eas ipsis executoribus attributam diversis dubiis, & cavillationibus remorentur, & processus per eosdem executores desuper habitos, & formatos, ac indè sequuta quæcumque, nulla, & invalida, nullíusque roboris, vel momenti esse: nec attendi debere contendunt sub prætexta, quòd in decreto Concilii Trident. session. 24. cap. 20. dispositum fuerit, quòd causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinariis locorum duntaxat cognoscantur, exceptis his, quæ juxta Canonicas sanctiones apud Sedem prædictam sunt tractandæ, vel quas ex urgenti rationabilique causa, judicaverit Summus Pontifex Romanus per speciale reseriptum signaturæ suæ ejus manu propria subscribendum committere, aut avocare.

Verùm cùm decretum hujusmodi Concilii concessionem prædictarum litterarum in forma brevis, & illarum executionem nihil afficiat, nec per illos causa, seu instantia introducatur, sed merè executivè procedi mandentur, litteræ quoque in forma brevis annulo Piscatoris munitæ, non minoris sint efficaciæ, & authoritatis, quàm reseripta signaturæ Romani Pontificis, ejus manu propria subscriptæ Nos in his nostræ debitæ declarationis cautelam adhibentes, & Ac mera nostra deliberatione decernimus, & declaramus, per concessionem litterarum in forma brevis, & sub annulo Piscatoris super capienda possessione quorumcumque beneficiorum dispositionis Apostolicæ reservatorum, seu effectorum Sedis & Cameræ Apostolicarum nominibus apprehendenda, & ejusdem possessionis in favorem provisorum, &c. quæ mandata executiva sunt, & summarum duntaxat causarum, propter quas illæ emanarunt, cognitionem requirunt, decretis hujusmodi Concilii non contraveniri, nihilque præjudicii illis inferri, vel eorum formam in aliquo violari, &c.

12 Ex ratione hujus † Pontificalis Constitutionis, ibi: *Nec per illos causa seu instantia introducatur, sed merè executivè procedi mandetur, &c.* & ex Doctoribus, qui in ejus exornatione fuerunt locuti, in casu merè specialissimo contenta in dicta Constitutione Gregoriana; nonnulli Advocati minus cautè opinati fuere, occasionemque sumpsere generaliter affirmandi, decretum Tridentin. *in dict. cap. causæ omnes*, non habere locum in executivis causis, ac propterea Regis protectionem denegandam, quoties alibi quàm coram Ordinario executio postulatur, putà virtute alicujus instrumenti guarentigiati, alteriusve habentis de jure executionem paratam: sed manifestè falluntur.

Primò quoniam dicta Constitutio Gregoriana venit duntaxat in declarationem, quod in bene-
13 ficiis reservatis † (in quibus tantumdem conceditur breve illud Camerale, ut superiùs diximus) non habet locum dispositio Tridentin. *in dict. cap. causæ omnes*, quod & pluries declaravit Sancta Congregatio Cardinalium, & pro executione gratiæ factæ à Sede Apostolica alicujus beneficiorum effectorum datur particulares executores, qui quidem in brevis prædicti executione procedunt † extrajudicialiter, in quibus non datur nec 14
judicium, nec instantia, ut in his terminis citra Purpurato, probant Menochius *de arbitris, lib. 1. quæst. 22.* & præcipuè *num. 6.* ubi etiam allegat Socinum, Jaff. & alios. Diaz de Mena *practicarum lib. 1. quæst. 12. à num. 12. & seqq.* & in terminis hujus constitutionibus Barbos. *de præsulate Episcopi, tom. 2. allegat. 81. sub num. 17.* Novarius *in novi juris Pontific. practicarum conclus. tit. de causis primæ instantiæ, concl. 1.* aliàs 55. *num. 15. & 16.*

Et pro exornatione principalis suæ intentionis, nempè, † ut in beneficiis reservatis non habeat 15
locum dispositio Trident. adduxit illam rationem, magis ad demonstrandum, quòd in Brevibus Cameralibus datur, & infertur leve præjudicium Ordinario, non tamen ad constituendam generalem regulam ultra dicta brevia Cameralia, ut in executivis non lædatur dicta Conciliaris constitutio, imò omnes Doctores nullatenus loquuntur (nec rectè possent) ultra litteras Apostolicas in executionem gratiæ obtentæ in beneficiis reservatis, in quibus, ut diximus, locum non habet *cap. causæ omnes*, quia tunc ad executionem proceditur extrajudicialiter, & sine lite.

Adeò ut si tunc compareat aliquis legitimus oppositor, & contradictor † allegans aliquam legiti- 16
mam exceptionem, ex qua introducitur lis: tunc executor litterarum Apostolicarum omnino teneatur causam ipsam remittere ad Ordinarium, ut expressè in his terminis probant Novarius, Flores de Mena, & Barbosa citati; & alii plurimi suo particulari loco adducendi latiùs, & illi duo ultimi probant; quòd si aliter hoc casu fecerit executor, Senatum declarare vim facere, & causam remittere ad Ordinarium, Quare principalis intentio, & finis dictæ Constitutionis Gregorianæ fuit duntaxat in illo casu particulari disponere, prout notant omnes Doctores hîc, & cæteri in principio hujus cap. citati, ac ideò ad alium casum illam trahere, foret absurdum.

Non enim ex eo quòd in via executiva non datur instantia, sequitur quòd non sit comprehensa † sub regula universali Concilii Trident. *in dict.* 17
cap. causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes in prima instantia coram Ordinariis locorum duntaxat cognoscantur, &c. Quia Concilium Trid. non fuit usum illo verbo (*Instantia*) in sua rigorosa significatione, ita ut causæ debeant habere instantiam, sed ad demonstrandum causis omnes primitùs tractandas; & proponendas coram Ordinario, & sic loquitur de prima cognitione, ad differentiam eorum, quæ postmodum in eodem decreto subsequuntur, ut superior non cognoscat, nisi in secunda instantia devoluta per legitimam appellationem; quare re pectu hujus secundæ instantiæ superioris utitur Concilium illo verbo, *Prima instantia*. Sequeretur enim aliter absurdum, quod liceret cuilibet proponere viam † executi am con- 18
tra alium coram alio Judice non Ordinario, & quòd in via executiva amitteret quis forum suum, nec attenderetur contra juris regulas notissimas, ut per Parladorium *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 2. part. §. 1. num. 2.* Et quòd etiam in obligatione Camerali nequeat quis absque consensu Episcopi Ordinarii conveniri, † seu exequi coram Metro- 19
politano, probant Matta Galeti, *ad formul. Camer. obligat. 2. part. quæst. 1. num. 6.* sequitur Co-

chier *in tractatu de jurisdictione in exempt. 2. part. quæst. 45. num. 4. & suprà. tom. 1.* Et vulgatissima praxis observat in omnibus Tribunalibus, tam secu-
20 laribus, quàm Ecclesiasticis; † in quibus omnino actor in executivis sequitur forum rei, ita ut si coram alio, quàm Ordinario executio instrumenti postuletur, Senatus præcipiat ad eum causam remitti, indubiè, juxta tenorem Concilii Tridentini.

Deinde, quoniam ratio finalis Concilii præfati
21 nulla alia est, † quàm consulere damnis, & sumptibus, quietique partium, ne extra sua domicilia extrahantur, coganturque litigare & ut jurisdictio Ordinarii illusoria non reddatur, nec lædatur, ut sæpè declaravit Sancta Congregatio, prout latissimè deduximus *hæc 2. part. cap. 3. per totum*; sed hæc ratio, quæ est solida, eodem modo militat in viis executivis, ac in Ordinariis; quia pariformiter extrahuntur partes suis domiciliis, eademque patiuntur incommoda, imò pro latiori, & longiori via, remotiorique loco majores sumptus & salaria solvunt executi, de qua ratione ulterius videbimus, *num. 26.* Ergo sub eadem Tridentini ratione comprehendi debet via executiva,
22 sicut & Ordinaria, quia sicut † genus continet omnes casus, Alexander *consil. 75. videretur, nu. 3. & 4. part. lib. 5. & consil. 36. Viso themate nu. 11. in fin. cum seq. lib. 6.* Craveta *consil. 183. num. 3.* Fulgos. *consil. 15. num. 2. consil. 77. nu. 2. & 3.* Barbosa *axiom. 197. nu. 4.* ubi per totum multa adducit.

23 Ratio enim legis magis, † quàm verba attendenda est, *l. scire, §. aliud. ff. de excusat. tutorum*, Tiraquellus *in l. si unquam, verbo, Libertis, num. 47. Cod. de revoc. donationibus*, Menochius *consil. 998. num 13.* Fusarius *de substitutionibus, quæst. 480. num. 40.* Et quod ratio & mens statuentium
24 præponderet † verbis, Marian. Socinus *consil. 35. circa prædictam, col. 2. vers. & quamvis, lib. 1.* Tuschus *lit. B. conclus. 31. num. 16.* Parisius *cons. 12. num. 52. lib. 3. & consil. 83. n. 13. & 14. lib. 3.* Bald. *consil. 44. in fin. lib. 4.* Alexander *consil. 54. num. 9. & seqq. num. 4.* Barbosa *dict. axiom. 197. num. 8. ubi num. 11.* quod dictum per rationem am-
25 pliatur, † & limitatur, & magis attenditur ratio, quàm dictum; ergo verbum (*Instantia*) quo ad superiùs dictum finem usus est Concilium Trident. debet omnino trahi, & intelligi per rationem, & intentionem, cùm verba non secundùm quod so-
26 nant, † sed secundùm mentem & intentionem proferentis sint accipienda. Latè Barbosa *axiomat. 222.*
27 *nu. 1. & n. 9.* quod † ad hoc debent verba impropriari.

28 Quod & adjuvant verba illa † universalia Concilii Tridentini, *cap 20.* ibi: *Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum, quomodolibet pertinentes*, ponderatis verbis, *Omnes*, ut nihil excludant, *l. Julianus in principio, ff. de legatis 3. l. hoc articulo, ff. de hæredibus instit. l. pediculis, §. labeo, ff. de peculio legat.* & plurimos Doctores ad idem recenset Barbosa *axiom. 168.* & latissimè indictione 241. ubi *nu. 6.* quod hæc dictio (*Omnes*) adeò est universa-
29 lis, † nihil restringens, ut comprehendat omnes casus, etiam dissimiles, & etiam qui non comprehenderentur ex proprietate vocabuli, post Antonium Monachum *dicis. 69. n. 8. & 9.*

Et de prædicta dictione (*Quomodolibet*) qua
30 simul utitur Concil. Trident. † ut comprehendat omnem modum agendi, latissimè scribit Barbosa *in dict. 330. per totam*, ubi multa ad propositum congerit, qui post Cenedum *singular. 95. num. 1.*
31 *& 3.* Quòd ista dictio (*quomodolibet*) † extendit, & ampliat dispositionem usque ad impropriatem vocabuli; quæ verbum illud, *instantia*, tum ex generalitate Concilii, quam ex finali ejusdem decreti motiva & finali ejusdem debet amittere suam propriam, & rigorosam significationem, intelligique, declarari, & restringi ad naturam actus juxta jura vulgaria, † quæ lex ubi non distinguit, nec 32
nos distinguere debemus, *l. non distinguimus, ff. de receptis arbitris, l. præses, de officio Præsid.*

Si enim illud verbum (*prima instantia*) acciperemus † in sua rigorosa significatione, ita ut causæ 33
debeant habere instantiam, cum ipsius ratione decreti omnino pugnaret, & foret potiùs lex posita verbis, quàm rebus, contra *leg. 2. in fin. Cod. communia de leg. l. fin. Cod. de usuris, c. 2. requiris de appellation.* cum vulgaribus.

Deinde quia si in causis requireretur instantia effectivè, † sequeretur, quòd in omnibus actibus 34
extrajudicialibus pertinentibus ad Ordinarium, cùm non habeant instantiam, nec judicium, nec litem, ut ex Flores de Mena. Menochio, & Novario, diximus superiùs, *nu. 13.* Sed in his actibus extrajudicialibus † nullatenus receditur ab Ordi- 35
nario in prima illorum cognitione absque legitima appellatione, ita ut absque ea lædi dicatur, & offendi dispositio Tridentin. præservantis primam instantiam Ordinariis; ut expressè declaravit Congregatio Cardin. super eodem decreto 20. quas declarationes ad litteram adduximus hæc *2. part. cap. 5. §. 2. num. 10. & seqq.* Quarum declarationum doctrina, & ex eo potissimum fulcitur, quoniam ea quæ pertinent ad jurisdictionem voluntariam, sunt actus extrajudiciales, & extrajudicialiter exercentur, Nos *in commentariis de protect. Regia, 2. part. cap. 13. à num. 31. & à num. 29.* & vide Gonçalez ibidem citatum, quibus adde latissimè Sanchez *de matrimonio, lib. 3. disput. 8. num. 6.* & latiùs *disput. 19. num. 7. 8. & 9. tom 1.* ubi quando per litem effugiantur contentiosæ jurisdictionis, sequitur Monetà *de commutat. ultimarum volunt. c. 5. à num. 224. & seq. fol. 238.* & nihilominus ea, quæ sunt voluntariæ jurisdictionis debent fieri, & agi coram Judice competenti, ut copiosè per Decium *in consil. 150. per totum*, Ancharanum *consil. 320.* Alexander *consil. 67. num. 8. versic. Non etiam potest, lib. 1.* Mascardus *de generali statutor. interpret. conclus. 1. n. 221.* Ergo falsò extrahitur à suo casu specialissimo dict. constitutio Gregorii XIII. ad omnes vias executivas, ac per consequens perniciosè excluduntur à dispositione universali & generica Concilii Trid. & contra ejus intentionem, & rationem declaratam per Congregationem Cardinalium.

Quod ex eo comprobatur, nam in manutentione non datur lis, imò manutentio consideratur diversum quid à lite mota, seu movenda super re, & est quid extraordinarium, Barzius *decis. 71. sub nu. 39. & 40.* Lancelotus *de attentatis 1. part. cap. 3. n. 143.* Rota *recent. decis. 618. nu. 4. part. 1. Post. de manutentione, observat. 6. à n. 35. cum seq.* ubi quòd ideò non causat vitium litigii. Et tamen manutentio data à Nuntio Hispaniæ in prima instantia est, nulla ipso jure ob defectum jurisdictionis, obstante Concilio Tridentino *in dict. cap. causæ omnes*, ut determinavit Rota teste Marchesano loco citato, & sequuto à Post. *de manutentione, observat 107. n. 2.* Ergo instantia in causis pertinentibus ad Ordinarium non requiritur, ut Trident. dispositio locum habeat.

Et insuper, quoniam ratio finalis, quæ movit Concil. Tridentin. † ea est sumptus, damna & 36
expensas vitare litigantium extra suas provincias, ut superiùs diximus *à n. 21.* Sed hæc ratio finalis

in

in via executiva, ſicut in Ordinaria. Ergo idem jus ſtatuendum in utraque, prout in ſimilibus terminis hanc partitatem ration's conſideravit Scaccia *de appellationibus, quæſt.* 11. *ſub n.* 33. *verſicul. Ad addu-ta pro contraria parte.*

Itaque cum finis, intentio, & principalis diſpoſitio Gregorii XIII. alia non fuerit, quàm de-
37 clarare, † in reſervatorum beneficiorum execu-tione non attendi, nec lædi diſpoſitionem Concilii Trid. *in dicto cap.* 20. prout Congregatio Cardinal. ſæpè declaravit, nec rationes in dict. diſpoſitione Gregoriana fuerint ad finem generaliter diſponendi in omnibus viis executivis; ſed tantùm ad exornationem, & qualificationem illius caſus particularis, de quo loquuta fuit, nempè in brevibus Cameralibus, & ad demonſtrandum, quàm ſit in illo caſu leve præjudicium Ordinarii; ideò non debet extra ſuum caſum limitatum, & ſpecialiſſimum protrahi, extendi, nec attendi. Imò cætera executiva relicta eſſe ſub ſpeciali ratione, & regula univerſali & generica *dict. cap. cauſæ omnes*, præſervantis primam inſtantiam Ordinariis locorum in omnibus negotiis, & cauſis judicialibus & extrajudicialibus, prout communis praxis, & univerſalis ſtylus omnium Tribunalium Eccleſiaſticorum obſervat, ac
38 inſuper Supremus hic Senatus † obſervare facit ex dicto decreto Tridentin. abſque eo quòd in aliquo permittat lædi primam Ordinariorum inſtantiam in executionibus peritis vigore inſtrumentorum coram Nuntio, vel aliis quibuſvis judicibus ſuperioribus, quod latiùs comprobatur ſtatim *n.* 41. *cum ſeqq.*

Sed ulteriùs advertendum eſt, quòd tàm ex hoc inconvenienti, reſultante ex ratione adducta per Conſtitutionem præfatam Gregorii XIII. quàm ex aliis pluribus à nobis adductis hac 2. *part. cap.* 6. §. *unico per tot.* ſupplicatum eſſe humiliter ad Sanctam Sedem Apoſtolicam à dicta Gregoriana Conſtitutione, ut *in dict. c.* 6. *à n.* 7. *cum ſeq. verſic. Sed ulterius in hac*; ubi latiùs videre potes ibi adducta, & ulterius remiſſa circa comprobationem hujuſmodi ſupplicationis.

Illud tamen non omittam, quòd licèt veriſſi-
39 mum ſit, decretum Tridentini † minimè offendi ex delegationibus factis à Sede Apoſtolica pro executione gratiæ in beneficiis reſervatis, ut ad principium hujus capit. latiùs probavimus ex declarationibus Sanctæ Congregationis Cardinal. & ex ipſa Conſtitutione Gregorii XIII. tamen ex alio adhuc capite Senatus hîc non admittit brevia Cameralia ad apprehendendam poſſeſſionem nomine
40 Cameræ Apoſtolicæ, † de quo hactenus loquuti fuimus. Imò illa quotidie retinet, nec patitur illo uti: ea ratione motus, quoniam cùm Bullis, & privilegiis Apoſtolicis hæc Hiſpaniarum Regna ſint à tempore immemoriali munita, ne quis exterus, & horum Regnorum non Originarius, nec naturalis obtineat beneficium Eccleſiaſticum, nec penſionem in eiſdem, prout abundè diximus hoc *tract. 3. part. cap.* 1. *& ſeqq.* Camera Apoſtolica, quæ extera & non originaria horum Regnorum eſt, non eſt capax poſſeſſionis illorum, nec patitur Senatus indulta Apoſtolica, & laudabilem immemorialem conſuetudinem tot ſulcitam rationibus violari. Ac propterèà licèt permittat omnino in beneficiis reſervatis litteras committi alteri, quàm Ordinariis locorum ex ſupra dictis in hoc capit. non tamen brevia Cameralia, ut eorum virtute ipſa Camera Apoſtolica apprehendat poſſeſſionem beneficiorum horum Regnorum, quæ duntaxat naturalibus eorum ſunt privativè, & excluſivè ad exteros, tamquam incapaces reſervata. Et ita praxis quotidiana in hoc ſupremo Concilio Regis obſervat, de cujus juſtificatione altius & peculiariter erit agendum *in* 3. *part. hujus tractatus.*

Concludendum eſt igitur & ulterius inſiſten-
41 dum, ut eo ipſo † quòd Gregorius XIII. limitatè providit duntaxat in caſu brevis Cameralis; videtur cæteros executivos omiſſos generali Tridentini diſpoſitioni relinquere, cujus correctio evitanda eſt, *l. unica*, §. *ſi autem*, *Cod. de caduc. tollendis*, *cap. ad audientiam de decimis*, *l. cum prætor. ff. de judicis*, bonus text. *in l. ſi verò*, §. *de viro*, *ff. ſoluto matrimonio*, Hondedeus *conſil.* 38. *num* 39. *lib* 1. Beccius *conſil.* 12. *num.* 44. Surdus *conſil.* 177. *numer.* 61. *lib.* 1. Quia exceptio firmat regulam in contrarium ex vulgari axiomate, & ſingulariter dixit Alexander *in conſil.* 158. *num.* 9. quòd qui certo caſu providet, nedum videtur velle, ut proviſio
42 ceſſet in caſu omiſſo; † ſed videtur eriam contrariam in eum vindicare diſpoſitionem, Surdus *conſil.* 204. *num.* 8. & 9. *vol.* 1. Riminald. *conſil.* 808. *num.* 13. *uſque ad. num.* 22. *vol.* 7. plura legat Paz *de tenuta*, *cap.* 57. *num.* 185. Et quod ubi lex nova diſponit ſuper aliquem caſum ſpecifi-
43 cè, non liceat illam ad alios caſus extendere: ſed illi non expreſſi, ſed omiſſi cenſentur remanere ſub juris communis diſpoſitione, ut poſt Bald. & alios Thomas Grammaticus *conſil. civil.* 76. *num.* 1. Caſtill. *de uſufructu*, *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 53. *& ſeq. & per l. ſi verò*, §. *de viro*, tenet Gironda *de privilegiis & exemptionib. n.* 556. *&* 886. ubi latiùs.

Et quia lex nova limitativa, interpretativa, ſive declarativa juris communis non limittat, † nec cor-
44 rigit niſi in caſu de quo loquitur, aut emanavit, in reliquis autem remanet jus commune intactum, & incorrectum, *l. præcipimus*, *C. de appellation. ſi quando*, *C. de inofficioſ. teſtamento*, *dict. l. ſi verò*, §. *de viro*, ubi imola. Lex enim ſtatutum alteratum, † ſeu cancellatum in parte in cæte-
45 ris confirmatum cenſetur, eorumque inducitur approbatio, *l. Tribunus*, §. *fin. ff. de militar. teſtam.* quam latiùs exornamus hac 2. *part. cap.* 31. *à. n.* 101. *& ſeq.*

Nec obſtat quòd de ſimilibus ad ſimilia extenditur † legis diſpoſitio, *ex leg.* 3. *C. de legibus*; 46
quia procedit ubi eadem, non diverſa (prout hic ſtatutum) ratio militat in utroque, Caldas Pereira *de reſolutionib. emphyteut. cap.* 2. *num.* 26. Socinus *regular.* 47. Surdus *de alimentis*, *tit.* 9. *quæſt.* 1. *num.* 7. Seraphinus *de privileg. jurament. privileg.* 74. *num.* 108. *& ſeq.* Nec procedit, quando jurium † correctio ſequeretur, Menochius *de* 47
arbitrariis, *caſu* 84. *n.* 6. *& conſil.* 180. *n.* 51. Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis matern.* 3. *part. nu.* 68. Surdus *conſil.* 200. *num.* 15. *& conſil.* 259. *num.* 27. Caldas *de poteſtate eligendi*, *cap.* 16. *num.* 6. *& dict. cap.* 2. *n.* 26. Brunor. à ſole, *in locis communibus*, *augmentum* 4.

Deinde quia in utroque caſu debet dari omnimoda ſimilitudo, † ut in omnibus caſus ſimiles conveniant, vel ſaltim in eo de quo agitur omnimoda ſimilitudo procedat, Brunor. à ſole *loco citat.* Thomas de Thomaſet. *in florib. regular.* 4. Bertaſola *in repetitione leg. ſi quis major. Cod. de tranſactionibus*, *n.* 761. qui *nu.* 762. dicit non currere argumentum etiam data parva diſſimilitudine, Antonius *variarum reſolution. l.* 3. *reſolut.* 59. *n.* 34. Maſcardus *de probation. concl.* 1253. *n.* 4.

(Quæ quidem ſimilitudo omnimoda inter bre-
49 ve Camerale † (de quo diſponit dicta conſtitu-
tio Gregoriana) & cætetas cauſas executiva nul-
latenus dari poteſt, ſed verè diſſimilitudo, & ra-
tionis diverſitas, ac differentia, nam in brevi Ca-
merali procedit executor extraiudicialiter: in exe-
cutivis aliis verò caſibus omninò judicialiter, ut
ſupra diximus; ſecundò, quia brevis Cameralis
exemptio à Concilii diſpoſitione cauſatus à bene-
ficio reſervato Sedi Apoſtolicæ, ad quam exe-
cutio tanquam acceſſoria, & effectus reſervatio-
nis ninimùm pertinet. In cæteris verò executivis
50 nihil concurrit, ut exceptionem † à Concilio poſſit
cauſari: Tertio quoniam dicta conſtitutio Grego-
riana non ſe fundat in executione brevis Camera-
lis, ſed ei principali nititur fundamento, quod
Breve hoc muniatur asmulo Piſcatoris, qui de jure
communi non minorem authoritatem habet ſub-
ſcriptione propriæ manus, ut ex eadem conſtitu-
tione relata ſup. *num.* 11. *verſicul. Verùm cum de-
cretum*, &c. clarè patet (licèt Concilii Tridentini
formæ hæc adæquatio minimè congruat ex hactenus
probatis *à num* 12. *& ſeqq.*) hac tamen authoritate
non muniuntur cætera inſtrumenta guarentigiata,
nec ſententiæ executionem merentes, igitur de uno
ad aliud fumi nequit argumentum. Ideoque cùm
omnimoda juris diſparitas, & diverſitas inter utrum-
que caſum appareat, dicendum venit, quòd in
executivis generica Concil. Trid. *in dict. cap.
cauſæ omnes*, diſpoſitio inviolabiliter ſit ſervanda
intacta.

Et tandem quoniam conſtitutio prædicta Gre-
51 gorii nihil † diſpoſuit ſuper cæteris viis executi-
vis; ſed de eis ad alium finem enuntiativè, men-
tionem fecit, & verba in lege prolata enuntia-
tivè propter aliud nihil in enuntiato diſponere intel-
liguntur, ut abundè per Caſtillo *controverſiarum
lib.* 2. *cap.* 26. *à num.* 67. *cum ſeqq.* Camil. Gal-
linum *de verb. ſignificat. lib.* 5. *cap.* 14. *nu.* 8. Gra-
tianum *diſceptatione* 111. *to.* 2. *nu.* 90. Nicolaum
Gratiam *de verborum enunciation. lib.* 1. *quæſt.* 3.
per totam, *l. ſi quis inſtituatur hæres*, ſi legitimus,
ff. de hæredibus inſtituend. maximè ubi juris pro-
hibitio repugnat diſpoſitioni & tali inductioni ex
ſupra dictis, quapropter diſpoſitio Concilii Trident.
quæ generalis eſt, univerſalis, & abſoluta tàm in
probibendo, quàm in præſervando primam inſtan-
tiam Ordinariorum, intacta & præſervata remanet
in omnibus aliis viis executivis, prout communi-
ter practicatur. Imò eadem conſtitutio nunquam
fuit admiſſa, nec uſu recepta quoad alias vias exe-
cutivas, & ſic nec admittenda, quia nec ſuper illis
diſpoſuit.

Hæc denique reſolutio noſtra eſt de mente om-
nium illorum Doctorum, † quos in unum con-
52 geſſimus hac 2. *part. cap.* 3. *à num.* 20. *& ſeqq.*
juridicè affirmantium, ceſſare hodie ex nova diſ-
poſitione Concilii *in dict. cap. cauſæ omnes*, fa-
cultatem Auditoris Cameræ, ne de cætero poſſit
ea uti in prima inſtantia in præjudicium Ordina-
riorum, & litigantium. Supponunt enim per ne-
ceſſarium † antecedens; cauſas executivas inclu-
53 ſas eſſe ita in dict. decreto Tridentin. cum facultas
Auditoris Cameræ ſolùm habeat locum in pro-
ceſſu executivo pro executione eorum, quæ ad
Cameram Apoſtolic. ſpectant, indeque emana-
runt, & ſic pro executione brevium Cameralium,
& ſimilium, ut obſervat Veſtrius *in praxi Ro-
man. Curiæ*, *lib.* 2. *cap.* 4. & in executione
obligation. Cameralium, atque abundè per Mar-
chefan. *de commiſſionibus*, 1. *part. cap.* 16. ubi latè
etiam, quod eo ipſo quòd in talibus obligatio-
nibus ceſſet via executiva, ceſſet etiam facultas
Auditoris Cameræ, & quòd Auditor Camerę ca-
reat in beneficialibus juriſdictione, † quam non 54
poteſt exercere niſi in attinentibus executionem
litterarum Apoſtolicarum, ita ut nec concedat
manutentionem, pluries declaravit Rota ut in
Hortanis Parochialis coram Peregrino, apud Mar-
chefan. *de commiſſionibus*, *part.* 1. *fol.* 964. *num.*
6. Alexand Ludoviſ. *deciſ.* 118. *num.* 4. & ibi
Oliverius Beltramin. *in annotat. num.* 7. *& deciſ.*
160. *num.* 2. Jacobus Cavaller. *deciſ.* 32. *& deciſ.*
224. *num.* 1. idem Marchefan. *de commiſſion. part.*
1. *de commiſſion. appellat. in poſſeſſor. fol.* 931. *nu.*
82. 86. *& ſeqq.* Poſt. *in tractatu de manutentio-
ne*, *obſervation.* 6. *à num.* 19. *cum ſeqq.* qui *num.*
23. reddit rationem, quòd in beneficialibus, &
cæteris rebus Eccleſiaſticis † inter Eccleſiaſticos, 55
ſeu inter laicum & Eccleſiaſticum, Judex eſt in
prima inſtantia Epiſcopus loci, ex toto titulo *de
foro competent. & Concil. Tridentin. ſeſſ.* 24. *de re-
formation. cap.* 20. *cauſæ omnes*, & ex Boccat.
de interdicto uti poſſidetis, *num.* 3. & 4. Teſtantes
propterea paſſim Rotam ſubvertere ſententias
Auditoris Cameræ, & ejus locum tenentis, ſe
intromittentis ultra executionem ex hoc defec-
tu † notorio juriſdictionis. Ex quibus quidem 56
clarè patet, hodie ex novo jure Pontificio ſub-
latam eſſe facultatem Auditoris Cameræ, quæ
tendebat tantùm ad executionem litterarum Apoſ-
tolicarum, nec non obligationum in forma Ca-
meræ fabricatorum, ne inferatur præjudicium
primæ Ordinariorum inſtantiæ, ac per conſe-
quens Doctores hoc affirmantes ſine dubio ſup-
ponere, cauſas executivas comprehendi in diſpo-
ſitione generali, univerſali, & abſoluta Concil.
Tridentin. nec contrarium voluiſſe Gregorium
XIII. in ſua diſpoſitione, quæ duntaxat loqui-
tur in Brevi Camerali expedito (ut diximus)
duntaxat in beneficiis reſervatis, in quibus ex
conſequentia † remanet integra facultas Audito- 57
ris Cameræ ad procedendum executivè, & ex-
trajudicialiter, prout hactenus diximus ac inſu-
per conſideravimus hac 2. *part. cap.* 5. §. 3. *à
num.* 6. & ſignanter, *num.* 10. & hoc jure uti-
mur.

CAPUT XI.

Protectionis Regalia an utatur Senatus contra conſervatores procedentes in prima inſtantia in cauſis exemptorum.

Et quid ſi exempti in juriſdictionem conſenſerint Ordinarii, aut aliter renuntient ſuæ.

Et an exemptus citatus ad Romanam Curiam hac protectione utatur.

Et quid ſi ab exempto reus citetur, ut coram conſervatore litiget extra Regnum.

SUMMARIUM.

1 *Conſervatores Religionum, & Univerſitatum non poſſe cognoſcere in prima inſtantia ex Trident. qui tenuerint.*

2 *Reli-*

2 *Religionum causas in prima instantia coram Conservatoribus suis cognoscendas verius ostenditur.*

3 *& seqq. Conservatorias Regularium non esse sublatas per cap. causæ omnes, imò causas, plenariam cognitionem, etiam requirentes, esse eor Conservatores cognoscendas in prima instantia pluries declaravit S. Congregat.*

6 *Cognitio in prima instantia pertinet Conservatoribus Religionum.*

7 *Conservatoriæ quales hodie per Trid. sint sublatæ, ac prima instantia Ordinarii præservata.*

8 *Conservatoriæ hodiernæ habentes amplissimas clausulas & facultates, in quo discrepent à limitatis juris communis, remissivè.*

9 *Conservatoriæ Religionum, & Universitatum sunt intactæ ex Trid.*

10 *Conservatoriæ Regularium sunt prælibatæ in Tridentin. ac ideò eorum Conservatores cognoscunt in prima instantia, ut ulterius declaravit Sacra Congregatio.*

11 *Et itidem responsum fuit Conservatoribus Universitatis Leodicensis.*

12 *Cap. causæ omnes, circa causas infra biennium terminandas non comprehendi Conservatores, declaravit Congregatio.*

13 *Conservatoriæ particularium manent sub dispositione juris communis, & ultra procedentes in violentiis non notoriis, Rex, ut protector Concilii remittit causam Ordinariis.*

14 *Conservatores Universitatum, & Religionum procedere in prima instantia juxta tenorem privilegiorum, patitur Senatus, cum Concilium Trid. non percutiatur.*

15 *& seqq. Exempti Religiosi etsi renuntient suæ exemptioni, & in Ordinarium consentiant, Senatus eorum causas Ordinario non remittet.*

16 *Exempti ab Ordinario, & immediatè subjecti Papæ, absque ejus consensu nequeunt exemptioni renuntiare.*

17 *Renuntiatio exemptionis in præjudicium Papæ, non valet.*

18 *& seqq. Ubi mirabilia jura adducuntur, & magna Doctorum exornatio.*

19 *Exemptus ab Ordinario absque licentia Pontificis (cujus exemptio interest) renuntiare nequit exemptioni.*

20 *Processus, & sententia per Ordinarium vigore renuntiationis exempti lata non tenet.*

21 *Privilegio exemptionis nequeunt renuntiare Prælati, & Religiosi, cùm exempti ab Ordinario soli Sedi Apostolicæ subjiciantur, quorum Papa efficitur Diœcesanus.*

22 *Renuntiare suo foro nequit Clericus absque Diœcesani sui consensu.*

23 *Sarania convincitur, supponens Abbatem posse exemptioni renuntiare cum consensu sui Conventus.*

Cœnedus etiam id affirmans convincitur; ib.

24 *& seqq. Decisio Rotæ singularis refertur, plurima continens mirabilia circa renuntiationem exemptionis factam à Religiosis.*

25 *Generalis, aut Provincialis interventu monialis exemptæ ab Ordinario, & immediatè subjectæ Sedi Apostolicæ, nequeunt exemptioni renuntiare.*

26 *Commissarius Generalis, cujus Gubernio submisit moniales Papa, sibi mediatè subjectas absque Papæ licentia, eas dimittere nequit.*

27 *Religiosorum subjectio Prælatis à Papa pendet, sine cujus ministerio Prælati Regulares jurisdictione carent.*

28 *Pontifex est Summus Religionum omnium Prælatus.*

29 *Prælati Religiosi, quibus gubernium Monialium sibi subjectarum demandavit Papa, non possunt eo inconsulto illas dimittere.*

30 *Administratores Sedis Apostolicæ nequeunt præjudicare Pontifici.*

31 *Renuntiatio privilegii, cujus favore tantùm fuit inductum valet.*

32 *Sedis Apostolicæ interest multos habere immediatè subjectos.*

33 *Exemptus subjectus Sedi Apostolicæ immediatè exemptionis privilegio nequit renuntiare.*

34 *Moniales exemptæ ab Ordinario, & immediatè subjectæ Sedi Apostolicæ, absque hujus licentia nequeunt exemptioni renuntiare.*

35 *Subditos ab alio non judicari, interest Romani Pontificis, & alterius Superioris.*

36 *Per exemptionis privilegium Regulares efficiuntur immediatè subjecti Sedi Apostolicæ, absque cujus licentia in alium nequeunt consentire in illius jurisdictionis præjudicium.*

37 *Privilegium exemptionis qua ratione concedi soleat Religiosis.*

38 *Jus exemptionis ita est conjunctum cum jure superioris, ut commodè separari nequeant.*

39 *In exemptionibus Ecclesiasticis non datur separatio inter exemptos, & Sedem Apostolicam, in aliis verò sic in præjudicium renuntiantis, non tamen superioris.*

40 *Prælatus potest conditionem Ecclesiæ facere meliorem, non deteriorem.*

41 *Per unum, vel plures actus non censetur Prælatus renuntiare favori Ecclesiæ, cum etiam nec expressè.*

42 *Privilegio communi etsi omnes contraveniant, solus unus valet contradicere.*

43 *Privilegii renuntiatio revertens ad jus commune admittitur, nisi adsit præjudicium alterius inseparabile.*

44 *Scandali negotium celeri eget expeditione.*

45 *Renuntiatio juris conjuncti, & complicati nec in præjudicium, etiam renuntiantis, valet.*

46 *Renuntiare licèt caducitati valeat dominus, fallit tamen, quando caducitas sit etiam in favorem alterius.*

47 *Exemptus non potest renuntiare exemptioni in præjudicium superioris.*

48 *Renuntiatio juris connexi, commodam separationem minimè admittentis, non valet etiam in præjudicium renuntiantis.*

49 *Jus habens admixtum interesse alterius inseparabile, nec sibi, nec alteri præjudicat.*

50 *Separabile jus habens conjunctum cum jure alterius in sui præjudicium, valet renuntiatio, non in præjudicium tertii.*

51 *Præjudicium quando est separabile pluribus possidentibus, potest contra unum quæri possessio, licèt contra alios non.*

52 *Jus patronatus est individuum quoad substantiam, at quoad possessionem, & exercitium separabile est.*

53 *Utilitati connexæ, & inseparabili, sive publicæ, sive privatæ nequit renuntiari.*

54 *Juri, continenti utilitatem privatam, & publicam simul inseparabiliter, renuntiari nequit.*

55 *Juri naturali, sive in præjudicium alterius Reipublicæ,*

publicæ, aut privati, aut contra bonos mores renunciari non potest, remissivè.

56 & 57. *Præscriptio juris complicati, & inseparabilis contra unum, nec etiam in ipsius præjudicium completa dicitur.*

58 *Præscriptio juris complicati inseparabilis privati, & Ecclesiæ non dicitur completa contra privatum per tempus Ordinarium, sed quoad omnes, tempus contra Ecclesiam requiritur.*

59 *Interpretatio præscriptionis facta per unum prodest aliis sociis.*

60 *Laicus ratione juris individui habiti cum Clerico, non litigatur statutis laicorum.*

61 *Consors juris individui potitur privilegiis sui consortis.*

62 *Privilegium quis consequitur ex persona socii, quod ex sua non poterat.*

63 *Restitutio in integrum competens minori, competit etiam majori sui consorti in individuis.*

64 *Jus unius per se insufficiens potest à jure alterius fomentum recipere.*

65 *Privilegio Capituli, ut adversus Capitulares non procedat Episcopus sine adjunctis, singuli Capitulares non renuntiant ratione juris complicati.*

66 *Executio sententiæ latæ contra unum ex habentibus jus complicatum, & inseparabile, impeditur etiam respectu condemnati, remissivè.*

67 *Exemptioni ab Ordinario in favorem privatorum, & singulorum liberè quis renuntiat.*

68 *Per renuntiationem exemptionis validam Ordinarius ipso jure recuperat jurisdictionem in exemptos.*

69 *Prorogatio exempti non redundans in præjudicium alterius, sed sui tantum, valet, juxta Rotam.*

70 *Exemptus non submissus immediatè Sedi Apostolicæ potest prorogare jurisdictionem Ordinarii, & eidem se submittere.*

71 *Prorogatio redundans tantùm in præjudicium prorogantis, non alterius, valet.*

72 *Privilegio alicui concesso, ut Ecclesiæ, Religioni, &c. in gratiam alterius simul renuntiari non valet.*

73 *Jurisdictione in aliquorum gratiam privativè data, non prohibetur alterius prorogatio.*

74 *Vassalli unius Regni sine sui Principis licentia, an alterius Regni jurisdictionem possint prorogare.*

75 *Renuntiatio exempti invalidè facta Senatus non utitur Regalia protectionis in favorem Ordinarii, cum Trid. in cap. causæ omnes in exemptis non procedat.*

76 *Paulus Piasequius reprobatur dicens, Religiosos maximè cum toto Conventu posse renuntiare exemptioni, & se submittere Ordinario, & seqq.*

77 *Pacta inter Religiosos, & Prælatos, seu Curatos inita valent; nisi per proprium Capitulum Generale, aut Provinciale sint refutata.*

78 *Prælatus etiam cum suo Conventu nequit renuntiare privilegio exemptionis, & Ordinario se submittere.*

79 *Exemptus citatus extra suum Regnum, vel Provinciam, in qua suum conservatorem habet, ut respondeat, an uti poterit Regalia protectionis, ut per senatum causa suo Conservatori remittatur.*

80 *Exempti in prima instantia nequeunt evocari ad Curiam Romanam juxta pacta inter Papam, & Reges Hispaniæ, Franciæ, Belgiique Principes.*

81 *Exempti evocati extra Regnum habent jus revocandi domum ad Judices suos Conservatores ex privilegio.*

82 *Exemptis evocatis extra Regna licet querela supplicare Pontificem, imò etiam officium Conservatoris in hac re, quibus favet Trid. in cap. causæ omnes.*

83 *Violentia infertur ei, qui extra Regnum, & ad Romanam Curiam evocatus, adstringitur litigare, quem protegit Princeps.*

84 *Ecclesiastici sunt pars populi, & cives Reipublicæ temporalis, ad quorum protectionem pariter adstringitur Princeps.*

85 *Lege Regia præcipitur, ut nullus Ecclesiasticus Judex laicos compellat ire ad civitatem, ubi Sedes Episcopalis est, exceptis causis criminalibus, beneficialibus & matrimonialibus.*

86 *Protectio exemptorum evocatorum ad Romanam Curiam prima instantia provenit tàm ex protectione universali Regis quàm ex ratione Trident.*

87 *Exempto conceditur facultas eligendi Conservatorem, ne cum tot dispendio cogatur litigare in Romana Curia.*

88 *Conservatorum datio est etiam inducta in favorem collitigantium, ne cogantur Romam adire pro exemptis conveniendis.*

Estque inductum in favorem publicæ utilitatis, ibid.

89 *Conservator subintrat locum Ordinarii, & Ordinarius exemptorum dicitur.*

90 *Conservator, cùm detur ad Universitatem causarum, Ordinario æquiparatur juxta magis receptam opinionem.*

91 *Delegatus ad Universitatem causarum loco Ordinarii habetur.*

92 *Conservatores in prima instantia cognoscunt de causis suorum exemptorum, eosque agnoscit S. Congregatio uti Ordinarios exclusivè ad Episcopos Ordinarios.*

Concilium Trid. præservans primam instantiam Ordinario, non excluit Conservatores, qui uti Ordinarii de causis exemptorum cognoscunt in prima instantia, ib.

93 *Qui perpetuum judicandi habent officium, Ordinarii dicuntur.*

94 *Conservatoris datio in favorem majorem exemptorum si per rescriptum non subscriptum mutarè permitteretur, in majus eorum potius damnum foret, quod jus non patitur.*

95 *In conservatoribus vice Ordinarii exempto datis, cùm alium Ordinarium in suo loco non habeat, qui in prima instantia cognoscere permittatur, verificantur verba Trid. in cap. causæ omnes.*

96 *Exempti, quibus ad majorem favorem datur Conservator in sua Provincia, amitterent privilegium juris communis, si per rescriptum non subscriptum ab eo causæ avocentur, vel illi ad Curiam Romanam vocentur.*

97 *Exempti sunt prohibiti extra Regnum eligere Conservatorem, ne naturales ita molestentur ex Decreto Senatus impresso.*

98 *Naturales hujus Regni prohibentur impetrare commissiones extra illud, & in Senatu datur provisio ordinaria, ut illi afferant Judicem in Regno ex eodem Decreto.*

99 *Refertur ad litteram Decretum prædictum Senatus anni 1572. quod multa continet utilia circa impetrationem commissionum Judicibus degentibus extra Regna Coronæ Hispaniæ.*

100 *Cui-*

100 *Cui Decreto Senatus consonat ordinatio Lusitana adducta.*

101 *Episcopis Regni Aragonum, habentibus loca sibi subjecta hoc Regno, ordinatum fuit per Senatum, ut in illis Judices apponant ob magna inconvenientia vitanda.*

Decretum Senatus 25. anni 1562. ad litteram refertur, ib.

102 *Religiosi, & alii exempti licitè uti possunt protectionis Regalia, & recursu, si contra eos impetretur commissio non subscripta propria manu Sanctissimi in prima instantia, ut retineantur in Senatu, remissa causa Conservatoribus suis.*

103 *De differentiis inter conservatores datos juxta jus commune, & modernos datos cum amplissimis facultatibus cognoscendi judicialiter; & cum jurisdictione de causis exemptorum vide remissivè.*

104 *Religiosorum causæ non trahuntur ad Senatum per viam violentiæ, si coram suo Prælato Regulari tractentur.*

105 *Et tunc solum Concilium Supremum habet potestatem providendi, & tollendi scandalum.*

106 *Religiosorum causæ, quæ tractantur coram Judice Delegato, Ordinario, aut Conservatore, rectè ad Tribunalia trahuntur per viam violentiæ.*

EX universali regula Sancti Concilii Trident. *in cap. 20. causæ omnes sess. 24. de reformatione*, disponentis, * primam instantiam omnium causarum quomodolibet ad forum Ecclesiasticum spectantium, debere esse Ordinariis præservatam; occasionem (& non quidem improbabilem) sumpsere nonnulli affirmandi, Conservatores Universitatum, & Religionum Regularium minimè posse cognoscere virtute Conservatoriæ in prima instantia de illis causis tangentibus easdem Religiones, & Universitates; sed omninò debere has causas proponi, & decidi ab Ordinario in prima instantia, cujus opinionis fuisse videntur Navar. *consil. 1. sub tit. de officio Delegati, in antiquis, & in consil. 3. num. 1. & 2. eodem tit. in novi.* Sayrus *sub tit. de officio Delegati, decis. 1.* Anton. *variar. resol. lib. 1. resol. 15.* quos pro hac parte negativa intellexit August. Barbosa *in remiss. ad d. cap. causæ omnes, n. 10.* videbis tamen statim infrà *n. 2. & 6.* 1

Sed contraria sententia, & opinio longè verior est, * & amplectenda, imò dispositionem prohibitivam Concilii Trid. *in dict. cap. 20.* non habere locum in Conservatoribus Universitatum, & aliarum Religionum, quia causæ illæ, quæ Conservatoribus committuntur, non sunt necessariò in prima instantia coram Ordinariis locorum pertractandæ, sed coram Conservatoribus ipsis, quibus specialiter à Romano Pontifice harum causarum tangentium Universitates, & Religiones Regulares cognitio reservata est, cùm idem Decretum Trid. ad Regulares non pertinere, nec conservatorias Regularium immutare, aut restringere, nec quoad primam instantiam ipsorum aliquid novi inducere, rectiùs affirment Alderete *in allegatione pro omnimoda Regularium exemptione, p. 1. cap. 7. num. 4.* Riccius *in praxi Neapolitan. decis. 273. nu. 7.* prope fin. *part. 4.* Augustinus Barbosa *de potestat. Episcop. to. 2. allegatione 81. n. 13.* & cum Riccio *decis. 473. part. 4.* tenet Novarius *in novi juris Pontificii pract. concluf. cap. de causis primæ instantiæ, concluf. 1.* aliàs *54. nu. 12. fol. 142.* & cum 2

Zevallos *in tractat. de cognition. per viam violentiæ, 2. part. quæst. 157.* benè probat Narbon. *in l. 59. gloss. 1. à nu. 206. lib. 2. tit. 4. to. 3. Recopil. fol. 187.* Hanc etiam resolutionem probant expressè Navar. Sairus, & Marius Antonius citati pro contraria parte, *n. 1.* quia revera in aliquo devient ab hac doctrina; sed quia eos minus advertenter intellexit Aug. Barbosa *in remiss. ad dict. cap. 20. sess. 24. de reformat. n. 10.* loqui contra eam, quorum assertionem singulariissimam latiùs commemorabimus statim, *n. 6.*

Quod quidem & pluries ita declarasse sanctam Congregationem Cardinalium reperio, * & testatur Alderete, ubi proximè *dict. n. 4.* & cum eo Riccius, Barbosa, & Novarius, & signanter quod Conservatoriæ Regularium non sint sublatæ per dict. Decretum Trid. etiam quod causæ graves sint, * plenariam cognitionem requirant, censuisse sacram Congregationem *in una Mediolanens.* infert & sequitur Rota *in una Osens. jurisdictionis 12. Decembris 1614.* coram Ubaldo, testatur Barbosa *dict. allegat. 81. n. 13.* 3 4

Quæ Congregatio Cardinalium etiam in hæc declaravit, * *An litteræ Conservatoriæ concessæ Universitatibus, vel Regibus, vel aliis, quas Decretum Concilii, cap. 5. session. 14. in fin. voluit esse salvas, sint sublatæ altero Concilii Decreto cap. 20. session. 24. Congregatio censuit non esse sublatas.* Et ista hæc declaratio invenitur etiam *in 4. tomo, decisio novissima diversor. in dicto cap. 20. verbo, in prima instantia*, & apud Marsillam *lib. 4. de judiciis, tit. 5. cap. 6. verbo, in prima instantia*, eandem etiam refert ad litteram Narbona *in lib. 59. glossa 1. num. 206. lib. 2. tit. 4. tom. 3. Recopilation.* Quod & ita declaratum fuisse ad instantiam procuratoris Societatis Jesu, esseque observari præceptum ab illustrissimo Decio Carrapha sub pœna excommunicationis majoris, & quinquaginta ducatorum; refert Pater Joannes de la Cruz Ordinis Prædicatorum *in Epitome de statu Religionis lib. 3. cap. 19. dub. 5. versicul. Secunda conclusio, ad finem.* Narbona ubi proximè *sub n. 206.* 5

Ex quo, cùm Conservatores, & Conservatoriæ Religionum, & Universitatum non sint comprehensæ in parte exclusiva, & negativa *dict. cap. causæ omnes* (sicuti omnes alii judices, qui Ordinarii non sunt, excluduntur à primæ instantiæ cognitione) infertur per necessariam consequentiam; Conservatorias, & Conservatores hujusmodi esse comprehensos in parte affirmativa, & inclusiva ejusdem Decreti, & sic ad eosdem Conservatores, tanquam Ordinarios omnium causarum ad Religiones spectantium, cognitionem in prima instantia pertinere probant Doctores citati infra * *n. 89. & seqq.* ultra quos ita declarasse sanctam Congregationem Cardinalium, testatur quoque Navarrus *consil. 3. num. 3. de officio Delegati*; quem etiam refert Joan. à Cochier *in tractatu de jurisdict. Ordinar. in exemptos, 1. part. quæst. 39. num. 30. tom. 1.* & per Navarrum *consil. 5. aliàs 3. Delegatis*, in novissima impressione idem firmat Augustinus Barbosa *in Pastoral. tom. 2. allegation. 106. in fin.* quod & idem probant Sairus *in floribus decis. tit. de officio Delegati, decis. 1.* Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resol. 15.* quos citavimus suprà *num. 2.* ex mente Augustin. Barbosæ pro contraria parte, à quo tamen Barbosa omninò cavendum erit, quia cùm horum Doctorum sensum, & discursum non calluerit, loqui 6

eos

eos dixit contra doctrinam hactenus scriptam *d n.* 1. in quo manifestè decipitur. Etenim cum præfati Doctores affirment, Conservatorum Religionis intactam esse primam instantiam, & uti Ordinarios comprehendi in dispositione Trident. præservantis primam Ordinariorum instantiam, perneccsse fatentur & ipsi, nec non clarè supponunt, hujusmodi Conservatorias, & Conservatores non includi in parte negativa, & exclusiva, ejusdem Decreti Trident. quoniam si (prout eos intellexit Barbosa *in remiss. ad cap. cauſæ omnes, num.* 10.) censuerint, Conservatores comprehensos esse in parte negativa, & exclusiva ejusdem Decreti; falsò firmarent ex eodem Decreto, esse illis uti Ordinariis præservatam primam instantiam causarum omnium tangentium Religiones, sicuti constanter firmaverunt; ideoque horum Doctorum assertio sine umbra aliqua repugnantiæ currit fecurissimè, cùm utrumque, nempè non comprehendi in parte exclusiva, & comprehendi in parte affirmativa Decreti Trident. legitimè compatiatur; imò ex necessaria consequentia unum ab altero inferri diximus infrà *n.* 9. ex eisdem Doctoribus, & ex eodem Aug. Barbosa, qui *dicto allegat.* 106. *n.* 6. ad idem allegat Navarrum, & sequitur immemor, quod illum & alios refutavit *in dict. remiss. n.* 10. diversimodè illos intelligens.

In quorum omnium confirmationem urget quod *in Concil. Trident. sess.* 14. *cap.* 5. ita expressè disponitur circa Conservatorias, † quo in aliquibus 7
casibus reservata esse intelligitur Ordinaria jurisdictio, & prima instantia in suo tamen robore, & firmitate relictis Conservatoriis, & Conservatoribus Religionum, & Universitatum in hæc: *Insuper cùm nonnulli, qui sub prætextu quod super bonis & rebus, ac juribus suis diversæ eis injuriæ, ac molitiones inferantur; certos judices per litteras Conservatorias deputari obtinent, qui illos à molestiis, & injuriis hujusmodi tueantur, ac defendant, & in possessione, seu quasi bonorum, rerum ac jurium suorum manuteneant & conservent, nec super illis eos molestari permittant, ejusmodi litteras in plerisque contra concedentis mentem, & reprobum sensum detorqueant: idcirco nemini omninò, cujuscumque dignitatis & conditionis sit, etiamsi Capitulum fuerit, Conservatoriæ litteræ cum quibuscumque clausulis aut Decretis, quorumcumque judicum deputationes quocumque etiam alio prætextu, aut colore concessæ suffragentur ad hoc, ut coram suo Episcopo, sive alio superiori Ordinario in criminalibus, & mixtis causis accusari, & conveniri, ac contra eum inquiri, & procedi non possit: aut quominus, si qua jura ei exceptione competierint, super illis liberè valeat apud judicem Ordinarium conveniri, in civilibus etiam causis, si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos Conservatores judices in judicium trahere minimè liceat; quod si in his causis in quibus ipse reus fuerit, contigerit, ut electus ab eo conservator ab actore suspectus esse dicatur. At si qua inter ipsos judices, Conservatorem, & Ordinarium controversia super competentia jurisdictionis orta fuerit: nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma juris electos, super suspicione, aut jurisdictionis competentia fuerit judicatum: familiaribus verò ejus, qui hujusmodi litteris Conservatoriis tueri solent, nihil illæ prosint, præterquam duobus dumtaxat; nemo etiam similium litterarum beneficio ultra quinquennium gaudere possit, non licebit quoque Conservatoribus ullum habere Tribunal erectum; in causis verò mercedum, aut miserabilium personarum hujus sanctæ Synodi super hoc Decretum in suo robore permaneat, Universitates autem generales, ac Collegia Doctorum; seu scholarum, & Regularium loca, nec non Hospitalia, actu Hospitalitatem servantia, ac Universitatem, Collegium locorum, & Hospitalium hujusmodi personæ in præsenti Canone minimè comprehensæ, sed exemptæ sint, & esse intelligantur.* Hactenus Decretum Concilii.

Et super hoc text. vide ultra alios Barbosam † 8
in cap. 1. de officio Delegati, lib. 6. ubi à *num.* 4. per text. ibi, quid hodie importet, dict. text. ex tenore privilegiorum, & Conservatoriæ amplissimam accipiant Conservatores potestatem, & vide etiam *in cap. fin. eodem t.t.* ubi plurimi Doctores citantur, ac semper confugiendum erit in materia Conservatorum, ad Monetam *in novo tract. de Conservatoribus.*

Quo, ut vides, in quibusdam causis reservata est instantia, † & cognitio Ordinario, Conserva- 9
toriæ limitatæ ad tempus & certas causas censentur, quando conceduntur alicui particulari personæ, & etiam Capitulo. Attamen Conservatoriæ Universitatum, & Regularium, & similium semper sunt, & remanent intactæ, & omnimoda ab Ordinariis earum virtute exemptio.

Atque ita iterum Sancta † Congregatio Car- 10
dinalium super hoc *Decreto* 5. declaravit in hæc. *Dubitatum fuit, an propterea liceret Conservatoribus Regularium cognoscere causas etiam in prima instantia, cùm cap.* 10 *sess.* 25. *videatur repugnare, jubens coram locorum Ordinariis esse cognoscendum: Congregatio sæpiùs respondit, Conservatorias Regularium, quas sublatas esse voluit, dict. cap.* 5. *session.* 14. *non fuisse sublatas dict. cap.* 20. *session.* 24. quam declarationem refert ad literam ex aliis Narbona *in* l. 59. *gloss.* 1. *n.* 106. *ad fin. lib.* 2. *tit.* 14. *cap.* 3. *verfic. Conservatoriæ litteræ, & cap.* 4. *in fin.* idem responsum † fuisse Conservatoribus Universitatis 11
Leodicensis.

Etiam ulteriùs, cùm fuisset dubitatum, † nun- 12
quid dispositio Concilii *in dict. cap.* 10. *sess.* 14. *de reformat.* quatenus præcipit, ut intra biennium causæ in prima instantia terminentur: Conservatores comprehendat; resolutumque fuit ex sententia Sanctissimi, non comprehendi: cùm Decretum sit editum in favorem jurisdictionis ordinariæ, ut refert Narbona ubi proximè *n.* 103. *& n.* 107.

Quapropter duo notanda sunt, † quod cùm 13
Conservatoriæ particularium remaneant in meris terminis juris communis juxta *cap. 1. & c. fin. de officio Delegati, lib. 6.* si Conservator ultra permissa procedat, indubiè Rex, & Senatus hic supremus utetur sua Regalia protectionis, virtute horum duorum Concilii Decretorum, *dict. cap.* 29. *& cap.* 5. ut præservetur prima instantia Ordinario.

At verò cum Conservatoria Universitatum, † 14
Regularium, & similium eorumque omnimodæ exemptiones ab Ordinariis intactæ permaneant, nullo modo contra eorum Conservatores procedentes in prima instantia de causis, & negotiis in suo privilegio, & Conservatoria contentis, ac expressè comprehensis, Senatus faciet remissionem, cùm non lædatur prima instantia Ordinarii eò quòd expressè casus hic exceptus sit, & non comprehensus sub regula generali prohibitiva, *dict. cap. cauſæ omnes,* 20. *Concil. Trid.* sequitur, ut omninò cesset protectio, & Regalia Regis, ex hactenus apertè probatis.

Quoad

Quoad secundam partem hujus capituli: an Regalia protectionis Concilii Trid. habeat locum, quando exempti, putà Abbates, & alii Regulares, & Prælati, & immediatè subjecti Apostolicæ Sedi, consentiunt in jurisdictionem Ordinarii, & suæ exemptioni renuntiant; breviter resolvendum erit quod nec tante hujusmodi renuntiatione potest habere locum dictum Decretum Trid. *in d. c. 20.* quoniam hi exempti à jurisdictione ordinarii, & Sedi Apostolicæ subjecti nequeunt exemptionis privilegio renuntiare. 15

Etenim Summus Pontifex aliquos à Prælatorum sibi inferiorum * jurisdictione solvendo, ac sibi subjiciendo, constituit se immediatum eorum superiorem, judicemque Ordinarium; quasi esset Episcopus Diœcesanus: ideo nequeunt exempti absque Papæ licentia, hujusmodi privilegio renuntiare, sicut Clericus absque Diœcesani licentia, nequit se alieno Episcopo subjicere, & ejus jurisdictionem prorogare, ex *c. significasti foro compet.* quia consequenter id noceret jurisdictioni, & favori proprii Episcopi. 16

Undè cùm exemptiones etiam in favorem Sedis Apostolicæ concedi dicantur, * ut statim nihil est, cur exemptus in præjudicium Summi Pontificis (cujus interest) huic possit privilegio renuntiare, prout expressè probatur *in c. cum tempore de arbitrio*, ubi *in §. fin.* Summus Pontifex approbat quoddam compromissum inter Ecclesiam exemptam, & Ordinarium Episcopum, & excepit, quæ contra libertatem, & exemptionem illius Ecclesiæ in compromisso continentur, & nullam declarat, reddens Pontifex hanc rationem in hæc: *Cùm etsi sponte volueris, de jure tamen nequiveris, sine licentia Romani Pontificis renuntiare privilegiis, vel indulgentiis libertatis, quæ monasterium illud judicant, ad jus & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere*, hoc ipsum probatur *in c. 2. ad fin. de in integr. restitut.* ibi: *Non tam jus suum, quàm nostrum, &c. Et in c. cùm olim, el. 2. de privilegiis*, ibi: *Jus nostrum, & Ecclesiæ Romanæ turbatur.* 17

Et hanc sententiam verissimam profitentur * Gloss. *fin. in Clement. penult. de sentent. excomm.* Antonius de Butrio *in c. significasti, num. 2.* & ibi etiam latè Panormitanus, *num. 10. & nu. 11.* & Marianus Socinus, *numer. 42. de foro compet.* ipse Abb. Panormit. *in dict. cap. cum tempore, numer. 2. & 7. de arbitris.* Felinus *in cap. cum accessissent, in princ. de constitutionib.* Joannes Andr. *in regula scienti, de reg. jur. in 6. in Mercuriali* Jas. *in l. si quis, in conscribendo, Cod. de Episcopis & Clericis.* Mandosius *de signatura gratiæ, verbo exemptiones Episcopis, versic. Exemptus à jurisdictione.* Tuschus *lit. R. concl. 171. num. 9.* Emanuel Rodriguez *quæst. regular. tom. 2. quæst. 63. art. 19.* Thomas Sanchez *in Decalog. l. 4. cap. 39. numero 29. cum aliis seq.* Galerat. *in tract. de renuntiat. tom. 2. cent. 2. renuntiat. 140.* Augustin. Barbosa *in collect. ad dict. cap. cum tempore, de arbitris, & in addition. ad eundem text.* Cochier. *in tract. de juris dict. ordin. in exemptos, 3. part. quæst. fin.* Tamburinus *in tract. de jure Abbat. & Prælator. tom. 1. disp. 15. quæst. 12.* Sarabia *de jurisdict. adjunctor. quæst. 7. per totam*, & elegans est *dec. 355. à n. 23. & seq.* Alex. Lud. ubi aliæ Rotæ decisiones recensentur, & decis. Manticæ 237. *n. 4.* Seraphinus *dec. 595. num. 7.* Crescentius *dec. de foro compet.* Oliver. Beltram. *in ad notation. ad dec. Alexandr. Ludovisii, nu. 29.* 18

Et quod exemptus à jurisdictione ordinaria nequeat suo privilegio * renuntiare absque Pontificis (cujus exemptio interest) licentia, etiam probant Abb. *in cap. grave, numero 3. de officio Ordinarii, & in cap. 1. num. 19. de re judicata*, Albericus *in l. nemo videtur fraudare, ff. de reg. jur.* Castrens. *consil. 431. part. 1.* Baptista *de arbitris, l. 2. cap. 4.* Sylvester. *verb. exemptio, n. 11.* Tiraquell. *de retract. Lignagier. §. 1. gloss. 9. nu. 121.* Covar. *variar. l. 2. c. 4. num. 1.* Vivius *tom. 1. commun. opinion. 277.* Petrus Surdus *de aliment. t. 1. quæst. 113. n. 2.* Gaill. *l. 1. observat. 40.* Cochier. *ubi suprà 2. part. quæst. 7. n. 2. & 3. part. quæst. 35.* Didacus Perez *ad l. 2. vers. Verùm autem, fori. t. 1. l. 3. Ordin. 467.* ubi etiam asserit, tenere Doctores *in dict. cap. tempore*, quod si exemptus renuntiet, * processus & sententia non tenent, cùm superioris favorem respiciat tale privilegium exemptionis, ne suus subditus judicetur ab alio, sequitur August. Barbosa *in collect. ad dictum caput, cum tempore, n. 4. in fin.* 19 20

Qui *num. 5.* ex eodem textu probat, non posse Prælatos, * & Religiosos renuntiare privilegio libertatis, & exemptionis sibi à Romano Pontifice concesso absque ipsius Pontificis licentia, rationem reddens, quam superiùs tetigimus: quia cùm exempti à potestate Ordinariorum solo Romano Pontifici subjiciantur, qui subindè eorum efficitur Diœcesanus, juxta text. *in authoritate*, juncta gloss. *verb. Diœcesani, de privilegiis l. 6.* accedit proinde regula text. *in cap. significasti, de foro compet.* quod nullus Clericus sine proprii Diœcesani * voluntate potest in judicium non suum consentire, prout hanc rationem expressè reddiderunt Joannes Andr. *in dict. cap. cùm tempore*, & ibi Butrius *num. 12.* Abb. *num. 11.* Socinus *nu. 42. vers. Ex quibus infertur.* Rodriguez *quæst. reg. tom. 1. quæst. 36. art. 10.* Tamburinus *de jure Abb. t. 1. disp. 15. q. 12. nu. 3.* & hanc rationem (licèt aliam insuper addat) veram & receptam non negat Petrus Barbosa *in l. 1. art. 3. n. 47. ff. de judicio.* 21 22

Ex his convincitur Sarabia * *de jurisdict. adjunctor. qu. 7. numero 7. ad fin.* ex Rota *dec. 21. num. 8. part. 7. diversorum*, & Cœnedus *qu. Canon. num. 10.* dicentes, quod Prælatus Abbas non potest renuntiare exemptum ab Ordinario absque sui Conventus licentia, dum supponit, posse cum ea sola: cùm ex hactenus propositis requiratur etiam licentia Summi Pontificis, cujus exemptio interest. 23

Et pro his omnibus celebris extat Rotæ *dec. in una Ulixbonen. 19. Novembr. 1625. coram §. Illustrissimo D. Coccino Decano.* quam ad litteram refert Tamburinus *de jure Abb. & Prælator. tom. 1. disp. 15. quæst. 12. sub numero 3.* ibi: quod dubium pendet ex duobus: primò, scilicet, ut videatur, an Commissarius Generalis potuerit dimittere has moniales? Secundò an dictæ moniales potuerint se subjicere obedientiæ Ordinarii. 24

Ad primam partem fuit dictum, quod quidquid sit de jurisdictione Commissarii Generalis, * etiam quod in Religione ipse haberet amplissimam facultatem, nihilominus nec ipsemet Generalis poterat dimittere, cùm agatur de monialibus Sanctæ Claræ, quæ sunt exemptæ à jurisdictione Ordinariorum, & sanctæ Sedi Apostolicæ immediatè subjectæ, ut patet ex *Bulla Eugenii IV. sub datum Florentiæ anni 1439.* idem *August. anno Pontif. 9.* quæ est apud Rodrig. 29. & fuerunt positæ sub gubernio, * & obedientia Generalis, & Provincialium 25

Minorum sublati protectoribus, quorum authoritate regebantur, &c. Quare cùm Summus Pontifex has Moniales subjecerit curæ Regularium, & postmodum à jurisdictione ordinariorum exemerit, & immediatè Sedi Apostolicæ subjecerit; non potuit Commissarius eas dimittere sine licentia Pontificis, cujus authoritas immensa est, *cap. ad honorem de author.* & ut Bald. Gomm. *conf.* 14. *in princip. nu.* 2. Roma. *conf.* 369. *colum.* 2. *in princ.* & in specie subjectio Religiosorum erga suos
27 † Prælatos à Summo Pontifice dependet, sine cujus ministerio, & intentione Prælati Regulares nullam habent jurisdictionem. Medina *de indulgentiis, cap.* 24. Soto *de just. & jur. l.* 10. *quæst.* 1. *art.* 4. *& l.* 8. *quæst.* 3. *art.* 1. Victoria *in relect. de potest. Eccles. quæst.* 2. *num.* 28. Alphonsus de Castro *l.* 2. *de just. hæret. punit. cap.* 24. & *cont. hæres. verb. Episcopus ipse*, nimium Summus
28 Pontifex est † summus Prælatus cujuscumque Religionis, ut benè advertit Suarez *de Religione, tomo* 1. *l.* 3. *cap.* 14. *l.* 1. *& l.* 6. *cap.* 4. *num.* 21. *ante fin.*

Quapropter cùm Papa gubernium dictarum fra-
29 tribus demandasset, † & illas ab Ordinariorum jurisdictione exemerit, & immediatè Sedi Apostolicæ suppposuerit, cujus nomine fratres gubernant; non potuerunt illas, inconsulta Sede Apostolica dimittere. Angelus *conf.* 367. *num.* 7. ubi quod
30 administratores Apostolici non possunt præjudicare Summo Pontifici, nec poterant dimittendo dictas Moniales ponere os in cœlum, & Summi Pontificis coarctare potestatem, cùm ipsi sint subditi, quibus imminet necessitas ista parendi, ut pulchrè dicit Baldus *conf.* 131. *vers. Nec possunt, lib.* 4.

Non adversatur, quod Commissarius potuerit
31 renuntiare huic privilegio, * ut quisque potest juri suo renuntiare, *ad l. si quis, in scribendo, C. de pact.* quia motivum posset considerari, si privilegium simpliciter fuisset concessum favore fratrum; sed cùm Pontifex sub protectione Sedis Apostolicæ eas receperit, & ex occasione gubernium confirmaverit, hoc fuit actum non solùm favore
32 fratrum, sed ipsius etiam Sedis, cujus interest, * multos habere immediatè subjectos, *Clem. Pastoralis, de re judic.* Rebuff. *conf.* 142. ideò non po-
33 tuerunt dicto privilegio † renuntiare. Felinus *in cap. cum accessissent, num.* 29. *de constitutionib.* & ibi Decius *col. penult. vers. Secundo, de præsenti conclusione, & nu.* 18. *col. ult. concl.* 6. & generaliter de renuntiatione. Caleratius *de renuntiatione, to.* 1. *l.* 3. *c.* 1. *nu.* 4. *vers. Et ideo, & nu.* 63. *ex l. non videtur, ff. de reg. jur. & l. si quæramus, ff. de testament.* Bald. *tit. qualiter de feudis aliena possess. §. porro, n.* 1. Castrens. *in l. penult. col. fin.* & ibi Jas. *n.* 14. *C. de pactis, &c.*

Hanc primam partem latiùs prosequitur ipsa de-
34 cisio ibidem, * quam tu videre poteris, & ulteriùs prosequitur secundam, quæ magis ad nostrum propositum facit, quæ continuatur in hæc.

Quantum attinet ad secundum cap. An Monia-
35 les potuerint * se submittere obedientiæ Ordinarii? negativè fuit resolutum, quia exemptus sine licentia Summi Pontificis non potest renuntiare exemptioni, ut est textus rotundus *in cap. cum tempore, 5. de arbitris*, ubi Abb. *num.* 2. *vers. Et per istum, text. gloss. fin. in Clem. penultima, de sententia excommunicat.* quam Abb. ibidem; & *in dict. cap.*
36 *cum tempore*, dicit singularem ratio est, * quia interest Romani Pontificis, qui est superior, suos dictos suos ab alio non judicari, idem Abb. *in cap.* 2. *num.* 19. *de re judicata, & in cap. si de terra, num.* 5. *de privilegiis, & in cap. significasti, nu.* 8. *in fin. & num. seq. de foro compet.* Joan. Andr. *in cap. sciendi*, 27. *in fin. vers. Si vero reperitur*, & ibi Franchus *nu.* 4. *de reg. jur. in* 6. Felin. *in cap. cum olim, num.* 3. *de præscription.* Armilla *in summa, in verb. exemptionum, num.* 8. Gaill. *observ.* 40. *numer.* 2. *l.* 2. Galerat. *de renuntiat. tomo* 2. *centur.* 2. *renuntiat.* 140. *numero* 18. Cochier *de jurisdict. Ordinar. in exemptos, lib.* 2. *quæst.* 7. & *l.* 3. *cap.* 34. *per totum*, & per dictum *cap. cum tempore*, & per alias rationes in terminis exemptionis Regularium est Conc. Castrens. 433 incipit *videtur dicendum, numero* 3. *lib.* 1. ubi *vers. Quod autem*, ponderat, quod per privilegium exemptionis effecti sunt immediatè subjecti Papæ, & Ecclesiæ Romanæ, quamobrem sine illius licentia in aliud consentire non possunt, hoc enim tenderet in derogationem jurisdictionis Pontificiæ. Considerat ulteriùs, quod privilegium videtur fuisse concessum in odium Ordinariorum, * qui 37
dictis Religiosis erant nimis intesti, eosque nimium gravabant; quod ideo non possunt se subjicere jurisdictioni Ordinariorum: & quamvis in casu Castrensis legeretur in privilegio, quod ipsi Ordinarii erant nimis infesti: hæc tamen est una ex rationibus, ex quibus Papa censetur concedere privilegium exemptionis, ut dicit Balb. de privilegiis *in tract. exempt. p.* 1. *n* 4. Rebuffus *consil.* 142. *col.* 2. *in princip.* Cochier *de jurisdiction. Ordinar. in ex. l.* 1. *cap.* 1. *num.* 17. *& l.* 2. *quæst.* 7. *numero* 3. *in fin. & l.* 3. *quæst.* 34. & in terminis Regularium, Romanus *cons.* 369. *num.* 28. quem ultra Castrens. loco citato sequitur Felinus *cap. cum olim, n.* 3. *de præscriptionibus.*

Non obstat, quod privilegio possit renuntiari
in præjudicium exempti; * secus verò eximentis, 38
glos. fin. in dict. cap. cùm tempore, de arbitris, quia ut dicit Abb. ibidem *n.* 7. non potest considerari aliquis effectus quantum ad exemptum, nam jus libertatis est ita conjunctum inter exemptum, & superiorem, ut commodè separatio fieri non possit; nec est verum quod ait Albericus *in l. si quis, in conscribendo*, 39. *numero* 6. *Cod. de Episcopis & Clericis*, quod scilicet, possit renuntiari privilegio specialis exemptionis, quando motu proprio non fuit concessum, quia Sylvester *in summa, in verb. exemption.* §. 10. dicit contrarium esse verius, scilicet, quia exemptio fit gratia exemptoris, quod dictum sequitur Armilla *in eodem verbo, num.* 8. Rebuffus *dict. cons.* 142. *colum.* 2. *versic. Exempta.* Cochier loco prædicto, *num.* 17. *l.* 1.

Et licèt in aliis non Ecclesiasticis possit dari ju-
risdictio in præjudicium eorum, *qui se submittunt: 39
non tamen in præjudicium superiorum, Archidiacon. *in c. conquestus, n.* 4. *quæst.* 3. Bald. *in l. si quis, in conscribendo n.* 8. *C. de Episcopis audie.* Affictis *de prohibit. feud. alien. per Federicum §. præterea, num.* 23. cum allegatis per Surdum *cons.* 47. *n.* 25. *lib.* 1.

Nihilominus ut advertit Abb. *in dict. cap. cùm tempore, in fin.* hoc indistinctè * non procedit in 40
Ecclesia, seque remittit ad notata per Innocent. *in cap. accedentibus, de privilegiis*, & per scriptum *in cap. veniens, de præscriptionibus* ubi *num.* 21. dicit, quod Prælatus potest conditionem Ecclesiæ facere meliorem, non autem deteriorem, ut *in cap. fraternitatem, de donationibus*; & subdit quod per unum, * vel plures actus non 41
censetur renuntiatum favori Ecclesiæ, cùm etiam

non

non poſſit renuntiari. Et rurſus addit, quòd ſi omnes vellent facere contra privilegium, * unus ſolus
42 poteſt contradicere, prout evenit in caſu iſto, ubi magna pars Monialium, licèt non major contradicit, Suarez *de legibus*, *lib.* 8. *cap.* 33. *n.* 2.

Et quamvis idem Abb. *num.* 22. dicat, * præ-
43 dicta non procedere, quando per renuntiationem revertitur ad jus commune: hoc tamen dictum, quatenus verum, in hac facti ſpecie non officit propter præjudicium Sedis Apoſtolicæ, cujus intereſt habere exemptos, ut ſuprà dictum eſt, & benè Gaillus *obſervat.* 40. *n.* 2. *lib.* 1. quapropter Ordinarius merito noluit, ſimpliciter recipere dictas Moniales, ſed reſervato beneplacito.

Et ita per Dominos cauſa per binas vices matu-
44 rè diſcuſſa, * fuit unanimiter concluſum: præpenſis etiam omnibus in alia deciſione allegatis, & his quæ ulterius objici poſſent, cum cauſa egeat celeri expeditione ob magna ſcandala, quæ in his partibus hac de cauſa quotidiè naſcuntur hactenus de jam mirabili deciſione; quæ ad propoſitum hujus articuli ſingularis eſt.

Et ad id notatione digniſſimum, quod in hac deciſione continetur; * jus exemptorum, & ſuperioris ita eſſe conjunctum, ut commodè dividi nequeat, ac propterea non ſolùm renuntiationem non poſſe valere in præjudicium ſuperioris; ſed nec etiam renuntiantium; videndæ ſunt nonnullæ Rotæ deciſiones, aliæque ſingulares doctrinæ in hiſmet terminis, quas congeſſimus 1. *part. cap.* 13. *à n.* 25. *cum multis ſeqq. verſ. Quinto, & pro hac part.* ubi notabiles doctrinæ in propoſito congeruntur, & à principio illius *cap.* 13. aliæ quamplurimæ recenſentur, quæ generaliter, & ſpecialiter comprobant reſolutionem hujus Capituli, ut exemptionis renunciatio non valeat abſque ſuperioris licentia & conſenſu.

Quibus adde quòd licèt caducitati Dominus
46 poſſit renuntiare; * tamen fallit, quando caducitas reſpicit non ſolùm favorem Domini, ſed etiam alterius, quia tunc utriuſque requiritur conſenſus & renuntiatio, ita ut unius ſola non ſufficiat, ut probat Mareſcotus *variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 15. *& ſeqq.* quod comprobat ex noſtra doctrina,
47 * ut exemptus non poſſit renuntiare ſuæ exemptioni in præjudicium ſuperioris, ad quæ allegat Rotæ reſolutionem *in una Reginenſ. bonorum* 13. *Maii* 1585.

Et inſuper, quod quando jus renuntiantis ita
48 eſt conjunctum cum jure alterius, * quod commodè ſeparationem non admittat; ut nec etiam in præjudicium ipſius renuntiantis admittatur renuntiatio, in his terminis cum Abb. doctrina *in cap. cum tempore numer.* 7. *de arbitris*, probat Tamburinus *in tract. de jure Abb. & Prælatorum*, *tom.* 1. *diſput.* 15. *quæſt.* 11. *numer.* 3. ante deciſionem.

Pro quo etiam facit doctrina Scacciæ *in tract. de ſententia & re judic. gloſſ.* 7. *quæſt.* 3. *limit.* 4. *fol.* 229. qui *numer.* 229. ita loquitur: intellige omnia quæ ſcripſimus in hac 2. *part.* dum dixi-
49 mus, * quod ſi jus, favor, ſeu privilegium habet admixtum intereſſe alterius; tunc renuntiatio cujus non præjudicat ſibi, nec alteri, ſit verum, quatenus illud jus favor ſit inſeparabilis, prout apertè loquuti ſumus *in præcedenti tertia exemplificatione*, *n.* 203.

Secus (dicit ipſe Scaccia) ſi jus ſit ſeparabile,
50 * quia tunc renuntiatio tenet quantum ad præjudicium renuntiantis, ſed non quantum ad præjudicium tertii Bart. *in l. penult. ſi quis in conſervan-*
Salgado de Supplic. & Retent.
do, *ſub numer.* 3. *in ſecundo caſu principali.* Baldus *ſub n.* 4. *in* 4. *oppoſitione*, ibi: *Primo caſu, ſi utilitas*, & Salicetus *ſub n.* 4. ibi: *Tertio caſu*, *C. de pactis.* Abb. *in cap.* 12. *ſi diligenti*, *ſub n.* 7. ibi: *Quandoque continet*, *de foro competent. &c.*

Et cum hac doctrina Scacciæ conſonat Rota in
* *una Cenenſe juris Patronatus*, 1. *Decembris* 1606. 51
coram Lugdunenſ. firmans, quod quando præjudicium eſt ſeparabile, pluribus poſſidentibus, poteſt contra unum quæri poſſeſſio, licèt contra alios non; cujus deciſionis verba, *nu.* 4. ita ſunt: quarto dicebatur poſſeſſionem fuiſſe controverſam per Carretos, & per conſequens non poſſe ſolum Leonibus quæri quaſi poſſeſſionem, uno ex patronis contradicente, juxta doctrinam Innocentii communiter receptam *in cap. bonæ*, *el.* 2. *nu.* 1. *verſ. Plus diximus*, *de poſtulat. Prælator.* fuit reſponſum per *l. per fundum, in fin. ff. de ſervitutibus ruſtico. præd.* ubi Albericus *nu.* 1. & 2. & Florianus *n.* 3. notant, quòd ſi plures poſſident, poteſt contra unum quæri poſſeſſio, licèt contra alium, qui contradicit non quæratur quando præjudicium eſt ſeparabile, &c. Ubi proſequitur quod jus patronatus eſt individuum quoad ſubſtantiam; † tamen 52
quoad poſſeſſionem, & exercitium eſt ſeparabile, quæ eſt apud Farinacium *deciſ.* 132. *nu.* 4. *in poſthum. tom.* 1. Et quod quando præjudicium eſt ſeparabile pluribus poſſidentibus, poteſt acquiri poſſeſſio contra unum, licèt non quoad alios ipſe Farinacius *deciſ.* 762. *n.* 2. *tom.* 1. *in poſthum.* Seraphin. *deciſ.* 970. *n.* 2. Gonçalez *de altern. gloſſ.* 45. §. 2. *à n.* 32. Gratianus *tom.* 3. *cap.* 426. *num.* 8. & 9. & quod tunc ſufficiat patientia illius Monaſterii, contra quem præſcribitur, vel adquiritur, non totius Religionis; Millis *in repertorio*, *verbo*, *poſſeſſio ſeu quaſi jurium incorporalium.* Coccinus *deciſ.* 52. *nu.* 8. *Rotæ deciſ.* 164. *nu.* 7. *Poſt. tractatum Poſtii de manutenit.* quæ eſt ſingularis, & è converſo quando agitur de utilitate conſortis, ut tunc poſſeſſio unius profit alteri conſorti *Seraph.* ubi proximè, & in terminis Religionis abundè Valençuela Velaſquez *in conſil.* 151. *à nu.* 57. *& à n.* 67. *to.* 2.

Et ipſe Scaccia ubi ſuprà *nu.* 230. *proximè ſeq.*
* hanc doctrinam ita extendit. Extende hanc in- 53
telligentiam, ut procedat indiſtinctè, ſive utilitas admixta ſit publica, ſive ſit alterius, & privati, Baldus, & Sulicetus *in dict. cap. penultimo*, *ſub n.* 4. & Abb. *in dicto cap. ſi diligenti*, *ſub nu.* 7. *de foro compet.*

Et ipſe Scaccia ibidem *nu.* 203. in hæc: exem-
plifica tertio, * in jure privato, quod continet 54
utilitatem privatam renuntiantis; & publicam ſimul, huic namque juri, ſi ſit inſeparabile, non poteſt quis renuntiare, ut patet ex ſequentibus illationibus, &c. & hujus doctrinæ plurima reddit ibidem exempla Scaccia, eam probant Cynus *in dict. l. ſi quis in conſcribendo*, *ſub n.* 3. ibi: *Sed ſi non poteſt ſeparari*, & Salicetus *ſub nu.* 4. quod apertius declaravit Abb. *in cap. ſi diligenti*, *ſub nu.* 7. ibi: *Si non poteſt ſeparari renuntiatio*, *non valet*, *de foro compet.*

Et quod favori, & privilegio ſuo naqueat quis
renuntiare, * quando ſit contra bonos mores, 55
quando ſit in præjudicium alterius, ſive Reipublicæ, ſive privati, & quod juri naturali nequeat renuntiari, vide multa cum maxima diſtinctione per Scacciam *de ſententia & re judic. gloſſ.* 7. *quæſt.* 3. *limitat.* 4. *à n.* 172. *cum multis ſeqq.* & ſuperiùs à principio.

Et ex hoc jure connexo, & inseparabili illud
56 inferri potest, * quod communiter notavit ex Glossa, *verbo, generetur*, *in cap. dilectus*, 2. *de capellis Monachorum*, quòd licèt respectu exempti possit exemptio præscribi, tamen respectu eximentis nulla datur præscriptio, hincque semper potest se
57 tueri contra objectam præscriptionem, * dicendo, non esse completam contra Papam, & sic allegando jus tertii. ut post longam disputationem concludit Abb. *in cap. ad audientiam*, *sub n.* 12. *versic. Id contrarium tamen*, *de præscriptionibus*, & eum sequitur Felinus *sub n.* 12. & notat bene Cenedus *pract. Canonic. quæst. lib.* 1. *quæst.* 26. *n.* 9. *ad fin.* optimè Cochier *de jurisdiction. ordinar. in exemptos*, *part.* 3. *quæst.* 12. *n.* 4. *cum seqq.* ubi multa in propositum congerit, & obiter Aug. Barbosa *in additione ad collect. cap. dilectus*, *el* 2. *in principio*, *de capellis Monachor.*

Sed hos Doctores omninò intelligas, ut ratione juris connexi, * & individui non sit adversus privatum completa præscriptio tempore ordinario; sed adversus utrumque una debet esse præscriptio, & quousque adversus unum non sit perfecta & completa, nec adversus alium potest dici completa ratione inseparabilis juris, damni, & præjudicii, quia sua negligentia sola, & renuntiatio etiam expressa non tenet ratione individuitatis ex hactenus adductis latiùs. Et ita intelligendi sunt dicti Doctores non aliter, & in terminis probatur quòd licèt contra privatum currat præscriptio 10. vel 20. annorum; tamen si privatus habet commune jus cum Clerico, vel cum Ecclesia, juvabitur ejus privilegio, & jure speciali, ut contra eum non currat, nisi præscriptio contra omnes sit completa, Innoc. *in cap. ad audientiam*, *de præscriptionib.* ubi etiam Abb. *in princip.* Marsil. *de fidejussoribus*, *in repetitione*, *nu.* 151. & iterum ipse Marsil. *singulari*, 180. & per eundem Innocent. & Jass. *in l. si emancipati*, *n.* 17. *C. de collationib.* & Nattam *consil.* 590. *col. fin.* tenet, Petrus Surdus *in cons.* 301. *nu.* 84. *tom.* 3. Grassis *de effectibus Clericatus*, *effectu* 2. *n.* 58. qui *nu.* 59. idem
59 firmat in præscriptionis interruptione, * nam si præscriptio interrumpatur per unum ex sociis, prodest talis interruptio alteri socio, Decianus *consil.* 26. *n.* 36. *& seqq. lib.* 5. Alexand. *consil.* 58. *lib.* 7. Cassaneus *consil.* 47. *n.* 3. conducunt quæ diximus *suprà n.* 52.

Hinc fit, ut laicus non ligetur statutis laicorum
60 respectu juris individui, * quod habet cum Clericis, Aretinus *consil.* 25. Decianus *in tract. crim. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 39. *n.* 6. Rocus de Curte *in tract. de consuetudine*, *sect.* 8. *n.* 62. Grassis ubi
61 proximè *n.* 55. & ratio hujus est, * quia talis consors, potitur eisdem privilegiis, quibus suus consors, licèt aliàs ex se solo illis gaudere non posset, *l. qui duo*, *ff. de liberatione legata*, *l. si communem*, *ff. quemad. servit. amittant.* Decius *in l. si emancipati*, *nu.* 5. & ibi etiam Cagnolus *n.* 103. *C. de collationibus.* Marsillus *de fidejussoribus*, *numer.* 151. Mart. Montier. *decis.* 14. *n.* 84. ubi dicit,
62 quòd quis consequitur privilegium ex persona socii, * quod ex sua persona consequi non posset, Petrus Surdus *decis.* 301. *numer.* 9. Jass. *in dict. l. si mancipati*, *numer.* 2. *& seqq.* Cod. *de collationibus*, & Mota *super cap. Regni*, *lib.* 4. *cap.* 134 *numer.* 24. Purpuratus *in addit. lit. E. ad Alexand. in l. præcipimus*, §. *eo observando*, *C. de appellat. & in addition. ad Bartol. in l. pragnantem*, *ff. de pœnis.*

Quò pertinet, quòd beneficium restitutionis in integrum, * quod competit minoribus ratione minoris ætatis, competit etiam majoribus ejus consortibus in individuis, Gloss. *in verbo patrocinari*, & ibi Paulus de Castro, & Bartol. *sub num.* 7. *C. si in communi*, *eademque causa restitutio in integ. postulet.* Jass. *in l. si mater*, *numer.* 10. *Cod. de inofficioso testam.* cum multis aliis, quos latè congerit Odd. *in tractat. de restitutione in integr. quæst.* 46. *art.* 4. *vers. In contrarium*, *& versic. Pluries*, *tit. de communi*, *& magis commun. opinion.* Covarruvias *practicar. cap.* 24. *num.* 2. Zephalus *consil.* 661. *numer.* 76. *lib.* 6. Muscatellus *in practic. civil. in verbo*, *in integrum restitution. n.* 7. Grassis *de effectib. Clericat. effectu* 2. *n.* 57. & suprà.

Jus enim unius per se insufficiens aliquid,
* potest recipere fomentum à jure alterius, de- 64
claratur per Coccinum *decis.* 187. *numer.* 3. & meliùs *decis.* 254. *numer.* 4. *& à princip.* & est optimus text. *in l. fin. C. de accusationib.* ibi: *Eripi se posse confidens*, *aut studio*, *aut privilegio nominati*, vide Padillam *in l.* 1. *sub* 6. *Cod. de diversis rescriptis.*

Hinc etiam fit, quòd privilegio (quod habet Capitulum, * ut in causis criminalibus tangentibus 65
personas Capitulares nequeat procedere Episcopus solus absque duobus adjunctis ipsius Capituli) singuli de ipso Capitulo renuntiare nequeunt, cùm sit commune & individuum cum aliis de Capitulo, ut latiùs probat Sarabia *de jurisdictione adjunctorum*, *quæst.* 7. *per totam.*

Vide quæ latè de hujus juris complicati privilegio diximus circa executionem * sententiæ latæ 66
contra unum; ut neque contra ipsum etiam facienda erit executio; suprà 1. *part. cap.* 13. *à num.* 37. *cum seq. versic. & quando adest connexitas*, *&c.* & superius.

Sed ad majorem claritatem eorum * quæ dicta 67
hactenus sunt circa renuntiationem exemptionum distinctè procedendum erit: nam vel privilegium exemptionis in privatum singularum favorem concessum est, & ei exempti renuntiare possunt, quoniam quando agitur de renuntiatione dumtaxat simplicis privilegii, quo ab Episcopi jurisdictione quis eximitur, cùm in exemptorum dumtaxat fuerit introductum favorem, non videtur neganda facultas, quòd ei valeat renuntiare, juxta regulam text. *in cap. si de terra*, *de privilegiis*, & quia per renuntiationem cessante privilegii impedimento Ordinarius ipso jure communi vindicat, & recuperat jurisdictionem in exemptos; nam per impedimenti remotionem provenientis ex dispositione hominis subintrat ipso jure dispositio juris, & fingitur impedimentum retrò non adfuisse, plures Doctores citat Castil. *controversiar. to.* 6. *cap.* 143. §. *unico*, *nu.* 14. *versic. Secundus casus est*, & nos uberiùs infrà *cap.* 12. *à num.* 44. *cum multis seqq.* facileque tunc ad jus commune fit regressus, juxta regulam *l. si unus*, §. *pactus*, *in fine*, *ff. de pactis*, & est optima *decis.* 325. Alexandri Ludovic. *à nu.* 13. in hæc: non obstat, * quòd dicti actus 68
potuerunt fieri ex prorogatione, quam potest exemptus facere in personam ejus, qui esset Ordinarius circumscripta exemptione, juxta *consil.* 14. Federici; quia ultra quòd dictum Federici habet multos contradictores, ut latè per Socinum *in cap. si quis filiifamilias*, *n.* 42. *de foro compet.* & Rota apud Crescent. *decision. tertio de foro compet.* firmavit, exemptum non posse prorogare jurisdictionem, cùm non agatur de suo præjudicio tantùm; sed etiam de præjudicio superioris, decisio Salmantina

tina jurisdictiori, ex adverso allegata loquitur expressè, quando exempti non sunt immediatè subjecti Sedi Apostolicæ, † & non sine causa, quia illi non possunt prorogare, ut per Felinum *in cap. P. & G. n.* 13. *de officio D. Legati.* 69

Et pariter loquitur expressè, quando non redundat in præjudicium alterius, quam prorogantis. Præterea illud posset procedere, quando non dubitaretur de exemptione, sed ageretur tantùm de validitate actorum Ordinarii: cùm autem negetur exemptio, censendum potius, quod acta sint facti ab Ordinario jure proprio, & ex facultate, quam habet de jure communi, ex latè adductis *in Conchensis jurisdictionis*, 22. *Maii* 1593. *coram Cardinali Mantica*, &c. Et probatur expressè *in dicta Ulixbonens. decision.* superiùs adducta *n.* 24. *vers. Et pro his omnibus*, videnda *in vers. non adversatur*, & *in vers. Etquamvis*, idem Abb. *num.* 43. & juxta hoc membrum intelligenda erit Rota apud Seraphinum *decis.* 595. *num.* 6. & 7. in hæc: cùm enim illi, qui per hujusmodi privilegium exiauntur, non sint immediatè Sedi Apostolicæ subjecti, possunt utique prorogare jurisdictionem Ordinarii, & ei se submittere, ut per Federicum de Senis *in consil.* 14. Felinus *in cap. cum Joannes*, *num.* 7. *de constitutionibus*. Jaf. *in l. si unus*, §. *Pactas ne peteret*, *n.* 9. *ff. de pactis*; & hoc quando non redundat in præjudicium alicujus nisi prorogantis, Gemilian. *in consil.* 83. *n.* 9. Cornens *consil.* 214. *n.* 8. *lib.* 2. Ferretus *consil.* 102. *n.* 18. & tradunt Doctores *in cap. 6. si diligenti*, *de foro compet. &c.* 70

Aut privilegium conceditur in gratiam Sedis Apostolicæ † Religioni, aut Ecclesiæ, & tunc procedit *cap. cum tempore de arbitris* & ea omnia quæ hactenus in hoc capitulo dicta sunt, & hanc distinctionem ponit in terminis, Federicus de Senis *consil.* 14. Felinus *in cap. P. & G. num.* 13. *de officio delegat.* & post hebuffum Paulus Fulchus *de visitatione*, *l.* 2. *cap.* 8. *num.* 11. Augustin. Barbosa *in collectanea ad dictum cap. cum tempore*, *sub. n.* 5. *de Arbitris*. Rota ut per Alex. Ludov. *decis.* 325. *à n.* 23. Mantica *decis.* 237. *n.* 4. Manuel. Rodriguez *quæstionum regular. l.* 2. *q. quæst.* 62. *art.* 10. Seraphinus *decis.* 595. *n.* 7. *& seq.* Oliverius Beltramin. *annotat. ad dict. decis.* 325. Alexand. Ludov. *n.* 29. 71

Et sub hac distinctione resolvendam censeo illam arduam quæstionem, † utrùm quando jurisdictio privativè data est alicui judici, possint subjecti sine ejus consensu, alterius judicis jurisdictionem prorogare? Negant enim Doctores communiter; sed melius latè Petrus Barbosa *in l.* 1. *art.* 3. *à n.* 48. *cum seqq. ff. de judiciis*, ubi resolvit quòd si in privatam aliquorum gratiam privativè jurisdictio data est; non prohibentur alterius judicis jurisdictionem prorogare; qui planè ibidem, & eruditè hunc articulum examinat, & sequitur Aug. Barbosa *in dict. cap. cum tempore*, *n.* 6. *de arbitris*, qui *à n.* 8. latè differit, & tractat, quando subditi, † & vassalli unius Regni sui Principis licentia alterius Regni vel Principis jurisdictionem possint prorogare, quem videre poteris. 72 73 74

Quare juxta præfatam distinctionem attendenda † erit in Senatu renuntiatio exempti, ut si ex ea aliqua alteri fiat læsio, cùm nequeat absque illius consensu & licentia consentire in jurisdictionem Ordinarii, isti omninò deneganda erit protectionis Trid. Regalia, cùm in exemptis Conservatoribus præfatum Trident. Decretum *in cap.* 20. *sess.* 25. *de reformat.* non procedat, imò ibi tus exemptus (sæpiùs per ipsum Tridin. in loco supra ad principium citato: & per declarationes Sacræ Congregationis Cardin. penes latiùs deductas ad prius propositum huic Curiæ, ideo omnino esset [illegible] quia ea hac exemptione nostra tuteri videtur præjudicium primæ instantiæ Ordinariorum, quod verissimum est, ut alias probatum reliquimus. 75

Ex hactenus dictis clarè etiam convincitur † Piasequius *in praxi Episcopali*, 2. *part. cap.* 3. *de visitatione Regularium*, *lib. n.* 51. dum ita loquutus fuit: fatentur Regulares jurisdictioni Episcopi, si in aliquo fortè inde se submiserint, hoc enim facere possunt; cùm quilibet privilegio suo speciali, licèt non privilegio juris communis, renuntiare possit, *cap. si de terra de privilegiis*; maximè verò Universitas, seu Conventus eorum, & non persona singularis, vel facta in suum præjudicium, & non præjudicium superioris eximentis, Abb. *in cap. Episcopali*, *de foro competenti*, Angelus Aretina, *verbo exemptus*, *n.* 5. & 6. unde & pacta per Regulares inita † licèt non fuerint approbata à Capitulo loci eorum Generali, vel Provinciali, ligent ipsos Regulares, *cap. ult. de pactis in* 6. quod magis confirmant verba constitutionis supra à Nobis relata, in illo loco. 77

Pacta autem, & conventiones inter eosdem fratres, & Prælatos, atque Curiales pro tempore inita valeant, nisi per sequentem Capitulum proximum Generale, vel Provinciale refutata, & per eos refutatio hujusmodi intimata debito tempore fuerit, &c. hactenus Piasequius.

In quantum ille Author loquitur de pacto inter particulares, † benè loquitur. De quo sit videndus in text. *in dict. cap. ult. de pactis*, *l.* 6. & plures Doctores, quos in comprobationem allegat Augustinus Barbosa, *in collectan. ad idem*, *n.* 1. in cæteris autem nempè, quòd Religiosorum totus Conventus possit suæ exemptioni renuntiare, in eorum præjudicium saltem, non benè percipit, nec calluit difficultatem, ex iis quæ superiùs dicta remanent. Nam Religionum exemptiones tangunt utilitatem, & interesse eximentis Summi Pontificis, & cùm inter eos, & jus Pontificis detur connexitas juris inseparabilis, & conjunctio, ita ut commodè dividi non possit, sequitur manifestè, ut nec in præjudicium Religionis renuntiantis valeat renuntiatio, prout apertè, & latissimè superiùs probatum reliquimus. Et iste Author in nihilo firmavit pedes, sed hallucinando, dixit hoc, vel illud; quare vel reducendus erit ad terminos præfatæ doctrinæ efficaciter comprobatæ, vel omninò ut inconstans reprobandus. 78

Sed an exemptus Conventus extra suam Provinciam, & Regnum † coram alio Judice etiam Delegato, non suo Conservatore (ibi à Sede Apostolica assignato) uti poterit hac Regalia, ut Senatus illum suo judici, & causam remittat, ne extra Regna litigare cogatur, ac pariter rei citati à conservatore extra Regnum degente, Regio hoc recusa an muniri possint, & in utroque casu affirmativè resolvendum erit ex praxi observatissima, & juris veritissimis fundamentis circa quam difficultatem ita loquutum fuisse reperio Cochier *in tract. de jurisdictione in exemptos*, *to.* 2. *in scholiis ad constitutionem Leonis X.* præservantem primam instantiam Ordinario, §. 13. 148. *fol.* 99. & *seqq.* super illis verbis ejusdem, *in prima instantia extra Romanam Curiam*, *& in partibus coram Ordinariis locorum*, infert Cochier in hac re 79

Itaque licet exempti immediatè subjecti sint
80 *Summo Pontifici*, † *cap. authoritate, de privilegiis, in* 6. *Choppinus de sacra Politica l.* 2. *tit.* 1. *num.* 6. *fol.* 231. *de Legato ejus à latere, cap. si Abbatem, de electione, in* 6. *Glossematerias in pragmat. sanction. tit. de causis, verb. subjecti, non tamen poterunt in prima instantia evocari ad Romanam Curiam, & ita pacis inter Romanum Pontificem, Reges Franciæ, Hispaniæ, Belgicique Principes tectatum reliquit Choppinus dict. tit.* 4. *n.* 8. *fol.* 233

Proinde si contingat eos evocari, habebunt jus
81 *revocandi* * *domum ad Patres Provinciales, sive Judices, quos ex privilegio sortiuntur, quippe quod Ecclesiasticæ causæ alibi quàm in patriis litigatorum committi non soleant, uti Guichardinus in sua Historia, si autem quidpiam contra hanc libertatem*
82 *fiat, licebit eis, quorum interest,* * *querelæ libello supplicare Pontifici; imò etiam officium Conservatoris privilegiorum implorare, Choppinus dict. loco, eique à Concilii Trident. dispositione non alienum, sess.* 24. *cap.* 20. *de reformat. sunt autem ejusmodi Trid. Concilii verba, &c.* hactenus Cochier.

Quæ quidem doctrina habere potest fundamen-
83 tum † in regula generali (non etiam restricta ad protectionem Trident. duntaxat) quæ habet vim fieri ei, qui extra Regnum ad Romanam Curiam citatur, & extrahitur pro lite tractanda, possequè Principem & Senatum ita oppressum defendere, ne extra Regna Hispaniarum extrahatur, ut ex Menchaca *controversiar. usu frequent. l.* 1. *cap.* 41. Rebuffo, & aliis annotavimus hac 2. *part. cap.* 3. *versic. de hac etiam praxi, à num.* 16. tanquam hoc sit Regis proprium munus, & regale officium, ne subditi tali molestia opprimantur; & videnda sunt in proposito Decreta Senatus, quæ
84 inferiùs adducimus ad litteram. * Maximè cùm Clerici Ecclesiasticæque personæ cives reputentur, sintque pars populi, & membra Reipublicæ temporalis, ad quarum protectionem simul teneatur Princeps, ut abundè comprobavimus *in tract. de Regia protect.* 1. *part. cap.* 1. *præludio* 2. *à n.* 57. *cum seqq.*

Quò tendit *lex Regia* 5. *tit.* 1. *l.* 4. *Recopil.*
85 qua præcipitur, * ut nullus Ecclesiasticus Judex, ob inferendas molestias laicis, eos citet, aut accedere compellat ad locum, ubi Episcopalis, seu Archiepiscopalis Sedes existit, cùm adsint alii inferiores Judices, coram quibus in casibus à jure permissis licitè valeant conveniri (exceptis criminalibus, matrimonialibus, & beneficialibus causis, juxta Concil. Trid. *in dict. cap.* 20. *sess.* 24. *de reformat.* §. *ad hæc*) conducit etiam *cap. ut litigantes*, 5. *de officio Ordinarii, l.* 6. *cap. cordi, de appellationibus*, & quæ in confirmationem dictæ *legis Regiæ* 5. conducit Narbona *in l.* 59. *glossa* 1. *n.* 174. *tit.* 4. *to.* 3. *Recopil.*

Quoniam in hoc casu protectio Senatus prove-
86 nit, * non tantùm ex regula generali protectionis ad Principem pertinentis; sed etiam provenit simul ex dispositione, & ratione Concilii, prout latiùs inferiùs videbimus.

Comprobatur ulterius, quoniam concessa exemp-
87 tione à Summo Pontifice, * simul exempto attribuitur facultas nominandi Conservatorem in sua Provincia, ne cum tanto dispendio cogatur ipse exemptus recurrere ad Sedem Apostolicam pro causis, ut plurimum levibus, & parvi momenti, quod quoque conceditur ex eadem ratione collitigan-
88 tium favore * ne cogantur Romam ire, pro exemptis conveniendis; juxta *cap. fin.* §. *Conservatores autem, de offic. delegat. l.* 6. de quo plurima conducibilia scripsimus hac 2. *part. cap.* 3. §. *unico, à num.* 4. & *eodem cap.* 3. *à num.* 14. *cum multis seqq.* quæ ratio habitur in dispositione Concil. Trid. *in dict. cap causæ omnes*, qua mo[ve]atur, ut litigantes non extrahantur è suis Provinciis, & extra illas cogantur litigare, esseque in favorem hoc inductum publicæ utilitatis. Vide quæ latè Moneta *de Conservatoribus, cap.* 7. *num.* 446. *cum seqq.* & quæ Nos plena manu diximus *in dict. cap.* 3. *à num.* 14. quæ est præcipua ratio, cui nituntur Doctores ad justitiam consuetudinis in aliquibus Regnis vigentis, quòd Reges cognoscant de causis exemptorum, pro ut Valentiæ, & Aragoniæ, de qua & ejus comprobatione latè agunt Bellugo *in Speculo Principum, glos.* 11. §. *videndum*, ubi Borellus *in additione, verb. probamus*, plura in hujus juris, ac vetustissimæ consuetudinis, confirmationem, & defensionem conducit, post Doctores *in cap. decernimus, de judiciis, & in cap. cùm contingat, de arbitris, glos. in cap.* 1. *n.* 93. *distinctione in cap. Mennam*, 2. *q.* 4. Paulam Borgasium *in tract. de irregularitate, reg.* 7. *nu.* 3. Beroium *q.* 7. *num* 6. & 7. Gregorium Lopez *in l.* 13. *tit.* 13. *p.* 2. *verb. costumbre.* Rolandum à Valle *cons.* 12. *num.* 58. *l* 4. Menochium *de retin. possessione, remed.* 3. *numer.* 45. Bobadillam *in Politic. l.* 2. *c.* 18. *nu.* 42. Solorzano *de jure Indiarum, l.* 3. *cap.* 1. *sub nu.* 75. pro tanto enim damno vitando Sedes Apostolica provident semper de remedio, dando exemptis Judicem Conservatorem in singulis Provinciis, ne ab eisdem extrahantur litigantes, tam rei quàm actores, aut cogantur Romam ire, aut abire, quæ tantum distant, & longè abest ab his Regnis Hispaniarum, juxta præmissam rationem, quam etiam in eodem casu, & terminis reddunt plures Doctores alii citati à Pereira *de manu Regia, to.* 1. *l.* 2. *c.* 18. *n.* 127. Cœnedo *in Decretum, collection.* 57. *n.* 2. & conducunt quæ abundè scripsimus *supra* 1. *p. cap.* 1. §. *unico, per totum.*

Atque ideò iste Conservator subintrat locum
89 Ordinarii (à quo eximitur Religio) † atque in illius locum subrogatur, cujus vices, naturam assumit & qualitates, ex vulgatis doctrinis subrogationis, & in his terminis, judices nempè specialiter datos à Sede Apostolica exemptorum causis; istorum Ordinarios dici, & tales reputari, & haberi debere: firmat Valascus *decis.* 152. *n.* 10. & sursum, quod & loquendo in Magistris Ordinum Militarium, idem confirmat Pereira *de manu Regia, c.* 2. *p.* 22. *n.* 21. & alii statim citandi. Igitur exemptus, si à suo Conservatore in prima instantia extrahatur, per commissionem non subscriptam propria manu Sanctissimi, licitè & utiliter Regio recursu fruitur, cùm sit sub Concilii Decreto *in dict. cap.* 20. comprehensus vitualiter, ut statim.

Etenim licèt magna sit inter Doctores dissensio,
90 * an Conservator sit Delegatus, vel Ordinarius, ut latè erit videndum apud Monetam *in tract. de Conservatore, cap.* 7. *à num.* 36. & 37. *cum seqq.* illa tamen opinio magis frequentiori calculo Doctorum recepta est, † ut cùm Conservatorum ju-
91 risdictio data sit ad Universitatem causarum, magis etiam accedat Ordinariæ jurisdictioni, atque Ordinario æquiparetur Conservator, ut per *Glossam in c. cum causam*, & ibi Præpositus, Franchus, Decius, & cæteri, *de appellationib. gloss. in l. à judice*, ubi Jas. *num.* 8. & alii adducti per

Van-

Vantium *de nullitate sentent. tit. coram quo nullitatis prop. poss. nu.* 17. *& in tit. ex defect. jurisd. ordinar. n.* 18. ubi, quod Delegatus ad Universitatem causarum loco Ordinariorum habeatur, post plurimos Doctores illic citatos, quàm plures etiam novissimè multo post hæc scripta Carleval. *in tract. de judiciis, l.* 1. *tit.* 2. *disp.* 4. *nu.* 37. Jacobus Sbrozius *in tract. de Vicario Episcopi, l.* 1. *q.* 22. *num.* 12. *& seqq.* Menochius *l.* 1. *de Arbitrar. q.* 67. *num.* 52. *usque ad* 57. *cum seqq.* conducunt quæ latè Thomas Sanchez *de matrim. l.* 3. *disp.* 29. *per totam* & veriorem esse hanc opinionem post Wamesium *in conf.* 181. *numer.* 41. *tit. de appellation.* Nevisan. *conf.* 35. & Navarrum *conf.* 3. *num.* 2. *de officio Delegati*, tenet Cochier *in tract. de jurisdict. Ordinarii in exemptos*, 1. *part. q.* 39. *num.* 28. *vers. Verùm verior est opinio, to.* 1. qui quidem propterea Conservatores pro judicibus Ordinariis reputantur, ut videre est per simile apud Vantium *ubi suprà num.* 17. & 18.

92 Quod & in his terminis in effectu videmus, † hos Conservatores in prima instantia cognoscere de causis exemptorum, nec dispositionem Concil. Trid. *sess.* 24. *de reformatione*, prohibentem, alibi quàm coram Ordinario causas tractari in prima instantia, hos Conservatores comprehendere, nec à parte permissiva ipsius Decreti excludi; sed imò loco Ordinariorum illos recognovisse, prout declaravit sacra Congregatio Cardin. ut latiùs à principio hujus cap. comprobavimus, post maximam Doctorum allegationem, & in eisdemmet terminis, quod Concil. Trid. *dict. cap.* 20. prohibens causas in prima instantia nisi coram locorum Ordinariis tractari, non excludat Conservatores, coram quibus propterea causæ ad suam jurisdictionem spectantes tractari possunt in prima instantia, quia ad hoc judicantur Ordinarii, expressè firmant Navarrus *in consil.* 5. aliàs 3. *de officio Delegati*, *in* 2. *impression.* quam referens ad id sequitur Aug. Barbosa, *de officio & potestate Episcopi, to.* 2. *allegat.* 106. *ad fin.* idem etiam tenent Sayr. *in floribus decis. sub tit. de officio Delegat. decis.* 1. Marius Antonius *variar. resolut. l.* 1. *resolut.* 15. de quo latiùs videbis suprà *nu.* 1. *& seq.* Ubi annotavimus Concil. Trident. *in dict. cap. causæ omnes*, habere duas partes inclusas, & commixtas in eadem dispositione, videlicet præservativa, & affirmativa primæ instantiæ Ordinarii; alia prohibitiva, & exclusiva ad alios omnes judices quoscumque, qui prohibentur cognoscere in prima instantia; atque in hac parte exclusiva, & prohibitiva non contineri, nec comprehendi Conservatores Religionum, juxta declarationes Sanctæ Congregationis, & Doctorum authoritates, de quibus superiùs *à num.* 2. *cum multis seqq.* Ex quo inferri per necesse diximus *n.* 6. *& seqq.* post plures Doctores, hos Conservatores includi in parte affirmativa ejusdem Decreti, ita ut tanquam Ordinarii cognoscant in prima instantia de omnibus causis tangentibus suas Conservatorias, cùm alius Ordinarius non adsit; nec hîc exclusi sint, sed Ordinariorum locum subintrent ex hactenus deductis, & inferiùs dicendis.

Et comprobatur, quoniam cùm hi Conservato-
93 res perpetuò † sint à Principe universalis Ecclesiæ concessi Religionibus, & Universitatibus, ut perpetuò de earum causis cognoscant, perpetuum officium habere dignoscuntur; ergo uti Ordinarii sunt censendi, quicumque etenim perpetuum habentes officium, Ordinarii censentur, ut *l. juris-peritos, in princip. ff. de excusat. tutor.* notat Petrus Barbosa *in l. cum Prætor*, 12. §. 1. *num.* 75. *ff. de judiciis*, atque elegantèr probat ex doctrina Bartol. *in l. arbitria, nu.* 34. *ff. de Decretis ab Ordin. faciend.* & post alios etiam novissimè Carleval. *de judiciis, l. 1. tit. 2. nu.* 154.

Et cùm à Sede Apostolica creetur Conservator
loco Ordinarii, 94
jorem favorem exemptorum, ne non colligantium, ne cogantur adire
cum tanto dispendio
permitteretur judicis arbitrio, & de cripium absque subscriptione propria
potius privilegium illis damnosum, quod jus non patitur, quia quod favore alicujus conceditur, in ejus damnum & odium non debet retorqueri, *l. nulla juris ratio*, 24. *ff. de legibus*, *l. quod favore alicujus conceditur*, *C. de legibus*, *cap. quod ob gratiam alicujus conceditur non est in ejus dispendium retorquendum*, *de reg. juris*, *l.* 6. Thomas de Thomasiis *de floribus leg. reg.* 143. Carolus de-
cis 195. *num.* 5. Mantica *de tacitis & ambig. conventionib. lib.* 2. *tit.* 12. *num.* 27. Moneta *de optione Canonic. cap.* 3. *nu.* 142. Aug. Barbosa *axiom.* 96. *n.* 1. Octavianus Gloritus *responso* 1. *part.* 3. *n.* 39. prout in casu huic simili ex hac ratione probat Gonçalez *de alternativis*; *gl. ff.* 5. §. 9. *num.* 119. *cum seqq.* atque etiam in loquendo in exemptis in alio simili casu hanc rationem consideravit Diana, *resol. moral. l.* 4. *tract.* 1. *de immunitate Ecclesiastica*, *resol.* 73. nec ordinata ad augmentum debent diminutionem operari, *l. si à milite*, §. 1. *de militari testam. l. si Rufinus*, *C. eodem*, cum similibus.

Ideoque cùm isti Conservatores æquiparentur,
† & habeantur uti Ordinarii, & locum Ordinarii 95
intrent, & subrogentur, ita ut de prima instantia in causis exemptorum cognoscant, quia alium Ordinarium in suis Provinciis non habent exempti, sed imò vigore exemptionis Episcopum Ordinarium non recognoscant: in his Conservatoribus debent omninò verificari verba Concilii: *Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinariis locorum duntaxat cognoscantur*, &c. Et ideo non aliter ab istis Conservatoribus causas in prima instantia avocari debere, quàm subscripta commissione propria manu Sanctissimi, sicuti in cæteris Ordinariis est dispositum per dict. Trid. decretum.

Nam cùm illud fuerit inductum non solùm in
favorem Ordinarii; * sed & simul in favorem liti- 96
gantium, ne à suis domiciliis extrahantur cum tanto dispendio & damno, ut *cap.* 3. *hac* 2. *part.* & etiam hoc *cap. à n.* 86. *cum seqq.* latè diximus: sequitur quòd per hoc exemptionis privilegium in exemptorum principalem favorem concessum, amitterent juris communis beneficium, cum privilegium ad majus augmentum favoris concedatur, & ne inutile reddatur; imò ultra jus commune debet semper interpretari juxta vulgaria juris axiomata.

Iis convenit quoddam mirabile Decretum hu-
jus sacri Concilii Supremi Regii † quod est 96. 97
in quaterno Decretorum Senatus, quod dispositum stat, exemptum non posse eligere judicem Conservatorem extra hæc Regna Hispaniæ, ne naturales horum Regnorum molestentur, nec conveniantur extra Regnum; quo etiam Decreto generaliter prohibetur, naturales impetrare commissiones judicibus † extra Regna Hispaniæ; quod si 98

ferint, proviſio in Senatu concordatur, ut ſeorſim judicem in Regno, & ut facilius cognoſcantur quæ in eodem Decreto 66. continentur, inferiora verba, quæ hæc ſunt: *Ordenamos y ſtatuymos*
99 *de Octubre de* 1572. *ſe ordene en el Conſejo, y que quando por alguno de los naturales deſte Reyno ſe traxeren algunos Breves, ò Letras Apoſtolicas en las cauſas Eccleſiaſticas para fuera Eccleſiaſticos, de fuera deſtos Reynos de la Corona de Caſtilla, no ſe permita eſſo deſtas, ni que los naturales del Reyno ſean moleſtados, y conmidos fuera del, y que ſe de proviſion por el Conſejo para que la parte que traxo el Breve para el Juez fuera del Reyno, traiga Juez dentro del Reyno, y no ſe uſe del Breve encontra deſſo, y lo miſmo ſe entienda, y ſe haga, quando la parte lo quiſiere remar fuera del Reyno, por virtud de algunas letras Apoſtolicas, como proceſſo fulminado, ò Conſervatoria.*

Et licèt hoc decretum non referat Bobadilla *in Politica l. 2. cap. 19. num. 37.* refert tamen praxim Conſilii Regii, & caſum in facti contingentia, ibi: *O ſi el Juez fuera del Reyno, como acaeciò el anno de* 1588. *en la villa de Requena, que nombraron por Conſervador en el Reyno de Valencia unos Frayles, que avia apelado un Alguazil, el qual procedia contra la Juſticia ſeglar, y para remedio deſſo ſe ganò la proviſion Ordinaria, y otra proviſion del Conſejo de Aragon, para que el de Valencia la guardaſſe, &c.*

100 Circa quod concordans eſt † *Ordinatio Luſitana, l. 2. tit. 13. §. 1.* ibi: *Nem impetre Juizes Apoſtolicos fora de Noſſos Reynos, è Senhorios, nem requera perante elles coſa alguna*, junctis latè citis per Pereiram *in tract. de manu Regia, part. 2. cap. 65. n. 28.*

101 Et ex identitate rationis aliiſque motivis, † & inconvenientibus vitandis ſimiliter decretum fuit per Senatum Supremum, *in Decreto 25. inter impreſſos*, quod Epiſcopi Regni Aragonum habentes loca ſibi ſubjecta in hoc Regno Hiſpaniæ, Vicarios conſtituant in illis, coram quibus naturales conveniantur, cujus Decreti verba hæc ſunt: *En Madrida ſiete de Febrero de* 1562. *annos, en la Conſulta que tuvo con ſu Mageſtad el ſeñor Doctor Herman Perez de la Fuente: lo del Obiſpo de Taraçona, ſobre ſi han de venir los proceſſos Eccleſiaſticos originalmente al Conſejo de los Juezes Eccleſiaſticos de Aragon, que ſe trente con el Obiſpo, que ponga Vicario en los lugares que ay de ſu Obiſpado en eſtos Reynos, que conozca entre los veçinos y naturales deſtos: y que demas deſto ſe eſcriba al Embaxador, que lo trate y ſuplique en Roma, y ſe le eſcriba las ràzones, que obligan, y hazen eſto neceſſario.* Et vide pro exornatione, & juſtificatione horum Decretorum, quæ diximus à principio hujus *ultim. quæſt. verſ. Sed an exemptus Conventus, &c. à num. 79.* vide etiam plurima jura Canonica per Nos adducta hac. 2. *part. cap. 3. §. unico, n. 4. & n. 22.*

Ex quibus opinor Religionibus, & aliis exemp-
102 -tis, † contra quos in prima inſtantia impetratur commiſſio abſque ſubſcriptione propria manu Sanctiſſimi hunc recurſum competere, ſi confugiant ad Senatum hunc Supremum, debeatque reſcriptum retineri & exempti cauſam remitti ſuis Conſervatoribus legitimè, & juxta motum proprium electis, ut de cauſa in prima inſtantia cognoſcant, quod ex identitate rationis dicendum erit in cæteris, quos exempti vocare intendunt ad Curiam Romanam vel extra Regnum, cum fundamenta, & Decreta Senatus hactenus ad latus, ex latus confœderata communiter faveant non exemptis, quàm Vaſſallis, qui extra Regnum erantur.

Et de pluribus differentiis inter Conſervatorem
† & cæra juxta juris communis diſpoſitionem de 103
quo *in cap. 1. & cap. fin. de Officio Delog. l. 6.* & Conſervatores hodiernos, datos jam cum ampliſſimis facultatibus, & poteſtate cognoſcendi judicialiter cum juriſdictione inter partes, latè mentionem fecit Joannes à Cochier *in tract. de juriſdict. ordin. in exemptos, tom. 2. p. 2. quæſt. 1. per totum*, ubi ponit 8. differentias, & vide *n. 4.* vide etiam Parinacium *deciſ. 616. p. 2.* ubi varias Conſervatoriarum hodiernarum clauſulas explicat, obiter etiam Auguſtinus Barboſa *in Paſtoral. to. 2. allg. 106. num. 17.* Gutierrez *practic. l. 4. quæſt. 63. à num. 3. & ſeqq.* Velaſcum *conſult. 152.* 106

Et eadem animadvertendum, quod licèt in
Hiſpania recurſus ad Regem * non pateat Reli- 104
gioſis in iis cauſis, quæ vertuntur & tractantur coram ſuo Prælato & Superiore Regulari, quomodoliber cognoſcente de illis intra clauſtrum, ſive viſitando, ſive corrigendo in obſervationem ſuæ Regulæ, ſive aliter inter eoſdem Religioſos civiliter, aut criminaliter ordine & forma judiciali ſervata, uti diſponit *lex Regia 40. tit. 5. l. 2. Recopil.* ob rationes adductas per nos *in tractat. de Regia protect. 1. part. cap. 2. §. 5. à n. 10. cum ſeqq.* ex quibus abundè exornavimus, & enucleavimus *dict. l. Reg.* adde Rippol. *variar. reſolut. cap. 2. à n. 15. & ſeq.* Ubi quod Abbas Religionis, quando procedit ad morum correctionem, duntaxat procedit extrajudicialiter, & nec recuſatur, nec ab eo appellatur. Si tamen quando judicialiter procedit ſecus erit, ex quo tunc debent intervenire ea omnia quæ ſolent in judiciis, de quo vide latiſſimè Nos *in dict. §. 5. à n. 10. cum ſeq.* ubi reſolvimus ex praxi, & obſervatione univerſali omnium Hiſpaniæ Tribunalium interpretativa nullatenus ab ea haberi, nec admitti Religioſorum recurſus per viam violentiæ quomodolibet ſive judicialiter, ſive extrajudicialiter in eos procedant ſui Superiores Religioſi, & Regulares.

Attamen quando inter eoſdem Religioſos Re-
gulares violentia aliqua vel illata eſt, * vel timea- 105
tur: tunc ob ſcandalum ſedandum, & ad tollendam vim, Senatus hic Supremus cognoſcit de hujuſmodi cauſis, & juxta caſuum qualitatem providet, ut ſibi magis viſum eſt pro quiete Religionum Regularium, & ut ſcandalum evitetur, juxta *dict. l. Regiam 40.* quæ Conſilio huic Supremo privativè ad alias Cancellarias reſervavit harum cauſarum expeditionem, ibi: *Porque quando en eſto huviere que proveer, los del nueſtro Conſejo proveeran.* Nec tunc Senatus providet, ut in cæteris violentiis; ſed ordinat ſecretè quod aptiùs ſit negotii qualitati ad conſequentiam, tranquillitatem, & quietem inter Regulares, cui convenit doctrina Portiel *in additionib. ad dubia Regularia, in fine operis, verbo, appellare, numer. 3.* ubi ſic aſſerit: *Religioſus, ſi per appellationem vel alia intra Ordinem poteſt vitare vim ſibi illatam injuſtè, incurret cenſuras, ſi ad Judices ſæculares recurrat. Si verò nec ſit locus appellationi, vel illa non recipiatur, & Superior ad quem poſſet recurrere, longè diſtat, ita ut non poſſit illum adire inſtante gravamine, vel jam cœpto, & ſic juſtè illatum arbitrio boni viri; tunc credo, poſſe Religioſum, vel Clericum recurrere ad Principem ſæcularem, qualis*

eſt

est Rex, non tanquam appellantem ad Judicem competentem; sed solùm ut sibi succurrat illo gravamine injusto, tollendo vim sibi factam, modo quo licitè potest, suadendo Prælato, ut vel abstineat à re injusta, vel det locum appellationi, vel Judices novos assignet, & per hoc Religiosus recurrens ad Principem secularem nullam censuram Bullæ Cœnæ, vel alterius Bullæ incurret. Hæc Portiel, quem sequutus fuit doctissimus Sousa, ex Dominicorum familia *in Bulla Cœnæ, c. 15. disput. 78. n. 2. & seq.* quos Azorium, & Bonacinam referens sequitur noviſſimè Diana (licèt hic Auctor terminos hujus materiæ semper confundat) *resolut. mora. 1. part. tract. de immunit. Ecclesiast. resolut. 14. vers. Sed ergo in controversia tam gravi*, usque ad finem.

Quæ omnia, ut vides, procedunt, quando cau-
106 sæ Religiosorum † tractantur intra ambitum Religionis, & coram Superioribus suis Regularibus. At quando Religiosum causæ tractantur coram aliis judicibus externis, putà Ordinario Conservatore, Nuntio; & aliis hujusmodi; tunc nec lex Regia loquitur, nec alibi stat prohibitum horum causas trahi per viam violentiæ ad quælibet Tribunalia Regia Suprema, prout praxis noviſſima omnium Cancellariarum horum Regnorum observat, de qua Nos *in tract. de regia protect. 1. cap. 2. §. 5. à n. 31. cum seq.*

CAPUT XII.

Commissione manu Sanctissimi subscripta, impetrata contra aliquem cum clausula, (omnesque alios) an causa sit Ordinario remittenda, mortuo eo re integra, contra quem nominatim fuerit impetrata. Et quid contra successores ejus re integra mortui, sub dicta clausula generali comprehensi?

SUMMARIUM.

1 *Commissionis cum clausula (omnesque alios) etiam subscriptæ propria manu Sanctissimi dubia, utilissimam desiderare resolutionem in Senatu experimento cognovit Author.*

2 *Conveniendi virtute clausulæ (omnesque alios) mortuo re integra reo, contra quem nominatim fuit impetrata commissio, & insuper citati, solent recurrere ad Senatum pro litterarum retentione, & eorum causæ remissione Ordinario in prima instantia, qui sic Decretum obtinere debent.*

3 *Jurisdictio ex commissione contra aliquem nominatum in ea, quando per ejus mortem re integra expiret contra cæteros comprehensos sub clausula generali (omnesque alios) Doctores, & jura varia sunt.*

4 *Clausula (omnesque alios) tribuit Delegato jurisdictionem contra quoslibet in commissione minimè nominatos.*

5 *Clausula (omnesque alios) virtute ultra expressè nominatos tres, vel quatuor alii duntaxat possunt etiam nominari.*

6 *Et horum quatuor nomina virtute clausulæ generalis conveniendorum exprimere tenetur impetrans in primo citatorio.*

7 *Fraudibus ut occurratur; debet impetrans conveniendorum virtute clausulæ generalis nomina expressè dare.*

8 *Jurisdictio Delegati ejus suspensa, & in aëre, donec nominatio conveniendorum virtute clausulæ generalis fiat per impetrantem.*

9 *Delegatus caret jurisdictione, nec data videtur ante nominationem eorum, qui sunt in clausula generali comprehensi.*

10 *Rescriptum corruit, mortuo comprehenso in clausula generali, antequam nominetur.*

11 *Sub clausula generali (omnesque alios) qui nec citari, nec conveniri, nec in ea comprehensi dicantur, remissivè.*

12 *Comprehenso sub clausula generali, decedente re integra ante citationem expirat commissio, etiam manu Sanctissimi subscripta contra ejusdem successores.*

13 *Textus in cap. significavit 36. de rescriptis singularis in proposito adducitur, ubi multis D D. exornatur.*

14 *Commissio impetrata contra aliquem facta successorum, aut hæredum expressione ad hos semper trahitur.*

15 *Commissio impetrata contra dignitatem, vel Ecclesiam, etiam mortuo Prælato re integra contra Ecclesiam, & pro ea sustinetur.*

16 *Commissio contra Prælatum etiam nomine proprio expresso extenditur ad successorem, mortuo illo re integra, in materia concernente Ecclesiam, aut dignitatem.*

17 *Commissio super materia non transmissibili ad successores, vel hæredes, indistinctè expirat mortuo quandocumque eo, contra quem fuit obtenta.*

18 *Commissio non extinditur ad singularem successorem ejus contra quem fuit nominatim impetrata.*

Nisi in tribus casibus.

19 *Primò nisi successor singularis scienter in vitium successerit.*

20 *Secundò ubi auctor alienavit causa mutandi judicium.*

21 *Tertiò quando contra singularem successorem nova alia emanavit commissio.*

22 *Commissio ut valeat contra successores ejus, expressè in ea nominati in casibus, in quibus aliàs valeant ipsi conveniri, debuit impetrari vivente antecessore non aliter.*

23 *Commissio contra aliquem nominatim impetrata, eoque decedente re integra, an expiret contra hæredes universales.*

Et qui negativam opinionem sectentur, ib.

24 *Commissionem contra aliquem nominatim impetratam, eo decedente re integra, expirare ipso jure contra hæredes; verius ostenditur.*

25 *Commissio expirat mortuo eo contra quem impetratur, nisi prius fueris citatus, ut hæredes ex ea nequeant conveniri.*

16 *Commissio expirat etiam contra hæredes ejus, contra quem impetratur, mortuo ante citationem, vel intra terminum datum in ea comparendum.*

27 *Commissio contra Prælatum re integra mortuo, non expirat, sed contra successorem in dignitate exercetur.*

28 *Alexander Moneta hoc articulo declaratur.*

29 *Successor, vel hæres, ut conveniri queat coram judice defuncti, & non suo, requiritur, quod judicium contra defunctum fuerit per citatio-*

nem;

nem præventum.

30 *Instantia inchoata cum defuncto per citationem continuatur in hæredem aut successorem.*

31 *Clericus hæres Laici non convenitur coram judice laico defuncti, cum quo causa non fuit cœpta.*

32 *Clericus hæres laici convenitur coram judice laico defuncti præventa jam causa cum isto, & in Clericum transit instantia, & judicium cœptum activè, & passivè.*

33 *Laicus hæres Clerici ligatur eadem instantia cœpta contra Clericum coram judice Ecclesiastico.*

34 *Commissio contra hæredes perpetuatur, quando defunctus fuerat citatus, licèt lis nondum fuerit contestata ante ejus mortem.*

35 *Instantia ut transeat contra hæredes, aut successores, sufficit, ut fuerit cœpta per citationem solam contra defunctum.*

36 *Abbatis doctrina convincitur, supponentis commissionem ex impetratione durare contra hæredes in commissione nominati mortui tamen re integra.*

7 *Ante jurisdictionis exercitium, nempè per citationem, nec rescriptum perpetuatur, nec jurisdictio præventa dicitur.*

38 *Commissio contra aliquem nominatim non trahitur ad ejus hæredes, aut successores universales decedente Authore, re integra, hoc est, ante citationem.*

39 *Per commissionis præsentationem solam judici, nec jurisdictio dicitur præventa, nec res desinit esse integra.*

40 *Commissionis præsentatio habet vim libelli in summariis, secus in Ordinariis.*

41 *Per solam impetrationem commissionis à Principe, annales actiones, & interdicta perpetuantur contra hæredes ejus, contra quem impetrantur.*

42 & 43. *Commissio subscripta manu Sanctissimi, quæ durat contra hæredes, & successores ejus, contra quem nominatim fuit impetrata, etiam mortuum, re integra, non retinetur in Senatu, sed parti tradetur, ut coram Delegato suo eam utatur in prima Instantia.*

44 *Commissio re integra mortuo eo (contra quem impetratur) cum expiret contra ejus hæredes, vel ejus, qui sub clausula generali (omnesque alios) comprehensus poterat conveniri etiam subscripta manu Sanctissimi, retinetur in Senatu; & causa hæredum in prima instantia remittitur Ordinario.*

45 *Commissione principali resoluta, ipso jure resolvitur simul qualitas subscriptionis in ea contenta.*

Non entis nullæ sunt qualitates, nec qualitas potest subsistre sine subjecto, ib.

46 *Commissione principali deficiente, aut resoluta, resolvuntur simul omnes clausulæ, & cæteræ qualitates ab ea dependentes.*

47 *Commissione, re integra, semel resoluta, etiam subscripta manu Papæ contra hæredes, nova alia est necessaria pariter subscripta, ut hæredes coram Delegato conveniantur.*

Aliàs Senatus eorum causam remittet Ordinario in prima instantia, ib. & n. seqq.

48 *Commissio in casu subintrare non apparet, nec clausula (sublata) in ea apposita operatur.*

49 *Subscriptio manus propriæ, qualitas est commissionem informans, huic accessoria, cujus naturam resolutivam simul sequitur.*

50 *Clausula (irritans) nihil operatur, si principalis dispositio casum non percutit.*

51 *Contractu, cujus ratione forum quis sortitur sublato, forus etiam sublatus intelligitur.*

52 *Ordinarii jurisdictio est naturalis, & favorabilis.*

53 *Commissionis impedimento subscriptionis sublato, jurisdictio de facili revertitur ad suam naturam.*

Per impedimenti hominis remotionem, statim & ipso jure subintrat juris dispositio, ib.

54 *Avocatione jurisdictionis ordinariæ cessante, statim, & ipso jure illam Ordinarius recuperat.*

55 *Reservationis impedimento accidentaliter sublato, Ordinarius, etiam ignorans, ipso jure recuperat suam liberam potestatem, & jurisdictionem.*

56 *Homo ligatus manibus ab aliquo dissolutus, si scribat, non dissolventis ministerio, sed ex se ipso facit.*

57 *Avocatio subscripta, licèt in prima instantia liget manus Ordinarii, ea sublata ipso jure jurisdictio consolidatur cum naturali Ordinarii ministerio juris communis.*

58 *Instantia cœpta cum defuncto virtute commissionis subscriptæ manu Sanctissimi continuatur in hæredem coram Delegato.*

59 *Lites cœptæ cum defuncto si est renuntiatum, acta pereunt Delegati, & Ordinarius contra hæredem recuperat jurisdictionem in prima instantia, cum res reddatur integra.*

60 *Instantia cœpta cum defuncto, & perempta acta ordinaria judicii pereunt, ac si lis cœpta non fuisset.*

61 *Instantia perempta, Judicis extinguitur jurisdictio.*

62 *Instantia perempta, Judex amplius Judex non dicitur, sed privata persona.*

63 *De jurisdictione sublata instantia perempta plura remissivè.*

64 *Instantia defuncti perempta coram Delegato, causa cum hærede redditur integra, quæ cum reddatur ad priorem statum, & principium pertinet ad Ordinarium in prima instantia per Senatum remittenda.*

65 *Lis cœpta cum defuncto ex commissione subscripta si nulla sit jurisdictio in hæredem, Delegatus non prævenit, qui noviter conveniendus erit coram suo Judice Ordinario, & sequentibus.*

66 *Impedimentum non præstat, quod de jure non sortitur effectum.*

67 *Citatio nulla non inducit litis pendentiam.*

68 *Judicium cœptum non mutatur per privilegii supervenientiam.*

69 *Citatione nulliter præcedente per privilegium noviter superveniens mutatur forus, ubi denuo reus debet conveniri.*

70 *Per actum nullum præcedentem res non desinit esse integra.*

71 *Res resoluta & nulla reddit actum ad suum priorem statum, ac si gestum nihil fuerit.*

72 *Si Delegatus ex commissione subscripta, velit prosequi litem nullam cœptam cum defuncto contra hæredem, Senatus remittit causam Ordinario.*

73 *Commissio jactationis subscripta, an sit retinenda in Senatu ad preces ejus, qui aliàs comprehensus sub clausula (omnesque alii) citatur à Delegato.*

74 *Curia-*

74 *Curialis obtinet ad revocandum Sanctissimum, ut commissionem abscindat, & subtersugiendam Regis Catholici in protectione Trid. sæpè utantur causa jactationis adversarii.*

75 *Dolendum de Curialium conscientiis affectantium jactationis causam, ut miserrimi litigantes à suis domibus extrahantur.*

76 *Commissio jactationis uti à jure exorbitans, parit, & Ordinario præjudicialis, recipit restrictionem, ita ut ultra personam jactantem in ea nominatim expressam non extendatur.*

77 *In commissione jactationis non permittitur apponi clausulam (omnesque alios) imo deletur, quia contra incertos denegatur.*

78 *Impetrans ante omnia tenetur probare jactationem tanquam fundamentum contra jactantem nominatam.*

79 *Qualitas qua fundatur jurisdictio, ante omnia debet probari.*

80 *Commissio limitata ad certas qualitates, aut personas ultra non extenditur.*

81 *Delegatus ex commissione jactationis subscripta non adquirit jurisdictionem, nisi in jactantem nominetur, qui si alios ex clausula (omnesque alios) citet, Senatus horum causam Ordinario remittit.*

82 *Subscriptionis qualitas regulatur à viribus commissionis cui apponitur.*

83 *Auditor Rotæ, cui commissio jactationis in prima instantia datur, cum ex clausula (omnesque) non adquirat jurisdictionem ultra principalem nominatum jactantem, nequit in monitorialibus ad partes missis eam apponere.*

84 *Potestas delegati dependet, & regulatur à potestate delegantis.*

85 *Jurisdictio Delegati, expeditis ad partes monitorialibus contra nominatum in commissione, expirat ipso interim mortuo, nec contra hæredes exercetur.*

86 *Delegantis jurisdictione resoluta, resolvitur etiam Delegati re integra, qui nulliter posteà procedit.*

87 *Monitorialium, aut compulsorialium Judicis in partibus dati jurisdictio, & commissio finitur cessante jurisdictione delegantis in Romana Curia.*

88 *Infecta primitiva, infecta censetur derivativa.*

89 *Commissio, cujus virtute quis citatur, ut compareant intra certum terminum, intra quem decedit, extinguitur.*

EXPERIMENTO non semel cognovimus, quàm utilis sit dubii istius vera resolutio, 1 † cùm frequentissimè soleant rescripta impetrari à Sede Apostolica contra aliquem specialiter nominatum, addita insuper clausula generali (*omnesque alios sua interesse putantes*) servata in his commissionibus forma sacrosancti Concilii Trident. *session. 24. de reformatione, cap. 20. causæ omnes*, ut veniant subscriptæ manu propria Sanctissimi.

Tamen, re integra, (nempè ante citationem 2 nominati) si iste moriatur, † contendere solent eius successores, aut hæredes, vel etiam alii) qui virtute dictæ clausulæ generalis, *& omnes alii*, poterant convenire & citari) eorum causam remittendam esse ad Ordinarium, mori quidem, & rectè, eò quod Delegati jurisdictio † hoc casu expiraverit contra illos, & commissionis potestas resoluta fuerit per mortem, re integra, cuius virtute cùm jam Delegatus nequeat procedere contra eosdem, nova fit alia necessaria commissio propria itidem manu Sanctissimi subscripta, cùm hæc, cum suis clausulis, & subscriptionis qualitate expiravit; atque ideo impedimento sublato & avocatione, illæsa remanet prima instantia Ordinarii, ad quem per Senatum Supremum omni modo istorum causa remittenda erit juxta dict. Concil. Trid. Decretum.

Quod quidem verissimum est de jure, ut latiùs in discursu hujus cap. monstrabimus; sed quia (quando per mortem ejus re integra contra quem specialiter & nominatim rescriptum hujusmodi fuit impetratum, expiret potestas, & Delegati jurisdictio, sive eontra alios comprehensos in dicta clausula generali) Doctores varia sectantur, nec non, & inter jura ipsa aliqua repugnantia videtur apparere; per concussiones erit procedendum.

Ante quas tamen, & ad veriorem declaratio- 4
nem earundem, supponenda erit † natura & vigor hujus clausulæ generalis *omnesque alios sua interesse putantes*) quæ quidem quando est appositа in commissione dat jurisdictionem Delegato contra quoscumque interesse putantes, ita per eam possunt citari alii, & conveniri; licèt non sint in eadem commissione nominati, probant Abb. *in cap. veniens, el. 1. n. 8. de testam.* Mohedanus *decis. 5. de judiciis.* Puteus *decis. 24. de judiciis*, & in corpore *decis. 196.* aliàs 190. *in correctis lib. 1.* Marta *de clausulis, 1. part. clausul. 79.* in prima impressione, aliàs *clausul. 86.* impressione ultima. Cochier. *in regula Cancellariæ ad reg. de annali possessione, num. 38.* Barbosa *de clausulis, 94. num. 2.* Fabius *decis. 15. lib. 1.* Achilles *decis. ultima, de rescriptis*, & fuit dictum *in Toletana Paroch. de Huesca 5. Maii* 1595. coram Pamphilio *& in Bracharensi beneficii, 3. Martii* 1603. coram Gregerio XV. quæ inter ejus decisiones impressas est *decis. 94.* & apud Farinacium *decis. 81. num. 2. part. 2. recentior.* quas citat Barbosa *dicto num. 2.* & fuisse etiam dictum *in causa Syracusana quartæ, 16. Novembris* 1588. coram Comittolo, *& in causa Bononiens. de Penticolo. 22. Martii* 1547. *& 14. Decembris* 1576. coram Robusterio, *& in Zamoren. Parochialis 14. Junii* 1593. Gyptio. testatur Marta ubi proximè.

Et hujus clausulæ vigore tres, † vel quatuor 5
dumtaxat alios ultra expressè nominatos citari, conveniri, & nominari posse, firmat text. *in cap. cum multis, de rescriptis l. 6.* ex illa ratione, quam ipse text. ponderat, ut scilicet infinitas reprobetur. Barbosa *in clausula 94. n. 6.* Moneta *de commutation. ultim. volunt. cap. 6. nu. 367.* ubi dicit, quod quatuor horum nomina in primo citatorio exprimere tenetur impetrans; † hanc text. ratio- 6
nem multis exornant Vitalinus de Camban. *in tractat. de clausul. pagin. 56. nu. 3.* Escobar. *de tatiocitatis, cap. 18. n.* Stephanus Gratianus *disceptat. forensibus, tom. 3. cap. 600. n. 30.* Caldas Pereira *de præstat. eligen. c. 3. n. 18.* Valascus *consultat. 41. n. 29. & de partic. cap. 9. n. 50. & 51.*

Et ut fraudibus occurratur, debet impetrans 7
rescriptum, illorum † nomina expressè specificare, ita Vestrius *in praxi lib. 4. cap. 2. numer. 2.* Rota *decis. 18. num. 2. de dolo & contum. in novis.* Abb. *in cap. Pastoralis, §. quoniam autem, num. 4. de rescriptis.*

In tantum, quod ante horum citationem debeat 8
fieri hæc nominatio, † & specificatio convenientium virtute clausulæ generalis præfatæ, nec judex antea contra eos habeat jurisdictionem, quæ

inte-

interim est in aëre, & incerta, docet Felinus *in dict.* §. *quoniam autem*, sequitur Barbosa *de clausulis, clausul.* 94. *n.* 7. Marchesanus *de commissionibus*, 1. *part. pag.* 207. *n.* 221.

Quia iste Judex Delegatus videtur datus contra
9 comprehensum sub clausula generali, & conveniendum eo tempore, quo exprimitur, & nominatur expresse ab impetrante, ita ut antea Judex non habeat jurisdictionem in adhuc non expresso, *cap. Pastorali*, §. 1. *junct.* §. *seq. de rescriptis*; undè
10 tunc meritò corruit rescriptum quoad hunc, * qui decessit, antequam exprimeretur, ut rectè discurrit Moneta *de commutat. ultim. volunt. cap.* 8. *sub n.* 305. *ante finem.*

Quæ autem personæ vigore dictæ clausulæ
11 generalis nullatenus possint citari, * nec conveniri, nec sub ea comprehensæ intelligantur, vide Monetam *de commutationib. ultimæ voluntat. cap.* 6. *à n.* 362. & melius per Barbosam *clausul.* 94. *à n.* 8. *cum seq.*

His suppositis prima erit conclusio firmanda in
12 hac materia. * Commisso manu Sanctissimi subscripta contra unum specialiter impetrata cum clausula generali (omnesque alios) si sic nominandus, & conveniendus comprehensus sub hac clausula generali decesserit re integra, (hoc est ante citationem sibi factam) expirat ipso jure, & resolvitur jurisdictio, ac si impetrata non fuerit, adeò ut præmortui successor ejusdem commissionis virtute conveniri nequeat. Quæ conclusio probatur ex textu expresso *in cap. significavit*, 36. *de rescriptis*, ubi si conveniendus per clausulam generalem (*& quidam alii*) cùm viveret tempore impetrationis rescripti justitiæ, & non fuerit ante mortem citatus, non poterit per illudmet rescriptum conveniri successor ejus, cum jurisdictio quoad ipsum expiraverit, qui quidem text.
13 mirabilis in hæc inquit: *Significavit* * *nobis Comitissa Namurensis, quod cùm mortuo Comite fratre suo, ipsa in ejus successerit Comitatu, G. & B. per quasdam litteras Apostolicas contra Thusens. Episcopum, & quosdam alios Clericos, & laicos impetratas, eam coram judicibus (ad quos obtentæ fuerant) super quadam summa pecuniæ, quam eidem fratri suo se mutuasse dicebant, per illam generalem clausulam quidam alii (quia in prædicto Comitatu successerat) convenerunt. Excipiente itaque Procuratore suo, quod cùm adhuc frater ejusdem mulieris viveret, quando eædem litteræ impetratæ fuerunt, nec per ipsas dum viveret, fuerat ad judicium evocatus, earum authoritate non poterat conveniri, & quia judices exceptionem non admittebant ipsius, nostram audientiam appellavit*; & infrà; *ideoque mandamus, quatenus si est ita, revocato in irritum, &c.* Quem text. ita intelligunt Glossa 1. *&* 2. ibidem, communiter omnes Doctores, teste Joan. Andræa *in cap. is qui, numer.* 7. *de Reg. juris, lib.* 6. & ibi Philippus Franchus *num.* 3. Abb. *in dict. cap. significasti, numer.* 4. ubi Innocentius, & alii, & Caldericus *n.* 4 & alii plures Doctores citati per Jo. Petrum Monetam *in dict. de Conservatoribus, cap.* 10. *numer.* 295. & ipse Moneta iterum *in tractat. de commutat. ultim. volunt. cap.* 8. *numer.* 303. *& sub numer.* 305. quibus firmat locis, ita intelligendam Glossam, & alios *in cap. licèt, de officio Delegati*, dum absolutè asserunt, morte litigatoris expirare jurisdictionem judicis, & prætatam conclusionem quod per mortem naturalem illius, contra quem rescriptum justitiæ generaliter impetratur, hoc est comprehensum sub clausula generali, re integra expirat jurisdictio, probat Vivianus *de jure patronatus*, 3. *part. lib.* 4. *cap.* 3. *à num.* 145.

Secunda sit conclusio, quando in rescripto
contra aliquem impetrato, * similiter fit mentio de 14
successore, aut hærede; planum est, ait Franchus post Joannem Andr. ubi proximè: quod extendatur ad successorem, & latiùs per Monetam *dict. cap.* 8. *n.* 305. *in principio.*

Tertia sit conclusio, si rescriptum impetretur
contra dignitatem, * vel Ecclesiam, vel pro ea, 15
tunc enim etiamsi Prælatus ejusdem moriatur re integra (cùm Ecclesia, vel dignitas nunquam moriatur) potest dignitas vel Ecclesia conveniri vigore dictæ clausulæ generalis, ut probant Glossa Innoc. Compostellana, Abb. alii *in dict. cap. significavit, de rescriptis.* Philippus Franchus & Joannes Andræas *in dict. reg. is qui*, 15. *in mercurial. & in novel.* Moneta *de Conservatoribus, cap.* 10. *n.* 296. & post in dicto *tractat. de commutationibus, dict. cap. n.* 305. *in fin.* qui *n.* 306. idem extendit,
* quando conveniendus erat expressus in rescripto 16
impetrato in materia concernente dignitatem, vel Ecclesiam, licèt nomen Prælati fuerit expressum, quia extenditur ad successorem in dignitate, vel Ecclesia: quo casu, dicit propriè loqui text. *in cap. dilecti filii, de foro competent.* Ubi Glossa 1. ab aliis recepta id annotavit, necnon eadem Glossa *in dict. cap. significavit*, verb. *viveret*, & ibi Abb. *n.* 6. Joannes Andræas *in dict. cap. is qui, n.* 7. & Philippus Franchus *n.* 3.

Quarta erit conclusio, si materia, super qua impetratur rescriptum, * non est transmissibilis, seu 17
extensibilis ad successorem, ut in beneficiis, juxta *cap. ex transmissa, de filiis Presbyterorum*, in usufructu, *l. si cui in annos, ff. quibus modis usus-fructus amittat*, cum similibus, vel depositione ab ordine, aut beneficio ob aliquod delictum. Et tunc rescriptum, & eius jurisdictio expirat per mortem adversarii, nulla facta distinctione, an res sit integra, vel non, *l. si decesserit, ff. qui satisdare cogan.* item argumento *cap. quorundam*, 23. *distinctione, & l.* 1. §. 2. *C. si reus, vel accusator mortuus fuerit.* Et sic dum agitur de impetratione beneficii, aut pœna imponenda, quod & omnes probant citati Doctores, tenent quoque Apostilla ad Abbatem *dict. cap. significavit*, verbo *hæredem universalem.* Moneta *de commut. ultim. voluntat. cap.* 8. *nu.* 304. *in tract. de conservator. cap.* 10. *n.* 298. *ad fin.* & probant Innocent. *in cap. gratum, de officio Delegati.* Abb. Cardinal. & alii *in dict. cap. significavit.* Philippus Franchus, & Joannes Andræas *in cap. is qui, de regulis juris, in* 6. qui duo ultimi ita intelligunt *dict. l. si decesserit, ff.*

Quinta sit conclusio; ad successorem singu-
larem ejus, * contra quem nominatim impetrata 18
fuit commissio, regulariter non extenditur ad talem successorem singularem in materia quæ non concernat dignitatem, sed personam, nisi in tribus casibus; primus erit, si successor singularis scienter successit in vitium, * quo casu expressè 19
loquitur text. *in cap. quia, V. de judiciis.* Secundus, ubi auctor alienavit causa mutandi judicii; * ut 20
in cap. 1. *de alienat. jud. mutandi causa facta.* Tertius, quando contra singularem successorem emanavit secunda, * & nova jussio, aut commissio, 21
ut *in dict. cap. quia, V.* ita probant Abb. *dict. cap. significavit, de rescriptis, num.* 6. Joannes Andræas *in dict. cap. is qui, n.* 8. & Franchus *numer.* 3. Moneta *de Conservator. cap.* 10. *n.* 298. *& de commutat. cap.* 8. *sub n.* 306.

Et

22 Et notandum erit, quod in casibus, † in quibus diximus, mortuo eo, contra quem impetratum est rescriptum, extendi ad successores: habet id locum, quando defectus saltem viveret tempore dati rescripti, nec enim valet judicis datio, cùm non viveret tunc is, contra quem judex datur ut per *l. 2. ff. quæ sententia sine appellatione rescindenda*, tradiderunt Abb. Franchus, & Joannes Andreas, in locis suprà relatis, Moneta *de Conservatoribus*, *d. cap.* 10. *sub n.* 298. *& de commutat. d. cap.* 8. *sub n.* 305. *in fine.*

Sexta conclusio majorem controversiam recipit,
23 * in rescriptum impetratum contra aliquem nominatim, an isto mortuo re integra, & anteaquam intimata sibi fuerit citatio, duret ejus jurisdictio & potestas contra universalem hæredem & successorem, ita ut iste nequeat declinare, & petere remissionem ad suum judicem, aliàs competentem. In qua controversia Abb. *in dict. cap. significavit de rescriptis*, *n.* 6. tenet, quòd jurisdictio ex hoc rescripto non expiret, sed Delegatus possit contra hæredem universalem ejus, contra quem specialiter & nominatim fuit impetratum procedere, & exercere jurisdictionem, idque indistinctè procedere sive re integra, sive re non integra auctor decesserit, & post Innocentium Ægidium, Compostellanum, Franchum, & Joannem Andream, ut veriorem resolvit opinionem Moneta *de commutation. ultim. volunt. cap.* 8. *sub n.* 306.

Sed contraria sententia longè de jure verior,
24 * & probabilior est, ut scilicet tunc rescriptum impetratum contra aliquem nominatim, si decedat re integra, expiret ipso jure, ac Judicis Delegati resolvatur jurisdictio, ita ut contra hæredem universalem nequeat procedere & citare, ut secus sit, si rescriptum, & jurisdictio sit perpetuata per citationem intimatam defuncto, ut rectiùs probant plures Doctores citati, & sequuti ab Apol-
25 till. ad eundem Abb. *in d. cap. significavit*, *verbo*, *hæredem universalem*, hanc etiam opinionem tenet in terminis Marchesan. *de commission. tit. de commission. in particul.* 1. *part. c.* 3. *num.* 565. *& seq. fol.* 166. ubi dicit, * quod commissio illius contra quem est impetrata, expirat, & pariter jurisdictio, nisi prius ante mortem fuerit citatus, ita ut etiam nec contra hæredes, aut universales successores procedat, aut reviviscat talis commissio, quod repetit ipse Marchesanus *in eodem cap.* 3. *num.* 73. *&* 74. *fol.* 158. post Felinum *in cap. quia*, *G. n.* 1. *de judiciis*, & iterum Marchesanus ipse *in* 1. *part. cap.* 7. *de commissionib. appellat. in causa benefic. à numer.* 47. *fol.* 285. & post Innocent. Signoro. & alios probat id ipsum Tuschus *practicar. conclusion. littera R. conclusione* 213. *n.* 13. ubi ita mirabiliter extendit, ut rescriptum contra A. non habeat locum contra ejus hæ-
26 redes * si A. decesserit re integra, & dicitur (inquit ipse) re integra decedere etiamsi esset citatus ad certum terminum, & mortuus fuerit ante terminum.

Et Glossa *in cap. significavit.* Philippus Franchus, * & Joannes Andreas *in regula is qui de*
27 *reg. jur. in* 6. pro contraria parte citati eam restringunt opinionem, & intelligunt; ubi nomine dignitatis, aut Ecclesiæ is contra quem est impetratum rescriptum, sit conveniendus, ut hoc mortuo re integra, vel non integra ad successorem in dignitate, aut Ecclesiam (quæ nunquam moritur) extendatur commissio, ut latiùs admisimus, & probavimus superius *in conclusione* 3. & sic tantum abest, quod possint pro contraria parte allegari,

ut potius nostram confirment à ratione cessante.

Imò & Moneta ipse *in tract. de Conservatoribus*, 28
cap. 10. *sub n.* 299. * postquam contrariam opinionem retulit, & nonnulla jura pro ea voluit concordare, tandem resolvit, ea jura & opinionem esse intelligendam, ut tunc hæres conveniatur coram judice, coram quo poterat defunctus, ut procedat in aliquo ex iis casibus, quos antea retuletat, asserens in eis posse conveniri successorem de quibus Nos in conclusionibus antecedentibus, & inter alios casus proximum antecedentem recensuerat ipse; nempè quando res non sit integra, ut tunc successor vigore commissionis contra defunctum impetratæ possit conveniri, & citari.

Et ulteriùs contrariam opinionem sectantes in- 29
vincibili juris * fundamento convincuntur, nam ut hæres & successor conveniri possit coram judice non suo, sed eo, coram quo defunctus conveniri potuerat: necesse est, ut judicium sit præventum cum defuncto, atque in vita sua fuisset citatus, ita ut si à Judice defuncti non fuerit in ejus vita, & in persona defuncti præventa jurisdictio; hæres non coram eo, sed coram suo judice conveniendus erit, *l. si constante*, §. *fin. soluto matrimon. l. hæres absens*, & ibi Jacobinus *n.* 7. *ff. de judiciis*, *l. si ii qui Romæ*, *ff. l. si petitor*, 31. *ff. eodem*; qui probat quod tunc * instantia inchoata 30
per citationem (ut statim dicimus) cum defuncto, activè, & passivè transit in hæredem & successorem, non aliter; Alciatus *consil.* 22. *n.* 1. *tom.* 2. *lib.* 6. Peregrinus *in tractat. de jure fisci l.* 5. *n.* 65. Salicetus *in l. litigator. n.* 3. *ff. de fructibus*, Vincentius de Anna *allegat.* 14. *nu.* 1. Petrus Surdus *decision.* 110. *n.* 4. Grassis *de effectibus Cleric. effectu* 1. *n.* 248. Antonius de Methearius *in tractatu de prorogat. juris*, *n.* 68. & post Molinam, & alios Nos *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 8. *à n.* 302. *&* 303. *& n.* 308. Petr. Bossa *in l. hæres absens.* 9. *in princip. à n.* 23. *ff. de judiciis.* Covar. *pract. c.* 8. *n.* 3. *in fin.*

Hoc etiam probat magna illa Doctorum caterva, * qui à præfata doctrina sumpserunt funda- 31
mentum, ut Clericus hæres laici non conveniatur coram judice defuncti pro rebus ad hæreditatem pertinentibus, si causa non fuerit cœpta cum defuncto laico, prout infinitos penè Doctores ad id congessit Grassis *de effectibus Cleric. effectu* 1. *à n.* 278.

At quando contra defunctum lis cœpta fuerit, 32
* & per citationem præventa jurisdictio à judice defuncti laici, in ejusdem hæredem Clericum transit instantia, & judicium cœptum activè, & passivè, ita ut remissio ad suum judicem omninò cesset, ut probat Paulus de Castro *in dicta l. hæres absens.* §. 1. *num.* 3. *ff. de judiciis.* Barbosa *in cap. quia*, *V. de judiciis*, *num.* 17. Cagnolus *in l.* 2. *num.* 174. *C. de pactis inter emptor. & venditorem*, qui de communi testatur Boërius *decis.* 69. *num.* 32. Alexander. *in addition. ad Bartol.* in Authentic. *& consequenter*, *num.* 19. *Cod. de sentent. & interlocut.* Guillelmus Benedictus *in repetit. capit. Rainuntius*, *in verbo*, *uxorem*, *in* 2. *decis. num.* 124. *de testament.* Roger. de Nuta *in repetit. l.* 1. *nu.* 61. *de judiciis.* Antonius de Scappa *in tractat. de jure scripto*, *lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 1. Germonius *de sacrorum immunit. lib.* 5. *cap.* 15. *num.* 56. Addit ad Aretinum, *in* §. *item moris est*, *nu.* 46. *in littera A. inscript. de exceptionibus.* Villalobos *commun. opinionem*, *littera C. num.* 77. Zevallos *commun. contra commun. quæst.* 36. *nu.* 1. *&* 10. ubi dicit veriorem de jure Camil.

de Curte *in diverſor. jur. feud. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 142. Anguiſſo *conſil.* 59. *n.* 1. *lib.* 2. Camill. Borellus *in addition. ad Bellugam, in ſpeluco Princip. rubric.* 11. §. *videndum, num.* 4. *littera A. verſ. Ad materiam tamen folio* 55. Antonius Maſſa Galles *in tract. de obligatione, in forma Cameræ, pari.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 3. & 4. Andreas Gaill. *obſervatione* 37. *num.* 8. *lib.* 1. Scaccia *de judiciis, cap.* 1. *n.* 11. *n.* 23. *in fin.* Covarruvias *lib.* 1. *practicarum quæſt.* 1. *cap.* 8. *n.* 2. & 5. *verſ. Hinc ergo,* ubi allegat Imolam. *in l. ſi cum hominem, de fidejuſſoribus,* Jaſſ. *in Authent. quas actiones, n.* 39. *C. de ſacroſ. Eccleſiis.* Paulum de Caſtro, Romanum, & Alexandrum *in l. ſi conſtante* §. *ſi ff. ſoluto matrim.* & ibidem Curtius Junior *in addit. ad Alexand.* & Paul. de Caſtr. *in d. l. hæres abſens, in princip. ff. de judiciis, & in verſ. Verum contraria,* Joannes Rota Afinius *in practic. quæſt.* §. 2. *cap.* 22. *num.* 44. & 60. ubi latiùs probat, & dicit communem Aufrerius *in tract. de poteſtat. judicis laici ſuper perſonis Eccleſiaſt. regula* 2. *fallent.* 5. *numer.* 6. Vivius *in commun. opinion. verb. Clericus, nu.* 48. *lib.* 1. Sylvanus *conſ.* 45. Vaſquez *in tractatu de ſucceſſion. creatione, part.* 1. *lib.* 7. §. 22. *limitat.* 17. *numero* 70. Burſatus *conſil.* 93. *numero* 42. *lib.* 1. *ubi* afferit, hanc communem eſſe. Purpuratus *conſil.* 83. *numero* 2. *lib.* 1. Jo. Aloiſius de Leo *in Authent. caſſa. num.* 10. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Foller. *ſuper conſtitut. Regni in tit. de Epiſcopis & Clericis, cap. item. ſtatuimus, numer.* 5. *fol.* 68. *in add. ad Marantam, in pract.* 4. *part. diſtinct.* 11. *n.* 74. Cala *in tract. de modo articuland. & probandi* §. *gloſſa* 1. *n.* 57. ubi alios allegat. Petrus Surdus *deciſ.* 110. *n.* 2. ubi magis de commun. & *conſil.* 122. *num.* 16. *lib.* 2. Cœnedus *in collectan.* 37. *num.* 7. *part.* 2. ubi plurimos allegat, Gaill. *obſervat.* 37. *n.* 8. *lib.* 1. & latiùs fundat & proſequitur Graſſis *de effectibus Cleric. effectu à num.* 282. *& ſeqq.*

Sic etiam ex hac ratione & fundamento laicus
83 hæres Clerici ligatur eadem inſtantia, * & pariter tenetur proſequi judicium cœptum contra ſuum Authorem coram judice Eccleſiaſtico, *cap. quia V. de judiciis.* Alciat. *conſil.* 22. *n.* 3. *tom.* 2. *lib.* 6. Graſſis *ubi proximè n.* 321.

Et erit advertendum, quod ad hunc effectum,
84 * ut commiſſio impetrata contra defunctum habeat locum in ſucceſſore & hærede univerſali, quando mortuus author fuit re non integra, ut tunc dicatur res non eſſe integra, quando in vita fuit citatus, abſque eo quod ſit cum defuncto lis conteſtata, quia per citationem ſolam perpetuatur, & prævenitur juriſdictio, juxta jura & Doctores hactenus citatos, & eſt *cap. gratum,* & *cap. relatum de officio Delegati,* cum concordantibus; de quorum intellectu latè agit Caſtellus *controverſiarum tom.* 2. *cap.* 29. *per totum,* & in noſtris terminis tenet Gloſſa unica, Innocent. Abb. & alii Doctores in dicto *cap. ſignificavit, de reſcript.* Andreas, & Franchus *in cap. is qui, de reg. juris, in* 6. poſt Speculatorem *in tit. de officio Delegati.* §. *reſtat, verſ. Item mortuo eo.* Petrus Barboſa *in l. hæres abſens, n.* 27. *ff. de judiciis.* Borrellus *conſ.* 78. *num.* 21. Rebuffus *ad conſtitut. Gallicas, tit. de citationib. in præfation. n.* 17. Valençuela *conſil.* 32. *num.* 70. Giurba *conſil.* 49. *n.* 104. Moneta *de Conſervator. cap.* 10. *num.* 299. contra Bartolom. Brixienſ. (contrariam tenentem, ut requiratur ad hoc litis conteſtatio cum defuncto) & ipſe Moneta *de commutat. ultimar. voluntat. cap.* 8. *ſub num.* 305. Tuſchus *practic. concluſ. littera R. concluſ.* 213. *numer.* 13. & pro hoc facit text. *in dict. cap. ſignificavit,* ibi: *Nec per ipſas, dum viveret, fuerit ad judicium evocatus, de reſcriptis,* & etiam text. *in cap. propoſuiſti,* 29. ibi: *A te legitimè citatus ad cauſam,* & ibi: *Quaſi ab illo jam præventus, &c. de foro competenti.*

Et facit communis Doctorum opinio, quæ habet, * quod ad hoc ut hæres, & ſucceſſor con- 35
veniatur coram judice defuncti, & in eum lis cœpta, & inſtantia tranſeat activè & paſſivè; ſufficit citationem defuncti præciſè, non litis conteſtationem, ut ex *l. ſi petitur* 31. *de judiciis,* & cum Molina Nos *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 8. *num.* 302. & 303.

Ex quo falſa redditur differentiæ ratio tradita
per Abbatem * in *d. cap. ſignificat,* intelligens 36
illum text. in hærede, & ſucceſſore defuncti conveniendi per clauſulam generalem dumtaxat, ut tunc re integra expiret commiſſio. At ſecus, quando in ea expreſsè nominatus decedat etiam re integra, ut ejus hæres univerſalis ex eadem commiſſione citetur, & conveniatur, quaſi (inquit ipſe) juriſdictio radicata fuerit, & prævenita contra ſuum Authorem, contra quem nominatim fuit impetrata, quod falſum eſt, & contra notiſſima juris principia, & Decreta Canonica, & civilia. Cùm ante juriſdictionis exercitium, * reſcriptum juſtitiæ, nempè per citationem 37
non ſubſequutam nec perpetuetur, nec prævenita dicatur juriſdictio, ut probat *cap. quando* 6. ibi: *Cum juriſdictio (ex quo ipſa uſus non extitit) non cenſeatur in eum efficaciter tranſiviſſe de officio Delegat. lib.* 6. *& in cap. ſi Delegatus* 7 ibi: *Commiſſum tibi negotium (dum tamen illo vivente juriſdictione uti cœperis) liberè diffinire, &c. eod. tit. & lib.* text. *in cap. ult. de officio Legati in fin.* ibi: *Si ante illorum diſceſſum horum citatio non præceſſit,* & idem probat *cap. relatum de officio Delegati,* concordat *lex* 21. *tit.* 4. *part.* 3. & alia quamplurima jura ultra ſuperius relata congerit Caſtellus *controverſiarum, tom.* 2. *cap.* 29. ubi per totum differit & doctè reſolvit, aliterque ante citationem juriſdictionem Delegati, nec alterius Judicis, nec præventam, nec radicatam cenſeri.

Imò res non deſinit eſſe integra, nec lis introducta, & cœpta per commiſſionem impetratam, & emanato atque à Judice expedito decreto citationis, ante ejus actualem executionem, Pariſius *conſil.* 45. *num.* 3. *lib.* 4. Puteus *deciſ.* 194. *lib.* 1. & per Rotæ deciſionem Argelus *de acquirenda poſſeſſ. quæſt.* 18. *art.* 1. *à num.* 15. ubi *numer.* 16. rectè extendit, etiam ſi reus habeat notitia commiſſionis impetratæ, & citationis contra ſe decretæ, quæ tamen non fuit ſibi intimata, & effectivè executa, ex Pariſio *conſil.* 81. *num.* 13. *lib.* 4. & Rota *in una Albracenſ. penſionis* 17. *Decembris* 1574. *coram Lauretano,* & apud Seraphinum *deciſ.* 147. *num.* 2. & alias allegat deciſion. ipſe Argelus, *num.* 17. & plenè per Menoch. *de arbitrarii caſu* 202. *num.* 8. Et quod lis non dicatur pendere, donec citationis decretum ſit intimatum adverſario, tenet Rota *dec.* 6. *ut lite pendente in noviſ. & deciſ.* 1. *numer.* 4. *part.* 2. Puteus *deciſ.* 427. *lib.* 1. *& deciſ.* 481. *lib.* 2. *& deciſ.* 362. *lib.* 3. Caſſiodor. *deciſ. num.* 3. *& 4. regula Cancellariæ,* abundè Gonçalez *gloſſ.* 9. *in annotationibus, num.* 145. Marius Giurba *conſil.* 39. *numer.* 66. Imò & Rota in una Bracharenſ. ut apud Alexandr. Ludoviſ. *deciſ.* 94. *numer.* 2.

Requi-

Requirit poſt impetratam commiſſionem, citationem emanatam, intimatam, & executam, & ſimul iterum ejus reproductionem; & in alia Gerundina apud eundem Ludoviſ. *deciſ.* 27. *num.* 2. Sed hoc de reproductione citationis executæ, & intimatæ intelligo non requiri quoad prævention-em, & perpetuationem juriſdictionis, ex hactenus abundè comprobatis; ſed tantùm quoad proſequutionem litis, & ejus validitatem ex iis, quæ copiosè cumulavit Gonçalez, §. 7. *proœmiali. à num.* 145. *cum multis ſeq.* Lancelotus *de attentatis* 1. *part. cap.* 4. *in præfation. à nu.* 113. *cum ſeq.* quod non debeat fieri poſt longum tempus, Rota ut per Farinacium *in poſthumis tom.* 1. *deciſ.* 137. *n.* 4. & 5.

Et quod ad prævention-em juriſdictionis ſit neceſſarium, quòd citatio actualiter executioni mandetur, ita ut non ſufficiat decretum de citando; probatur *in l. cùm quædam in principio, ff. de juriſdict. omnium judic.* quoniam ante exequutam citationem lis non dicitur pendere, Gregor. Lopez *in l.* 12. *tit.* 7. *part.* 3. per text. ibi: *in gloſſ.* 1. Marianus Socinus *in cap. propoſuiſti, n.* 17. & *ſeq. de foro competent*, Decianus *conſ.* 21. *num.* 3. Farinacius *in prax. quæſt.* 7. *nu.* 56. Scaccia *de Judiciis, cap.* 12. *ex n.* 58. Afflictis *deciſ.* 219. *n.* 3. Maſcard. *de probation. concluſ.* 1233. *verbo, Prævention, n.* 6. Marta *de juriſdiction. part.* 2. *cap.* 3. *ex n.* 2. Franchis *deciſ.* 505. *n.* 15. Riccius *collect.* 1148. Maſtrillus *deciſ.* 210. *n.* 1. Cavedus *deciſ.* 42. *n.* 1. 4. & 6. *p.* 1. Zeballos *de cognit. per viam violent. quæſt.* 81. *num.* 6. & *ſeq.* Giurba *conſ.* 48. *nu.* 38. & alii ſtatim citandi.

Quæ doctrina in noſtro caſu rectè procedit, etiamſi admittamus aliquorum diſtinctionem inter prævention-em juriſdictionis quoad effectum prælationis, ut hoc caſu requiratur actualis executio citationis; & inter perpetuation-em ſimplicem ejuſdem juriſdictionis, ut ad hunc effectum decretum citationis expeditum ſufficiat, quam conſtituunt, & explicant Marian. ubi proximè, *num.* 19. Decianus *num.* 7. Barboſa *in l. ſi quis poſtea quam ex num.* 27. & 32. *cum ſeq. ff. de Judiciis*, Scaccia *num.* 58. Farinacius *num.* 60. Marta *de juriſdict.* 2. *part. dict. capitul.* 3. *ex num.* 14. Perierа *de manu Regia* 2. *cap.* 57. *numer.* 9 & poſt alios Carleval. *de Judiciis, lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 7. *nu.* 879. Eò quòd caſus in quo verſamur, comprehendatur ſub primo diſtinctionis membro, cùm agatur de prælatione juriſdictionis, & competentia inter Delegatum, & Ordinarium. Sed ego puto ex ſupra dictis in utroque diſtinctionis membro requiri actualem executionem citationis expeditæ.

Quare, ceſſante hac diſcriminis ratione per Abbatem traditam cui nititur; * venit aſſignanda firmiſſima concluſio, quòd reſcriptum impetratum contra aliquem nominatim, non trahatur contra eius hæredem, & ſucceſſorem univerſalem, ſi defunctus conveniendus deceſſerit re integra. hoc eſt, non ſibi intimata citatione ex hactenus abundè comprobatis, pro qua doctrina venit eſſe expreſſus text. *in cap. ſignificavit de reſcriptis.* 38

Et quia commiſſio ipſa non ſolùm non radicat juriſdictionem ante * citationem, atque etiam nec per præſentationem ipſarum litterarum factam Judici, nec tunc juriſdictio prævenia dicitur, nec res deſinit eſſe integra, ut rectè probant Maſcardus *de probation. concluſ.* 1226. *num.* 11. Gonçalez *ad regulam* 8. *Cancel.* §. 5. *proœmial. n.* 101. Caldas Pereira *de poteſtate eligendi. cap.* 10. *n.* 15. Petrus Barboſa *in l. ſi quis poſtea quam, n.* 25. *ff. de Judiciis*, Sanchez *de matrimonio, lib.* 8. *diſput.* 28. *n.* 19. Aug. Barboſa *in collectanea ad cap. gratum* 20. *n.* 6. *de officio Delegati.* 39

Sed nec habet vim libelli * in Judiciis ordinaris, licet in ſummariis ſic; ut latè per Vantium *de nullitat. ſentent. ex defectu proceſſus, num.* 19. & 20. Marcheſanus *de commiſſione in particulari* 1. *part. cap.* 3. *à num.* 21. & *ſeq. tom.* 3. *fol.* 153. 40

Ac etiam in omni caſu, certum eſt, quòd annales actiones, & interdicta perpetuantur * contra hæredem adverſarii, contra quem à principe impetratum eſt reſcriptum, & ex ipſa ſola impetratione anni terminus conſeratur, ut patet *ex l.* 1. & 4. *C. quando libellus Princip. datus*, ubi notarunt Doctores, & *in l. fin. ff de eo per quem jact. erit*, moneta *de commutat ultim. volunt. cap.* 8. *num.* 307. Non tamen quoad effectum perpetuandi juriſdictionem contra hæredem ante citationem defuncti ex hactenus latiùs deductis, & comprobatis. 41

Ex omnibus igitur concluſionibus veriſſimis aliæ duæ ad noſtrum propoſitum deducendæ ſunt per neceſſariam conſequentiam.

Prima ſit, quod in omnibus * caſibus, in quibus diximus, reſcriptum impetratum contra aliquem eo mortuo etiam re integra durare contra ſucceſſorem, de quibus in 2. 3. & 5. concluſionibus, vel etiam in aliis, in quibus, quando re non integra decedit is (contra quem generaliter, vel nominatim fuerit commiſſio impetrata) hæres & ſucceſſor ejuſdem commiſſionis virtute convenire poteſt, de quo latè hactenus dictum eſt: tunc ſi ipſa commiſſio fuerit expedita ſervata forma Concilii Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformatione, cap.* 20. nempè ſubſcripta propria manu Sanctiſſimi ob urgentem, & rationabilem cauſam, ad ſic ſubſcribendum moti, indubiè cauſa ipſa contra hæredem, & ſucceſſorem tractanda erit coram Judice delegato in prima inſtantia, quia tunc nullatenus offenſa dici poteſt Ordinarii juriſdictio, ut ex eodem Tridentin. decreto latiùs probavimus hac 2. *p. cap.* 6. *in* 4. *exceptione, à n.* 11. *cum multis ſeq.* Prout & plures † in his terminis conſului, atque ideò iis in caſibus Senatus hic Supremus nullatenus has cauſas remittit Ordinario, cum ejus prima inſtantia nullo modo percutiatur. 42 43

Secunda etiam concluſio, quæ ex ſuperioribus † neceſſario deducitur ea erit quando ex commiſſione impetrata, etiam ſpecialiter, & nominatim contra aliquem, & etiam manu propria Sanctiſſimi ſubſcripta mortuo eo re integra, contra quem vel generaliter (virtute clauſulæ, *Omneſque alios*, de qua ad principium hujus cap.) vel ſpecialiter fuit impetrata, cum ipſa commiſſio ipſo jure expiravit, ac reſolvatur juriſdictio delegati, & perinde habeatur ac ſi à principio nec impetrata fuerit, nec cauſa per Sanctiſſimum avocata, ita ut ejus virtute amplius procedere nequeat delegatus, etiam contra ſucceſſores, & hæredes univerſales, ut in tot concluſionibus probavimus: tunc omnino iſta cauſa hæredum & ſucceſſorum per Senatum remittenda erit in prima inſtantia ad Ordinarium, cujus juriſdictio morte illius re integra prohibitionem & impedimentum non aſſerit ipſo jure. 44

Quæ concluſio inſuper probatur; nam cùm principalis commiſſio, † avocatio, & Judicis delegati juriſdictio ipſo jure reſolvantur; ut hactenus dictum 45

dictum est in conclusionibus; sequitur, ut qualitas subscriptionis manu Pontificis simul evanescat, quia qualitas non potest esse sine subjecto. Et quia non entis nullæ sunt qualitates, ex vulgari axiomate.

Et quia quando principalis commissio resolvi-
46 tur, aut aliàs deficit, * & annullatur, simul cum ea resolvuntur clausulæ omnes, atque cæteræ qualitates in ea appositæ, & ab ea dependentes, *l. nihil dolo, l. cum principalis, ff. de regulis juris, l. 2. ff. de peculio legato, l. Julius, ff. qui potiores in pignor. habeantur, l. Aurelius. §. legatum, ff. de liberatione legata*, plurimos Doctores citavimus *de Regia protect. 1. part. capitul. 2. n. 37.* & faciunt quæ *tertia part. cap. 10. à n. 161.* Puteus *decision. 1. lib. 1.* nonnullas Rotæ decisiones allegat Marta *de clausulis, clausul. 19. à nu. 15.* in prima impressione.

Ergo ut contra successorem possit procedi, re-
47 quiritur omninò alia * nova commissio, similiter manu propria Sanctissimi subscripta, & secunda ejus jussio, de quo ex *cap. quia V. De Judiciis*, ubi Abb. *numer. 6.* Joan. Andreas *in cap. is qui, num. 8.* & Philipp. Franchus *num. 3. de regulis juris*, Moneta *de commutat. ultimarum volunt. cap. 8. sub n. 306. & de conservatoribus, cap. 10 sub. num. 297.* Ita ut si hæc secunda commissio (prima sublata) sit nova & contra novam personam, debeat omninò habere subscriptionem manu Sanctissimi, juxta Tridentin. decretum *in dict. cap. 20.* aliàs ea deficiente Senatus hic Supremus causam remittet ad Ordinarium, cum contra illud decretum ejus prima instantia manifestè percutiatur.

Facit etiam quod dicit Rota *decis. 423. num.*
48 *5. part. 2. in recent.* * Anton. Gabriel. *commun. opinion. lib. 6. tit. de clausulis, concluf. 3. num. 8.* & alii relati per Augustinum Barbosam *de clausulis, clausul. 175. n. 39.* Tamburin. *de jure Abbatum, tom. 1. disput. 18. quæst. 6. num. 13. & 14.* quod clausula (*Sublata*) minimè operatur, quando in casibus, in quibus commissio ea munita, non intrat, sed tantùm postquam fuerit cognitum intrare.

49 Negari etenim non potest, * quod hæc subscriptio manu propria Sanctissimi sit quædam qualitas commissionem informans, cui apponitur, quia de per se, & in aere stare non potest, quæ quidem subscriptio sequi debet naturam sui principalis, & hujus commutabili alterationi, & va-
50 riationi subjici, ut in simili de clausula (*irritans*) * probant latè Gabriel *titul. de clausulis, concluf. 3. n. 54. verficul. Contrarium voluit*, Gonçalez *in regula Cancellar. gloss. ultima, num. 55. usque ad 64.* Multis id ipsum exemplis, atque rationibus confirmat, benè etiam probat Moneta *de conservator. cap. 7. à n. 512.* & benè conducunt quæ ipse *à num. 611. cum seq.*

Et quia quando contractus (cujus ratione alio loco * poterat quis conveniri, juxta *l. hæres absens, cum §. 1. & §. proinde, ff. de judiciis, cap. dilecto, de foro competent.*) & ejus ratio sit sublata; in consequentiam sublatus etiam intelligitur forus, quem ratione contractus sortiebantur contrahentes, juxta *l. cum principalis, ff. de reg. juris*, & in specie Abb. *in dict. cap. dilecti, num. 6.* per text. ibi: Petrus Barbosa *in dict. §. proinde, num. 26.*

Deinde cùm jurisdictio Ordinarii sit natura-
52 lis, * & favorabilis, Vantius *de nullitate ex defectu jurisdiction. & unde, num. 24.* Moneta *de conservatoribus, cap. 7. num. 433.* imò cessante, & sublato prioris commissionis impedimento, res facilè revertitur ad suam naturam, juxta regulam text. *in l. si unus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis.*

Et quia quando prima avocatio causæ Pontifi-
cis à jurisdictione * Ordinarii cessat sive per re- 53
nuntiationem, sive alio modo, statim Ordinarius ipse vendicat, & recuperat suam jurisdictionem, ut probant Federicus de Senis *in consil. 14.* Felinus *in cap. cum omnes, n. 8. de constitutionibus*, Jason. *in dict. §. pactus ne peteret, nu. 9.* Aug. Barbosa *in collectan. ad cap. cum tempore, sub. n. 5. de arbitris.* Quia per impedimenti hominis remotionem velociter statim & ipso jure subintrat juris dispositio, ita ut fingatur impedimentum retro non adfuisse: plures Doctores relati à Castillo *controversiarum, tom 6. cap. 143. §. unico, n. 15. vers. Secundus casus est.*

Et comprobatur ex eo, quoniam cùm Episco-
pus habeat * jure communi provisionem benefi- 54
ciorum omnium suæ diœcesis, si contingat Pontificis reservatio, & avocatio; statim quod tollatur tale impedimentum, prout morte Pontificis, Ordinarius ipse etiam ignorans recuperat suam juris-
dictionem * Ordinariam, quia obstaculo semel 55
sublato, ejus subintrat ipso jure potestas libera; Caputaquensis *decis. 86. num. 3. lib. 1.* Crescentius *decis. 3. num. 4. de privilegiis*, Puteus *decis. 462. in una Corduben. num. 3. lib. 2.* Gomezius *in tractatu de expectativis, num. 20. & 21. in fin.* Æneas Falconius *de reservation. 4. part. principal. effectu 11. num. 2. vers. Quartum*, Gomezius *in regula de beneficiis vacantibus per obitum famil. Cardin. quæst. 20. per totam*, Mandos. *super regula 32. gloss. 10. num. 2. & per totam*, latè prosequitur Gonçalez *in reg. de alternativis, §. 5. proœmiali, à n. 46.* & suprà.

Quod claro exemplo comprobatur adducto * 56
per Joannem Monachum *in cap. cum aliquibus sub n. 3. in fine.* J. Andream, *nu. 1.* post medium, Archidiaconum, & alios de rescriptis, *lib. 6.* Cassiodorum *decis. 8. n. 5. ante fin. de præbendis*, & Gomezium *in regula de non tollendo, quæst. 16. post princip.* Gonçalez ubi proximè, *num. 124. & 125.* de homine ligato pedibus, vel manibus. Nam si talis ab aliquo dissolvitur, & solutus scribit, vel ambulat, non per hoc dicitur scribere, vel ambulare ministerio dissolventis, sed ille ex seipso hoc facit, licèt si dissolutus non fuisset, minimè ita operaretur: ita pariter in nostro casu; licèt virtute
* subscriptæ avocationis Papæ cuidam Delegato 57
committat causam, pertinentem de jure communi, & jurisdictione naturali ad Ordinarium in prima instantia, & hac avocatione durante ligatas habeat Ordinarius manus: tamen eo impedimento sublato, & avocatione re integra resoluta ex supra dictis, statim causa ipsa devolvitur ad Ordinarium ipsum, & cum jurisdictione naturali consolidatur ipso jure, ministerio juris communis.

Ex hac doctrina infertur primò, quòd licet * 58
quando cum defuncto cœpta fuisset lis, & instantia virtute commissionis manu Sanctissimi subscriptæ, ita ut omninò hæres teneatur coram eodem Judice Delegato causam prosequi, nec possit petere ejus remissionem ad suum judicem, ut hactenus latissimè fuit probatum.

Si tamen ipsi liti fuisset cessum * per partes, & 59
renuntiatum, cùm tunc acta ipsa coram Delegato gesta pereant, & lis habeatur pro non cœpta, statim Ordinarius recuperat suam jurisdictionem in

in prima instantia, coram quo hæres empto conveniendus erit, ita docent Rhas. *de præscript. conclus. part. princip. in 2. part. quæst.* 4. *num.* 45. Affli. *in pract. Neap. excessus.* §. 2. *capitul.* 15. *num.* 12. Lanfranchus Cotta *in his patronus. conclusion. centur.* 5. *conclusion.* 451. Horatius Carpanus *super statutis Mediolanen. part.* 1. *cap.* 21. *n.* 56. Graffis *de effectibus Clericatus, effect.* 1. *num.* 318. Quare cùm res dicatur tunc integra, ad Ordinarium remittenda erit causa contra hæredes, & hæredem per Senatum.

60 Secundò infertur, quod si lis † fuerit cœpta cum defuncto, si instantia esset perempta; cùm tunc omnia acta Ordinaria Judicii pereant, ac si lis nunquam fuisset cœpta, ut post plurimos Doctores probat Graffis *de effectib. Clericat. effect.* 1. *à num.* 291. ubi latè de singulis resolvitur,
61 & specialiter *à num.* 296. quod perempta † instantia extinguitur Judicis jurisdictio. *l. fodia*, §. *si quis bonorum, ff. Trebellian.* Cæs. *in capite* 1. *col. penultima, ff. de investitura inter dominum & vassallum*, Joannes de Amicis *consil.* 30. *n.* 9. Petrus Surdus *consil.* 160. *num.* 22. Et per consequens
62 Judex † non dicitur amplius Judex, sed privata persona, Baldus *consil.* 270. *in fin. lib.* 3. Craveta *consil.* 270. *circa finem, lib.* 2. Archer. Regiens. *quæstione* 21. *num.* 13. *libro* 3. Rolandus Cavagnol. *in observatione ad decretum Mediolanat. decreto* 8. §. 3. *num.* 3. *fol.* 127. *in princip. part.* latè Vertius *in tractat. sententi. titul. de nullitate ex defectu jurisdict. num.* 115. & 127. *cum plurib. seq.* Menoch. *de arbitrariis Judic. quæst.* 67. *numer.* 17. Josephus Ludovic. *in Rota Lucens. decis.* 43. *numer.* 20. Carpanus *super statut. Mediolanens. cap.* 21. *num.* 108. *part.* 1. ubi *numeris seq.*
63 penit multa † de jurisdictione sublatâ instantiâ peremptâ. Quo casu cùm perempta instantia, res
64 & jurisdictio reddatur † ad non causam, & res reperiatur integra, & reducatur ad illum priorem statum, quo erant litteræ, & rescriptum ante ejus exercitium, & citationem emanatam, cùm omnia resolvantur: subintrat jurisdictio Ordinarii in prima instantia contra hæredem defuncti de novo conveniendum, ex hactenùs abundè probatis, ac per consequens ejus causa Ordinario per Senatum remittenda erit.

Tertiò infertur ex præfata doctrina, quòd si
65 lis cœpta † cum defuncto virtute hujus commissionis manu Sanctissimi subscriptæ ex aliquo capite sit nulla, non potest operari prævent ionem jurisdictionis contra hæredem, nec ejusdem perpetuationem, quominus de novo debeat conveniri coram suo Judice competenti Ordinario in prima instantia, cùm per nullitatem res non definat
66 esse integra. Quod quidem probatur, † quia quod nullum est, nullum producit effectum, ut latissimè *de Regia protect.* 3. *part. capite* 9. *in principio.* Nec præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum, ex juris regula, *Non præstat. de reg. juris in* 6.

67 Et quia, per citationem nullam † non inducitur litis pendentia, Probus in addition. ad Joannem Monachum *in rubrica, ut lite pendente in* 6. Affli. *decision.* 326. *num.* 14. *& seq.* Pecius *consil.* 460. *num.* 27. *& seq.* Lancelotus *de attentatis* 2. *part. cap.* 4. *in præfatione, num.* 94. 95. & 99. Graffis *de effectibus Clericatus, effect.* 1. *numer.* 229. *& seq.* Nec perpetuatur jurisdictio ex citatione nulla, Graffis ibidem *n.* 312. Ægidius *decision.* 699. Puteus *decision.* 2. Lancelotus ubi

proximè *num.* 98. Nos *de Regia protect. dict.* 3. *part. cap.* 9. *num.* 13. & 14. Ubi de hoc, & præcedenti adhuc effectibus videbis, & quod nullum præstat impedimentum ad effectum actus nullus, ac si gestus non esset à principio.

Et insuper: nam licèt semel judicium cœptum † per supervenientem privilegium non mutetur, ut 68 latissimè per Marium Girbam *decis.* 22. *n.* 8. *ex totum*, tamen si nullitas rei citatæ fuerit, recèd 69 mutare forum potest, & alteri se subjicere, ubi denuò præcisè conveniendus erit, Socinus *in cap. postul. artic.* 4. *princip.* 1. *vol.* 1. Marcabrunus *consil.* 69. *num.* 89. Cirolus *de sacr. decis.* 23. *sub n.* 6.

Et eo præcipuo fundamento hæc Regia, † 70 atque etiam præcedentes minùs sufficiunt, quia per citationem, aut aliam actum nullum præcedentem res non definit esse integra, mirabilis est Rota *decisio* 57. *num.* 8. ut inter recentiores per Vivianum *de jure patronatus*, probant insuper Parisius *consil.* 93. *n.* 27. *lib.* 3. Lancelotus *de attentatis* 2. *part. cap.* 4. *in præfat. n.* 57. Graffis *de effectibus Clericatus, effect.* 1. *n.* 311. de quo vide alia plura per Nos *hoc tractat.* 1. *part. cap.* 10. *in remedio, per totum, à num.* 89. & maximè *à n.* 113. *resol. de hoc fundamento.* Conducunt etiam, & recèd, † quæ 71 de effectibus rei resolutæ, & nullæ, ut redeat ad suum priorem statum, ac si nihil gestum fuerit, cicimus *in dict. cap.* 10. *à n.* 102. *cum seq. resol. Videre per hanc repetitionem.*

Quapropter cum per citationem aut litem nullam cœptam † cum defuncto non fuerit radicata, nec præverta jurisdictio Judicis Delegati, 72 vigore commissionis manu propria Sanctissimi subscriptæ, res non desinat esse integra, ita ut cum hærede denuò debeat agi coram suo Judice Ordinario competente, ut in terminis probant cum plurimis fundamentis, Graffis *de effectibus Clericatus, effect.* 1. *à num.* 298. *cum sequentibus*, plures alios citavimus infrà *num.* 33. sequitur manifestè, quòd quando per Delegatum hunc velit conveniri in prima instantia, omninò ejus causa remittenda erit per Senatum hunc Supremum ad Ordinarium.

Hinc se offert tollenda dubitatio illa, † quæ 73 sæpè contingit; *An* commissio jactationis manu Sanctissimi subscripta, moti (ut asserit) jactationis ratione uti urgenti, continens clausulam (*Omnesque alios*) de qua superiùs ad principium hujus capituli: debeat per Senatum retineri, & causa remitti Ordinario ad petitionem non principalis jactantis nominatim expressi; sed alterius, qui ut comprehensus sub clausula generali prædicta citatur à Judice Delegato?

Solent partes astutissimæ, & cavillantes, maximè Curiales † Romanæ Curiæ ad subterfugiendum 74 Judicium Ordinarii, illudendam & fraudandum primam ejus instantiam, nec non vigilantiam hujus Supremi Senatus (maximo, verè protegentis Concilii Tridentin. decreta) variis suggestionibus uti & Sanctissimo causas aliquas (licèt falsas) proponere, ut illis motus commissiones impetratas sua manu subscribat: & inter alias hæc jactatio frequentior est. Proponit igitur impetrans Sanctitati suæ, eum (contra quem litigare interdixit) & jactatis de molestiis sibi faciendis, ne justitiam in partibus consequatur, *vel. Affonsum C. de Regentis & magistrib.* in cujus repertorio Zacchias, *numer.* 1. maximè dolet * de conscientiis procuratorum, præcipuè Romanæ Curiæ

nequam ac perperam utentium hoc remedio; ut plurimùm affectato & ficto, ut ex hac jactationis commissionibus miserrimi litigantes à suis domiciliis extrahantur. Hac etiam calumnia latè torquetur Marchesanus *de commissionibus jactationis*, 3. *part. cap.* 2. *à principio tom.* 3.

Quæ commissio jactationis tanquam à jure exor-
76 bitans, * ac parti jactanti, necnon Ordinario nimis præjudicialis restrictionem recipit ad personam dumtaxat nominatam jactantem, ita ut ad alias ultra expressam non extendatur, cùm in aliis deficiat fundamentum jurisdictionis, & qualitas fundamentalis, super qua nititur & expeditur, nec non ratio finalis, quæ Sanctissimum movit ad subscribendum, juxta tenorem *cap.* 20. *causæ omnes*, ibi: *Vel quas ex urgenti rationabilique causa judicaverit Summus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ, Sanctitatis suæ manu propria subscribendum, committere, aut avocare, &c.*

Ac propterea, nec in tali commissione jactatio-
77 nis permittitur apponi * clausulam (*Omnesque alios.*) Sic in his terminis probat Marchesanus *de commissionibus jactation.* 2. *part. cap.* 2. §. 2. *à nu.* 10. *tom.* 3. *fol.* 339. in hæc: *Sed secus in nostra commissione, quia licet (ut præmisi) rana contra incertos concedantur; tamen contra incertas personas denegatur nostra commissio, & ratio patet, quia remedium legis nostræ diffamari, præsupponit contra certos diffamantes, qui in legem committunt, ob id datur (ut dixi) commissio: unde hac de causa clausula (omnesque alios in executione præsentium nominandos, & connominandos) in hac commissione semper delenda venit*, Cæsar Contardus latè *in hac lege diffamari, ampliatione* 21. *n.* 142. *per regulam, quod absque causa, nemo invitus agere est cogendus, &c.*

Et hoc amplius, quoniam impetrans ante om-
78 nia probare * tenetur fundamentum jactationis contra jactantem expressum, secundùm Marchesanum ubi proximè *cap.* 1. §. 1. *numer.* 24. *cum seq.* Imò generaliter verum est, quòd quando jurisdictio fundatur ratione alicujus qualitatis, de
79 ea prius debet constare, tanquam * fundamentum suæ jurisdictionis, aliàs nulliter procedat Judex. Vantius *de nullitatibus ex defectu jurisdiction. & undè, &c. à num.* 52. *&* 53. Nos *de Regia protect.* 1. *part. cap.* 2. *n.* 68. *& cap.* 4. *num.* 43. *&* 44. ubi plures Doctores citavimus; plura cumulat Valençuela *conf.* 191. *à nu.* 8. *cum multis seqq. tom.* 1.

80 Sicque dicit Angelus * *in consil.* 138. *visis omnibus, numer.* 1. *cum seqq.* Quod rescriptum limitatum circa certas personas, & certas qualitates non extenditur ultra, sicque rescriptum dans jurisdictionem super possessione per rapinam, non extenditur ad possessionem per fraudem. Et idem plura alia similia conducens, firmat Paulus de Castro *consil.* 253. *ad confirmationem, à numer.* 1. *cum seq. lib.* 1. Romanus *consil.* 388. *in casu proposito, num.* 4. ubi Apostilla *verbo, Comprehendis*, Tuschus *practicar. conclus. littera R. conclus.* 213. *à num.* 6. *cum seq. & numer.* 22. 23. *&* 24.

81 Ex quibus rectè infertur, * quòd cùm commissio jactationis manu Sanctissimi subscripta non egrediatur personam jactantis specialiter nominatam, nec ultra eam, alias comprehendat, etiam cum clausula generali (*Omnesque alios*) quia limitata causa limitatum producit effectum, licèt respectu jactantis non remittatur ad Ordinarium, tamen respectu aliorum, qui virtute clausulæ generalis (*Omnesque alios*) quæ naturæ hujus commissionis directè repugnat ex mox dictis, citantur à Delegato, & convenire tenent in prima instantia: omnino personarum ad Ordinarium causa ipsorum remittenda erit, cum in eos nullam Delegatus ex hac commissione jurisdictionem habeat, nec eorum respectu appareat nec censetur causa sua avocata à Sede Apostolica, nec contra eos commissio intelligitur subscripta, quia subscriptionis * qualitas regulatur à viribus, 82
virtute, & potestate principalis, quæ contra jactantes non expressos non porrigitur, sequitur per necesse quòd prima instantia remanserit præservata horum Ordinario appetens inde Senatus remissionem.

Infertur etiam secundò, quòd cum ex Zucardo,
* & Marchesano, Commissio jactationis directa 83
Auditori Rotæ, vel alteri Judici Romanæ Curiæ sit incapax hujus clausulæ (*Omnesque alios*) & ab ea omninò deletur; pariformiter nec ipse Auditor subdelegans poterit illa clausula uti in subdelegationis commissione ad partes missa; quia potestatem, quam ipse nunquam habuit, nec recepit à Sede Apostolica, alteri dare nequit, sicut nec Auditor ipse monitoriales expedire contra non
comprehensos in sua commissione; * quia po- 84
testas Delegati dependet & regulatur à potestate delegantis, *l.* 1. *&* 2. *Cod. de apparitor. præfecti annonæ*, plurimas, & mirabiles doctrinas adduximus *in tractatu de Regia protect.* 4. *part. cap.* 6. *per totum*, & præcipuè *à n.* 25. *& seq.*

Qui *num.* 30. adduximus *l. unic.* in hæc: *In causarum delegationibus illud, & consultissimè præcipimus observari, ut ita valeant, si ad jurisdictionem pertineat delegantis, quòd si quis alienæ jurisdictionis causam crediderit delegandam, nec præcepto cognitorum datam, patientia accomodare censemus, &c. Cod. qui pro sua jurisdiction. dare, darive pos.* Quare monitoriales Auditoris, & citationes earum vigore factæ à Judicibus monitorialium in partibus, & per Senatum retinendæ, facta, ad Ordinarium causæ principalis remissione in prima instantia.

Infertur ultimò ex conclusionibus superiùs appositis, ad principium hujus capituli, ut in iis casibus * in quibus per mortem ejus re integra, 85
contra quem impetratum fuit rescriptum, dicimus ipso jure resolvi commissionem, & expirare jurisdictionem Delegati: quòd si interim dum Auditor Rotæ (cui commissio remissa fuit) expedierit monitoriales ad citandum principalem expressam in rescripto, iste fortè moriatur; non poterunt dictæ monitoriales exequi in ejus hæredes, & multò minùs, contra hæredem illius qui non venit principaliter, & nominatim expressius in commissione, sed tacitè includebatur in clausula generali (*Omnesque alios*) quo re integra mortuo, in ejus hæredem non erit facienda monitorialium prædictarum executio, ut ex *cap. significavit, de rescriptis*, diximus superiùs *conclusion.* 1. *à n.* 12. *& conclus. ultim. à n.* 32. *& seq.*

Atque etiam ideò Judex * & executor virtute 86
monitorialium nullitèr manifestè procedit, postquam Auditoris subdelegantis expiraverit jurisdictio, & fuerit resoluta commissio per mortem conveniendi re integra, aut ipsius subdelegantis; quia per cessum vel decessum delegantis re integra, expirat potestas Delegati, *cap. quamvis de officio Delegati in* 6. *cap. gratum eodem tit. l. &*

qua-

quia ff. de jurisdictione omnium judicum. Castillo *controversiarum lib.* 2. *cap.* 29. *per totum.*

Et magis in his terminis executorem monitoriallium, † ac compulsorialium in partes è Romana Curia missorum, ut à fortiori, & per necessariam consequentiam expiret eorum potestas, commissio aut jurisdictio, cessante re integra jurisdictione delegantis, & Romæ existente; videndus erit Pateus *decis.* 240. *lib.* 3. per quem & nos *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 6. *n.* 39. *& à n.* 34. Benè fan-
87 datur, † quoniam infecta primitiva, infecta censetur derivativa, atque etiam quod resoluta prima causa influit in secundas, & resoluto jure dantis resolvitur jus accipientis ex juribus vulgaribus & decretalis.

Quod & fortiùs probatur ex doctrina Tuschi *practicarum conclusion. littera R. conclus.* 213. *nu.*
89 13. Ubi quod † commissio impetrata contra aliquem resolvitur, si ille decedat post sibi factam citationem ad certum tempus ante tamen completum terminum.

§. *UNICUS.*

Commissionem cum clausula (omnesque alios) subscriptam manu Sanctissimi obtinens, si insuper aliam non subscriptam impetret, ex qua citavit aliquem aliàs comprehensum sub clausula generali prioris, si sic citatus pro remissione ad Ordinarium in Senatu instet, an ex prima subscripta excludi queat.

Et nunquid impetrans renuntians secundæ commissioni & citationi, possit prioris virtute noviter citare, atque remissionem ad Ordinarium per Senatum faciendam evitare.

Et quid si in supplicatione unus tantùm nominetur adversarius, per Cursores tamen in extensione clausula generalis sit apposita, an sub subscriptione Sanctissimi inclusa intelligatur?

SUMMARIUM.

1 *Commissionem habens subscriptam manu Sanctissimi cum clausula* (omnesque alios) *potest tres vel quatuor, ultra nominatum, citare.*

2 *Citans aliquem ex commissione non subscripta, an possit obtinere in Senatu ostendens aliam subscriptam.*

3 *Potestatem duplicem si quis habet, actus à se gestus sustinetur ex valida.*

Dolo facit qui petit quod statim restituturus est. ibid.

4 *Actum agens videtur eum agere ut utilis, & validus esset, non prout ille illicitus foret.*

Inhibitionis intimatio, & sententia, seu possessio si eodem die fiant, inhibitio censetur posterior. ibid.

Ex duobus factis, de quorum anterioritate non apparet, fingitur præcisè qui facit actum valere. ibid.

5 *Potestatem duplicem habens, si se restringat ad inutilem, non sustinetur actus ex utili, & valida.*

6 *& seqq. Ordinariam, & delegatam habens jurisdictionem, si se ad alteram, & inutilem restrinxit; processus non sustinetur ex valida.*

7 *Citatio emanata vigore delegationis, quam Judex non habet, non sustinetur ex potestate Ordinaria, quam simul habet.*

8 *Procedere qui potuit ex utraque potestate, si se restrinxit ad invalidam, processus non sustinetur ex valida.*

9 *Citatus indifferenter absque restrictione intelligitur citatus tanquam ipse, & tanquam tutor.*

10 & 11. *Sententia lata ex falsa causa expressa, non sustinetur ex vera, quæ aderat.*

12 *Actus qui potest fieri uno modo licitè, censetur factus eo jure, & persona, qua licitè fieri potest.*

13 *Nisi se restringat ad illicitam potestatem.*

14 *Agens ex una causa, falsa temen, & invalida, non sustinetur judicium ex alia vera tunc existente.*

15 *Impetrans beneficium uno, & inefficaci vacationis modo, non juvatur ex alio verò, etiam tunc existente.*

16 *Secus si se non restrinxit impetrans ad unum vacationis modum.*

17 *Citatus ex secunda commissione subscripta obtinet in Senatu remissionem Ordinario, etsi actor in Senatu aliam subscriptam ostendat.*

18 *Actus gestus indifferenter sustinetur ex ea potestate valida, invalida non obstante.*

19 *& seqq. Impetrans postquam citavit ex secunda commissione, an possit illi renuntians ad priorem validam redire.*

20 *Commissioni potest impetrans renuntiare re integra, secus post executam citationem.*

21 *Electione semel facta, sublata est potestas iterum eligendi.*

22 *Electio semel facta irrevocabilis, & incommutabilis redditur.*

23 *Data facultate declarandi, aut interpretandi, expirat potestas ex prima declaratione.*

24 *Facto magis, quàm verbis voluntas declaratur.*

25 *Commissionem impetrans, & comparens coram alio Judice competente commissioni videtur renuntiare.*

26 *Secunda commissio impetrata super eodem negotio an primæ videatur renuntiare.*

27 *Ad commissionem priorem subscripta potest impetrans redire, etsi ex secunda non scripta citaverit adversarium.*

28 *Commissio non subscripta, & ex ea executa citatio sunt nullæ ipso jure.*

29 *Res non desinit esse integra ex citatione nulla.*

30 *Citatione nulla non obstante, potest quis commissioni renuntiare.*

31 *Præventio jurisdictionis non causatur ex citatione nulla, aut nulliter expedita.*

32 *Non citare idem est, vel nulliter citare.*

33 *Nec ex ea infertur contumacia.*

34 *Actus nullus præventionem jurisdictionis non inducit.*

35 *Comparens coram Judice à quo, si fuit rejectus, non renuntiat suæ appellationi.*

36 *Tertius comparens liti inter alios, si non fuit admissus non videtur adhis consentire, nec impeditur redire ad aliam viam sibi favorabiliorem.*

37 *Renuntiatio non acceptata non nocet, & potest renuntians pœnitere.*

38 *& seqq. Cap. licet de procuratoribus, lib.* 6. *exornatur.*

39 *Electus repugnans electionem de se factam, potest*

ante acceptationem suæ repudiationis, iterum acceptare.

40 *Delegatus repudians commissionem, potest ante repudiationis acceptationem; illam acceptare, & validè procedere.*

41 *Ex actu impugnato nemo potest se juvare, nec fructum consequi.*

42 *Succumbens in actu impugnato potest in eo se fundare.*

43 *Commissioni secundæ non subscriptæ potest impetrans renuntiare, & si ex ea citaverit adversarium, nulliter tamen, & ad priorem subscriptam redire.*

44 *Per citationem nullam res non desinit esse integra; ideò impetrans potest suæ commissioni renuntiare.*

45 *Electio competens ex testamento est irrevocabilis, ex contractu autem variari semel potest.*

46 *Electio nulla non impedit variare, & iterum validè eligere.*

47 *Comparens coram Judice carente jurisdictione, non dicitur renuntiare suæ commissioni impetratæ.*

48 *Secunda commissio ad idem impetrata, & ad corroborationem prioris est nulla, & prior valida remanet.*

49 *Rescriptum secundum super eodem impetratum si nullum est, priori valido non derogat, nec impetrans censetur renuntiare.*

50 *Juri jam competenti non censetur impetrans super eo renuntiare, quando non datur incompatibilitas.*

51 *Abundans cautela non nocet, etsi ea fuerit nulliter adhibita.*

52 *Clausula* (Omnesque alios) *addita per Cursores in extensione commissionis, quæ non legitur in supplicatione subscripta per Papam, nihil operatur.*

53 *Subscriptio non qualificat, nec approbat ea quæ non leguntur in supplicatione.*

54 *Causa rationabilis ad subscribendum non consideratur in ignotis à Papa comprehensis in clausula* (Omnesque alios.)

Nisi ipsa causa relata Papæ sit universalis omnes complectens, ibid.

EX systemate hujus *cap.* 12. aliæ non contemnendæ insurgunt controversiæ, quas de facto
1 † habuimus. Et circa primam videtur dicendum, eum, qui semel impetravit commissionem cum clausula generali (*Omnesque alios*) subscriptam manu Sanctissimi, ex qua licitè, & juxta formam Concilii Trid. *cap.* 21. *de reformatione, session.* 24. potuit tres, vel quatuor ultra in ea expressum convenire, absque Senatus Regii impedimento, prout *suprà hoc cap.* latiùs comprobavimus, si nihilominus, vel cogitans eam non sufficere contra non nominatos expressè, vel pro majori firmitate aliam commissionem impetravit, nominando expressè alios, aliàs comprehensos sub clau-
2 sula generali prioris commissionis, & virtute † secundæ aliquem ex eisdem citavit, qui tamen pro remissione Ordinario facienda Senatum Regium adivit, ex eo quòd fuerit citatus in prima instantia ex commissione secunda non subscripta, posse impetrantem insuper præsentata in Senatu priore commissione subscripta, dictam remissionem evitare, probari videtur ex eo quòd habens ad actum duplicem potestatem, si actus gestus nequeat sus-
3 tineri ex una inutili; † sustinetur tamen ex utili & valida, ut actus validus reddatur, latè Vantius *de nullitatibus sententiar. ex defectu jurisdict. Ordin.* Menochius *de præsumptionibus, lib.* 3. *præsumpt.* 17. *per totam*, & alii quam plures Itorini citandi, sed ille actor impetrans hanc duplicem commissionem, alteram nullam, unam & subscriptam manu Sanctissimi; ergo ex ea sustineri debet his mota, ita ut lesus non sit remissioni ad Ordinarium in Senatu postulatæ, cum ie vera conquestus possit liberè ex subscripta commissione quandocumque convenire, & dolo facit qui petit, quod statim restituus est, ac propterea ut circumtus vitentur, vim facere Judicem videtur declarandum.

Deinde, quia gerens actum, † videtur illum ge- 4
rere, prout licitè & magis licitè gerit, & non prout gessisset illicitè, seu minus licitè, *l. merito, ff. pro socio*, Bart. *in l. gerit. 87. numer.* 20. *versic. à summo primum, & numer.* 21. *ff. de acquir. hæreditat.* Surdus *de alimentis, tit.* 9. *quæstione* 16. *sub n.* 25. & 16. & *consil.* 14. *num.* 12. & *consil.* 19. *num.* 28. & *seq.* Cravetta *cons.* 22. *num.* 5. & *cons.* 25. *num.* 29 Scaccia *de commerciis*, §. 3. *glossa* 5. *sub. n.* 95. & *de re judicat. glossa* 14. *quæst.* 2. *n.* 40. Ergo impetrans ex commissione subscripta utilori potest se juvare, ut remissio in Senatu evitetur.

Quia in dubio pro actus validitate præsumitur, latè & optimè Giurba *decis.* 36. *à n.* 16. prout de sententia & intimatione inhibitionis eodem die peractis, de qua cum de anterioritate non constat, præsumitur sententiam priùs latam fuisse; Achilles de Grassis *decis.* 34. aliàs 262. *tit. de appellation.* Thesaurus *decision.* 49. *n.* 3. Giurba ubi proximè *n.* 16. Seraphinus *decisor.* 1115. *n.* 1. *part.* 2. Item si de inhibitionis intimatione, & possessionis traditione appareat eadem die, & non constet de anterioritate; possessio præsumitur præcessisse ad excludenda attentata, ex Doctoribus & Rotæ decisionibus mox citandis.

Item si commissio sit impetrata eadem die, qua sententia est lata, præsumitur istam præcessisse, Scaccia *de appellationib. quæst.* 3. & 4. quia ex duobus factis, de quorum anterioritate non appa- 7
ret, semper fingitur præcedere, quod facit actum valere, ex Bartol. *in l. non solum*, §. *fin. ut probari, ff. de novi operis nunciat.* Vantius *de nullitat. sentent. tit quid sit null. n.* 26. Ann. *singular.* 670. & 671. Menochius *præsumption.* 13. & *lib.* 6. *præsumpt.* 7. Franchis *decision.* 694. *n.* 8. & *decis.* 649. *n.* 9. 10. & 11. Giurba *decision.* 36. *n.* 18. Gomez *in l.* 42. *Tauri, num.* 3. & 4. Molina *lib.* 2. *cap.* 7. *nu.* 51. apud quos de variis exemplis hujus doctrinæ verbis, præcipuè apud Vantium, & Menochium, Alexander Ludovis. *decis.* 242. *n.* 7. & ibi Beltramin. *n.* 11. Mantic. *decis.* 352. *nu.* 11. Lancelotus *de attentatis* 2. *part. cap.* 10. *declarat.* 2. Mandosius *de inhibitione, quæst.* 81. Quitestatur de regula generali, quòd actus gestus eadem die executæ inhibitionis præsumatur gestus ante inhibitionem, & illam præcessisse.

Item etiam si possessio fuit capta eadem die qua fuit præsentata inhibitio, & non constet de anterioritate; possessio prius capta præsumitur, & postea, subsequuta inhibitio, Seraphin. *decisor.* 1115. *n.* 1. Capyccio-Latrus *decis.* 211. *n.* 4. *part.* 2. Lancelotus *de attentatis part.* 1. *in præfatione, nu.* 135. & *part.* 2. *cap.* 2. *declaration.* 2. *n.* 1. Rota Recent. *decis.* 387. *sub nu.* 2. *part.* 2. & in Aquilana Capellan. coram Peccia, penes Marchesanum *de commissionib. part.* 1. *fol.* 359. *num.* 5. Post *de renunciat. observat.* 48. *n.* 33. *n.* Farinacius *decis.* 467.

cons.

tom. 2. *fol.* 569. Igitur videtur dicendum, quod citato, ex commiſſione ſecunda non ſubſcripta, & idcirco invalida, ſit in Senatu deneganda remiſſio cauſæ ad Ordinarium à ſe petita, ſtante commiſſione priori valida & ſubſcripta, de qua in Senatu per impetrantem docetur, & conſtat.

5 Contrarium tamen de jure verius * eſt, imò quòd conventus, & citatus ex commiſſione ſecunda non ſubſcripta omnino debeat in Senatu remiſſionem Ordinario obtinere, non obſtante priori utili, & & ſolemniter expedita. Quoniam is qui habet duplicem poteſtatem, ſi actum faciens reſtringat ſe ad unam, invalidam tamen, & non utilem ad actum, non ſuſtinetur actus ex valida, & utili, Calderinus *deciſ.* 1. *de accuſationibus*, Ancharran. *conſ.* 357. declarat, & Caſſiodorus *deciſ.* 7. *num.* 7. *de appellationibus*, Capitius *dec.* 96. *in cauſa*, *n.* 9. poſt Marinum Socinum *cap.* 2. *artic.* 13. *de libelli oblatione*, Vantius *de nullitatibus ex defectu juriſdiction. ordinar. ſub num.* 174. *verſic. Quamvis dicta clauſula*, Menochius *de præſumptionib. lib.* 2. *dict. præſumpt.* 17. *à n.* 2. Pereira *de emptione & venditione cap.* 3. *à n.* 12. ibi: *Hinc etiam re-*
6 *ſolvitur, verum * eſſe, quod ſcribit Gloſſa ſingularis in cap. ex litteris, de officio Delegati: aſſerens proceſſum eſſe nullum, quem Ordinarius tanquam Delegatus agitavit, cùm Delegatus non eſſet, etſi uti Ordinarius potuiſſet procedere, quod Panormitanus ibidem cenſuit cauſari ex defectu voluntatis, qui ſe adſtrinxit ad delegatam juriſdictionem, Ordinariam repudians, ut dict. cap. ex parte Aſſienſis, & dict. cap. cum ſuper. Nec urget, quòd Ordinarius non poteſt à ſe abdicare juriſdictionem Ordinariam, ut in l. Legatus, ff. de officio Proconſul. quoniam etiam hoc caſu non abdicavit; ſed potius noluit procedere, ut Judex Ordinarius, quod potuit facere, ut in l. ſed & ſi ſervum, §. final. cum l. ſeq. ff. de arbitris*, & ita reſpondit Joannes de Ligiano *de cenſura Eccleſiaſtica*, quem ſequitur Felinus *in cap. cum ex officio, de præſcriptionibus, &c.*

Et hæc eſt doctrina veriſſima pluries canonizata
7 * per Rotam, ut in una Tridentin. beneficii del Roſal. 12. *Decembris* 1591. coram D. Penna, quam ad litteram adducit Garcia *de benefic.* 6. *part. cap.* 2. *num.* 17. quæ ante finem, ita ait: *Præterea nec decretum citationis poterat ſuſtineri vigore Ordinariæ juriſdictionis, quia cùm proceſſerit tanquam Delegatus ſe reſtrinxit; fecit enim actus tanquam Judex Apoſtolicus vigore litterarum, & ideò nulliter proceſſit ex prædictis*, Hoſtienſ. Imola, Abbas & alii *in cap. cum ex officiis*, ubi Felinus *nu.* 25. *verſic. Quarta concluſio, de præſ-*
8 *criptionibus. Nam qui poteſt procedere * ex poteſtate valida, & procedit ex poteſtate invalida, ad quam ſe coarctavit: nulliter procedit*, Puteus *deciſion.* 58. *n.* 3. *lib.* 2. Romanus *conſil.* 343. *n.* 5. &c. Facit *deciſio* 415. Seraphini *à num.* 1. ibi: *Hæc objectio non placuit, quia revera ipſe erat tutor, &*
9 *adminiſtrator cum * ampliſſima poteſtate à contractibus ei tributa; quare cùm citatio non fuerit reſtricta ad eum tanquam principalem tantùm, & excluſivè reſpectu facultatis, quæ ei uti tutori competebat: ſuſtinetur actus ex capite, ex quo ſuſtineri poteſt ad Concil. Roman.* 446. & 447. Jaſſon. *in l. exigendi, n.* 7. & 9. *C. de procurator.* &c. Facit etiam Alexan-
10 der Ludov. *deciſion.* 2. ubi dicit, * quòd ſententia Nuntii ſit nulla, eò quòd lata fuit metu, quòd litteræ Papæ erant attentatæ, tanquam lite pendente impetratæ, cùm ſit cauſa falſa, & inutilis, quia Papa non attentat, & ex ea revocat poſſeſſionem, licèt alias eam poſſet ut attentatam revocare, nihilo minus ſententia non ſuſtinetur, quia ſe reſtrinxit ad cauſam inutilem, & invalidam.

Et meliùs facit in propoſito ipſe Ludoviſius *in deciſion.* 204. *à num.* 16. ibi: *Facit quod dicitur de habente poteſtatem * Ordinariam, & De-* 11
legatam, ut cenſeatur proceſſiſſe ea poteſtate, ſecundum quam actus valet, Abbas *in dict. cap. cum officii, n.* 32. *& ſequentibus de præſcriptionibus*, ubi Felinus *ſub num.* 32. *verſic. Amplia ſecundò*, Alciatus *dict. præſumpt. nu.* 5. *Actus enim qui poteſt fieri * uno modo licitè, & alio* 12
illicitè, cenſetur factus eo nomine, & ſub ea perſona, & jure, quo licitè fieri potuit. Aretinus *conſil.* 23. *num.* 10. *in fin.* Curtius Junior. *conſil.* 20. *num.* 7. *verſic. Et ad hoc optimè conveniunt, quod ſine difficultate procedit, quia dicta Virginia non ſe reſtrinxit * ad facultatem Arbitri in-* 13
competentem, Paulus de Caſtro *conſil.* 84. *ſub n.* 4. *verſic. Sed ad hoc reſpondetur, lib.* 1. Aymon. *conſil.* 284. *ſub n.* 5. *verſic. Quinto reſpondeo*, &c. Et Oliverius Beltraminus *in annotationib.* ibid. *n.* 31. alias Rotæ deciſiones adducit concordantes.

Quapropter cùm impetrans potuiſſet citare reum aliàs comprehenſum ſub clauſula generali (*Omneſque alios*) contenta in prima commiſſione ſubſcripta, atque ideò validè impetrata, & non citavit, ſed ex ſecunda inutili, & invalida, quæ non tribuit juriſdictionem, ad quam ſe expreſsè reſtrinxit, ſequitur, quòd nullo modo in Senatu poſſit ex ea evitare remiſſionem ad Ordinarium petitam, ex ſupra dictis.

Facit deinde, quòd ſi quis agat ex * una cauſa, falſa tamen & invalida, non ſuſtinetur Ju- 14
dicium ex alia vera, etiam eo tempore exiſtente, quando ſe reſtrinxit ad invalidam, & inutilem, ut poſt plurimos probavimus ſuprà 1. *part. cap.* 12. *n.* 3. Cui conſonat, * quòd ſi quis 15
impetravit beneficium uno expreſſo vacationis modo, ſi iſte ſit invalidus, & inefficax, non ſuſtinetur gratia ex alio valido & utili tunc exiſtente, cùm ſe reſtrinxerit impetrans ad inutilem, & invalidum; plurimos Doctores & doctrinas ad idem congeſſimus *de Regia protect.* 3. *part. cap.* 10. *nu.* 45. *uſque ad num.* 50. inclusivè; adde Garciam *de beneficiis* 11. *part. cap.* 1. *à n.* 8. Secus ſi ſe impetrans * non reſtrinxit 16
ad unam cauſam, & vacationis modum, ſed ſimpliciter, & genericè vacationem narraverit, quam plures Doctores obſervant laudati ab eodem Garcia ibidem *à n.* 21. *& ſeq.* & Auguſtinus Barboſa noviſſimè *de jure Eccleſiaſtico lib.* 3. *cap.* 14. *à n.* 76.

Ex quibus indubiè concludendum eſt in hoc priori articulo; * citandum ex ſecunda commiſ- 17
ſione non ſubſcripta omninò obtinere in Senatu cauſæ remiſſionem ad ſuum Ordinarium, etiamſi in Senatu impetrans oſtendat priorem commiſſionem ſubſcriptam manu Sanctiſſimi, ſub cujus clauſula generali reus citatus poterat comprehendi, & conveniri, cùm ea uſus non fuerit actor contra illum, nec hujus virtute eum citavit, nec litem movit.

Ad argumenta in contrarium adducta ad prin- 18
cipium * hujus §. facilè reſpondebis, ex eiſdem Doctoribus ibidem citatis, ut procedant quando habens duplicem poteſtatem actum geſſit ſimpliciter, abſque eo, quòd ſe reſtringat ad inutilem; ut tunc ſuſtineatur actus ex valida, & magis utili, ut hactenùs latiùs probavimus.

Quoad ſecundam autem §. partem (quæ indubiè longè

19 longè difficilior est) an scilicet impetrans * postquam usus est secunda commissione in utili, ex defectu subscriptionis propriæ manus Sanctissimi ejus virtute reum citando, possit illi renuntians ex priori denuò agere, & evitare remissionem cùm appareat subscripta, continens clausulam generalem, sub qua includitur ipsemet reus.

Pro parte negativa plura urgent. Primum, quia
20 licèt * impetrans re integra, hoc est an tanquam uteretur commissione, potuisset pœnitere, & commissioni impetratæ liberè renuntiare: tamen postquam ea usus est, citando illius virtute adversarium suum, effecta fuit communis, & adversario suo jus quæsitum ex ea, ac propterea jam eo invito illi nequit impetrans renuntiare, nec ab ea desistere, probant plures Doctores, & Rotæ decisiones adductæ hac 2. *p. cap.* 19. *à n.* 26. *cum seq.* Ergo huic secundæ commissioni cujus virtute adversarius fuit citatus, renuntiare nequit impetrans, & ad priorem redire.

Secundò facit, quia licèt impetrans à principio
21 haberet * facultatem ea utendi commissione qua maluisset; tamen ex quo semel elegit secundam, ex eaque citavit adversarium suum, jam cessavit facultas ad priorem redeundi, *l. similiter, §. fin. ff. quod metus causa; cap. cum omnes circa finem, de constitutionibus*, Surdus *consil.* 377. *n.* 3. Farinacius *in praxi crimin. part.* 7. *quæst.* 175. *n.* 199. Antonius *variarum resolut.* 17. *num.* 8. Surdus *decis.* 4. *nu.* 72. quia quod semel placuit amplius displicere non potest.

Electione enim semel facta expirat potestas iterùm eligendi, *
22 & redditur irrevocabilis, & incommutabilis, latè Molina *de primogeniis, lib.* 2. *cap.* 4. *à n.* 3. *cum seq.* latissimè Paz *de tenuta, c.* 34. *à n.* 48. *cum multis seq.* ubi pulchra jura allegat, & Doctores, latè etiam Castillo *controvers. tom.* 5. *c.* 80. *à n.* 18. *cum seq.*

Sicuti quando alicui competit, vel data fuit fa-
23 cultas declarandi, * vel interpretandi, semel à se facta declaratione, vel interpretatione, expiravit potestas iterùm declarandi, aut interpretandi, cùm prima perpetuam consequuta fuerit firmitatem irrevocabilem, Glossa celebris *in l. quidquid adstringendæ, verbo, Secundùm promissionem, verbo, Nec rursus, ff. de verborum obligationibus*, ubi Paul. Castrens. *n.* 7. cui subscribunt Alexand. Cuman. Imola, & Aretin. in eodem text. ac melius Jason. *in n.* 8. *usque ad n.* 11. Simon de Pratis *lib.* 1. *de interpretatione ultimarum volunt. interpretatione* 1. *dubio* 5. *num.* 1. & 2. *fol.* 64. Mandelus de Alva *cons.* 592. *n.* 3. & per totum Prætis loco citato, *solution.* 7. idem tenet Castillo *controversiarum, tom.* 6. *cap.* 84. *num.* 5. Igitur semel facta declaratione per impetrantem, se velle uti secunda commissione, non poterit iterum variare, nec priori uti.

Quia voluntas magis facto, quàm verbis decla-
24 ratur, plures * congerit Aug. Barbosa *axiomat.* 230. *à n.* 4. Et ex facto magis deducitur renuntiatio, aut ratificatio, quàm ex verbis; plurima ipse, *axiomat.* 93. *n.* 6. *cum seq.*

25 Tertiò fortiter urget, quoniam impetrans * ex quo comparuit coram Judice secundæ commissionis, qui prævenit causam, & ex ea citavit, à prima commissione, qua non fuerit usus, recedere videtur, & jurisdictio ex ea sublata, juxta Rotæ decisiones adductas hac 2. *part. cap.* 19. *à n.* 42. *& seqq.*

Quartò, quia per impetrationem secundæ com-
26 missionis * super eodem negotio, priori videtur renuntiari, juxta doctrinam per Thomam Sanchez *de matrimonio, lib.* 8. *disp.* 22. *à num.* 16. *tom.* 3. *fol.* 637. Quapropter iste impetrans neutra potest juvari; non prima, quia renuntiata, non secunda, quia inutilis ex defectu formæ subscriptionis, obstante decreto irritati Concilii Trid. *session.* 24. *de reformatione, cap.* 20. juxta *l. licet* 20. *ff. de adimendis legatis*, ibi: *Licet transferam legatum in eum, cum quo nobis testamenti factio non est sive in servum proprium, cui sine libertate legavero, licet eis non debeatur, nec illi tamen debebitur cui fuerit ademptum.*

Quibus tamen minimè * obstantibus, contrarium 27
de jure verius existimo, imò quòd impetrans liberè possit secundæ commissioni renuntiare, & citationi ejus virtute factæ, & executæ, & iterum ad priorem subscriptam redire, & hujus virtute denuò agere contra eundem reum aliàs comprehensum in clausula generali (*Omnesque alios*) in eadem contenta, moveor ex sequentibus.

Primò quoniam secunda * commissio non sub- 28
scripta fuit nulla, ità ut nec ex ea adquisita fuit jurisdictio Judici Delegato, & per consequens citatio ejus virtute emanata, & executa, pariter nulla fuit ex defectu notorio jurisdictionis, ut sæpè diximus in capitibus antecedentibus hujus 2. *part.* & ferè in omnibus, & per citationem nullam res non desinit esse integra, * nec dicitur lis introduc- 29
ta, prout abundè scripsimus hac 2. *part. cap.* 12. *à n.* 66. *cum multis seq.* ubi plures mirabiles doctrinas congessimus; ergo cùm adhuc res dicatur integra, poterit impetrans liberè pœnitere, & suæ commissioni secundæ renuntiare invito adversario, juxta communem Doctorum opinionem, quos citavimus remissivè in primo argumento pro contraria parte, *à n.* 20.

Et insuper plurima congerit * Lancelotus *de at-* 30
tent. tis, 2. *part. cap.* 4. *in præfatione à n.* 42. *cum seq.* uti liti captæ ex citatione nulla, vel alias nullitèr expedita, aut executa possit quis renuntiare, & commissionis ex qua emanavit, plures adducens ad idem Rotæ decisiones, quia non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum, eo quòd res adhuc dicitur integra, ex quibus respondetur primo argumento.

Quibus & adde, quòd ex citatione nulla aliterve
* nulliter expedita & exequuta, non oritur præven- 31
tio jurisdictionis, ut per Barbosam *in l. si quis postea quàm, num.* 50. *& seq. ff. de judiciis*, & ibi: Amorinus *nu.* 4. 6. 7. & 11. Mascardus *de probationibus, conclusion.* 1226. *à n.* 16. Azevedius *in l.* 10. *num.* 52. *tit.* 13. *lib.* 8. *Recopilation.* Farinacius *quæst.* 7. *num.* 61. Decianus *lib.* 4. *crimin. cap.* 21. *num.* 4. & 19. Marius Giurba *consil.* 48. *à n.* 35. & *consil.* 15. *num.* 6. sive citatio prætermissa fit penitùs, sive * minùs legitimè facta sit, *l.* 1. *item cum* 32
ex edito, ff. quæ sententiæ sine appellation. Afinius *in praxi, §.* 1. *cap.* 12. *num.* 5. & *cap.* 13. *n.* 1. Vantius *de nullitatibus ex defectu citation. num.* 1. & 11. Sfort. *consil.* 72. *nu.* 2. 3. & 4. Salicetus *consil.* 23. *n.* 23. Grammaticus *consil.* 37. *num.* 4. & *decision.* 79. *num.* 10. Anton. Gabriel. *practicarum conclusion. titul. de citation. conclusion.* 3. *à num.* 1. Nec ex ea * inducitur contumacia, Giurba *consil.* 67. *n.* 8. ubi plures.

Generaliter enim vera est * conclusio, quòd ac- 33
tus nullus, qui de jure effectum sortiri non potest, præventionem jurisdictionis non inducat. Glossa *in* 34
l. 1. *verb. per nuntiationem*, & *verbo, Eatenus, D. de novi operis nuntiat.* Amorin. *in l. si quis postaquam, n.* 2. *D. de judiciis*, Oldradus *cons.* 213.

Borellus

Borellus *in ſumma deciſion. titul.* 41. *nu.* 147. Tepatus *variarum lib.* 1. *titul. de cauſis mixtis, columna* 2. Farinacius *dict. quæſt.* 7. *n.* 61. Baldus *deciſion.* 71. Azebedius *in dict. leg.* 10. *nu.* 53. *titul.* 13. *lib.* 8. Anton. Gabriel. *tit. de judiciis, concluſion.* 1. *n.* 34. Giurba *conſil.* 48. *n.* 35. Igitur nihil impedit, quominus impetrans commiſſioni, & citationi nulliter expeditis valeat renuntiare invito adverſario, & ad priorem redire utilem, quia res non definit eſſe integra.

Secundò probatur hæc pars, quia ſecunda commiſſio * uti nulla ſemper fuit impugnata ab adver- 35
ſario, & nunquam acceptata, igitur interim nec inducitur renuntiatio prioris, nec impeditur impetrans renuntiare ſecundæ, Scaccia *de appellation. quæſt.* 17. *limitation.* 2. *n.* 51. Barboſa *in cap. ſolicitudinem, ſub n.* 3. *de appellationibus*; dicentes, quòd per comparitionem appellantis coram Judice à quo non oritur renuntiatio ſuæ appellationi, ſi fuit rejectus & non admiſſus, & cum Abbate, & alios *in cap. gratum, de officio delegati*, Roman. *ſingularib.* 151. & aliis citatis à Palat. Rubeos *in cap. per veſtras, col.* 403. *hodie* 4. *nota, n.* 41. *pag.* 514. Franchus *in dict. cap. ſolicitudinem, n.* 12. Decius *in cap. gratum, n.* 4. *verſicul. Tertio limitat. de appellationibus*, Felinus *in capitulum Sanctæ Crucis, n.* 8. *de reſcriptis*, Mieres *de majoratu* 1. *part. quæſt.* 68. *n.* 40.

Comprobat deciſio Rotæ inter recollectas * per 36
Marcheſanum *de commiſſion.* 2. *part. cap.* 6. *de commiſſione, quando tertius ad cauſ. admit.* §. *verò, fol.* 252. Quas inſeruit ad finem ejuſdem cap. quo dicitur, quòd licèt tertius pro ſuo jure comparens in lite inter alios pendente queat dupliciter comparere; vel ut ſecum lis incipiatur denuò, vel ut in eodem ſtatu admittatur, & hoc caſu ſibi nocent, & proſunt acta jam geſta, juxta quæ Nos *hac* 2. *part. cap.* 13. *n.* 62. *cum multis ſeq.* Tamen ut cenſeatur conſentire actis geſtis & renuntiare viæ priori ſibi favorabili; debet expreſsè ſeu explicitè admitti, ſi tamen fuit rejectus, poteſt ad illam redire, & ſibi acta geſta non nocent, ex doctrina Bartoli *in l. ſæpe, n.* 5. 8. & 9. *ff. de re judicata*, & aliis quos referens ſequitur Covar. *practic. quæſt. cap.* 15. *num.* 8. *verſic. Scribet tamen*, Bartol. Creſcentius *deciſ.* 68. alias 3. *de reſcriptis*, & tenuiſſe Rotam *in una Legionenſ. juriſdictionis* 3. *Maii* 1591. coram Pamphilio, *ibidem* relata.

Hinc renuntiatio non acceptata, nullatenus no- 37
cet, * & ante acceptationem poteſt renuntians pœnitere, latè Riccius *collectan.* 1479. *part.* 5. latiſſimè Sanchez *de matrimonio, lib.* 8. *diſputat.* 32. *à principio, tom.* 3. ubi plura exempla conducit, pro quo eſt textus celebris *in cap. litteris; de procurator. in* 6. ibi: *Licet is, qui procurator* 38
* *conſtituitur ab abſente, dixerit, præſentatum ſibi ſuſcipere nolle mandatum: hoc tamen nequaquam obſtante, quandiu conſtituens in eadem perſtiterit voluntate, ipſum acceptare poterit, quandocumque placuerit;* per quem text. gloſſa fin. ibi Joan. Andreas, Archidiaconus, Dominicus, & Franchus, ibi in fin. Ancharran. ad finem, *oppoſition. penult.* dicunt, electum renuentem conſen- 39
tire * electioni de ſe factæ, poſſe mutata voluntate, acceptare eandem, & revocare repudiationem, dum electores permanent in ſua voluntate, & non acceptavere repudiationem; plures etiam doctrinas ſimiles congerit Gratianus *diſcep-* 40
tat. forenſ. cap. 29. *n.* 32. *cum ſeq.* Quod & * idem dicendum de Judice Delegato, & Arbitro, qui ſemel commiſſionen, & arbitrium repudiarunt, ut poſſint re integra ante repudiationis acceptationem iterum revocata voluntate, commiſſionem acceptare, docent dicta gloſſa & citati Doctores, Thomas Sanchez *dict. diſputat.* 32. *nu.* 2. ubi adducit alia ſimilia. Et de Delegato ſemel repudiante commiſſionem idem affirmat Nicolaus Garcia *de beneficiis* 6. *part. cap.* 2. *à. n.* 88. & Nos hac 2. *part. cap. fin. num.* 102. & 103. quod & probatur ex *l. ſicut*, §. *ſi voluntate, ff. quibus modis pignus, vel hypoth.* & confeſſio ante partis acceptationem poteſt validè revocari, Mareſcotus *variarum reſolution. lib.* 2. *cap.* 44. *per totum.* Igitur ſi non ſolùm uſus ſecundæ commiſſionis non fuit per adverſarium acceptatus, ſed imò expreſsè & inſtanter impugnans, liberè poterit impetrans renuntiare, & pœnitere.

Nec reus citatus poteſt hoc impedire, quia cùm ſemper * impugnaverit, & nullam dixerit 41
ſecundam commiſſionem ex defectu formæ, & citationem ex ea emanatam; non poteſt ex actu ſemel impugnato ſe juvare, & fructum conſequi, *l. diſpenſatorem ff. de ſolutionibus*, Menochius *conſil.* 395. *n.* 89. Surdus *conſil.* 136. *n.* 29. & *ſeq.* & *conſil.* 157. *num.* 10. Sanchez *de matrimonio, diſput.* 6. *n.* 9. *lib.* 9. Rota ut per Farinac. *deciſ.* 636. *n.* 8. *tom.* 2. *part.* 1. & *deciſ.* 596. *numero* 5. ibidem Mareſcotus *variarum reſolut. lib.* 1. *cap.* 4. *ampliat.* 4. *per totam*, ampliſſimè per ampliationes, & limitationes, Antonius Gabriel. *tit. de reg. juris, concluſ.* 1. *per totam.*

Niſi impugnans actum ſuccubuerit in eo, quia tunc benè poteſt in actu * ſemel impugnato ſe 42
fundare, Innocent. *in cap. cùm olim, verſ. Poſt ſententiam*, & ibi Anton. de Buttrio, *verſ. Quando reprobans inſtrumentum*, Bartol. *in l. poſt legatum, de iis quibus ut indignis*, Caſtrenſis *in l. cum proponas*, 2. *Cod. de pactis*, Angelus *in l. Romæ*, §. *ſua, ff. de verborum obligationibus*, ubi Imola, & Alexander, 1. *nota.* Franchus *in cap. final. verſ. Secundò, contrarium facit, de jurejurand. in* 6. Decius *in l. cum fundus*, §. *ſervum, ff. ſi certum petatur*, Crotus *in cap.* 1. *in gloſſa* 2. *de reſcriptis in* 6. Felinus *in cap. examinata, verſic. Adverte, de Judiciis*, Roman. *conſil.* 347. *in* 2. *dubio*, Aymon. *de antiquit. tempor. in* 1. *part. n.* 126. Jaſſon. *in dict. l. qui Romæ*, §. *ſuæ in* 1. *notab.* Ruinus *conſil.* 166. *vol. n.* 4. Ant. Gabriel. *dict. concluſ.* 1. *n.* 52. & poſt plures Rotæ deciſiones idem firmat Mareſcotus *variarum reſolut. lib.* 1. *dicto cap.* 41. *à n.* 61. & *ſeq.* ubi etiam Marium Giurbam *deciſ.* 55. *n.* 11. & *n.* 14. apud quos de limitationibus.

Concludendum igitur erit ex prædictis, poſſe impetrantem * ſecundæ invalidæ, & inutili com- 43
miſſioni renuntiare, etſi ea uſus fuerit, & citaverit adverſarium conveniendum, cùm pariter, & indè citatio nulliter emanaverit, & ad priorem commiſſionem validè, & ſolemniter expeditam redire; & ejus virtute noviter agere, & convenire eumdem reum comprehenſum ſub clauſula generali (*Omneſque alios*) ita ut ſi iterum inſtet in Senatu pro remiſſione cauſæ ad Ordinarium ſuum minimè audietur; ſed litteræ commiſſionis relaxandæ ſunt impetranti, ut eiſdem liberè uti queat coram Delegato.

Non igitur obſtant argumenta in contrarium ad- 44
ducta; * non primum, cui jam ſatisfecimus in primo fundamento hujus partis *à n.* 20. nam cùm ex citatione nulla res non definat eſſe integra, non impeditur impetrans ſecundæ commiſſioni renuntiare

invito

invito adversario, cui nec facta fuit communis, nec jus quæsitum.

Nec obstat 2. *à n.* 21. de habente facultatem eligendi, aut nominandi, ut nequeat variare, cui
45 respondetur, * hoc non procedere absolutè, sed fœdere distinctionis communiter receptæ, & juribus comprobatæ; quòd si electionis facultas competit ex testamento, aut ultima voluntate; semel electione facta, expirat potestas. At secus si ex contractu competat, quia tunc semel variare potest, & in utroque tamen casu si facultas competat collata in tempus mortis eligentis, tunc usque ad mortem potest variare, probant latissimè Molina, Paz, & Castillo post magnam Doctorum catervam ab eisdem adductam citati *in dict.* 2. *fundamento*, *n.* 22.

Sed magis in specie respondetur, ut neutro casu expiret facultas nominandi, aut eligendi, quo-
46 ties prima electio fuit nulla; quia * tunc iterùm potest variare, & denuo eligere, latè Tiraquell. *in l. boves*, §. *hoc sermone in limitation. n.* 1. *cum pluribus seq. usque ad fin.* Molina *de primogeniis*, *l.* 2. *cap.* 4. *à nu.* 38. qui plura jura Canonica, & Civilia ponderant, quàm plures etiam Doctores congerit Paz *de tenuta*, *c.* 34. *à n.* 51. & ex hac Tiraquel. & Molinæ doctrina, necnon ex Morla *in emporio juris*, *tit.* 4. *de jurisdictione*, *quæst.* 17. *nu.* 26. *& ex l.* 2. *ff. de optione legata*, *& cap. si electio de electione in* 6. dicit Marius Giurba *consil.* 35. *n.* 25. quòd actus nullus non consumit Judicis jurisdictionem, nec potestatem alterius, qui actum explicare debet.

Pariformiter respondetur tertio argumento, ve-
47 ram esse doctrinam, * si jurisdictio secundi Judicis ex secunda commissione invalida ob defectum subscriptionis fuisset eidem quæsita, & illam posse exercere: at cùm secùs sit, & totus suus processus ex hoc defectu jurisdictionis nullus reddatur ipso jure, non præstat impedimentum, nec aliquem juris effectum potest operari, juxta quæ Nos latè *de reg. protect.* 3. *p. c.* 9. *à princ.* & quæ hactenus diximus *à n.* 27. *& seq.* Et supponunt expressè decisiones in argumento relatæ: sicuti etiam dicimus de remissione causæ facta per Judicem appellationis Judici inferiori, quæ non prodesset, si inferior habitu, & potentia careret jurisdictione, ut diximus ex aliis *in tractatu de Reg. protect.* 3. *p. c.* 18. *à n.* 51. *& seqq.*

Ad quartum respondetur multipliciter. Primò,
48 * quòd iste impetrans secundam commissionem, eam potius impetravit ad prioris corroborationem, & ad tollendum dubium suum erroneum, quo casu omnes conveniunt, primam valere, & remanere in suo robore, secunda nihil operante, quia nulla fuit, quia ad idem impetrata. Et tantùm abest, quòd impetrans intendat priori renuntiare, ut potius eam confirmare intenderit per secundam magis specificam, prout docet Innocent. *in cap. penult. n.* 5. *de præscriptionibus*, & ibi Hostiens. *n.* 12. *in init.* Joan. Andreas *n.* 16. Bald. *n.* 13. Bellamera *n.* 6. Sanchez *de matrimonio*, *l.* 8. *disp.* 22. *n.* 15. *& 16.*

Requiritur tamen quod primæ ad eandem causam à se impetratæ commissionis faciat in secundæ impetratione mentionem, ut per notata ab omnibus *in c. cæterum*, *de rescriptis*, probat Menochius *de arbitrariis lib.* 2. *centur.* 3. *casu* 202. *nu.* 62. & 64. reddens rationem, quia fortè Princeps ignarus jam concessisset aliud rescriptum, novum non concederet, sed diceret, sufficiat tibi gratia prima justa, *cap. secundum de filiis presbyterorum* Vide Sanchez ubi proximè *à numero* 6. *cum multis seq.*

Secundò respondetur, quòd cum secundum illud
* rescriptum sit nullum ex defectu formæ subscrip- 49
tionis, propriæ manus Sanctissimi; priori nequit derogare, nec illius inducere renuntiationem, Sanchez *dicta disputat.* 22. *à num.* 17. *& in n.* 18. ait ita; *Sed magis placere valere adhuc priorem dispensationem; quia cùm posterior non valeat; minimè derogat priori, nec animus impetrantis censetur esse renuntiandi priori, nisi quatenus posterior valida est*, ut probatur *in l. si jure* 18. *ff. de legatis* 3. ibi *Sed vix id obtinere potest, fortassis ideò quod ita demum à priori testamento recedere velit, si posterius validum sit, &c.*

Quod generaliter verum est, & procedit in omni actu, & materia, ut per actum subsequentem, qui nullus est, nunquam tollatur præcedens validus, ut per *l. sancimus*, *C. de testament. l. si quis ante*, §. *si quis conduxerit*, *ff. de acquir. possession.* ubi notat Bartol. Jason. *num.* 13. Socinus *nu.* 13. Alexander. *num.* 8. *& in consil.* 193. *num.* 3. *vol.* Menoch. *consil.* 381. *& num.* 40. copiosè Petrus Surdus *dec.* 51. Gratianus *disceptation.* 36. *num.* 55. Costa *de scientia & ignor. centur.* 2. *distinct.* 49. *num.* 10. Giurba *decision.* 63. *num.* 1. Qui loquuntur in conductore, qui rem emit, vel sibi fuit adjudicata, ut si emptio, aut adjudicatio est nulla, non admittat suam conductionem antecedentem, & per *l. fin. & l. novationem*, *ff. de novatio.* Alexand. *in dict. consil.* 193. *num.* 4. Bellonus *consil.* 87. *num.* 15. Gratus *consil.* 223. *n.* 17. *volumin.* 2. Purpurat. *in l. pacta novissima. n.* 14. *C. de pactis*, Menoch. *l.* 3. *præsumpt.* 134. *n.* 45. Cavalcan. *decision.* 18. *num.* 11. *part.* 4. Bardell. *consil.* 70. *num.* 18. dicentes, quod si secundus contractus, per quem contrahentes voluerunt novare primam, & ab eo recedere, sit invalidus, non censentur à primo recedere; idem tenet Giurba *dict. dec.* 63. *sub n.* 1. Rodriguez *de annuis reditibus*, *l.* 2. *quæst.* 16. *nu.* 58. 60. *&* 61. per quem solum idem tenet Castillo *controversiar. libro* 4. *cap.* 59. *n.* 48.

Tertiò respondetur, quod tunc juri jam competenti parti impetranti censetur per impetrationem
* renuntiare, quando datur incompatibilitas, & 50
contrarietas in utroque, non ita, quando compatiuntur, ut hic, quia tendunt ad eundem finem, & majorem corroborationem sui juris hæc duo rescripta, prout latissimè videre est per Solorzano *de jure Indiarum*, *l.* 5. *c.* 1. *à n.* 53. *cum multis seq.*

Abundans enim cautela non nocet, etiamsi ipsa, sit nulla, * aut nulliter & minus legitimè, aut so- 51
lemniter adhibita, latissimè Aug. Barbosa, varia reddere exempla, *axiomate* 3. *per tit.* ubi plura congerit, nec ordinata ad augmentum debent operari diminutionem.

Quoad tertiam partem nostri §. breviter resolvendum erit, * & tenendum, quòd si in supplica- 52
tione oblata Sanctissimo non sit petita commissio, nisi contra unum, subscriptio apposita per Papam in ipsa supplicatione non potest comprehendere alios in ea non expressos. Tum quia Cursores in extensione litterarum nequeunt supplere, & extendere supplicationem, ut latè per Rotæ decisiones, & Doctores diximus hac 2. *par. c.* 30. § 1. *à n.* 3. Tùm etiam, quia subscriptio non qualificat, nec approbat quæ in supplicatione non leguntur, * ut copiosè deduximus *in dict.* §. 1. *à nu.* [illegible] *cum multis seqq.* Tùm etiam, quoniam cùm ad subscribendam commissionem moveatur Pontifex ex justa & urgenti causa,

causa, juxta Trid. *in cap.* 20. *seſſ.* 24. *de reformat.*
54 & comprehenſi * ſub clauſula generali (*Omneſque alios*) non ſint noti Pontifici, ſequitur, quod nec cauſa contra illos fuit Papæ exhibita, nec, quæ fuit reddita contra nominatum, verificatur contra alios incognitos, non notos, ac propterea minimè ipſorum non nominatorum reſpectu appoſita intelligitur ſubſcriptio Sanctiſſimi, ut in hoc cap. latiùs conſideravimus *à numero* 73. *uſque ad finem.* Quapropter nihil poteſt prodeſſe dicta clauſula generalis (*Omneſque alios*) quæ in ſupplicatione ſubſcripta propria manu Sanctiſſimi non legitur, ſed per Curſores poſtmodum in confectione litterarum ſit appoſita, & extenſa, quominus in Senatu horum comprehenſorum ſub dicta clauſula cauſa Ordinario remittatur.

Niſi fortè quando & in ſupplicatione fuit ſe-
55 mel * petita commiſſio generaliter contra omnes intereſſe putantes, & cauſa rationabilis (qua fuit Sanctiſſimo expreſſa in ſupplicatione, quaque & ipſe motus fuit ad ſubſcribendum commiſſionem, & ſupplicationem propria manu) pariter fuiſſet generalis, influens in omnes, & illos tangens, & complectens, quia tunc indubiè conveniri & ii poſſunt in prima inſtantia, comprehenſi ſub clauſula generali contenta in commiſſione ſubſcripta.

CAPUT XIII.

Si coram Judice appellationis, ſeu delegato in prima inſtantia ex commiſſione manu propria Sanctiſſimi ſubſcripta, compareat tertius excludendo, & quid quando coadjuvando, an per Senatum iſtius ſit cauſa ad Ordinarium remittenda.

Ubi latè quando tertii cauſa ſeorſum ſit tractanda, ita ut curſum litis inter alios pendentis non ſuſpendat.

Ac etiam quando lis inter plures queat validè pro ſingulis terminari.

SUMMARIUM.

1 *Tertii cauſa comparentis coram Delegato, aut Judice appellationis, lite inter alios pendente, an ſit Ordinario per Senatum remittenda, à quibus juris reſolutionibus pendeat.*

2 *Tertius in lite pendente comparet uno ex duobus modis, excludendo principales litigatores, aut alterum coadjuvando.*

3 *Tertii excludentis perſona diverſa eſt à collitigantibus, cujus jus ſeparatim tractatur nova inſtantia, novoque judicio, & diverſo eget, nec tenetur litem, cui opponitur in eodem ſtatu aſſumere.*

4 *Tertius, excludendo litigantes ex commiſſione, poteſt impetrare aliam, ut in prima inſtantia contra jam litigantes lis nova incipiatur.*

5 *Tertius excluſivè ad litigantes volens commiſſionem impetrare, ut cum eo lis initiatur in prima inſtantia, tenetur hoc in commiſſione exprimere.*

6 *Jus novum, & diverſum ab eo quod in judicio agitatur, noviter deducitur, nova indigent. contestatione & inſtantia Ordinario per Senatum remittenda.*

7 *Judex appellationis caret juriſdictione ſuper novo, & diverſo jure, etiam inter eaſdem partes, noviter tamen deducto coram ea.*

8 *Jus novum, diverſum, & ſeparatum à primo jam deducto cognoſcitur, quando res judicata ſuper iſto non præjudicat illi noviter deducto.*

9 *Tertii comparentis excluſivè jus independenter habetur à jure jam litigantium, cui inter iſtos acta, & res judicata obtenta non nocent, nec proſunt.*

10 *Per tertii excluſivè comparitionem non ſuſpenditur prioris litis curſus, ſed imò inter priores collitigantes proſequitur, & ſeorſum inter omnes tractatur tertii jus.*

11 *Tertii jus, & prioris actoris ſeorſum tractatur, & quis eorum prius rem judicatam obtinet ab altero non impeditur iis executione, Reo tamen per primum victorem præſtita cautione.*

Quæ cautio judicialis fingit rem ſtare penes reum victum, ib.

Textus in l. is à quo de rei vendit. & l. penult. ff. de petition. hæred. in propoſito adducuntur, ibid.

12 *Baldi opinio aſſerentis per tertii excluſivè comparitionem ſuſpendi curſum litis ad prioris actoris petitionem, refertur.*

13 *& ſeq. Covarru. contra Baldum, ullo momento ſuſpendi prioris litis curſum per tertii comparitionem aſſerens, defenditur.*

14 *Vincent. de Franch. ſectatur opinionem Covarru. & verum reſtituit intellectum contra alios ad l. is à quo, ff. de rei vindication.*

15 *In Regio collaterali Concilio deciſum ex opinione Covar. contra Fiſcum, ſe ut tertium opponentem, excluſivè ad collitigantes, & petentem ſuſpendi eorum licèt curſum.*

16 *Litis curſum non ſuſpendi, nec ejus diffinitionem per oppoſitionem tertii, excluſivè comparentis Rota determinavit.*

17 *Tertius non poſſidens, comparens pro ſuo intereſſe, non impedit expeditionem litis, nec executionem ſententiæ, cum ſua non interſit rem litigioſam magis eſſe penes unum, quàm alterum.*

18 *Doctores plures tenentes curſum litis non ſuſpendi, nec determinationem per comparitionem tertii excluſivè referuntur.*

19 *Tertio comparente excluſivè poſt rem judicatam, & in ejus executione perveniente, reo non præſtatur cautio, de qua in l. is à quo de rei vendication. ſecus ſi ante rem judicatam comparuerit.*

20 *Tertius excluſivè comparens nedum lis curſum non impedit, ſed multò minus executionem.*

21 *L. non idcirco, ff. de judiciis, diſponens litem inter plures ex diverſis juribus motam, poſſe quoad quoſdam definiri, & quoad alios diffinitionem ſuſpendi, latè exornatur.*

22 *Capitula plura ubi ſunt diverſa, ſententiam ſuper aliquibus latam, aliis omiſſis, eſſe validam dixit Rota.*

23 *Plures quando ſimul movent litem, poteſt reſpectu unius ferri ſententia, & reſpectu alterius diffferri.*

Item quando ab uno petuntur plures res seu summa ex diversis causis, ib.

24 *Pluribus conventis simul proportionibus, sententia prius potest cum aliquibus ferri aliis omissis, quibus nec illa nocet, nec prodest.*

25 *Super rebus diversis, & separatis, simul in judicium deductis, potest Judex pro parte pronuntiare, & pro alia parte judicium differre.*

Idem inter diversas personas simul contentas, vel agentes, ib.

26 *Quæ sunt res, vel Capitula, tot videntur sententiæ, & variato uno aliud remanet.*

27 *Judicium si est individuum, & connexum, sententia si feratur pro parte est nulla.*

28 *Utile per inutile vitiatur in individuis.*

29 *Tot sunt sententiæ quot capita separata in eadem contenta.*

30 *Sententia potest valere pro parte, licet pro parte non valeat, si capitula sint separata.*

31 *Appellatio admittitur pro parte separata, cui appellatus non potest adhærere.*

32 *Capitula ubi sunt separata, quia nullam inter se habent connexitatem, appellatio ab uno non suspendit in alio.*

33 *Sententia quando dicatur continere diversa capitula etiam in jure patronat. remissivè.*

34 *& seq. Tertius exclusivè tardius veniens, quo tempore legitimo comparere tenetur, ut ejus causa simultaneè tractetur cum lite jam pendente; DD. non declarant.*

35 *Concluſa jam causa inter alios, tertii comparentis lis simultaneè non tractatur juxta observationem Covarruv.*

36 *Tertii causa comparentis lite jam pendente, hoc est, post litis contestationem non tractatur simultaneè, sed seorsum uti diversa.*

37 *Ponderatur ad idem l. is à quo, C. de rei vendicat.*

38 *Reconventio oppoſita ante litis conteſtationem, vel paulò post, obtinet privilegium simultaneæ cognitionis, & diffinitionis cum conventione, non secus.*

39 *Vincentii de Franchis deciſio declaratur, qua sit mentio tertii comparentis post concluſionem in causa.*

40 *Tertius minor comparens post concluſionem in causa, an habeat reſtitutionem in integrum, remissivè.*

41 *Tertius, comparens exclusivè coram Judice appellationis, remittendus erit Ordinario per Senatum.*

42 *Tertio comparente coram Delegato ex commiſſione ſubſcripta manu Sanctiſſimi intra alios, cùm ejus causa sit omnino nova, & diversa; Ordinario per Senatum remittitur.*

43 *Commiſſio impetrata contra unum, ejus personam non egreditur ad aliam diversam.*

44 *& seq. Tertius comparens defensurus reum, vel actorem, tenetur assumere causam eo statu, quo reperitur tempore comparitionis.*

45 *Tertius comparens, defensurus eisdem terminis, & defenſionibus adſtringitur, quo principalis suus.*

46 *Tertio defenſuro comparenti post concluſionem cauſæ denegatur in integrum reſtitutio ad pinguius probandum.*

47 *Tertii comparentis coadjuvando eadem est inſtantia, ac principalis, quem defendit.*

48 *Inſtantia tertii defenſuri, & principalis eadem est connexa, non diverſa, nec separata, ideòque ad Judicem de cauſa principali cognoſcentem, non ad Ordinarium ſuum pertinet, nec eidem per Senatum remittitur.*

49 *Cauſæ tertii defenſuri, & principalis defenſi connexæ ſunt, & ad invicem dependentes, & coram eodem Judice tractandæ.*

50 *Tertio defenſuro præjudicat res judicata inter alios lata ratione connexitatis.*

51 *Tertius defenſurus comparens non eſt perſona diverſa in principali, ſed una eademque cum ea.*

52 *Tertius defenſurus etiam citatus ex ſua perſona nequit opponere exceptiones dilatorias, nec declinatorias, etiamſi Clericus ſit.*

53 *Et tertii defenſoris admiſſione non fit deterior conditio actoris, imò tenetur aſſumere cauſam in eodem ſtatu.*

54 *Delegatus ex commiſſione ſubſcripta manu Sanctiſſimi ad cauſam principalis defenſi indubiè cognoſcit de jure tertii defenſoris, item & Judex appellationis, coram quo comparet ratione connexitatis, nec Senatus ejus cauſam remittit Ordinario.*

55 *Delegatus validè datus ſuper cauſa emptoris cognoſcit de jure venditoris comparentis propter connexitatem, ſimultaneamque utrius jus.*

56 *Rota generaliter dicens coram Delegato partibus admitti omnes venientes ad cauſam pro ſuo intereſſe, declaratur in tertio defenſore.*

57 *Tertius venditor, comparens ante judicium inchoatum cum emptore, petens ſe transferre judicium animo revocandi actionem, non reluctante actore auditur.*

58 *Tertius defenſor comparens ante judicium inchoatum non animo novandi actionem, nec liberandi à judicio emptorem, ſed tantùm, ut cum eo inchoetur judicium, præſtita cautione, auditur, etiam invito actore.*

59 *Limita, niſi interſit actoris cum defenſore non litigare in ſuo foro.*

60 *Tertius defenſor, ubi admittitur ad mutationem judicii, convenitur coram ſuo Ordinario, non obſtante commiſſione impetrata contra emptorem ſubſcripta manu Sanctiſſimi, ſed per Senatum cauſa Ordinario tertii remittenda.*

61 *Commiſſio impetrata contra aliquem ſuffragatur tertio venienti ad cauſam in eiſdem ſtatu, & termino.*

62 *Tertius exclusivè comparens, ſi velit, cauſam an poſſit aſſumere inter alios pendentem eo ſtatu, quo erat tempore ſuæ comparitionis, ac ſi fuiſſet tertius defenſurus.*

Doctores qui affirmativam inſinuant, referuntur, ibid.

63 *Tertius exclusivè duplici via poteſt agere.*

Vel deducendo noviter jus ſuum, aut etiam commiſſionem impetrando, prout in prima inſtantia, & hinc cum eo lis initiatur, ib.

64 *Aut comparet aſſumendo litem inter alios coram in eodem ſtatu, vel facit actus contumacivos, & ei acta, & ſententiæ nocent & non ſunt.*

65 *Tertius pro jure ſuo independenter à jure litigantis habet electionem, an velit, ut cum eo inſtantia initietur, vel captam continuare, & aſſumere eo ſtatu.*

66 *Tertii hujus in facultate eſt venire adhærendo ſtatui cauſæ, vel inchoando novum judicium.*

67 *Et de hac duplici via, qua tertius excluſivè comparens uti poteſt, qui videndi.*

68 *Tertius excluſivè comparens appellando à ſententia, vel dicendo illam nullam, omnia acta per prius geſta facit ſua.*

69 & 71. *De tertio excluſivè comparente, & aſſumente cauſam eo in ſtatu, vel faciente actus continuativos, idem judicandum, ac de tertio comparente coadjuvando, limita.*

Ac ideo ejus cauſa non erit per Senatum ſuo Ordinario remittenda, ib.

70 *In commiſſione non dicitur omiſſum, quod eſt connexum incidens, aut conſequens.*

71 *Tertius veniens ad cauſam pro ſuo jure perſonali litigantes excluſurus, duplici via poteſt comparere, prout in prima, aut in eodem ſtatu.*

72 *Tertius pro ſuo jure comparens, re jam judicata, in ſtatu, & terminis, &c. Et appellans, aut dicens de nullitate, illa ſententia facit numerum quoad ſe, ita ut alias inſtantias habeat.*

73 *Tertius comparens pro jure proprio in eodem ſtatu, & appellans à re judicata, non videtur eam recipere cum qualitate rei judicatæ.*

74 *Contraria ſunt facere rem judicatam ſuam, & impugnare ſententiam.*

75 *Conſenſus, & voluntas, quæ inducitur ex facto, non extenditur ultra id, quod de neceſſitate inducitur ex facto.*

76 *Tertius pro ſuo jure principali ſimpliciter admitti petens in eodem ſtatu abſque appellatione approbat ſententiam cum qualitate rei judicatæ.*

77 *Tertii cauſa comparentis ex ſtylo Romanæ Curiæ remitti ſolet eidem Judici, qui de cauſa pendente cognoſcit.*

78 *Commiſſio ad petitionem tertii pro jure ſuo principali comparentis, non admittitur in Hiſpania ſine ſubſcriptione Papæ.*

79 *Secus ſi compareat in eodem ſtatu, quo caſu ejus commiſſio nova ſubſcriptione non eget.*

80 *Tertius pro ſuo jure principali, & independenti poteſt admitti ab eodem Delegato, cui cauſa inter litigantes fuit commiſſa virtute clauſulæ (quam & quas.)*

81 *Quod in Hiſpania non admittitur ex Trident. diſpoſitione, & obſervatione.*

1 Ujus dubii reſolutio, ab ea pendet mira-
bili; An * tertii cauſa comparentis lite pendente inter alios ſuper aliqua re ſit ei connexa vel
ei non ſit, vel ſuperſedendum ſit in proſequuti ne
litis jam motæ & pendentis inter alios, vel potius ut
diverſa novæ egeat inſtantia, nova lite, & nova, & di-
verſa cognitione, ita ut poſſit ferri ſententia
ex diſtinctis tractari cauſa prioris agentis, hac tertii oppoſitione minimè obſtante, & per conſequens an Judex appellationis prioris litis hanc oppoſitoris cauſam tanquam diverſam, novam, & ſeparatam debeat ad Ordinarium remittere, vel per Senatum remittendam.

Pro hujus vera reſolutione præmittendum duximus, quod tertius ſolet in cauſa inter alios jam
2 mota altero * de duobus modis comparere: uno ad excludendum principales litigatores: altero verò modo ad defendendum, & coadjuvandum jus alterius ex collitigantibus, Covarruvias *practicarum quæſt. cap.* 13. *& capitul.* 14. Marzal. *conſil.* 24. Surdus *deciſ.* 60. *num.* 6. *& deciſ.* 147. *n.* 6. Brederodius *de appellation. part.* 1. *column.* 102. Ruginellus *de appellation.* §. 2. *capitul.* 1. *n.* 47. Tepatus *lib.* 1. *variarum, tit. de tertio ext an. column.* 1. Hondedeus *conſil.* 25. *vol.* . Gaill. *lib.* 1. *obſervation.* 69. 70. & 71. Ludovicius *deciſ. Peruſina* 26. Anna *conſil.* 97. *& conſil.* 98. Cancerius *lib.* 2. *variarum reſolution. cap.* 16. *de tertio oppoſitore, num.* 1. *& ſeq.* Coſta *de ſcientia, & ignorantia, centuria* 1. *diſtinctione* 57. *n.* 1. *& in tractatu de re integra, diſtinct.* 95. *num.* 1. & 14. Muſcatellus *praxi civil. part.* 3. *in addition. ad gloſſam nominat. litt. A.* Peregrinus *de fideicommiſſo, artic.* 53. *n.* 55. Lancelotus *de attentatis, cap.* 12. *ampliat.* 14.

Primo modo perſona tertii * ad judicium 3
comparentis ad actorem vel reum, vel utrumque excludendum, diverſa eſt omnino à litigante vel litigantibus, quos excludere vult, quorum jure non regulatur: ac propterea cum novum jus ſuum deducat, novam actionem, novamque & diverſam petitionem noviter proponat, novum & ſeparatum judicium inducat, novamque & diverſam litem moveat, nova perſequens, & diverſa inſtantia requiritur, noviter & diverſè ab initio formanda, qua novæ exceptiones, novæ defenſiones, atque termini ei & aliis jam litigantibus conceduntur, ac ſi ab aliquo lis capta non fuiſſet, quæ ſeparatim proſequitur: ita ut hîc tertius non teneatur cauſam ab aliis motam in eodem ſtatu aſſumere, nec proſequi, quæ inter alios duos erat, cui medius ipſe novo & diverſo jure, ac actione accedit, ad *l. Titia, ff. ſoluto matrim.* & illic Barboſa, Covarruvias *practicarum quæſt. cap.* 13. *ante num.* 1. *& cap.* 14. *num.* 3. *verſic. Hactenus de tertio*, Coſta *de ſcientia & ignorantia, diſtinction.* 57. *n.* 13. *& de re integra, diſtinctione* 95. *n.* 14. Gaill. *lib.* 1 *obſervation.* 7 . *n.* 14. Peregrinus *de fideicommiſſo, art.* 53. *n.* 55. Ludovic. *deciſ. Peruſina* 26. Marzaris *conſil.* 24. Cancerius *lib.* 2. *variarum reſolut. cap.* 16. *de tertio oppoſitore, n.* 7. Lancelotus *de attentatis, cap* 12. *ampliation.* 14. Marius Giurba *deciſ.* 1. *n.* 32. optimè etiam de hac judiciorum diverſitate inter iſtos, videndus Caſtellus *controverſiarum tom.* 2. *cap.* 9. *ſub num.* 9. *verſic. Conſtituo etiam.*

Et in tantum hoc eſt verum, quòd lite inter alios jam pendente, * etiam per commiſſionem ſi 4
iſte tertius vult jus ſuum principale & independenter à jure litigantium de novo deducere, quia agit & comparet excludendo jus eorum (cum iſtius cauſa novo egeat judicio) ſi impetrat commiſſionem, prout in prima inſtantia, quam ipſe cum aliis incipere vult, & poteſt, ita comparendo hac via tenetur inchoare inſtantiam, & judicium novum cum aliis collitigantibus, quorum jus prætendit excludere: ita latè fuiſſe adductam *in cauſa Conclubenſ. ſtatutorum* 24. *Junii* 1590. coram Cardinal. Seraphin. teſtatur Mareſcotus *variarum reſolut. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 15. *&* 16. Rota ut per Alexandrum Ludovic. *deciſ.* 259. *n.* 1. *in fin.* ipſa Rota *deciſ.* 98. *n.* 1. *part.* 1. *in Recent.* Seraphinus *deciſ.* 524. Peltramin. *in annotationibus ad Ludovic.* ubi proximè, *littera A.*

Et ſi vult de novo iſte tertius jus ſuum principale, * & independens à jure collitigantium, 5

Salgado de Supplic. & Recent.

& assistentium in lite jam inter illos mota, & sic exclusivè ad illos novum jus & instantiam inchoare; tenetur hoc exprimere, & commissionem impetrare prout in prima instantia, ita fuisse dictum *in una Montis Regalis jurisdictionis* 10. *Julii* 1602. coram Cardinali Merlino, impressa penes Marchesanum *de commissionibus, tom.* 2. *fol.* 265. testatur Beltraminius *in annotation. ad Alexandr. Ludovis. dict. decision.* 160. *numer.* 3. *littera A.*

6 Ut quando jus novum & diversum in judicium * agitandum noviter deducitur, nova indiget causæ cognitione, novis defensionibus, & exceptionibus, novaque instantia ad Ordinarium remittenda, ut copiosè Giurba *decis.* 10. *per totum*, per quem & alios plurimos abundè diximus hac 2. *part. cap. à n.* 18. *cum seq.*

7 Quare ad propositum nostrum * venit dicendum per necessariam consequentiam, Judicem de causa appellationis cognoscentem penitùs carere jurisdictione ad cognoscendum de diverso & novo jure, seu articulo, & jure, etiam inter eosdem partes litigantes coram eo deducto, abundè comprobavimus hac 2. *part. dict. cap.* 8. *per totum*, & *cap.* 9. Quibus locis multa quidem scita dignissima, omnimodoque ad resolutionem hujus cap. valdè conducibilia, & necessaria congessimus, quæ ulteriùs non repeto.

8 Non enim prætermittenda est * theorica singularis ibidem, per Nos tradita *in dict. cap.* 8. *vers. Et tunc cognoscetur, à n.* 12. *cum seqq.* Ut tunc cognoscatur jus esse novum, diversum & separatum à primo jam in judicium deducto; quando acta, & sententia in hoc lata, illi novo non præjudicat: ubi latè prosequimur comprobantes.

9 Quod quidem penitùs contingit in hoc jure tertii comparentis * exclusivè, & ad infringendum jura competitorum noviter accedentis, quis suum ab istorum jure independenter se habet & considerator, atque ideò acta jam gesta, & res judicata jam obtenta inter primos collitigantes huic tertio comparenti non prosunt, nec nocent. Seraphin. *decis.* 906. *num.* 2. Rota *decis.* 705. *num.* 5. *part.* 1. *in recent.* Et quod quando tertius venit ad causam excludendo jus utriusque collitigantis, tunc acta & probationes jam factæ illum non afficiant, nec pro, nec contra; notabiliter ita declarasse Rotam *in Molana pensionis* 13. *Junii* 1611. coram Cardinal. Sacrato, testatur & sequitur Beltraminius *in annotationib. ad Ludovis. decis.* 259. *num.* 5. *&* *num.* 6. Et facit etiam in his terminis, Franchis *decis.* 261. *num.* 14. prout regulare est, res inter alios actas aliis non obesse, latissimè Nos *de Regia protect.* 4. *p. cap.* 8. *à principio*, & præcipuè ad propositum *à num.* 19. *&* *num.* 23. Igitur hac jurium diversitate existente, manifestè probatur, hujus tertii oppositoris causam & novam instantiam coram Judice appellationis deductam esse ad Ordinarium per Senatum remittendam, juxta tenorem Concilii Trident. *sess. sion.* 24. *de reformatione, cap.* 20. *causæ omnes.*

10 Quòd & eò fortius redditur, * quoniam quando duobus in judicio litigantibus super aliqua re, vel jure, tertius accedat non ad coadjuvandum alium, sed ad excludendum utrumque à rebus, vel à juribus, de quibus agitur, petens non actori, sed sibi tradendas, ac simul interdum suspendendam esse litem priorem, quousque etiam de jure suo cognoscatur: tunc quidem verissimam Doctorum frequentiorem opinionem adesse, prioris litis statum nullatenus suspendi, sed inter collitigantes ejusdem prosequi, ita ut si pro priore actore putà priùs feratur sententia, executioni tradetur, non obstante jure tertii novi actoris ex ratione diversitatis juris utrorumque, quia cùm nullam inter se habeant connexionem, * separa- 11
tim utriusque actoris sunt lites tractandæ, absque eo quod secunda primæ litis cursum & determinationem in aliquo impediat, nec prima secundæ, nec sententiæ executio pro alterutro actore priùs latæ suspenditur, data tamen reo per actorem priùs vincentem victo cautione, ut si postmodum à secundo revincatur, prior actor rem juste avocatum restituat.

Et per istam cautionem judicialem res, aut pecunia etiam consumpta fingitur stare penes reum victum & condemnatum, cui fidejusso hæc præstatur, plurimos Doctores laudat Giurba, *decis.* 40. *num.* 4. Gaito *de credit. cap.* 3. *quæst.* 11. *n.* 1317. Castillo *de controversiarum tom.* 4. *cap.* 2. *n.* 74. & adveniente casu potest contra actorem præstantem cautionem hanc res ipsa, aut jus via executiva recuperari, Seraphinus *decis.* 1233. *à n.* 2. *&* *decis.* 2369. Zachias ad Gallesium *de obligatione Camerali, quæst.* 37. *num.* 51. Gracianus *disceptat. forensib. lib.* 1. *cap.* 37. *à num.* 34.

Ad hoc in terminis est text. celebris *in l. is à quo* (inquit Consultus) *fundus petitus erat, ab alio ejusdem fundi nomine convenitus est: quærebatur, si alterutri eorum jussu Judicis fundum restituisset, & postea secundum alterum petentem res judicarentur, quomodonam non duplex damnum traheret. Respondi, uter prior lis judicaret, eum oportere, ita fundum petitori restitui jubere, ut possessori caveri, si alter fundum cepisset, eum præstare, ff. de rei vendicatione*, quem text. merito ad hoc celebrem vocant Doctores, & facit *lex à quo servus* 58. *eodem tit.* text. est etiam mirabilis *in l. penult. ff. de petitione hæreditatis*, cujus sunt verba: *Cùm idem eandem hæreditatem adversus duos defendit, & secundum alterum ex his judicatum est, quæri solet, utram perindè ei hæreditatem restitui oporteret, si adversus alium defensa non esset: ut scilicet si mox & secundum alium fecerit judicatum, absolvatur is, cum quo actum est: quia nec possideat, nec dolo malo fecerit, quominus possideret, quod judicio revictus restituerit: an quia possit, & secundùm alium judicari, non aliter restituere debeat, quàm si cautum ei fuerit, quod adversus alium eandem hæreditatem defendit. Sed melius est officio Judicis cautione, vel satisdatione victo mederi: cùm & res salva sit ei, qui in executione tardius venit adversus priorem victorem, &c.*

Et licet Baldus *in cap. si duo, col.* 1. *vers. Vide quod not. de pace tenenda*, * secundùm intellec- 12
tum Innocentii ad dictum *l. is à quo in cap. veniens, col.* 2. *de testibus*, dicat, quòd quando quis comparet ad infringendum jura competitorum, superfedendum esse in priori lite ad instantiam prius venientis, donec integrè causa terminabitur, & sequatur Apostilla ad Bartol. *in dict. l. is à quo*, & Felinus *in cap. cùm super columna.* 2. *de re judicata*, & cum Gregor. Lopez, & Felino, sequotus Baldum, Castellus *controvers. tom.* 2. *cap.* 9. *vers. Deinde constituo*, & Anguisola Menochio, Cavalcan. Arma. & Scaccia quos refert, sed non sequitur Marius Giurba *decis.* 1. *n.* 33.

Tamen * doctissimus Covar. *practicarum quæstio-* 13
num,

num, *cap.* 14. *n.* 4. latè & eruditè defendit contrariam opinionem, effeque caſum expreſſum *in dict. l. is à quo*, dicens tertium oppoſitorem, quoties non acceſſerit ad defendendum, audiendum quidem eſſe, ita tamen ut nullo equidem momento impediatur litis examen, & diffinitio inter actorem & reum, quoad ipſorum præjudicium, & commodum, conſtanterque dicit, eſſe aſſeverandum; tertium hunc accedentem excludendo actionem actoris, vel jus rei, aut utriuſque à re vel jure petito admitti debeat ad allegationem, & probationem propriæ intentionis, ita tamen ut propter hanc oppoſitionem nulla in parte differatur diffinitio litis motæ inter actorem & reum, quoad eorum præjudicium, ubi latè reſpondit ad doctrinam Innocentii, & de ejus intellectu agit, reſtituitque verum intellectum huic text. *in dict. l. is à quo*, poſt plurimos Doctores à ſe allegatos, & ita determinaſſe pluries cum ſuis Collegis in Senatu Granatenſi.

14 Latiſſimè etiam † verum intellectum *dict. l. is à quo*, tractat & tuetur Franchis *deciſion.* 161. *per totum*, ubi reſpondit ad contrarios aliquos intellectum verum *dict. l. is à quo*, cavillantes, & doctrinam Innocentii declarat: in totum ſequatus Covarruvias, licèt latiùs agat; & multos Doctores pro hac parte conducit, qui *n.* 14. teſtatur hunc articulum fuiſſe tractatum in Regia Camera ſummariæ in proceſſu inter duos pendente; quodam jure tertiariæ, in quam cauſam ſubintravit poſtmodum Regius Fiſcus, & petens in judicio ſuperſederi, &
15 facta relatione † in Regio Collaterali Conſilio, fuiſſe deciſum, quod procederetur ad expeditionem cauſæ inter actorem & reum, ſalvis juribus, Regii Fiſci oppoſitoris. Qui quidem per totam deciſionem loquitur, quando minor, vel alius privilegiatus ita comparet excludendo jura litigantium: quæ deciſio omnino videnda erit tota, qua hic articulus eruditè examinatur, & abſolvitur, & idem probat ipſe Franchis *in deciſ.* 492.

16 Eſt etiam † elegans Rotæ *deciſ.* 4. *tit. de judiciis, in antiquiori*, cujus & Felinus meminit *in dict. cap. cum ſuper*, *n.* 17. Qua quidem expreſsè deciſum extat, non eſſe impediendam diffinitionem, nec proſequutionem & examinationem litis quæ inter duos tractetur ex eo, quòd tertius ſe ipſum opponat, & petat rem litigioſam ſibi dari; non actori, & alleget, utrumque actorem ſcilicet, & reum nullum ad eandem rem jus habere, imò inter actorem & reum his deficienda eſt, abſque illius tertii præjudicio, qui nihilominus admittendus erit ad proprii probationem abſque læſione illius ſtatus in quo cauſa inter actorem, & reum verſatur, cujus etiam deciſionis mirabilis meminit Covarruv. ubi ſuprà ſub *n.* 4. Franchis *dicta deciſ.* 261. *n.* 8. & 9.

Et licèt breviter, perpenſo tamen judicio per
17 Rotæ † deciſiones, & alios firmat Mareſcotus *variarum reſolut. cap* 121. *n.* 3. in hæc: Dixi (*ratione ſolius poſſeſſionis*) *quia tertius veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe, non impedit ejus expeditionem, & multò minus executionem ſententiæ, quando ipſe non poſſidet, cum ſua non interſit rem ſuper qua lis pendet, eſſe magis penes actorem, quàm reum*, Bartol. *in l. penult. in* 1. *notabil. ff. de petit. hæreditatis* Innocent. *in cap. cum ſuper*, col. 3. *ſub n.* 4. ubi Felin. *n.* 17. *de jurisdictione*, Beſigna. *deciſ.* 4. *de judiciis*, & dicit Rota *in una Bononien. ſucceſſionis* 10. *Novembris* 1597. *coram Corduba.*

Hanc etiam opinionem † veriſſimam probat 18
exactè Joſephus Ludovicus *deciſ. Perufina* 26. *n.* 25. 26. & 27. *& per totam*, & ipſe *in deciſion. Lucenſ.* 56. *n.* 2. & 3. Hondedeus *conſ.* 25. *n.* 21. & 23. Trentacinquius *variarum reſolut. tit. de judiciis*, *reſolution.* 16. *n.* 6. Lancelotus *de attentatis*, *cap.* 3. *n.* 16. Burſatus *conſil.* 416. Cavalcanus *deciſion.* 5. *num.* 18. *part.* 4. ſequitur etiam, & verius reſolvit Giurba *deciſion.* 1. *n.* 33. Id ipſum etiam ſequitur Covarruvias, ibi: *Secus eſt in eo, qui accedit ad litem, ut excludat utrumque, quia cum ea lis initiata eſt, à capite, & omnia ſunt ex integro repetenda*, ut ex pluribus Covarruvias eodem *cap.* 13. *in initio*, & ex communi opinione refert & ſequitur, *cap.* 14. *num.* 3. *verſus finem*, *verſic. Hactenus. Non tamen interim retardatur lis inter actorem & reum*, *verſicul. Quandoque tertius ibi, nos verò contrariam*, &c. Idem etiam tenent Anna. *allegation.* 76. *n.* 9. & Fabius Anna. *conſil.* 97 *n.* 13. & 14. necnon Cavalcanus *dict. deciſion.* 3. (licèt inadvertenter eos pro contraria parte ſimiliter allegaverit Giurba) tenet etiam Marſillus *in praxi civil. part.* 3. *in addition. ad gloſſ. nominet. littera A* approbat etiam Cancerius *variarum reſolut.* 2. *part. cap.* 16. *a n.* 70. *cum ſeq.* Covarruvias *practicarum cap.* 16. *nu.* 3. *ſub verſic. Ita tandem*, poſt quos & plures alios diximus *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 8. *à num.* 68. ubi de declaratione *dict. l. Is à quo*, *ff. de rei vendication.* Et quod ejus cautio præſtanda non ſit victo † per vincentem priorem actorem, quando 19
tertius excluſivè comparuit, in executione rei judicatæ, ſed quando ante rem judicatam, & lite pendente ante eam comparuit, deducendo ſuam actionem; cui adde quæ etiam rectè Caſtellus *controverſ. tom.* 2. *cap.* 9. *ſub num.* 9. *verſic. Conſtituo etiam caſum*, ubi latè. Et quod iſte tertius non ſolùm non impediat progreſſum † 20
litis, ſed multò minus executionem ſententiæ poſt ejus comparitionem latæ in favorem prioris actoris, probat cum aliis, & cum Rotæ deciſione Mareſcotus *variarum reſolut. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 3. & ſunt jura expreſſa *in dict. l. is à quo*, & melius *in dict. l. penultima*, *ff. de petit. hæreditatis*, de quo vide ibi apud Nos *à n.* 67. quod & optimè tractat Gregorius Lopez *in l.* 11. *titul.* 14. *in gloſſa* 1. *part.* 5. ubi ita explicat & intelligit *dict. l. is à quo*, & Caſtellus *in l.* 64. *Tauri*, *gloſſa verbo*, *Appellation. verſic. Si à lege.* Atque etiam latiſſimè de intellectu *dict. l. is à quo*, videndus erit Caſtillo ubi proximè *à n.* 9. Ab eo tamen cavendum, dum ſequitur opinionem Baldi hactenus reprobatam.

Quorum omnium ſuprà dictorum jurium, & Doctorum vera reſolutio, ut ne retardetur lis inter reum & actorem jam pendens per oppoſitionem tertii ex proprio jure diverſo, & impendenter à litigatoribus; ſulcitur potiſſimum ex deambulatione textus *in l. non ideirco* 44. *ff. de judiciis.* Ex quo apparet poſſe ex juſta cauſa litis, quæ cum pluribus agitur, quoad quoſdam † definitionem ſuſ- 21
pendi, & quoad alios ſtatim expediri, in hæc verba: *Non ideirco Judicis officium impeditur, quod quidam ex tutoribus poſt litem adverſus omnes inchoatam Reipublicæ cauſa abeſſe cœperunt, cum præſentium, & eorum, qui non defenduntur adminiſtratio diſcerni, & aſſignari poſſit.* Hactenus de mirabili textu, quem exornavit Rota *deciſ.* 13. *in fin. part.* 2. *in recentior.* & mirabiliter eadem Rota, ut per Alexandrum Ludoviſium

Salgado de Supplic. & retent.

decis. 448. *à n.* 4. in hæc: *Non obstat, quod non*
22 *potuerit* † *super parte crediti pronuntiari, sed debuerit ferri sententia super toto, l. in hoc judicio, ff. familiæ ercisc. unde: quia non procedit, quando sunt plura capitula, tunc enim, cum censeantur tot petitiones, quot capitula, sententia super aliquibus lata, aliis omissis valet.* Abbas *in cap. cum inter, sub n.* 3. *versic. Fallit. Ego capiendo*, ubi etiam Fesinus post *num.* 6. *versic. Fallit. primò, de re judicata*, & dicit Rota *in una Melphiens. spoliorum* 11. *Octobris* 1576. *coram Lauretano, & comprobatur, arguendo de personis ad res, ad leg. qui fuere, ff. de stat. homin.* ubi arguit Rota *in dict.*
23 *Melphiens. Sicut* † *autem quando plures simul conveniunt, potest respectu unius ferri, leg. non idcirco, in principio*, & ibi Bartol. & alii, *ff. de judiciis*, Decius *consil.* 295. *capitulo primo*, Caputaquens. *decisione* 8. *n.* 1. *Ita etiam quando ab uno petuntur plures res seu summæ ex diversis causis, &c.* quod in his terminis de quibus agimus, *legis is à quo*, dixerat Covarruvias *practicarum quæstion. cap.* 14. *num.* 4. *in fin.* ponderando ad id *dict. leg. idcirco*; eandem etiam decisionem refert Farinacius *in posthumis, tomo* 2. *decis.* 313. vide latè Carrotium *exception.* 130. *per totam.*

24 Et quando plures eadem lite † conveniuntur proportionalibus, quod causa potest determinari, & diffiniri cum aliquibus, & cum aliis non, quibus omissis sententia nec prodest, nec nocet, quousque non eis alia feratur sententia, latissimè Nos *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 8. *à n.* 52. *cum seq. & à n.* 45. ubi plurimos ad id Doctores congessimus, quæ quidem verissima sunt, optima Rotæ decision. per Coccinum 112. *n.* 4. & 469. *n.* 7. & per totas decisiones omnino videndas, quæ procedunt, & explicant casus singulares.

25 Sed melius omnibus hunc † articulum declarat Vantius *de nullitatibus sentent. ex defectu processus, n.* 100. in hæc: Quinimò judex si res in judicio deducta dividua & separabilis foret, posset (ut dixi) super aliqua parte eorum quæ in judicio deducta essent duntaxat pronuntiare, & sententia sua valeret, prout videmus, quod si judicium simul contra plures cæptum sit respectu alterius judicium differi potest; ut est textus, & ibi Bartol. & alii *in l. non idcirco, in princip. ff. de judiciis*, & idem Bartol. *in l.* 5. §. *fin. versic. Pone quod unus, ff. de verborum obligat.* & plura referendo tenet Decius *consil.* 295. *in causa istorum in princip. lib.* 2. *& decision. Neapolitana*, ut per Capicium
26 *decision.* 8. *in principio. Nam quot sunt res,* † *seu capitula, tot videntur sententiæ, & variato uno, aliud remanet, l. etiam*, §. 1. ubi est Glossa Ordinar. & ibi Bartol. & cæteri declarant, *ff. de minorib. & l. dicere, & l. quid tamen, ff. de arbitris, l. quædam mulier. ff. familiæ erciscund. & Speculator. in tit. de sentent.* §. *justa, versic. Item est nulla ratione qualitatis, & Bald. in l. generaliter, in* 2. *column. C. de Episcopis & Clericis, Alexander in l. scire debemus*, per illum text. *de verbor. obligat. & Joannes Milis, in verbo, sententia si fertur super part. cap. Guido Papæ quæst.* 27. *in manibus quam vide.*

Secus si judicium (inquit, & prosequitur ipse Vantius) *esset individuum, & connexum, quia*
27 *tunc sententia* † *non posset ferri pro parte, sed totum diffiniri deberet, alias non valeret, per l. in hoc judicio, & ibi glossa Bartol. in l.* 2. *C. de re judicata, & in l.* 1. *C. si adversus rem judicatam: nam*
28 *isto casu procedit regula,* † *quod utile per inutile vitiatur. Et pro hac regula cum tredecim limitationibus in quibus sententia pro parte duntaxat lata valet, videndus Felinus post Anton. Imolam, & Panormit. in cap. cum inter, columna* 3. *versic. Sententia, de re judicat.* Hactenus observatio Vantii: plura per Carrocium, *except.* 130. *num.* 4. videnda erunt.

Consonat, quod tot sunt sententiæ diversæ, * 29
quot sunt capitula separata in ea contenta, ut per *l. eam*, §. *ex causa, ff. de minorib.* Glossa *in cap.* 2. *in verbo, eadem, de ordine cognition.* Angel. & Jass. *in l. scire debemus, ff. de verb. obligat.* Barbacia *consil.* 10. *col. penult. in fin. vers. Ideo dicimus lib.* 1. Parisius *consil.* 66. *n.* 4. *lib.* 1. optima Rotæ *decis.* 552. apud Alexand. Ludovis. & ibi Beltramin. *n.* 9. Beccius *consil.* 92. *nu.* 4. Bursatus *consil.* 184. *num.* 37. Rota *decis.* 33. *num.* 10. *part.* 1. *diversorum, & decis.* 417. *sub num.* 2. *part.* 2. *in recent.* & latè fuit dictum *in Ferrarien. pecuniar.* impressa penes Marchesan. *de commission. tom.* 1. *fol.* 123. & ideo sententia potest valere pro parte quoad unum capitulum, * licèt non quoad aliud quan- 30
do capita sunt separata, nec tunc utile per inutile vitiatur. Rota *dict. decis.* 33. *num.* 18. & aliam adducit Beltramin. ubi proximè *dict. num.* 6. sicuti potest appellari pro parte separata, * 31
nec tunc appellatus potest adhærere appellationi appellantis. Quod secus est, quando sententia continet unum tantùm caput, vel etiam plura, * quæ tamen sunt connexa, Beltraminius, ibi 32
num. 6. & *eadem decis.* Alexand. Ludov. ubi quod quando capitula sunt diversa & separata, quia inter se nullam habent connexitatem, appellatio ab uno capitulo non suspendit in alio. Boerius *decis.* 73. *num.* 4. Lancellotus *de attentatis, lite pendente, limit.* 2. *nu.* 12. vide de iis optimam decisionem Ludovis. 223. & ibi benè Beltramin. *num.* 9. post Scacciam *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 21. *num.* 21. & alias Rotæ decisiones. Gratian. *disceptation. forens. cap.* 21. *num.* 19. Hieronymus Gabriel. *consil.* 38. *per totum, lib.* 5. Lancellotus *part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 44. *& limit.* 2. *n.* 21. *& seq.* ubi de adhæsione appellationis, & Beltramin.

Et quando sententia dicatur continere diversitatem Capitulorum, * etiam in jure patronatus, & 33
quando sit dividua, vide *dict. decis.* 112. *& decis.* 469. Coccini, & latè *decis.* 402. *per totam*, ejusdem Coccini: quibus mirabiliter ad multa declaratur, vide latè Carrocium *de exceptionibus, except.* 130. *à n.* 4. *cum seqq.*

Quando autem iste tertius tardius venit opponendo * de suo jure principali, & independenter 34
à jure aliorum, inter quos lis mota jam erat, legitimo tempore venire dicatur, ut simul etiam sua causa currat cum jam deducta inter actorem & reum; Doctores non aperiunt: nam licèt Covar. *pract. quæst. cap.* 14. *sub n.* 4. *ante finem*, dicat in hæc: *At si tertius accesserit ad judicium, non equidem defensurus actorem, nec reum, sed vel eorum alterum excluSurus ab actione vel defensione causæ, aut tandem utrumque à re petita: admitti debet ad allegationem, & probationem propriæ intentionis, ita tamen,* * *ut propter hanc oppositionem nulla in parte* 35
differatur diffinitio litis inter actorem & reum, ad eorum præjudicium: præsertim, ubi tempore hujus oppositionis conclusum fuerit in causa.

Ex quo colligitur, quod postquam lis etiam mota inter alios * pendeat, tertius hic compa- 36

rens

rens non ſuſpendat eàndem, prout ſupponunt, & dicunt omnes Doctores ſuperius citati, & ipſe Covarruv. ibidem à principio ejuſdem (cùm his dicitur pendere ab ejus conteſtatione, ut vulgare eſt,) & ſic videtur, quod ab eo tempore præcluſa ſit ei via ſuſpendendi litem pendentem, nec quod ſimul ſua cauſa etiam tractetur, cùm ſit diverſa: ut judicat Covarruv. ibidem in illis verbis; *Ut propter hanc oppoſitionem nulla in parte differatur diffinitio litis, &c.* Ut ſenſus ſit, quod in qualibet parte litis jam pendentis oppoſitio ſuperveniens non operetur litis ſuſpenſionem; quod & clarè ulteriùs reddunt verba ejuſdem ſequentia, ibi: *Præſertim ubi tempore, &c.* ut ſupponat quod etiam ante cauſæ concluſionem, & teſtium publicationem oppoſitio adhuc non cauſet ſuſpenſionem; cùm hoc ſupponat dictio illa, *præſertim*, ut excludat aliud tempus anterius.

37 Probat etiam text. *in dict. l. is à quo*, † generalitas ibi: *Is à quo fundus petitus erat, & ab alio ejuſdem fundi nomine conventus eſt*, & *dict. l. penult. ff. de petition. hæreditatis*, quibus juribus ſupponitur principio litis factam fuiſſe ſecundam conventionem, & oppoſitionem, ut nihilominus ſimultaneam litium cognitionem minimè operetur.

38 Quæ opinio & eò fortior redditur, † quòd licèt cauſa renuntiationis in litis conteſtatione, vel paulò poſt eam oppoſita, habeat privilegium ſimultaneæ cognitionis, & determinationis cum cauſa inventionis: tamen ſi multò poſt litis conteſtationem opponatur, amittit hoc privilegium; ſed imò ne fiat ſtatui litis præjudicium ex ſuſpenſione, & actori ex rei tarditate; utraque cauſa diviſim quælibet de per ſe tractatur, terminatur, & diffinitur continuata prima conventionis. Marius Giurba *deciſ.* 74. *n.* 3. Cardoſo *in ſumma practicar. jud. verbo. reconvent. n.* 4. Graſſis *de effectib. Clericat. effectu* 1. *ſub n.* 762. qui quidem infinitos ad id alios allegat Doctores; ergo ſimiliter in noſtro caſu dicendum erit, ut ſi iſte oppoſitor tertius compareat paulò poſt litis conteſtationem inter reum & actorem, ejus cauſa ſimul tractari & admitti poteſt; ſin autem tardius venerit, ſeparatim, & diviſim utraque tractanda erit.

Adverte tamen quod licèt in caſu deciſionis Franchis 261. *nu.* 10. & 11. † fiat mentio de hoc
39 tertio oppoſitore comparente poſt concluſionem factam, eſt ad majorem juſtificationem, non quod ullatenus ſupponatur, quòd etiam antea comparens non ſit excludendus ab effectu ſuſpendendi litis pendentis inter reum & actorem progreſſum; imò potiùs in caſu illius deciſionis ita ponderatur
40 ad excludendum minorem † privilegiatum à reſtitutione eo tempore comparentem, de quo videndus Gutierrez *pract. lib.* 1. *quæſt.* 66. *per totam*, quem & Barboſam ad idem allegat ipſe Franchis ibidem in fine deciſionis: vide ad idem plurimos citatos per Giurbam *deciſ.* 1. *n.* 28. & 29. ubi de minore comparente poſt cauſæ concluſionem, an habeat reſtitutionem in integrum, & *à n.* 42. *cum ſeqq.*

Sed quando iſte tertius pro ſuo jure principali, independenti comparens in judicio moto inter actorem, & reum, velit eandem litem in eodem ſtatu recipere; an ſit admittendus poſtmodum latius erit videndum, *à n.* 62. *cum multis ſeq.*

Quare concludendum & inferendum erit, quod quando hic tertius comparens excludendo, non
41 comparet coram Ordinario, † dum tractavit de prima inſtantia intentata contra reum conventum; quia ſi tunc ſit ejus comparitio, admittuntur doctrinæ quas hactenus adſcripſimus, ex *dict. l. is à quo, ff. de re judicata.*

At ſi comparet coram judice appellationis & in alia inſtantia, cum ejus cauſa ſit diverſa, & omninò ſeparata, imò contraria, debet ad Ordinarium ejus cauſa remitti, ut hactenus latè probavimus.

Et ex identitate rationis erit affirmandum in judice † Delegato, cognoſcenſe inter reum & 42
actorem ex commiſſione ſubſcripta propria manu Sanctiſſimi, ut ſi coram eo hic tertius compareat, proponendo novam hanc actionem vel rei vindicationem contra reum ab alio jam conventum, omninò Ordinario remittendus eſt, quia novum eſt judicium, & nova inſtantia; atque diverſa ex ſuprà dictis omninò Ordinario per Senatum remittenda.

Et quia prima commiſſio contra reum à primo actore impetrata † non egreditur ejus perſo- 43
nam, nec ad aliam diverſam extenditur, *cap. P. & G. de officio Delegati, cap. dilecta, de reſcriptis*, cum concordantibus, & ita practicatur, & communiter tenetur, & ulterius ex dicendis clarius apparebit.

Quod ſecus eſt, quando tertius venit ad cauſam in eodem ſtatu, † & terminis, quia cùm tunc 44
in hujus cauſa detur connexitas cum lite pendente, de ea idem Delegatus vigore commiſſionis ſubſcriptæ poteſt ſimul cognoſcere, nec datur in Senatu remiſſio ad Ordinarium, prout abundè dicitur inferius à *n.* 54. *cum ſeq. & n.* 61. quia non dicitur in commiſſione omiſſum quod eſt connexum, incidens, aut conſequens, juxta Doctores plures citatos infra *n.* 70.

Nunc tractandum de ſecundo modo, quo comparet in judicium † tertius oppoſitor defenſurus 45
reum vel actorem, inter quos lis, ut ei aſſiſtat pro ſuo intereſſe, in quo quidem tertio omnia in contrarium repetenda ſunt ejus oppoſitoris, qui pro principali ſuo jure independenter comparet: namque ille defenſurus reum vel actorem omninò tenetur cauſam eodem ſtatu proſequi, quo erat tempore, quo comparuit, de quo eſt text. expreſſus *in cap. ut lite pendente, lib.* 6. ibi: *Sanè ſi ad defenſionem ipſius litis aliqui, quorum intererit, petierint admitti, eos in illo ſtatu, in quo ipſam invenerint, decernimus admittendos, &c.* Clement. *conſtitution. de electione.* Felinus *in cap. cum ſuper, num.* 15. *de re judicata.* Baldus Ancharranus, Peruſ. & Vantius, quos refert Covarru. *practic. cap.* 13. *num.* 1. & *cap.* 14. *nu.* 1. 2. & 3. Franchis *deciſ.* 261. & *deciſ.* 492. Hondedeus *conſil.* 25. *n.* 10. & 12. *vol.* 1. Anguiſola *conſ.* 62. Anna *conſil.* 97. *num.* 1. & *conſil.* 89. *num.* 1. Menochius *de arbitrariis, caſu* 10. & *conſil.* 212. *num.* 14. & *conſil.* 488. *n.* 5. Coſta, *de re integra, diſtinction.* 95. *n.* 4. 13. & 14. *de ſcientia & ignorantia, Centur.* 1. *diſtinction.* 57. *num.* 13. Cancerius *variarum reſol. lib.* 2. *c.* 16. *de tertio oppoſitore, num.* 5. Puteus *deciſ.* 175. *lib.* 3. Gaill. *lib.* 2. *obſervat.* 71. *num.* 1. Afflictis *deciſ.* 15. & *deciſ.* 235. & utrobique Urſillus, Trentacinquius *lib.* 2. *variar. tit. de judiciis, reſolution.* 16. *num.* 8. Surdus *deciſion.* 60. *num.* 6. & *deciſion.* 147. *n.* 6. Cavall. Milleloqui 983. Natta *conſil.* 99. *num.* 3. Cravetta *conſil.* 14. *num.* 4. Cephalus *conſil.* 202. *num.* 10. Ruginellus *de appellat.* §. 2. *cap.* 1. *num.* 47. Franciſcus Marcus *deciſion.*

...n. 4. & 164. *num.* 8. *& deciſion.* 161. *part.* ... Follerius *deciſion.* 1. *titul. de exceptionib.* Cavalcanus *deciſion.* 5. *num.* 32. *& deciſion.* 6. *num.* 6. *part.* 4. Scaccia *de appellationib. quæſt.* 17. *limitat.* 6. *membro* 4. *num.* 50. Fachineus *controverſiar. lib.* 1. *cap.* 5. Petrus Gregorius *de appellat. lib.* ... *cap.* 1. *numer.* 21. Magonius *deciſ. Lucenſ.* 96. *num.* 22. Cornaz. *deciſion.* 215. *num.* 8. Zevallos *commun. lib. contra commun. quæſtion.* 36. *num.* 2. Gratianus *deciſ.* 249. *num.* 6. Capiblanco *de Baron. pragmat.* 8. *numer.* 249. Cancerius *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 16. *de litis conteſtat. num.* 131. *&* 593. Amato *variar. reſolut. lib.* 2. *reſolut.* 86. *à num.* 63. Pereira *de emptione & vendit. cap.* 31. *numer.* 8. Gamma *deciſion.* 332. *num.* 1. adeò ut eiſdem terminis & defenſionibus iſte tertius coadjuvando, comparens obligetur, quibus & principalis, cui ſi præcluſa eſt via ulterius probandi, præcluſa etiam intelligitur huic tertio pro ſuo intereſſe dependenter comparenti, & aſſiſtenti, probat poſt plurimos Giurba *deciſion.* 1. *à n.* 24. *& ſeq. n.* 37. qui *n.* 28. ſi poſt concluſionem in cauſa compareat,
46 * denegatur in integrum reſtitutio ad pinguius probandum.

47 Eadem namque eſt inſtantia principalis, * & hujus tertii comparentis. Bartius *conſil.* 44. Tuſchus *tom.* 4. *littera I. concluſ.* 211. *& lit. T. concluſ.* 83 *num.* 20. Giurba ibi *num.* 27. *in fin.* quare & quandocumque iſte tertius compareat, ejus cauſa ad Ordinarium remittenda non eſt; ſicut nec principalis cujus defenſioni aſſiſtit, à qua regulatur omninò eius inſtantia, cum nec diverſa, nec ſeparata ſit, ſed adeò utriuſque con-
48 nexa eſt; * idemque ſit utriuſque judicium, & ut connexè cognoſcendum, & eadem ſententia terminandum ſit, ne continentiæ cauſa dividatur. Gail. *lib.* 1. *obſervat.* 70. *nu.* 2. Menochius *conſil.* 488. *num.* 5. *& conſil.* 421. *num.* 66. Cavalcanus *deciſion.* 5. *num.* 7. 26. *&* 57. *part.* 4. Franciſcus Marcus *dict. deciſ.* 76. *num.* 4. *part.* 1. Fabius Anna *conſil.* 97. *num.* 5. *& conſil.* 98. *num.* 3. *&* 4. & quod iſtorum cauſæ
49 ſint connexæ, & invicem dependentes, * & coram eodem judice tractandæ; probant poſt alios Petrus Barboſa *in l. venditor. à num.* 49. *ff. de judiciis.* Giurba *deciſ.* 1. *numer.* 30. ubi poſt
50 alios, quod iſti præjudicat res judicata * inter alios lata ratione hujuſmodi connexitatis & juris dependentis, ubi alios plures congerit effectus.

Tum quia tertius defenſurus veniens ad ju-
51 dicium diverſa perſona * à principali non eſt; ſed una eademque cum principali reputatur. Sardus *deciſion.* 174. *n.* 27. *& deciſion.* 335. *n.* 22. & veluti adminiculum quoddam, ut ex pluribus probat utrumque Giurba *deciſion.* 1. *ſub n.* 3. qui *à n.* 55. latè perſequitur quod iſte
52 tertius, * etiam citatus, ſi ſua putaverit intereſſe exceptiones dilatorias nequit opponere ex ſui perſona, nec declinatorias, & etiàm ſi Clericus ſit, & *n.* 36. quod nec ex hujus admiſ-
53 ſione tertii * defenſoris deterior in aliquo fieri poteſt actoris conditio, & *num.* 49. quia cauſam proſequi tenetur in eodem ſtatu abſque alia mutatione, aut præjudicio Ordinis judicialis inter actorem & reum hactenus ſervati, Covarru. *prax. cap.* 18. *ſub nu.* 3. *verſ. Ut ſummatim.*

Quare ſi iſte tertius compareat coram De-
54 legato * ex commiſſione in prima inſtantia manu Sanctiſſimi ſubſcripta contra eum impetrata, vel etiam coram judice appellationis à ſententia inter principales collitigantes lata, ejus cauſa nullatenus per Senatum remittenda eſt ad Ordinarium, cùm inter eum, & litigantem, qui aſſiſtit defenſurus, nulla ſit diverſitas, ſed potius connexitas, & eademmet ligatus inſtantia, ac propterea de ejus jure poteſt ſive judex appellationis, ſive quis aliàs Delegatus cum ſubſcriptione cognoſcere, nec per Senatum remittenda erit ad Ordinarium, ut ſuperiùs à principio hujus capit. latiùs deduximus, *& cap.* 8. *& cap.* 9. *hac* 2. *part.* quod apertius & magis in ſpecie ex ſequentibus apparebit.

Et in his terminis, quando judex Delegatus validè datur * ad cognoſcendum de cauſa mo- 55
venda contra emptorem rei, quod poſſit etiam cognoſcere de defenſione venditoris aſſiſtentis cauſæ, & comparentis pro ſuo intereſſe coadjuvando propter connexitatem & dependentiam, ſimultaneumque jus utriuſque; affirmativè reſolvitur, ex *cap.* 1. *de mutuis petitionib.* Afflictis *deciſ.* 227. *nu.* 2. Rebuffus *tom.* 3. *tit. de dilatione artic.* 5. *gloſſa unica, num.* 12. Cavalinus *de execution.* §. 3. *n.* 118. Petrus Barboſa *in l. venditor, n.* 191. *ff. de judiciis.* Guzman. *de evictionibus, quæſt.* 6. *n.* 57.

Et de hoc tertio oppoſitore comparente pro intereſſe ſuo coadjuvando * jus alterius litigato- 56
ris, intelligenda eſt Rotæ *deciſ.* 2. *de reſcriptis in antiquis.* Marcheſanus *de commiſſionib.* 1. *part. pag.* 207. *num.* 171. *in ultima impreſſione.* Auguſtinus Barboſa *de clauſul.* 92. *n.* 7. dum generaliter dicunt, quod coram judice Delegato in partibus admittuntur omnes, qui velint venire ad cauſam, dando de proprio eorum intereſſe, ex ſupra dictis.

Quæ tamen de hoc tertio venditore defenſore dicta ſunt, * limitabis, ut non procedant, 57
quando ante judicium inchoatum ab emptore compareat venditor, & petat in ſe transferri judicium, animo novandi actionem, hoc eſt, ut emptor ab ea omninò remaneat liberatus, nam tunc conſentiente actore, audiendus erit, eo tamen reluctante, nullo modo.

Sed ſi compareat eo tempore iſte defenſor *ante inchoatam litem cum emptore, non ani- 58
mo novandi actionem, & omnino liberandi ab ea, nec à judicio emptorem; ſed duntaxat petat mutari judicium cum eo agitandum, ut ſcilicet cum eo inchoetur, & non cum emptore: audiendus erit, dummodo ſe obliget, in re petita fiet executio, prout loquitur *l. ſed etſi leg.* §. *item, ff. de petit. hæredit. & l. planè, ff. familiæ erciſc.* & licèt hoc caſu actor reluctetur, tamen etiam invitus cogetur cum defenſore litem inchoare, de qua diſtinctione & interpretatione *dict.* §. *item*, latiſſimè & eruditè tractat Guzman *de evictionib. quæſt.* 6. *à n.* 8. *cum multis ſeq.*

Qui *à num.* 16. limitat hoc ultimum verbum, * quando actoris intereſt, aliquodque præten- 59
dit ſibi ex judicii mutatione præjudicium inferri, puta, quia emptor ſit facilior ad conveniendum, vel quod eo prætextu velit defenſor trahere cauſam ad forum, quia tunc non mutabitur judicium; vide omnino ipſum Guzman, quia latius & benè explicat.

Ad quam doctrinam videndus erit Petrus Barboſa *in l. venditor, à num.* 106. *cum ſeq. ff. de judiciis*, qui clarius explicat hos caſus, &

quod

quod venditor veniens poſſeſſorem conventum jam in judicio defenſurus, poterit in ſe judicium cœptum ſuſcipere actore etiam invito, quando tamen non omnino novandi, & liberandi poſſeſſorem principaliter conventum ab inſtantia & judicio cœpto in perniciem actoris id faciat, quod tunc velut procurator in rem ſuam ſit admittendus, quamplurimis Doctoribus relatis firmat Amato *variar. reſolut.* 2. *part. cap.* 86. *n.* 64. qui *num.* 65. multis citatis dicit, tunc actorem teneri, litem proſequi cum venditore, non cum emptore convento, quos conſule pro latiori explicatione.

Quare in caſibus, in quibus tertius defenſor
60 admittitur ad mutationem judicii, * neceſſariò conveniendus erit coram ſuo judice Ordinario, licèt emptor fuerit alterius fori, aut aliàs contra lapſum impetrata fuiſſet commiſſio, directa alicui judici Delegato propria manu Sanctiſſimi ſubſcripta, quia cùm mutetur judicium, omnino etiam mutari debet per conſequens & judex: vide Guzman *dict. quæſt.* 6. *à n.* 8. & ſarſum, quia ſufficit mihi ad illum & cæteros jam laudatos te remittere.

Et inſuper, quod commiſſio impetrata contra
61 aliquem * ſuffragatur etiam tertio veniendi ad cauſam in eiſdem ſtatu, & terminis, pluries determinavit Rota ut per Puteum *deciſion.* 385. *lib.* 1. Achillis *deciſion.* 2. *ut lite pendente*, & per Alexandrum Ludoviſ. *deciſ.* 94. *num.* 3. & 5. uti ita fuiſſe dictum per Rotam *in alia Bononien. de Pontinulo*, 22. *Martii* 1574. coram Robuſterio, eodem modo ac ſi veniens defenſurus in eadem commiſſione ſubſcripta fuiſſet nominatus, ita ut Delegatus non egeat alia nova commiſſione, tenet per Rotam Marcheſanus *de commiſſionibus quando tertius ad cauſ. admittat.* 2. *part. cap.* 6. §. *unico*, *n.* 7.

Sed quid dicendum de priori genere oppoſito-
62 rum, quando ſcilicet, * non defenſurus comparet, ſed excluſurus potius litigantium jura, an iſte, ſi velit, poſſet quandocumque compareat pro jure ſuo principali, & independente, aſſumere cauſam inter actorem & reum pendentem in eodem ſtatu, quo erat tempore ſuæ oppoſitionis, ac ſi fuiſſet tertius defenſurus; ſit ne admittendus, & audiendus? In quo ſi aliquorum Doctorum loquendi ſtylum attendamus, videntur ſanè affirmare, poſſe cauſam aſſumere eo quo comparet ſtatu, illamque proſequi, ut apparet ex Covarruv. *practican. cap.* 14. *n.* 3. *ad fin.* dum loquendo de hoc tertio comparente lite jam pendente inter actorem & reum, ita ait: *Et tunc non tenetur hic tertius litem admittere eo in ſtatu, quo verſatur, &c.* Per quem, & per alios plures Doctores eodem loquendi modo utitur Giurba *deciſ.* 1. *num.* 32. ubi: *Ubi nec tenetur hic tertius cauſam in eo ſtatu aſſumere quo inter ipſos duos erat, cui medius ipſe incidat, &c.* Ex quibus quidem videtur inferendum, quod in ſua facultate conſiſtit, cauſam eo aſſumere ſtatu præſenti.

Quod quidem veriſſimum eſt, pro cujus ta-
63 men declaratione * breviter advertendum, quod iſte tertius comparens excludendo, & pro ſuo jure principali, & independente potest duplici via in judicium comparere, vel proponendo noviter jus ſuum, & cauſam committere, tanquam in prima inſtantia, & tunc demum cum eo lis initiatur, juxta ea quæ à principio hujus capituli diximus, cùm acta jam inter actorem & reum geſta illi non nocent, nec proſunt, Rota *deciſion.* 98. *n.* 1. *part.* 1. *in recent.* Beltraminius *in annotation. ad deciſionem* 29. *n.* 3. Alexand. Ludoviſ. Seraphin. *deciſ.* 1241. Mareſcotus *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 15.

Vel iſte tertius comparet proſequendo litem in-
64 ter alios cœptam, * & ab eius ſtatu cauſam aſſumit, & continuat faciendo diligentias, quæ ſtatum litis ſequuntur, vel appellando, aut dicendo de nullitate actorum, vel ſententiæ; & tunc hoc caſu facit acta & ſententias ſuas aliique nocent, vel proſunt, ut latè fuiſſe dictum *in cauſa Cortubei ſi ſtatorum* 24. *Junii* 1590. coram Cardinal. Seraphino, teſtatur Mareſcotus *variarum reſol. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 15. & 16. & vide *ad n.* 13. ubi Rotæ deciſio Alexandri Ludoviſii *deciſ.* 259. *per totam*, ubi Beltraminius latè proſequitur hunc articulum.

Et quod iſte tertius, qui venit ex proprio jure
65 independenter * à jure litigantium, habeat electionem, an velit comparere prout in prima, hoc eſt, ut cum eo initiatur novum judicium & lis: vel inter actorem & reum jam motæ ſtatu præſentem aſſumere, & ab hinc proſequi, ita ut acta geſta ſibi proſint & noceant, ultra citatos in his terminis probant Rota *in una Hiſpalen. decimarum* 26. *Martii* 1607. coram Alexand. Ludoviſ. quæ eſt *deciſ.* 303. Beltraminius *in addit. deciſ.* 259. *num.* 4. ubi latè, & benè facit Hondedeus *conſil.* 255. *num.* 22. & 23. *lib.* 1. Joſephus Ludoviſ. *deciſ. Peruſina* 26. *n.* 25.

Et eſt deciſio Coccini 144. *num. fin.* in hæc:
66 *Nec facit quod tertius * veniens ad cauſam debet venire in ſtatu cauſæ: quia eſt in facultate tertii venire adhærendo, & tunc illud proficiet vel inchoando novam judicium, ut in caſu iſto, & tunc poteſt venire prout ſibi placeat*, Caſſiodorus *deciſion.* 1. *num.* 9. *verſic. Item in pubertate de exceptionibus.* Afflictis *deciſ.* 235. *num.* 6. Abb. *in cap. cum ſuper*, *n.* 627. *de re judicata*, &c. Quæ deciſio ex his dictis declaratur, plures aliæ adſunt ſimiles deciſiones apud Marcheſanum *de commiſſionib.* 2. *part. cap.* 6. *de commiſſionib. quando tertius ad cauſ. admittat.* §. *unico*, *n.* 37. *cum ſeq.* ubi latè de hac duplici via comparendi, & de utriuſque effectibus, & ad finem ejuſdem §. plures recenſet deciſiones Rotæ ad litteram; de quo etiam videndus inferius *à n.* 7. *verſ. Noſtra hactenus*, *uſque ad finem hujus cap.*

Et de hac duplici via veniendi ad judicium in-
67 ter alios motum, * ultra citatos videndus Seraphin. *deciſ.* 906. *ſub num.* 1. & Rota *in montis Regalis juriſdict. Julii* 1602. coram Cardin. Merlino impreſſam penes Marcheſan. *de commiſ.* 2. *fol.* 265.

Et quod tertius appellans à ſententia, vel di-
68 cens de nullitate * ſententiæ facit ſuam illam ſententiam, & omnia acta per prius geſta, ultra Mareſcotum *ubi ſupra*, probat Achilles *deciſ.* 12. *de appellat.* Puteus *deciſ.* 71. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 98. *n.* 5. *part.* 1. *in recent.* & fuiſſe dictum *in dict. Montis Regalis*, impreſſa penes Marcheſan. & in eadem deciſione coram bonæ memor. Pennia impreſſa penes eundem Marcheſan. *to.* 2. *fol.* 267. Beltramin. *in annotat. ad deciſ.* 259. *n.* 3. & vide eandem deciſionem.

Quare de hoc tertio pro ſuo jure principali
exclusivè comparendo, * quando eligat viam proſequendi acta jam geſta, illaque in eodem

ſtatu

ſtatu aſſumendi; idem omnino judicandum erit, ac de eo, qui venit defendendo, & omnia de hoc dicta hactenus in illo repetenda erunt: etenim cùm efficaciter una eademque inſtantia connexè, judex appellationis, coram quo comparuit (quia hac via electa quandocumque comparere poteſt, ſicut alter defenſurus indiſtinctè) non tenetur illius cauſam remittere ad Ordinarium, nec Delegatus inter actorem & reum datus ex commiſſione propria manu Sanctiſſimi eandem remittere tenetur, nec per hunc Supremum Senatum mandabitur, ex hactenus latè deductis, & comprobatis, maximè *n.* 54. *& ſeqq.*

Et uterque caſus comprobatur, quia non dici-
70 tur in commiſſione omiſſum, * quod eſt connexum, incidens, aut conſequens. Bald. *in cap.* 1. *n.* 1. *de Capitaneo qui curam vendidit.* Curtius Junior. *conſil.* 239. *n.* 40. *vol.* 3. Felinus per plura exempla *in cap. tranſlato de conſtitutionibus.* Hippolytus *in rubrica de fidejuſſoribus, à n.* 215. *uſque ad n.* 219. Patianus *de probationib. cap.* 26. *n.* 43. *lib.* 10. optimè Joan. Baptiſta Leonelus *de ſubreptione reſcript. quæſt.* 18. *art.* 7. *&* 8. Narbona *in l.* 20. *gloſſa* 22. *lib.* 4. *tit.* 1. *à n.* 34. *uſque ad* 42. *tom.* 3. *Recop.* & quia multa licent per ſequelam, & acceſſionem.

Noſtra hactenus veriſſima reſolutio, nempè
71 tertium venientem ad cauſam * pro ſuo proprio jure non alium defenſurum poſſe dupliciter comparere, vel ut in prima: ut noviter lis cum eo agitetur vel in eodem ſtatu, quo ultimo faciat omnia acta inter alios, & ſententias ſuas: uno & ſingulari modo limitatur, nempè quando iſte
72 tertius comparuit re jam judicata, * vel tranſlata ſententia in rem judicatam; nam tunc iſte tertius ſic comparens pro ſuo jure independenti, & principali, proprio & perſonali in eodem ſtatu & terminis, & appellans ſimul intra tempus à ſententia, aut dicendo de nullitate actorum, licèt illa ſententia faciat numerum quoad ſe, putà quia vel prima ſit, vel ſecunda duas, vel unam aliam inſtantiam nihilo minus habere cenſeatur, prout March. 2. *part. cap.* 6. *quando tert. ad cauſ. adm.* §. *unic. n.* 36. *& ſeqq.*

Ac ſæpè determinavit Rota in deciſ. ſtatim
73 referendis, * quibus ratio redditur, quia ſic & hoc tempore comparens appellans, & dicens de nullitate, non videtur accipere ſtatum cauſæ, & ſententiæ cum illa qualitate tranſitus in rem judicatam, cujus intentio colligitur ex appellatione interpoſita: ad quid enim appellat niſi eo animo, ut iterum audiatur ſuper ſuo jure? Quia hoc repugnat intentioni ejus, qui petit ſe admitti ad effectum impugnandi dictam ſententiam, & tuendi, aut conſequendi jus à ſe
74 prætenſum. * Contraria enim ſunt, facere rem judicatam ſuam, & ſententiam impugnare; imò & admiſſio ad cauſam præſupponit eam adhuc durare, non autem extinctam penitùs eſſe. Itaque cùm ſua approbatio & conſenſus ſit limitatus, non niſi limitatè, & reſtrictè eſt accipien-
75 dus: * & quia conſenſus ſeu voluntas quæ inducitur, & colligitur ex facto alicujus, non extenditur ultra quod ex ipſo facto de neceſſitate infertur, latiſſimè comprobat Surdus *deciſ.* 33. *à n.* 9. *cum ſeqq.* ubi de variis doctrinis, abundè etiam Carleval. *de judiciis diſp.* 2. *à n.* 381. *fol.* 171. *n.* 992. *fol.* 420. & eſt text. *in l. fin. C. ne uxor pro marito.*

Ut ſecus ſit, quando iſte tertius ſimpliciter admitti petit in eodem ſtatu, * nullam deſuper 76
appellationem prorumpens, quo caſu approbare cenſetur ſententiam cum qualitate tranſitus in rem judicatam; hanc diſtinctionem pluries ſequuta fuit Rota validis comprobans fundamentis, ut apud Seraphinum *deciſ.* 397. *per tot.* Achillis *deciſ.* 13. *de appellat. & in una Cordubenſ. ſtatutorum*, 24. *Januarii* 1590. coram Seraphino, qua ampliſſimè ſupra dictæ rationes recenſentur, quam & plures alias ad idem recenſet Marcheſanus *de commiſſionib.* 2. *part. cap.* 6. *de commiſſionib. quando tertius ad cauſam admittatur.* §. *unico poſt eundem* §. *fol.* 153. quæ deciſio apud eundem eſt in ordine 2. quam etiam diſtinctionem *per totum* §. amplexus fuit, & ſimul inſeruit praxim Curiæ Romanæ ſuper modo expediendi has commiſſiones, quando nempè tertius pro ſuo jure principali comparet, ſive in eodem ſtatu, ſive ut in prima, ut denuò cum eo cauſa agenda ſit à prima inſtantia.

Quantum autem ipſe Marcheſanus, ibidem ad-
verſit, * ſolere Romanam Curiam hujus cau- 77
ſam tertii remittere ad eundem judicem Delegatum, qui de cauſa coram ſe mota & pendente inter alios cognoſcit; cautè legendus erit. Etenim in Hiſpania (ubi Concil. Trident. ad unguem obſervatur, & obſervari facit Rex noſter) non ita indiſtinctè admittitur * illa com- 78
miſſio; ſed juxta potiùs diſtinctionem hactenus à Nobis comprobatam in diſcurſu hujus capitis. Etenim ſi iſte tertius comparet pro ſuo proprio jure independente à jure litigantium à quo (ut diximus) nova inſtantia (quæ cum eo prima eſt) lis movetur, ac propterea, vel commiſſio ſubſcribenda eſt propria manu Sanctiſſimi, ne repugnet formæ, & diſpoſitioni *cap. cauſæ omnes*, vel per Senatum ad Ordinarium cauſa iſta remittenda.

At ſi iſtemet tertius comparens eligendo aliam
viam in eodem nempè ſtatu, * tunc cùm adſit 79
cauſarum connexitas, ſua nova commiſſio alia ſubſcriptione non eget, prout abundè comprobatum fuit hactenus.

Et tandem animadvertendum erit obiter aliud,
ſcilicet, quod colligitur ex Rotæ *deciſ. in una* 80
mentis Regalis juriſdictionis, 1. *Julii* 1605. coram Pennia in fin. adducta per Marcheſanum *de commiſſionib.* 2. *part. cap.* 6. *de commiſſionib. quando tertius ad cauſ. admittat. poſt* §. *unic.* quam ſecutus fuit doctrinam Marcheſanus ipſe ibidem, *in dict.* §. *unic. n.* 29. quod iſte tertius pro jure ſuo principali poteſt comparere, & admitti coram eodem judice Delegato, cui cauſa principalis inter alios mota fuit commiſſa, nempè virtute clauſulæ (*quam & quas*) in commiſſione inſerta, ut tunc, in Hiſpania hoc locum habet, * quando 81
dicta clauſula fuit appoſita in commiſſione ſubſcripta propria manu Sanctiſſimi, quia aliter dictam clauſulam (*quam & quas*) quoad negotia ſeparata & diverſa, requirentiaque primam inſtantiam, amittere hodie ſuos juris communis antiquos effectus, apertè monſtramus, & validiſſimè comprobamus hac 2. *part. cap.* 32. *per totum*, quo te remittimus, pro latiori cognitione.

CAPUT

CAPUT XIV.

In Judiciis mixtis, juribuſque connexis commiſſionem manu Sanctiſſimi non ſubſcriptam contra reos exiſtentes ſub diverſis Ordinariorum diſtrictibus impetratam, an Senatus retineat, & cauſam ſingulis Ordinariis remittat?

Et quid ſi à Nuntio Apoſtolico, etiam contra exemptos, hæc manaverit commiſſio?

SUMMARIUM.

1 *Cauſa communis, mixta, ſeu connexa quæ commodè non ſeparatur, ut in exemplis coram eodem judice tractatur, ne continentia ejus dividatur.*

2 *Defenſionis cùm inter omnes eſt unica cauſa, ne ſequatur abſurdum, ut diverſæ ſententiæ, aut contrariæ ferantur, ab uno judice cognoſcitur.*

3 *Connexitas in jure inducit inſeparabilitatem.*

4 *Continentia cauſæ ex quibus rationibus non dividitur, ſed coram uno judice tractari debet.*

5 *Clerici, & laici ſimul conventorum ut hæredum unius cauſam coram uno judice, nempè Eccleſiaſtico erit tractanda.*

6 *Etiamſi unus ex pluribus conventis ſit Clericus dumtaxat.*

7 *In cauſa individua & communi, ſocius non privilegiatus gaudet privilegio fori ſui conſocii.*

8 *Secus ſi cauſa ſit individua inter ſocios habentes jus communiter.*

9 *In cauſa individua ſi unus ex ſociis eſt Clericus, tota devolvitur ad judicem Eccleſiaſticum.*

10 *Contra plures ſi agatur duplicibus judiciis familiæ erciſcundæ, tutelæ aut curæ, &c. Et unus ſit Clericus coram judice Eccleſiaſtico, conveniuntur ratione connexitatis judicii.*

Provocati ad duplicia judicia ſunt rei, & provocans actor, ib.

11 *Diviſio hæreditatis facienda inter cohæredes provocatos, ſi unus ſit Clericus, ad unum judicem, nempè Eccleſiaſticum pertinet.*

12 *Redditio rationis tutelæ, curæ, vel alterius adminiſtrationis eſt individua, quæ nullam ſeparationem recipit.*

13 *Actio tutelæ, & negotiorum geſtorum dicitur cauſa continens, inſeparabilis, & indiviſibilis.*

14 *In judiciis mixtis commiſſio impetrata contra plures conveniendos, ſub diverſis ordinariorum diſtrictibus degentes, non indiget ſubſcriptione manus Sanctiſſimi, nec in Senatu retinetur, ſed parti traditur, ut illa utatur coram ſuo Delegato.*

15 *Ratione cauſæ indiviſibilis omnes rei diverſorum fororum ſunt conveniendi coram uno judice omnium ſuperiore.*

16 *Adminiſtratores plures ejuſdem tutelæ loco unius ſunt, & ſimul reddere tenentur rationem.*

17 *Concil. Trid. non ſuſtulit legitimos modos, ex quibus de jure communi licitè receditur ab Ordinario in prima inſtantia.*

18 *Protectio Concilii præſtatur à Rege ob bonum publicum, ne litigantes extra Provincias ſuas cogantur ire.*

19 *Reipublicæ majus infertur damnum cauſam inſeparabilem coram diverſis judicibus tractando.*

20 *In judiciis mixtis unus omnium eſt finis, & omnes unius loco habentur, & eiſdem perſeverat officium eorum.*

21 *Actio tutelæ, & adminiſtrationis, ſicut eſt individua reſpectu adminiſtratorum, ita & hæredum ipſorum.*

22 *Omnium cauſa coram uno judice, & Eccleſiaſtico tractatur.*

23 *Redditio rationis promiſſa à defuncto, cum ſit in originale individua, ita inter mille hæredes ejus conſervatur, qui omnes in ſolidum tenentur.*

24 *Obligatio rationis reddendæ continet factum, quod in ea deductum eſt individuum.*

25 *Rei quandoque conjunguntur ratione indiviſibilis inſtantiæ, ut in Clerico, & laico obligatis in ſolidum.*

26 *Commiſſio in judiciis mixtis contra plures conſortes impetrata, etiam non ſubſcripta ſingulis eorum, non remittitur Ordinariis.*

27 *Quod procedit, etſi omnes conveniendi ſint Clerici, aut Religioſi, ſive omnes laici, & aliqui Clerici diverſi fori, quia coram ſuperiori Eccleſiaſtico omnes ſimul licite conveniuntur.*

28 *Clerici & laici ſimul delinquentium cauſa inter ſuos judices dividitur ex obſervantia communi ſecus ea ceſſante.*

29 *Commiſſio in judiciis mixtis obtenta à Nuntio contra conveniendos ſub diverſis Ordinariorum diſtrictibus degentes, per Senatum traditur parti, ut coram Delegato ea utatur.*

30 *& ſeq. Nuntius in judiciis mixtis contra reos exemptos validè expendit commiſſionem in primæ inſtantia.*

31 *Nuntius Hiſpaniæ datur à Sede Apoſtolica cum poteſtate Legati de latere.*

32 *Nuntius cum poteſtate Legati cuncta, quæ iſte poteſt, & ipſi commiſſa intelliguntur, niſi aliter per ſecretam inſtructionem ſua limitetur poteſtas.*

33 *Legatus de latere cognoſcit de cauſis exemptorum.*

34 *Cognitio de exemptis eſt de reſervatis Sede Apoſtolicæ, quam repræſentat Legatus à latere.*

35 *Papa eximendo ab Ordinario, non cenſetur eximeri à poteſtate Legati à latere.*

36 *Inter plures reos conveniendos in actionibus mixtis, ſive Clericos, ſive laicos, ſi adſit exemptus, Nuntius, uti omnium ſuperior Eccleſiaſticus, licitè expedit commiſſionem in prima inſtantia, per Senatum non retinendam.*

37 *& ſeq. Eraſmi à Cochier opinio falſa oſtenditur, dicentis quod Nuntius habens facultatem cognoſcendi de appellationibus à Delegatis Papæ ad Sedem Apoſtolicam interpoſitis, non poſſit cognoſcere de emiſſis à Conſervatoribus exemptorum.*

38 *Conſervator magis accedit ordinariæ juriſdictioni.*

39 *Nuntii principalis poteſtas eſt circa appellationes ab Ordinariis emiſſas, & propterea circa interpoſitas à Conſervatoribus loco Ordinariorum habitos.*

QUando cauſa communis, mixta ſeu connexa, * quæ commodam diviſionem non recipit, ut in judiciis mixtis familiæ erciſcundæ, communi dividundo, finium regundorum, adminiſtrationis, tutelæ & curæ, & aliis variis exemplis in diſcurſu videndis; coram uno, eodemque judice omninò erit tractanda, ne ejus continentia dividatur, text. eſt *in l.* 1. *&* 2. *ff. de quibus rebus ad eundem judicem eatur, l. nulli, C. de judiciis, cap. per tuas de arbitris*, & text. argument. *in l. ſi communes, ff. quemadmod. ſervit. amittant. l. ſi aliena, ff. de ſolutionib.* cùm ſit inter omnes unica, * eademque cauſa defenſionis, & ne ſequatur abſurdum, ſi in una, eademque cauſa variæ ſententiæ proferantur, & interdum contrariæ; ita latè concludit Socinus *conſil.* 12. *nu.* 17. *lib.* 1. *& conſ.* 82. *col. ult. verſ. Nona concluſio, lib.* 3. poſt B. *in l. præcipimus*, 32. §. *eodem obſervando, in fine*, & ibi etiam Bald. *in fin. C. de appellationib.* idem Bartol. *in lib. ſi ſolent.* 3. *num.* 14. *in fin. ff. de alimentis, & cibariis legatis.* Alexand. *conſil.* 122. *num.* 16. *in fin.* & ibi additio, *in verbo, uterque lib.* 4. Marſil. *ſingular.* 18. *à plura numer.* 2. *cum ſeq.* Boſſius *de foro competent. num.* 146. Covar. *practicar. quæſt.* 36. *num.* 1. *&* 2. & eſt concluſio ab omnibus approbata, quam multis exemplis comprobat Decianus *in præxi lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 44. *fol.* 158. Farin. *quæſt.* 8. *num.* 151. Gregorius Natta *in cap. quamvis, à num.* 298. *uſque ad num.* 311. *de pactis, in* 6. *tom. fol.* 226. Petrus Surd. *conſ.* 22. *num.* 3. *lib.* 2. *& de alimentis, tit.* 9. *quæſt.* 14. *num.* 2. *&* 3. Neviſanus *in Sylva nuptial. lib.* 6. *à num.* 38. *uſque ad num.* 44. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 641. *per totum, lib.* 4. ubi mirabiliter Mieres *de majorat.* 1. *part. quæſt.* 36. *n.* 109. & videnda plura conducibilia, *à num.* 96. latè etiam Caſtellus *controverſ. tom.* 6. *cap.* 165. *à num.* 47. *& ſeq.* Maſtrillus *deciſ.* 269. *per totum.* Robadilla *lib.* 2. *c.* 17. *à num.* 90. *cum ſeqq.* Gutierrez *practic. lib.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 9. & plures alii citandi, connexitas enim cauſarum in jure noſtro * inducit inſeparabilitatem, *l. eum actum*, 18. *ff. de negotiis geſtis, l. cognitio*, 18. *cum lege ſeq. ff. de liberal. cauſa*, & ideo ſimul judicari, & terminari debent, pro evitando abſurdo, * & inconvenienti ex ſeparatione continentiæ, connexitatis, aut communis cauſæ orto, cùm ut diximus, poteſt contingere, ut ex iiſdem meritis cauſæ contrariæ ſententiæ proferantur contra authoritatem rerum judicatarum, & Tribunalium judicantium: tùm etiam quia ſalubrius eſt, ne lites multiplicentur; & partes ſuper eadem cauſæ continentia, & connexitatem habentis per diverſa Tribunalia vagentur tanto earum diſpendio, atque denique ex eo quod magis inſtructus, & informatus de omnium juribus unus & idem judex poterit melius juſtiuſque judicare de principali, & connexis, quàm ſeparatim per diverſos, atque ideò legitimè oportet, ut unus & idem judex de utroque cognoſcant, ut probant ultra jam relatos DD. doctè Leonelus *in tract. de ſubreptionibus reſcript. q.* 28. *à num.* 7. *&* 8. *per totum.* Caſar Roginellus *ad ſtatuta Mediolanenſ.* §. 6. *gloſ.* 1. *cap.* 1. *num.* 16. Gail. *obſervat.* 255. Giſanus *ad l.* 1. *C. de ordin. judicio.* Adrianus Neguſan. *quæſt.* 360. *à num.* 25. Menochius *de arbitr. lib.* 2. *cap.* 23. *& cap.* 26. Alciatus *lib.* 1. *Parergon. cap.* 9. idem Gail. *lib.* 1. *de pace, cap.* 6. Gilquenius, & Sichard. *in l. nulli, C. de judiciis.*

Hinc eſt, quod cùm fuerint conventi Clericus & laicus * tanquam hæredes unius defuncti, cauſa non dividitur, ſed coram uno Judice erit tractanda in Rota, ſcilicet, vel alio judice Eccleſiaſtico competente, tanquam magis digno, ut teſtatur Gratianus in his terminis ex multis Doctoribus modò citatis *in dict. cap.* 641. *num.* 1. *&* 2. ubi cum Deciano, Farinacio, Georgio Natta, Neviſan. & aliis dicit opinionem ab omnibus receptam, & eſt deciſio Rotæ apud Seraphinum 958. ubi loquitur de fratribus Aldobrandinis, * qui omnes fuerunt remiſſi ad judicem Eccleſiaſticum, quamvis eſſent laici, cum unus ex eis eſſet Clericus & auditor Rotæ, licèt etiam ageretur de bonis patrimonialibus, cùm reſpectu fori nulla ſit facienda diſtinctio, & ipſe Gratianus *diſceptat. tom.* 1. *cap.* 115. *num.* 8. ita inquit: *Quemadmodum dicimus de ſocio habente privilegium fori, * quia ejus cauſa erit tractanda coram Eccleſiaſtico, etiam quoad alios ſocios non habentes illud privilegium, quando eſt communis, & individua* Bald. *in l. præcipimus*, 32. *in fine. C. de appellationibus.* Socinus *conſil.* 82. *ſuper quæſtionibus, col. ultima, in princip. num.* 10. *verſic. Nona concluſio, lib.* 3. Aretinus *conſil.* 25. *viſo themate, col. fin. Circa ſecundum.* Covarr. *practic. quæſt. cap.* 34. *col.* 2. *num.* 2. *verſ. Quòd ſi contingat.*

Et id ipſum voluit Gutierrez *lib.* 1. *quæſt.* 19. in hæc: *Non obſtant fundamenta adducta pro contraria opinione, quia ipſa loquuntur, & procedunt in rebus, & cauſis connexis, individuis & inſeparabilibus; Nos verò agimus de dividuis. Quare ſi eſſemus in cauſa individua, * communi, ita quidem ut nulla poſſet congrua diſtinctio, nec diviſio fieri inter ſocios, quorum alter fortiri fori privilegium haberet, tunc tota cauſa etiam quoad ſocios non habentes privilegium, eſſet tractanda coram judice illius, qui fori privilegium haberet, ut ex dict. l. communem, ff. quemadmodum ſervit. amittant. annotarunt varia exempla fingentes plures relati à Covar. ubi ſuprà dict. num.* 2. *&c.* quem ſequuntur Caſtellus *controverſ. tom.* 6. *cap.* 165. *ſub num.* 47. & Maſtrillus *deciſ.* 269. & iterum ipſe Gutierrez *lib.* 3. *cap.* 30. præcipuè *à n.* 48. Marta *de juriſdiction. part.* 4. *Centur.* 2. *caſu* 118. *per totum*, & ipſe Marta 2. *part. cap.* 1. *n.* 20. Petrus Surdus *de alimentis, tit.* 9. *num.* 3. ibi: *Item in cauſa individua, * ſi unus ex ſociis eſt Clericus, tota cauſa devolvitur ad judicem Eccleſiaſticum, ut poſt multos à ſe adductos ponit Matheſilanus, &c.*

Et ex hac cauſæ connexitate, ejuſque continentia indiviſibili deducitur, * quod ſi agendum ſit contra plures duplicibus judiciis videlicet, familiæ erciſcundæ, communi dividundo, aut finium regundorum, vel contra plures tutores, & Curatores eorundem tutelæ, & Curæ, inter quos adeſſet aliquis Clericus ex cauſa prædicta, cum ſemper ſit adeundus unus judex (contra provocatos, qui procul dubio rei ſunt, & provocans actor, *ex l. in rebus, ff. de judiciis*, Romanus *conſil.* 217. *n.* 1. Aſſidis *deciſ.* 268. *in fin.* Decius *conſil.* 487. *n.*

10. *in princip. & consil.* 668. *in fin.* Caputaq. *dec.* 11. *num.* 1. *p.* 2. Rora ut per Farinac. *in posthumis, to.* 1. *decision.* 213. *n.* 3. & probant omnes hactenus allegati Doctores, & allegandi, & alibi passim) is debet esse Ecclesiasticus tam adversus laicos, quàm adversus Clericos, prout in aliis causis, & casibus, in quibus talis remissio est facienda ad eundem judicem Ecclesiasticum, juxta *cap. si judex laicus, de sentent. excomm. l.* 6. ita in his terminis probat eleganter Socinus *in cap. prudentiam, el* 2. *col.* 23. *post medium, vers. Et ex prædictis ego infero, n.* 30. *in fin. sallentia* 8. *de mutuis petitionibus*, quem sequuntur Felinus *in cap.* 1. *column. c. ad fin. versic. Et ultimatè adeò gustat, n.* 7. *ad medium, de præscription.* ubi dicit esse importantissimum, & ab alio non tactum, quod etiam refert & notat Thomas Ferrar. *cautela* 10. *incipit, si contingat plures laicos*, sequitur etiam Gratianus *in disceptat. forens. to.* 4. *cap.* 161. *à n.* 5. *& seqq.* Mastrillus *dict. decis.* 269. Castillo *in controvers. to.* 6. *c.* 165. *sub n.* 47.

Et quod quando Clericus & laicus sunt hæredes
11 instituti, * & inter eosdem facienda est divisio, si inter provocatos adest Clericus, ut ad eundem judicem Ecclesiasticum, scilicet, causa pertineat; probat *B. in l. solent, in penult. col. ff. de aliment. & cibar. legatis.* Marsil. *in repetition. rubric. ff. de fidejussor. n.* 152. quos sequitur Graffis *de effectib. Clericat. effectu* 1. *n.* 520. quia cum causa sit indivisibilis, eò quòd divisio hæreditatis cum omnibus fieri simul necesse est: ideo ad unum judicem recurrendum, ne causæ continentia dividatur, vide Morchecum *de divis. bonor. l.* 1. *cap.* 3. *n.* 7. *& à princip.* Valascum *de partition. cap.* 7. qui alios referunt.

Est enim extra dubium, quod causa redditio-
12 nis rationem administratæ tutelæ, * & curæ, alteriusve administrationis nullam recipiat divisionem, sitque omninò individua, Bald. *in l. plures*, 6. *n.* 17. *in fin. col.* 5. *ad med. vers. Item si iste vellet reddere rationem. C. de conditionibus insertis.* Menoch. *de arbitrariis, casu* 209. *n.* 31. Roland. *consil.* 81. *n.* 36. *l.* 1. Atque etiam in specie quod
13 actio tutelæ, & curæ, * & negotiorum gestorum dicatur causa continens, inseparabilis, & indivisibilis; probant Glossa *in l. nulli, in verbo, continent. C. de judiciis*, ubi Angel. *in princip. versic. Et scias*, Jas. *num.* 3. *versic. Secundo dicuntur.* Albericus *ante fin. vers. Item ubi est identitas personarum, & actionis.* Sicard. *num.* 6. *versic. Secundo dicitur causa, col.* 1. *post princip.* Decian. *consil.* 99. *n.* 10. *versic. Vel & tertio ratione actionis, l* 2. Afflictis *decision.* 354. *n.* 13. *in principio, vers. Tertiò, ubi est identitas personarum.* Menochius *de arbitrariis, casu* 371. *n.* 10. *vers. Secundum exemplum.* Gratianus *discept. to.* 4. *cap.* 641. *à n.* 8. *& seqq.* sequitur Castillo *controversiar. to.* 6. *cap.* 165. *sub n.* 47.

Ex qua quidem doctrina abundè comprobata,
14 * ut ratione connexitatis, & causæ continentiæ ipsa nullatenus dividatur, sed in prælictis actionibus, & judiciis mixtis ad eundem unum judicem pertineat. sequitur manifestè quoad propositum nostrum, quod si in his actionibus, & judiciis mixtis contingat, quod rei conveniendi sint diversis Ordinariorum districtibus, diversisque Ordinariis subjecti, cùm causa ipsa coram omnibus tractari divisim nequeat, recurrendum sit ad Superiorem omnium qui de tota causa cognoscat; sicque è Romana Curia commissio ad hos reos conveniendos impetrata non indigeat subscriptione manu propria Pontificis, cùm jure communi & Canonico hoc casu licitè permittatur Ordinarios omittere.

Nam quando agitur ad eundem finem, & sumus
in pluribus * reis ejusdem causæ etiam subjectis 15
diversis jurisdictionibus, pluribusque, & diversis judicibus: processus erit tractandus coram uno omnium judice superiore propter eandem, & indivisibilem causam, commodamque divisionem minimè patientem: docet Bartol. *in l. omnes, C. arbitrium tutelæ*, cum aliis adductis à Minsinger. *observation.* 4. *n.* 2. *centur.* 1. & ex text. in specie loquens de tutoribus *in l.* 2. *de quibus rebus ad eundem judicem eatur*, ubi Glossa *in verbo, mittuntur, in fin.* notat quod debent omnes simul reddere rationem tutelæ administratæ, cum loco unius sit, † juxta *l. si quis ex argentariis*, 6. §. 1. 16
in fin. vers. Nam etsi plures tutores, ubi gloss. in verbo, edere, ff. de edendo, & comprobat etiam Bartol. *in l.* 2. *ad medium, C. de quibus rebus ad eund. judic. eat.* ubi, quod ita practicavit Sebastianus Macis *in litem, in l.* 2. *eodem tit.* ubi etiam allegat Mindanum *in tractatu de continent. causæ, c.* 2. *n.* 2. probat etiam Gratianus (ubi eleganter) *discept. forens. to.* 4. *c.* 641. *à n.* 11. 12. & 13. *cum seq.* quem etiam referens sequitur Castillo *controvers. to.* 6. *c.* 165. *sub n.* 47. ubi ad litteram ejusdem verba recenset. Igitur omni modo fatendum erit, Senatum non posse hujusmodi causam (etiamsi propria manu Sanctissimi commissio non sit subscripta) Ordinario remittere; cùm ex ea nullatenus percutiatur prima ejus instantia, cùm jure communi permittente licitus reddatur recessus.

Certi namque juris est dispositionem Concilii
Trid. *session.* 24. *de reformat. cap.* 20. † non sustu- 17
lisse casus legitimos, quibus quis ex juris communis dispositione licitè potest ab Ordinario in prima instantia discedere, probant Leo *in Thesauro fori Ecclesiastici*, 2. *p. cap.* 1. *n.* 75. Novarius *in novi juris Pontific. practica conclusion. cap. de causis primæ instantiæ, conclus.* 1. *aliàs* 54 *n.* 31. Augustinus Barbosa *de potestat. Episcopi, allegat.* 81. *n.* 14. *to.* 2. & Nos *de Regia protect.* 2. *part. c.* 17. *n.* 14. Gratianus *discept. forensibus, tom.* 5. *c.* 937. *à n.* 15. & ex aliis, ac etiam ex declarationibus Cardinal. Sacræ Congregationis latiùs probavimus hac 2. *part. cap.* 5. *num.* 8. *cum seqq.* & ferè per totum cap. & §. Ergo cùm casus hic sit de exceptis, ac minimè comprehensus in prædicto Concilii Decreto; sequitur, ut nullo modo horum causa ad Ordinarium remittenda sit.

Deinde quoniam cùm protectio Concilii præs-
tetur † ob bonum publicum, ex iis quæ latè hac 18
2. *part. cap.* 1. & 1. *part. cap.* 1. & in specie *cap.* 3. *& seqq.* ne litigantes extra suas Provincias litigare cogantur; & longè majus damnum infertur Reipublicæ † ex eo, quod super eadem actione indivisi- 19
bili causa diversis Tribunalibus tractari permittatur, cùm propter bonum publicum dispositum sit, ne continentiæ causæ dividantur, ut quam primum lites finiantur, & ne contrarias sententias circa unammet actionem, eandemque detensionem ferri contingat, & hoc ultra favorem litigantium simul concurrentem ne frustrentur novis impensis, & novo labore à novum judicem instruendum, juxta *l. nulli prorsus*, 10. ubi Jas. *n.* 2. & 4. *C. de judiciis*, Glossa *in cap. ult. verbo, favor proprietate, eodem tit. & in cap.* 1. *de restit. possessionis & proprietate.* Menochius *de arbitror. casu* 731. *n.* 2. & 9. Ignæus *in repetit. l. necessario*, §. *non aliàs*, *n.* 538. *ff. ad Syllanian.* Gratianus *discept.* 4. *c.* 641. *n.* 9.

20 Et quia in iſtis actionibus, & judiciis mixtis, * & connexis idem judicium eſt ferendum tanquam in ſeparabilibus, cùm circa eandem rem geſtoris perſeveret officium, tanquam unus omnium ſit finis, & unius loco judicentur, & habeantur, *l. cum actum*, 18. *ubi Gloſſa, verbo, poſſit, in fin. ff. de negotiis geſtis*, Menochius *de arbitrar. caſu* 95. *numer.* 5. *&* 6. poſt Baldum *in l. ampliorem, in fin. C. de appellat.* Felinus *in cap. cùm inter, n.* 7. *de re judicata.* Gratianus *diſceptat. dict. cap.* 841. *n.* 14. qui *num.* 15. probat, connexa etiam individua eſſe, Aimon. *conſil.* 232. *numer.* 2. poſt Angelum *conſil.* 326. *ex themate, col.* 3. *in* 4. *dubio*, Anchar. *conſ.* 160. *præſupponitur in themate, col.* 2. *verſ. item dicitur*, Menochius *de arbitrar. cap.* 91. *n.* 9. juxta *l. quod conclave, ff. de damno infecto, l. prædiis*, §. *balnea, ff. de legat.*

21 Et quemadmodum cauſa reſpectu tutorum, * adminiſtratorum, & ſimilium eſt individua, ut hactenus diximus; ita etiam erit individua reſpectu hæredum, quorum ſimul cauſa omnium apud unum, & eundem judicem tractari debet, Farinacius *quæſt.* 8. *n.* 151. *limitat.* 12. *poſt princ.* Gratianus *dict. cap.* 161. *n.* 19. *to.* 4. Caſtillo *controverſiar. to.* 6. *cap.* 165. *ſub n.* 47. *ante finem*, qui affirmant, & probant, quod ſi inter hos tu-
22 toris, * aut adminiſtratoris hæredes unus ſit Clericus, omnium cauſa ſimul coram uno judice & Eccleſiaſtico, uti digniori tractanda erit.

Nam cùm fuerit promiſſa redditio rationis ad-
23 miniſtrationis à teſtatore, * & ſic ab uno in ipſa origine, & initio, incipit etiam deberi ab uno, & ſic à principio nullam recipit diviſionem, undè licèt decedente promiſſore, multi extent hæredes, omnes tamen in ſolidum tenentur, & actio eſt individua, eò quòd ex eorum perſona non poſſit variari prima obligatio, & qualitas illius, quæ ſemper durat indiviſibilis, prout erat ab initio, licèt etiam eſſent mille ſucceſſores, quia jam ſolidum eſt in eſſe deductum, & productum, non autem à principio diviſum, *l.* 2. §. *ex his, ff. de verborum oblig.* Barb. *in l. ſtipulationes non dividuntur*, 92. *n.* 7. *oppoſition.* 6. *ff. eodem tit.* benè Surdus *de alimentis, tit.* 9. *quæſt.* 15. *à n.* 13. *uſque ad* 17. Gomez *variarum reſolut. to.* 2. *c.* 10. *de individuis n.* 14. *verſ. Secundo modo factum dicitur individuum*, & notant omnes *in l. ſi is, qui quadraginta*, 79. §. *quædam, ff. ad legem Falcidiam, & in l. in executione*, 85. ubi Caſtrenſis in princip. Alexand. Jaſon, & alii communiter, *ff. de verborum oblig.* Gratianus ubi proximè *à n.* 20.
24 qui quidem *à n.* 22. alio medio probat, quod contra tutores, * adminiſtratores, eorumque hæredes agitur ad factum, cùm promittant rationem reddere, & reliqua ſolvere, & factum in obligatione deductum eſt individuum, latiùs ibi per eum.

Aliquando autem rei conjunguntur ex neceſſi-
25 tate indiviſibilis inſtantiæ, * ut ſi volo convenire Clericum, & laicum obligatos in ſolidum ratione contractus, vel adminiſtrationis, ut cum Maſtrillo, Doctore Marta, Gutierrez, & Gratiano refert Caſtrillo *controverſ. to.* 6. *c.* 265. *ſub n.* 47. *verſic. de eodem etiam.*

Quam quidem doctrinam (ut in his judiciis
26 mixtis, & communibus, * quæ commodè ſeparari nequeunt) commiſſio impetrata contra ſocios ſubjectos diverſis ordinariis, etiam non ſubſcripta manu Sanctiſſimi non offendat Decretum Trident. nec primam inſtantiam Ordinarii, nec per conſequens ad illos ſeu illorum remittenda per Senatum, procedere intelligas, non ſolum quando à Sede Apoſtolica eſt impetrata contra Reos omnes Clericos, ſeu Religioſos, * aut alios exemptos, 27
ſed etiam procedit, quando inter eos adeſt Clericus, qui inter alios reos conveniendus erit, quia tunc ratione connexitatis cauſæ eſt unus adeundus judex, & Eccleſiaſticus, uti dignior, ut latiùs comprobavimus, coram quo conveniendi ſunt omnes ut copiosè, & mirabiliter Gratianus *diſcep. to.* 4. *cap.* 641. *per totum, & tom.* 1. *cap.* 115. *à n.* 6. *cum ſeqq. & per totum d. princip.* ſingulariter Farinacius *tom.* 1. *quæſt.* 8. *à num.* 151. *cum ſeqq.* Bobadilla *in Politica lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 90. *cum ſeqq.* Caſtellus *controverſiarum tom.* 6. *cap.* 165. *à numer.* 47. *uſque ad finem.* Marta *de juriſdictione, part.* 4. *Centur.* 2. *caſu* 118. *per totum*, & ipſe Marta 2. *part. cap.* 1. *num.* 10. Petrus Surdus *de alimentis, tit.* 9. *n.* 3. & idem Surdus *in conſil.* 222. *num.* 2. *& num.* 3. *tom.* 2. Covarruvias *practicar.* 34. *n.* 2. *verſic. Quod ſi contingat.* Gutierrez *practic. lib.* 1. *quæſt.* 6. *nu.* 9. *& lib.* 3. *quæſt.* 30. præcipuè *à n.* 48. & conducit Morchechus *de diviſ. bonor. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 7. & alii innumerabiles ab ipſius relati, hanc omnes firmiter concluſionem, & veram ſectantes, & conducunt rectè, quæ Nos hac 2. *part. cap.* 11. *num.* 56. *cum ſeqq.* indubiè Senatus litteras relaxabit impetranti, ut in illis coram Delegato ſuo utatur, qui legitimè juriſdictionem ex tali commiſſione acquiſivit contra omnes.

Quæ quidem in civilibus veriſſima ſunt ut omnes Doctores laudati nemine dempto, affirmant: at in criminalibus, * quando nempè Clericus, & 28
laicus ſimul delinquere, quilibet ad ſuum judicem, & forum remittitur; ut praxis obtinuit ubilibet uſitata, quam probant Farinacius, Bobadilla, & Covarruvias locis mox citatis. Quia hi, & alii DD. ſupponunt commodam hujus cauſæ inter ſimul delinquentes poſſe fieri diviſionem, ac ſeparationem, prout diximus praxis interpretata fuit, probant etiam alii citati à Caſtillo *controverſiarum tom.* 6. *cap.* 165. *num.* 45. *verſ. de eodem etiam, &c.*

Hæc omnia quæ hactenus dicta ſunt in hoc capite, circa hujuſmodi * commiſſionem in judiciis 29
mixtis, & in actionibus connexis impetrata à Sede Apoſtolica, omnia quidem militant abſque ulla differentia, & diſtinctione in commiſſione ſimili obtenta ab Illuſtriſſimo Nuntio horum Regnorum Hiſpaniæ, prout & generaliter habet locum in alio Superiore, putà Archiepiſcopo, cui rei conveniendi omnes, licèt in diverſis Diœceſibus habitantes ſubſunt uti ſuffraganei, ſicque repetenda erunt quæ diximus hoc capite præcipuè, *verſ. Ex qua quidem doctrina abundè, &c. à num.* 14. *omnibus ſeqq.* in quo dubium eſſe non poteſt.

Majus tamen erit, an ſi hi, contra quos in his judiciis mixtis, * & connexis rei fuerint exempti 30
vel aliqui eorum, valeat commiſſio, ſi à Nuntio impetretur; in quo breviter firmiterque aſſeverandum erit affirmativè. Nuntius namque Hiſpaniæ habet facultatem à Sede Apoſtolica * cum po- 31
teſtate Legati de latere, ut notiſſimum eſt cunctis, & latiſſimè probabimus infrà *cap.* 21. *per totum.* Quapropter cuncta poteſt, * & eidem commiſſa 32
intelliguntur, quæ Legato de latere, ut poſt plures DD. videndus Gonzalez *in reg.* 9. *de alternat. gloſ.* 9. *in annotat. numer.* 268. & 299. faciunt etiam quæ ipſe Gonzalez *Gloſ.* 12. *num.* 30. & latiùs comprobavimus *in* 3. *tom. de Regia protect.* prope diem edendo.

Sed

Sed Legatus de latere poteſt cognoſcere de cauſis exemptorum, * notat Gloſſa *in cap. quoad tranſlationem*, 6. *de officio Legati*, & ibidem Auguſtinus Barboſa *in collectan. nu.* 10. Rodriguez *quæſt. regularium*, *tom.* 2. *quæſt.* 62. *art.* 1. Paritius *conſ.* 28. *num.* 21. *cum ſeqq.* Villadiego *in tract. de legato. p.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 20. Eraſmus à Cochier *in tract. de jurisdict. ordin. in exemptos*, *p.* 1. *q.* 2. *num.* 7. Felinus *in cap. grave*, *num.* 3. *de officio Ordinar.* Abbas *in c.* 1. *num.* 8. *de officio Legati.* Romanus *conſil.* 398. de quo eſt text. *in cap.* 1. *veniens*, ibi: *Vel Legato ab eis de latere*, *de verbor. ſignificat. lib.* 6.

Et ratio, quia licèt ſit de reſervatis Papæ cognoſcere de cauſis exemptorum, * tamen ſingulare eſt, * ſpeciale, quod Legatus à latere habeat juriſdictionem in exemptos, ex *dict. c. veniens*, 1. & text. *in c. ſi Abbatem de electione eod. lib.* Tum etiam, quia (ut inquit Joannes Monachus) * Papa eximendo à juriſdictione ordinarii non cenſetur eximere à poteſtate Legati de latere. Navarrus *de datis & promiſſis pro juſtitia*, *notabili* 4. *n.* 10. *verſ. Secundo per ea*, *quæ*, ſequitur Auguſt. Barboſ. *dict. c.* 1. *veniens*, *n.* 3. & 4. & *in dict. cap. quoad tranſlationem*, *ſub. n.* 6. *de officio Legati.* Ergo ſimiliter Nuntius Apoſtolicus Hiſpaniæ, quod & Nos quotidie experimur in hoc Tribunali Nuntii; quo indiſtinctè cognoſcitur de omnibus cauſis Religioſorum, & aliorum exemptorum.

Et in ſpecie quod Nuntius Apoſtolicus cum facultate Legati de latere ſit judex exemptorum omnium, poſt plurimos DD. firmat Pereira *de manu Regia*, 2. *p. cap.* 22. videndus *à n.* 12. & *ſeqq.* & *n.* 26. & abundè comprobavimus hac 2. *part. cap.* 21. *per totum.*

Quare in ejuſdem commiſſionibus expeditis in cauſis his connexis, * & judiciis mixtis contra reos, ſive omnes ſint Clerici, ſive exempti, ſive etiam partim laici, omnes doctrinæ hactenus à principio hujus capitis adductæ indubiè procedunt, & locum habent, ita ut coram eodem Nuntio ſeu ejus Delegato ſpecialis hujuſmodi cauſa ſit contra omnes reos ſimul tractanda, & nullatenus Ordinario, ſeu Ordinariis ſingulis remittenda. & ita jam in facti contingentia habui, & obtinui in omnibus prædictis caſibus, & etiam præcipuè commiſſione ſimili Illuſtriſſimi Nuntii.

Hinc venit conterenda quædam falſa tamen propoſitio Joannis à Cochier * *in tract. de juriſdict. one ordin. in exemptos*, *tom.* 1. *q.* 1. *c.* 39. *n.* 28. dum inquirens, an [illegible] à Sede Apoſtolica [illegible], & committere appellationes à [illegible] exemptorum interpoſitas.

Et hinc inde arguens [illegible] an conſervator ſit Delegatus, * an [illegible] Ordinarius: concludit tandem ex eo quod [illegible] Ordinarius, ut Legatus nequeat cognoſcere de hujuſmodi appellationibus ab eo interjectis.

Sed hæc argumentatio in eundem retorquetur: etenim Nuntiorum, * & Legatorum facultas principaliter data eſt ad cognoſcendum de appellationibus ab Ordinariis emiſſis, & ad majorem authoritatem additur prælicta clauſula Delegatorum Sedis Apoſtolicæ. Ergo ſi fuerit Conſervator ſimpliciter Delegatus, fatetur ipſe poſſe cognoſcere Nuntium, multò magis quando eſt Conſervator Ordinarius, cùm principaliter ad horum appellationes Nuntius noſtrus ſit, cujus facultas duas habet partes, ut dictum eſt, & quando Conſervator non comprehendatur in parte & clauſula Delegatorum Sedis Apoſtolicæ, comprehenditur tamen plenè in facultatis parte Ordinariorum, & ita inconcuſsè practicantur in his Hiſpaniarum Regnis abſque umbra difficultatis.

CAPUT IV.

Monachus, alterve aliàs ab Ordinario exemptus, & proviſus ad Parochialem, munuſve aliud non exemptum, an remedio retentionis litterarum uti valeat, ut ejus cauſa ad Ordinarium remittatur? Ubinon ineleganter, quando duorum jura in eadem perſona concurrunt, diverſas etiam perſonas diſcretivè repræſentet.

SUMMARIUM.

1 *Exempti immediatè ſubſunt Sedi Apoſtolicæ, de quorum cauſis ſui Conſervatores, non ordinarii cognoſcunt.*

2 *Exemptus, ad Parochialem, munuſve non exemptum promotus, coram Ordinario convenitur in tangentibus Parochialem, vel munus.*

Text. ſingularis in cap. Capilla, de privileg. verba adducuntur ad idem, ib.

3 *Religioſus, vel alius exemptus, promotus ad Parochialem, non ſubjectam Prælato Monaſterii, eximitur à Prælati poteſtate, & ſubintrat juriſdictionem Ordinarii reſpectu Parochialis.*

4 *Exemptus ob Religionem, ſi ratione Parochialis ſubjectæ Ordinario contrahat, vel delinquat, cognitio pertinet ad Ordinarium.*

5 *Ad omnia ſpectantia beneficium non exemptum, omnes exempti, etiam familiares Cardinalium ſubſunt juriſdictioni Ordinarii.*

6 *Et ſi familiares Papæ.*

7 *Niſi poſſeſſio beneficii nondum plenè ſit quæſita exempto.*

8 *Exemptum ratione rei poſſe coram Ordinario conveniri, dogma eſt Rotæ.*

9 *Exemptus rei non exemptæ ratione Ordinario ſubeſt, quandiu in ejus adminiſtratione deget.*

10 *Exemptus, effectus Prior Monaſterii, coram Ordinario convenitur.*

11 *Officii, vel publicæ functionis ratione exemptus ſubeſt Ordinario.*

12 *Commiſſio ſubſcripta contra exemptum in tangentibus adminiſtrationem non exemptum per Senatum retinetur remiſſa cauſa ordinario.*

13 *Concil. Trid. refertur Decretum, quo diſponitur, exemptum quemlibet ratione beneficii ſubeſſe Ordinario.*

14 *Quod Trident. Decretum ſingulari exornatur Rotæ deciſione plures doctrinas mirabiles continente.*

15 *Canonicus Cathedralis delinquens ratione beneficii Curati à ſolo Epiſcopo abſque adjunctis Capituli puniendus, ut determinavit Rota.*

16 *Qualitate ſuperveniente, in qua aliud jus reperitur, Prior qualitas non impedit juris operationem reſpectu ſecundæ.*

17 *Regu-*

17 *Regularis, si præst Curæ animarum, subest ordinarii jurisdictioni, quod non obstantibus quibusvis exemptionibus plures declaravit Rota.*

18 *Eadem persona diverso jure censeri potest, ubi duplicem gerit personam.*

19 *Qualitas officii prævalet in iis, quæ tangunt officium subjectum Ordinario.*

20 *Exemptio quantumvis amplissima, nihil prodest exempto assumenti qualitates, ob quas subest Ordinario.*

21 *Episcopi, si sint de aliquo Collegio, fortiuntur locum non secundum antiquitatem Collegialem.*

22 *Qualitas quæ prævalet respectu jurisdictionis attenditur.*

23 *Qualitates diversæ possunt concurrere in eodem corpore, ita ut ratione unius detur exemptio, secus respectu alterius.*

24 *Qualitas superveniens à jure communi, habens certam determinationem, prævalet exemptioni ex privilegio, quando cum illa concurrit.*

25 *Contrahens sub una qualitate, tanquam talis censetur contrahere, & non tanquam alter ex alia qualitate, quam simul habet.*

26 *Nec alteri, qualitati, cujus respectu non contraxit, contractus prodest nec nocet.*

27 *Protectio Senatus datur Ordinario, quando in Monasteriis virorum, aut mulierum adest Parochialis sæcularium, si ejus respectu impetretur commissio in prima instantia, quæ pertinet ad Ordinarium ex alio Trid. Decreto hic ad litteram relato.*

Et de limitationibus vide per idem Decretum, ibid.

28 *Persona eadem diverso jure censetur, ubi duplices gerit vices.*

29 *Una persona, aut res diverso jure censeri potest, universis respectibus consideratis.*

30 *Text. in l. tutorem, ff. de iis quibus, ut indignis, verba notantur, quod discreta sunt jura quamvis plura in eadem persona concurrant.*

31 *Cujus doctrinæ exempla deducuntur ex variis legibus, & doctoribus.*

32 *Jura diversa concurrentia in eadem persona, inducunt diversitatem personarum, quia non corporalis, sed intellectualis consideratio habetur.*

33 *Duobus officiis simul concurrentibus in una persona quodlibet retinet separatim jura sua.*

34 *Duæ personæ si considerentur in eodem subjecto, potest una supplere defectum alterius.*

35 *Rex simul & Dux in Ducatu consideratur qualitas Ducis non Regis.*

36 *A Rege judicante, uti Duce appellatur ad superiorem Ducis omissa Regia qualitate.*

37 *Dignitas unaquæque sua retinet jura separabiliter, & juxta quam contrahitur, attenditur qualitas, non alterius dignitatis.*

38 *Et qui potest repræsentare duas personas, gesta cum eo ex una, non suffragatur quoad aliam.*

39 *Prælatus, seu majoratus possessor, si ex propria pecunia emit jus utilis dominii à feuditorio, seu emphyteuticario Ecclesiæ, aut majoratus, non consolidatur utile illud cum proprietate dignitatis, aut majoratus, nec eorum hæres illud utile tenetur restituere successori in dignitate, aut majoratu.*

40 *Prælatus, seu majoratus possessor, condemnatus tanquam talis potest impedire executionem respectu sui juris personalis, non tangentibus dignitatem.*

41 *Jura duorum in eadem persona concurrentia non confunduntur, sed quilibet consideratur de per se ac si esset in diversis personis.*

42 *Jura diversorum personarum in una concurrentia non inferant diversas personas, sed diversa jura, & illa una persona diversas repræsentat.*

43 *Discretiva dispositio separat. & arguit diversitatem, & separationem, ita ut unum cum alio non confundatur.*

44 *Qualitates diversæ in eadem persona possunt simul concurrere, ita ut ratione unius sit exemptus, alterius verò sit Ordinario subjectus.*

45 *In contractu celebrato coram Papa supplentur omnes defectus juris positivi.*

46 *In contractu gesto à Papa, non tanquam Papa, sed persona privata ex proprio patrimonio, an videatur ei consentire ut Papæ, contra Rotam resolvitur.*

Authoritas Prælati non informat actus à se gestos tanquam privato, & in bonis sui patrimonii, ibid.

47 *Consensus præstitus in actu gesto à repræsentante duas personas contemplatione unius personæ, aut officii non trahitur ad aliam, cujus nomine actum gessit.*

RELIGIOSOS exemptos immediatè subesse Sedi Apostolicæ, † de quorum causis Conservatorem Religiosis, non Ordinarium (à cujus jurisdictione exempti reperiuntur) regulariter cognitorum, abundè deduximus hac 2. *part. cap.* 11. *per totum.* 1

Nihilominus tamen, si aliquis Religiosus, aliusve exemptus † à jurisdictione Ordinarii provideri contingat de aliquo beneficio Curam animarum habere, aliudve ad munus, vel administrationem, aliàs non exemptum promoveatur; Ordinario, ejusve jurisdictioni subesse, ita ut nullo exemptionis privilegio uti valeat contra eum quoad negotia, administrationem tangentia omninò separatam à causa privilegii, & exemptionis; probat text. mirabilis *in cap. cum Capella*, 26. *de privilegiis*, in hæc: *Cum Capella Ducis Burgundiæ gaudere dicatur hujusmodi privilegio, quod nullus Archiepiscopus, vel Episcopus in personas Canonicorum ejusdem Capellæ suspensionis, vel excommunicationis, aut interdicti sententias audeat promulgare: quidem Capellæ supradictæ Canonici, qui Parochiales Ecclesias à te tenent occasione privilegii prælibati, in his etiam quarum jurisdictio ad te pertinet, ita se dicunt exemptos, ut quantumcumque graviter interdum excedant, tuæ correctioni recusant, & sententiæ subjacere. Quocirca mandamus quatenus in quantum exempti sunt, ejusdem ratione Capellæ Apostolicis privilegiis defensis reverenter, sed in quantum Parochialium Ecclesiarum, vel aliàs jurisdictionem tuam recognoscuntur, officii tui debitum eosdem libere prosequaris.* 2

Procedatur hoc declarem text. præservantem Ordinario jurisdictionem † in exemptos, ut ea liberè queat uti in his, quæ tangunt administrationem Parochialis Ecclesiæ, aliàs non exemptæ, quamvis per exemptum posticè, quod & probat expressè Glos. *in verb. ad te ejusdem, in Clement.* 1. §. *ad hæc, de data Missa domini*, ex qua communiter notant DD. quòd Religiosus promotus ad beneficium 3

Parœ-

Parochiale, ſi Eccleſia illa nullatenus ſubjiciatur Prælatis Monaſterii, eximitur ille ab obedientia, & poteſtate Prælati, & Monaſterii regularis, & incipit ſubjectus eſſe imperio, & juriſdictioni Ordinarii cui illa ſubeſt Eccleſia, ut per Navarrum *comment. 2. de Regularibus, n. 6.* Rodriguez *quæſt. Regularium, tom. 1. quæſt. 34. art. 6. & 7.* Auguſt. Barboſ. *in collect. ad Clem. 2. n. 10.* Pater Sanchez *in Præcepta Decalogi lib. 6. cap. 6. num. 36.* Moneta *de conſervat. c. 6. à n. 5.* ubi benè explicat, *& cap. 7. n. 262.* quibus locis plures conſtitutiones Pontificales, & Decreta Concil. Trid. ponderat in propoſito. Et ideò dicunt Franchus *in cap. 1.*
4 *§. illum, num. 4. de verb. ſignific. in 6.* * Quod exemptus ſecundum quid, putà, propter Religionem, ſeu ratione rei, ſeu, ſi obtineat Eccleſiam Parochialem, vel alia officia, quorum adminiſtratio, & regimen, ſeu cognitio ad Epiſcopum Ordinarium ſpectat, ſi illorum ratione vel contrahat, vel delinquit; juriſdictio contra illum ad Ordinarium ſpectabit; tenet etiam Covar. *practicarum qq. c. 11. n. 5.* Eraſmus à Cochier. *de juriſdict. Ordinarior. in exemptos, 2. p. q. 45. n. 6. tom. 1.*

Erga ea namque omnia, quæ ſpectant ad bene-
5 ficia non exempta, * omnes exempti etiamſi ſint familiares Cardinalium, ſubſunt juriſdictioni Ordinarii, probant Navarrus *conſil. 9. de jurejurand.* Zerola *in praxi Epiſcopali, 1. p. verb. exemptio, n. 4. & 2.* Abb. *in cap. dilecti filii, n. 9. verſic. Nota, de foro competent.* ubi doctè explicat tam in familiari
6 Papæ * quàm in quovis alio exempto, ut ratione beneficiorum poſſit conveniri coram Ordinario Epiſcopo; & Calderinus *conſ. 13. & conſ. 14.* ubi declarat limitans, ſi poſſeſſio officii, ſeu beneficii
7 nondum plenè eſſet acquiſita exempto, ſequitur Eraſmus à Cochier *de juriſdictione in exemptos, 2. p. q. 45. ſub n. 6. & n. 67.* qui quidem *dict. n. 6. ad*
8 *fin.* ita intelligendum eſſe dogma, * de quo Rota noviſſima *deciſ. 702. n. 1. part. 1.* dum dicit, quod exempti poſſunt conveniri coram Ordinario ratione rei, quantumvis exemptio lata ſit, ubi etiam ipſe Cochier declarat Felinum *in cap. fin. n. 6. verſic. Vide omninò, de foro compet.* qui contrarium videbatur firmare.

Atque generaliter ratione officii exemptus ſub-
9 jectus eſt Ordinarii juriſdictioni, * nam ratione rei non exemptæ, veluti, ſi quis exemptus aſſumatur ad regimen loci non exempti, qui quidem tandiu ſubeſt Ordinario quandiu ibi deget, ut per *dict. cap. cum Capella*, ubi Innocent. & DD. *de privilegiis*, probant Brixienſ. *in repertorio in verb. exemptio, col. 7.* Capitius *deciſ. 59. n. 2.* ubi per *cap. 1. de privilegiis, lib. 6.* dicit, quod licèt aliquis ſit
10 exemptus, * ſi tamen efficiatur Prior Monaſterii, conveniri poſſit coram Ordinario; & ad idem Navarrus *conſ. 19. n. 9. de Clericis non reſident. part. 1.* Eraſmus à Cochier *de juriſdict. ordin. in exemptos, 2. p. cap. 45. n. 5. to. 1.* qui quidem
11 *n. 54. & 55.* rectè probat * quòd exempti conveniri poſſunt coram Ordinario ratione officiorum, ſeu publicarum functionum, ex *l. unica*, ubi expreſsè Caſtrenſis, *Cod. in quibus cauſis milit. fori præſcription. Authentic. ut judices ſine quoquo ſuffrag. §. volumus, in fin. leg. 2. C. ubi de Curiali, vel cohortal.* probat etiam Calder. *in conſ. 13. & 14. de foro competent.*

Quare omninò fatendum erit, quod ſi exemptus
12 à juriſdictione Ordinarii * promotus fuerit ad officium, ſeu beneficium non exemptum; ejus reſpectu, & contemplatione indubiè Ordinarius erit judex competens, cujus juriſdictioni ſubjectus erit, atque ideo ſi commiſſio impetretur contra exemptum ad illum conveniendum ſuper re tangente adminiſtrationem ſuæ Eccleſiæ non exemptæ, ſive officii, prout hactenus probavimus; poterit tam ipſe, quàm Epiſcopus Ordinarius, necnon Fiſcalis Regius petere à Senatu hoc Supremo remiſſionem hujus cauſæ ad Ordinarium omninò faciendam in prima inſtantia.

Maximè, quia hæc commiſſio repugnat Conci-
13 lii Trid. Decreto * expreſſo 11. *ſeſſ. 24. de reformatione*, ibi: *Quæ verò privilegia reſidentibus in Curia Romana vigore Eugenianæ Conſtitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere ſolent ea in his, quibus beneficia Eccleſiaſtica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minimè intelligantur, ſed Ordinarii juriſdictioni ſubjecti permaneant, non obſtantibus quibuſcumque inhibitionibus, &c.* Aliud eſt etiam expreſſius Trident. Decretum, *ſeſſ. 25. de Regularibus c. 11.* de quo ſtatim mentionem faciemus.

Quod quidem Decretum clarè patet, ut reſpectu beneficiorum Ordinarii juriſdictioni ſubſunt
14 exempti, minimè inhibitione aliqua obſtante, * hocque Trident. Decretum exornatur ex mirabili Rotæ deciſione in una Salmantina juriſdictionis 17. *Decembris* 1562. in hæc: *Fuit iterum propoſita cauſa ſuper manutentione ob prætenſiones R. D. Epiſcopi Salmantini, impugnantis nonnulla Capitula deciſionis aliàs factæ ſub die 21. Junii proximè præteriti. Et primum quantum ad caput exemptionis R. D. Scholaſtici tanquam Canonici, & de jure ſubditi juriſdictioni Ordinariæ Epiſcopi: Domini cenſuerunt, eam exemptionem concernere tantùm perſonam in iis,*
15 * *quæ tangunt Conſervatoriam, non autem extendi quæ debere contra juriſdictionem Ordinariam Epiſcopi, ſub qua ſubeſt ratione beneficii, cùm ſit Canonicus, ſeu dignitas in Eccleſia Cathedrali juxta diſpoſitionem text. in cap. cum capella, de privilegiis, innovatam à ſacra Synodo Tridentina in cap. 11. de reformatione, ſeſſ. 24. quod maximè probari videtur ex ratione exemptionis conſiderata per Clem. 7. quia rector & Scholares litterarum ſæpiùs pro rebus ſuis in partibus remotis defendendis intermittere cogebantur, quæ ratio non applicatur Scholaſtico Salmantino uti Canonico in Eccleſia Cathedrale, &c.* quæ deciſio reperitur inter Recollectas per Seraphinum *deciſ. 595.*

Similis etiam alia eſt Rotæ deciſio in una Burgenſi concordiæ 24. Januarii 1564. in hæc: Fuit dubitatum, ſi perſonæ Eccleſiæ Burgenſis obtinentes extra Eccleſiam beneficia Curam animarum habentia; in Curæ exercitio, & adminiſtratione deliquerint, an contra illas ſit procedendum juxta formam concordiæ, vel potiùs ſolus Archiepiſcopus procedere valeat abſque adjunctis, &c. Et poſtquam in dicta deciſione plura hinc inde fuere deducta, ita proſequitur in hæc: Hinc fit, ut quotieſcumque ſuperveniat aliqua * qualitas, in qua 16
aliud jus ſtatutum reperitur, prior illa qualitas non impedit, quominus reſpectu alterius qualitatis non ſit ſervandum jus de ea ſpecialiter diſponens, quod apertè colligitur ex Decreto Concil. Trident. *ſeſſ. 25. de regularibus*, ubi habetur, quod ſi regularis præeſt * Curæ animarum, ſubeſt juriſdictioni 17
Ordinarii, quod in pluribus cauſis non obſtantibus juris exemptionibus, reſolutum fuit prout in Carthaginenſi juriſdictionis die 19. Octobris 1579. coram Cardinali Lancelloto, & prout etiam in Salmantica exemptionis 25. Junii 1591. coram Pennia. Et ratio eſt evidens, quia eadem perſona diverſo jure cenſeri poteſt, * ubi duplicem 18
gerit perſonam, *c. cum olim, de re judicat. cap. ex*

litteris, de probationib. & l. ſi Conſul de adoption.

19 prævalere itaque debet qualitas illa officii, * propter quam Canonicus efficitur ſubditus ſolius Epiſcopi, nec tunc uti Canonicus, ſed uti Curam habens animarum, vel ejus adminiſtrationem judicari debet. Itaque ſi in iis, qui ſunt verè exempti per-

20 ſonalibus exemptionibus ampliſſimis, * exemptio nihil prodeſt, ubi ſumunt qualitates, ob quas ſubjiciunt foro Ordinarii: multò magis caſu iſto, in quo non per viam exemptionis, ſed concordiæ tribuitur facultas Capitulo unà cum Epiſcopo de delictis Canonicorum cognoſcendis; nam ſtrictè interpretari debemus, ut non comprehendat caſus, in quibus qualitas ſuperveniens facit ceſſare reſpectum qualitatis, cujus intuitu conceſſum eſt privilegium; & hoc adeò verum eſt, ut hac ratione Epiſcopi, &

21 Prælati, * ſi ſunt de aliquo Collegio, ſortiantur locum non ſecundùm dignitatem Epiſcopatus, ſed ſecundùm antiquitatem dignitatis Collegialis, Abbas *in c. poſtulaſti, de conceſſione præbend.* Chaſſaneus *in Catalogo gloriæ mundi*, 4. *p. conſiderat.* 44. *gloſſ. in c. à collatione*, & ibi Geminianus *n.* 6. Franch. *n.* 4. *de appellat. in* 6. Et fuit de hoc dictum aliquid ſuprà in Romana præeminentiarum ſub die 16. Decembris 1558. *num.* 14. & 15. Ideo non ſtare ex adverſo deducta. Nam Prima, quod dicitur de generalitate, & prægnantia verborum, etiam geminatorum, facit quidem ut comprehendantur omnia delicta quantumcumque gravia, & ubivis locorum commiſſa à Canonicis, & ita intelligenda

22 eſt deciſio Congregationis Concilii, * ſed non poſſunt operari, quoniam, ſi ſuperveniat alia qualitas, quæ in illo caſu prævaleat, illa non debeat attendi, ut in ſimili habetur, quod in eodem corpore poſſunt concurrere diverſæ qualitates, ita ut

23 ratione unius detur exemptio: * ſecus verò ratione alterius, ut per Geminianum *in cap. exemptionem*, *n.* 4. & Franch. *in* 4. *notabili, de privilegiis, in c.* 116. nec obſtare doctrin. Ant. Butr. *in d. cap. tuarum*, quia licèt Canonici non ſint privilegiati ratione loci, ſed perſonæ, tamen in hoc privilegio conſiderata eſt præcipuè qualitas illa Canoni-

24 catus, cujus contemplatione * ita diſpoſitum fuit, cui ſi ſuperveniat alia extrinſeca qualitas, quæ habeat à jure communi certam determinationem, ſecundùm illam judicandum eſt, ut in exemplis allegatis: ita pariter, ſi quis contrahit ſub una

25 qualitate expreſſa, * tanquam talis cenſeatur contrahere: & non tanquam alterius qualitatis, quam habeat, Abb. *in conſ.* 115. *lib.* 2. *de princip.* Roman. *conſ.* 88. *in princip.* Alciat. *conſ. num.* 14. *lib.* 2. Purpurat. *conſ.* 14. *n.* 11. Ægidius *deciſ.* 5. & 423. *& eſt communis concluſ.* poſt Bart. *in l.* 1. §. *nuntiatio de operis novi nuntiat.* cum aliis per Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 10. *gloſſ.* 1. *n.* 4.

26 & ſic tanquam alius, & in alia qualitate, * nec profit, nec noceat illius actus. Tiraquel. *ibid.* §. 1. *gloſ.* 9. *n.* 140. & ita major pars Dominorum cenſuit, &c. Quæ deciſ. habetur etiam apud Seraph. *deciſ.* 1058.

27 Ex alio etiam Decreto ejuſdem Concilii Trid. * *ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de Regularibus*, hæc protectio competit Senatui, ut in his caſibus ad Ordinarium remittat primam inſtantiam, ſive à Nuntio, ſive à Delegato ex commiſſione Apoſtolica non ſubſcripta fuerit occupata, aut præventa, ut ex ejus Decreto patet in hæc: *In Monaſteriis, ſeu domibus virorum ſeu mulierum, quibus imminet animarum Cura perſonarum ſecularium, præter eas quæ ſunt de illorum Monaſteriorum ſecularium familia perſonæ tam regulares, quàm ſeculares hujuſmodi curam exercentes ſubſint immediatè in iis, quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cujus Diœceſi ſitæ, nec ibi aliqui etiam ad nutum amovibiles deputentur, niſi de ejuſdem conſenſu, ac prævio examine per eum, aut ejus Vicarium faciendo, exempto Monaſterio Cluniacenſi cum ſuis limitibus, & exceptis etiam eis Monaſteriis, ſeu locis, in quibus Abbates Generales, aut capita Ordinum ſedem Ordinariam principalem habent, atque aliis Monaſteriis, ſeu domibus, in quibus Abbates, aut alii Regulares ſuperiores juriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent, ſalvo tamen eorum Epiſcoporum jure, qui majora in prædicta loca, vel perſonas juriſdictionem exercent.* Cujus etiam Decreti meminit Rota in d. Burgenſi, ut per Seraphinum *ubi ſuprà n.* 4.

Eandem rationem, qua utitur Rota *in dict. deciſ.* 1058. *n.* 6. * apud Seraphicum *ex cap. cum* 28 *olim, de re judicata, cap. ex litteris, de probationib. l. ſi Conſult. ff. de adopt.* ut eadem perſona diverſo jure cenſeri poteſt, ubi duplicem gerit perſonam; exornavimus latiſſimè pluribus doctrinis videndis *in tract. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 8. *à n.* 267. *cum ſeqq.* & ſuperiùs *à n.* 276. & hoc *tractat. de ſupplicatione, & Retent. Bullarum*, 1. *part. cap.* 12. *verſ. Quibus conſonat, à n.* 16. *cum ſeqq.* & ſurſum, facit etiam, quoniam concluſio illa, quod una & eadem res, & perſona non poteſt diverſo jure * cenſeri; fallit diverſis 29 reſpectibus conſideratis, quia tunc benè compatitur, ut probant Ant. Monach. *in deciſ. Florent.* 67. *num.* 9. Rota *deciſ.* 669. *num.* 3. apud Farinac. 1. *part. recent.* Sanctarel. *variar. reſolution.* 1. *part. quæſt.* 26. *num.* 15. Barboſa *axiom.* 135. *n.* 7.

Facit etiam mirabilis text. *in l. tutorem, ff. de his* * *quibus ut indignis*, ibi: *Diſcreta enim ſunt* 30 *jura, quamvis plura in eadem perſona devenerint, aliud tutoris, aliud Legatarii*, &c. quam exornavimus abundè *in dict. cap.* 8. *à n.* 267. *cum multis ſeqq.* textus etiam *in l. ſi non ſubſcripſit, ut fidejuſſor.* 25. *C. de adminiſtr. tutor.* junctis aliis pluribus exemplis, quæ deducuntur * ex *l.* 1. §. *ſolet, in fin.* 31 *ff. quando appellandum, l. duorum, ff. de operis libert. l. procuratores*, §. *ſi plures, ff. de tributoria actione, l. cum quædam, Cod. de adminiſtr. tutor. cap. ex litteris, de probationib. cap. cùm in Eccleſiis, & c. poſtulaſti, de conceſſione præbend. lib. dict. cap. à collatione, eodem lib.* ubi DD. alia notarunt, & latè Lupus *allegatione* 99. Calderinus *conſ.* 229. *in fin.* aliàs 7. *tit. de præbend.* Bart. *quæſt.* 15. *in princ. verſ. Quarto probo.* Abbas *in cap. quamvis, de officio Delegat.* Baldus *conſil.* 167. *lib.* 1. Paul. Caſtrenſ. *conſil.* 250. & 313. *lib.* 1. Romanus *conſil.* 422. *& in ſingular.* 76. incipit *Scholaris, & in l.* 1. *ff. C. verborum obligat.* Fulgoſius *conſil.* 218. Socinus *conſil.* 87. *vol.* 1. Decius *in l. rogaſti in princip. n.* 7. *ff. ſi certum pet.* Rebuffus *in concordat. tit. de collationibus, ff. ſi quis jure, in verſ. Diſpoſitiones.* Chaſſaneus *in Catalogo gloriæ mundi, part.* 11. *conſideratione* 12. *in fin.* Menochius *de recuper. remed.* 1. *num.* 36. *& conſil.* 902. *nu.* 71. Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 111. *num.* 13. & iterum *cap.* 298. *à n.* 26. *cum multis ſeqq.* Tuſch. *practicar. concluſ. littera P. verb. perſona, concl.* 317. Solorçano *de Indiarum jure, lib.* 2. *cap.* 21. *à num.* 6. *& ſeqq.*

Ubi

Ubi omnes resolvunt, quando in una persona
32 concurrunt diversa jura, † quibus mediantibus diversas personas repræsentat, non est judicanda tanquam una, sed tanquam plures, & quod actio & passio in tali subjecto cadere potest, quia non corporalis, sed intellectualis ejus consideratio habetur, de quo planè etiam innumeros citans agit Tiraquell. *de nobilitate, cap.* 28. *num.* 11. *& seqq. & de retractu Lignagier.* §. *gloss.* 18. *numer.* 21. *& seqq.*

Et arridet doctrina Gloss. & aliorum *in cap.* 1. *ne Sede vacante, & in l.* 1. *ff. de leg.* 1. quod
33 quando ad invicem junguntur duo officia, † utrumque retinet jura sua, quam sequitur Bald. *in l. si convenerit*, §. *nuda, de pignorat. actio.* insignis vir ille non satis laudatus Valençuela *in consil.*
34 69. *num.* 32. ubi etiam *num.* 37. resolvit, † quod quando considerantur duæ personæ in eodem subjecto, potest una juvare alteram, & supplere quod in se non habeat argument. *l.* 2. *Cod. de omni agro deserto*, quæ doctrina non sine periculo transit, si generaliter, & absolutè accipiatur, propterea reducenda, & declaranda erit ex copiosè dictis, & ulteriùs dicendis.

Et facit, quòd quando Rex simul est Dux, in
35 Ducatu consideratur uti Dux, † & non uti Rex, secundum Federic. de Senis *consil.* 220. *col. fin.* Gabriel. *consil.* 195. *num.* 9. *vol.* 2. Surdus *consil.*
36 19. *num.* 33. ideoque si Rex judicat ut Dux, † appellatur ad superiorem in Ducatu, non attenta Regia dignitate. Bart. *in l. si quando, Cod. de appellationibus.* Igneus *in l. necessarios*, §. *non aliàs*, *n.* 428. *ff. ad Syllanianum.* Minsingerius *Centur.* 5. *observat.* 5. Aponte *decis.* 2. & alii relati à Mastrillo *de Magistratibus lib.* 3. *cap.* 8. *ex num.* 32. & Gratianus *dict. cap.* 298. *n.* 49. Solorçano *ubi proximè num.* 13. qui hujus rei rationem reddunt, nempè quod unaquæque dignitas retinet suam
37 pristinam naturam, † & secundùm actum, quem gerit, consideratur, neque in eo ulla ulterius personæ, vel dignitatis ratio habetur, ut probatur *in l.* 1. ubi Baldus *ff. de officio Consulis*, idem Baldus *consil.* 167. *num.* 1. *lib.* Parisius *de resignatione beneficior. lib.* 12. *quæst.* 10. *num.* 4. & 15. Menochius *consil.* 58. *num.* 7. Surdus *cons.* 91. *num.* 19. & *cons.* 183. *num.* 42. & 43. & *consil.* 365. *ex numer.* 22. *usque ad* 27. ubi hoc pluribus exemplis confirmat.

Est ad prædicta elegans Rotæ *decis.* 367. *num.* 1. *in fin. ut in posthum.* Farinacii *tom.* 2. in hæc:
38 *Primò, quia Valentinus non habuit penes † se dictas pecunias tanquam emptor, sed tanquam depositarius, & non est novum in jure, quod quis repræsentet duas personas, & quod gesta cum eo ex una persona non suffragentur quoad aliam, juxta notata per scribentes in l. tutorem, ff. de his quibus ut indigni.* Baldus *consil.* 167. *num.* 1. *in fin. lib.* 2. & 394. *n.* 2. *lib.* 4. Romanus *consil.* 88. *in princip.* Castrensis *consil.* 256. *in princip. & cons.* 312. *nu.* 1. *lib.* 1. Alexander. *consil.* 87. *n.* 15. *& seqq. lib.* 6. Calderinus *consil.* 8. *in fin. de præbend.* Surdus *decis.* 310. *num.* 12. *&c.*

Conducit rectè elegans illa doctrina, quod quan-
39 do possessor majoratus, † aut dignitatis, qui ejus ratione, & jure habet rei proprietatem tantùm & non utile dominium; tamen si ex propria pecunia, aut donatione, aliove titulo ex propria persona non jure majoratus, vel dignitatis acquisivit utile dominium à feudatario, vel emphyteuta, seu usumfructum ab usufructuario; non consolidatur cum proprietate, nec illud debet majoratus, aut Prælati hæres successori in dignitate restituere, quia considerantur jura diversa, & discreta in eadem persona, latissimè plura cumulans Giurba *decis.* 92. *per totam*, optimè explicat Peregrin. *de fideicommiss. art.* 10. *à n.* 1.

Vide suprà *cap.* 12. *part.* 1. *à n.* 11. *& à n.* 16. *vers. Quibus*, † ubi una persona convicta, & con- 40
demnata ratione officii, administrationis aut majoratus, potest executionem impedire ratione sui juris, & ex propria persona, ubi alia similia congessimus, & suprà dictis benè conducit Rota, ut per Alexand. Ludovis. *decis.* 252. *n.* in hæc: *Et ob id sustinebat duplicem personam, nec confundebatur jus Archipresbyteratus cum † administratione Com-* 41
munitatis, sed unumquodque considerabatur de per se, tanquam si duæ fuissent personæ, l. 1. ubi Baldus, *ff. de officio Consulis.* Socinus *in l. cum filium, n.* 28. *ff. de legat.* 1. *&c.* & ipse Ludovis. *decis.* 531. *n.* 7. ibi: *Et non inferunt † diversas personas, sed* 42
diversa jura competentia Marchioni Alphonso superiùs expressa, videlicet, jus hæreditarium, & jus fideicommissi, possunt etiam jura diversarum personarum in una persona concurrere, ita ut plures personas repræsentet, l. tutorem, ff. de iis, quibus ut indignis. Baldus *consil.* 167. *circa finem, lib.* 1. idem Baldus *cons.* 7. *in fin.* Paulus de Castro *cons.* 250. *in princip. lib.* 1. *&c.*

Conducunt etiam, & benè, quæ de discretiva dispositione dicunt jura, † & Doctores, ut exclu- 43
dat, separet, & arguat diversitatem, & separationem, ita ut unum cum alio non confundatur, ut latè videndum erit *in l. hæres meus.* §. *duæ statuæ. ff. de legat.* 3. *l. cùm delationis*, 18. §. *cui fundum. ff. de fundo instructo.* Hieronymus Gabriel. *cons.* 95. *n.* 7. *lib.* 2. Castillo *controvers. tom.* 5. *cap.* 91. *n.* 83. *vers. Deinde ad medium*; & per discursum, & *cap.* 92. *sub numer.* 32. & multa post Surdum, & Menochium, per Beltraminium *in Annotat. ad Alexand. Ludovis. decis.* 301. *num.* 18. & 372. *n.* & 434. *num.* 6. apud quos latiùs videbis de dispositione, & loquutione discretiva, & ejus separatione.

Circa aliam autem rationem, † quam reddit 44
eadem decis. Seraphini 1058. *n.* 8. quod in eodem corpore possunt concurrere diversæ qualitates, ita ut ratione unius detur exemptio, secus verò ratione alterius, ita ut ex hac possit subesse Ordinario, ut per Geminianum *in c. exemptionem, n.* 4. & Franchum *notabili* 4. *de privil. in* 6. probant etiam Capicius *decis.* 58. *n.* 2. quia potest quis esse pro parte exemptus, & pro parte subjectus; ut docet Philipp. Franch. *in cap. si Papa.* §. *& est, n.* 2. *de privileg. in* 6. & alii relati à Cochier *in tract. de jurisdict. ordin. in exemptos*, 2. *p. q.* 45. *num.* 6. *tom.* 1. ubi per totum caput videre poteris plures casus à se cumulatos, in quibus exemptus ab Ordinario ei subest, exemptione minimè obstante.

Ex his manifestè convincitur resolutio Rotæ *in una Casalis*, † coram Seraphino inter recollectas 45
per Marchesan. *de commiss. tit. de signat. gratiæ diversa, part.* 1. *cap.* 2. quæ in ordine est *dec.* 24. *fol.* 118. quæ post postquam probavit, in contractu facto coram Papa, suppleri omnes defectus, & sic beneplacitum S. A. de quo dubitatur, *in. n.* 2. ita ait: *Non obstat quod Leo Papa contraxerit tanquam persona privata, & uti Joannes Baptista, quia hæc restrictio eò pertinet, ut non adquireretur Casale Sedi Apostolicæ, sed ipsi Leoni tanquam privatæ personæ, ejusque hæredibus, & successoribus. Sed non ideo minus potest dici non interveniisse con-*

sensum ipsius, ratione solemnitatis uti Papæ, diversa est enim ratio inter utrumque casum: nam respectu acquisitionis considerari potest duplex persona in Leone, respectu verò consensus minimè, non enim poterat uti Joannes Baptista consentire huic contractui, & uti Leo Pontifex dissentire, & ideo non placuit illud, quod dicitur effectum scientiæ dividi posse, quia hic non de scientia, sed de consensu agitur, qui est indivisibilis in una, eademque persona, &c.

Cui decisioni cuncta juris principia resistunt,
46 † prout hactenus scripsimus; & quia authoritas Prælati tanquam Prælati non informat actus à se gestos, tanquam privato, & in bonis sui patrimonii, ubi alias actus ipsi requirunt authoritatem Prælati, ita Navarr. *cons.* 7. *num.* 1. & 2. incipit, *de Capellania & Præbenda*, quem sequitur Gonçalez *gloss.* 5. *num.* 11. Et quod dicitur in dict. decisione, quod consensus est individuus, quia non poterit uti privata persona consentire: & uti Papa dissentire, contrarium verius est, ut vidimus in
47 omnibus contractibus, † & actis tam extrajudicialibus, quàm judicialibus gestis à representante duas personas, aut dignitates, ut consensus præstitus uti ab una, nihil influat in aliam, prout latè hoc *cap.* 1. & 2. *in dict. cap.* 12. *part.* 1. & est expressa decis. *Burgens.* superiùs adducta *à n.* 16. & signanter ibidem *à num.* 25. ita ut contractus, & consensus, respectu unius qualitatis nec prosit, nec noceat in alia qualitate, cujus intuitu nec contraxit, nec consensit, ex plurimis Doctoribus citatis, & sequutis ab eadem decisione *suprà* allegata *à n.* 26.

Et insuper quod consensus ratione officii nihil operetur respectu juris proprii, ut in Judice, & Tutore adsunt jura expressa *l. cum quædam. C. de administratione tutor. l. si non subscripsisti, eodem tit. l. adversus*, §. *tutoribus, ff. de inoffic. testam.* §. *si tutor. instit. eodem tit.* latissimè Gallerat. *de renuntiat lib.* 5. *cap.* 10. *à num.* 10. & 13. *& per totum.* Ant. Gabriel. *commun. conclus. lib.* 3. *tit. de rerum alienat. conclus.* 2. *à num.* 1. & *à num.* 20. & *lib.* 1. *tit. de præsumptionibus, conclus.* 3. *à n.* 20. Menoch. *cons.* 68. *num.* 7. Tiraquellus *de retract. lignag. à num.* 270. & suprà, ubi de judice Authorizante, & Galleratius *dict. lib.* 5. *cap.* 9. *à num.* 6. qui plurimos alios allegant; alias plurimas doctrinas evincentes hunc articulum videbis in discursu totius hujus *cap.* præsertim *à num.* 28. *cum multis seqq.*

CAPUT XVI.

Commissio non subscripta impetrata ad cognoscendum super jurisdictionem ordinaria prætensa per prælatos inferiores Episcopo, an per Senatum retinenda, ita ut ei uti Ordinario remittatur prima instantia?

SUMMARIUM.

1 & *seqq. Super jurisdictione prætensa per Prælatos inferiores Episcopo, an iste in prima instantia sit competens.*

2 *Super exercitio jurisdictionis, an in aliquo casu exercenda sit, cuilibet judici competit cognitio, an sua sit jurisdictio.*

3 *De jurisdictionis jure, si in possessione, aut in proprietate contendatur, non de nudo ejus exercitio, Judex ipse cognoscere nequit, quia agitur de causa propria.*

4 *Super exemptionis exceptione Ordinarium non posse cognoscere, qui teneant.*

5 *Super exceptione, quod locus contractus, vel delicti non sit de jurisdictione citantis ipse cognoscit.*

6 *Super exceptione exemptionis oppositæ coram Ordinario iste cognoscere nequit.*

7 *Super jurisdictione prætensa per Decanum, aut Archidiaconos in criminalibus, & matrimonialibus, ex immemoriali cognoscit Ordinarius in prima instantia.*

Et interim quod per tres conformes sententias probatur, Ordinarius Episcopus exercet, & manutenetur, ib. & n. 14.

8 *Episcopus, licèt in causa tangente suum personale interesse Judex esse nequeat, potest tamen in tangente suam dignitatem, & Ecclesiam.*

9 *Commissio super jurisdictione prætensa per Prælatos inferiores Episcopo absque subscriptione in prima instantia retinetur in Senatu, causæ cognitione Ordinario remissa.*

10 *De jurisdictionis proprietate, aut possessione quis cognoscit, quando competit ratione dignitatis, non suæ personæ, & proprii juris.*

11 *Episcopus Ordinarius in causa suæ Ecclesiæ potest redargui suspectus, dummodo recusationis causa ante omnia proponatur.*

12 *De exemptione competente ex privilegio, non consuetudine Ordinarius non cognoscit.*

13 *Controversia super privilegio Sedis Apostolicæ ad ipsam pertinet.*

14 *Episcopus manutenetur in jurisdictione prætensa per Decanum, & Archidiaconos ex immemoriali, interim dum ista per tres conformes probatur.*

15 *In jurisdictione per inferiores Episcopo prætensa ex privilegio, isti non Episcopus manutenentur, docentes simul de quasi possessione.*

16 *Text. in cap. cum personæ de privileg. in 6. interpretatur, & declaratur.*

17 *Possessio sola non justificata cum titulo, saltim colorato, non sufficit ad manutentionem contra habentem juris assistentiam.*

18 *Cap. cum personæ de privileg. in 6. latissimè, singulariter declaratum, & interpretatum per Rotam.*

19 *Privilegium, quando simul cum possessione allegatur, sufficit ad manutentionem, cum eo casu possessio non est adeò infecta, nec habet tantam juris assistentiam.*

20 *Cognitio omnium causarum ad Episcopum de jure, non ad inferiorem pertinet.*

21 *Jurisdictio ad inferiorem Episcopo potest ex consuetudine, & præscriptione adquiri.*

22 *Privilegium recipit interpretationem ab usu.*

23 *Trid. in cap.* 20. 1. *ad hæc, sess.* 24. *de reformat. & declaratione S. Congreg. non procedunt quando ab inferiore allegatur cum immemoriabili privilegium.*

24 *Pro cujus clariore expeditione duæ singulares recensentur Rotæ decisiones.*

25 *Exemptionem allegans supponit antecedentem subjectionem, & Diœcesim.*

26 *Episcopus ex juris assistentia manutenetur in jurisdictione ab alio prætensa.*

27 *Et eo magis quando docet de exercitio jurisdictionis.*

28 *Causa universalis magis attenditur quàm exercitium, & actus.*

29 *Privilegium per Episcopum concessum super exemptione, an valeat in præjudicium successorum.*

30 *Ad manutentionem Ordinarii excludendam non sufficit sola privilegii ostensio absque possessione exemptionis non violenta, nec clandestina.*

31 *D. cap. cum personæ emanavit ad favorem ordinarie jurisdictionis.*

32 *Ordinarius exercens jurisdictionem in una parte Diœcesis constituitur in possessione quoad omnes, altero specialiter possidente.*

33 *Ex privilegii sola exhibitione (quod reficit petitorium) non privatur Ordinarius possessione.*

34 *Privilegii sola exhibitio exemptionis non impedit manutentionem.*

35 *Subditus non constituitur in possessione exemptionis in eo, quod non appareat in illam non exercuisse jurisdictionem superiorem, nisi probetur casus contigentia, & ipse exercere volens fuisset repulsus.*

36 *Argumentum à contrario sensu non valet ad inducendam correctionem juris.*

37 *Privilegium exhibens, si est in quasi possessione, impedit manutentionem Episcopi non aliter.*

38 *Rotæ decisio recensetur ad idem.*
Episcopus habet in jurisdictione fundatam intentionem de jure, ib.

39 *Maximè in criminalibus & matrimonialibus vigore Concilii, in quibus, etsi inferior alleget immemorialem, Ordinarius manutenetur, donec per duas conformes cognoscatur.*

40 *De privilegio, & possessione docens inferior manutenentur in jurisdictione criminalium, & matrimonialium.*

41 *Episcopus, soli assistentiæ juris nitens, non obtinet manutentionem jurisdictionis, dolo de privilegio, & quasi possessione contraria.*

42 *Probatio dubia in temporis prosecutione non relevat.*

43 *Declarationes Trid. circa manutentionem Ordinarii in jurisdictionalibus intelliguntur, quando inferior prætendit jurisdictionem ex immemoriali duntaxat, sicut quando ex privilegio, & possessione simul.*

44 *Prælato inferiori prætendenti jurisdictionem ex sola possessione non datur manutentio; sed Episcopo ex juris assistentia.*

45 *Idem est in eo, qui prætendit exemptionem ab Ordinario, qui etiam ex immemoriali possessione sola non obtinet manutentionem contra Ordinarium.*

46 *Secus si Prælatus inferior, aut exemptus cum possessione ostendat simul privilegium, quo casu et datur manutentio.*

Pag. 1 Ultoties contingit, Decanos, Archidiaconos, aliosve Prælatos inferiores cum Episcopo contendere + sibi posse ex jurisdictione in suis districtibus, sive in civilibus causis, sive in criminalibus, matrimonialibus, & beneficialibus privata è, vel cumulativè ad illa Episcopum, hoc tamen renuente, & interdum resistente, pro sui juris defensione recurrit Prælatus inferior ad eandem Apostolicam, rescriptum impetrans alicui Delegato, ut inter ipsum & Episcopum causam, & controversiam dirimat, Episcopus instat, hujus causæ cognitionem in prima instantia ad ipsum solum pertinere ex Decreto Concilii 20. *sess.* 24. *de reformatione*, propter quod recurri solet ad Senatum hunc Supremum in Concilii protectionem, ut ibi causa remittatur hæc.

Et videtur remissionem denegandam, quoniam licèt quando agatur de jurisdictionis exercitio tantùm, an in aliquo casu competat, & exercere debeat in alios, putà per declinatorium: ad quemlibet judicem pertineat cognoscere, † & determinare, an 2
sua sit jurisdictio, *l.* 2 ubi Doct. *ff. si quis in jus vocatus non ierit*, *l. in proprietate*, *C. si contra jus*. Panormitanus, Felinus, & alii *in cap. super litteris*, *de rescriptis*. Erasmus à Cochier *de jurisdiction. in exemptos*, 2. *part. q.* 12. *n.* 1 *tom.* 1. Tamburinus *de jure Abbatum*, *tom.* 1. *disput.* 15. *quæst.* 10. *n.* 1. Nos *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 6. *n.* 27.

Tamen quando agitur non solùm de nudo exercitio jurisdictionis; † sed etiam radicitùs de omnimodo jure ejusdem jurisdictionis, sive in possessione, sive in proprietate, ad quem scilicet pertineat; 3
tunc Judex ipse cognoscere nequit, cùm in sua causa nemo judex esse possit: ita docent Panormitanus *in cap. ad Audientiam*, & ibi etiam Gloss. Franch. & alii *de appellationibus*, Felinus *in cap. super litteris*, *num.* 24. *de rescriptis*, *vers. Fallit.* 4. in his verbis: *Quartus casus, cùm agitur non solùm de nudo exercitio jurisdictionis*, † *ut quia citatus* 4
dicit se exemptum, & *judex negat; multa enim sunt commoda subjectionis, ideo judex suspectus in hac cognitione*, &c. Eadem etiam est sententia Innocent. quam reliqui sequuntur *in cap. venerabilis*, ubi Abbas *num.* 3. & 4. *docentibus*; item *in cap. ex parte*, *de verborum significat.* Felinus *in d. cap. super litteris*, *n.* 10. *vers. Quartus*, Angel. *in d. l.* 2. *n.* 1. & 2. *ff. si quis in jus vocatus*, Marta *de jurisdict.* 4. *part. casu* 145. *num.* 4. Qui omnes negant hanc cognitionem Ordinario.

Quod confirmatur argumento simili; nam quando excipitur, quod locus non est de jurisdictione citantis, eo casu Judex, cujus in ea re vertitur utilitas, cognoscere non potest. Felinus *in* 5
d. cap. super litteris, *num.* 27. ubi etiam Butrius, Cochier *dict. cap.* 12. *num.* 4. Tambur. *dict. quæst.* 10. *sub. n.* 2. qui formant inde argumentum de re ad personas.

Comprobatur pariter hæc pars, quoniam si inter exemptum, & Ordinarium contendatur de jurisdictione, † an sit exemptus ab ordinario necne, 6
quia de exemptione opponit exemptus, cùm tunc agatur de totali ejus fundamento, & proprietate, meritòque jure jurisdictionis, idque cum honore, & commodo Ordinarii, huic de re hac cognoscere non licere, firmarunt duo prædicti Moderni, Coch. *de jurisdict. ordin. in exemptos*, 2. *part. d. q.* 12. *per tot. to.* 1. & Tamb. (illum transcribens) *de jure Abb. tom.* 1. *q.* 10. *per tot.* Quare dicendum pariter videtur in nostro casu, ut commissio impetrata ad cognoscendum de controversia inter Prælatum inferiorem, & Episcopum super pertinentia jurisdictionis per illum prætensæ, & sic de totali jure, & fundamento, seu proprietate, cùm causa Ordinario non pertineat etiam in prima instantia, ei per Senatum fit penitùs denegandæ remissio, cùm nec Concilium Trid. casum illum sibi intret.

Contrariam tamen sententiam, & opinionem nervosè defendam, & defendendam esse non dubitamus, cum in illemmet (in quibus verbis mor- 7
ter-

terminis) pluries determinet S. Congregationem Concil. Trid. ut nempè quando Decani, Archidiaconi, & alii Prælati inferiores Episcopo certant habere in suis districtibus jurisdictionem ordinariam, ex præscriptione immemoriali, in civilibus, criminalibus, matrimonialibus, & beneficialibus, aut horum singulis coram Ordinario ipso hæc causa tractanda, & in prima instantia decidenda, interimque dum per tres sententias conformes Prælatos ipsos jurisdictionem habere declaratur; Episcopus illam omnimodò exerceat & manuteneatur: testatur Rota per Coccinium Decanum *in dec.* 346. *per totam*, ubi commemorantur aliquæ declarationes Sanctæ Cardinalium Congregationis; plurimas Nos litteraliter adduximus, & congessimus hac 2. *p. c.* 4. *num.* 28. *cum multis seqq. & usque ad finem capitis*, quas amplius non repeto. Ergo cum ad Ordinarium pertineat hujusmodi causæ cognitio, omninò remittenda erit ad ipsum per Senatum in prima instantia.

Quod & inevitabili alio fundamento fulcitur: 8 * nam licèt Episcopus in causa sua propria, & tangente ipsius solum, & privatum interesse, non possit esse judex, quia nemo in propria causa judex esse potest: tamen in causa tangente suam Ecclesiam, aut dignitatem licitè judex esse potest, & permittitur à jure, prout abundè post magnam declarationem Cardinalium, Doctorumque catervam comprobavimus hac 2. *p. cap.* 5. *in articulo de recusatione Ordinarii*, §. 1. *à n.* 11. *cum multis seqq.* Igitur cùm hæc causa pertinentiæ jurisdictionis sit non 9 propria, * & particulariter sua Episcopi, sed suæ Ecclesiæ, & dignitatis; fatendum erit sibi pertinere cognitionem in prima instantia, ac etiam à Senatu remittenda, cùm clarè per commissionem offendatur dispositio dicti Decreti Trid.

Quare affirmandum erit illam doctrinam, & Doctorum assertionem superiùs pro contraria parte 10 adductam, * ut quando agitur non de exercitio jurisdictionis, sed de totali jure, & fundamento ejus non cognoscat Ordinarius Judex: procedere dicendum erit in illo Judice; cui non ratione, & contemplatione dignitatis Ecclesiasticæ jurisdictio in proprietate competit; sed eo cui uti domini territorii, & uti propria sua pertinet jurisdictio in proprietate, quo casu verissima est illorum Doctorum propositio: secus in Episcopo, cui jurisdictio competit ratione dignitatis Episcopalis, non tamen jure propriæ personæ, ut *in dict. cap.* 5. latiùs deduximus.

Fateor tamen, posse ipsum Ordinarium ex hac 11 causa redargui suspectum, * si ante omnia recusatio proponatur, & in tempore à jure permisso, prout post magnam Doctorum catervam firmavimus; & præfatam conclusionem limitavimus *in d. c.* 5. *d.* 6. *vers. At nihilominus, d. n.* 32. *cum multis seq.* Quod & quidem est de mente ferè omnium Doctorum, quos pro contraria parte retulimus, & in specie Felinus *d. c. super litteris n.* 24. *vers. Quartus casus*, ibi: *Ideo Judex est suspectus in hac cognitione, de rescriptis.*

Nostra tamen resolutio limitanda erit in habente privilegium exceptionis à jurisdictione ordina- 12 ria, * ut de ejus exemptione, quando radicitus tractatur de jurisdictionis fundamento totali, & de ipsa exemptione & privilegio; non coram Ordinario, sed coram superiore, putà Summo Pontifice, aut Legato de latere (cujus vices, & potestatem habet ex sua facultate Nuntius Hispaniæ) disceptanda erit hæc causa, ex his quæ latè deduxere Erasmus à Cochier *de jurisdictione in exemptos*, 2. *p. c.* 10. *per totum*, *tom.* 2. & Tamburin. *de jure Abb. to.* 1. *disp.* 15. *q.* 17. *per tot.* & nos diximus superius in fundamento ultimo contrariæ partis, & conducunt, quæ ipse Cochier ubi proximè *quæst.* 6. *per totum.*

Quia, ut ipsi firmant, in hac controversia tangitur privilegium ipsum Papæ, & de ejus viribus contenditur, * quod Sedi Apostolicæ tantum per 13 tinet, ex *c. cum venissent*, ubi Gosf. *verb. judicari*, *de judiciis*, Tamburin. *in d. q.* 10. *num.* 3. Cochier. *de jurisdict. ordin. in exemptos*, *lib.* 2. *q.* 13. Cotta *in memorialibus*, *verb. privilegium*, *pag.* 906. Barbos. *in collect. ad d. c. cum venissent*, *num.* 2. Greg. Lop. *in l.* 2. *verb. è quando acciere*, *tit.* 1. *p.* 2. *& in l.* 27. *glos.* 1. *numer.* 18. *p.* 3. *l.* 6. *tit.* 1. *l.* 4. *Recopil.* Garcia *de nobilit. gloss.* 1. §. *n.* 1. *&* 2. Gutier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 28. *num.* 2. Gironda explicat *de privileg. & exempt. nu.* 83. quare hujus specialitatis, & aliarum ratione, quæ in exemptione reperiuntur libenter admittimus hanc fallentiam.

Circa illud autem, quod superius *n.* 7. *vers. Contrariam tamen*, * ubi scilicet datur inter Prælatos 14 inferiores, & Episcopum contentio super jurisdictione prætensa, ut sit Episcopus Ordinarius interim manutenendus, donec vincatur per tres sententias conformes: animadvertendum unum utile valde duximus; quod illa doctrina, & declarationes omnes S. Congregationis ibidem remissivè relatæ procedunt in casu, de quo loquuntur, illius terminos non excedentes, nempè quando Prælati ipsi jurisdictionem prætendunt ex immemoriali consuetudine, & præscriptione dumtaxat, ut secus sit quando eam prætendunt ex privilegio, quod allegant, & exhibent, ac simul possessionem: nam si de utroque docent simul, * tunc ipsi, non Ordi- 15 narius manutenendi sunt in sua possessione, ut plures Rotæ decisiones ad id allegat Marescotus *variar. resol. lib.* 1. *c.* 11. *numer.* 18. ubi dicit, quod quando contra habentem juris communis assistentiam allegatur privilegium simul cum possessione, & præscriptione, manutendus tunc erit, ille, qui privilegium allegat, ea ratione, quia possessio non est adeò infecta, nec habet tantam resistentiam juris, nec tantam præsumptionem contra se, cùm justificetur ex titulo, quin sit habenda in consideratione, quemadmodum si sola præscriptione niteretur, * & est text. *in c. cum personæ*, *de priv-* 16 *ileg. in* 6. quem ita declarant, & interpretantur DD. communiter ibi, Lupus Anchar. *in notabili*, 12. Geminianus *in* §. *fin. num.* 2. Franch. *num.* 2. & fuisse resolutum in una Salmantin. *juris&t.* 27. *Decembris* 1582. *coram Seraphino*; testatur Marescotus loco citato, quam doctrinam declaravi per eundem *ib. n. seqq.*

Qui *num.* 21. & 22. plures decisiones allegat in proposito, * ut Prælati inferiores prætendentes ju- 17 risdictiones ex immemoriali, debeant manuteneri contra Ordinarium Episcopum, quas tamen omnes declarat, ibi, *n.* 23. *& seqq.* ut procedant, & locum sibi vindicent, si ultra quasi possessionem deductam à Prælatis inferioribus, producatur etiam titulus; licèt per se non sit sufficiens, dummodo sit talis, qui præbeat causam præscribendi, quia sola possessio non coadjuvata aliquo titulo, quantumcumque colorato, non sufficiet pro manutentione contra eum, qui habet juris communis assistentiam, ut probat *d. cap. cum personæ*, §. *ex quit.* & ibi notant omnes, Joan. Andr. *n.* 6. Geminianus *n.* 4. *vers. Nota quod ponderandum hic*, Franchus *nu.* 2. Covar. *pract. q. c.* 17. *num.* 6. *vers. Quæ quidem inter-*

interpretatio, & latiùs procedit declarando ipſe Mareſcotus ibidem per n. ſeqq. videndus.

Pro quo eſt deciſio Rotæ Salmantin. proximè
18 relata, † quæ apud Seraphinum eſt in ordine 595. atque *n.* 2. ita ait: Domini cenſuerunt negotium decidi per textum ex adverſo allegatum, *in cap. cum perſonæ, de privilegiis in* 6. quando enim allegatur privilegium, & præſcriptio, tunc manutenendus eſt ille, qui privilegium allegat; quia poſſeſſio tunc non eſt adeò infecta, nec habeat tantam reſiſtentiam juris, nec talem præſump-
19 tionem contra ſe, cùm juſtificetur ex titulo privilegii; † ut non ſit habenda in conſideratione, quemadmodum, ſi ſola præſcriptione niteretur, & ita habet locum ibi textus, ut diſtinguunt omnes Doctores, Anchar. ibi *nota* 22. Gemin. *in §. fina. n.* 3. & 4. & ibi Franch. *n.* 22. Licèt ergo de jure
20 communi cognitio harum cauſarum ad Epiſcopum, † & non ad inferiorem pertineat, *c. accedentibus de exceſſib. Prælator.* Abb. *in c.* 1. *n.* 11. *de conſanguin. & affinit.* Covar. *in Epit. in* 2. *p.*
21 *c.* 8. *n.* 12. tamen cùm ex conſuetudine, † & præſcriptione poſſit ad inferiores pertinere. Gloſ. *d. c.* 1. *de conſanguin. & affinitate*, & ibi Abb. *n.* 11. &
22 hìc concurrat privilegium, quod reſpicit interpretationem ab uſu † & conſuerudine; manuteneri debet inferior de jure communi, & quod allegatur ex *ſeſſ.* 24. *c.* 20. *de reformatione*, juncta reſolutione S. Congregationis (facta ſemel in cauſa Burgenſi, 24 Septembris 1575. & iterum in cauſa Palentina Archidiaconatus 10. Martii ejuſdem anni 1565.) poteſt pati difficultatem, quando allegatur immemorabilis juncta cum privilegiis, quæ exhibentur, &c.

Et inſuper pro clariori intelligentia dictarum declarationum S. Congregationis, duæ mirabiles
23 aliæ editæ ſunt, † & expeditæ Rotæ deciſiones, quæ omnimodam difficultatem abſolvunt; prior eſt in una Sipuntina juriſdictionis 24 Maii 1613. coram Dunaceto, quæ ſic in ſequentibus ait.

Pro informante fuit reſolutum nempè Domino
24 *Archiepiſcopo*, † *eſſe dandum mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exercendi juriſdictionem; etenim cum loca, de quibus agitur, ſint intra Diœceſim, quod probatur ex eo, quod Dominus Abbas*
25 *allegat exemptionem, quæ in neceſſarium * antecedens præſupponit exiſtentiam in Diœceſi. Rota in cauſa Volaterranenſ. juriſdictionis* 14. *Januarii* 1581. *coram Barbo relata inter diverſ. impreſ. deciſ.* 207. *p.* 2. *& latiùs in conſtit. juriſdictionis* 18. *Maii* 1611. *coram Reverendiſ. Attrebat. & etiam deponunt teſtes, quorum ſommarium fuit datum. Videtur quod Dominus Archiepiſcopus habeat de jure communi fundatam intentionem, cap. omnes Baſilicæ* 16. *quæſt.* 7. *c. conquerente, de offic. Ordinar. cap. cum Epiſcopus, eodem tit. in* 6. Veral. *deciſ.* 306. *p.* 1. *&* 203. *part.* 2.

26 *Ob quam juris aſſiſtentiam debet manuteneri, * c. cum perſonæ, §. fin. cum ibi notat. de priuil. in* 6. *Vell. dict. deciſ.* 306. *part.* 1. *Rota in cauſa Salmantinæ juriſdictionis* 18. *Aprilis* 1581. *coram Cantucio relata inter diverſas impreſſion. deciſ.* 145. *l.* 6. *part.* 2. *in Vero juriſdictionis* 15. *Maii* 1608. *coram Domino Attrebaten. & alibi ſæpè.*

27 *Et * præfata eo magis procedunt, quia de exercitio juriſdictionis deponunt prædicti teſtes. Rota in dict. Calagurritana juriſdictionis* 5. *Maii* 1608. *coram Reverendiſſimo Attrebaten. & in Vero Libien. ſeu Bertinorienſ. Diœceſis* 3. *Aprilis* 1609. *coram eodem; etiamſi non deponant de omnibus actibus*
28 *juriſdictionalibus, quia ſufficit causa * univerſales, quæ magis attenditur, quàm actus, ut fuit reſolutum in cauſa Aſſiſienſ. Canonicatus* 14. *Junii* 1600. *coram me, & in terminis juriſdictionis.* Innocent. *in cap. dilectus, n.* 3. *de Capell. Monach. & alii infra allegandi. Et ſuper aliquibus Capitibus juriſdictionis in territorio, de quo agitur: dantur etiam decreta Sanctæ Congregationis ſuper Concilio ad favorem D. Archiepiſcopi.*

*Non obſtat prætenſum privilegium * exemptionis* 29
conceſſum de anno 1211. *ab Archiepiſcopo Sipuntino; nam omiſſo quantum hoc privilegium valeat in præjudicium ſucceſſorum, de quo in Veronen. exemptionis* 27. *Maii* 1594. *coram Bon. mem. Cardinal. Pamphilio.*

*Reſpondetur, quod ad evitandum * manutentio-* 30
nem Ordinarii non ſufficiat exhibitio privilegii, niſi ulterius adſit quaſi poſſeſſio exemptionis, ut habetur in cap. cùm perſonæ de privileg. l. 6. ibi: *Quia de privilegio faciunt fidem in libertatis, * vel* 31
exemptionis poſſeſſione, non violata, non clandeſtinata, nec conceſſa precario, de qua ſi fidem coram eiſdem fecerint non turbentur. Si enim Papa mandat eos non turbari in poſſeſſione, per neceſſarium antecedens præſupponit, quod poſſideant, quia privatio præſupponit habitum, juxta notata in l. decem, ff. de verbo oblig. Et iſte intellectus ſuadetur
*eo * quia dict. c. cum perſonæ emanavit ad favorem* 32
juriſdictionis Ordinariæ, ut patet in principio, ibi: *Ordinariorum correctiones, & ordinationes ſubterfugientes. Nos volentes ſuper hoc de ſalubri remedio providere ſtatuimus, ut hi, qui ſe aſſerunt per privilegia, ſeu indulgentias Apoſtolicæ Sedis exemptos à locorum Ordinariis, &c. Ex qua narrativa procœmii colligitur cauſa finalis l. fin. ff. de hæred. inſtituen.* Oldrad. *conſ.* 103. *n.* Roman. *conſ.* 38. *n.* 1. Alexand *conſ.* 160. *n.* 20. *l.* 6. *Sic igitur allegantes privilegium exemptionis per ſolam * exhi-*
bitionem privilegii, antequam de illius juribus 33
cognoſcatur liberarentur ab exercitio juriſdictionis Epiſcopi, diſpoſitio text. emanaſſet ad illorum favorem, ſi quidem per Regulas juris ſola exhibitio privilegii non tolleret exercitium Ordinarii.

Nam eo ipſo quod Ordinarius exercet juriſdictionem in una parte ſuæ Diœceſis videtur conſtitui in quaſi poſſeſſione exercendi, quoad omnes in quibus alter non habet particularem quaſi poſſeſſionem, Abbas *conſ* 71. *col. fin. verſic. Tertiò ad idem*, ibi: *Nec alius erat in poſſeſſione, l.* 2. Felin. *in cap. auditis, numer.* 19. *in* 3. *declarat. de præſcriptis*, Rebuff. *de decimis, quæſt.* 9. *numer.* 9. Menochius *remed.* 3. *retinendi numer.* 135. Cephal. *conſil.* 369. *n.* 15. *cum pluribus ſeq.* Rota *in cauſa Orolien. decimarum* 19. *Junii* 1591. *coram Gypſio, & in Valentina decimarum* 27. *Octobris* 1598. *coram Bon. mem. Seraphin. & in terminis juriſdictionis tradit.* Innocent. *in cap. dilectis, numer.* 3. *verſ. Poſſeſſorium eſt*, Oſt. *numer.* 1. *verſic. Ex prædictis etiam*, Joan. Andr. *numer.* 8. Butr. *numer.* 5. Boich. *nu.* 11. *de Capellis Monach.* Derall. *deciſ.* 306. *par.* 1.

Et proinde per iſtam exhibitionem privilegii, 34
*quæ concernit petitorium * remaneret Epiſcopus privatus ſua quaſi poſſeſſione contra notat.* per Abb. *in cap.* 1. *numer.* 4. Buttrius *numer.* 2. *ut lite pendente*, Lancelot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 17. *nu.* 161. *& ſeqq. Et in ſpecie, quod ſola exhibitio privilegii exemptionis non impediat manutentionem. Fuit decitum in cauſa Carthaginenſ. decimarum* 17. *Junii* 1590. *coram Gypſio.*

Nec poteſt ſubditus dici conſtitutus in quaſi poſ-
*ſeſſione exemptionis * ex eo ſolum quod non appa-* 35
reat

reat superiorem in illum exercuisse jurisdictionem, nisi probetur quod venerit casus exercendi, & volens exercere fuerit repulsus, & repulsioni acquieverit, vel aliàs habuerit se pro spoliato, ut per Innocen. Oct. Joan. Andr. Butr. Boich. & Veral. locis sup. allegatis.

Et licèt Glossa in dict. cap. cùm personæ, verbo Turbentur, innuatque sola exhibitio privilegii, sufficiat per §. seqq. infra eodem; attamen loquitur
36 *contra Regulas juris, ut patet ex prædictis,* * *& ducit argumentum suum à contrario sensu*, ut advertunt Lapus, Anchar. & alii infrà allegandi, *quod argumentum non valet ad inducendam correctionem juris*, ut latè per Everar. *in loco à contrario sensu num.... prout induceretur in proposito casu, & iste communis intellectus illius capitis cum personæ*, ubi per Lap. ibi. *n.* 4. *vers. Et hoc videtur*, Anchar. *n.* 6. *vers. Hoc tamen*, Gemin. *in §. si verò, vers. Et hoc videtur.* Franch. ib. *numer.* 3.
37 *vers. Et non procedit, dum dicunt exhibentem* * *privilegium, ita demum evitare manutentionem Episcopi, si ipse est in quasi possessione exemptionis.* Hactenus Rota.

Quæ quidem decisio est 194. *part.* 1. *recent.* quam ad idem refert & sequitur Tamburin. *de jure Abb. tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 8. *à n.* 2.

Alia est etiam ad id ipsum Rotæ *decisio, in una Theatina jurisdictionis de Atiza* 17. *Decembris* 1612. *coram Coccino Decano*, in hæc verba: licèt
38 locus Atizæ sit intra limites * Diœcesis Theatinæ juxta resolutionis causas factas, & propterea Reverend. Archiepiscopus habeat intentionem fundatam de jure, *ut in cap. omnes Basilicæ* 16. *quæst.* 7. Romanus *consil.* 180. *n.* 4. *vers. Habet enim Episcopus*, Federicus de Sen. *consil.* 145. *n.* 6. *ante finem, versic. Undè si aliquis etiam ad effectum manutentionis, ut in cap. cum personæ de privileg.*
39 Et tantò magis in causis criminalibus, * & matrimonialibus vigore Concilii Trid. *sess.* 24. *cap.* 20. §. *ad hæc, de reformatione*, ex cujus sententia Sacra Congregatio censuit, quòd etiam si inferior alleget immemorabilem; nihilominus Ordinarius debeat manuteneri, donec de ea per tres sententias cognoscatur.

40 Tamen Rota in casu * de quo agitur censuit Præposito Atizano, dandum esse mandatum de manutenendo, quoad cognitionem causarum Civilium, matrimonalium, & Criminalium. Quia nedum constat de possessione prædicti Præpositi, verùm etiam docet de privilegio sibi concesso, usque de anno 1118. à tunc existente Episcopo, & Capitulo Theatino subscripto ab ipsomet Episcopo. Quod privilegium cùm fuerit datum ante Paulinam de consensu Capituli, absque dubio suffragatur, *cap.* 2. *cap. cùm nos, & cap. tua, de iis quæ fiunt à Prælatis, cap. Pastoralis in fin. de donationibus*, Federicus de Sen. *consil.* 111. *n.* 3. *in fin. vers. Nam cùm in tali exemptione.* Et fuit dictum in alia Theatina jurisdictionis 26. Martii præteriti coram R. P. D. meo Cavalerio. Ultra quod ex observantia subsecuta, nempè ex solutione Brizantii, de quo in dicto privilegio, & ex cognitione causarum, quatenus beneplacitum Apostolicum esset necessarium, esset præsumendum, Gonzalez *sup. Reg.* 8. *glos.* 12. *n.* 76.

Undè sequitur, quòd cum Reverendissimus Ar-
41 chiepiscopus * nitatur sola dispositione juris communis, Præpositus autem alleget possessionem, & privilegium; procul dubio Præpositus sit manutenendus, ut habetur *in dict. cap. cum personæ*, ubi Ancharran. *in* 2. *notab.* Geminianus *in §. fin. circa fin.* & ibi etiam Franchus *num.* 2. & 3. Et dixit Rota in Salmantina jurisdictionis 17. Decembris 1582. coram Card. Seraphino; & in alia Aquilana jurisdictionis 30 Martii 1607. coram Pamphilio.

Nec obstant visitationes datæ pro parte R. D. Archiepiscopi, * quia nulla visitatio datur ante 42
Concil. Trident. illæ autem, quæ dantur sunt post Concil. Trid. Undè cum non constet illas fuisse factas jure Ordinar. vel vigore Concilii, ista probatio tanquam dubia non relevat Dominum Archiepiscopum, *cap. in præsentia, de probationibus*, & in puncto fuit resolutum in dicta causa Aquilana, in qua dicitur, quod cum non docentur de visitationibus ante Concil. verisimile erat, quod fuissent factæ vigore Concilii allegando in argument. *l. quædam mulier, ff. de rei vend. & in l.* 2. *ff. de acquir. possess.*

Non obstat dispositio Concilii Trid. * & Decla- 43
ratio Illustrissimorum interpretum; quia licèt verum sit, quod dùm cognescitur super immemorabili per tres conformes, Ordinarius debeat manuteneri: Tamen quidquid sit, an Concilium procedat in Decanis, & aliis dignitatibus in eadem Ecclesia, in quibus non habere locum dispositionem Concilii, censuit Rota in causa Salmantina jurisdictionis prima Julii 1605. coram Aldobrandino, & in alia Burgens. jurisdictionis 16. Decembris 1564. coram Orano. Quia postmodum non fuit facta hujusmodi distinctio coram me in causa Patren. jurisdictionis, & in alia Theatina jurisdictionis coram R. P. D. meo Cavalerio. Decisiones Concilii videntur indistinctè loqui, & propterea quidquid sit de hac responsione firmiter fuit dictum, quòd declarationes Concilii loquuntur, quandò agitur super immemoriali tantùm: hìc autem docetur de privilegio, & antiquissima possessione; undè nisi aliud censuerit Sacra Congregatio, placuit Dominis dispositionem Sacri Concilii esse intelligendam quoad manutentionem dandam inferiori, qui docet de privilegio, & possessione secundùm terminos *cap. cum personæ, de privileg. in 6.* & ita concluSum, &c.

Quam decisionem ad litteram refert Tamburin. *de jure Abbatum, tom.* 1. *quæst.* 15. *disput.* 18. *à n.* 8. Hanc distinctionem sequutus, * quod quoties 44
de possessione duntaxat docet Prælatus inferior, qui prætendit contra Episcopum jurisdictionem in suo districtu habere, non ipse, sed Ordinarius debeat manuteneri ex assistentia juris communis. Et idem firmat in eo, qui prætendit exemptionem * 45
à jurisdictione ordinaria, ut non juvetur ad manutentionem contra eum ex sola possessione, & præscriptione, etiam immemoriali: at verò quando cum possessione exhibet privilegium, & titulum * 46
saltim coloratum, qui præstet causam præscribendi, tunc non Ordinarius, sed Prælatus inferior in jurisdictionis prætensæ, aut exemptus in exemptionis quasi possessione manutenendus sit; prout & latiùs comprobatum reliquimus hactenus.

CAP.

CAPUT XVII.

Si pars non contradicens pariatur in Rota, aliove ſuperiori Tribunali, cauſam in prima inſtantia tractari, vel etiam cum proteſtatione, etiam occulta conſentiat illic de bono jure agi: an executoriales inde obtentæ, ſive ſuper principali, ſive ſuper incidenti (puta manutentione) ſint inſuper retinendæ, ad Ordinarium per Senatum cauſæ remiſſione facta.

Et nunquid conſenſus Ordinarii ſuperveniens revalidet executoriales, & impediat in Senatu cauſæ denuo tractandæ ad eundem remiſſio.

SUMMARIUM.

1 *Concilium Trident. in cap. 20. ſeſſ. 24. non excluſiſſe ſententiam, ac rem judicatam; pluries determinavit Rota.*

2 *S. Congregatio idem cenſuit; Concil. non comprehendere caſus per ſententias determinatos.*

3 & 4. *Rotæ deciſio refertur, qua decrevit, res judicatas non ſuſtuliſſe Concilium.*

5 *Concilium in cap. cauſæ omnes, quemadmodum non derogat immemoriali, ita nec rei judicatæ.*

6 *Rotæ deciſio recenſetur ad idem.*

7 & 8. *Concilium, ubi non derogat ſententiis, non comprehendere caſus per eas deciſos, cenſuit S. Congregatio.*

9 *Super caſu non comprehenſo in diſpoſitione Trid. protectionis Regalia denegatur.*

10 *Declinatoria oppoſita, & rejecta adquieſcente parte, judicium, & ſententia tenent.*

11 *Quod procedit quando aliàs Judex habet juriſdictionem, licet per declinatoriam elidibilem.*

12 *Judex incompetens, poſtquam ſe competentem declaravit; quieſcente parte ulterius de ejus incompetentia non eſt diſputandum.*

13 *Executoriales obtentæ in Rota, ubi cauſa cœpta fuit in prima inſtantia, non concurrente conſenſu partium, & Ordinarii, tanquam nullæ non præſtant impedimentum, quominus retentæ in Senatu, cauſa denuò tractanda Ordinario remittatur.*

14 *Executoriales, contra formam Trid. obtentæ, ſunt nullæ ex defectu juriſdictionis.*

15 *Dictio* duntaxat *qua utitur Trid. reſtringit, & excludit omnes alios caſus, & perſonas, præter expreſſas.*

16 *Eſt reſtrictiva, & taxativa, ut concludat negationem in aliis perſonis.*

17 *Dictio* duntaxat, *& aliæ taxativæ in diſpoſitione de aliquid faciendo inducit formam, & ſolemnitatem, ita ut aliter actus vitietur.*

18 *Habet vim prohibitionis tacitæ & expreſſæ.*

19 *Dictiones taxativæ exponuntur negativè.*

20 *Lex ſimpliciter prohibens intelligitur tacitè apponere clauſulam annullativam.*

21 *Dictio* duntaxat, *qua utitur Trid. exponitur tanquam taxativa, ut ſolus Ordinarius.*

22 *Lex dicens, ſolus procedat, attribuit juriſdictionem privativam.*

23 *Et majoris Magiſtratus cujuſcumque juriſdictionem excludit.*

24 *Neque ejus juriſdictio poteſt præveniri.*

25 *Tridentini decreto in cap. cauſæ omnes non ſolùm reperitur irritans tacitum, ſed expreſſum.*

26 *Trident. & conſtitutio Leonis X. annullant proceſſum factum in prima inſtantia contra tenorem Trident.*

27 *Verba* (Nullius ſit momenti) *vel aliter annullativa inducunt decretum irritans expreſſum.*

28 *Proceſſus appellatione veniunt omnes ſcripturæ in judicio factæ coram Judice, & Notario deputato.*

29 *Proceſſus appellatione venit ſententia.*

Acta judicii ſunt vehicula ad ſententiam, quæ ſingula ſunt, ita & ſententia, ibid.

Defectus in commiſſione ineſſuit in quodlibet derivatum ex ea, ibid.

30 *Decretum irritans tollit vires ſententiæ, ac ejus executionem impedit.*

31 *A Nuncio latam ſententiam procedente in prima inſtantia contra formam Trid. eſſe nullam ex defectu juriſdictionis declaravit Rota.*

32 *Sententia lata à Nuntio, vel Legato in prima inſtantia, in qua nullam habet juriſdictionem ex Trid. ejus defectu eſt nulla.*

33 *Juriſdictionis defectus inſanabilis eſt, & cæteris major, non contentus in ſtatuto excludente omnes defenſiones.*

34 *Juriſdictio in prima inſtantia alteri Judicis nequit prorogari, niſi concurrente partium, & Ordinarii proprii conſenſu.*

35 *Juriſdictio quando nequit prorogari in præjudicium alterius, ſententia defectu juriſdictionis nulla eſt.*

36 *Proceſſus, & acta nulla ſunt facta prorogatione, abſque ſuperioris conſenſu.*

37 & 38. *Sententia in prima inſtantia, nitens fundamento per Trid. reprobato, omnino corruit, quia procedit à radice infecta, juxta declaration. Sanct. Congregation.*

39 *Res judicata ex fundamento à lege reprobato, pariter reprobata intelligitur.*

40 *Sententia lata ſuper petitorio, durante adhuc poſſeſſorii ejus ſuſpenſione, eſt nulla.*

41 *Sententia confirmans aliam nullam, pariter & nulla eſt ex defectu fundamenti.*

42 *Executoris exceſſus ſicut eſt nullus, ita pariter & ſuperioris ſententia illum confirmans.*

Nullitas primæ ſententiæ influit in alias eam confirmantes, ibid.

43 *Executoriales obtentæ ſuper inſtantia ablata Ordinario, abſque ejus conſenſu ſimultaneè retinentur in Senatu, illi remiſſa cauſa denuo cognoſcenda.*

44 *Executionem executorialium obtentarum ablata prima inſtantia Ordinarii, an hujus jure, & reſpecta poſſit prorogans evitare.*

45 *Obſervatio Eraſmi à Cochier in propoſito refertur, ibid.*

46 *Executio executorialium obtentarum contra formam Trident. in cap. cauſæ omnes, nec in prorogantem fit, non conſentiente Ordinario, quia eam in totum excludit juriſdictionis complicatio, & connexitas.*

47 *& ſeq. Poſt rem judicatam conſenſu Ordinarii accedente, an ceſſet protectionis Regalia, & Tridentin. diſpoſitio.*

48 *Actus nullus in favorem alicujus intelligitur, ſi ipſe velit.*

49 *Consensus tacitus Ordinarii ex scientia, & patientia inductus sufficit ad validitatem prorogationis.*

50 *Ordinario præsente prorogationi alienæ jurisdictionis, & tacente videtur consentire.*

51 *Consensus Ordinarii accedens post rem judicatam, & sic tempore incongruo non reddit judicium validum.*

52 *Doctores affirmantes, consensum tacitum Ordinarii sufficere ad prorogationis validitatem, loquuntur quando tempore prorogationis accessit, non quando post rem judicatam fundatam in actis nullis.*

Nec eo tempore incongruo accedente impeditur recursus, & per Senatum facienda remissio, ib.

Jus parti quæritur ex actu etiam nullo, cui detrahere adversarius non potest, ibid.

Processus nullus gestus à Judice carente jurisdictione in radice, & à principio, nequit per partis consensum revalidari, ib.

Nullitas proveniens ex defectu jurisdictionis non convalescit per consensum partis, accedentem post jam causatam nullitatem, ib.

Filius in adventitiis, quorum pater noluit adquirere usumfructum, non potest agere in judicio sine ejus licentia, ib.

Consensus patris accedens post litem contestatam à filio non revalidat judicium, ib.

Ratificatio processus nullius debet intervenire ante sententiam, quia post eam non sit tempore congruo, ibid.

Actus judiciales debent præcedere ipsam sententiam, cum sint vehiculum ad eam, ib.

Jus parti adquiritur ex actu etiam nullo dicendi nullitatem de eo, cui detrahi non potest ab adversario, ibid.

Inhibitionis causa cessante non cessat ejus effectus jam consummatus, ib.

Consensus super actu nullo non subsistit, ib.

Contrahente non perseverante in suo consensu, nihil prodest alterius consensus postea superveniens, quia non reperit subjectum habile, cui conjungatur, ibid.

Ratificatio non retrotrahitur data, vel à principio, vel medio tempore inhabilitate alicujus extremi, ibid.

Medium inhabile impedit extremorum habilium conjunctionem, ib.

Ratificatio non cadit super actu nullo, ubi declaratur, ib.

53 *Ex consensu metu censurarum (facta prius protestatione) prorogatio facta in Romana Curia per partem compulsam dicere de bono jure post oppositam declinatoriam, non tenet nec tribuit jurisdictionem in prima instantia.*

54 *Actus factus ex coactione Judicis non inducit consensum.*

Comparens ex necessitate juris renuntiationem recusationis, aut appellationis non inducit, ibid.

55 *Comparens coram Judice incompetenti cum protestatione, nec declinatoriæ, nec recusationi oppositæ renuntiare videtur.*

56 *Comparens cum clausula (citra consensum) non censetur consentire in Judicem competentem.*

Ex consensu meticuloso crescit violentia, & ratio protectionis in Senatu, ibid.

57 *Executoriales obtentæ in prima instantia contra formam Trident. super articulo incidenti, puta, manutentione, multo magis retinentur in Senatu.*

58 & 59. *Declarationes Cardinalium, & Rotæ decisiones, dicentes Concil. Trid. in cap. causæ omnes non excludere rem judicatam obtentam, non procedunt in prima instantia Ordinarii, sed in §. ad hæc ejusdem decreti re longe diversa, ut ostenditur.*

60 *Trid. in c. 29. §. ad hæc, non sustulit jurisdictionem inferiorum Episcopo, quæsitum per res judicatas ante Concilii promulgationem.*

61 *Lex non trahitur ad præterita jam decisa per rem judicatam, transactionem, juramentum, præscriptionem, & similia.*

62 *Declaratoria opposita super qua declaratur, & acquiescit pars, tunc facit Judicem competentem, quando solius partis sufficit consensus, non quando alterius simul est necessarius.*

63 *& seq. Gundisalvi de Paz observatio recensetur impugnantis validè praxim, sibi falsò relatam, Consilium Supremum non remittere Ordinario causam, postquam pars in Judicem Romanæ Curiæ consensit.*

64 *Praxis hæc si vera foret, nullo jure sustineretur.*

65 *Prorogatio est extensio, jurisdictionis ad casum, seu personam in ea non expressam.*

66 *Extensio ab eo quod non est, non fit.*

67 *Jurisdictionis minimè existentis non fit prorogatio.*

68 *Auditor Cameræ, & quilibet alius Judex in prima instantia caret jurisdictione ex Trid.*

69 *& seq. Cujus singula verba ad idem ponderantur per Gundisalvum de Paz.*

72 *De substantia prorogationis est consensus partium litigantium.*

73 *Clerici semel licentia sui Episcopi non prorogant alterius jurisdictionem.*

74 *Juri alteri quæsito detrahi nequit.*

75 *Auditor Cameræ, est Judex Delegatus.*

76 *Jurisdictio Delegati, ut prorogetur, necessarius est consensus expressus, non tacitus.*

77 *Comparitio sola coram Auditore Cameræ, aliove Delegato, etiam sine declinatoria ejus, non inducit prorogationem.*

78 *Litteræ in Senatu retinendæ, quamvis pars coram Delegato comparuit suas exceptiones allegans, & monitorio respondens.*

79 *Consensus partis, si sine licentia Ordinarii sufficeret ad alterius prorogationem, illusorium maneret Trident. & Regalia protectionis.*

NOn possum non fateri arduam esse prima * facie hanc quæstionem, siquidem reperio decisum pluries fuisse per Rotam, decretum Concilii Tridentini, *session. 24. de reformatione, cap. 20. causæ omnes*, minimè excludere sententias, & judicatam, ut in una Legionense *jurisdictionis de Saldanna* 13. *Novembris* 1613. coram Domino Blancheto, ubi in fine decisionis sic dicitur: *Nec etiam obstat decretum Concilii Tridentini, capitul. 20. sess. 24. quia, ut fuit resolutum ab Illustrissimis,* * *Cardinalibus, Concilium non comprehendit casus per sententiam determinatos, ut in illa Lucensi, cujus copia data fuit, ideo videndum prius, an dicta sententia sit in forma probanti, & quos casus comprehendit*, &c. quam refert Nic. Garcia *de benef. 3. part. cap. 2. n. 103.* 1 2

Hoc idem determinavit * ipsa Rota in una Burgen. jurisdictionis Diaconatus de Virbiesca 2. *Decembris* 1585. coram Dom. Seraphino, quam ad litteram refert ipse Garcia ubi proximè, *n.* 205. quæ in fine sic ait: *Quare stante decisione nuperrimi* 3

rimè coram R. P. D. Blancheto in causa Legionens. jurisdictionis, * *quod Concilium non tolit sententias & res judicatas : Domini unanimiter concluserunt, sententiam relevare ad effectum, de quo agitur scilicet manutentionis*, &c.

Quæ decisio est 712. inter recollectas ab eodem Seraphino, apud quem tamen latior patet, quæ *nu.* 4. sic prosequitur : *quare stante decisione facta nuperrimè* * *coram R. P. D. Blancheto in causa Legionens. jurisdictionis sub die* 13. *Novembris proximè præteriti, quòd Concilium non tollit sententias & res judicatas, & sic habes* (ut addit ipse Seraphinus) *quod Concil. Trid. in casu hujus decreti* 20. §. *ad hæc, sess.* 24. *non tollit sententias, & res judicatas. Nam quemadmodum non derogat immemoriabili, quia de ea non facit mentionem, sicut facit in aliis decretis quando vult illi derogare, prout in decreto, capitul.* 4 *sess.* 6. *& cap.* 4. *session.* 14. *& cap.* 6. *session.* 24. *ita & eadem ratione non derogat sententiis, & rei judicatæ, ex quo de eis mentionem non facit*, Jasson. *in l. causas, vel lites, nu.* 4. *& seq. C. de transactionibus*, Decius *consil.* 296. *nu.* 3. post Alexander *consil* 94. *in princip. lib.* 2. & Felin. *in cap. super litteris, n.* 14. &c. Et per hanc decisionem Seraphini hoc ipsum dicit Narbona *in l.* 59. *lib.* 2. *tit.* 4. *tom.* 3. *Recopil. gloss.* 1. *in fine.* Quod dictum decretum Trid. non tollit sententias & res judicatas.

Et in eadem causa iterùm determinavit Rota 16. 6 *Novembris* 1594. coram D. Mantica ; * quam refert ad litteram Garcia, ubi suprà *dict. cap.* 2. *num.* 207. quæ in principio ita dicit : *Fuit decisum sententiam à R. P. D. meo Decano latam esse confirmandam, quia justè pronuntiavit juxta tenorem sententiæ de partibus anni* 1512. *quæ cùm esset transacta in rem judicatam, non fuit à Sancto Concilio Trid. sess.* 24. *cap.* 20. *de reformatione, sublata*, &c.

Et ubi Concilium Trid. non derogat sententiis, 7 * non comprehenditur casus per sententias determinatus, prout aliàs *Congregatio consuit circa cap.* 8. *session.* 7. *de reformat. in una Luceus. jurisdictionis visitandi*, in verbis : *Congregatio Concilii censuit per cap. sess.* 7. *præsupositio, quod sententiæ, & concordiæ excludant Episcopum à visitatione ; illis Concilium non derogasse, cum enim dictum cap. faciat diversas derogationes, censetur aliis non expressis noluisse derogare*, & pariter alia est declaratio 8 super *dict. cap.* 8. quæ sic ait : *Concilium* * *hic non censetur sustuliss, nec rem judicatam, nec concordias*, quas refert declarationes Garcia *de benefic.* 3. *part. cap.* 2. *n.* 202. *& n.* 200.

Ergo sequitur, quòd cùm res judicata, nec 9 comprehendatur in dicto * decreto Concilii 20. *causæ omnes*, nec in eo censeatur comprehensa ; nullatenus ejus dispositio læsa videtur, ac per consequens protectio Senatus deneganda, quando omissa prima instantia Ordinarii coram alio Judice, aut in Rota super causa principali res judicata fuit obtenta.

Quod quidem maximè procedit, si post oppo- 10 sitam declinatoriam fuisset * cognitum coram eo Judice alieno, eaque rejecta, processum fuit ad ulterio. a citra appellationem, eo enim casu sententia in principali lata subsistit in præjudicium ejus, qui eam oppositi exceptionem, aut etiam exemptionem, Felin. *in cap. significasti, nu.* 4. *versic. Demum, de foro competenti*, Abbas *in cap.* 1. *num.* 19. *versic. Secùs puto si exemptus produxisset, de re judicata*, Felinus, & Doctores *in cap. ad audientiam, de præscriptionibus, cap. delectus de Capellis Monachorum*, Felinus *in repertorio, versic. sententia lata contra exemptum, fol.* 126. *col.* 3. *in fin. & in cap. cùm accessissent, num.* 28. *versic. hanc Regulam limitat de consuet.* Castrens. *in l. hi qui, n.* 5. *C. de appellationibus*, ut probat latè Vantius *de nullitatib. sentent. tit. quomodo sententiæ nullæ reparent. n.* 8. Millis *in Repertor. verbo, Appellat. si est deserta, vel ab initio nulla* 5. *quæst. principali, num.* 6. *cap. cùm inter*, ubi Doctores *de re judicat.* Abbas *n.* 1. *l. cùm pro latis*. ubi Doctores *de re judicata*, Maranta *de ordine Judic. part.* 4. *distinct.* 5. *nu.* 5. Erasmus à Cochier *de jurisdictione in exemptos, part.* 2. *cap.* 4. *n.* 6. 7. & 8. *tom.* 8. Ubi admittit * quando 11 aliàs Judex habeat jurisdictionem, licet per exceptionem declinatoriam elidibilem & *eadem* 2. *part. cap.* 6. *n.* 6. optimè, quod quando Judex incompetens, seu habens jurisdictionem elidibilem, postea quam se competentem declaraverit, * sit 12 competens, ita ut amplius de ipsius incompetentia non sit disputandum, ex Abbate *in cap. cum olim Abbas.* ubi Felinus *de officio Delegati*, Bart. *in l. ex quacumque, col.* 3. *num.* 7. *ff. si quis in jus vocat. non erit*, & ex Vantio ubi proximè, & ex aliis pluribus DD. de quo Nos latiùs *in tract. de Regia protect.* 2. *part. cap.* 18. *à n.* 23. *& suprà* Ergo pariformiter licèt reus iste coram Judice non suo conventus, opponat de hac incompetentia ex decreto Trident. *in c. causæ omnes*, & petat remissionem ad Ordinarium suum ; si nihilominus in Rota jubeatur dicere de bono jure, hoc est, quod respondeat super principali, ac causam contestetur : amplius se ea juvari nequit, ac per consequens condemnatus per executoriales Senatus illa non potest retinere, nec causam denuò tractandam ad Ordinarium remittere.

Quibus tamen, & aliis (quæ apparenter duntaxat urgent) non obstantibus, * contrarium ve- 13 rius esse, & de jure probabilius, censeo, imò has sententias & rem judicatam esse notoriè nullas ex defectu jurisdictionis, ac propterea non præstare impedimentum, quominus servata dispositione præfati Concil. Trid. *in dict. cap.* 20. *causæ omnes*, causa eadem in prima instantia iterùm denuò incipienda remittatur ad Ordinarium, quoties judicium in prima instantia in Rota, aut alio Tribunali cœptum fuit, & executoriales obtentæ absque partium, & Ordinarii simul consensu, ad quod me movent indissolubilia sequentia fundamenta.

Primum, quoniam in his sententiis reperitur * 14 notissimus jurisdictionis defectus ex eodem Concilii decreto, ibi : *In prima instantia coram locorum Ordinariis duntaxat cognoscantur*, ponderata illa dictione *duntaxat*, quæ limitat, & restringit, * atque excludit omnes casus alios, & personas præter expressas, ut latissimè Augustinus Barbosa *de* 15 *diction. diction.* 97. *à principio*, ubi infinitos Doctores allegat, * & in tantum est taxativa, & restrictiva, ut concludat negationem in aliis personis, Cardinal. *in Clement.* 1. *de sequestrat. possess. & fruct. &* 16 *in cap. contingit*, ubi etiam Felinus *de fide instrum.* Part. *in l. si quis, §. cum Titio, ff. de adimendis legatis*, Cenedus *in singular.* 18. *n.* 3. Barbosa ubi proximè *n.* 3.

Imò & dictio (*duntaxat*) & aliæ taxativæ appositæ * dispositioni de aliquid faciendo, formam & solemnitatem inducunt ita ut ipsarum transgressio vitiet actum, Parisius *consil.* 19. *num* 19. *vol.* 2. Mandos. *in Regula* 8. *Cancell. q.* 6. Cenedus *dicto* 17 *singul.* 18. *num.* 4. *versic. Similiter* Barbosa *dict.* 97. *nu.* 9. Ubi rationem reddit, quòd illa dictio habeat

18 vim non solùm prohibitionis tacitæ, sed etiam expressæ, ut per Roman. *consil.* 114. *num.* 5. Marcus Ant. de Amatis Marchiæ *decis.* 14. *num.* 10.

19 Et dictiones istæ * taxativæ, *duntaxat*, *tantum*, & similes, exponuntur negativè, & habent implicitam negativam & prohibitionem respectu aliorum, ut in concessione jurisdictionis probant expressè Decianus *consil.* 29. *n.* 45. & 46. Hondedeus *consil.* 39. Schrader. *consil.* 8. *n.* 28. Marius Giurba *consil.* 59. *à n.* 24. & *seqq.* & *consil.* 89. *num.* 6.

Et quia ubi lex aliquid prohibet, etiam simpli-
20 citer, intelligitur tacitè apponere clausulam * annullativam, si contra fiat, de quo per Doctores per text. ibi, *in l. non dubium*, *C. de legibus*, & *in cap. dilecta de rescriptis*, Cosmas *in pragmatic. sanction. tit. de election. cap. sicut.* §. *similiter*, *verbo*, *Ne*, §. 113. Tiraquell. *in l. si unquam*, *verbo*, *Revertatur*, *à n.* 58. *Cod. de revocandis donation.* Chassaneus *in consuetudin. Burgundiæ*, *rubric.* 4. §. 9. *in principio*, *n.* 1. Suarez *de legibus*, *lib.* 5. *cap.* 27. *nu.* 4. *cum seq.* Barbosa *de clausulis clausul.* 40. *n.* 46. latissimè cum multis declarationibus, & ampliationibus, Farin. *fragmen. crimin. part.* 2. *lit. L. num.* 169. *cum multis seq.* Igitur non servata dicta forma, quod in prima instantia coram Ordinario duntaxat causæ cognoscantur, penitùs corruent sententiæ, & processus, ita ut nullæ sint ex suprà dictis.

Quoniam illa dictio, *duntaxat*, qua utitur Con-
21 cil. Trid. * ex vera significatione sua taxativè exponitur, ac si diceret, solus Ordinarius cognoscat, prout ex aliis ab eo citatis exponit Giurba *consil.* 59. *n.* 24. *cum seq.* Et quando lex dicit, solus pro-
22 cedat; * attribuit jurisdictionem privativam, & prohibitivam quoad omnes alios, ut post multos Doctores abundè probat ipse Giurba ubi proximè, & latiùs *consil.* 89. *à n.* 6.

Ita ut majoris cujuscumque magistratus juris-
23 dictionem * excludat, Felin. *in cap. Pastoralis*, *limitation.* 6. *de offic. Ordinar.* Brutus *cons.* 27. *nu.* 10. Manent. *consil.* 108. *n.* 4. & *consil.* 109. *nu.* 23. Pancirol. *consil.* 175. *nu.* 12. Parisius *consil.* 8. *num.* 30. *vol.* 1. Giurba *d. consil.* 89. *sub n.* 6. Quæ
24 dictiones ideò privativæ sunt, * ut derogata sit cujuscumque jurisdictio, partis erogatione non obstante, Bald. *in l. testamenta*, *in principio*, *Cod. de testament.* Felin. *in cap. Pastoralis*, *de officio Delegat. in principio*, *limitation.* 2. Gratian. *decis.* 78. & *disceptat.* 569. *n.* 29. Giurba *dict. consil.* 69. *n.* 25. Nec talis jurisdictio præveniri potest, Roland. *consil.* 48. *tom.* 2. & *consil.* 21. *in* 4. Grammatic. *decisione* 3. Manent. *consil.* 109. *numer.* 4. Marta *de jurisdiction. part.* 4. *centur.* 2. *casu* 190. *n.* 4. Giurba *consil.* 89. *sub n.* 6.

Deinde, & secundo probatur, quoniam in dicto
25 Tridentino decreto, * non solum adest decretum irritans tacitum, sed & expressum, ibi, *Legati quoque etiam de latere*, *Nuntii*, *Gubernatores Ecclesiastici*, *aut aliquarumcumque facultatum vigore*, *non solùm Episcopos in prædictis causis impedire*, *aut aliquo modo eorum jurisdictionem iis præripere*, *aut turbare non præsumant*, *&c. Procedat*, *aliàs eorum processus*, *ordinationesve nullius momenti sint*, *&c.*

Et in Constitutione Leonis X. quam retulimus
26 * hac 2. *part. cap.* 3. *n.* 11. quam post principium, ita legimus: *Alioquin appellationes*, *& illarum etiam aliarum hujusmodi commissiones in posterum & quidquid inde sequutum fuerit*, *nullius sint roboris*, *& momenti*, *&c.* Quæ verba inducere de-
27 cretum * irritans expressum, non est dubium; ut latè probat post plurimos alios Doctores Barbosa *in dict. clausula* 40. *à nu.* 39. *ad n.* 46. videndus. Et quod subscriptio propriæ manus Sanctissimi sit forma, & pro tali requiratur præcisè in commissionibus avocatoriis primæ instantiæ, ita ut omissio annullet, & irritet processum, & omnia gesta à Delegato ipso jure: copiosè probatum remanet hac 2. *part. cap.* 6. *n.* 14. *cum multis seq.* Ergo sententiæ nullæ sunt, cùm processus nulli reddantur, quæ de processu sunt præcisè.

Quia appellatione * processus, & actorum veniunt 28
omnes scripturæ in judicio factæ coram Judice, & manu Notarii ad hoc deputati factæ, Alexand. *in l. acta*, & *in l. actorum*, *ff. de re judicata.* Ubi etiam specialiter, quod appellatione processus, actorum veniat sententia; item probat Abbas *in cap. quoniam contra*, *col.* 1. *in fin. de probationibus*, Cum. 3. *de Ritibus magn. Cur. Siciliæ*, *cap.* 78. *nu.* 3. *cum seq.* Et quod processus, vel actorum * 29
appellatione veniat sententia, probat text. *in cap.* 1. *de sentent. & re judicata*, Bart. *in l. actorum in fin. ff. de re judic.* Boerius *decis.* 258. *n.* 6. Ranchen. *concluf.* 364. *part.* 1. Aug. Barbos. *de appellat. verb. Utriusque jur. significat. appellat.* 6. *n.* 3. & *à n.* 1.

Processus enim, & acta judicii sunt vehiculum ad sententiam, Bald. *in cap. cum super ad fin. de causa possessionis & proprietatis*, *& in l. fin. C. de suspectis tutoribus*, *& consil.* 344. *ad fin.* Busig. *in l. is cui bonis*, *n.* 25. *ff. de verborum obligat.* Malvasia *cons.* 91. *n.* 23. Schrader. *de feudo*, *part.* 9. *cap.* 7. *nu.* 130. Montier. *decis.* 25. *n.* 28. Surdus *cons.* 159. *n.* 46. Menoch. *consil.* 390. *nu.* 35. Aldovinus *cons.* 17. *nu.* 4. Mantica *decision.* 68. *n.*.... & *decis.* 239. *nu.* 1. Giurba *decis.* 10. *n.* & *decis.* 88. *nu.* 6. Inde fit, quòd si actus processus sunt nulli, sicuti disponit Concil. Trid. perneceſſe & sententia nulla erit, quia causa ob quam irritatur processus influit pariter in sententiam, cum in illo fundetur, Signorolus *cons.* 154. Plotus *cons.* 39. *num.* 36. & 40. Guazinus *de Reorum defension.* 22. *cap.* 2. *nu.* 3. Giurba *consil.* 9. *n.* 14. *in fine.*

Et quia formæ subscriptionis defectus cùm sit in radice, & origine, hoc est, in commissione influit in quolibet derivato, quia in quolibet reperitur, & operatur, *l. in ratione* 11. §. 1. *ff. ad legem Falcid. l. tutor. ff. de fidejus. l. qui id* 33. *ff. de donation.* Valençuela *consil.* 113. *nu.* 25. *tom.* 2. Quia infecta primitiva, infecta censetur derivata; quamplures ad id recensent doctrinas Gonçalez *de alternativis*, *gloss.* 51. *num.* 29. *cum seqq.*

Quod probatur ulteriùs; nam decretum irritans
tollit * vires sententiæ, ejusdem executionem im- 30
pedit, ut post Cassiodorum *decis.* 12. *nu.* 5. 6. & 7. *de reg. Cancellar.* & Sarnerium *in Regula de Annali*, *quæstione* 5. tradit Gabriel. *titul.* 6. *tit. de clausulis*, *conclusion.* 3. *n.* 51. quem sequitur Gonçalez *in Regula* 8. *Cancellar. gloss.* 67. *nu.* 50. in idem allegans Rotam *decisione* 24. *nu.* 5. & *decisione* 149. *n.* 2. *part.* 2. Augustinus Barbosa *de clausulis*, *clausul.* 40. *nu.* 36. Maranta *de commutat. ultimar. volunt. cap.* 7. *num.* 248.

Et in istis terminis, quòd sententia lata à Nun-
tio, * qui in contraventionem Concilii Trid. *in* 31
dict. cap. 20. cognovit de causa in prima instantia; sit nulla ex defectu jurisdictionis, expressè declaravit Rota *in una Paduana*, teste Cæsar. de Grassis *decis.* 9. *nu.* 1. *de causa possessionis & proprietat.* ubi dictum fuit, quod cùm Moniales coram Nuntio Venetiæ commorante in prima instantia ad causam tractæ fuerant contra Concilii Trid. præfati dispo-
sitionem,

ſitionem, Domini de Rota ſententiam nullam pronuntiaverunt, eò quòd aderat defectus juriſdictionis, cujus etiam meminit Marcheſanus *de commiſſionibus, tit. de commiſſ. appellation. extra Roman. Cur.* 1. *part. cap.* 6. *num.* 45. & 46. *fol.* 73. ſequitur in his terminis Narbona *in l.* 59. *gloſſa* 1. *nu.* 42. *lib.* 2. *tit.* 4. *tom.* 3. *Recopil.* & idem dixit Rota *in una Toletana ſepulturæ coram Ubaldo*, inter recollecta per Marcheſanum *de commiſſ. part.* 1. *fol.* 1062. *in principio.* Qua fuit reſolutum; mandatum de manutenendo nullum eſſe, relaxatum à Nuntio Apoſtolico Hiſpaniæ in prima inſtantia, quæ pertinet ad Ordinarium duntaxat, ex Concilio Trid. *in cap. cauſæ omnes*, ex defectu juriſdictionis, quam deciſionem etiam referens ſequitur in iis terminis Poſt. *de manutentione, obſervatione* 107. *n.* 1. & 2.

32 Hanc etiam noſtram * ſententiam probat Leo *in Theſauro Fori Eccleſiaſtici, cap.* 22. *nu.* 60. 61. & 62. ubi dicit, quod ſi aliquis Judex, etiam Legati, & Nuntii Apoſtolici cognoſcerent de cauſa in prima inſtantia, eorum ſententia vitio nullitatis ſubjaceret ex defectu juriſdictionis, quia in prima inſtantia nullam habent juriſdictionem obſtante Sacri Concilii diſpoſitione, *ut cap.* 20. §. *Rogati quoque, ſeſſione* 24. cujus Doctoris verba referens ſequitur etiam Nicolaus Garcia *de benefic.* 6. *part. cap.* 2. *n.* 58. *ante finem.*

Juriſdictionis etenim defectus inſanabilis eſt, &
33 cæteris major reputatur, quin non cenſetur * ab ſtatuto excluſus, etiam ſi omnes defenſiones tollat; vide latiſſimè Nos *de Regia protect.* 2. *part. cap.* 6. *num.* 57. & ſurſum, & *cap.* 17. *nu.* 4. & 3. *part. cap.* 9. *n.* 27. & *n.* 21. & 4. *part. cap.* 6. *num.* 13. Et quod hic defectus juriſdictionis poſſit opponi etiam poſt mille annos contra rem judicatam, vide Nos *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 3. *num.* 122. *cum multis ſeqq.*

Igitur cùm in prima inſtantia ſublata Ordinario contra formam Concilii omnes alii juriſdictione careant, ſequitur, quod ſententiæ omniſque alius proceſſus ſunt nulli ipſo jure, ac propterea non præſtant impedimentum, quominus iterum cauſa ſit tractanda, & initianda coram ordinario Judice competente, & verè legitimo, Carolus de Graſſis, qui plurimos Doctores cumulat *de effectibus Clericatus, effectu* 1. *n.* 291 *cum ſeq.* Vincentius de Anna, *ſingular.* 129. Marta *de juriſdictione, part.* 4. *caſu* 141. Rovitus *in pragmatic. Regni, in Rubrica de inſtantia cauſa non reſtituenda, n.* 13. 14. & 15. Paſchalis *de patria poteſtate part.* 1. *cap.* 8. *num.* 228. Gallupus *in praxi S. R. Conſ. Neapolitan. part.* 2. *cap.* 16. *num.* 38. Trentacinquius *variarum reſolut. lib.* 2. *reſolut.* 4. *n.* 40. *de judiciis*, Carleval. *de judiciis diſputatione* 2. *quæſt.* 5. *ſub n.* 311. *pag.* 146. ad quod ſingulares, & plures Doctrinæ applicandæ erant, quas ſcripſimus hac 2. *part. cap.* 12. *à n.* 65. *cum ſeq.* & *à n.* 59. Ex quorum Doctorum ratione apparet, tum quod ſi lis cœpta ſit nulla ex aliquo juris defectu, vel inſtantia perempta, iterum ſit incitanda: tum etiam quod coram Judice rei competente initianda erit, ita ut ſi rei forus interim mutatus ſit, vel quia Clericus effectus eſt, vel quia Clericus ſucceſſit laico, vel laicus Clerico, vel aliter novum fori privilegium conſequutus fuerit, coram Judice hujuſmodi competente movenda & initianda erit lis eadem.

Tertiò & fortiter probatur; nam cùm diſpoſitio
34 Trident. * præſervans primam inſtantiam Ordinario ſit inducta non ſolùm in favorem litigantium, ſed & ipſius Ordinarii ſimul: adeò, ut nonnimè pars poſſit alterius juriſdictionem prorogare, abſque Ordinarii Epiſcopi conſenſu, ita ut alterea facta renuntiatio abſque utriuſque conſenſu ſimultaneo non teneat, ut latiſſimè comprobavimus hac 2. *part. cap.* 3. §. *unico, à n.* 1. *cum multis ſeq.* & *cap.* 5. *à principio, & part.* 1. *cap.* 14. *à n.* 21. *cum multis ſeq.* ubi videre poteris abundè validiſſimis fundamentis adductis: Sequitur, ut defic ente alterius conſenſu, ſemper maneat juriſdictionis iſte notiſſimus defectus, & per conſequens ſententiæ, & acta collabuntur.

Quoniam quando juriſdictio nequit prorogari
35 in præjudicium ſuperioris * prorogantis; ſententia ſit nulla ob defectum juriſdictionis, ut ex hac ratione probant Calderinus *conſil.* 12. *de Judiciis*, Abbas *in cap.* 1. *num.* 19. *de re judicata*, Felinus *in cap. ſignificaſti, n.* 24. *verſic. Demum, de foro competenti*, ubi etiam Abbas, & Socinus *in cap. cum tempore, de arbitriis*, Gail. *obſervatione* 40. latiſſimè Eraſmus à Cochier *de juriſdictione in exemptos*, 2. *part. quæſtione* 7. *per totam tomo* 1. qui *num.* 6. adducit aliquos Doctores ad hoc, quòd ſi fuerit allegata incompetentia, & exemptio in vim declinatoriæ, quâ rejecta procedat inſuper Judex, aut declaret ſe competentem, non valeant acta & proceſſus in præjudicium ſuperioris. Tamen
36 *n.* 8. *in fin.* & *n.* 9. probat, non procedere, * quando ſubditus non poteſt prorogare etiam expreſsè, latè etiam differit ipſe Cochier in eadem 2. *part. cap.* 40. *per totam*; & reſolvit proceſſum, & acta eſſe nulla facta prorogatione abſque conſenſu ſuperioris, & idem affirmat Didacus Perez *ad l.* 2. *verſic. Utrum autem fori, tit.* 1. *libro tertio ordinamenti, pag.* 467. Dicens ita tenere Doctores *in cap. cum tempore, de arbitris*, ſequitur Aug. Barboſa *in recollectan. ad illum text. n.* 4. *in fine.* Pro qua concluſione bonus eſt textus *in dict. cap. cum tempore de arbitris*, & melior *in cap. cùm olim* 14. §. *nos igitur, de privilegiis.*

Ex quo enim hæ ſententiæ procedunt à radice
37 infecta, & ſuper defectu * juriſdictionis, necnon nituntur fundamento per Concilium Trid. reprobato, & prohibito, omnino corruunt, prout aliàs fuit declaratum in ſimili caſu circa *dict. cap.* 20. *ſeſſion.* 24. *de reformatione*, per Sanctam Congregationem Cardinalium, his verbis: Quia in fine hujus decreti adeſt derogatio privilegiorum, dubitatur, an hoc decretum ſuſtuliſſet etiam res judicatas, quæ innituntur privilegiis, etiam ante ipſum Concilium obtentis? Congregatio cenſuit affirmativè, ſcilicet ſuſtuliſſe, quia ſententia, cum innitatur privilegio, non dat plus roboris privilegio, quàm de ſe habet, ſed ſolùm ponit finem liti, ita die 9. Aprilis 1587. in una Salmantina Sixtus V. audita relatione Congregationis reſpondit, atque ita mandavit in ſimilibus reſponderi.

Et eſt alia ſimilis declaratio, quæ ſic ait his ver-
38 bis: Orta lite inter Epiſcopum, & adminiſtratores * Hoſpitalis Cordubenſ. ſuper redditione rationis Hoſpitalis, Epiſcopus pro ſe allegabat decretum Concilii; Adminiſtratores verò ſententias, privilegia & conſuetudinem immemorialem. Congregatio cenſuit, licere Epiſcopo non obſtante ſententia, conſuetudine immemoriali, & privilegio dictum Hoſpitale viſitare, nam privilegium eſt ſublatum per Concilium, ſententia verò eſt declaratoria, quæ nullum jus tribuit, & cum ſimplici conſuetudine quadraginta annorum non poſſint ſe laici

Administratores eximere à redditione rationum, per Clem. quia contingit, quæ illas tollit. Quas declarationes adducit Garcia *de beneficiis*, 3. *part. cap.* 2. *n.* 210. *cum seq.* Ubi probat, sententias, &
39 res judicatas * fundatas super prohibito, & reprobato per Concilium Trid. non obstare, atque esse pariter reprobatas, cùm illarum fundamentum sit à lege reprobatum quod statim ulterius comprobavimus. Declarationes autem Cardinalium, & Rotæ decisiones suprà ad principium hujus capitis pro contraria parte adductæ, loquuntur in diverso casu, & super fundamento admisso per Tridentinum *in dict. cap.* 20. *sess.* 24. *de reformatione*, *in §. ad hæc*, de quo latiùs inferius ad responsionem earundem videbis.

Sicut etiam dicimus de confirmatione, aut institutione præsentationis, aut electionis nullæ, quia pariter nulla est ipsa confirmatio, ut per Lambertin. dicit Gonçalez *in regula de alternat. glossa* 51. *num.* 37. *in fine*, & ex doctrina Baldi *in leg. falsus*, *n.* 3. *C. de furtis*, quatenus ait, quod confirmatio non est actus per se subsistens, sed præcisè adhærens alteri actui, dicitur enim confirmatio, quasi cum alio firmatio. Ubi ergo est confirmabile, quia actus, cui adhæret est nullus; confirmatio nihil operatur, quia per se non potest subsistere. quem sequitur Philipp. Decius *in l. mare*, *n.* 3. *ff. de jurisdict. omnium Judic. & in Rubrica de confirmat. utili vel inutili*, *num.* 2. Sforzia *consil.* 77. *num.* 19. Corneus *consil.* 199. *num.* 58. *vol.* 2. Riminald. *consil.* 5. *num.* 137. *vol.* 1. Cabanillus *quæst.* 29. Felinus *consil.* 37. *num.* 16. Valençuela *in consil.* 177. *num.* 56. *tom.* 2. qui latè prosequitur *à n.* 48. ubi idem comprobat circa ratificationem, in qua subauditur tacita conditio, si actus aliunde firmus sit, quàm ex defectu ratihabitionis. Et quod confirmatio supponat actum aliàs firmum & validum ex doctrina Baldi, & Petro Surdo *decis.* 289. *num.* 8. & 9. *& consil.* 47. *num.* 19. & aliis scripsimus *de Regia protect.* 2. *p. cap.* 14. *nu.* 19. & 20.

40 Itaque quod defectus * fundamentalis primæ sententiæ, & nullitas evidens influat in aliis confirmatis: adsunt decisiones Rotæ *decis.* 141. *nu.* 8. apud Farinacium *tom.* 4. in hæc: Sententia etiam fuit nulla, ut prolata super petitorio durante ad-
41 huc petitorii suspensione, * præter quod cum esset confirmatoria illius Rovescallæ, quæ nulla erat, & attentata; deficiebat illius fundamentum, *l. egi tecum* 26. *ff. de exceptionibus*, Rota *decision* 10. *de præbendis*, *in antiquis &c.*

Confirmatur etiam, quia quando executor pro-
42 cedit excedendo, * sua sententia sicut est nulla, pariter nulla est sententia superioris illam confirmans, Hieronym. Gabriel. *consil.* 49. *nu.* 5. *lib.* 1. Rota ut per Alex. Ludovis. *decis.* 554. *n.* 4. & 5.

Singularem decisionem habemus ad propositum *in una Laudens. pecuniarum coram Pamphilio*, adductam per Marchesan. *de commission nullitat. fanar. post* §. 1. *part.* 3. *tom.* 3. *fol.* 20. Quæ postquam à principio determinaverat, quandam sententiam nullam esse ipso jure ob defectum notorium jurisdictionis, eò quòd impetrata fuerat commissio alteri post cœptum jam judicium coram Judice competente, non facta relatione litis pendentis, quapropter nulla quæsita fuit jurisdictio Delegato, uti abundè diximus hac 2. *part. cap.* 31. *à n.* 87. *cum seq.* postmodum *à n.* 3. ita subdit: *Nec obstat, quod prima sententia, licet nulla, fuit per alias duas confirmata, tum quia stante nullitate prima non potuerunt alii Judices parte opponente illam confirmare*, Puteus *decision.* 62. *lib.* 3. Caputaquens. *decis.* 266. *lib.* 1. *in manuscriptis, & sic confirmantes nulliter agunt, ut fuit resolutum in causa Paduana decimarum sub die* 4. *Julii* 1576. *coram Domino meo grassis. Tum, quia hæc nullitas influit in omnes sententias, quæ laborant eodem morbo*, Innocent. & alii *in cap.* 1. *de confirmation. utili vel inutil.* Alexand. *in leg. judex postea quam, sub num.* 23. *de re judicata*, Parisius *consil.* 107 *num.* 7. *libro* 2. *& in simili casu resolvit* Rota *die* 16. *Martii* 1587. *coram me in una Toletana fructuum*, *&c.* ex qua decisione, aliisque quatuor in ea laudatis, & aliis hactenus à nobis citatis, cognosces pro constanti passim observare Rotam, nullitatem & defectum fundamentalem primæ sententiæ influere in cæteris illam confirmantibus, quæ eodem morbo pariter laborant.

Itaque erit concludendum in hoc articulo, quod si prorogatio * alienæ jurisdictionis in prima inf- 43
tantia fiat à parte duntaxat, absque consensu expresso, aut tacito Ordinarii habentis jus, & favorem connexum & indivisibile præjudicium, non teneat prorogatio, & ex defectu jurisdictionis sententiæ corruant ex supra dictis, tanquam à radice infecta provenientes; poterit Senatus in protectione Concilii causam nihilo minùs illam ad Ordinarium remittere tractandam. Quæ omnia ulterius roborantur ex singularibus doctrinis applicatis infrà *à num.* 58. *& seq.* in responsione argumentorum.

Utrùm autem sic prorogans possit evitare exe- 44
cutionem rei judicatæ * ex capite, & persona Ordinarii, videndum erit; & reperio Erasmum à Cochier hanc difficultatem movisse *in tract. de jurisdictione ordinaria in exemptos.* 2. *part. quæst.* 7. *num.* 7. non tamen eam ex integro resolvisse, ubi sic ait: *Utrùm verò exemptus hoc casu possit evitare executionem sententiæ, seu eam evitare ex capite, & persona Superioris, sicuti in præscriptione diximus suprà, quæst.* 35. *lib.* 1. *alio in loco commodiùs tractabitur.*

Quem quidem invenio tractasse * in eadem 2. 45
part. quæst. 40. *à principio*, & præcipuè 12. in hæc: *Quoad posterius, sententia lata articulo, & quæstione exemptionis superiore cujus interest, nec præsente, nec vocato non subsistit*, Felinus *in cap. auditis, num.* 25. *de præscriptionibus, & in Repertorio, verbo, Sententia lata contra, & in dict. cap. ad Audientiam, de præscriptionibus, & in cap. cùm accessissent. de foro competent. interfuit enim superioris intervenire, & adesse liti agitatæ super jure superioritatis, vel exemptionis*, latè Abbas & Doctores *in cap. cum super, numer* 16. *& per totum, de re judicata, & in cap.* 2. *numer* 16. *de restitution. in integrum, dixi suprà, quæst.* 36. & 37. id quod Alexand. *ut fusè ita & doctè nobis explicatum reliquit, hoc verborum tenore, in l. sæpè, nu.* 100. *& seqq. ff. de re judicata, &c.* ubi verba ejusdem Alexand. recenset Cochier *ibidem* videndus.

Sed nec omnino absolvit difficultatem, eam ta- 46
men * in terminis tractavimus *suprà* 1. *part. cap.* 13. *versic. Quartò probatur, à n.* 21. *cum multis seq.* & iterum hac 2. *part. cap.* 11. *versic. Quantum attinet ad secundum à nu.* 34. *cum plurimis sequentibus, usque ad finem, cap. quibus locis*, plurimas doctrinas, & Rotæ decisiones congessimus, quod ex decreto Concilii Trid. *dict. cap.* 20. *causæ omnes*, ita est favor connexus partis, & Ordinarii

jusque

jusque utriusque complicatum; ut ob renuntiationem, & consensum unius duntaxat executio sententiæ non possit fieri contra condemnatum, quin inferat præjudicium alteri non renuntianti, nec consentienti; ac propterea ratione hujus connexitatis, & juris complicati ex persona non consentientis, impediatur etiam executio contra consentientem ubi latissimè videre poteris his locis, quibus accuratè, & attentè hic Articulus absolutus fuit.

Sed nunc quærendum, quid si postmodum
47 quandocumque superioris Ordinarii consensus * accedat, vel alterius non consentientis, aut revalidentur executoriales. ita ut ex novo consensu accedente cesset ad Ordinarium remissio in Senatu postulata, ac pariter solutio nostra. Et videtur quod sic, quoniam quando lex annullat actum in favorem alicujus, intelligitur si ipse velit, ita ut per
48 consensum * supervenientem actus convalescat, per §. *final. institut. de militari testament.* ubi dicitur ita demum posse quem ratum habere quòd ab initio non subsistit, si nullam solemnitatem desiderat, præter consensum, & voluntatem ratificantis, probant Palatius Rubeus *in cap. per vestras, in repetit. Rubricæ, de donat. inter*, §. 68. *nu.* 19. & post alios benè per Narbonam *in l.* 10. *gloss.* 3. *nu.* 26. & 27. *lib.* 1. *tit.* 1. *Recopil. tom.* 3. *fol.* 60. & post alios Nos *de Regia protect.* 2. *part. cap.* 18. *n.* 74. & 75. & ex Tiraquel *in tractat. le mort, part.* 7. *declaration.* 1. & ex Garcia *de beneficiis*, 5, *part. cap.* 9. *nu.* 281. & 243. Paris. *de resignatione, lib.* 2. *quæst.* 4. *per totam*, & aliàs diximus in eodem *tractatu* 3. *part cap.* 9. *n.* 133. *cum seq.* & circa varios casus, & actus judiciales latissimè à se congestos, videndus ad id erit Marius Giurba *decis.* 14. *à n.* 1. & circa rem judicatam, ibi *nu.* 8. plurimis Doctoribus citatis.

Imò hoc nostro casu sufficit tacitus consensus
49 superioris Ordinarii inductus * ex illius scientia, & patientia, ut post Alexandrum *in l. sæpè n.* 100. *& seq. ff. de re judicata*, cujus verba recensens asserit Erasmus à Cochier *de jurisdiction. Ordinarii in exemptos* 2. *part. quæstion.* 40. *nu.* 12. *tom.* 1. & contra Glossa *in cap. significasti, verbo Clerici teneat*, Petrus Barbosa *in l.* 1. *art.* 3. *nu.* 18. *ff. de Judiciis*, Mascardus *de probationib. conclusion.* 1218. *nu.* 20. & 21. Augustinus Barbosa *in collectan. ad dict. cap. significasti; n.* 14. *tom.* 1. *fol.* 378 dicentes, quod ut valeat prorogatio facta à Clerico in alienum Judicem, sufficiat tacitus consensus Episcopi, ita ut si Clericus hanc faciat pro-
50 rogationem Judicis non sui præsente Episcopo, * & non contradicente, videatur Episcopus consentire, & idem dicit Mascardus generaliter *in dict. n.* 21. quod si quis submittat se jurisdictioni Judicis non sui Judice suo præsente, is Judex præsumitur acceptare & consentire.

Quod tenet, & latiùs prosequitur Narbona *in l.* 59. *glossa* 1. *à nu.* 17. *& seqq. lib.* 2. *tit.* 4. *tom.* 3. *Recopil.* dicens, quod hæc voluntas & consensus Episcopi, quæ necessariò requiritur, ut Clericus alieno Episcopo subjiciatur, tacitus sufficiat, & sciens, atque prudens sibi subditum coram alio litigare, tacuerit; nam ex tolerantia illa satis ipsius voluntas conjectatur, ac præsumitur, quod sufficit, ubi plurimos Doctores allegat.

Sed nihilo minus contrarium in præsenti arti-
51 culo verius est & tenendum, * imò, quod si consensus Ordinarii accedat post rem judicatam, non possit revalidare præcedens Judicium nullum ipso jure ex defectu jurisdictionis: nec DD. allegati pro contraria parte percutiunt punctum, cum ad longè diversum tendant, loquuntur enim quando à principio adfuit expressus, seu tacitus Ordinarii consensus, non tamen quando postmodum re jam judicata, quia tunc non accedit tempore congruo ex dicendis.

Quoniam processus nullitas proveniens ex de-
52 fectu jurisdictionis, * & sic in rad ce non convalescit per consensum partis post jam causatam nullitatem supervenientem ex iis quæ latè diximus hac 2. *part. cap.* 26. *à n.* 9.

Comprobatur ex eo, quòd in adventitiis quorum pater noluit adquirere usumfructum, filius non potest movere Judicium absque consensu patris, quo deficiente, processus à principio nullus est, ut post duas contrarias opiniones communes multorum Doctorum, in hac uti veriori residet Castillo *de usufructu, lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 14. *& seqq.* Si tamen post litem contestatam, & sic re jam non integra patris superveniat consensus, non ideò revalidatur judicium semel nulliter gestum, quia congruo tempore non accedit, cùm jam tunc patri sit jus quæsitum dicendi de nullitate processus, prout similiter duobus opinionibus relatis in hac uti veriore residet ipse Castillo ibidem *n.* 16. & 17. Quæ doctrina singulariter conducit huic nostræ de qua loquimur.

Et quod ratificatio processus nullius debeat intervenire, ante sententiam, & sic tempore congruo, non tamen post eam, quia ratificatio debet fieri tempore congruo, quo actus celebrari debet, *ex l. bonorum, ff. rem ratam haberi.* Eleganter pro utraque parte disputans hanc uti verissimam validis applicatis fundamentis tenet Salicetus *in l. si tutor, num.* 4. & 5. *C. in quibus causis in integr. restitut. non est necessaria*; eandem disputans pro utraque parte Fachineus *controvers. lib.* 8. *cap.* 61. *per totum*, validè tuetur ex Salicetto loco citato, & Petr. Ferrariens. *in practic. in forma libell. respons. rei convention. in vers. Simoni Splete, nu.* 4. Minsinger *centur* 1. *observation.* 44. Rota *decis.* 13. *nota quod gesta, & decision.* 149. *nota quod ubi in antiquis, & decis.* 418. *si habens in nov. dec.* Cassiodor. *decis.* 40. *introducta super Regul.* omninò videndus per totam controversiam, qui inter alia fundamenta eo validissimo movetur, quod ratificatio debeat fieri tempore congruo, quo actus celebrari potest, & quando res est integra, *ex dict. l. bonorum*, Trentacinquius loco mox citando, *num.* 7. Polydorus Ripa, *observat.* 124. *à nu.* 1. *& seq.* Post *de manutentione, observatione* 55. *num.* 37. & 150. plura per Valençuela *cons.* 177. *à n.* 48. *cum seq.*

Sed post rem judicatam actus judiciales fieri non possunt, cùm debeant præcedere ipsam sententiam, ad quam sunt vehiculum (ut suprà *n.* 29. diximus) ergo non valet talis ratificatio, & consensus postea sequutus.

Deinde movetur ipse Fachin. quia tunc jam jus quæsitum fuit parti dicendi de nullitate Judicii, quod alterius consensus superveniens tollere non potest, non enim ratificatio operatur in præjudicium tertii, cui medio tempore fuit jus quæsitum, *l. si patrem*, §. *fin. quemadmod. servit. amit.* Trentacinquius *variarum resolut. lib.* 2. *tit. de procurator resolut.* 9. *num.* 5. Marta *consil.* 315. *num.* 2. Surdus *decis.* 245. Gratianus *disceptation. forensibus, tom.* 5. *cap.* 957. *num.* 16. Costa *de retrotractione, cap.* 8 *casu* 4. *n.* 14. Olaseus *decision. Pedemont.* 119. *n.* 28 Grammatic. *decis.* 100. *nu.* 119.

Thomas Minadous *deciſion.* 5. Caſſiodorus *deciſ.* 3. *num.* 22. Cæſar de Graſſis *deciſ.* 6. *de cauſa poſſ. & propriet. nu.* 14. Rota Roman. *deciſion.* 633. *nu.* 7. *part.* 3. Antonius Theſaur. *deciſion.* 7. Surdus *deciſ.* 245. *n.* 8. Ancharr. Regner. *lib.* 2. *quæſt.* 23. *n.* 8.

Et quod nullitas actus judicialis ſemel cauſata ex defectu juriſdictionis, vel alterius ſolemnitatis aut formæ, non poſſit reparari per conſenſum partis ſupervenientem, cum jam adverſario fuiſſet jus quæſitum dicendi de nullitate contra illum, adeſt textus ſingularis, & expreſſus *in Clementina, Conſtitutione* 4. *de electione*, ibi: *Quia per ipſum jus repellendi cum adverſario eſt quæſitum*, &c. Et alia plurima jura & Doctores, quos in propoſito congeſſimus infrà *cap.* 23. *à num.* 37. *cum ſeqq.* Et quòd jus dicendi de nullitate ſemel tertio quæſitum non poſſit tolli per principalem, nec ejus conſenſu renuntiari in præjudicium tertii, & hoc invito; eſt text. ſingularis, & expreſſus *in l. ſi poſt. mortem*, §. *fin. ff. de contra tabul.* quem ad hoc notant & exornant Bald. *in leg. poſthumo nota. Cod. eodem*, *col.* 2. *quæſt.* 1. & ibi Paulus de Caſtro, & communiter moderni, Imola *in l. filio præterito*, *col.* 29. *verſic. ex prædictis gloſſis*, & ibi Paulus de Caſtro *col.* 3. *num.* 8. copiosè Ant. Gomez *in l.* 22. *Tauri*, *num.* 24. *per totum*, quam doctrinam alii etiam infiniti penè probant Doctores, Scaccia *de appellationibus*, *quæſt.* 7. *ſub num.* 28. Lancelotus *de attentat.* 2. *part. cap.* 20. *de attentat. poſt inhibition. ampliation.* 2. *per totam*, *ampliatione* 7. *& ampliation.* 21. præcipuè *num.* 11. Tiraquellus *in tract. cauſa ceſſante*, *limitat.* 21. *in princip.* dicentes, quod geſta poſt inhibitionem nulla ſunt, nec convaleſcunt, etiam ſi poſtmodum pars renuntiet appellationi, virtute cujus inhibitio emanavit, quia ſemel nulla facta fuere ob defectum juriſdictionis Judicis inhibiti, nec cauſa inhibitionis ceſſante, ceſſat ejus effectus jam conſummatus, productus ab ipſa inhibitione ſemel exequuta, ad quod videndus etiam Scaccia *quæſt.* 15. *num.* 70. *cum multis ſeqq.* & de variis ſimilibus hujus doctrinæ conſulendi ſunt Graſſis *de effectibus Clericatus*, *effectu* 15. *à num.* 9. & ſurſum, Sanchez *de matrimonio*, *l.* 2. *diſputat* 93. *quæſt.* 2. *à num.* 7. ubi plurimos congerit *to.* 2.

Quia cauſa ceſſante non ceſſat effectus jam conſummatus, vel quando alicui jus eſſet jam conſummatus ex cauſæ exiſtantia, Caſtillo *controverſ. lib.* 4. *cap.* 60. *à num.* 50. *cum ſeqq.* & utilius *in addition. ad idem cap.* & iterum *lib.* 3. *cap.* 15. *ex num.* 15. *& à num.* 4. *&* 7. ubi plura jura, & Doctores laudat. Igitur conſenſus Ordinarii tempore incongruo proveniens non poteſt operari in præjudicium partis, cui jus fuit quæſitum dicendi, & opponendi de nullitate executorialium ob defectum juriſdictionis.

Nec dicatur, quod conſenſus Ordinarii quantumvis poſt rem judicatam emanatus, convincitur tamen cum conſenſu partis prorogantis alienam juriſdictionem, & proſequentis Judicium coram alio, & quod ad id tempus retrotrahitur, cum quo ſatisfit diſpoſitioni Concilii appetentes ſimultaneum conſenſum partium, & Ordinarii: cui difficultati ultra ſupra dicta aliter, & multipliciter reſpondetur; tùm quia imò iſte conſenſus Ordinarii ſuperveniens reperitur ſolus, & abſque conſenſu partis, qui nullitèr accommodavit ſuum conſenſum ob defectum Ordinarii, & ſuper actis, & proceſſu nullo, & ſic conſenſus ille non tenet, Moneta *de commutation. ultimar. volunt. cap.* 8. *quæſt.* 9. *à nu.* 805. Galleratius *de re nuntiatione*, *lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 9.

Tum etiam, quia etſi validè conſentiret pars altera, tamen eo non perſverante in priori conſenſu (cui interim licuit pœnitere) conſenſus poſtea Ordinarii ſuperveniens nihil operatur, nec reperit ſubjectum habile, cui conjungi poſſit, ex latè deductis *cap.* 12. §. *unico*, *à num.* 37. *cum ſeqq. hac* 2. *part.* conducunt, quæ Mantica *de contract. lib.* 3. *tit.* 4. *à nu.* 2. *cum multis ſequentibus.* Et quia ratificatione nec operatur, retrotrahitur data vel à principio, vel medio tempore inhabilitate alicujus ex extremis, Poſt. *de manutentione*, *obſervat.* 54. *num.* 55. Cùm fictio tranſlativa requirat habilitatem in utroque extremo à quo, ad quem, *l. bonorum*, *ff. rem ratam haber. l. neceſſario*, *verſic. Quod ſi pendente*, *ff. de pericul. & comm. rei vend.* Bart. Receptus *in l. ſi is qui pro emptore*, *in principio*, ita ut non ſufficiat habilitas extremi à quo in potentia, ſed in exiſtentia, & eſſentia, *l.* 2. *ff. de uſufruct. earum rerum*, Bart. *in dict. l. ſi is qui*, *n.* 1. & 8. ubi Jaſon. *n.* 107. Paz *de tenuta*, *cap.* 33. *n.* 7. *cum ſeqq.*

Tum etiam, non etſi (ut diximus) duraret validè conſenſus condemnati; tamen cum proceſſus, & executoriales ſint nullæ ipſo jure, impeditur extremorum conjunctio, quia medium inhabile impedit extrema habilia conjungi poſſe, *l. fin. de fluminibus*, *l. qui ſella*, §. *final. ff. de ſervit. ruſticorum prædiorum*, *l. tria prædia*, *ff. de ſervit. urbanor. prædior.* Surdus *conſil.* 8. *à n.* 7. *& conſil.* 136. *num.* 34. Antonius Monachus Florentin. *dec.* 62. *n.* 18. Tuſchus *tom.* 3. *littera E. concluſ.* 684. Caſtillo *controverſiarum lib.* 5. 2. *part. nu.* 14. *col.* 2. *circa finem*, Valençuela *conſil.* 177. *à num.* 64. *& ſeq.* ex Bartol. *in l. nec utilem*, *ff. ex quibus cauſis major.* Alexand. *conſil.* 78. *n.* 20. *vol.* 5. Decianus *conſil.* 11. *num.* 85. *vol.* 1. & Rota Romana *deciſ.* 318. *n.* 4. *part.* 1. *in noviſſimis*; ſequitur, quod nullo modo poteſt iſte Ordinarii conſenſus, & ratificatio aliquid operari.

Et tandem, quoniam cùm proceſſus, & executoriales ſint nullæ ipſo jure ab initio, conſenſus ſuperveniens Ordinarii illas convaleſcere non poteſt, quia ratificatio non cadit ſuper actu nullo, & invalido, Bartol. *in l. quod obſervare*, *oppoſit.* 1. *ff. de officio Proconſul.* Alexand. *conſil.* 78. *num* 24. *lib.* 5. Trentacinquius *variarum reſol. lib.* 2. *tit. de procuratoribus*, *reſolut. nu.* 8. Natta *conſil.* 262. *num.* 10. Oſaſcus *deciſ. Pedemont.* 119. *nu.* 29. Surdus *deciſ.* 245. *num.* 5. *uſque ad num.* 13. *& conſil.* 183. *num.* 24. *&* 25. Coſta *de retrotraction. cap.* 8. *caſu* 4. *n.* 16. videnda ſunt verba Bald. adducta in propoſito per Valençuela *in conſil. à n.* 53.

Pro cujus intelligentia non erit omittenda Theorica, & diſtinctio poſt plurimo Doctores ſcripta per Valençuela *ibid. à num.* 48. *cum ſeqq.* dicentem, quod ratificatio actus dupliciter poteſt contingere: uno modo, quando actus geritur ab alio nomine meo, qui licet mihi non præjudicet, ſubſiſtit tamen actus in perſona generis, quem poſſunt ratificare, quia non eſt nullus; plura allegat in confirmationem & latiùs explicat.

Altera eſt ratificatus actus irriti, & nulli à me, vel ab alio geſti, & in hac ſpecie meus ſuperveniens conſenſus, illum tanquam nullum non reviviſcit, quia non retrotrahitur ad tempus celebrati contra-

tractus; sed novus efficitur contractus ex nunc, & ex præsenti tempore noviter celebratus ex mea ratificatione, & sic sicuti eædem solemnitates, quæ in contractu ipso à principio requiruntur, debent noviter intervenire; ita pariter eædem personæ debent noviter concurrere, quæ à principio intervenire, vel adesse debebant, & ex ad quas negotium tangit; quia revera novus est contractus, cùm primus nullus fuisset, *l. nuptiæ* 8. *ff. de ritu nuptiar. l. si ut proponis*, *l.* 2. *C. de nuptiis.* Innocent. *in cap. dilecti de empt. & venditione*, Geminian. *consil.* 528. *num.* 4. Calcaneus *consil.* 57. *n.* 6. Romanus *consil.* 12. *col.* 2. Aymon. Craveta *consil.* 871. *num.* 11. *vol.* 5. Decius *consil.* 532. *nu.* 2. Socinus *consil.* 92. *n.* 11. *vol.* 3. Hippolytus de Marsil. *in Rubr. C. de probationibus*, *n.* 34. Tiraquellus *de retractu lignagier.* §. 1. *gloss.* 10. *n.* 87. Valençuela *dict. consil.* 177. *n.* 52.

Ultra quos & quod ratificatio, quatenus valideat actum nullum præcedentem, inducat novum actum, & operetur prout nunc à tempore ratificationis, non prout tunc à tempore prioris actus, ad quem ut nullum, & inhabilem non retrotrahitur ex defectu subjecti, ita ut medio tempore gesta, ut hypotheca, pignus, interesse, & interusurium sint infecta nec prosint, probant post Bart. & Deci. Gratianus *discept.* 124. *à n.* 22. Petrus Surdus *decis.* 246. *nu.* 5. *&* 13. *& n.* 10. & ex doctrina Bart. *in l. observare*, *ff. de officio Proconsul.* Francisc. Manent. *in decis. Delphinat.* 166. *n.* 16. *part.* 1. Marta *cons.* 79. *num.* 10. 15. *&* 12.

Cùm igitur istæ executoriales nullæ sint ab initio, & in radice; consensus, & ratificatio subsequens illas non revalidat, cùm in hoc novo actu deficiant omnes solemnitates, & essentialia Judicii, quia præcedentia sunt nulla, & ad ea non retrotrahatur consensus & ratificatio, maximè cùm non perseveret consensus condemnati, sed imò istum pœniteat, & reclamet contra eas; jam revera deficiunt in hoc ratificationis quasi contractu personæ, quæ intervenire debent, & consensus Ordinarii superveniens solus reperitur, qui non sufficit, sed semper debet concurrere in prorogatione alterius Judicis consensus utriusque partis, tam Ordinarii, quàm partium, quia actus per ratificationem novus fit, & sic nihil potest operari ex hactenus deductis in hoc dubio pro hac parte, quæ verissima sunt, & validissimis sunt munita fundamentis.

Superior tamen resolutio hactenus comproba-
53 ta, ut consensus partis, absque consensu Ordinarii *
in jurisdictionem alterius Tribunalis in prima instantia, non impediat protectionem Senatus, & remissionem ad Ordinarium, etiam post rem judicatam habentem notorium hunc defectum jurisdictionis, ex superius deductis: maximè procedet quando ipse consentiens adstringatur comparere coram non suo Judice censuris; nam si earum metu compareat facta priùs protestatione, etiam occulta, & opposita declinatoria, & incompetentia, cogatur dicere de bono jure super causa principali, procul dubio consensus ejus non dicitur liber, sed meticulosus, ac propterea cum protestatione præcedenti nihil operabitur, nam præstitus consensus ad aliquem actum metu censurarum extortus præcedente protestatione, se meticulosè facere, non habet effectum; ita pluries determinavit Rota per Seraphinum, *decis.* 216. *num.* 3. & *in decis.* 1047. *n.* 11. *& in decis.* 1017. *num.* 6. Puteus *decis.* 281. *lib.* 2. Achillis *decis.* 11. *de pensionibus*, Gratianus *in disceptationib. forens. tom.* 1. *cap.* 310. *num.* 38. *&* 39. Maresc otus *variarum resolutionum*, *lib.* 1. *cap.* 23. *nu.* 21. *&* 22. latè prosequitur plurimas Rotæ decisiones adducens Belsequitur plurimas Rotæ decisiones adducens Beltramin. in annotat. ad Alexand. Ludovis. *dec.* 365. *n.* 4. explicat, & benè Mongollon. *in tractat. de iis quæ metus causa*, *cap.* 2. §. 6. *à n.* 10. ultra quos plures alios adduximus *in tractatu de Regia protect.* 3. *part. cap.* 3. *nu.* 30. quæ resolutio ab omnibus est recepta, apud dictos Doctores plurima videbis.

Imò potius cum iste litigans litem prosequatur coactè, illi obesse non * debet, tum quia actus 54
licet voluntariè factus, necessarius dicitur si præcedat jussio, & coactio Judicis, post alios Giurba *cons.* 85. *nu.* 18. actus gestus ex necessitate juris non nocet gerenti, prout ampliss imè congerit, & ad plures infert doctrinas Tiraquel. *de retract. lignagier.* §. 1. *gloss.* 18. *à n.* 39. *& seqq.* & iterum §. 29. *gloss.* 2. *à n.* 2. Hinc comparitio, seu alius actus factus juris necessitate, non voluntariè, non inducit renuntiationem, nec consensum, latissimè Ripol. *variar. resolut. cap.* 2. *de recusat. à num.* 95. *cum multis seqq.* plura etiam per Mieres *de major.* 4. *part. quæstion.* 26. *num.* 27. Scaccia *de appell. quæst.* 17. *limit.* 2. *n.* 41. *& n.* 36. Tum etiam ob reverentiam, & gravitatem Rotæ ita jubentis, cui pars resistere non potest, quo casu actus ex obedientia mandati superioris coactè factus dicitur excludens consensum liberum, & illi præjudicium non infert; post alios Giurba *consil.* 99. *num.* 42. Gloritus *Consil.* 6. *n.* 111. Surdus *consil.* 262. *num.* 74. Saccia *de appellat. quæst.* 17. *dict. limit.* 2. *n.* 56. *& seqq.* quia cùm iste actus sit factus cogente Rota, cui obedientia debetur, & ex ea acquievisse videtur non voluntariè, quo casu integrum suum jus remanet, ex DD. citatis, quia velle non creditur, qui alieno obsequitur imperio, *l. velle ff. de reg. jur.* Thesaur. *lib.* 4. *forens. quæstion.* 60. *n.* 6. *& n.* 13. & notatur *in cap. constitutus*, *de rescript.* Ubi in receptione factâ in Canonicum ultra numerum de mandato Papæ, videtur potiùs animo obediendi Papæ, quàm animo renuntiandi privilegio, vel statuto, loquentibus de numero Canonicorum, exornat Mongollo, *de metu*, *cap.* 12. *à n.* 32. & in similibus plures congerit DD. Giurba *consil.* 99. *n.* 42. Ergo multò magis ubi adest protestatio præcedens compulsionem.

Fulcitur; nam comparens * coram Judice cum 55
protestatione non consentiendi in ejus jurisdictione, nec declinatoriæ renuntiare, aut recusationi oppositæ videtur, *cap. sollicitudinem*, *de appellationib.* Puteus *decis.* 370. *sub. n.* 3. *lib.* 1. Riccius *collect.* 1747. *fol.* 156. Rota *in una Jenv. jurispatron.* 17. *Maii.* 1603. *nu.* 3. recollecta per Marchesanum *de commission.* 2. *tomo. n.* 3. *col.* 2. *fol.* 518. & Nos *de Regia protect.* 2. *part. cap.* 8. *à n.* 69. *cum seqq.*

Nam comparens cum clausula citra consensum in jurisdictionem, &c. non censetur consentire in
Judicem * incompetentem; ita Felinus *in cap. in-* 56
ter Monasterium, *num.* 10. *de re judicata*, & ibi Glossa, verbo, *Secundo Judici*, *vers. Super hac dicunt quidam*, ubi Abbas *num.* 8. *&* 9. Rota *decis.* 563. *numer.* 4. *p.* 11. *divers.* & fuisse dictum *in una Eleborens. juris conferend.* 18. *Maii* 1613. coram Illustrissimo Patriarcha Manchanedo, testatur, & de praxi quotidiana Augustinus Barbosa *de clausulis*, *clausul.* 20. Quare stante dicto consensu meticuloso, crescit violentia, præstatque Senatui causam protectionis, & ad Ordinarium faciendi remissionem.

Hæc

Hæc omnia, ut vides, procedunt quando in
57 cauſi principali * obtentæ ſunt executoriales, at antequam ad eas perveniatur, & ſic quando ſuper aliquo articulo latæ fuerunt incidenti in cauſam, non erit dubium faciendum hanc remiſſionem cauſæ ad Ordinarium, ut de eadem in prima inſtantia cognoſcat, quia adhuc res eſt integra per argumentum à fortiori. Prout de mandato de manutenendo dato à Nuntio Hiſpaniæ in cauſa coram eo cœpta in prima inſtantia, quòd ſit nullum ex defectu notorio juriſdictionis, quæ duntaxat pertinet ad Ordinarium in prima inſtantia, ex Trident. *in dict. cap. cauſæ omnes*; expreſsè determinavit Rota *in Toletana ſepulturæ*, coram Ubaldo; apud Marcheſan. *de commiſſ. part.* 1. *fol.* 1062. *in princip.* quem referens ſequitur Poſt. *de manutent. obſervat.* 207. *num.* 1. & 2.

Quibus ſic ſuppoſitis teſtat reſpondere ad ar-
58 gumenta * in contrarium adducta, in principio hujus cap. quæ non obſtant: namque declarationes Cardinalium, Rotæque deciſiones, quæ probant, decretum Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 20. non habere locum, ubi adſunt ſententiæ, & res judicatæ, quæ ab eo non cenſentur ſublatæ, non procedunt in noſtro caſu, ſed in alio longè diverſo, nec ſuper principali diſpoſitione illius Decreti loquentis de prima inſtantia ab Ordinario præſervata, quæ ad principium ejuſdem decreti adeſt, aliquid diſponunt, ſed ſuper §. *ad hæc ejuſdem decreti*, longè diſtante, & diverſa continente, prohibenteque inferioribus uti juriſdictione ordinaria in cauſis criminalibus, matrimonialibus, & beneficialibus; & cum ſæpius fuerit propoſitum dubium in Sancta Congregatione Cardinalium, an illud Decretum ſuſtulerit inferioribus ipſis Prælatis juriſdictionem adquiſitam per immemorabilem conſuetudinem; ſæpius reſponſum fuit, non ſuſtuliſſe, de quibus declarationibus abundè tractavimus hac 2. *part. cap.* 4. *per totum*, præcipuè *verſ. Et pro clariori intelligentia, à n.* 2. 28. *uſque ad finem.*

59 Similiter dubitatum fuit, * an acquiſitio juriſdictionis in eis caſibus per ſententias, & res judicatas obtentas per inferiores Prælatos fuerit ſublata, & reſponſum fuit à ſacra Congregatione Cardinalium in præfatis declarationibus, & Rotæ deciſionibus ad principium hujus cap. relatis, Concilium non ſuſtuliſſe eadem ad prædictum effectum, quod eſt longè diſtinctum, & ſeparatum à noſtro caſu, quando prima inſtantia ſit præſervanda Ordinario, quo caſu expreſsè Concilium prædictum, & Conſtitutio Leonina, de qua ſuperius, & *in cap.* 3. *poſt principium*, hac 2. *part.* prævenit difficultatem tollendo aliis Judicibus, quantumvis ſuperioribus juriſdictionem, & ex ejus defectu annullando proceſſus ab eis geſtos, ut hactenus probatum eſt.

60 Apparet etiam diverſitas * utriuſque caſus ex eo, nam declarationes, & deciſiones procedunt & loquuntur, an Concilium *in dict. §. ad hæc*, ſuſtulerit executoriales, & rem judicatam obtentam ante ejus promulgationem, & ſic an extendatur ad præterita, & meritò reſpondetur, non extendi: ſicque de jure communi declarationum doctrina procedit; nam lex non trahitur ad præ-
61 terita jam deciſa, puta, * per ſententiam, rem judicatam, tranſactionem, juramentum, ſolutionem, quietantiam, præſcriptionem. Et ſimilia, etiam quod in eadem lege nominatim, & expreſsè fiat mentio de præteritis *l. cauſas*, *C. de tranſactionibus*, Bart. *in l. omnes populi*, *n.* 41. *verſ. Diſtingue*, ubi Crotus, *num.* 137. *ff. de juſt. & jur.* Abbas *in cap. fin. num.* 9. & Felinus *num.* 3. *verſic. Hanc fallentiam*, *de conſtit.* Capta. *Reg.* 6. *nu.* 3. Alexand. *conſil.* 199. *num.* 4. *verſ. Secundo reſpondeo*, *lib.* 6. Tuſch. *tom.* 5. *litt. L. concluſ.* 264. *num.* 63. *cum ſeq. & concluſ.* 265. *num.* 13. *cum ſeq.* Alderanus Maſcard. *de gener. ſtatuto interpretat. concluſ.* 13. *num.* 16. *cum ſeq.* Barboſa *axiom.* 136. *n.* 23. Farinac. *fragment. criminal. part.* 2. *lit. L. num.* 44. *cum ſeq.* ubi ampliat duobus modis, & tribus limitat. At nos loquimur de executorialibus in futurum obtentis contra prohibitionem Concilii Tridentini ad diverſum finem, & effectum, quàm dictæ declarationes, & Rotæ deciſiones, ut hactenus probatum eſt.

Itaque concludendum erit, quod decretum Trid. *in dict. cap. cauſæ omnes*, duas habet partes principales, quarum quælibet circa res inter ſe penitùs diſtinctas, & diverſas diſponit. Atque ideò declarationes Cardinalium, & deciſiones Rotæ prædictæ nihil attingunt ejus primam partem, quæ de cauſis primæ inſtantiæ loquitur: ſed ſecundam tantum, quæ incipit ab ejus §. *ad hæc*, tractantem de juriſdictione Prælatorum inferiorum Epiſcopo non habenda, nec exercenda in cauſis criminalibus, beneficialibus, & matrimonialibus, prout expreſsè & ſignanter dictæ deciſiones exprimunt, *dict.* §. *ad hæc*, in cujus etiam declarationem emanarunt declarationes Sanctæ Congregationis, ne *dict.* §. *ad hæc*, prohibitio obſtare. Prælatis inferioribus habentibus executoriales obtentas in confirmationem, & roborationem ſuæ juriſdictionis in prædictis caſibus aliàs prohibitis, & vetitis per Trid. *in dict.* §. *ad hæc*, cujus pars ſuperior reſpicit exercitium duntaxat juriſdictionis in Judices aliàs eam habentes, pars verò inferior reſpicit totalem juriſdictionem, quoad proprietatem, & dominium, an, & quomodo per Prælatos inferiores Epiſcopo ea adquiri ſeu retineri poſſit, ſuper quo declarationes Cardinalium, & deciſiones Rotæ *ſupra* relatæ emanarunt.

Ad cæteras autem difficultates, quod declina-
toria, * & incompetentia oppoſita, ſuper quam pro- 62
nuntiatum fuit, non obſtaret: Reſpondetur procedere, & habere locum, quoties oppoſita fuerit ab eo, qui abſque alterius præjudicio poteſt prorogare juriſdictionem Judicis non ſui, atque ita quando pendet prorogatio à ſua mera, & libera voluntate, abſque alterius dependentia & præjudicio, prout loquuntur omnes DD. ibidem relati.

At verò quando juris datur connexitas, ita ut quilibet ſolus abſque alterius conſenſu nequit prorogationem facere in alienam juriſdictionem, tunc nullo modo valet prorogatio abſque alterius conſenſu tacito, aut expreſſo, maximè in iſtius præjudicium, prout latiùs probatum reliquimus ſuperius *à n.* 34. *cum ſeqq.* atque propterea reſolutio noſtra in hac queſtione ab omni impugnatione defenſa eſt, & tenenda.

Et poſt hæc ſcripta * perlegi Gundiſalvum de 63
Paz *prax.* 2. *tom. ult. prælud. à n.* 11. ubi tradit formam, ſeu modum comparendi in Senatu Regio pro litteris apprehendendis in contraventionem S. Concil. Trid. *in dict. cap. cauſæ omnes*, & de modo procedendi, allegandi pro utraque parte & decernendi, & ſe audiviſſe aſſerit, quod in hoc Supremo Conſilio non retineantur litteræ, quando pars ſemel comparuerit in Romana Curia, allegaverit contra ipſas litteras, ſeu etiam declinaverit. Quæ quidem praxis falſa eſt, & nunquam audita in hoc

Con-

Consilio Regio; quam insuper praxim etiam ipse Paz fortiter impugnat, casu, quo verè adesset, quem & ejusdem fundamenta ad litteram referam, quia benè conducunt iis, quæ hactenus latè tractavimus, qui sub eodem *n.* 11. propè finem, & *nu. seq.* ita ait: Qua in re audio praxim in Consilio Supremo observari, nempè quod si possessor beneficii, vel ille, contra quem litteræ Apostolicæ impetrantur allegans contra prædictas litteras, & etiam proponens exceptionem declinatoriam ex eo, quod fuerunt impetratæ, & concessæ contra Decretum Concilii, & postmodum litteræ deferantur ad Consilium Regium per partem adversam, vel per promotorem Fiscalem, ut ibi retineantur, donec Summus Pontifex consulatur, & de veritate informetur, quod tunc Regii Consiliarii pronuntiant litteras reddendas esse impetranti, nec esse detinendas, eo quod possessor beneficii, vel ille contra quem impetratæ fuerunt, consentit jurisdictioni Auditoris Cameræ Apostolicæ, & eam prorogavit.

Quæ praxis (inquit ipse Paz) si ita observa-
64 tur, * nescio quo jure sustineri possit; nam possessor beneficii consentire non potuit in Judicem non suum, nec ejus jurisdictionem prorogare, cùm prorogatio jurisdictionis nihil aliud sit, quàm ex-
65 tensio jurisdictionis ordinariæ * ad casum, vel ad personam sub ea non expressam, ut colligitur ex *l.* 1. 2. *ff. de judiciis*, *& in cap. P. & G. de officio*
66 *Delegat.* * Et extensio fieri non potest, nisi ab eo, quod est, argument. *l. sed etsi manente, ff. de precario*, *l.* 4. *ff. de damno infecto*, *& cap. ad dissolvendum, de desponsatione impuber.* sequitur inde
67 jurisdictionem prorogari * non posse, nisi Judex aliquam jurisdictionem habuerit, quæ extendi possit, ut probatur *in l.* 1. *ff. de Judiciis*, *& in l.* 1. *ff. de jurisdiction. omnium Judic. & in cap. significasti de foro competent.* ibi: *Eum qui jurisdictioni præesse dignoscitur*: Sed Auditor Cameræ Apos-
68 tolicæ, nec alius * quacumque potestate fulgens in prima instantia nullam jurisdictionem habet circa causas beneficiales, & circa omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes præter Judicem Ordinarium, ut probatur *in dict. cap.* 20. *Concilii Trid.* ibi: *In prima instantia coram Ordinariis locorum duntaxat cognoscantur.* Quibus
69 verbis * omnino tollitur jurisdictio in prima instantia quibuscumque Judicibus, & solummodo Ordinariis locorum conceditur, probatur etiam
70 in eodem *cap.* 20. ibi: *Atque omnino saltim * infra biennium à die motæ litis terminentur, alioquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illarum Judices Superiores, aliàs tamen competentes adire.* Quibus verbis planè ostenditur solummodo post biennium Judicem superiorem, alias competentem per partes adire posse. Ergo infra biennium Judex superior quantumcumque competens præterquam Ordinarius locorum de prædictis causis in prima instantia cognoscere non potest. Rursus probatur *in dict. cap.* 20. *vers. Ab*
71 *his*; ubi solummodo excipiuntur duo casus, * in quibus Ordinarius non cognoscit, & nullus ex eis est casus noster; præterea probatur in eodem *cap.* 20. *vers. Legati quoque*, ubi dicitur, quod Legati de Latere, Nuntii nec alii, quarumcumque facultatum vigore in prædictis causis non possint Episcopos impedire, jurisdictiones eorum præripere, aut turbare nec contra Clericos aut personas Ecclesiasticas procedere, nisi eorum Episcopo prius requisito, atque negligente. Ergo ex prædictis constat, in prima instantia Auditorem Cameræ Apostolicæ nullam jurisdictionem habere, & omnino incompetentem esse cognitionis prædictarum causarum, & per consequens jurisdictionem prorogari non posse, cùm non sit quid prorogetur.

Secundò, pro hac mea opinione (inquit ipse Paz) facit quod de substantia prorogationis * 72
est consensus partium litigantium, juxta *l.* 1. & 2. *ff. de judiciis*, sed Clericus sine licentia proprii Episcopi non habet consensum prorogandi jurisdictionem * Judicis non sui, ut probat textus 73
in cap. significasti, ibi: *Consentire non potest.* Ergo in nostro casu prorogatio fieri non potuit, præsertim quod consensus prorogandi in prima instantia tollitur partibus litigantibus per Concilium Trid. *in dict. cap.* 20. ibi: *Alioquin post id spatium liberum sit partibus*, &c. Quibus verbis constat in illo tantùm casu, scilicet, quando infra biennium causa non fuit terminata coram Ordinario, concessam esse libertatem partibus adeundi Judicem superiorem, aliàs competentem; ergo præter illum casum sublata censetur partibus libertas adeundi superiorem, aliàs quantumcumque competentem: & per consequens litigantes in prima instantia non habent consensum adeundi alium Judicem, quàm Ordinarium.

Tertiò, hæc mea opinio probatur ex eo, quod jus alteri quæsitum * non debet ei subtrahi, ut 74
in l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alieni juris, & in cap. cùm Ecclesia Vulterana de electione, nec alteri per alterum iniqua conditio afferri debet, ut *in l. non debet, ff. de reg.* Sed si per partes litigantes jurisdictio alterius Judicis in prima instantia prorogari non possit, jam jus quæsitum Ordinariis locorum (per Concilium Trid. *in dict. cap.* 20.) eis subtraheretur, & iniqua conditio eisdem afferretur, si sine eorum consensu subditi sui prorogarent jurisdictionem alterius Judicis, cùm privarent eos suis sportulis, & honore judicandi, qui omni lucro præferendus est, *in l. Julianus, ff. si quis omissa causa testam.*

Quartò, hæc opinio probatur ex eo, quod Auditor Cameræ Apostolicæ * est Judex Delegatus, 75
ut firmat *gloss.* 1. *in Clementin. Auditor. de rescriptis*, quam dixit ibi veram, Cardinal. *num.* 6. & Staphileus *in tract. de signat. justitiæ, præludio* 1. *n.* 6. Sed ad prorogandam jurisdictionem Judicis Delegati consensus expressus, * & non tacitus 76
requiritur juxta *cap. statutum*, §. *in nullo, de rescriptis*, *lib.* 6. Ergo per solam comparitionem simpliciter etiam factam, absque oppositione exceptionis declinatoriæ coram * Auditore Came- 77
ræ Apostolicæ, prorogatio jurisdictionis prædicti Auditoris non inducetur, quia talis comparitio solummodo inducit consensum tacitum, & non expressum, juxta Glossam exceptam *in dict. cap. statutum*, §. *in null.*

Ex quibus omnibus (concludit ipse Paz) planè constat, prædictam * praxim jure fulcitam 78
non esse, imò etiam litteras Apostolicas retinendas esse, quamvis ille, contra quem impetratæ fuerant, comparuerit coram Auditore suas exceptiones allegans, & monitorio respondens.

Alioquin si partes litigantes sine licentia suorum Ordinariorum * consentire possent in alium Judicem, 79
illusorium maneret Decretum Concilii, & concessiones Pontificum Regi Hispaniarum concessæ, suisque summis sumptibus impetratæ ad conservationem, & observantiam Concilii Trid. frustrarentur, &c. Hactenus Gundisalvus de Paz, qui benè percepit

Arti-

Articulum hunc, de quo Nos à principio hujus capitis latiùs tractavimus comprobantes; atque apud eum, ut superius diximus, talis praxis non adest, nec adfuit in hoc Supremo Senatu Regio.

CAPUT XVIII.

Si emptori pignoris in subhastatione facta per Judicem Delegatum quæstio moveatur; an coram eodem Delegato sit tractanda, vel potius per Senatum Ordinario remittenda.

Et an litteris Apostolicis semel exequutis, si possessor ceciderit à possessione, istius causa sive in possessione, sive in proprietate deducta ad Ordinarium remittatur.

SUMMARIUM.

1 *& seq. Delegatus ex commissione subscripta manu Sanctissimi nequit cognoscere de controversia mota tertio emptori rei ab eo subhastatæ vigore suæ commissionis.*

2 *Emptor pignoris subkastati legitimo efficitur titulo possessor.*

3 *Judicium motum contra possessorem emptorem pignoris subhastati novum est, intentandum coram suo Judice Ordinario juxta Trid.*

4 *Text. in l. à Divo Pio, §. post addictum, ff. de re judicata, verba ad id ponderantur.*

5 *Controversia super pignore vendito, aut adjudicato, non via summaria, sed ordinaria erit definienda.*

6 *Ordinarius Judex competens super controversia pignoris subhastati, non erit illi prior subhastans, sed cui emptor subest.*

7 *Clerico creditori, si super pignore adjudicato per laicum, controversia mota sit, non coram laico, sed coram suo Judice Ordinario convenitur.*

8 *Clericus creditor, ex sententia graduationis lata per laicum obtinens bona, reus efficitur necessarius, deinceps ab anterioribus creditoribus conveniendus coram Ecclesiastico.*

9 *Lis graduationis post sententiam, executioni datam facta adjudicatione singulis creditoribus, finita est.*

10 *Lis dicitur finita per rem judicatam executioni mandatam.*

11 *Per rem judicatam executioni mandatam nec lis finitur, nec possessor victus amittit possessionem omnino manutenibilem.*

Mandatum de exequendo, post rem judicatam realiter non exequutum, possessorem condemnatum possessione non privat, nec in vincentem transfert, ibid.

12 *Dominium non transfertur ex re judicata ante ejus executionem, & rei traditionem.*

13 *& seq. Stephani Gratiani discentatio refertur, quod ut dicatur lis finita, non sufficiat res judicata, nisi ejus executio realis subsequatur.*

14 *Procuratoris finitur mandatum per solam rem judicatam, qui nequit executionem impedire.*

15 *Post rem judicatam usque ad triginta annos peti potest executio actione in factum, vel officio Judicis.*

16 *Sequestrum durat in causa appellationis, quia nisi per rem judicatam, lis non finitur.*

17 *Executio requiritur, ut lis dici queat finita.*

18 *Si post litem finitam, apprehensamque possessionem à creditore controversia oriatur, novum est judicium.*

19 *Quod nova eget instantia.*

20 *Res in solutum creditori data si evincatur à tertio, vel ab alio, nequit creditor agere primæva actione per adjudicationem jam extincta, sed alia nova agere debet.*

21 *Litteris ad immissionem in possessionem, vel executorialibus in Rota obtentis, semel executis, controversia super possessione ad Ordinarium pertinet.*

22 *Executione litterarum, aut executorialium facta expirat Delegati jurisdictio.*

23 *Inductus in possessionem si aliquo tempore in ea permansit, Delegati expirat jurisdictio, ne fiat præjudicium Ordinario, ad quem itur super nova controversia.*

24 *Tertius comparens post peractam litterarum executionem super re, aut beneficio coram Ordinario debet litem movere, non coram executore.*

25 *Jus immittendi in possessionem cessat post factam immissionem actualem, etiam si ab ea ceciderit.*

26 *Semel immisso in possessionem amplius immisso non competit.*

27 *Immissio à possessione recidente cessat via executiva litterarum, aut executorialium, & via ordinaria agere debet.*

28 *Executione peracta semel super controversia activa, aut passiva ad Ordinarium erit recurrendum.*

29 *Executor gratiæ cum clausula (inducentes, & defendentes) habet jurisdictionem ad defendendum immissum jam à molestiis.*

30 *Quod in Gallia non admittitur, sed quia expiravit jurisdictio per actualem executionem ad Ordinarium recurrendum.*

31 *Quod & idem servatur in Hispania ex dispositione Concilii Trid. cujus Rex efficitur protector, & in Senatu dari decretum, ut causa remittatur Ordinario, firmat Riccius.*

32 *Executores meri cum clausula (cæterum) nequeunt post peractam executionem, jurisdictionem amplius exercere obstante Trid. decreto, sed ad Ordinarium recurrendum erit.*

33 *Causa immissi, & turbati in possessione, & proprietate Ordinario remittitur, cum executione facta executoris expiravit jurisdictio ex Trid. cujus prima instantia aliter percuti diceretur.*

34 *Clausula* (defendentes inductum) *nequit uti inferior à Papa in præjudicium Ordinarii, quâ si Papa utatur, subscribere debet propria manu, aliter Senatus causam remittet Ordinario, quia post peractam executionem executoris finita fuit jurisdictio.*

35 & 36. *Comparens post immissionem ex alio testamento, non auditur via executiva, sed Ordinaria, coram Judice Ordinario rei possessoris.*

JUdex à Sede Apostolica Delegatus ex commissione propria manu Sanctissimi subscripta, * 1 vel alias causa legitimi ad Sedem Apostolicam (super qua debitor fuerat coram Ordinario primitus conventus) devoluta, & ad executionem executorialium, in Rota contra debitorem obtentarum datus, postquam ipsius debitoris bona pro satisfactione creditoris subhastavit, & re emptori tradita soluto pretio accidit, in cum super eadem re quæstionem moveri, sive à tertio sum esse con-

tenderte, five ab alio creditore ex causa juris offerendi, & coram eorum Delegato; ipse tamen emptor conventus certum ad suum Ordinarium causæ hujusmodi cognitionem pertinere ex Decreto Concilii Trid. *sess.* 24. *de reformatione*, *cap.* 20. recurrit ad Senatum pro ejus protectione, ut ad Ordinarium remittatur. & adhuc obtinere paucis cognoscetur.

Etenim, Clericus pignoris emptor, & soluto
2 pretio, * ac per consequens perfecta jam venditione, possessor ex legitimo titulo effectus est, & Judicis authoritate (qui illa lite jam finita definit esse Judex, *l. posteaquam*, *ff. de re judicata*, *cap. in litteris*, *de officio Delegati*) si super eadem*
3 re conveniatur, novam equidem patitur Judicium, & novam instantiam, atque ideo actor ejus forum omnino sequi tenetur, *c. cùm sit generale*, *de foro competenti*, cum vulgaribus, quare instantia hæc nova perneceſſe coram Ordinario suo tractanda erit, juxta *dict. cap.* 20. *Trid.* & ea quæ latè deduximus hac 2. *p. cap.* 8. & 9. & iterum *cap.* 23.

4 Pro quo in terminis * est text. elegans *in l. à Divo Pio*, §. *si post addictam*, *ff. de re judicata*, his verbis: *Si post addictam pignus aliqua controversia emptori moveatur, an sit cognitio ejusdem Judicis, qui sententiam executus fuit, videndum est, & cùm semel emptio perfecta sit, ejusque, qui sic comparuit, periculum versetur, non putabam esse cognitioni, certè postquam inductus emptor in possessionem, nonne cessabant partes eorumdem Judicum; idemque & si ipsi, cui quis judicatus est, res fuerit addicta*: Ubi scribentes duas utiliter conclusiones firmant; quod in controversiis emergentibus post venditionem, * vel pignoris ad dicationem non
5 summariè, sed ordinariè juriſque ordine servato procedi debet adversùs eundem emptorem. Alteram verò per neceſſariam consequentiam ex prædicta conclusione deducam, quod coram Judice Ordinario emergentes hæ, ut nova pertractanda
6 erunt. Judex autem * Ordinarius hic non intelligitur ille prior, qui sententiam additionis tulit; sed ille duntaxat, qui erit Judex competens emptoris, hæredis, cui pignus fuit addictum vel in solutum datum, magistraliter explicat Paulus de Castro *in dict.* §. *si post addictam*, Franciscus Vivius *decis.* 527. *n.* 7. *l.* 4. Guzman *de evictionibus*, *q.* 7. *à n.* 67. *cum seq.*

7 Et confirmatur ex doctrina * Socini *Reg. l.* 10. *sallent.* 1. & 2. & clarius per Ant. Corticum *in cons.* 6. *n.* 11. *l.* 2. dicentes, quod si Clericus primus creditor, cui pignus ex licitatione facta per Judicem laicum addictum fuit post satisfactionem, qui postmodum ex causa juris offerendi à secundo creditore conveniatur; debeat ille secundus creditor Clerici forum sequi, & Judicium sui Ordinarii, ad quem controversiæ hujusmodi cognitio duntaxat pertinet; sequitur Guzman ubi proximè, *à numer.* 62. dicens: Quòd etsi ipse Clericus creditor obtinuerit bona ipsa virtute
8 * gradationis, & sententiæ latæ per Judicem sæcularem; nihilominus cùm id judicium jam extinctum & finitum fuerit, & Clericus justo titulo effectus sit possessor, & res necessarius, non poterit ab eodem Judice sæculari compelli bona anterioribus creditoribus restituere, cùm nova sit causa, novum jus, quæ nova instantia egeant ad forum Judicem Ordinarium remittenda, exsuperius dictis.

Et quia, ubi gradationis in Judicio sæculari

fuit procul dubio extincta, & jam finita per executionem jam peractam, * & actualem additionem 9
factam creditori vincenti, ita Bart. & Jaſſ. *in l. fidejussor.* §. *si fatisdatum*, *ff. qui fatisdare cogatur*, Guzman ubi proximè, *numer.* 64. cùm generale verum sit, quòd lis dicatur finita * per rem judi- 10
catam executioni mandatam, ut per Sarner. *in Regula de annali. q.* 64. *num.* 4. & 5. Caputaq. *decis.* 172. *p.* 2. Mohedanus *decis.* 8. *alias* 115. *decis.* 14. *alias* 240. *de causa possessionis & proprietatis*, & *decis.* 3. *alias* 180. *n.* 3. *de litis pendent.* Vivius *decis.* 527. *n.* 3. Guzman ubi proximè *n.* 65. & Nos post Sarner. Lancelot. Robert. aliasve plures Rotæ decisiones latiùs probamus *in tract. de Regia protect.* 4. *part. c.* 14. *à num.* 250. *cum seq.* quibus adde Vivianum *de jurepatronat. decis.* 25. *num.* 7. Et nos firmavimus ibidem, * è converso 11
etiam per rem judicatam non secuta ejus executione, litem minimè finitam dici, atque ideò sententiam ante executionem factam non privare possessione victum, quam non amisit, sed verè retinet interim manutenibilem, ut pulchrè Coccinus *decis.* 184. *num.* 3. & *à princip.* Alex. Ludovis. *decis.* 546. *num.* 9. & 10. & idem Coccinus *decis.* 223. *num.* 4. optimè etiam Seraphinus *dec.* 937. *num.* 2. Cassiad. *decis.* 7. *de causa possessionis & proprietate.* Paleotus *decis.* 215. Quæ decisiones idem affirmant etiamsi post rem judicatam subsequatur mandatum exequendo, quia sola voluntas, & justus Judicio in effectum non deductus non privat possessione condemnatum, nec in vincentem transfert.

Et quòd lis non dicatur finita ante rei judicatæ realem executionem, insuper probant Pacificus *decis.* 144. *n.* 1. *post tractatum de Salvian. interdict.* Rota *in recent. decis.* 125. *n.* 2. *part.* 1. Post *de manutention. observat.* 12. *à n.* 160. & *post tractatum decision.* 167. *n.* 7. & alias decisiones allegat ipse Post. ibidem, *n.* 161.

Hinc fit quod ex sententia non transfertur dominium * seu quasi ante traditionem, & executio- 12
nem, Alexand. *consil.* 90. *n.* 8. *vol.* 2. & *in consil.* 1. *n.* 5. *vol.* 5. Decius *cons.* 594. *n.* 3. Doctores *in l. ex hoc jure*, & *in l.* 2. *per text. ibi*, *C. Communia utriusque Judic.* & *in l. Pomponius*, §. *si jussus*, *ff. de acquir. possess.* Pateus *decis.* 260. *part.* 3. Marta *in cons.* 50. *n.* 2. & melius *n.* 19. & *seqq.* & vide infrà *n. seqq.* & *à n.* 17.

Et quòd lis non dicatur finita per solam rem judicatam, sed præcisè * ad id requiratur ejus- 13
dem simul executio, probat Gratian. *in disceptatio. forensi. num.* 1. *cap.* 66. in hæc. Non obstat, quod etiam dicatur lis finita per sententiam, quæ transivit in rem judicatam, *l. causas*, *C. de transact.* Glossa *in cap.* 1. *verb. Finit. de litis contestat.* Cassiodor. *decis.* 6. *super Regul. num.* 5. Parisius *cons.* 30. *in causa*, *num.* 35. *lib.* 4. Unde non includatur executio, cùm sufficiat finire litem per rem judicatam, ita ut procurator ad lites non censeatur habere † mandatum ad impediendam executionem sententiæ, Gemi- 14
nian. *in cap.* 1. §. *sed si post rem. vers. Nota ex illo*, *dict. n.* 4. *de exceptionibus in* 6. quia verum est litem finiri per sententiam, suppleatio tamen executioni mandandam, & post quam restatur ei, qui vicerit, quia aliàs per sententiam, & rem judicatam non dicitur lis finem accipere, Manlos. *regul.* 33. *q.* 27. *col.* 1. *ad med. vers. Ad propositum quæsitum*, ubi testatur ita in Rota sæpè fuisse decisum, & declaratum, & intelligi omnia in contrarium

15 deducta, & ibi etiam * quod poſt rem judicatam, uſque ad triginta annos poteſt peti executio actionis in factum vel officio Judicis, *l. actori, C. de jurejurand.* Bart. *in l. tale pactum, §. qui provocavit, de pactis, &c.*

Et idem Gratian. *cap.* 114. *num.* 34. ibi: Verius eſt, ut etiam in cauſa * appellationis ſequeſ-
16 trum duret, cùm aliàs non dicatur lis finem accipere, niſi per ſententiam in judicatum tranſactam, *l. cauſas, C. de tranſact. &c.* Ita ut etiam
17 requiratur executio, * ut poſſit dici lis finita, Mandoſ. ut dictum ſup. *cap.* 66. *nu.* 20. & ita in ſpecie caſus noſtri reſpondit Curtius *de ſequeſt. c.* 2. *q.* 18. *n.* 66. *&c.* probat Puteus *deciſ.* 310. *l.* 2. latiſſimè Lancelot. *de attent.* 2. *p. in præfat. n.* 230. Garcia *de benefic.* 6. *p. c.* 4. *n.* 42. *in fine*, Achill. *deciſ. unic. de executione ſententiæ*, Rota, ut per Farinac. *deciſ.* 276. *n.* 6. *tom.* 2. *in poſthumis*, qua poſt Lancel. *de attent.* 4. *p. in præfat. n.* 230. & Sarnar. *in Reg. de anna. q.* 44. & Puteum *dec.* 30. *l.* 2. addicitur Rota *in una Salmantina Capellaniæ del voto*, 2. *Aprilis*, & 5. *Julii* 1593. *coram Cardinali Pamphilio.*

Atque ſi ideò ſi poſt finitam litem, & habita à creditore poſſeſſione emergat aliquid, quod
18 fit in judicium * deducendum, novum equidem erit judicium, ut per Caputaquen. *dict. deciſ.* 171. benè conſideravit Guzman. *dict. cap.* 7. *num.* 66.
19 Quod quidem nova eget inſtantia, * ut latiſſimè comprobavimus hac 2. *part. cap.* 8. *cap.* 9. & *cap.* 13. Ubi plurimæ doctrinæ conducibiles reperiuntur.

Et pulchrè confirmatur, quoniam ſi ab ipſo creditore, cui pignus in ſolutum datum fuit à Judice pro debiti ſatisfactione, ſive per adjudicationem Judicis, ſive partis, res ipſa pigno-
20 rata, * & addita evincatur à tertio, vel alio creditore, nequit ex actione primæva agere, cùm ex actuali additione, & adjudicatione fuerit extincta, ac per conſequens lis ſuper ea mota, ſed alia nova actione agere debet, putà utili exempto, poſt Petrum Surdum, Gratianum, Fabium, Anna, Felicianum à Solis, Caſtellum & alios abundè diximus, & probavimus *in tract. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 7. *à n.* 160. *cum ſeq.*

Multò minus contrà ipſum creditorem habita rei addictæ poſſeſſione lis ipſa, & actio primæva durare dicetur, ac per conſequens coram Judice ſuo Ordinario hac nova actione, hocque novo Judicio conveniri debet, cùm nova egeat inſtantia, & novis terminis, ac defenſionibus: quapropter omninò per Senatum ad Ordinarium remittenda, quo jure quidem quotidie utimur in hoc Supremo Regio Conſilio, quoties ab eo protectio hæc Concilii poſtulatur.

Ex his fundamentis, eorumque principali doc-
21 trina infertur, * quod ſi executoriales expediantur in Rota, vel litteræ Apoſtolicæ dentur alicui Delegato commiſſæ, ut alicui proviſo tradat poſſeſſionem beneficii, alteriuſve rei, aut juris, ſi facta jam actuali earumdem executione, illarumque virtute victor, aut proviſus habuerit poſſeſſionem pacificam, ſi ab aliquo tertio fuerit turbatus, aut ſpoliatus, nullatenus poterit executor ipſe virtute executorialium, aut litterarum Apoſtolicarum ipſum reſtituere, nec manutenere, cùm hæc ſit nova cauſa, & novum à priori diverſum judicium, quod omninò, ſive in poſſeſſione, ſive in proprietate debet remitti ad Ordinarium, ad quem hujus cauſæ cognitio activè, & paſſivè omnimodo pertinet, cùm Delegati Judicis juriſdictio jam fuerit extincta, & finita poſt peractam executionem. Elegans eſt deciſio Caſſiodori *deciſ.* 1. *de reſtit. ſpoliat.* Rota per Jacobum Caballerium *in deciſ.* 347. *n.* 1. & 2. ubi quod ſtatim expiravit poteſtas Judicis Delegati, & executoris, * & fuiſſe ita deciſum per Rotam *in* 22
una Caſalenſ. Canonicat. 22. Januarii 1605. *coram Rever. Atrebaten.* & in alia *Ferrarienſ. bonorum* 19. *Januarii coram Durazetto*, teſtatur Cabailerius ib. *num.* 2.

Et per Joannem Andream *in cap. pro illorum de præbendis, & dignitat.* & Abbatem, Staphileum *de litteris* * *gratiæ, titulo, de vi, & effectu*, 23
§. ſignificat. clauſulæ inducentes, n. 3. *& per cap. in litteris, de officio Delegat.* tenet Garcia *de beneficiis* 6. *p. cap.* 2. *à num.* 154. & ſup. *à nu.* 151. Quod ſi aliquamdiù inductus in poſſeſſionem pacificè poſſedit, expiravit Judicis Delegati poteſtas, ne fiat præjudicium Judici Ordinario, ad quem pro controverſia mota inducto & proviſo, & noviter facta recurrendum ſit, refertque eundem Joannem Andream ſic audiviſſe Curiam tenere, firmantem, niſi in continenti poſt factam executionem in poſſeſſione turbetur miſſus, ſecundum Joannem, & Abbatem, *n.* 6. Felinus 20. *verſ.* 2. *in cap. quærenti de officio Delegati.* Et ità procedunt, quando ſcilicet in continenti turbatus eſt miſſus, quæ latiſſimè diſputavimus, & reſolvimus *in tract. de Regia protect.* 4. *p. cap.* 14. *à n.* 217. *cum multis ſeqq.* ubi quando in continenti ab ipſo condemnato turbatus, vel ſpoliatus poſſeſſor immiſſus; de quo etiam Barboſa *in collect. ad c. quærenti n. fin. de officio Deleg.*

Sicuti etiam quando poſt factam executionem, & poſſeſſionis * traditionem virtute litterarum 24
Apoſtolicarum, quis vellet movere controverſiam ſuper re, vel beneficio jam poſſeſſo, non tunc tertius iſte comparens non coram Judice eodem Delegato, qui miſſionem realem fecit, ſed coram Ordinario, ad quem debet recurrere, tenetur actionem, & jus ſuum deducere, & contra poſſidentem agere; etenim ad audiendum hujuſmodi novum contradictorem, executoris Delegati poteſtas expiravit, cùm ſit nova actio, & novum judicium, ut in terminis ex hac ratione tenet Garc. *de benefic.* 6. *p. c.* 2. *à n.* 145.

Et ratione probatur; nam cum litteræ Apoſtolicæ dentur ad immittendum in poſſeſſionem, * 25
poſt immiſſionem ceſſat poteſtas, & juriſdictio, atque commiſſio, ſicut & ceſſat jus proviſi, quia jam ſemel miſſus fuit, etiamſi ab ea ceciderit, & ſpolietur, ut poſt Alexand. *conſ.* 188. *viſo puncto, n.* 2. & 3. *l.* 5. Anchar. *conſ.* 189. *n.* 6. *verſ. Præterea poſito*, Tuſch. *pract. concluſ. to.* 3. *lit. E. concl.* 493. *à n.* 9. *cum ſeqq.* Nos *de Regia protect.* 4. *p. cap.* 1. 4. *n.* 224. Quia immiſſio non com- 26
perit * amplius jam poſſeſſori, licet à poſſeſſione ceciderit, latè Caſtillo *controverſ. c.* 24. *n.* 25. *to.* 3. Alex. Ludoviſ. *deciſ.* 46. *n.* 3. *& ſeqq. & dec.* 200. *à n.* 3. Nec virtute earumnet litterarum ſemel * 27
executioni traditarum agit miſſus patiens controverſiam, quia expiravit via executiva, & ordinaria agendum erit, Felin. *in c. quærenti, n.* 10. ubi in fine, dicit commun. Rota apud Seraph. *dec.* 162. *ex n.* 4. Quare pro qualibet turbatione, & 28
controverſia activa, * aut paſſiva peracta jam exe-
cutione debet ad Ordinarium recurri, ne lædatur diſpoſitio Tridentin. *in l. c.* 20. *ſeſſ.* 24. *de reformatione*, præſervans primam inſtantiam Ordinario,

&

& ita probat Garcia *de benefic.* 6. *p. cap.* 2. *num.* 164. *& seqq.*

Et in his, in quibus versamur terminis, idem probat Riccius *in practicar. Aurea. resolut* 299. in hæc: Executores * gratiæ cum clausula (*Inducentes, & defendentes, &c.*) non solùm habent jurisdictionem ad ponendum in possessionem beneficii impetrantem, & ad faciendum ei respondere de fructibus; sed etiam ad defendendum eum post immissionem, si ab aliquo tertio molestaretur, ut per text. & ibi Abb. & Felin. *in cap. quærenti, de officio Delegati, numer.* 10. 29

In Gallia tamen hæc conclusio non practicatur, * quia facta executione executor functus est munere suo, & postea jurisdictio Ordinariorum est, etiam quoad turbationem in possessione; nam turbatus coram Ordinario conqueri debet, per concordata suprà allegata; ita notarunt Rebuffus *in pract. benefic. in forma novæ provision. verb. Amoto quolibet illicito detentore.* March. *decis.* 100. *p.* 1. 30

In Hispania ex Bullis concessis in favorem Potentissimi * Regis nostri Philippi à Summis Pontificibus Pio V. & Gregorio XIII. qui faciunt eum protectorem Sacrosancti Concilii Trid. credo quod servatur idem quod in Gallia, & quod causa contra turbantem remittitur Ordinariis, & super hoc dantur rescripta in Supremo Consilio; & de jure communi, Abbas, & Joan. Andr. *in dict. cap. quærenti* existimabant, quod perfecta executione, si aliquandiu pacificè possidebat impetrans, erat extincta jurisdictio Delegati, aut executoris, non obstantibus dictis clausulis, ob quas moti fuerunt supra dicti omnes, & etiam servare Curiam affirmat Staphileus *de litteris gratiæ, & just. tit. de vi, & effectu clausul. fol.* 131. *in parvis.* 31

Ex quibus infertur, quod meri executores cum clausula (*Cæterum*) quæ solet * de stylo dari pensionario in reservatione pensionis, vel præsentantibus gratias coram Auditore Cameræ in hoc Regno stante forma Sacri Concilii Trident. de qua suprà, non poterunt post præfatam executionem, jurisdictionem exercere, licet in favorem Ordinarii contrarium aliquando de facto observetur. Id tamen intelligo contra contradicentes de jure, contra quos in prima instantia debet recurri ad Ordinarios, contra verò turbantes de facto non erit inconveniens, si procedat extra judicialem compulsionem, quando clausula facit perpetuitatem. Hæc Riccius. 32

Quam doctrinam de verbo ad verbum, transcripsit Riccius * ipse à Flores de Mena, qui ea omnia dixerat *variarum, quæst.* 4. *à n.* 60. *cum seq.* Hoc tamen Authore tacito, qui quidem in hismet terminis dicit, causam jam missi in possessionem, & postmodum turbati remittendam esse Ordinario, ex dispositione Concilii Trid. cùm clarè percutiatur prima instantia hoc in casu ad illum pertinens, quippè jam cessaverit jurisdictio delegati, & ita practicatur quotidie in hoc Supremo Consilio Regio, atque incunctanter observatur, prout ex dicto Mena, latiùs videre poteris loco citato, & iterum *in quæst.* 12. *num.* 10. *ad fin.*

Fulcitur, quoniam clausula, *Defendas inductum*, non operatur postquam * immissus semel pacificè possedit, ne derogetur Ordinarii jurisdictioni, ideò si molestetur postquam fuit indu- 34

tus, via ordinaria est agendum, & molestans coram suo Ordinario erit conveniendus. Quia hæc clausula amplius non habet effectum, nec conservat jurisdictionem executoris Delegati, ut superiùs latè diximus, & probant insuper Staphileus *de litter. gratiæ, fol.* 97. *pag.* 2. *vers. Sequitur postmodum*, Marches. *de commission. p.* 1. *pag.* 939. *n.* 177. Campan. *diversorum juris Canon. rubr.* 11. *cap.* 12. *n.* 283. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *litt. C. Conclus.* 218. *num.* 2. ubi *nu.* 2. subdit Rebuffum *in forma novæ provis. in verb. defendas inductum*; retulisse quod in Francia nihil operetur, quia Judices Ordinarii post executionem factam sunt adeundi, quod & in Hispania idem observari ex dispositione Concil. Trid. ne deterior fiat eorum jurisdictio, diximus sup. *à num.* 29. *cum seq.* Atque ideo, ut hæc clausula operetur post inductionem, missionem factam per executorem in præjudicium jurisdictionis Ordinariæ, debet commissio, qua prædicta clausula apponitur, subscribi propria manu Sanctissimi, aliter à Senatu causa novæ molestiæ & turbationis, remittenda erit Ordinario, ad quem de jure pertinet cognitio, ex superiùs abundè comprobatis.

Fulcitur denique ex eo, quòd si post immissionem * factam ex *l. fin. C. de edicto divi Adrian.* vel virtute litterar. Apostolic. alius compareat cum alio testamento, vel alias litteras Apostolicas, aliove pari titulo: nullatenus auditur in via executiva, sed in via ordinaria, & in judicio & foro competenti Ordinario, quia iste justo titulo possidet, Judice authore ritè & rectè procedente, & mediante sua possessione effectus est reus, cujus forus est servandus, & attendendus; ita tenent Bart. *in l. fin. C. de ed. divi Adrian.* & ibi Alexand. *numero* 23. Alberic. *numer.* 14. Angel. *col. penult.* Beneintend. *decis.* 83. *numer.* 5. & 6. Beroius *consil.* 54. *n.* 3. *lib.* 2. Roland. *consil.* 78. *n.* 27. *lib.* 3. sequitur Zucardus *in dict. l. fin. n.* 374. Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *n.* 565. & videtur sentire Peregrin. *de fideicommiss. art.* 48. *numer.* 23. Mohedan. *decis.* 13. *ut lite pendent.* Caputaq. *decis.* 329. *part.* 1. Puteus *decis.* 33. *lib.* 2. & fuisse decisum *in una Reatina, hæredit.* 4. *Junii* 1599. *coram Justo*, testatur Argellus *de legitimo contradict. quæst.* 2. *art.* 3. *per totum*, & signanter *à n.* 123. *& seqq.* atque etiam *à nu.* 133. in ea fuisse dictum; quod si judex comparentem ex alio etiam posteriori testamento post immissionem factam * admiserit in via executiva, & eum immiserit; Prior erit manutenendus in sua anteriori immissione, & possessione, eò quòd ab ea non potuit ejici, nisi in via ordinaria auditus & victus uti reus necessarius; qui Argellus latiori manu tractat de iis omnibus videndus in toto dicto *artic.* 3. itaque quoties semel fuit quis à judice missus in possessionem alicujus rei ritè & rectè procedente, quidquid postmodum contra eum alius insurgat in possessorio, aut petitorio, conveniendus erit in suo foro competente, & coram suo Ordinario, non aliàs. 36 36

CAPUT XIX.

Impetrata commiſſione ob recuſationem Ordinarii, poſtmodum (re tamen integra) decedentis, vel recedentis, an per Senatum cauſa remittenda erit ejuſdem Ordinarii ſucceſſori?

SUMMARIUM.

1 *Commiſſio impetrata ob recuſationem Ordinarii, re integra, poſtmodum recedentis, vel decedentis, an à Senatu retinenda, ut cauſæ faciat remiſſionem ſucceſſori.*

2 *Concil. Trident. præſervans primam Ordinarii inſtantiam, non ſuſtulit legitimos modos, ad quos de jure ab eo licitè receditur.*

3 *Recuſationis cauſæ legitimus eſt modus recedendi ab Ordinario in prima inſtantia.*

4 *Ex recuſatione ceſſat Trident. diſpoſitio, & per conſequens Senatus protectio.*

5 *Res quæ ſemel prohibitionem evaſit, ſemper libera remanet.*

6 *Rei ſemel alterata natura, ſemper remanet alterata.*

7 *Recuſationis cauſa licèt ceſſet, ea mutatione Ordinarii recuſati, non tamen ejus ceſſat effectus jam conſummatus, & in effectu deductus.*

8 *Factum legitimè retractari nequit, licèt caſus poſteà evenerit, à quo non potuit inchoari.*

9 *Caſus ſuperveniens non mutat actum conſummatum.*

10 *Jus ſemel tertio quæſitum tolli nequit eo renuente.*

11 *Commiſſione facta communi adverſario, jus eſt quæſitum eidem, & illi impetrans renuntiare non poteſt.*

12 & *ſeqq. Commiſſio ob recuſationem Ordinarii impetrata ex hujus mutatione, re integra (nempè ante jurisdictionem in Decalogo radicatam) retinetur in Senatu remiſſa cauſæ cognitione Ordinarii recuſati ſucceſſori.*

13 *Recuſationis cauſa ceſſante, ceſſat ipſa recuſatio.*

14 *Recuſatio ceſſat mortuo judice recuſato.*

15 *Suſpicionis cauſa ceſſante, ceſſat ſuſpicio.*

16 *Quod intellige ſi recuſationis cauſa ſit perſonalis, non realis, quæ tangat dignitatem, quæ etiam in ſucceſſore durat.*

Periculoſum eſt coram judice ſuſpecto litigare, ibid.

17 *Periculi cauſa ceſſante, ceſſat quod ejus cauſa ſtatutum eſt.*

18 *Receſſus ab Ordinario cauſa ceſſante, ceſſat receſſus ob eam factus.*

19 *Commiſſionis impetrandæ cauſa ceſſante ceſſat commiſſio impetrata.*

20 *Cauſa ceſſante, re integra, ceſſat effectus nondum conſummatus, ſed dum eſt in fieri.*

Suſpicionis cauſa ceſſante poſt præventam jurisdictionem non ceſſat commiſſio, nec ſucceſſor recuſati recuperat jurisdictionem, ib.

21 *Cauſa ceſſante non ceſſat effectus jam conſummatus, & ex cujus exiſtentia tertio jam fuerit jus quæſitum.*

22 *Promiſſio contemplatione alterius facta, ipſo re integra, decedente, corruit, ſecus re non integra, & facta acceptatione per donatarium.*

23 *Jurisdictione Delegati nondum præventa per ejus exercitium, res adhuc dicitur integra.*

24 *Per litterarum præſentationem coram Delegato, jurisdictio non dicitur præoccupata.*

Delegatus ante litterarum præſentationem ſubdelegans nihil agit, quia ſubdelegatio actus eſt jurisdictionis, ibid.

25 *jurisdictio Ordinarii ſuſpenſa per recuſationem, ea ceſſante per remotionem, re integra, recuſati ſtatim ex vi attractiva devolvitur ad ejuſdem ſucceſſorem non recuſatum.*

26 *Commiſſio non efficitur communis adverſario, nec ex ea jus acquiritur per impetrationem, nec præſentationem; ſed per citationem legitimè expeditam, & executam.*

27 *Secus poſt eam ſubſequutam, cui jam commiſſioni impetrans nequit renuntiare.*

28 *Commiſſioni continenti aliquid favorabile alicui, poteſt re integra, impetrans renuntiare.*

29 *Commiſſio poſt præſentationem, & citationem executam fit communis adverſario, cui impetrans non poteſt renuntiare.*

30 *Niſi contineat publicam utilitatem.*

31 *Commiſſioni continenti aliquod privilegium, etiam ad commodum tertii non poteſt, re integra, impetrans renuntiare.*

32 *Commiſſio non efficitur communis ante præſentationem, & citationem executam, qua non uti poteſt impetrans, etiam invito adverſario.*

33 *Recuſationis cauſa reſoluta recedente, vel decedente Ordinario recuſato, re integra, res redit ad priorem ſtatum, & ad ſucceſſorem recuſati in eadem prima inſtantia.*

34 *Gravamine, quo fundatur appellatio, commiſſio, & inhibitio, ceſſante & reſoluto, reſolvuntur cætera eo nitentia, & cauſa ad inferiorem redit.*

35 *Origine, à qua cætera vim capiunt, & fundamentum, ſublata, cuncta corruunt.*

36 *Sublata cauſa principali tacitè intelligitur reſoluta inhibitio Rotalis ſuper articulo incidenti emanata.*

37 *Acquiſitione rei revocabiliter ex cauſa de præterito reſoluta, omnia redeunt ad primum ſtatum, ita ut fructus, hypotheca, & alia jura reſtituantur.*

38 *Re redacta ad priorem ſtatum jus ſemel conſolidatum ceſſum, ſeu aliter amiſſum, revivicit.*

39 *De effectibus rei redactæ ad priorem ſtatum, remiſſivè.*

40 *Appellatione deſerta, jurisdictio devolvitur ad Judicem à quo quiſnam exequitur ſententiam.*

41 *Recuſatio, & appellatio ad effectum ſuſpendendi jurisdictionem à pari procedunt.*

42 & *ſeqq. Recuſationem ceſſare per mutationem Ordinarii recuſati ante commiſſionis exercitium, ad ejuſque ſucceſſorem devolvi jurisdictionem, determinavit Rota.*

43 *Per comparitionem coram recuſato tollitur recuſatio, & reſcriptum ejus occaſione obtentum.*

44 *Sententia lata in petitorio ſuſpenſo eſt nulla defectu jurisdictionis.*

45 *Et ſi lata ſit ſuper petitorio, & poſſeſſorio ſimul in totum nulla eſt.*

46 & 47. *Per comparitionem coram alio Judice competenti*

petenti, re integra, & ante usum commissionis, huic impetrans renuntiare videtur.

48 *Successori Ordinarii recusati remittet Senatus causam in prima instantia, non Delegato, qui ante cessum, vel recessum recusati commissionem sibi per recusantem impetratam, non fuit usus.*

49 *Ab Ordinario ob recusationem licitè recedituri in prima instantia durante impedimento recusationis, & non sublato, re integra.*

50 *Omnis dispositio tacitam conditionem habet, rebus sic stantibus, ita ut ab ea recedatur nova superveniente causa.*

51 *Commissio ob recusationem impetratà ante ejus exercitium non habet statum perfectum, nec consummatum, sed est, re integra, resolubilis, & variationi subjecta.*

52 *Ex commissione non acquiritur jus tertio, re integra.*

1 REcusato Ordinario ob legitimam suspicionis causam legitimè próbatam, & admissam, unus ex litigantibus festinanter præcurrit, & impetrat commissionem à Sede Apostolica, ut alius Judex Delegatus de causa cognoscat principali, interim tamen, quod, vel impetratur, vel Delegatus jurisdictionem radicet, & præveniat, accidere assolet, Ordinarius ipse recusatur, vel decedat, vel ab officio removeatur, certat altera ex partibus in Senatu hoc Supremo; causam remittendam fore Ordinario successori, allegans, fuisse devolutam, recuperatam jurisdictionem à successore non suspecto, eò quod cessavit, re integra, causa recusationis, cum suspectus desierit jam judex esse. Quæstio est admodum celebris, & difficilis.

Et pro hac ultima parte negativa Ordinario
2 successori remittendam non fore; * sed potius judici Delegato, plura urgent non contemnenda fundamenta. Et primum quoniam etsi per Concil. Trid. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 20. sit Ordinario ita præservata prima instantia, ut sic prohibita avocatio, & commissionis impetratio: hoc tamen Decretum non tollit legitimos modos per quos de jure licitè, liberèque recedi potest ab Ordinario ipso in prima instantia, Nos latè probavimus hac 2. *p. cap.* 5. *n.* 8. & ferè per totum caput, in-
3 ter quos recusationis causa, * ut legitima, ac principalis connumeratur, prout ibidem in eodem *cap.* 5. §. 1. *à n.* 3. *cum seqq. vers. Ex proxima conclusione*, ubi ex causa recusationis Ordinarii liberè permitti impetrari commissionem alteri judici posse, diximus in prima instantia, quod per totum illum §. examinavimus.

Ergo semel legitimè, & licitè facta commissionis impetratione, cessare, dicendum est prohibitionem Concil. Trid. * & per consequens Senatus
4 protectio, quoniam res quæ semel prohibitionem
5 evasit * semper remanet libera, *l. pater*, §. *quindecim libertos*, *ff. de legat.* 3. *l. cætera*, §. *fin. ff. de legat.* 1. *l.* 1. §. *res vero*, *C. de imponendis lucris*, *descript. l. fin. C. de remissione pignor.* Atque
6 rei semel altera natura, * semper remanet alterata. De quibus, & aliis pluribus similibus doctrinis diximus *in tract. de Regia protect.* 3. *p.* c. 4. *à numer.* 55. *& seqq.* Ergo cùm hujus causæ prima instantia semel licitè alterata fuit, atque prohibitionem evaserit, ejusque natura altera; semper debet remanere libera, & per consequens per Concilium non prohibita.

Secundò, quoniam licèt recusatio Ordinarii quæ causa fuit immediata, ad faciendam licitam
7 * impetrationem alteri Judici, ex supra dictis cessaverit per cessum, vel discessum. Ordinarii suspecti, ex text. cum materia *in cap. cum cessante causa, de appellat.* tamen non potest cessare ejus effectus jam consummatus, & in effectum deductus, prout statim probavimus. Ergo commissio ex causa recusationis jam impetrata cum effectu non debet cessare, cum ex ea jam effectus dicatur consummatus.

Tertiò, quia factum legitimè retractari non
8 debet, * licèt casus postea evenerit, à quo non potuit inchoari, *l. non est novum*, *ff. de reg. jur. cap. factum legitimè*, *eodem tit. lib.* 6. ex quibus quidem juribus regula generalis, velut axioma deducitur; quod ubi actus est jam consummatus, casus superveniens non vitiat, sed tunc habet locum ea regula, ut quæ semel utiliter & legitimè constituta sunt durent, * licet casus evenerit, à
9 quo initium habere non potuerit, prout apertè dicitur *in l. pluribus*, *penult.* §. *etsi placet*, ubi Bart. & alii *ff. de verbor. obligat.* & voluerunt Petrus à Bellapert. & Bald. *in d. lectura*, *in l. patre furioso*, per eum textum *ff. de his qui sunt sui, vel alieni juris.* Bartol. *in l. ex facto in princip. col.* 4. *vers. Ultimo hæc lex*, *ff. de vulgar. & pupil.* de quo latè per Dinum *in d. cap. factum legitimè*, & Decium *in dict. l. non est novum*, latissimè Tiraquell. *in tract. de causa cessante*, *limit.* 12. *per totum*, & præcipuè *n.* 15. Ergo licèt recusatio Ordinarii, quæ fuit causa immediata commissionis impetratæ, cessaverit per cessum, vel decessum, aut discessum recusati; non potest tollere commissionem jam in effectum deductam, nec licèt cesset causa recedendi ab Ordinario, erit ad illum iterum redeundum.

Quartò quoniam per recusationem Ordinarii
10 semel admissam, * & per rescriptum impetratum partibus fuit jus quæsitum quod eis renuentibus tolli non potest, *l. cum à socero*, cum concordantibus, *C. de jure dotium*, adeò ut ex commissione facta communi adversario, jam inde jus ei
11 quæsitum fuit, * in cujus præjudicium, nec ipsi impetrans commissioni renuntiare valet, prout latiùs inferiùs probabitur. Ergo in tertii præjudicium redire non potest causa ad successorem Ordinarii recusati, ac propterea nec per Senatum illi remittenda.

Quibus tamen, & aliis non obstantibus contraria sententia his, * in quibus versamur, termi-
12 nis, & verior, & probabilior est. Imò reserva causa recusationis ad non causam, commissio, re integra (hoc est antequam per ejus exercitium jurisdictio delegata fuerit præventa, & præoccupata, ac in persona delegati radicata) subvertatur, & causa redeat ad Ordinarium successorem non suspectum, nec noviter recusatum, cum causa recusationis cesset tempore, quo adhuc ejus effectus non fuerit in esse productus, nec efficaciter consummatus, sed in statu variabili, & resolubili, atque ideo cessante impedimento, prima instantia revertitur ad terminos Concilii Trid. pertinens ad Ordinarium, qui jurisdictionem recuperat eo cessante.

Quæ quidem resolutio validis fundamentis nititur; * etenim cessante causa recusationis, ipsam
13 recusationem cessare probant Speculator *titulo de judice Delegato*, §. *superest videre*, *vers. Quid si socius*, Albericus *in l. cui eorum*, §. *affinitates*, *in fin. ff. de postulando*, *& in l. affinitatis*, *C. commun. de successor.* Hippollitus de Marsilis *in l. etiam si redditibus*, *col.* 2. *vers. Ulterius hæc lex*

14 *potest induci, ff. de quæst.* idem probat Alexand. * (qui loquitur in recusationis causa cessante per obitum recusati, ut cesset in successore recusatio) *in l. ex facto, in princip. col. 2. vers. item potest induci, ff. de vulgar. & pupillar.* Joan. Andr. & Dominicus *in cap. si judex ab Apostolica de officio Delegati*, Tiraquell. *de causa cessante num.* 226. 15 *cum duobus seqq. & num.* 245. * quod suspicionis causa cessante, cesset suspicio, atque ejus effectus cessare debet.

Quod intellige si recusationis causa est perso- 16 nalis, * non realis, quæ tangat dignitatem, ut post alios Tiraq. *à n.* 228. ubi quod tunc etiam in successore durabit. Quia quando suspicio fuit causata respectu, & contemplatione dignitatis, & non personæ, continuatur in successore recusati, velut expresse probant Capitius *decis.* 138. *nu.* 4. Didac. Perez *lib.* 3. *ordinam. tit.* 5. *de las recusationes de los Juezes, q.* 19. *vers. Præterea confirmatur, tom.* 1. *fol.* 569. *& seq.* Paul. de Puteo *de syndicatu, verb. suspicio*, & est originalis doctrina Præpositi *in cap. cum speciali, col.* 12. *de appellat.*

Atque etiam licèt periculosum sit coram judice 17 suspecto litigare, * *ex cap. cum inter, de exceptionib. l. apertissimi*, & ibi Gloss. *verb. libello, C. de judiciis*, Gloss. *in l. Prætor, verb. cum jussam, in fin. ff. de jurisd. omnium judic.* Tusch. *littera S. consil.* 920. Aldovinus *cons.* 20. *num.* 45. Cavalcanus *de brachio Regio, p.* 3. *n.* 311. Amatus *dec.* 14. *n.* 15. Covar. *pract. quæst.* 26. Tiraquell. *de pœnis temper. caus.* 51. *n.* 88. Ambros. *decis.* 50. *num.* 54. Giurba *decis.* 48. *num.* 1. Tamen periculi causa cessante, cessat quod ejus causa statutum est, aut permissum; Bald. & Salicet. *in l.* 1. *per. illum text. C. de nautico fœnor.* Roman. *consil.* 404. *in causa propositæ consultationis, col.* 2. Philippus Decius *in cap. cum cessante, post princip. de appellationibus*, Tiraquell. ubi proximè *num.* 204.

Quare cùm recusatio fuerit causa immediata & 18 finalis, * ut pars possit in prima instantia ab ordinario recedere, prout abundè scripsimus suprà *cap.* 5. §. 1. *per totum*, & signanter *à nu.* 8. *cum multis seqq.* de primo ad ultimum sequitur, quod recusatione ipsa cessante, cessat recessus, ejusque effectus, ita ut recessisse minimè sit nocivum ordinario, nec partibus, voluit Bald. *in l. Æmilius, col.* 6. *vers. Ista est falsa expositio. ff. de minoribus, & l. quæro.* §. *inter locatorem, ff. locati, l. si instituta, & l. si sub hac, ff. de inofficioso testam.* Tiraquell. ubi proximè *n.* 226.

Et quia cùm recusatio fuerit causa penitùs ne- 19 cessaria * (ut modò diximus) impetrandi rescriptum, per cessationem causæ cessat & ipsum rescriptum, ut ex facto respondit Paulus Parisius *cons.* 169. *etsi considerata dispositione, col.* 3. *vers. Postremo non obstat, lib.* 4. ante quem idem voluit Alexand. post alios *in l. ex facto, in principio, col.* 3. *vers. Extra Glossam oppono, ff. de vulgar. & pupillar.* Tiraquell. *de tract. causa cessante, n.* 234. qui *n.* 50. post Bald. *in l.* 1. §. *Consules*, paulo ante fin. *vers. Item nota ex prædictis, ff. de officio Consulis, per l. quæsitum, ff. de tutelis*, firmat, quod commissionis causa cessante, cessat ipsa commissio.

Quæ regula, & doctrinæ omnes inde deductæ, 20 * tunc procedunt, & habent locum, quando cessavit causa, re adhuc integra, ita ut ejus effectus non sit in esse deductus, nec jam consummatus, sed in fieri, prout latissimè Tiraq. *de causa cessante, limit.* 12. *per totum, & n.* 1. *in fin.* ita ait, *ex quo notat.* Imola *in* 2. *notabili, quod extincta causa non parit juris effectus in esse deductus, secus si sit in fieri (ipse loquitur) & res sit integra.*

Et in terminis quod suspicionis causa cessante, stante effectu jam consummato (hoc est post præventam per Delegatum jurisdictionem ut statim) non cesset recusatio in judice successore recusati; sed imò quod Judex nominatus ad cognoscendum prosequatur causam, elegans est *decis.* 719. Vincentii de Franchis ubi allegat Didac. Perez *in lib.* 3. *ordinam. tit.* 15. *de las recusationes de los juezes, q.* 15. *fol.* 569. *tom.* 1.

Et quod cessante causa, non cesset effectus jam consummatus, * & in esse deductus, atque jam 21 perfectus; & ex quo ex existentia causæ jam alicui perfectè, & legitimè jus fuit tertio quæsitum; probat post Tiraquellum, & alios plurimos DD. & doctrinas varias Castillo *controvers. tom.* 3. *cap.* 15. *ex n.* 4. *cum multis seqq. & tom.* 4. *c.* 60. *à n.* 50. *cum seqq.* & in addit. ad idem *c.* 60. Amato *variar. resolut.* 2. *p. resolut.* 65. *à n.* 51.

Qui quidem Castellus loco proximè citato *nu.* 53. post Menochium * *in cons.* 421. *sub n.* 52. *vers.* 22 *Non obstat, & duobus n. seq.* Cæsar Barci. *decis.* 79. *n.* 5. 51. & 52. firmat, quod facta promissio contemplatione certæ personæ, vel Legatum promissum ipsi personæ contemplatæ cohæret, qua extincta dicatur etiam extingui promissio; procedit ante ipsius Legati, aut rei promissæ acceptationem, & acquisitionem, & sic re integra, postmodum verò secus.

Quare cum ante jurisdictionis exercitium ju- 23 dex Delegatus * virtute impetratæ sibi commissionis non prævenerit jurisdictionem, nec illam præoccupaverit, adhuc res est integra, nec non ante effectus consummationem & perfectionem, text. *in c. quamvis*, 6. *& in c. si Delegatus, de officio Delegati, lib.* 6. text. *in c. fin. de officio Delegati, c. relatum eodem tit. l.* 21. *tit.* 4. *p.* 3. de quo Nos abundè hac 1. *p. cap.* 12. *vers. Ex quo falsa redditur, à n.* 36. *cum seq.* ubi etiam quod nec per ipsarum litterarum præsentationem factam * co- 24 ram Delegato præventa dicitur, & præoccupata jurisdictio; nec res definit esse integra, abundè videbis, & plurimos refert Giurba *in cons.* 59. *num.* 101. *& seqq.*

Et in tantum ante commissionis præsentationem defuit in Delegato jurisdictio; quod si eo tempore subdelegaverit, nihil agit; & in Subdelegato adest evidens notorius defectus jurisdictionis, Rota *in una Ferrarien. Societatis coram Penna n.* 1. ubi plurimi DD. & Rotæ decisiones recensentur, quam addacit Marchesan. *de commis. nullitat. Senat. post* §. 1. *part.* 3. *tom.* 3. *fol.* 22. & ratio est, quia Delegatus subdelegando utitur jurisdictione, Giurba *cons.* 79. *n.* 16. Surdus *cons.* 429. *nu.* 57. qua Delegatus caret penitùs ante litterarum præsentationem realem.

De qua commissione ante jurisdictionis exercitium, & * præoccupationem, idem judicandum 25 erit, ac si impetrata nondum fuisset, & essemus eo in statu priori, quo accedente morte, vel remotione Ordinarii suspecti, successor non suspectus venit, ad quem sublato recusationis impedimento statim, & ipso jure jurisdictio devolvitur ex vi attractiva, non ex vi acquisitiva, prout abundè probavimus hac 2. *p. d. c.* 12. *n.* 52. *cum seqq.* Et sursum, nec tunc adhuc ablata intelligitur ab Ordinario jurisdictio *c. audita, de restit. spolia.* Innocent. *in c. cum in jure positus de officio Delegati.* Bald. *in l.* 1. *C. ut lite pendent.* Roman. *cons.* 353. Guido Papa *decis.*

decis. 286. Azeved. *in l.* 10. *n.* 25. *t.t.* 13. *lib.* 8. *Recop.* Anna *allegat* 24. *n.* 2. Franch *decis.* 326. *nu.* 1. Rota Avenionens. *decis.* 69. *n.* 4. Caval. *decis.* 11. *n.* 8. 1. *p.* Burfat. *conf.* 74. idem Franchis *dec.* 393. Giurb. *conf.* 59. *n.* 101. igitur, re integra, ceſſante cauſa recuſationis, debet ceſſare ejus effectus nondum perfectus, conſummatus, nec in eſſe adhuc deductus.

Et in tantum res hæc adhuc eſt integra, quod
26 ante reſcripti præſentationem, * & ante citationem ejus virtute expeditam, & intimatam adverſario, iſti non efficitur reſcriptum commune, nec ei jus ex eo adquiritur; imò cum adhuc res ſit integra, illi poteſt impetrans renuntiare, eoque non uti, etiam adverſario renuente, ſecus ſi poſt citationem intimatam, præventamque & præoccupatam juriſdictionem, quia tunc
27 jam commiſſio efficitur communis, * & jus tertio adquiſitum, reſque deſinit eſſe integra; atque per conſequens adverſario, cui ſemel jus fuit quæſitum invito, renuntiare, & pœnitere impetrans non poteſt, ut ſecus ſit re adhuc integra, ante citationem juxta opinionem quam paſſim ſequitur Rota ut *in decis.* 317. *num.* 1. *p.* 2 *in Recent. & in Burgenſ. de Agi. coram Litta.* impreſſa penes Marchef. *de commiſ. tom.* 1. *fol.* 171. latiſſimè poſt plurimas Rotæ deciſ. videndus Beltramin. *in annotat. de Alexand. Ludoviſ.* 552. *n.* 7. ubi contra illammet deciſ. quæ videtur inſinuare, poſt præſentationem effici commiſſionem communem, ut non ſolum requiratur præſentatio; ſed & ſimul emanata citatio, & executiva, vide plurima per eundem in hac materia, ubi etiam limitat. ſub *dict. num.* 7. & circa hoc requiſitum citationis actualiter exequuta, plurima videre poteris ſuprà *cap.* 12. *numer.* 36. *cum ſeqq.*

Ubi etiam ipſe Beltraminius hanc doctrinam
28 extendit, * ut procedat etiam ſi commiſſio eſſet impetrata à ſignatura gratiæ, & in ea contineretur aliquid, quod eſſet etiam favorabile alteri parti, ut nihilominus poſſit impetrans commiſſioni renuntiare ante executam citationem, ut *in d. deciſ.* 317. *n.* 2. & per aliam deciſionem Rotæ, quam allegat ipſe Beltraminius videndus, & quod requiratur ſimul citatio, & præſentatio, probat, ut per Farinac. *in poſthum. tom.* 1. *deciſ.* 705. *n.* 8.

29 Ut etiam probat eleganter Mareſcot. * *variar. reſolut. lib.* 1. *c.* 20. *à num.* 10. *& ſeqq.* in hæc: Efficitur autem commiſſio communis poſt præſentationem, & citationem adverſarii ad dicendum contra, & non ante, quia communis concluſio DD. eſt quod impetrans reſcriptum, quod non publicam, ſed privatam reſpicit utilitatem,
30 ante citationem poſſit pœnitere, & non uti: quo fit, * ut neque adverſarius invito impetrante poſſit hujuſmodi reſcripto uti, tùm quia ante citationem non conſideratur intereſſe ejus, contra quem reſcriptum impetratum eſt, tum etiam quia reſcriptum quod ad favorem impetrantis principaliter eſt conceſſum in ejus odium, & præjudicium redundaret, *l. quod favore, C. de legibus*, ita firmat Hoſtienſ. *in c. ex conquæſtione, n.* 6. *de reſtit. ſpoliat.* quem ibi cæteri ſequuntur, Joan. Andr. *num.* 5. *verſ. in fine quæro.* Imola *ſub num.* 9. Butr. *num.* 12. *verſ. Hoſtienſ. concluſ.* Anchar. *nu.* 16. Jaſ. *in l.* 3. *in princip. n.* 12. & ibi Riminald. *d. n.* 31. *ff. quod quiſque juris*, Bald. *in l. poſtquam liti. nu.* 14. *C. de pactis.* Felinus *in rubrica. de reſcrip. nu.* 3. Aretinus *conſil.* 22. *num.* 3. *poſt medium*, & hanc eſſe communem opinionem atteſtantur Innocent. & Abbas *in d. c. ex conquæſtione;* Decius *in d. lib.* 3. *in fin. princip.* & tenuit Rota *in una Salmantina perfonis* 13. *Januarii* 1584. coram Bubalo, in qua fuit dictum, hoc procedere, etiamſi reſcriptum * contineat aliquod privilegium non ſolùm 31
ad favorem impetrantis; ſed etiam ad commodum tertii, ut expreſsè tenet Anchar. *in d. c. ex conquæſtione, n.* 9. & ibi Imola *n.* 9. Hoſtienſ. *col.* 9. *in fin.* Joan. Andr. *col.* 2. *in fin.* Butr. *in col.* 13. Abb. *n.* 1. hæc Mareſc.

Et hanc deciſionem Salmant. per Mareſcotum citatam ad litteram refert Marchef. *de commiſ. in particul. p.* 1. *c.* 3. *nu.* 48. *fol.* 172. & videnda erit ad idem deciſio ſubſequens ab eodem Marchef. ibid. adducta.

Et quod non ante præſentationem commiſſionis, * ſed poſt eam citationem intimatam commiſ- 32
ſio non efficiatur communis, quominus impetrans adverſario invito poſſit pœnitere, ea non uti, & renuntiare, benè probant Felin. *in Rubrica, de reſcript. n.* 9. Scaccia *de appellat. lib.* 3. *c.* 2. *q.* 14. *n.* 46. *ante fin. verſ. Declara*, 2. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *c.* 115. *num.* 2. *& c.* 2. *nu.* 10. latè etiam per eundem Scac. *de ſententia & re judic. gloſ.* 14. *q.* 29. *à. n.* 5. *& ſeqq. & à principio.*

Igitur dum res adhuc eſt integra, & juriſdictio
33 nondum præventa, * nec præoccupata à judice Delegato, ſi cauſa recuſationis reſolvatur, res redit ad ſuum priorem ſtatum, & ſucceſſor Ordinarii non ſuſpectus, ſuam juriſdictionem ipſo jure recuperat in prima inſtantia ſtatim, quod impedimentum fuerit remotum ex ſuprà dictis.

Quod inſuper fulcitur ex ea doctrina, quam
34 DD. * deducunt ex *c. cum ceſſante cauſa ceſſet effectus, de appellationib.* quod revocato gravamine per inferiorem; quod fuit cauſa appellationis, & ſuper ea commiſſionis impetratio, appellatio, & commiſſio, necnon geſta per judicem commiſſionis virtute reſolvuntur, & evaneſcunt, ut cum Boer. Lancel. & Scaccia diximus *de Regia protect.* 1. *c.* 5. *à n.* 20. *n.* 78. *& à n.* 74. *n.* 42. *&.* 91. & iterum 2. *p. c.* 17. *n.* 24.

Quibus rectè conſonant, quæ longa manu con-
35 geſſimus * *in eodem tract.* 4. *p. cap.* 14. *cum multis ſeqq.* ſcilicet, quod origo, à qua cætera vim capiunt, ſemper attenditur, quod vitium in origine totam maſſam corrumpit, & quod ſublato fundamento ſuperædificari nequit, ſeu totum corruit ædificium, ubi *à n.* 12. *cum ſeqq.* probatur, ut omne quod actui ſui natura variabili, & reſolubili nititur, actu ſublato, aut aliàs deficiente, omne ſuprà fundatum corruit, & evaneſcit.

Quibus addo optimam deciſionem Rotæ Alex.
Ludoviſ. 418. *à princip.* * ubi quod ſublata cauſa 36
principali, tacite cenſetur ſublata, & reſolutâ inhibitio Rotalis ſuper articulo incidenti emanata.

Et de acquiſitione rei revocabiliter ex cauſa de
præterito,* & de ejus effectibus, ut reſtituantur fruc- 37.
tus, hypotheca, & alia jura quæ adquirens antea habebat, quia res redit ad ſuum priorem ſtatum cum omni cauſa anteriori, videndi ſunt Gratianus *diſceptat. forenſ. c.* 271. *à n.* 37. & latiſſimè Tiraquel. *de retract. lignagier. §.* 1. *gloſ.* 7. *à n.* 69. *cum ſeqq.* & ſuprà, exactè etiam Matienço *in l.* 7. *gloſ.* 1. *à n.* 40. *& à n.* 45. ubi mirabiliter, & in optimo caſu Beltramin. *in annotat. ad Alex. Ludoviſ. deciſ.* 157. *à n.* 24. *&* *deciſ.* 227. *per totam*, Mantica *de contract.*

lib. 4. *tit.* 10. *n.* 16. *& ſeqq.* Rodrig. *de annuis reditibus lib.* 2. *q.* 13. *a nu.* 8. copiosè, & latiſſimè videndus Giurba *deciſ.* 63. *per totam*, & hi tres
38 ultimi benè tractant, * ut etiam re redacta ad priorem ſtatum, jus ſemel conſolidatum, ceſſum, ſeu amiſſum reviviſcit, apud quos, præcipuè Giurbam, multa ſcitu digniſſima ad propoſitum videbis.

Et de effectibus, & natura rei redactæ ad prio-
39 rem ſtatum, * videndus Mieres *de majoratu*, 1. *p. q.* 58. *à num.* 164. *& à nu.* 209. plurima etiam congeſſimus *in tract. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 14. *per totum.*

Unum tamen ſimile fundamentum non omit-
40 tam; * nam licèt à ſententia lata appellatio emiſſa, & à judice delata tollat, & ſuſpendat ejus juriſdictionem ex juribus vulgaribus: tamen ſi re integra, appellatio fiat deſerta ob non proſequutionem intra terminum; judex à quo ipſe poteſt cauſam reaſſumere, & ad eum devolvitur juriſdictio ſublato impedimento, quo erat ſuſpenſa, & poteſt ſuam ſententiam exequi; ita eleganter Philippus Franchus *in cap. ad aures*, 33. *ſub num.* 1. *de appellationibus, & in cap.* 3. *cum appellationibus*, §. *ſi verò*, *num.* 3. *in fin. de appellat. in* 6. latè & optimè explicat Scaccia *de appellat. q.* 11. *à n.* 167. *cum ſeqq.* ad quod etiam B. doctrina *in l. à Divo Pio*, *à num.* 15. *ff. de re judicata*, *& in l. Præcipimus*, *officiis*, *num.* 2. *verſ. Breviter*, *C. de appellat.* Veſtrius *in praxi*, *lib.* 8. *cap. ult. num.* 9. *verſ. Sed dices.* Franchus *in cap. ex ratione*, *num.* 56. *verſ. Quod autem ſi judex*, *de appell.* Rebuff. *de ſuſtent. executionis*, *art.* 7. *gloſſ.* 9. *ſub n.* 6. Mynſinger *ſingul. obſer. Centur.* 5. *obſervat.* 95. *in cauſis.* Mandoſius *in formal. commiſſion. in commiſſion.* 24. *executor. in verb. ob non proſequutionem*; *fol.* 125. Papienſ. *in practic. in form. appellat. à ſentent. diffinit. in gloſſ. cauſis*, *& rationibus*, *ſub num.* 3. *fol.* 426. Ergo à fortiori idem erit dicendum in impedimento recuſationis, re integra ſublato; maximè cum ad effectum ſuſpendendi
41 juriſdictionis judicis recuſatio, * & appellatio à pari procedat. Franch. *in cap. novit.* 43. *num.* 4. *in fin. de appellat.* Felin. *in cap.* 1. *ſub num.* 6. *col.* 3. *in fin. de cauſis.* Scac. *de appellat. quæſt.* 16. *limit.* 1. *nu.* 7. & 8. Brunor. à Sole *in locis communib. verb. appellat.* 30. Aug. Barboſ. *in locis. communib. loco* 96. *num.* 2. & eſt text. *in l. apertiſſimi*, *verſ. Cùm poſt*, *C. de judiciis*, *cap. ſuper eo*, *el* 2. *de appell.* & propter a de appellatione ad recuſationem, & è contra recte formatur argumentum, Barboſa ubi ſupra è *n.* 1. Boerius *deciſ.* 269. *n.* 3. Gutierrez *pract. lib.* 1. *quæſt.* 94. *nu.* 4. Morla *in emporio juris*, *part.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 11. *n.* 4.

Pro quibus omnibus duas reperi Rotæ deci-
42 ſiones, * quæ in illis ferè terminis loquuntur, ſcilicet *in una Vigilenan. juriſpatronatus* 17. *Junii* 1605. coram R. D. Lugdunenſe in hæc: Roveſcus tulit ſententiam ſuam poſt inhibitionem emanatam à Vicario Papienſi, & ab Auditore Cameræ, ideoque attentata fuit, & nulla, *cap. non ſolum*, *de appellat. in* 6. Rota *deciſ.* 20. *de appellationibus*, *in notis*, cum vulgari: nec obſtat quod Vicarius Papienſis fuerat recuſatus, & per ejus recuſationem cauſa commiſſa Robiſcalæ;
43 nam illius Vicarii recuſati perſona fuerat mutata, * & ſic ceſſante cauſa ſuſpicionis, Baliſta, qui Robeſcalæ cauſam obtinuerat committi, audivit novum Vicarium, & coram eo introduxit cauſam antequam Robiſcala præſentaſſet reſcriptum, quod facere potuit, Hoſtienſ. *in cap. ex conqueſtione*, *col.* 2. *in princip. verſ. Tu verò dicas*, & ibi Abb. *num.* 10. *de reſtitut. ſpoliatorum.* Felinus *in rubrica*, *de reſcriptis*, *n.* 3. Itaque per non uſum reſcripti, & per reditum ad forum recuſatum, poſt recuſationem Baliſta cenſetur renuntiaſſe recuſationi, & reſcripto, occaſione ejus obtento; & per conſequens Robiſcala vigore dicti reſcripti procedere non potuit, maximè poſt emanatam ab illo novo Vicario inhibitionem, & etiam ab A. C. coram quo cauſa fuerat per appellationem introducta; fuit etiam nulla prædicta ſententia, * 44
quia lata in petitorio pro parte ſuſpenſo, & ſic ſine juriſdictione. Rota *deciſ. ult. de teſtibus*, *in novis.* Puteus *deciſ.* 171. *nu.* 1. *lib.* 1. & licèt lata ſit ſuper poſſeſſorio, * & petitorio; tamen in 45
totum nulla eſt, Caputaquenſ. *deciſ.* 143. *p.* 3. *&c.* quæ deciſio eſt apud Farinac. 141. *tom.* 3. *fol.* 127.

Alia eſt etiam Rotæ deciſio *in eadem cauſa Vigilenanenſ. juris patronat.* * poſtmodum edita 46
29. *Martii*, *anni* 1608. quæ ſicut in hæc: Domini utraque parte informante præſtiterunt in deciſ. coram R. P. D. meo Marquemontio, ſententiam Robiſcalæ eſſe attentatam, & nullam rationibus, de quibus in deciſione, &c. Non obſtat, quod dicitur, cauſam fuiſſe per Breve ſpeciale Robiſcalæ delegatam: quia adverſarii non ſunt uſi hac commiſſione; imò illi renuntiarunt, adeundo novum Vicarium Papienſem antè præſentationem commiſſionis coram Robiſcala, citaverant enim Michaelem coram novo Vicario ad videndam cauſam coram eo de novo introduci, & obtinuerant Notarium, & Curſores, licèt poſteà coram eodem comparuerint, pro revocatione inhibitionis, & hinc reſultat etiam nullitas ſententiæ Robiſcalæ, quia ſine juriſdictione etiam judicavit. Non obſtat quod opponitur, inhibitionem Auditoris Cameræ emanaſſe ſub falſa narrativa, quod Baliſta, & litis conſortes appellaſſent à quadam declaratione Arbitrorum, nec curarent cauſam committi, quia de appellatione apparet, &c. quæ deciſio eſt apud Alexand. Ludoviſ. *deciſ.* 360.

Ex quibus mirabilibus deciſionibus unum no-
tabile ponderabis, * quod per comparitionem 47
legitimè factam coram alio judice competente renunciare cenſetur impetrans commiſſioni, re integra, hoc eſt nondum ejus virtute juriſdictione per citationem exequutam præventa, & radicata efficaciter in perſona Delegati, ſicque non ſolùm expreſsè poteſt impetrans, re integra, commiſſioni renuntiare invito adverſario, ut ſuperiùs diximus; verùm etiam tacitè recurrendo re integra, coram alio judice competente.

Quibus ſuppoſitis concludendum eſſe cenſeo
in hac mirabili quæſtione, * ut quoties ob recu- 48
ſationem recedatur ab Ordinario in prima inſtantia, & commiſſione jam alteri impetrata, ſi re integra, hoc eſt, antequam Judex Delegatus prævenerit, & præoccupaverit ſuam juriſdictionem, & cauſam, fuerit ſublata recuſatio per ceſſum, vel diſceſſum Ordinarii recuſati, quod ſucceſſor ejuſdem cauſam in prima inſtantia indubiè recuperat, atque ad terminos Concilii Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformat.* eſſe redactam, ac propterea quod Senatus aditus pro ejus protectione illi Ordinario ſucceſſori, non vero Delegato cauſam remiſſurus, commiſſione retenta.

Ex quibus fundamentis pro hac parte conſi-
dera-

deratis manifestè * colligitur responsio ad argu-
49 menta in contrarium deducta, quæ non obstant, ut vides; non primum, nempè ob recusationem legitimè factam licitè recedi ab Ordinario in prima instantia, quia procedit rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus, non tamen quando re integra patitur alterationem, & mutationem causa finalis, & fundamentum commissionis.

Cùm omnis actus in qualibet materia habeat
50 hanc * tacitam conditionem rebus sic stantibus, ita ut si nova causa superveniat, recedatur à dispositione, quod axioma latissimè exornat Castillo *controvers. tom. 4. cap. 59. per totum*, ubi plurima notabilia in proposito videbis.

Ad secundum autem argumentum, & tertium respondetur, * quod ipsorum doctrinæ benè
51 compatiuntur cum nostro casu, & resolutione, ut pro hac parte superiùs fuit plenè consideratum, quoniam nos non sumus in causa producente effectum perfectum, & consummatum, atque in esse jam productum; sed omnino diverso, re adhuc integra, & in statu imperfecto resolubili, & variabili.

Nec obstat quartum de præjudicio juris ter-
52 tio jam quæsito, * quoniam re integra, non datur interesse adversarii, nec illi ante commissionis præsentationem, & ejus virtute intimatam citationem ei aliquod jus quæritur; sed imo potiùs eo invito potest commissioni renuntiare impetrans, & ea non uti; ut hactenus abundè probatum est.

CAPUT XX.

Dum in Senatu (ad quem litteræ monitoriales in prima instantia à Rota emanatæ fuerunt allatæ) articulus remissionis Ordinario disceptatur, si per contradictas in eadem Rota causa insuper prosequatur: an executoriales sic obtentæ sub remissionis, & retentionis Decreto comprehendantur?

SUMMARIUM.

1 *Retentionis monitorialium è Romana Curia emanatarum in prima instantia recursu pendente, executoriales per contradictas insuper obtentæ an sub retentionis Decreto lato per Senatum, vel ferendo comprehendantur.*

2 *Executoriales obtentas non comprehendi sub dispositione cap. causæ omnes, pluries S. Congregatio & Rota declaravere, vide n. 72.*

3 *Citandus, qui non patitur ad se pervenire citationem, vel impedit, dicitur verè contumax, & habetur pro citato.*

4 *Contra recurrentem ad Concilium Regium pro impediendis monitorialibus procedtur in Rota per judicium contradictarum, & executoriales expediuntur quomodocumque constet, recurrentem habuisse notitiam citationis faciendæ.*

5 *Marchesani observatio refertur, quod in Rota proceditur in principali, constito, quòd citandus per Concilium Regium Hispaniæ executionem monitorialium impedivit, eò quòd habetur in Rota pro citato.*

6 *Refertur ad idem Rotæ decisio expressa.*

7 *In odium recursu ad Concilium Regium utentis in Rota admittitur omnis interpretatio ad favorem alterius, ita ut simplici copiæ fidem adhibeat.*

8 *Auxilio Consilii Regii impediens, quominus citetur, habetur in Rota pro citato.*

9 *Contra habentem notitiam citationis proceditur in Rota, uti verè citatum.*

10 *Propter impedimentum à citando præstitum adhibetur in Rota simplicis copiæ fides.*

11 *Et etiam testibus nulliter examinatis.*

12 *Monitorialibus, & remissorialibus ablatis vigore provisionis Regiæ, Rota dat fidem probationibus informiter, & nulliter factis.*

13 & 14. *Testes nulliter, & sine citatione examinati fidem faciunt in præjudicium impedientis, quominus validè examinentur.*

15 *Ad attentatorum revocationem non deveniendum, nisi actis transportatis sine quibus jurisdictio non dicitur aperta judici.*

16 *Acta habentur in Rota pro transportatis, præstito impedimento per Consilium Regium, ne transportetur, in odium recurrentis.*

17 *Senatus ægrè fert tam malitiam dolosam actoris, quàm rigorem Rotæ procedentis in causa per contradictas, pendente recursu ad illum super examine, an monitoriales percutiant primam instantiam Ordinarii.*

Et ob id retinet executoriales, sic contra recurrentem indefensum expeditas, & causam remittit Ordinario denuò in prima instantia tractandam ib, & n. seq.

18 *Regi jure naturali pertinet suorum subditorum vi oppressorum protectio.*

19 *Ac etiam Concilii Trid. protectio ex Bullis Pontificalibus.*

20 *Retentio Bullarum reverenter, & debito modo facta Regi permittitur ex Bulla in Cœna Domini.*

21 *In Senatu dum disceptatur, an monitoriales in prima instantia emanatæ percutiant Trident. principalis causa debet conquiescere.*

22 *Dum disceptatur super eo, in quo terminus est appositus, iste non currit, sed suspensus manet.*

23 *Citando, seu citato non currit terminus ad comparendum contentus in monitorialibus, dum in Senatu disceptatur, an percutiant Trid.*

24 *Recurrens nequit prævenire malitiam adversarii, quod dum monitoriales sunt in Senatu (quæ de necessitate sunt reproducendæ) causa in Rota contra eum indefensum, & interdum non citatum sit procedendum.*

Nec interim recursu pendente potest dici contumax, ib.

25 *Impedimentum legitimum habens ad se præsentandum Sedi Apostolicæ de jure excusatur.*

26 *Causam legitimam habens litteris non parendi, nec dicitur contumax, nec censuras earum incurrit.*

27 *Impedimentum proveniens ex facto Principis excusat.*

28 *Ad Regem confugiens nec dicitur contumax, sicuti nec fugitivus.*

29 *Nec ob id debet molestari.*

30 *Recursus ad Regem pendens est legitimum impedimentum, ut terminus à jure, vel judice datus in causa principali suspendatur.*

31 *Executoriales obtentæ in Rota, termino monitorialium per recurſum pendentem ſuſpenſo, nullæ ſunt ipſo jure.*

32 *Executoriales in Rota nulliter obtentæ nullum præſtant impedimentum.*

33 *& ſeqq. Text. in Clem. cauſam de electione. Clemen. 2. ut lite pendent. cap. quoniam frequenter. §. porrò, ut lite non conteſtat. quibus Rotæ rigor fundatur, interpretantur, ut procedant, quando citatio impeditur de facto, & authoritate propria, non de jure & authoritate publica, lege permittente.*

34 *Diſpoſitio tollens contradictionem, aut impedimentum, intelligitur de impedimento præſtito de facto, non de jure aperiente viam ad illud proponendum.*

35 *Comparens coram judice non dicitur contradicere de facto.*

36 *Clauſula* (contradictores compeſcendo) *intelligitur de contradicente de facto, & authoritate propria, non verò de jure, & authoritate judicis.*

37 *Clauſula* (appellatione remota) *intelligitur contra impedientes de facto, non de jure.*

38 *Clauſula* (amoto quolibet illicito detentore) *tribuit juriſdictionem contra contradicentes de facto, non de jure.*

39 *Recurſu ad Regem omnes oppreſſi Prælati, & Religiones indiſtinctè frequenter utuntur.*

40 *Recurrens ubilibet inculpabilis, & excuſatus haberi debet, cum faciat actum jure licitum, vel ſaltim publicè uſitatum.*

41 *Obſervantia publica excuſat, & facit actum licitum, aliàs de jure illicitum.*

42 43. *Conſuetudo etiam injuſta excuſat, etiamſi proveniat à principio injuſto.*

44 *Quod communiter fit, legitimè fieri cenſetur.*

45 *Recurſus ad præſidium innocentium inventus, foret vinculum iniquitatis, ſi Senatus pateretur exequi executoriales alibi obtentas contra recurrentem indefenſum obtentas, pendente recurſu ſuper monitorialibus.*

46 *Foretque laqueus ad jugulandam juſtitiam recurrentis oppreſſi, & in remedio, ac ſecuritate reperiret periculum, & venenum.*

47 *Salubriter pro utilitate hominum inventa, non ſunt contra eorum commodum ſumenda.*

48 *Propheta Rex protectionem Dei invocat contra laqueum ſibi abſconditum.*

49 *Recurſus cum ſuo fine pugnaret, & Regis authoritas foret umbra ad captionem, & dolum, ſi eo pendente in Senatu, alibi executoriales expeditæ contra recurrentem exequi permitteretur.*

50 *Regis authoritate nemo decipi debet, nec calumnia ex ea capi valet.*

51 *Beneficium ſuum Rex nemini vult eſſe captioſum.*

52 *Ad finem boni ordinata non debent malum operari.*

53 *Senatores evigiles ſe præbeant, ne fraudes reeurſus patiatur in detrimentum Regis, & Regni.*

54 *Regis authoritas contemneretur, recurſuſque illuſorius redderetur, fraudibuſque via aperiretur, ſi recurſu pendente ſuper monitorialibus percutientibus primam inſtantiam, cauſa principalis contra indefenſum proſequeretur.*

55 *Recurſus, vel à Rege penitus denegandus, ne ſub ejus ſecuritate juſtitia oppreſſi percutiatur, vel in cauſa principali eſt ſubſiſtendum.*

56 *Recurſus eſt mortalibus valde neceſſarius.*

57 *Violentiæ cognitio, & Regis præeminentia inanis reddi non debet, nec illuſoria.*

58 *Incompetentia juriſdictionis dum tractatur inter duos, horum manus ſunt ligatæ ſuper cauſa principali.*

59 *Recurrenti, condemnato in Romana Curia pendente recurſu, Rex magis debet protectionem, qui ſua ſub ſecuritate, & fide publica fuit deceptus.*

60 *Nemo litteris Principis, aut verbis confidens decipi debet.*

61 *Securitatis cognitione pendente nihil erit innovandum, quod aſſecurato poſſit nocere.*

62 *Sub Regis ſcuto deceptus in priſtinum ſtatum reponendus, ut libere jus ſuum conſequatur.*

63 *Executoriales contra indefenſum, ſub ſecuro Regio recurſu utentem, fraudulenter obtentas ipſo pendente ſuper monitorialibus, percutientibus primam inſtantiam, retinet Senatus, ut cauſa noviter coram Ordinario incipiatur.*

64 *Fraudibus non eſt via aperienda.*

65 *Fraudibus ut occurratur, jus admittit latam interpretationem, redditque diſpoſitionem favorabilem.*

66 *Fraus fieri dicitur, quoties conſtitutio per indirectum, & cautelam redditur illuſoria.*

67 *Fraudata ne remaneat pars, nec decepta, ſemper eſt capienda interpretatio.*

68 *Tertii jus ne lædatur fraudibus eſt occurrendum.*

69 *Fraus doloſi litigantis, ne ſuo lucro cedat, retinentur in Senatu executoriales furtivè, doloſè, aut occultè obtentæ contra recurrentem indefenſum.*

70 *Fraus & dolus nemini debet patrocinari.*

71 *Senatus retinet executoriales in Romana Curia, per judicium contradictarum contra occurrentem indefenſum obtentas, pendente curſu retentionis monitorialium, cauſamque remittit Ordinario in prima inſtantia, ut denuo juridicè vincatur.*

72 *Declarationes S. Congregation. dicentes per cap. cauſæ omnes, non excludi executoriales non obtentas, declarantur, ut pertineant ad §. ad hæc ipſius Decreti.*

73 *Executoriales obtentæ contra formam Tridentin. præſervatis ad primam inſtantiam Ordinarii, ſunt nullæ ipſo jure ex defectu juriſdictionis.*

74 *Executoriales contra formam Trident. ante recurſum ad Regem obtentas, ſi retinet Senatus, multo magis eo pendente obtentas retinebit.*

75 *Recurſus ad Regem pendens legitimum eſt impedimentum ſuſpendendi terminum monitorialium, ita ut citatus non dicatur contumax, quia non adſtringitur comparere.*

76 *Bulla Cœnæ ponderatur contra rigorem Rotæ, quæ nihil loquitur contra recurrentem.*

77 *Bulla Cœnæ in cap. 14. loquens in retentione, & ſupplicatione ad S. Apoſtolicam, dum onus imponit ſupplicationis proſequendæ, ſupponit hoc fine factam licitam eſſe Principi, & oppreſſis.*

78 *Bulla Cœnæ in princip. cap. 14. & 15 loquens de recurrente expreſsè diſponit in appellante à litteris Apoſtolicis ad Senatum, non in recurrente pro ſola tollenda vi.*

79 *Bulla in cap. 14. non dirigit verba in recurrentem*

rentem ex justa causa pro tollenda vi, & ad finem supplicandi, imò disponit tunc licitè recurrere.

80 *Lex pœnalis ad alias personas vel casus ultra expressos non extenditur.*

81 *Nec etiam per similitudinem, & rationis identitatem.*

82 *Recursum vi oppressis velle Papam tollere, non est credibile, cùm alio remedio penitùs sint destituti longissimè absentes à S. Apostolica.*

83 *Defensio præstita à Rege vi oppressis provenit à fonte juris naturalis.*

84 *Juri naturali nihil detrahi potest.*

85 *Jus naturæ non minus animalia docet, quàm homines.*

86 *Vim repellere jure naturali est concessum, non inventum, cùm id bestiarum sensibus sit infixum.*

87 *Nullum est animal, cui non sit ira injuriæ impatiens & prompta ad defendendum alacritas.*

88 *Nulla est creatura in terra quæ non aliqua habeat naturæ adjumenta, quibus se vindicet ab externis offensionibus.*

89 *Recurrentem ad Principem pro tollenda vi, & justa de causa omnes viri docti à censurarum incursu excusant.*

90 *Ex modo procedendi in Rota contra recurrentem indefensum, & legitimè impeditum, vis vi additur, & afflictio afflictis.*

1 SOlet in Rota Curialium, & litigantium suggestionibus litteras * monitoriales expediri contra prohibitionem, & salubrem providentiam Concilii Tridentini *sessione* 24. *de reformatione cap.* 20. ut ei convenienti citentur, ut in prima instantia compareant in Rota defensuri; tunc sive ad querimoniam ipsius partis, sive ut plurimum Regii Fiscalis recurri assolet ad Senatum pro tantæ vexationis protectione, ut observetur præfati Concilii Trid. Decretum, adversarius autem subterfugiendi, & illudendi salubre hoc remedium, & recursum causa, comparet in eadem Rota exclamando de hac Senatus apprehensione monitorialium, multa fingendo, & falsa redarguendo, quibus non immeritò irritatur Rota ipsa, & virtute alicujus fidei, & testimonii Notarii attestantis de intimatione monitorialium facta reo conveniendo, aut sic convento, atque aliter constito de ejus notitia monitorialium, illius concutitur contumacia, & per contradictas lite tractata actor obtinet executoriales in causa, quibus allatis in partibus, ut exequantur, condemnatus hac inopinata ruina oppressus iterum recurrit ad Senatum hunc Supremum, quo vel adhuc pendente primo remissionis monitorialium recursu, vel jam obtento Decreto remissionis causæ ad Ordinarium facto quibus se tutum, & securum non immeritò probat, certat de executorialium retentione, & simul causæ remissione ad Ordinarium.

Quod obtinere non posse, non levia urgent,
2 * & in primis plures Rotæ decisiones, nec non S. Congregationis declarationes, doctrinæ, & fundamenta per Nos cumulata hac 2. *part. c.* 17. *ad principium*, quæ insinuare videntur, eoque tendunt, ut prætatum Concilii Trid. Decretum *in c. causæ omnes*; cesset post rem judicatam, & executoriales obtentas in causa principali, quæ omnia videre poteris, & pro hac parte simul applicare. Ergo Senatus protectio in nostro casu pariter cessare debet.

Secundò quoniam executoriales has legitimè fuisse expeditas videtur, * citandus etenim si la- 3
titat, vel non patitur, se impedit, ut ad se perveniat citatio, dicitur verus contumax, cùm habeatur pro citato, uti plura congessimus *in tract. de regia protect.* 2. *part.* 2. *à numer.* 64. *cum seqq. & in cap.* 8. *num.* 87. adde novissimè Carleval. *de judiciis*, *l.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 7. *n.* 879. & facit *Clement. fin. ut lite pendente*, ibi: *Cùm lite pendente nihil debeat innovari; litem quoad pendere censemus, postquam à Judice competenti, in ea citato emanavit, & ad partem citatam pervenit, vel per eam factum fuit, quominus ad ejus notitiam perveniret*, &c. Vel quando ob potentiam citandi, vel suorum metu non possit fieri citatio, probat *Clement. causam, de electione*, ibi: *Verùm si propter appellati, vel suorum metum, vel potentiam intimatio fieri nequeat (ut præfertur) appellationem eandem in loco aliquo sic solemniter volumus publicari, quod ad appellati seu ejus procuratoris notitiam possit verisimiliter perveniri*, &c. Ergo cùm reus citandus apposuerit hoc recursus impedimentum, ne sibi intimentur monitoriales, atque etiam ob potentiam Senatus Regii tutè intimatio ei fieri non possit (cùm jure Regni puniantur Notarii has intimationes contra Concilium Tridentinum facientes) sequitur manifestè, quod contra reum contumacem (ad cujus notitiam qualitercumque appareat in Rota pervenisse monitoriales) legitimè proceditur per contradictas, contumax condemnatur, & executoriales expediuntur, quo debet casu cessare protectio Concilii, cum ejus cessat dispositio.

Quare in Rota facillimè habetur pro citato, * 4
is, qui recurrit ad Consilium Regium pro impedienda hac citatione, & in odium ejus qualitercumque constet de intimatione exequuta, vel illum habuisse notitiam monitorialium; proceditur in causa principali, ut *in una Carthaginens. portionis* 14. *Novembr.* 1594. quam refert Marchesan. * *de commission. tom.* 1. *fol.* 423. *colum.* 1. atque 5
ipse Marchesanus *de commissionibus Apost. ab execution. brevit. & litt. Apost. p.* 1. *c.* 2. *n.* 53. *tom.* 1. *fol.* 403. in hæc inquit: Multoties quando brevis executione citationes dantur, illa aut ante impeditur, aut post interceptis literis citatoriis, ut in partibus Hispaniarum, & alibi quando contra tenorem Apostolicarum prohibitionum similia impedimenta per Consilii Regii Ministros sub colore ne vis inferatur, soli curant, tamen quod pro executa haberi, quando de ipsa reum notitiam habuisse probaretur, juxta *Clement. causam in fin. de electione*, dicit Rota *diversorum decis.* 86. *n.* 3. *p.* 2.

Et præfata decisio Carthaginens. reperitur in- 6
ter recollectas per Seraphinum 1. *part. decis.* 1094. * in hæc: Domini recesserunt à resolutione facta (*sub die Veneris* 1. *Julii* proximè præteriti) & censuerunt satis constare de citatione validè executa. Primò, quia ex scripturis productis, quæ habentur in Summario *nu.* 1. constat de ablatione processus tam originalis, quàm compulsati, & ejus transportatione ad Consilium Regium, quæ præsumitur facta ad instantiam partis interesse habentis, ad notata per Bart. *in l. fin. de quæstionibus.* Quare in odium eorum, 7
* qui simili recursu utuntur, sit omninò interpretatio ad favorem alterius partis, ita ut etiam copiæ simplici soleat fides adhiberi, Bald. *in l. publicat. quæst.* 8. *in fin. de testamentis.* Jas. *in Authent.*

thent. si quis in aliquo, in 7. fallent. C. de edendo Socinus *consil.* 36. *col.* 2. *vers. Non obstat, & extat.* Peregrinus *decis.* 259. *lib.* 2. & fecit, quod impediens quominus citetur auxilio Consilii Regii, * vel aliàs habetur pro citato *cap. quoniam frequenter, §. porro*, ubi gloss. *in verb. impedit, ut lite non contestata.* Cardinal. *in Clem. causamque* 13. *de electione*, cum aliis per Tiraquell. *de retractu Lignagier. §.* 1. *gloss.* 10. *numer.* 102. & *gloss.* 1. §. 2. *num.* 9. Non obstat quod in summario processus, quod exhibitum fuit, ubi adest executio citationis, non reperiantur adhibiti testes, ut requiritur, *cap. quoniam contra de probat.* Speculator *in tit. de citation. §. sequitur, num.* 9. Puteus *decis.* 5. *l.* 3. quia ex exhibitione processus ultimò facta apparet, quod qui concessit Summarium solitus fuit omittere testes, qui nihilominus in dicto processu in pluribus actibus interfuisse leguntur. Non obstat quod nec in dicto processu reperitur ista citatio, quia ex attestatione Notarii constat per eum non fuisse appositam, quia instrumentum citationis à Rota emanatæ, in cujus dorso solet executio describi, stat vitiatum, & sublatum sigillum, ideo ex eo non potest probari istæ defectus testium; accedit quod ex defectu in facto appareat Andream habuisse notitiam citationis, * quæ facit ut sustineatur processus ad Roman. *cons.* 410. *numer.* 2. Felinus *in cap. cum contingat, num.* 8. *de rescriptis*, & saltem præbet occasionem, ut Judex potuerit jure arbitrari credendum esse relationi, etiam sine testibus, ut post Franchum, & alios tradit Tiraquellus *de retractu, Lignagier, §.* 8. *gloss.* 11. *num.* 10. *& seqq.* & ita conclusum, &c. & Seraphinus ibidem *in fin. dict. decisionis*, ita ait: nota, cùm in principio dicitur propter impedimentum à parte præstitum * adhibet fidem simplici copiæ. Hanc decisionem sequitur Rota infra *decis.* 1296. *in Lunens. Sarcanem. Canonicatus* 23. *Octobr.* 1598. incipit, *fuit dubitatum, an sententia in fin.* quod idem etiam de testibus * nulliter examinatis fuit dictum suprà *decision.* 1154. *in Gamvens. viridarii* 6. *Novemb.* 1595. *n.* 2. incipit, *Domini distinxerunt.*

Ad quod videnda erit alia decisio ejusdem Seraphini 1087. *per totam*, in prædicta causa, ubi aliud censuerat Rota.

Alia similis ad idem est Rotæ decisio *in una Civitatens. Scholastriæ, & Canonicatus* 23. *Martii* 1597. *coram D. Pamphilio*, * quæ post medium ita loquitur in hæc: Non obstat, quod ura producta per Maturana non sint in forma probanti, & testes sint nulliter examinati, quia ex justificationibus notatorum constat in hac causa vigore Regiarum provisionum primò fuisse ablatas litteras citatorias, & compulsatoriales, & postea remissoriam, & demum vigore alterius provisionis fuisse è manibus Judicum ablatam aliam demissoriam, consignatam de Ordine Sanctissimi Domini nostri, quæ provisiones præsumuntur ablatæ ad instantiam Didaci interesse habentis, ut sæpiùs fuit decisum ex notat. per Bart. *in l. fin. de quæstionibus*, quo fit, ut probationes istæ licèt informes, * quæ ex substantia concludunt in odium ipsius, qui utitur similibus provisionibus ad impediendum quominus probationes legitimè fiant; habeantur pro ritè, & rectè factis, & eis fides adhibeatur, B. *in l. publicati, num.* 8. *C. de testamentis.* Jas. *in Authent. si quis in aliquo, col.* 4. *in 7. fallent. C. de edendo.* Decius *consil.* 36. *sub n.* 2. *versic. Sed ratio.* Peregrin. *decis.* 159. *l.* 2. & fuit resolutum *in causa Cartaginens. portionis* 14. *Decemb.* 1694. coram Seraphino, * & quod testes in præjudicium partis, quæ impedit quominus validè examinentur, etiam nulliter, & sine citatione examinati probent; tradunt DD. communiter *in cap. quoniam frequenter*, ubi Glossa, & Felinus, *n.* 7. *ut lite non contestata*, Decius *in cap.* 2. *n.* 15. *de testibus*, & fuit decisum *in causa Garnens. viridarii* 27. *Februarii* 1595. coram eodem D. meo Seraphino, &c. quam decisionem ad literam refert Garcia *de beneficiis* 6. *p. cap.* 2. *sub num.* 86. post medium.

Ac similiter *in una Pampilonens. attentatorum* 1. *Julii* 1695. adducta per Farinacium 4. *part. dec.* 751. quæ *nu.* 2. ait in hæc: Non obstat, * quod ad prædictam attentatorum revocationem deveniendum non sit, nisi prius transportatis actis ad Curiam, sine quibus jurisdictio non dicitur aperta Judici juxta Decreta Concilii Trid. nam ultra quòd adsunt sufficientia acta ad probandum attentata, nempè recursus ad Concilium, & sententia repositionis contra propriam sententiam jam latam pro Nicolao; fuit etiam dictum, * stante impedimento præstito per Concilium instante procuratore Martini, ne acta possent transportari, solent in odium recurrentium haberi pro transportatis, Gabriel. *de appellationibus, concl.* 5. *n.* 5. & 9. & in his terminis aliàs fuit resolutum *in Calaguritana beneficii* 11. *Februar.* 1608. coram R. P. D. Pamphilio.

Quare cùm hæ executoriales legitimè expeditæ videantur, cum ob impedimentum Consilii Regii procuratum, & quæsitum ex parte citanda, justè ejus arguitur contumacia in Rota, & per contradictas lis tractatur, ubi apparet vel monitoriales sibi fuisse intimatas, vel aliter de ejus notitia constat, atque ideò cessare debet protectio Senatus Regii.

Quibus tamen minimè obstantibus, quotidie experimur, * quàm ægrè ferat Consilium hoc Supremum, tam malitiam fraudulentam Actoris, & dolum; quàm rigorem Rotæ prosequentis litem in absentia Rei inauditi, & indefensi legitimè impediti, ob pendentiam recursus in Regio Senatu, à quo ei omnis securitas, & tutela debetur, retinendo has executoriales, ne illis violenter pars indebitè uti possit, & causam Ordinario cognoscendam remittendo, ubi reperiunt Senatores Ordinario pertinere de jure juxta dispositionem Concilii Trident. *in dict. cap. causæ omnes.*

Supponit enim pro certo, & indubitabili Senatus, ad Regem suorum subditorum vi oppressorum omni jure * pertinere protectionem, atque defensionem naturalem ex debito Regalis officii, ad illamque præstandam jure naturæ teneri, prout *in tract. de Regia protect. cap.* 1. *&* 2. diximus; & hoc *tractatu de supplicat. ad Sanctiss.* 1. *part. cap.* 1. *per totum.*

Ac etiam ad Concilii Trid. protectionem ex Summorum Pontificum Bullis allici; prout latè hac 2. *part. cap.* 1. *& cap.* 2. *per totum*: ac propterea † litterarum Apostolicarum resentio eam debito modo ac reverenter factam à Bulla in Cœna Domini promissam, apparet hoc *tractat.* 1. *part. cap.* 1. *per totum, & capitibus seq.* unde fit, † ut tam disceptatur in Senatu, an per aliquas monitoriales à Romana Curia emanatas in prima instantia percutiatur Trident.

De

21 Decretum illam præſervans Ordinario, * con-
quieſcere debet cauſa principalis ad text. cum
materia *in cap. lator. qui filii ſint legitimi, & cap.
fin. de ordin. cognitionis*, cum vulgaribus.

22 Quippè cùm diſceptatur ſuper eo, * ſuper quo
terminus eſt appoſitus, non currit terminus, ſed
interim ſuſpenditur, Joſeph Cumia. *in Ritibus
magnæ Curiæ Siciliæ*, *cap.* 68. *n.* 65. & Theſaur.
Fauſtian. *deciſ.* 10. *inſtantia*, *caſu* 4. *n.* 6. Veſtrius
in praxi Roman. Curiæ, *lib.* 7. *cap. ultim. ſub nu.* 19.
fol. 220. Oddus *de reſtitution. in integr. quæſt.* 71.
art. 1. *limit.* 6. *n.* Scaccia *de appellation. quæſt.* 15.
n. 82. *& ſeqq.* plures doctrinas videbis in compro-
bationem hoc *tract.* 1. *p. cap.* 15. *à n.* 23. *cum ſeqq.*
verſ. Et amplius comprobatur. Ergo interim citan-
dus, atque etiam citatus vigore monitorialium
aliundè emanatarum contumax dici nequit, hoc
legitimo impedimento munitus, juxta quæ copiosè
diximus *in dict. cap.* 15. *à num.* 13. *cum multis
ſeq.* Quibus variæ doctrinæ huic articulo valdè
conducibiles ſignantur.

Supponit etiam pro conſtanti Senatus hic Su-
23 premus, * executoriales, cæteraque acta interim
geſta in Romana Curia eſſe nulla, uti geſta contra
partem inauditam, & indefenſam, judiciumque
per contradictas agitatum eſſe nimis rigoroſum,
cum Reus contumax non ſit mediante impedi-
mento orto ex recurſu ad Regem, ad quem jure
permittente confugiunt oppreſſi his in caſibus, &
quod quum ideò, & ad hunc effectum monito-
riales manent detentæ, quouſque examinatæ, an
contraveniant Decreto Concilii Trid. vel tradantur
parti, ut eis utatur; vel Ordinario remittatur cauſa,
quando ad eum pertinere delegatur, ut de ea in
prima inſtantia cognoſcat: nec Reus citatus &
conventus poteſt hoc caſu dici nec contumax, nec
negligens, confiderat etenim, quòd dum in Senatu
adſunt litteræ, & citatio, non poterit in Rota abſ-
que illis procedi in cauſa principali, quouſque (ut
juris eſt) iterum in Rota eadem reproducantur;
24 nec oppreſſus tenetur prævenire cautelam, * atque
fraudem ortam ex clandeſtina diligentia adverſarii,
itaque hoc legitimo impedimento excuſatur com-
parere intra terminum citationis.

Legitimè quippe excuſatur de jure, qui habet
25 impedimentum * ad ſe præſentandum Sedi Apoſ-
tolicæ, & ſuperiori, juxta text. (qui loquitur de
excommunicatione) *in cap. quamvis* 58 *de ſenten-
tia excommunicationis*, ibi: *Sive quolibet impedi-
mento Canonico retrahatur, quominus Romanum
Pontificem poſſit adire, &c.* Et in fine, ibi: *Ut impe-
dimento ceſſante, ad Apoſtolicam Sedem accedant,
mandatum ipſius humiliter ſuſcepturi*, &c. qui text.
ad hoc communiter notatur, ut per Sanch. *in
præcepta. Decalogi*, *lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 34. Aug.
Barboſ. *in collectan.* ad eundem *n.* 3.

26 Ubi enim adeſt legitima cauſa * litteris non pa-
rendi, nec dicitur contumax, nec earum cenſuras
incurrit, quia non dicitur inobediens. Plura con-
geſſimus 1. *part. cap.* 3. *numer.* 25. *cum ſeqq.
verſic. Quare ubi adeſt* & ſurſum, *& cap.* 2. *num.*
19. 22. 30. 33. *&* 34.

Quoniam impedimentum proveniens ex facto
27 Principis excuſat, * prout teſtantur Decius *in cap.
ex ratione*, *num.* 22. *verſ. Secundum caſus*, *de ap-
pellation.* Scaccia *de appellationibus*, *quæſt.* 15. *ſub
nu.* 124. Nos diximus *in tract. de Regia protect.* 2.
part. c. 8. *n.* 70. *&* 71. ubi *à n.* 79. firmavimus poſt
Flaminium Pariſienſ. & alios ab iſto relatos, *lib.*
11. *quæſt.* 3. *nu.* 121. & Sarner. *in Regula de publi-
cand. q.* 13. *n.* 3. Ripam *in tractatu de peſte* 3. *part.*
q. 6. litterarum Apoſtolicarum à Judice detenta-
rum terminum non currere.

Ideò nec confugiens ad Regem dicitur contu-
max, * ſicuti nec fugitivus, Alexand. *conſil.* 144. 28
vol. 2. & poſt Afflict. *in conſtitut. Clement. nu.* 9.
tenet Gumian. *in ritibus magnæ Curiæ*, *cap.* 68.
n. 3. 4. 5. & 8 Qui non * debet moleſtari, *ex l.* 29
contra pupillum, *ff. de re judicata*, & pro prædicta
doctrina optimè facit *l. bone*, §. *quia damnum*,
ff. de ædilitio edict. Faciunt etiam quæ ad hoc plu-
rima congeſſimus infrà *cap.* 24. *verſ. Maximè cum
ad juſtitiam rectam à n.* 19. Multas doctrinas, &
innumeros Doctores congerit Marius Giurba *conſ.*
66. *à n.* 4. *cum ſeqq.*

Et in his vel ſimilibus terminis, * quod pen- 30
dente recurſu ad Regem, ad cujus Senatum
allatæ fuere litteræ executoriales Apoſtolicæ, legiti-
mum ſit impedimentum, ut ſuſpendatur earum ter-
minus, nec parti præjudicet; determinavit Rota *in
una Legionenſ. præſtimonior.* 27. *Novembris* 1592.
coram Pamphilo, quam ad litteram refert Garcia
de benefic. 6. p. cap. 4. *ſub num.* 42. per quam aliave
invincibilia fundamenta juris reſolvimus *de Regia
protect. dict. cap.* 7. *à num.* 58. *uſque ad numer.*
76. Quòd pendens recurſus ad regem legitimum
ſit impedimentum ad detinendum terminum aſ-
ſignatum parti, aut partibus à Judice Eccleſiaſ-
tico in cauſa principali, ad quod etiam multa
videnda erunt ſup. hoc *tractat. de ſupplicatione
cap.* 15. *per totum.*

Igitur ſi monitorialium ob legitimum, & no-
torium * impedimentum terminus non currat, ſed 31
interim dum in Senatu detinentur, ſuſpenditur,
ſequitur, quod omnis proceſſus, & inde execu-
toriales in Rota, alibive, ſunt nullæ ipſo jure, &
attentatæ geſtæ & expeditæ dilatione pendente, *l.
ſine pars*, *C. de dilat.* Nos *de Regia protect.* 4. *part.
cap.* 11. *num.* 4. Plura congerit Scaccia *de appel-
lationibus*, *quæſt.* 13. *num.* 34. *cum ſeqq.* poſt Lan-
celot. & alios, videnda erunt quæ 1. *part. cap.* 10.
num. 97. *cum ſeqq.* ſcripſimus, ubi infinitos plures
alios Doctores congregavimus hujus veræ doc-
trinæ teſtes, maximè cùm geſta ſint contra inde-
fenſam, & inauditam partem legitimè excuſatam,
juxta *cap.* 1. *de cauſa poſſeſſion. & propriet.* cum
concordantibus.

Ideoque cùm omnia nulla ſint, * non poſſunt 32
impedimentum aliquod præſtare, & conſiderantur
in jure ac ſi geſta non fuiſſent. *cap. non præſtat.*
52. *de reg. juris in* 6. Cald. Pereira *de poteſtate
eligendi*, *cap.* 13. *n.* 5. Thomas de Thomaſiet.
in florib. leg. Regul. 205. Sanchez *de matrimonio*,
lib. 8. *diſp.* 22. *n.* 21. Gonçalez *Reg.* 8. *Cancellar.
gloſſa* 50. *num.* 30. Gratianus *diſceptat. cap.* 59.
n... cum ſeqq.

Movetur etiam Senatus Regius, quod jura ea- 33
dem, * quibus Rota fundat ſuum rigorem, nempè
dicta Clementina cauſam, *in fin. de electione*, *& Cle-
ment.* 2. *ut lite pendente*, *cap. quoniam frequenter*,
§. *porro*, *ut lite non conteſtata*, retorquentur, cùm
procedant, quando de facto, & authoritate propria,
& privata citandi impediunt, ne ad eos citatio per-
veniat; ſed non quando de jure, & legis permiſſio-
ne, & authoritate publica caſibus à lege permiſſis
hoc impedimentum provenit, vel interponunt.

Quoniam omnis diſpoſitio tollens contradictio- 34
nem, * obſtaculum, aut impedimentum ob aliquam
cauſam, intelligitur de impedimento, & contradic-
tione de facto facta, non de jure, & ubi jus
viam aperit alias ad illam faciendam, atque ipſa
diſpoſitio refertur duntaxat ad contradictores de

facto, ita Gloſſa, verbo, *Contradictores*, & ibi Abbas *num.* 9. *in cap. pro illorum, de præbend.* & ibidem Anchar. *n.* 13. Joannes Andreas *num.* 10. Zabarella *in cap. quia contingit, §. contradictores, de Religioſis domibus*, Navarrus *in cap. cum contingat; cauſa* 7. *nullit. n.* 3. *de reſcriptis*, Pariſius *de reſignatione, lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 44. Bartholomæus Peret. *in commentar. ad extravagant. ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ, verb. Infringere, num.* 20. *pag.* 268. Lancelotus *de attentatis, appellation. pend. part.* 2. *cap.* 12. *limitat.* 9. *n.* 41. Randina *in Promptuar. recept. ſentent. tom.* 1. *tit.* 16. *nu.* 6. Zerola *in praxi Epiſcop. part.* 2. *verbo, Contradictores, verbo, litteræ Apoſtolic.* Gonçalez *de Regul.* 8. *Cancellar. gloſſa* 9. §. 1. *in annotation. num.* 242. Marta *clauſula* 21. *numer.* 1. Campanil. *in diverſorum juris Canonic. Rubric.* 11. *cap.* 3. *num.* 234. *cum ſeqq.* Garcia *de beneficio*, 6. *part. cap.* 2. *n.* 115. *cum ſeqq.* ubi plures referens Rotæ deciſiones, Moneta *de comm. ultim. voluntat. cap.* 7. *n.* 391. Vivianus *in praxi Juriſpatronatus, lib.* 13. *cap.* 8. *n.* 38. *in* 2. *edition.*

Et qui comparet, & agit coram Judice, non
35 dicitur contradicere * de facto ſed de jure, ut cenſuit Rota *in una Calagurritana quatuor Cartharum* 22. *Junii* 1615. impreſſa per Farinacium *dec.* 735. *n.* 4. & 5. *part.* 2. *Recent. & in una Parmanenſ. Parochial.* 22. *Junii* 1620. coram Cardin. Sacrato, teſtatur Barboſa *de clauſ. clauſula* 33. *n.* 3.

Hinc clauſula *(Contradictores compeſcendo)*
36 intelligitur * de contradicente de facto, & authoritate propria, non autem de contradicente & jure, & authoritate Judicis, Barboſa ubi proximè *à num.* 2. hinc etiam clauſula *(Appellatione*
37 *remota)* appoſita intelligitur contra * reſiſtentes de facto, & non contra reſiſtentes de jure, cenſuit Rota *in una Calagurritana beneficii* 18. *Aprilis* 1603. coram Cardinali Lanceloto, impeſſa per Marcheſan. *de commiſſionibus*, p. 1. *pag.* 311. in ultima impreſſione, Barboſa *clauſula* 9. *num.* 16.
38 Atque etiam clauſula * *(Amoto quolibet illicito detentore)* tribuit juriſdictionem contra eos, qui de facto, & non de jure contradicunt, Florez de Menæ *practicarum quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 4. *nu.* 44. Marcheſanus *de commiſſion. part.* 1. *pag.* 328. *n.* 131. *in* 2. *impreſſione.* Tuſch. *to.* 1. *littera C. concluſ.* 319. *n.* 7. Barboſa *clauſul. n.* 6. & ſic de pluribus aliis ſimilibus.

Cum quibus rectè remanet ſatisfactum Rotæ deciſionibus, & juribus, quibus fundatur ejus rigor, pro quo contraria parte fuere ſuperius adductæ.

Fundatur inſuper Senatus hic ſupremus in
39 ratione * ſtatus, Chriſtianæ pietati, & charitati nitente; nam cùm jure naturali teneatur Princeps ad protectionem vaſſallorum, & ſubditorum ſuorum, & ad eam cunctis patet aditus, qua omnes Prælati Eccleſiaſtici, nec non cunctæ Religiones utuntur omni jure permiſſa.

Legitimè excuſatur, & inculpabilis debet iſte
40 oppreſſus ubilibet * haberi, cùm faciat actum jure licitum, & ſaltim publicè uſitatum & permiſſum, quod juſtè, & benè factum cenſetur, *l. quis ſit fugitivus, apud Labeonem*, ibi: *Quia id facit, quod publicè facere licere arbitratur, ff. de ædilitio edicto, cap. quid dicam* 14. *quæſt.* 4. Ant. Pichardus *Rubricam inſtitut. de inofficioſo teſtam. n.* 9. Marcus Ant. Genuenſis *in practica Eccleſiaſt. quæſt.* 46. *n.* 4. Aug. Barboſa *axiomat.* 139. *num.* 12. conducunt mirabiliter doctrinæ ſuprà adductæ 1. *part. cap.* 2. *verſic. Ad cognoſcendum etenim, à*
41 *num.* 246. & 114. Quibus probavimus, * quod publica obſervantia facit actum licitum, & permiſſum, aliàs de jure illicitum, & ex legitima obſervantia naſci excuſationem, * ſicuti injuſta 42
etiam conſuetudo excuſat, Honded. *conſil.* 96. *n.* 20. *volum.* 1. Beccius *conſil.* 4. *num.* 17. Maceratenſ. *variarum reſolut. lib.* 1. *reſolution.* 62. *n.* 3. Triviſanus *deciſ.* 169. *num.* 2. Marius Giurba *deciſ.* 80. *num.* 30. ubi alia ad propoſitum congerit; & etiam ſi proveniat à principio injuſto, ut plurimis citatis Doctoribus, diximus 1. *part. dict. cap.* 2. *à num.* 122. *verſic. Quia contraventio*, &c. Et quia quod communiter fit, legitimè fieri cenſetur, *l. certa condit. §. ſi nummos, ff. ſi cert. petatur.*

Inſuper quoniam qui facit id, * quod cæteri 43
facere conſueverunt, non eſt culpabilis, Bart. *in l. ſi pignore, §. fin. de pignor. actione*, Ludd. *conſil.* 140. *col.* 2. *vol.* 1. Caſtrenſ. *conſ.* 423. *col. penult. vol.* 1. ubi dicunt, conſuetudo excuſat à culpa, laniſſimè Ant. Gabriel. *commun. opinion. lib.* 7. *de malefitiis, concluſ.* 8. *nu.* 19. Tiraquellus *de pœn. temperand. cauſa* 42. *per totum*, Cravetta *conſil.* 8. *num.* 22. Surdus *deciſ.* 306. *nu.* 73. & conſuetudo etiam irrationabilis excuſat à pœna, Gloſſa *in cap. venerabilis, verb. Illigraſſe, de conſuetudine*, & ibi Petrus Ancharranus, idem Anchar. *conſ.* 51. *& in conſ.* 283. Comez *in cap.* 1. *de conſtitution. in* 6. Caſſiodorus *deciſ.* 19. *de Reg. Cancellar.* Felin. *in cap. non ſatis, de ſimonia*, Gratus *conſil.* 35. *vol.* 1. infinitos penè Doctores citat Gabriel. *commun. concluſ. lib.* 7. *de delictis, concluſ.* 8. *à n.* 18. *cum multis ſeqq.* ubi *n.* 21. *in fine, & ſeqq.* quod conſuendo facit licitum quod non erat licitum, ex Romano *in l. certi condition. §. ſi nummos, ff. ſi certum petatur*, & ibi Jaſon. *in l. ſingularia, eodem* Hippolytus *conſil.* 90. *& conſ.* 100. Bart. *in l.* 1. *in principio, quod quisque juris, & in l. qui ſit fugitivus, §. apud Labeonem, ff. de ædilitio edicto.* Ubi qui facit actum, * qui communiter 44
licitus reputatur, ſi in rei veritate illicitus ſit, excuſatur, Gratus *conſil.* 93. *vol.* 2. *& conſil.* 49. *eodem vol.* Maceraten. *lib.* 3. *reſolut.* 42. *numer.* 2. Botta *conſil.* 11. *num.* 9. Surdus *conſil.* 182. *n.* 14. *& conſil.* 498. *num.* 3. Triviſa. *deciſ.* 22. *num.* 2. *lib.* 1. Tuſchus *littera P. concluſion.* 280. *num.* 1. & 7. Barzius *deciſ.* 133. *num.* 13. Seſſe *deciſ.* 112. *num.* 10. Beccius *conſ.* 223. *numer.* 34. Roland. *conſ.* 57. *n.* 23. *conſ.* 75. *n.* 19. *lib.* 1. Turret. *conſ.* 8. *n.* 64. *vol.* 2. Menoch. *conſil.* 1205. *n.* 25. Bimius *conſ.* 236. *n.* 27. *conſil.* 181. *n.* 22. Cavalcan. *deciſ.* 15. *num.* 18. *p.* 5. Albanus *conſ.* 451. *num.* 11. Giurba *conſ.* 29. *num.* 35. *& conſ.* 37. *n.* 30. *& conſ.* 79. *n.* 70.

Si igitur permitteretur, quod ita fraudulenter
* & clandeſtinè (pendente recurſu, & examine 45
in Senatu, an litteræ contraveniant Concilii decretis, vel remittenda ſit cauſa Ordinario) pars recurrens (quæ ſecuritate Regia tuta eſſe debet) indebitè, & indefensè amittat jus, & juſtitiam ſuam; aperiretur noviſſima via fraudibus, hocque ſalubre remedium ad præſidium innocentium inventum, foret vinculum iniquitatis, contra textum *in cap. ſuſpectum*, & ibi Philippus Franchus *nota.* 2. & cæteri Doctores *de appellat.* Scaccia *de appellat. quæſt.* 3. *ſub n.* 1. Nos *de Regia protect.* 2. *part. cap.* 15. *n.* 52.

Et cum eodem remedio ſimul oriretur venenum, ac cum ipſa ſecuritate periculum, & loco * 46
protectionis foret potius reverſus iſte laqueus ad jugulandum juſtitiam vi oppreſſorum, qui juſtè poterunt cum Propheta Rege lamentari: *Pſalm.* 14.

In via

In via hac, quia ambulabam, abſconderunt laqueum mihi, aut cum Abdia Propheta *cap.* 1. *vi fœderis tui illuſerunt tibi : invaluerunt adverſum te viri pacis tuæ.* Quod nec rationi, nec æquitati * 47
congruit, juxta *l. nulla ratio, aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ ſalubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriori interpretatione contra ipſorum commodum producamus, &c. ff. de legibus, l.* 3. §. *duæ autem, ff. de Carbon. edicto. l. quod favore, C. de legibus.*

Quapropter ipſe Propheta Rex * Dei protec- 48
tionem invocat, *Pſalm.* 140. ibi : *Cuſtodi me à laqueo, quem ſtatuerunt mihi, & à ſcandalis operantium iniquitatem*, & *Pſalmo* 30. *Educes me de laqueo hoc quem abſconderunt mihi, quia tu es protector meus.*

Foret inſuper hoc ſalubre * remedium ſibi ipſi 49
repugnans, atque cum ſuo proprio fine pugnaret, & ipſa Regis authoritas foret umbra ad deceptionem, & noxam machinandam, ſi ad eum confugientes, minùs tuti reperiantur ; contra *l.* 2. ibi : *Ne hi qui cum eis contrahunt principali authoritate circumſcripti eſſe videantur, &c. ff. de his qui* 50
veniam * *ætatis impetraver.* textum optimum *in l. Imperatorem*, ibi : *Neque enim calumniæ facultatem ex principali majeſtate capi oportet, ff. de hæredib. inſtituend.* Bereta *conſil.* 33. *numer.* 5. in illis verbis : *Cùm debeat nemo ſub umbra Principis decipi*, nec enim ſub clypeo Regis, aut legis quis decipi debet : *l. Paulus* 8. ibi : *Prætor* 51
enim * *beneficium ſuum nemini vult eſſe captioſum, &c. ff. de prætoriis ſtipulation.* Ordinata quippè ad finem boni non debent malum ope- 52
rari, * Germinian. *conſil.* 126. *numer.* 2. *verſicul. Ordinata*, Tuſch. *practicarum concluſion.* 10. *quinto, littera O. concluſion.* 181. Barboſa *axiom.* 99. *in fine.*

Quod comprobatur ex doctrina Præſulis Co- 53
var. quam in hac materia * retentionis litterarum Apoſtolicarum ſcriptam reliquit, *in practicarum quæſt. cap.* 36. *num.* 20. *verſic.* 5. *in fin.* in hæc : *Qua in re oportet diligenter inquirere, & examinare, ne fraus ulla fiat veteribus hujus Regni privilegiis antiquis inſtitutis, & jure legitimo inductis conſuetudinibus.*

Fundatur etiam Senatus in honore, & autho- 54
ritate potentiſſimi * Regis noſtri conſervanda, cum hæc via ab inquietis, & cavillatoribus inventa, competentia reperiatur, ex qua recurſui ſalubri oritur illuſio, qui de nihilo ſerviret, nec Senatus decreta aliquid oppreſſis prodeſſent, imò potius illuſoria forent ; ſi examine pendente litterarum in Senatu ſuper contraventione Concilii, lis nihilominus contra oppreſſum indefenſum, & legitimè impeditum alibi proſequatur, atque per judicium contradictarum executoriales expediantur. Itaque vel recurſus penitus abſolvendus erit, & à Rege 55
denegandus * (ſi tuta conſcientia poteſt) ne ſub Regis ſcuto, Regiſque clypeo, manus & peſtiferum damnum exoriatur, vel in principali cauſa ſuperſedendum ; utrumque namque ſimul ſtare ne- 56
ceſſe eſt, * cùm recurſus mortalibus valdè neceſſarius ſit, atque ideò in cauſa principali conquieſci debet, ne inanis reddatur violentiæ cogni- 57
tio, atque Regis præeminentia, & Regalia * tot ſeculis uſitata, & tot juribus fulcita, juxta *l. ult. ff. ne quis in loco publico*, ibi : *Alioquin inane, & illuſorium Prætoris imperium erit, l. ſi Prætor. ff. de judiciis*, ibi : *Alioquin illuſoria erunt hujuſmodi edicta, ultima*, §. *penult. C. de bonis quæ liber.* ibi : *Ne ludibrio leges ei fiant.* Illuſio quippè legi publicæ fieri nequit à privato, text. *in authentico de nuptiis*, §. *ſed hæc quidem, col.* 4. *l.* 2. *Cod. ſi quod in fraudem patronorum*, ubi Bart. & alii Cinus *in l.* 1. *Cod. eod.* Mieres *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 16. *numer.* 36. & 37. neque Senatus decreta debent eſſe ludibrio, *l. quis rem*, ubi Gloſſa verbo, *Illudere*, *ff. de arbitris*, Rodriguez *de annuis reditib. libr.* 1. *cap.* 17. *n.* 47. *ad medium*, Gloſſa & Doctores, *in l. ſi fidejuſſor*, §. *final. ff. qui ſatisdare cogant.* Muſcatellus *in praxi civili, part.* 7. *gloſſa condemnando, num.* 99. Valaſcus *conſultat.* 51. *n.* 30. Scaccius *conſil.* 1. *num.* 71. Marius Giurba *deciſ.* 4. *num.* 26. ubi quod nec jura Judicis authoritate illudi patiuntur, Julius Clarus, §. *teſtamentum, quæſtion.* 99. *num.* 11. *verſic. Non enim eſt.* Menoch. *lib.* 4. *præſumption.* 106. *nu.* 53. Modeſtin. Piſtor. *illuſtr. quæſtion.* 22. *n.* 8. *& quæſt... part.* 1.

Urget inſuper juris ratio ; nam cùm ex Bullis Pontificalibus * ſit Regi noſtro commendata pro- 58
tectio, & obſervantia, ſeu executio Concilii Trid. & in Senatu conqueratur pars percuſſam eſſe primam inſtantiam, & jurisdictionem Ordinarii contra *cap. cauſæ omnes* ; dum in Senatu ipſo indagatur, an cauſa pertineat ad Ordinarium, ut Judici Delegato ; debet interim in principali negotio conquieſci, quaſi tractetur de competentia jurisdictionis, interdumque ligatæ ſunt Judicum manus ex doctrina Bartoli communiter recepta *in l. nullum de condit. & demonſtrat.* Paulus de Caſtro *in l.* 1. *num.* 9. *C. de ordine cognit.* Menochius *conſil.* 1000. *nu.* 111. ſic intelligens *l. ſi quis ex aliena, ff. de judiciis, l.* 2. §. *ſi dubitetur, eodem tit.* probat Veral. *deciſion.* 114. *n.* 1. *lib.* 2. Tribitian. *deciſio Veneta.* 11. *lib.* 2. *nu.* 1. & 2. Nicolaus Rebenus *deciſ. German.* 14. *numer.* 42. *cum ſeq. libr.* 3. Maurus Barrod. *de modo procedend. ex arrepto, quæſt.* 77. *n.* 21. *& in princip. n.* 6. *fol.* 1. Maſtrillus *deciſ.* 127. *part.* 2. *n.* 2.

Quare Rex omnimodam protectionem debet huic noviter læſo, * gravi oppreſſo ex facto 59
ſuo Regio contra executoriales præſtare ; ut cum Propheta Rege, *Pſalmo* 77. dicere poſſit : *Non ſunt fraudati à deſiderio ſuo*, ne ſub fide publica deceptus reperiatur, prout ex *dict. leg.* 1. *Cod. de his qui veni. ætat. impetraver.* optimè docent Bartol. *in leg. is qui reus, num.* 12. *ff. de public. judic.* Albericus *in leg. præſenti, numer.* 8. *Cod. de iis qui ad Eccleſ. confug.* Caſtrenſ. *conſil.* 423. *num.* 9. *in principio*, Paſcal. *de viribus patriæ*, 4. *part. cap.* 3. *numer.* 37. Franchiſ. *deciſion.* 258. & 415. Molſeſ. *ad R. N. conſuetud. part.* 4. *in ſchol. ad quæſt.* 47. *num.* 2. & 3. Bajard. *ad Clar.* §. *homicidium, n.* 216. Magalotus *de ſalvo conductu, deciſ.* 19. Peguera *deciſion.* 229. *n.* 1. Amat. *conſil.* 72. *num.* 1. Boſius *tit. de remed. ex ſol. Clementia Princip. num.* 42. Fachine. *lib.* 9. *controverſ.* 59. latè Farinac. *quæſt.* 6. *num.* 27. & *quæſt.* 29. *num.* 3. Cavalcanus *deciſ.* 1. *numer.* 25. Thoro *compend. deciſion. verbo, Captus*, Surdus *conſil.* 298. *n.* 22. & *conſil.* 326. *n.* 2. Bertazol. *conſil. crimin.* 360. *num.* 11. Guazin. *de Reor. defenſion.* 12. *cap.* 1. *ſub n.* 58. Rovit. *tit. de Cuidat. prag.* 1. *n.* 3. Menoc. *de arbitrar. caſu* 336. *num.* 33. & *conſ.* 100. *n.* 190. optimè Giurba *conſ.* 57. *n.* 2. & *conſil.* 34. *n.* 22.

Nemo enim Principis litteris, aut verbis confidens * decipi debet, Decius *conſil.* 51. *numer.* 2. 60
Bertazola *crimin. conſil.* 360. *nu.* 11. Giurba *dict. conſil.* 57. *ſub nu.* 2. Et pendente ſecuritatis cognitione nihil debet penitus innovari, nec alterari ;

quod assecurato † possit esse nocivum, Franchis *decis.* 590. *n.* 6. & *decis.* 673. *n.* 1. & 2. Paschal. *de viribus patriæ potestat.* 4. *part. cap.* 3. *n.* 37. Guazin. *Reorum defens.* 12. *cap.* 1. *n.* 58. *versicul. Et salvus conductus*, Giurba *consil.* 57. *n.* 1. *in fin.* qui
62 *n.* 3. dicit, quod deceptus † sub Regis scuto, in pristinum statum reponi debet ut liberè jus suum consequi possit, Franchis, *decision.* 590. *n.* 7. Bajardus *ad Clar. §. fin. quæst.* 32. *n.* 33. Cavalcan *de brocchio Regio*, *part.* 2. *num.* 316. Guazin. *dict. n.* 58. *versic. Beneverum est*, etiamsi assecuratio nulla sit aliquo modo, & causa, vel etiam ex defectu potestatis concedentis securitatem, latissimè per Giurbam *consil.* 8. *per totum.* Itaque executoriales
63 † ita contrà indefensum fraudulenter obtentæ, sub Regio scuto Senatus retinet, ut liberè oppressus, & minus legitimè, maximoque rigore condemnatus defendatur, & jus suum, & justitiam in judicium deducat legitimè, & juxta juris tramites vincatur.

64 Fundatur insuper Senatus, ne via † tam nociva dolosis litigantibus aperiatur, neque per indirectum recursus tam necessarius Reipublicæ Christianæ, Regisque præeminentia reddantur illusoriæ, cùm fraudibus non sit aperienda via, *l. in fundo, ff. de rei vindicat. l. cum ii, §. si cum lis, ff. de transaction. l. qui sub prætextu, C. de Sacrosanct. Eccles. cap. porro, de divortiis, Clement.* 1. *de usur. Clement.* 1. *§. fin. de concession præbend.* Lapsius *allegat.* 55. *n.* 2 *in princip.* Calderin. *consil.* 294. *versic. Item si erarium*, aliàs 2. *de rerum permut.* Butrius *consil.* 5. *n.* 2. & *consil.* 42. *nu.* 2. Alexand. *consil.* 2. 17. *verf. Non obstat, lib.* 1. Craveta *consil.* 764. *n.* 6. Ubi quod ut occurratur frau-
65 dibus † jus admittit latam interpretationem, & facit dispositionem favorabilem, Ancharran. *consil.* 91. *egregie, ac venerabilis.* Ubi quod fraudi-
66 bus occurrendum est, & quod dicitur fieri fraus, quoties constitutio, & lex per indirectum, & cautelam redditur illusoria, sequitur Barbosa *axiom.* 102. *n.* 4. ubi *n.* 5. quòd nedum via est aperienda fraudibus, sed occurrendum diligenter, ne fiant. Tusch. *tom.* 4. *littera F. conclus.* 475. *per totam*, Anton. *variar. resol. lib.* 1. *resol.* 50. *num.* 31. & *resol.* 62. *n.* 5.

67 Ea enim semper capienda est interpretatio, † qua fraus excluditur, neque per eam altera partium decepta, & jure suo fraudata remaneat, *l.* 3. 1. *ff. de receptis arbitris.* Craveta *consil.* 33. *n.* 25. & *consil.* 91. *n.* 11. & *consil.* 245. *n.* 9. Menochius *consil.* 68. *n.* 23. & 24. Giurba *decis.* 1. *sub n.* 30. *ante fin.* Geminian. *consil.* 42. *n.* 11. *vers. Ut ergo istud.* Ubi quod fraudibus occurrendum, ne jus tertii † lædatur, & in ejus præjudicium redundet, Barbosa *axiom.* 102 *n.* 4.

Ne igitur dolosi litigantis fraus in ejus redundet lucro, & commodo, executoriales istæ furtivè, & occultè atque dolosè obtentæ in Senatu retinen-
68 tur, † cùm iniquum sit, ob suum facinus, & audaciam aliquid lucri facere, ut dicit *l. si ab hostibus, §.* 1. *ff. solut. matrim. & l. ult. in fin. Cod. de rebus cred. l. itaque in princip. ff. de furtis*, ibi: *Sed nemo de improbitate sua consequitur actionem, & l. si remunerandi, §. Morus, ff. mandati*, ubi ita statuitur: *Nullam actionem cum propter suam calliditatem habere, & l. ita demum, ff. de arbitris*, ibi: *Ne quis doli sui præmium ferat, & l. verùm §. tempus, ff. pro socio*, ibi: *Æquum non esse, dolum suum quemquam relevare, l.* 1. *in princip.* ibi: *Nec vel illis malitia sua sit lucrosa*, & iterum *l. nec ex dolo*, ibi; *Nec ex dolo suo lucren-*
tur, ff. de dolo malo, & l. sed & si §. plane, in fine, ibi: *Ne ei sua calliditas prosit, ff. ad exhibendum, l. penult. C. de legibus*, ibi: *At non accipiat fructum suæ calliditatis. & l. dubium, C. de repud.* in idem propè text. *& l.* 2. *C. qui militar. non poss. &c. sedes &c. ex tenore, de rescriptis, &c. ex litteris* 2. *de dolo & contumac. &c. ad nostram, de empt. & vendit.* ibi: *Quia igitur fraus & dolus cuiquam patrocinari non debent, &c. pastoralis, §. ult. de officio Delegati, c. statuimus eod. tit. lib.* 6. cum aliis. Ex quibus deduci solet * vulgare axio- 70
ma, quod fraus & dolus nemini debeant patrocinari, de qua August. Barbosa *axiom.* 102. *n.* 1. ubi plures refert DD.

Ex quibus rationibus, & aliis à Senatoribus doctissimis in dies consideratis, & in odium seditiosi litigantis * turbare cupientis statum Ecclesiasti- 71
cum, & temporale Regnum, zizaniæque, & irritationi fraudulenter occasionem præbentis, assiduè executoriales hujusmodi (litteris monitorialibus, aut compulsorialibus ad Senatum allatis, & super earum examine recursu pendente) expeditæ, per Judicium contradictarum retinentur, ut coram Judice ordinario Reus oppressus denuò audiatur, & defendatur, neque patitur Senatus istius jus, & justitiam indebitè, & absque defensione perire, & quia ex defectu jurisdictionis notoriè nullæ sint, obstante Decreto Concilii Trid. *sess.* 24. *de reformatione, cap.* 20. ut statim ad responsionem primi argumenti.

Quo regio auxilio, & protectione liberè cantare possunt sic oppressi cum Propheta Regio, *Psalm.* 123. *Laqueus contritus est, & nos liberati sumus*, & iterum ibi: *Anima nostra erepta est de laqueo venantium.*

Quibus suppositis non obstant * in contrarium 72
considerata argumenta, & non primum sup. *n.* 2. ex decisionibus Rotæ, ac Sanctæ Congregationis declarationibus per Nos adductis hac 2. *p. c.* 17. quæ videntur insinuare Trid. decretum *in d. c. causæ omnes*, non habere locum, nec procedere in executorialibus jam obtentis. Quibus ibid. per totum caput dedimus veram responsionem, atque manifestè probavimus; nempe minimè loqui, nec pertinere ad priorem partem ipsius capitis, *causæ omnes*, tractantem de prima instantia Ordinarii præservanda, sed ad §. *ad hæc*, prohibentem Prælatorum inferiorum prætendentium illam habere in suis districtibus excluso Ordinario, ita ut inter eos contentio oriatur, non quoad simplex jurisdictionis exercitium, de quo in principio *dict. cap. causæ omnes*, sed quoad omnimodam jurisdictionem, & proprietatem ejusdem, ut ibidem clarè ostendimus.

Atque inde resolutionem firmissimam deduximus, 73
* ut verum sit executoriales obtentas in contraventionem Sancti Concilii Trid. *in dict. cap.* 20. esse nullas ipso jure ex notorio defectu jurisdictionis, quam in prima instantia prohibet Concilium omnibus quibuscumque Judicibus Superioribus præter Ordinarium, ac ideò etiam post executoriales Regem nostrum, uti posse Regalia protectionis Concil. Trid. latiùs in eodem *cap.* 17. resolvimus per totum, & sic argumentum hoc torquetur, quo-
niam * si executoriales expeditæ in contraventio- 74
nem prædicti decreti Tridentini ante recursus ad Regem pendentium detinentur, noviter causa remissa Ordinario, estque locus protectioni Concilii; quantò magis recursu jam pendente, quod multò magis aggravat violentiam, & oritur contemptus Regis, & illuditur, detrahiturque Senatûs authoritati, vique vi additur.

Ref-

75 Respondetur ad secundum (ex † juribus, & Rotæ decisionibus fulcitum) prout jam superius *à n.* 17. *cum seqq. vers. Quibus tamen, & aliis*, ubi probavimus, quòd accedente legitimo impedimento citandi, aut citati, prout est recursus ad Regem; non adstringitur reus comparere, sed terminus monitorialium ipso jure suspensus intelligitur, quia tunc non potest dici contumax. Et quia impedimentum non provenit ab authoritate propria citati, & de facto, sed de jure, prout loqui diximus, & probavimus jura in dicto secundo argumento adducta, & Rotæ decisiones in eisdem fundatas non sublistere, sed magis ex odio recurrentis provenire, atque ideò cessare in eo contumaciam, & ulteriùs ad jura, quibus nititur hic Rotæ rigor validè satisfacimus hac 2. *part. cap.* 24. *à num.* 17. *cum seqq. vers. Deinde quoniam.*

76 Sed quo juris colore valeat Rota † tanto rigore prosequi legitimè recurrentem ad Regem pro remedio violentia sibi inique illatæ; penitùs ignorant omnes doctissimi, & pissimi viri horum Hispaniarum Regnorum, cùm recurrens omni jure excusatus sit ex hactenus comprobatis, nec illum rectè inferre, nec roborare potest ex Bull. Cœn. Dom. huc tendente, cum in nulla ejus parte loquatur de recurrente ad Regem pro tollenda violentia, nec de recursu violentiæ utente, sed duntaxat de Tribunalibus, quæ impedium executionem litterarum Apostolicarum, malitiosè nempè, & sub ficto colore violentiæ tollendæ, & eo solo animo impediendi, non tamen quando sincerè, æquo animo, & Christiana sanaque intentione, & fine duntaxat tollendæ violentiæ probabiliter existentis, & supplicandi Sanctissimum, ut suo loco latiùs diximus 1. *part. cap.* 2 *à n.* 111. *cum seqq.*

Nec dicta Bulla in hoc *cap.* 14. tangente re-
77 tentionem † litterarum Apostolicarum, & supplicationem ad Sedem Apostolic. aliquid de parte recurrente loquuta fuit, sed duntaxat illi onus injungit prosequendæ supplicationis legitimè, supponens hoc fine retentionem litterarum ex justa causa licitè præstari à Senatu, & postulari ab oppressis, & licèt ipsa Bulla *in cap.* 15. *antecedente*, & etiam in priori parte hujus *cap.* 14. lo-
78 quatur etiam de recurrente appellante † ad Judices laicos à litteris Apostolicis gratiæ, aut justitiæ, & in eorum Tribunal introducente causam appellationis hujusmodi, ut cognoscant de causa principali tanquam Judices, ut ex eadem Bulla, & prædictis ejus capitibus non obscurè, nec sub verborum involucro, sed expressissimè claris & diserris verbis patet, quo casu justissimè decernit dict. Bulla: Adhuc tamen ibidem, vel alibi in cæteris ejusdem Bullæ capitibus nihil penitùs loquitur de licitè recurrente ad Principem, pro tollenda violentia, uti latiùs diximus *de Regia protect.* 1. *part. cap.* 1. *per totum*, & signanter *à num.* 231. *cum seqq.* de eisdem Bullæ Capitibus loquuti fuimus post magnam Doctorum allegationem.

Im' hoc *cap.* 14. tangente hunc recursum pro
79 retinendis litteris, † non solùm loquitur de recurrente, nec in illum dirigit dispositionem, sed potius licitè facere supponit, ita ut penitus excludatur recurrens implorando remedio, & auxilio coactis violente vi oppressis, palamque, & communiter ultrato; est culpæ omni jure inculpabilis, & excusatus si eam culpa est in perpetuam [illegible] in quem dirigitur Bullæ dispositio, & intentio; non in postulante, & recurrente, in quem verba Bullæ nullatenus dirigantur, nec conveniunt, & meritò; cùm faciat quod publicè fieri soleat in iis Regnis, cæterisque Christianæ Religionis, ut hactenus comprobavimus *à nu.* 40. *cum seqq. & n.* 26.

Et lex pœnalis ad alias personas, & casus ultra expressos † extendi non debet, *l. factum cuique*, &
80 *§. in pœnalibus, ff. de reg. juris, cap. in pœnis, eodem ti. lib.* 6. Surdus plures referens *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 41. *n.* 12. pleniissimè Farinacius *fragment. criminal. part.* 1. *lit. E.* Gratian. *discept. tion. to.* 5. *cap.* 972. *numer.* 12. Nec etiam per similitudinem, & rationis indemitatem † plenè Fa- 81
rinacius loco citato, *à numer.* 188. *cum seqq.* nec pœna irrogatur nisi expressè lege caveatur, *authentic. de non eligend. secundò nuben. §. cum igitur, l. antiquis impediat. §. Divus autem Marcus*, ibi: *Pœnam tamen in eum statuum non esse, ff. de religiosis & sumpt. funer.* abundè Farinacius *quæst.* 18. *n.* 7.

Nec est credendum, nec ulla imaginatione humana potest cadere, † voluisse Papam miseris vi 82
oppressis hoc unico, saluberrimoque refugio privare, aut delere, cùm penitus aliò sint privati, vel saltim tam longè abest ab iis Hispaniarum Regnis, & tot ambagibus & difficultatibus inbutum, ut impossibile potius judicetur, & randem non nisi consequi, quàm jam causata, vi, & damno radicato; ac ideò remedio, & legitima defensione privandus non erit vi oppressus, de quo 1. *part. cap.* 1. *§. unico per totum.*

Nam defensio quam Princeps † præstat (prout 83
tenetur) oppressis, cùm proveniat ab origine & fonte perenni juris naturalis, ut dictum est suprà 1. *cap.* 2. *à n.* 101. *cum seqq.* atque pluries in hoc tractat. nullo modo sublata illis intelligi potest per Bullam Cœnæ Domini, ut suprà 1. *part. cap.* 2. *per totum.*, abundè remanet probatum, † quia 84
jus naturale non potest tolli, nec in aliquo detrahi, seu derogari, *§. sed naturalia Institut. de jure naturali, gentium, & Civili. leg. eas obligationes* 8. *ff. de capitis diminut. leg. jus agnationis* 34. *ff. de pactis; l. jura sanguin.* 8. *ff. de reg. juris*, exornat Joannes Garcia *de nobilitate glossa.* 7. *numer.* 17. Conan. *lib.* 1. *Commentarior. cap.* 7. *num.* 6. *& cap.* 10. *n.* 7. Pro quibus non omittam elegantissima Ciceronis verba, *lib.* 3. *de Republica*, ibi: *Est vera lex, recta ratio naturæ congruens, diffusa in omnes constans, sempiterna, quæ vocet ad judicium jubendo, vetando. à fraude detinent, huic legi nec prorogari fas est, nec derogari ex hac aliquid licet, neque ita abrogari potest, nec verò, ante per Senatum, aut per Populum solvi hac lege possumus, nec quærendus est explanator, aut interpres alius, nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia posthac, sed & omnes gentes, & omni tempore una lex, & sempiterna, & immutabilis continebit*: consonant *l.* 5. *tit.* 4. *part.* 4. *l.* 34. *part.* 7.

Conducit quod eleganter † docuit Cujacius *in* 85
leg. 1. *§. hujus studii, vers. fin. Nunc tractum, ff. de justit. & jure, in recitationibus solemnibus, pag.* 1349. comprobans explicationem Glossæ ibi dicentis: *Natura, id est Deus*, ut idem sint Deus, & natura. Post Marcum Tullium, Plutarchum, & Lactantium, *lib.* 7. prosequitur, & facit in hæc: *Jus ergo naturale est, quod natura, id est, Deus Parens rerum omnium, & universi gubernator, cuncta animalia docuit, id est,*

cujus genere ea fuit, atque petita: nam subjicit Ulpianus *hoc loco. Videmus omnia animalia istius jurisperitiæ censeri*, & paulo post, ibi: *Ergo istius jurisperitiæ omnia animalia consentur, id est, jurisperitiam habent, nec enim minus ea jus illud natura docet, quàm homines, & qui docet peritum, facit eum, quem docet. Ergo hoc jure naturali Natura, seu Deus imbuit, non tantum homines, sed etiam belluas, tam feras, quam cicures, & aves, & pisces.*

86 Elegantissimè etiam hoc idem † confirmat Conan. *lib. 1. Commentar. cap. 4. folio mihi 19. littera C. D. E.* sic dicens: *At existimo, vim ut repellamus, hoc etiam jure concessum esse, non inventum, cum id bestiarum sensibus infixum esse videamus.* Et paulo post, ibi: *Sed si vis inferatur, nulla est,* 87 *cui non sit ira, non sit animus, injuriæ impatiens* † *& prompta, si noceas, ad defendendum alacritas, est hæc (ut scribit Tullius pro Milone) non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus, &c.* Et paulò post, ibi: *Neque quisquam est rerum omnium, quæ gignuntur* 88 *in terra, quod non aliqua habeat naturæ* † *adjumenta, quibus se vindicet ab externis offensionibus, & injuriis*, ut ait Lucretius, *lib. 5. Quòd si in omni natura hoc perspicitur in esse, in homine sanè multo magis sese ostentat, ut nemo sit benè informatus à natura, qui libenter, aut patienti animo ferat injuriam, atque id est, quod dicit Florentinus licere, ut vim, atque injuriam propulsemus, &c.*

Igitur si à Deo ipso provenit hæc lex naturalis, à nemine tolli, impediri, aut derogari potest, licet, quia ejus est tollere & abrogare, cujus est condere, ut hactenus latius satis probatum remanet, & per consequens nec à dicta Bulla sublata intelligitur vi oppressis hæc justa, & permissa defensio, nec talis Summorum Pontificum intentio ex ea colligitur, sed contraria, ut ex ea patet, & est ostensum abundè 1. *part. cap. 2. à n. 101. cum multis seqq.*

89 Ad quid igitur tantus Rotæ rigor, tam in negando audientiam recurrenti, † illumque habentis pro excommunicato, quem omnes ferè Jurisprudentiæ, & sacræ Theologiæ Professores à Censurarum incursu excusant, & non ligatum probant unanimiter, prout 1. *part. in cap. 2. à num. 10. à num. 24. 33. & 34. & in cap. 3. à num. 25. & seqq.* plenius vidimus, quàm in modum procedendi contra ipsum legitimando citationes omninò reprobatas à jure, sine actis, vel informiter præsentatis, & transumptis, & ut plurimum illum absentem per judicium contradictarum, & inauditum condemnando, facilè supplendo quoslibet juris etiam naturalis defectus in odium (ut ipsa Rota clarè & aperto ore passim fatur) recurrentis. Hoc enim magis est affligere afflictos, & afflictionem afflictioni addere, contra quòd jura omnia clamant, *leg. naris,* 90 *§. cum autem,* † *ff. ad leg. Rhodiam de jactu, leg. D. Marcus in princip. ff. de offic. Præsid. leg. si idem, ff. de jur. omnium Jud. l. pœna, §. fin. ff. ad leg. Pompeiam, de parricid. leg. tam mentis, Cod. de Episcop. & Cleric. cap. ex parte de Clerico ægrotant. cap. si quis à proprio. 11. quæstione 3. cap. 1. §. scriba. de prohibita feud. alienat. per Federic.* Quo indubiè violentia crescit, visque vi augetur, quæ magis incendit charitatem Chatholicam Senatus Regii ad illam propulsandam, & repellendam, & protegendum vi oppressum aperiendo illi viam à jure probatam ex Tridentin. ne jus suum pereat defensione carenti, ut de eo cognoscant noviter ab Ordinario retentis in Senatu executorialibus, perperam per judicium contradictarum contra recurrentem expeditis.

CAPUT. XXI.

Nuntius Apostolicus cum potestate Legati de latere, esto quod de jure Ordinarius dici potest, an cum Ordinariis in prima instantia concurrat, ita ut ejus litteras Senatus Ordinario non remittat.

Et an Nuntius ipse queat exequi litteras Apostolicas in prima instantia directas Ordinario, sive in forma dignum, sive in forma gratiosa, seu dispensationes.

SUMMARIUM.

1 *Nuntios ad partes missos non ordinariam, sed delegatam habere jurisdictionem, qui teneant.*

2 *Legati de jure communi Ordinarii dicuntur, & cum Ordinariis suæ provinciæ concurrunt.*

3 *Nuntii Apostolici Hispaniæ, cum potestate Legati de latere missi, Legati de latere potestate funguntur.*

4 *Claulula (cum plenitudine juris Canonici) importat, ut provisus consequatur omnia jura aliis Canonicis debita.*

5 *Privilegium ad instar alterius jam concessi fortitur parem, & eundem effectum cum illo.*

6 *Privilegio ad instar alterius repetuntur omnia, quæ in relato continentur.*

7 *Concessum ea lege, ut habeat vim alterius rei, hujus naturam, & effectus assumit, ac si eadem fuisset realiter.*

8 *Casus duo, quando sunt à jure æquiparati, dispositum in uno, in alio repetitur.*

9 *Nuntii facultas cum potestate legati de Latere superflua foret, si idem non operaretur, quod jus abhorret.*

10 *Verba abundantia tolerantur quando ad majorem declarationem apponuntur, & tollendæ dubitationis gratia.*

11 *Legatus de Latere, & Legatus cum potestate de Latere pares sunt.*

12 *Nuntiorum facultates cum potestate Legati à Latere partim sunt Ordinariæ, partim extraordinariæ.*

13 *Legatus cum potestate Legati à Latere cognoscit de appellationibus ad Papam remissis.*

14 *Adæquatus potitur eodem jure, quo is cui adæquatur.*

15 *Nuntius Apostolicus cum potestate Legati de Latere, absque alia facultate eandem habet potestatem, & privilegia, quæ Legatus de Latere.*

16 *De Legato à Latere ad Nuntium cum potestate Legati à Latere valet argumentum.*

17 *Appellationem ad Sedem Apostolicam emissam scit Legatus de Latere potest committere, ita & Nun-*

& Nuntius cum potestate Legati à Latere datus.

18 *Nuntius virtute clausulæ (cum potestate Legati de Latere) cognoscit de causis exemptorum, Sedi Apostolicæ immediatè subjectorum.*

19 & 20. *Erasmus à Cochier confusè loquens de Legatis missis non habentibus jurisdictionem in exemptos, declaratur.*

21 *Nunții cum facultate Legati de Latere non sunt verè Legati de Latere, sed similitudinarie respectu exercitii.*

22 *Religio non Mendicantium, cui datur privilegium ad instar Mendicantium, non est Mendicantium, licèt ejus privilegiis utatur.*

23 *Legatus à Latere de jure communi cum Ordinariis concurrebat.*

24 *Nuntii, & Legati à Latere noviori Trid. dispositione in prima instantia jurisdictionem aliquam non habent, nec cum Ordinarii concurrunt.*

25 *Nuntius si se intromittat cognoscere in prima instantia, Senatus remittit causam Ordinario.*

26 *Nuntius Apostolicus an jurisdictionem delegatam, vel Ordinariam habeat, remissivè.*

27 & *seqq. Nuntius Hispaniæ an valeat exequi litteras directas Ordinariis in prima instantia.*

28 *Gratiæ in forma dignum, & dispensationes matrimoniales Ordinariis, non aliis dirigi solent de stylo Romanæ Curiæ.*

29 *Item etiam dispensationes aliæ, absolutiones, & monitoriales, nec non criminalium commissiones Ordinariis solent dirigi.*

30 *Aliæ sunt commissiones, quæ non solùm Ordinariis committuntur, sed & aliis in dignitate constitutis, ut in exemplis.*

31 *Nuntius aliquando admisit executionem dispensationum, aut in forma dignum commissam Ordinariis, aliquando reluctavit.*

32 *Nicolai Garciæ observatio commemoratur tenentis, Nuntium non posse exequi dispensationes, & gratiam* dignum, *cùm non sit in commissione nominatus.*

33 *Nuntium esse executorem universalem litterarum Apostolicarum nullo jure probatur, nec in suis titulis talis facultas legitur.*

34 *Et quando foret talis executor, intelligitur litterarum in forma gratiosa, non in commissaria, maximè in forma* dignum *expeditarum.*

35 *In omnibus tamen post factam executionem per Delegatum nominatum potest.*

36 & *seqq. Resolutio Nicolai Garciæ, & Francis. Leonis, quod nunquam practicatur Nuntium posse se intromittere in causa aliis delegata.*

37 *Litteræ directæ alicui Delegato specialiter si coram alio præsententur, sententia & processus sunt nulli ex defectu jurisdictionis.*

38 *Delegatio facta in unam personam sine subdelegatione in aliam transferri nequit.*

39 *Commissiones, quæ de stylo Curiæ debent, & committantur Ordinariis, si in eis se intromittat Nuntius in prima instantia, Senatus Ordinario remittit.*

40 *Jura loquentia de jurisdictione Legati à Latere procedant in Nuntium cum potestate Legati de Latere ipso.*

Licet ab aliquibus sectetur, Nuntios Apostolicos* ad partes missos non ordinariam, sed 1
tantummodo delegatam jurisdictionem habere, nec cum Ordinariis concurrere, ut probant Petrus Barbosa *in l. cum Prætor*, 21. §. 1. *num* 63. *de Judiciis*, quod fundat variis doctrinis à se adductis à principio ejusdem §. Joannes Franciscus Leo *in Thesauro for. Ecclesiastici. 1. part. cap. 2. n.* 19. & 20. & 2. *part. cap.* 1. *num.* 8. & *cap.* 7. *n.* 61. & 63. & videndus Azeved. *consil.* 25. *nu.* 37. & *seqq.* Augustinus Barbosa *in remission. ad cap. causæ omnes* 20. *session.* 24. *de reformation. addition.* 4. Villadiego *de Legat. quæst.* 4. *n.* 16. *quæst.* 18. *n.* 6. & 14.

Eorum tamen opinio procedere potest in Nuntiis simpliciter † missis à Sede Apostolica; non tamen in Legatis de Latere, & Nuntiis missis cum potestate Legati à Latere, ideò quidem sicut de jure communi Legati à Latere dicuntur in suis Provinciis, & Regnis, ad quæ sunt missi, Ordinarii, & cum Ordinariis concurrant, ut probat textus *in cap.* 2. *de officio Legati*, *lib.* 6. Ibi: *Ordinarios reputantes*: Navarrus *in cap. cum contingat, de rescriptis, remedio* 5. *nu.* 2. & *in tractatu de Indulgent. notab.* 28. *num.* 19. Gutierrez *Canonicar. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 4. *cum seqq.* Sanchez *de matrimonio*, *lib.* 1. *disput.* 28. *n.* 28. & *lib.* 8. *disput.* 28. *n.* 4. Gonçalez *ad Reg.* 8. *Concellar. glossa* 21. *n.* 34. & *glossa* 24. *n.* 36. Molina *de justitia & jure*, *to.* 6. *disputation.* 9. *nu.* 13. Azor. *institut moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 27. *quæst.* 5. Aug. Barbosa *in collectan. ad dictum cap.* 2. *n.* 3. & Gratian. *discept. forens. cap.* 226. *n.* 2. & 3.

Pariformiter Nuntii Apostolici, qui ad hæc Regna mittuntur † cum potestate Legati de Latere potestate Legati uti possunt, & verè habent: *Quid enim interest, an Proconsul., an pro Consulari dignitate qui legetur*, juxta *l.* 1. *de tutor. & curat. datis ab his*; & faciunt *cap. proposuit, de concessione præbendæ*, Geminian. & alii *in cap. fin. eodem tit. lib.* 6. Moneta *de distribution. quotidian. part.* 2. *quæst.* 1. *n.* 13. Staphileus *de expectativis, sub n.* 38. *versic. Et quod dictum est, de distribution.* Loter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 18. *n.* 48. & 49. Barbosa *de clausul.* 36. *in fin.* dicentes quòd † clausula (*Cum plenitudine juris Canonici*) importat ut provisus habeat, & consequatur omnia jura aliis Canonicis ordinaria. 4

Facit etiam, quoniam facultas, aut privilegium concessum alicui † ad instar alterius facultatis, aut privilegii alteri jam concessi, importat, ut fortiatur eundem, & parem effectum cum alio, ad quod adæquatur, probant Felinus *in cap. nonnulli*, *n.* 7. *de rescriptis*, Abb. *in cap. inter dilectos*, *num.* 9. *de fide instrumentor.* Apostilla ad eundem *in cap. cum olim*, *n.* 5. *vers. Ad instar*, *de consuetudine*, Paritius *cons.* 22. *num.* 5. *vol.* 4. Romanus *cons.* 383. n. 23. Barbosa *de clausulis*, 5. *nu.* 2. & *seqq.* Erasmus à Cochier *de jurisdictione ordinar. in exemptos*, *part.* 1. *quæst.* 17. *n.* 17. 5

Per hanc enim relationem omnia, quæ in priori facultate, † & dispositione continentur, censentur repetita, adnotata *in l. omnia in fin. C. de Episcop. & Cleric.* Tuschus *tit.* 6. *littera P. conclus.* 763. Mandosius *de privilegiis ad instar. q.* 4. Suarez *de legib. lib.* 8. *cap.* 15. *n.* 2. Barbosa *clausul.* 5. *n.* 4. 5. qui *n.* 6. dicit, quod referens est in relato cum omnibus suis qualitatibus, ut post Decium, Socinum, Paris. & alios inquit Menochius *cons.* 847. *n.* 3. infinitos penè refert Barbosa *axiomat.* 221. *per totum.* 6

Et quia quando aliquid conceſſum eſt ea lege,
7 & clauſula, † ut habeat vim, & robur alterius rei, ſeu diſpoſitionis, debet ejus naturam, & effectum aſſumere, & perinde haberi; ac ſi verè & realiter illa fuiſſet, ut tradunt triginta & quatuor Doctores quos refert & ſequitur Menochius *conſil.* 1032. *n.* 7. quibus adde Jaſſ. *in prælud. feudo. nu.* 90. Ruinus *conſ. num.* 16. *vol.* 1. Pariſ. *conſil.* 17. *n.* 1. *vol.* 1. Socinus Senior, *inter Conſ. Bran. conſil.* 10. *n.* 16. Affl>ctis *deciſion.* 282. *numer.* 10. Cephal. *conſ.* 152. *numer.* 17. & 59. & *conſil.* 173. *num.* 8. Minſinger. *cent.* 4. *obſervation.* 84. *num.* 3. Andr. Gail. *lib.* 1. *obſervation.* 50. *num.* 1. Beret. *conſil.* 51. *numer.* 4. & *conſil.* 131. *n.* 3. Surdus *conſil.* 15. *num.* 22. Scaccius *conſil.* 50. *num.* 26. Peregrinus *conſ.* 18. *num.* 8. *vol.* 1. Theſaur. *deciſ.* 146. *n...* plures citat Joannes Ant. Bellon. *conſil.* 45. *à num.* 48.

8 Cui convenit, quod quando † duo caſus ſunt æquiparati, & adæquati in jure, diſpoſitum in uno, cenſetur diſpoſitum in alio, Gloſſa verbo, *Advocandum*, *in l. mancipia*, *Cod de ſervis fugitivis*, *gloſſa fin. in l. ſi quis ſervo*, C. *de furtis*, *gloſſa in cap. ſi poſtquam*, *de election. lib.* 6. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 15. *gloſſa* 1. *nu.* 10. Ant. Gomez *variarum lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 1. *verſ. Advertendum tamen.* Molin *de primogeniis*, *lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 16. Surd. *de alimentis*, *tit.* 2. *quæſt.* 10. *n...* Caldas Pereira *de poteſtate eligendi*, *cap.* 7. *nu...* Flores de Mena *variar. quæſt.* 3. *num.* 27. *& num.* 29. Barboſa *axiom.* 39. *nu.* 9. Igitur cùm Nuntius ſit datus ad inſtar facultatis, & poteſtatis Legati, iſtius omnis poteſtas in illo repetenda, cùm omnis conceſſa intelligatur.

9 Aliàs enim ſuperflua foret, † & abundans illa clauſula, *Cum facultate, & poteſtate Legati*, quod lex abhorret, *l. ſi quando*, *cum vulgaribus*, *ff. de jure jurand.* Et tunc ſolùm verba abundantia to-
10 lerantur, † quando ſunt appoſita ad majorem declarationem, & expreſſionem, & tollendi dubitationis gratia, optimus text. *in l.* 1. §. *ſed ſciendum*, *verſic. Ego puto*, *ff. de ædilitio edicto*, Mantica *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 6. *tit.* 2. *n.* 25. Gonçalez *in Reg.* 8. *Cancell. gloſſa* 6. *à n.* 27. *cùm pluribus ſeq.* latè & optimè per Caſtillum *controverſ. to.* 4. *cap.* 17. *à n.* 44. *uſque ad finem cap.* qui plures allegant.

Quod in his terminis de hac clauſula (*cum poteſtate legati à Latere*) conſideravit Born. *in tract. de poteſtate Legati à Latere*, *nu.* 68. & 69. *vol.* 14. *tract. DD. fol.* 274. quam etiam plures alii Doctores opinionem obſervant, & in ea reſidet ſententia Navarrus *in cap. cum contingat*, *remedio* 5. *n.* 2. *de reſcriptis*, *tom.* 2. dum ſic lo-
11 quitur Patia ſunt, † quem eſſe Legatum Cardinalem, & Legatum à Latere, ac Legatum cum poteſtate Legari à Latere, ut pulchrè determinavit Decius *conſil.* 149. *col. fin.* & facit *l. in teſtamento*, *ff. de conditionibus & demonſtrat.* Addens
12 ejuſmodi † facultatem partim eſſe ordinariam, partim extraordinariam; exorbitantes enim quædam clauſulæ faciunt ejuſmodi Legatum, majorem Ordinario Legato, Abb. *in cap. cæterum*. *col.* 5. *de Judiciis*, Gloſſa & Cardinal. *in Clement.* 2. *de officio Ordinarii.* Unde (inquit ipſe) hujuſmodi Le-
13 gatus † poteſt cognoſcere de cauſis appellationum ad Papam interpoſitarum. Hactenus Navarrus, quam ſententiam amplectitur, atque Doctorum auctoritatibus comprobat Vuameſſius *conſil.* 42. *n.* 3. *de officio Delegati*, *part.* 1. Pariſ. *conſil.* 17. *num.* 3. *& ſeqq. vol.* 4. Jacobus Philipus Portius *conſil.* 28. *n.* 6. Franciſ. Marcus *deciſ.* 135. Adæquatus enim cenſetur eodem jure, † quo is cui adæquatur, 14
Pariſius ubi proximè latè tractat.

Et quod Nuntius Apoſtolicas cum poteſtate Legati miſſus, Legati jure utatur; firmat Gonçalez *in Reg.* 8. *de menſibus & alternat. gloſſa.* 9. *in annotat à n.* 268. & quod Nuntius miſſus cum poteſ- 15
tate, ſeu authoritate Legati de latere, abſque alia ſpeciali facultate, & inſtructione ſecreta, habeat eadem privilegia, & poteſtatem Legati à latere probant poſt Decium *in conſil.* 128. Villadiego, *de Legat. quæſtione* 9. *n.* 9. Gigas *de penſionib. quæſt.* 6. *n.* 19. Cuchus *lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 86. Mandoſius *reg.* 13. *Cancel. quæſt.* 6. *num.* 4. & *de monitoriis*, *quæſt.* 60. *n.* 41. Quintanaduennas *Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 3. & Zechius *de Republica Eccleſiaſtica. cap. de ſtatu Legati*, *ſub n.* 4. *verſ. Quinto poſt*, & *de benef. & penſionibus*, *cap.* 2 & *cap.* 5. *n.* Hieron. Gonçalez *gloſſa* 22. *nu.* 23. optimè Garcia *de benefic.* 5. *part. cap.* 3. *n.* 82. & benè conducunt quæ Monet*a de commut. ultim. volunt. cap.* 10. *n.* 321. *& ſeqq.* † ubi arguit de facultate Legati à latere 16
ad Nuntium cum poteſtate Legati de latere, poſt multos Doctores, quos ibidem ad eandem argumentationem adducit. Validum eſt enim argumentum: Legatus à latere poteſt hoc facere; ergo idem poteſt Nuntius cum poteſtate Legati de latere, ex præfatis DD. & fundamentis. Et de hac poteſtatis æquiparatione Legati de latere, & Legati cum poteſtate, ſeu facultate Legati de latere, vide etiam Vantium *de nullitat. ſentent. ex defectu. Juriſdictionis Delegati*, *n.* 23.

Et ideò ſicut appellationem ad Sedem Apoſtolicam interpoſitam poteſt Legatus de latere committere; † ita pariter, & Nuntius habens poteſ- 17.
tatem Legati de latere, Garcia *de beneficiis*, *part. cap.* 2. *ſub n.* 85. 87. & 80. Gonçalez *gloſſa* 12. *n.* 30. *à n.* 28. Scaccia *de appellationibus*, *quæſt.* 17. *limitat.* 47. *memb.* 3. & *ſuprà*, & *quæſt.* 8. *nu.* 16. optime & latè Valaſcus *conſult.* 62. *per totam*, Barboſa *in collectan. ad cap. conſtitutus* 45. *numer. fin. de appellationibus*, vide Gratianum *deciſ.* 199. *n.* 2. *in addition.* Nos *de Regia protect.* 2. *part. cap.* 13. *n.* 234. prout communiter practicari videmus in hoc Tribunali Illuſtriſſimi Nuntii Hiſpaniæ, & etiamſi nominatim appelletur ad Sanctiſſimum proprio nomine expreſſo, quoniam conſideratur non perſona, ſed Tribunal & Sedes Apoſtolica, prout latius Deo dante tractabimus *in* 3. *tomo de Regia protect.* Adde quæ contra Joannem Cochier diximus ſuprà, *cap.* 14. *in fine hac* 2. *part.*

Nunc etiam quotidie videmus, Nuntium Hiſpaniæ cognoſcere de cauſis † Religioſorum, Re- 18
ligionum, & aliorum quorumlibet indiſtinctè omnium exemptorum, aliàs immediatè ſubjectorum Sedi Apoſtolicæ, ex vi, & participatione clauſulæ prædictæ (*cum poteſtate Legati*) cùm iſtius poteſtas ad id extendatur, text. *in cap. veniens*, ubi Franchus *de verborum ſignification*, *in* 6. *cap. ſi Abbatem*, *de declinat.*, *lib.* 6. Abbas *in cap. cum venerabilis*, *num.* 5. *in fine*, *de conſuetudine.* Felinus *in cap. grave*, *numer.* 3. *de officiis Ordinarii.* Villadiego *de Legato*, *part.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 20. latè Pariſius *conſil.* 28. *num.* 13. & *ſeqq. lib.* 4. Abb. *in cap.* 1. *n.* 8. *de officio Legati* Romanus *conſil.* 398. & alii plures relati ab Erafmo Cochier *de juriſdict. ordinar. in exemptos*, *part.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 7. *to.* 1. ita & pariter Nuntius ejuſdem Legati à latere poteſtatem habens de quibus exemptis cognoſcit.

Et

Et licet ipse Cochier. *in dict. quæst.* 2. *nu.* 5. vi-
19 deatur (licèt obscurè & confusè) * sentire contra-
rium, ut in exemptos Legatus missus jurisdictio-
nem non habeat, si inteligit (quod non aperit)
de his Legatis missis cum facultate & potestate Le-
gati de latere, perperam, & nimis inadvertenter
loquutus fuit, & cautè legendus: omnes quippè
doctrinæ, & fundamenta à se adducta manifestè
illum convincunt, cùm loquantur in Legatis sim-
pliciter missis absque hac clausula (cum potestate
Legati de latere.)

Et quatenus ipse Doctor ibidem *num.* 5. adje-
20 cit Gomezium, * Glossam, Abbatem, Franchum.
& Boërium ad hoc, quod solum Cardinales Le-
gati sint à latere, & concessio facta Cardinalibus
Legatis à latere non extenditur ad alios Legatos
de latere creatos non Cardinales, ex Rocho de
Curte *de consuetudine*, *n.* 322. verum est, quan-
do simpliciter creati sunt, non verò quando ex-
pressè creantur cum potestate, & facultate Legati
de latere, ut hactenus probatum est, & quod
21 non nisi Cardinales, Legati de latere sunt, * ve-
rum est, quia etiam Nuntius Apostolicus licèt
cum potestate Legati de latere missus non est ve-
rè, & realiter Legatus de latere, sed tantum res-
pectu exercitii potestatis adæquatione, & simili-
dinariè, cum certum sit, quod similis non sit
idem, ut post plurimos Barbosa *axiom.* 208. quem
vide in proposito *n.* 2. prout quando Religioni non
22 Mendicantium * datur à Sede Apostolica privile-
gium ad instar Mendicantium, non propterea erit
Religio Mendicantium, licèt pariformiter eorum
privilegiis fruatur.

Quæ omnia observa, quoniam ad multa valde
utilissima pro facultate Nuntii Illustrissimi nostræ
Hispaniæ quotidie deserviunt.

Quibus igitur suppositis videtur dicendum, quod
23 cum Legatus à latere * dicatur de jure Ordinarius,
cum Ordinario concurrat, ut ex *cap.* 2. *de officio*
Delegati, *lib.* 6. diximus suprà in princip. *num.* 2.
pariformiter eadem, & æqualis potestas repetenda
erit in Nuntio Apostolico cum virtute clausulæ
ejusdem potestate fungatur.

Quæ doctrina licèt jure communi vera sit; ta-
24 men hodie novior * dispositione Concilii Trid.
in dict. cap. 20. *sess.* 14. *de reformatione*, expres-
sè prohibitum extat tam Nuntiis, quàm Legatis
etiam de latere cum Ordinariis concurrere, quibus
dumtaxat cognitio, & jurisdictio in prima instan-
tia attributa est, seu præservata, cæterisque pro-
hibita, nisi in secunda instantia, & aliis mediis,
quibus ab Ordinariis recedere in prima instantia
licet de jure, juxta quæ nos 2. *p. cap.* 3. *per totum*,
& *in cap.* 5. *cum suis* §. §. & alibi sæpè: verba igitur
dict. *Concilii in* §. *Legati quoque sunt*, hæc & ex-
pressa: *Legati quoque etiam de latere, Nuntii, Gu-
bernatores Ecclesiastici, aut alii quarumcumque fa-
cultatum non solum Episcopos in prædictis causis im-
pedire, aut aliquo modo eorum jurisdictionem iis præ-
cipere, aut turbare non præsumant, &c. Aliàs eorum
processus, ordinationes & nullius momenti sint, atque
ad damni satisfactionem partibus illati teneantur*,
&c. Et juncto principio ejusdem cap. Quare non
est dubium, quod si se Nuntii intromittant in pri-
ma instantia ad cognoscendum de quibuslibet cau-
25 sis, * quomodolibet pertinentibus ad forum Ec-
clesiasticum, Senatus aditus pro protectione Con-
cilii Trid. ex capite Regaliæ Regis Ordinario illas
statim remittet; cum in prima instantia jurisdic-
tione careant, ut latiùs deduximus hac 2. *part.*
cap. 3. prout infiniti penè probant Doctores citati
hac *part. cap.* 6. *per totum*, ubi abundè quod ex
defectu jurisdictionis omnia acta, & sententiæ
nullæ sint, idem probat Leo ad principum hu-
jus capitis citatus, apud quem, * & alios ibi ad- 26
ductos; an Nuntius hodie jurisdictionem delega-
tam, vel Ordinariam habeat, quod nostri non est
examinare.

Quantum verò attinet ad secundam partem hu-
jus capitis, * an Nuntius Hispaniæ possit exequi 27
commissiones à Sede Apostolica in prima instantia
factas Ordinario, vèl aliis *in forma dignum*; aut
forma gratiosa, & dispensationes; animadverten-
dum erit, quod quædam commissiones sunt, quæ
de stylo Romanæ Curiæ solùm fiunt, & dirigi as-
solent Ordinariis, * non aliis, ut gratiæ in forma 28
dignum juxta constitutionem *Pii V.* 1602. & dis-
pensationes matrimoniales, juxta Concil. Trid. *sess.*
22. *de reformat. cap.* 5. & aliæ dispensationes, &
absolutiones, & monitoriales, * causarum crimi- 29
nalium commissiones juxt. Concil. *sess.* 13. *de refor-*
mat. cap 2. Garcia *de beneficiis*, 6. *part. cap.* 2. *sub*
n. 58. aliæ sunt commissiones, * quæ non solum 30
fiunt, & dirigi solent Ordinariis; sed etiam aliis per-
sonis in dignitate constitutis, ut executiones gra-
tiarum beneficiorum in forma gratiosa, aut in for-
ma commissoria, non tamen in forma dignum, &
executiones pensionum, & delegationes causa-
rum, & litium, prout Garcia ubi proximè.

Igitur ipse Garcia ibidem sub dict. *n.* 58. *vers.*
Sed restat hic nova difficultas, latè examinat, an
Nuntius possit exequi præfatas commissiones direc-
tas officiali Episcopi in forma dignum, & dispen-
sationes, * & hinc inde multa confert exemplaria, 31
& casus contrarios in facti contingentia, in quibus
aliquando Nuntius, cui præsentata fuit præfata
commissio, acceptavit, & expedivit; in aliis verò
ejusdem generis reluctavit, sibi non competere
dicens, in qua controversia contra ipsos etiam
adfuisse Doctorum sententias, seu opiniones aliis
affirmantibus Nuntium esse universalem executo-
rem omnium commissionum Apostolicarum, aliis
verò negantibus.

Ipse tamen ibidem sic ait: Sed ego in contraria
fui, & sum sententia, * nempè Nuntium non po- 32
tuisse, nec posse, nec per se, nec per alium exequi,
& expedire dictas litteras, nec se in eo intromitte-
re, quia commissio, & litteræ de eo non cantant,
& ex *cap.* 2. *de officio Legati*, ubi quod de causa
specialiter delegata à Papa Legatus se intromittere
non potest, & ibi Glossa, & Abbas, alii Doc-
tores, Sahagun *de officio Legati*, *n.* 1. & 2. & *in* 3.
fallentia, *à n.* 15. sequitur & facit.

Nec obstat ratio contrarium opinantium, quòd
Nuntius est executor generalis, † seu universalis 33
litterarum Apostolicarum; nam id nullo jure pro-
batur, nec in suis facultatibus talis titulus, seu
potestas datur, nec unquam Nuntius tali titulo,
& nominationi resignat in suis litteris, & rescrip-
tis, & quando esset talis generalis executor lit-
terarum Apostolicarum, † intelligendum esset in 34
litteris expeditis in forma gratiosa, non autem
expeditis in forma commissoria, maximè in for-
ma dignum; nam in ista commissione non potest
Nuntius se intromittere ullo modo, nec talium
litterarum fieri executor ex dictis, nisi ad sum-
mum post factam earum executionem † & colla- 35
tionem beneficii à commissario factam, argumento
dict. cap. 2. *de officio Legati*, *ad fin.* &c. ubi alia
fundamenta ad idem validissima applicat per te
latiùs videnda.

Qui quidem ibid. sub eodem *num.* 58. *vers. Et*
tan-

36 *tandem*, magis, * ad noſtrum propoſitum loquitur traducendo verba Leonis in hæc: Tandem ſi ex dicto titulo, & ratione Nuntius poſſet exequi, & expedire dictas litteras, & commiſſiones non ſolum Sede Epiſcopali vacante, ſed etiam ſtante Epiſcopo, ejus officiali, cui dirigantur id poſſet facere, & tamen nunquam vidimus, nec audivimus Nuntium id feciſſe, nec in eo ſe intromiſiſſe, nec ei fuiſſe præſentatas tales litteras, niſi dictis judicibus, Sede vacante, & meam ſententiam plenè tenet Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſtici*, *c.* 22. *n.* 60. 61. *&* 62. ubi ait, quod regulariter executio litterarum reſervationis penſionum committitur locorum Ordinariis, vel aliis in dignitate
37 Eccleſiaſtica conſtitutis, * etſi penſionarius litteras reſervationis penſionis præſentaret alteri quàm in eiſdem proexecutoribus nominatis cujuſcumque qualitatis, & conditionis, etiamſi Legati, vel Nuntii Apoſtolici forent, defectu juriſdictionis eorum ſententiæ vitio nullitatis ſubjacerent, quia in prima inſtantia nullam habent juriſdictionem, obſtante Sancti Concilii diſpoſitione, ut *cap.* 20. §. *Legati quoque*, *ſeſſ.* 24. nec vigore delegationis,
38 quæ facta in unam perſonam, * in aliam ſine ſubdelegatione transferri non poteſt; hæc Leo: Ex cujus doctrina expreſsè habetur, Nuntios, ſeu Legatos non eſſe litterarum Apoſtolicarum executores, nec eas poſſe exequi, niſi in eis ſint proexecutores nominati. Hactenus Garcia, qui latiùs examinat, & exemplaria adducit.

39 Ex quo, & Leone per eum citato colligitur, * harum commiſſionum præſertim in forma dignum, & diſpenſationes, quæ de ſtylo aliis, quàm Ordinariis committi non ſolent, & aliæ ſuperiùs nominatim dictæ cognitione ſi ſe intromittat Nuntius, cum in prima inſtantia juriſdictione careat ex Trid. Decreto, erunt omninò Ordinario, cui fuere directæ, remittendæ per Senatum.

Notabis etiam, Garciam prædicto loco ſæpè lo-
40 quentem de Nuntio Hiſpaniæ * applicaſſe doctrinas, & jura loquentia de Legato, ſupponendo quod, cum Nuntius Hiſpaniæ mittatur à Sede Apoſtolica cum poteſtate Legati de latere; æqualis ſit ei in poteſtate, & exercitio juriſdictionis, quod benè convenit his, quæ ſuperiùs adnotavimus, ut utriuſque æqualis ſit poteſtas, & eiſdem juris Regulis, quoad poteſtatis exercitium ſubmitti in iis, in quibus per ſpecialem inſtructionem Nuntii poteſtas, & facultas non fuerit reſtricta, ſpecialiter dempta, & limitata.

CAPUT XXII.

Per manûs appoſitionem Papæ ſuper collatione, permutatione, aut unione beneficiorum, actuſve confirmatione: an etiam in prima inſtantia ſuper eorum ſurreptione, ita avocata cenſeatur juriſdictio ab Ordinario, ut eidem per Senatum ſit deneganda remiſſio?

SUMMARIUM.

1 *Aſſecti beneficii gratiæ facta, licet non ſortiatur effectum, non deſinit eſſe aſſectum.*

2 *Per appoſitionem manus Papæ in aliquo negotio avocata intelligitur poteſtas ab inferiore.*

3 *Papa ſi ſemel appoſuit manum, confirmando jura alicujus, amplius de eo jure cognoſcere nequit inferior.*

Officium amovibile conceſſum ab inferiore, & confirmatum à Papa remanet non amovibile, ibid. Ubi de variis & ſingularibus exemplis & ſimilibus.

Nominatus ad officium ab inferiore, & confirmatus à Principe, ab hoc nominatus dicitur, & officium recipere, ib.

4 *Avocatio tacita per ſolam appoſitionem manus in aliquo negotio idem operatur quod expreſſa ut manus Ordinarii ligatæ remaneant.*

Officium Notariatûs conceſſum ab Epiſcopo, duraturum duntaxat ejus vita, confirmatam à Papa durat poſt eam, ib.

Idem de officio à Prorege conceſſo, & confirmato per Regem.

Idem de officio Vicariatûs amovibili per Epiſcopum, & confirmato per Papam.

Idem de officio Vicarii Regularis confirmato per Provincialem, ut duret poſt mortem Guardiani nominantis.

Idem de beneficio amovibili cujus proviſio fuit à Papa confirmata, ut iterum removeri non poſſit ab inferiore.

Statuta, & alii actus confirmati per Papam dicuntur Papales, ib.

5 *Avocatio tacita per appoſitionem manus Papæ tantæ efficaciæ eſt, ut alia inhibitione non egeat.*

6 *Appoſitio manus Papæ ſuper aliquo negotio, annullat ipſo jure quidquid poſtmodum geſtum fuerit per Ordinarium.*

7 & 8. *Appoſitio manus Papæ ſuper collatione, permutatione, unione, aduſve confirmatione non impedit quominus Ordinarius queat cognoſcere in prima inſtantia de ſurreptione, & dolo, aut falſitate litterarum.*

9 *Ordinarium habere juriſdictionem ſuper reciſione permutationis factæ in manibus Papæ determinavit Rota.*

10 *Ordinarius poteſt revocare unionem factam à Papa juſta exiſtente cauſa, quia Papa uniendo non vult tollere juriſdictionem Ordinario.*

11 *Limita in unione facta per Papam de plenitudine poteſtatis.*

12 *Beneficio reſervato poſtquam eſt collatum à Papa, poteſt Ordinarius poſſeſſorem privare, licet à principio conferre non potuerit.*

13 *De ſurreptione confirmationis factæ per Papam poteſt Ordinarius cognoſcere.*

14 *Appoſitio manus Papæ ad unum reſpectum non operatur ultra, quia ratione reſpectus conſideratur effectus.*

15 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

16 *Agendi modus inſpicitur, ut inde finis colligatur.*

17 *Actus ſemper judicatur à principali intentione agentis.*

18 *Actus quamtumvis favorabilis contra voluntatem agentis minimè ſuſtinetur.*

19 *Nec ultra intentionem agentis operatur.*

20 *Maximè in iis, quæ pendunt à poteſtate agentis.*

21 *Intentio agentis regulat omnes actus ad finem intentionis.*

23 *Super ſurreptione, falſitate, & dolo litterarum commiſſio impetrata in prima inſtantia deti-*

detinetur per Senatum, remissa causa Ordinario.

23 *Nisi aliter de voluntate Papæ avocare volentis causam ab Ordinario appareat, & hoc per subscriptionem propriæ manus Sanctissimi, non aliter.*

1 *Omnia Pontificis manus appositionem tantæ efficaciæ, tantæque virtutis * existere, ut etsi litteræ Apostolicæ super provisionibus beneficiorum ex aliqua causa suum debitum non sortiantur effectum, facultatem tamen providendi de beneficiis taliter reservatis quibuscunque aliis fuisse ademptam, & remanere semper efficta, nullamque de illis præter Romanum Pontificem ea vice disponere potuisse, nec posse hanc ferre decernimus, & declaramus.* Verba sunt text. *in extravaganti ad Roman. §. Romani Pontificis, inter communes;* & ad idem ex text. *in* 2 *cap. ut nostrum, 55. de appellationib.* * ubi per appositionem manus Papæ in aliquo negotio, & causa sublata intelligitur, & avocata potestas, & jurisdictio ab inferiori judice.

Facit ad idem *cap. 1. de confirmatione utili vel* 3 *inutili*, * ubi si Papa semel manum apposuit, confirmando jura alicujus, amplius de eodem jure inferior cognoscere non potest, idque etiam probat *cap. 2. eodem tit.* quo fit, ut officium Notariatûs concessum ab Episcopo (quod regulariter durat duntaxat Episcopi vita durante, nisi adsit contraria consuetudo) si confirmetur à Sede Apostolica ex certa scientia, durat etiam cedente promoto, vel decedente Episcopo; eleganter tradit post alios Gonçal. *in Reg. 8. glos. 5. §. 11. à n. 17. 18.* & 19. quo argumento, officium temporale provisum à Prorege (quod aliàs tantum durat durante officio Proregis, ita ut successor illud alteri liberè conferre possit) si fuerit confirmatum à Rege, durat per viam possessoris, latè de omnibus per Franchis *decis. 165. per totam*, & singulariter Cabedo *decis. 21. per totam*, atque etiam Vicarius Episcopi ad nutum Episcopi amobilis, si confirmetur à Papa, nequit Vicarius removeri, Gutier. *lib. 3. q. 11. num. 9.* sequitur Zevallos *commun. contra commun. quæst. 425. numero 27.* & de officio Vicarii Regularis confirmato à Provinciali, ut nec expiret morte Guardiani nominantis; probat Rodriguez *quæst. Reg. tom. 3. quæst. 76. art. 3. in fin.* Laurentius Portel. *in dubiis regularib. verb. Guardianus, numero 3.* & de officio Notariatûs ad vitam Episcopi. Gratianus *disceptation. 167. à num. 10.* & supra, & conducit quod Gonçal. *in Reg. 8. de mensib. gloss. 5. §. 6. numero 25.* quod si Papa confirmaret provisionem factam alicui de beneficio manuali, aut ipse Papa illud provideret, ut tunc durante vita provisi, non posset per aliquem inferiorem removeri, tenet etiam Gambarus *in cap. licèt, sub numero 84. versicul. Adverte, de rer. permut. l. 6.* alios allegat Gonçal. ibidem. Item tenet Nillis *in repertorio, verb. beneficium, sub n. 9. vers. Beneficia manualia licet, fol. 41.*

Quia per hunc Principis, & Papæ confirmationem, & manus appositionem concessio ipsa desinit esse inferioris concedentis, & agentis, & efficitur dicitur que Papalis, & idem operatur ac si à principio emanaret à Papa. Bossius *in tit. de Principe, num. 83.* Petrus Surdus *consil. 535. nu. 51. & 16. tom. 4.* Abbas *consil. 77. colum. penult. vers. Præsertim valet statutum, lib. 2.* Alexand. *cons. 123. scripsit Ecclesiasticus, numero 17. lib. 4.* additio ad Roman. *cons. 37. in vers. Censeatur*, ubi plures allegat. Alberic. *in 1. part. quæst. 16.* Roman. *cons. 387. n. 4.* Ruinus *cons. 130. n. 8. vol. 2.* Roland. *cons. 86. num. 28. vol. 1.* Thesaurus Junior *quæst. forens. lib. 2. quæst. 5. nu. 13.* Joan. Anton. Beilonus *cons. 74. nu. 135.* Rota Romana *decis. 452. à num. 1. p. 1. divers.* Seraphinus *decis. 794. numero 26. & decis. 1170. numero 3.* ubi aliæ tres decisiones commemorantur, & post Bald. & Felin. idem probat Marta *de jurisdict. 4. part. casu 29. à numero 15. & seq.* latissimè post plurimos ipse Marta *eadem 4. part. Centur. 1. casu 99. per totum*, & est text. expressus. *in cap. si eum, & in c. si Apostolica, de præbendis, lib. 6.* ubi actus confirmatus à Papa ex certa scientia dicitur actus Sedis Apostol. Gratianus *cap. 10. à numero 4. & seq.*

Et quod officialis nominatus à Prorege sit confirmandus à Principe, à quo indubiè electus, & nominatus dicitur: probant per *l. item eorum, §. si Decuriones, ff. quod cujusque universit. nomin. gl. in l. procuratores.* Joan. de Platea *in l. 2. num. 3. ad fin. C. de Decurion.* Alberic. *in l. 1.* ubi Bald. *nu. 3. C. de serv. Reipub. manumiss. & in l. omnes, n. 8. C. de Episcop. & Cleric.* Bart. *in l. actuarius, num. 1. C. de mun. & in l. nulli.* ubi Castrens. *nu. 8. ff. quod quisque jur.* Angel. *in Authent. de defens. civi. §. De cætero, col. 3.* B. *num. 1.* Castr. & Padill. *in l. unum ex famil. §. 1. de legat. 1.* Abb. *in cap. 1. de judiciis*, ubi Scholi. dicit communem. Rebuffus *in l. duos tabularios, nu. 4. C. de susceptoribus*, communem dicit Montanar. *de administrat. universit. pragmat. 2. nu. 264. & 266.* Avendan. *de exequend. mandat. reg. 1. p. cap. 19. sub nu. 21.* Lotæus *de jure universit. cap. 3. num. 102. part. 1.* proinde non ab eligente, & nominante, sed à Principe confirmante officium electus recipit. Giurba *consil. 65. à numero 15. & sequentibus*, Molina *de primogeniis lib. 1. cap. 25. numero 10.* optimè Valençuela *consil. 155. numero 10. cum multis seq. tom. 2.* ubi de gratia officii à Principe concessa alicui, ut post ejus mortem alium ad idem nominet; conducunt plures citati per Paz *de tenuta cap. 34. à numero 75.* Torre Blanca *de magia lib. 3. cap. 5. numero 9. & seq.* Ant. Gomez *in l. 46. n. 49. & 50.* Marta *consil. 96. n. 44.*

Nec enim refert, an avocatio hujusmodi facta per Principem sit expressè facta necne, nam quamvis tacita fuerit avocatio; * non secus Ordinarii 4 manus virtute illius avocationis ligantur, ac si expressè facta fuisset, itaque nunc demum dicitur avocationem tacitè fieri, si Papa manus apponat in aliquo negotio, vel causa, Wamesius *in cap. ut nostrum, num. 6.* Abbas *numero 1.* Franchus *num. 3. cum seq.* Decius *numero 1.* Gonçalez *in Reg. 8. de mensib. gloss. 52.* per totam, præcipuè *n. 7.* &c. & tantæ efficaciæ est Papæ manus appositio, tacitaque avocatio, ut alia non sit necessaria 5 inhibitio, aut Decretum, Gonçalez ubi proximè Gaspar de Perusio *de reservat. quæstione 10. per totam*, Hieronymus Gabriel. *consil. 166. num. 6. lib. 1.*

Itaque avocatio, seu manus appositio Papæ in cognoscendo de aliquo negotio, * seu causa, ita 6 est efficax, & illam statim avocat ab Ordinariis, aliisve inferioribus judicibus, ut ab istis postmodum omnia gesta sint nulla ipso jure, nullaque firmitate roborentur; ut probat text. *in d. cap. ut nostrum*, & per text. *in cap. licèt, de officio Delegati* docet Innocent. *in cap. cum M. Ferrariens. de constitutionibus.* Aufrerius *in addition. ad Capellan.*

Tolo-

Tolosan. vers. Et ideo sicut Papa. Lancellotus *de attentat.* (qui plures refert, & latè prosequitur) 2. *part. c.* 19. *numer.* 13. Gonçalez *in reg.* 8. *Cancellar. glossa* 52. *nu.* 27. Abbas *in dict. cap. ut nostrum, num.* 11. *& seq.* Decius *num.* 1. Franchus *num.* 3. *& seq.* Wamesius *n.* 6. Narbona *in l.* 59. *gloss.* 1. *à num.* 195. *cum seq. tit.* 4. *l.* 2. *tom.* 3. *Recop. fol.* 185. Scaccia *de appellationib. q.* 3. *sub n.* 33.

Sed nihilominùs in nostro casu contrarium dicendum erit, * ut per manus appositionem Papæ 7
super collatione, permutatione, unione, aut actus confirmatione non intelligatur ablata jurisdictio ab Ordinario, nec ab eo avocata, quominùs in prima instantia de surreptione, & suggestione, dolo, aut falsitate litterarum postmodum in judicium deductis queat licitè cognoscere, si aliàs non fuerit ei jurisdictio ablata, & legitimè avocata, prout latè disputans concludit Hieronym. Gabr. *consil.* 182. *n.* 15. videndus *à num.* 11. *l.* 2. quem referens sequitur Gonçalez *in Reg.* 8. *Cancellar. glossa* 52. *num.* 43. ubi loquitur ex eodem Gabr. quando Papa apposuit manum super collatione 8
alicujus beneficii, * ut ne impediatur Ordinarius judex esse, & cognoscere super surreptione dictæ gratiæ beneficialis, nisi aliàs Ordinario jurisdictio auferatur.

Et ita fuisse determinatum per Rotam *in una Conchens. Archipresbyteratus* 16. *Decembr.* 1588. 9
* coram Illustrissimo Plato; qua fuit dictum, quod Ordinarius habet jurisdictionem ad cognoscendum super recisione permutationis factæ in manibus Papæ, quando permutatio ex parte alterius erat dolosa, aut fraudulenta, testatur Gonçalez *in dict. Reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 25. *n.* 44.

Et loquendo in unione facta per Papam, * dixit Rebuffus *in prax. beneficial. tit. de unionis revocatione, num.* 15. *&* 16. cum Petro de Perusio *in tract. de revocatione unionis, cap.* 4. quod potest Ordinarius unionem non solùm à se factam, sed etiam à Papa, vel Legato revocare causa subsistente, eo quod Papa uniendo, non vult tollere potestatem, & jurisdictionem Ordinarii, juxta *c.* 2. *de Religiosis domibus*, tenet Federicus *consil.* 263. sequitur Azor. *in institut. moralium*, 2. *part. lib.* 6. *cap.* 20. *quæstione* 5. Garcia *de beneficiis, part.* 12. *cap.* 2. *de unione, n.* 303. qui *n.* 304. post 11
Perus. *d. cap.* 4. limitat, * quando illa unio facta sit à Papa ex potestate Ordinaria, secus si ex plenitudine potestatis, quam etiam Legatum non posse revocare, dicunt.

Nec enim semper sequitur, quod illius sit destruere, * cujus est construere, nam Ordinarius 12
non potest conferre beneficium reservatum, & tamen postquam fuit à Papa collatum, potest Ordinarius ex justa causa privare dicto beneficio provisum à Sede Apostolica; ut probant Ant. de Butrio *in cap. per tuas, de majoritate, & obedient. numer.* 11. & Imola ibidem *num.* 5. Felinus ibid. ante *n.* 4. *& in eodem n.* 4. Capella Tolosana *decis.* 293. ubi Stephanus Aufrerius Addirionator, quos sequitur Gonçal. *in Reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 51. *nu.* 46. *&* 47. & iterum ipse Gonçal. *in gloss.* 52. *n.* 25. *&* 26.

Et loquendo de confirmatione alicujus juris; * 13
ita probat text. *in c.* 2. *de confirmatione utili, vel inutili*, in hæc: *De confirmationibus autem Romani Pontificis volumus te tenere, quod contra illas (nisi notum Apostolicæ Sedis procedat mandatum, aut certum sit, quod sint per falsi suggestionem illicitæ) non est aliquatenus judicandum*, per cujus textus limitationem exponitur, & restringitur generalitas *cap. primi præcedentis*, ejusdem tituli.

Et probatur insuper hæc pars, quoniam manus appositio Papæ fuit apposita ad diversum finem, * 14
diversum effectum, sicque non potest ligata manus Ordinarii in cognitione surreptionis, quia ratione respectus consideratur effectus, dicit Bald. *in l. ad probationem n.* 8. *C. de locato*, & limitata manus appositio limitatum debet effectum habere. Vitalinus *in Clem.* 1. *n.* 6. *ut lite pend.* Rota Rom. *in una Clericatus S. Petri* 27. *Novembr.* 1602. coram Card. Pamphilio, *& in una Vallisoletana Decanatus* 11. *Decembr.* 1600. coram R. P. D. Mellino de quibus testatur Gonçal. *gl.* 52. *n.* 41. *n.* 42. ubi latè *à n.* 58. *cum seq.* quod manus impositio Papæ ad unum finem, & ad unum effectum non ligat manus Ordinarii quoad diversum finem, & diversum effectum.

Quia causa limitata limitatum producit effectum, * *l. in agris, ff. de acquir. rerum domin. l.* 15
Cancellaverat, ff. de iis, quæ in testament. delent. l. 2. ubi Bald. *ff. de servis exportand. l. ex facto, §. autem quæro, ff. de vulgar. l. cum part. §. dulcissimi, ff. de legat.* 2. *l. age cum Geminiano. C. de transaction. cap. ea noscitur, de sentent. excommunicat.* Tiraquel. *in tract. de causa cessante*, 1. *part. n.* 147. *& de retractu linagier. §.* 32. *glossa* 1. *num.* 49. Surdus *consil.* 10. *n.* 49. Ugolin. *de officio & potest. Episcop. cap.* 57. *§.* 2. *n.* 2. Brunor. à Sole *in locis communibus, verb. causa* 9. Cardoso *in Praxi Judic. & advocat. verb. causa, nu.* 3. Gonçalez *ad Reg.* 8. *Cancellar. §.* 5. *præam. §.* 6. Stephan. Gratian. *in March. dec.* 56. *num.* 2. Riccius *in dec. Curiæ Archiep. Neapol.* 1. *part. dec.* 29. *n.* 7. Gutierrez *practicar. lib.* 3. *quæst.* 31. *nu.* 7. Argel. *de contradict. legitimo, quæst.* 10. *numero* 168. *& n.* 224. *& quæst.* 4. *n.* 52. *& quæst.* 3. *num.* 108. *& quæst.* 8. *n.* 11. Mantica *dec.* 232. *n.* 9. *& dec.* 266. *n.* 4. Anton. *variar. resol.* 108. *num.* 18. Rota *dec.* 690. *num.* 9. *l.* 1. apud Farinacium *part.* 1. *recent.*

Modus etenim agendi conspicitur, ut inde finis, * & intentio colligatur, Surdus *dec.* 43. *num.* 16
15. Glossa magna in fin. *in cap. hoc quippe*, 3. *quæst.* 6. quam singularem testatur Bald. *in l. Papinianus, col. penult. Cod. de sententiis & interlocut. & in l. nec quicquam, §. ubi Decretum, ff. de officio Proconsul.* Felinus *in cap.* 1. *nu.* 17. *vers. Ultima conclus. de exception.* Octavi Glorit. *resp.* 4. *n.* 1.

Et quia actus semper judicatur à principali intentione agentium, * *l. fi. quis nec causam, in prin-* 17
cipio, & ibi Bald. *ff. si certum petatur, l. qui exceptionem, ff. de condict. indebiti, l.* 1. *Cod. ad legem Cornel. de sicariis.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 30. *glossa* 1. *nu.* 4. Covarr. *variar. cap.* 4. *nu.* 5. Ant. Gomez *tom.* 2. *variarum, cap.* 2. *n.* 10. quia actus quantumcumque favorabilis contra * voluntatem agentis minimè sustinetur, *l. si idem servus, ff.* 18
de leg. 2. *l. si cui in pure, in fin. princip. ff. ad Trebel. l. verbis*, ubi DD. *ff. de vulgar. & pupillar.* nec ultra intentionem agentium operatur, * *l. non* 19
omnis. ff. si certum petatur, l. in agris. D. de acquir. rerum domin. Fidius Bell. *cons.* 33. *numero* 38. ubi subdit maximè procedere in his, * quæ 20
pendent ab agentis potestate, Socinus *Reg.* 20. Alexand. *consil.* 246. *in causa numer.* 10. *& seq.* Mantica *dec.* 167. *numero* 3. Thom. de Thomat. *in floribus leg.* 13. Anton. Gomez *tom.* 1. *variar. cap.* 7. *num.* 5. Tusebus *littera A. conclus.* 125. *per totam*, Flamin. *de confidentia, quæst.* 17. *nu.*

139.

139. Riccius *in decision. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis.* 75. *n.* 22. *& decis.* 177. *num.* 10. *part.* 1. Seraphinus *decis.* 809. *num.* 2. Antonius Monach. Lucens. *decision.* 14. *nu.* 41. Argel. *de contradict. legitimo, quæst.* 10. *nu.* 36. quia intentio agentium * regulat omnes actus ad finem intentionis, ita ut ultra non operetur, Barbosa *axiomat.* 21 128. *num.* 4.

Quare cùm manus appositio, & avocatio Papæ fuerit apposita in iis actibus ab diversum finem, * & diversum respectum; ultra illum, Papæque 22 intentionem operari nequit; cum non videatur tollere authoritatem, & potestatem Ordinarii, nec eam in aliquo ladere, aut præjudicare, ut hactenus probatum est, atque ideo, si aliter non appareat de voluntate Pontificis volentis jurisdictionem avocare ab Ordinario, illa remanet intacta, ut ad se pertineat surreptionis, doli, aut falsitatis cognitio, prout ex Hieronymo Gabriel *consil.* 282. *n.* 15. *& à num.* 11. *lib.* 2. & ex Gonçalez *de alternativis, glossa* 52. *n.* 43. textus *in cap.* 2. *de constit. utili vel inutili*, & aliis probavimus superius.

Ac propterea Senatus aditus per viam recursus in protectione Concilii Trid. *sess.* 24. *de reformatione, cap.* 20. præservantis, primam instantiam Ordinario istam causam remittet omninò.

23 Adverte etiam, ut hoc quod modo diximus, * hanc non procedere resolutionem, si aliàs constat de voluntate Papæ volentis in prædictis auferri Ordinario jurisdictionem; debet omninò intelligi, si servata forma Concilii Trid. *dict. cap.* 20. ibi: *Vel quas ex urgenti, rationabilique causa judicaverit Summus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ Sanctitatis suæ manu propria subscribendum committere, aut avocare, &c.* ut latè Nos hac 2. *part. cap.* 6. *vers. Quarta exceptio, nu.* 14. *cum multis seqq.* qua forma deficiente, nihil operabitur avocatio; sed imò Senatus tunc ipsi Ordinario remittet nihilominus.

CAPUT XXIII.

Ab electione, aliisve actis Capitularibus appellationis, seu contradictionis virtute impetrata commissio: an primam Ordinarii instantiam percutere dicatur, ita ut ei fiat per Senatum remissio?

SUMMARIUM.

1 *& seqq. Actus extrajudiciales gesti à Capitulo, cui Prælatus assistit, sæpissimè controverti solent: an super nullitatibus electionum, aut exceptionibus oppositis, aut appellationibus à Capitulo licitè omittatur prima Ordinarii instantia.*

2 *Actus Capitulares extrajudiciales sunt, cum jurisdictione Capitulum careat.*

3 *Electio, collatio, & omnis beneficiorum provisio, & examen scientiæ, & habilitatum, seu incapacitatum eligentium, seu eligendorum, sua primæva natura attenta, seu actus extrajudiciales, & extrajudicialiter tractantur.*

4 *Extrajudiciales actus quandiu suam retineant primævam naturam, & ex quibus cognoscatur fuisse in eis extrajudicialiter processum, remissive.*

5 *Extrajudiciales actus per oppositionem contra personas eligentium, aut eligendorum, aut jam electorum factam à legitimo contradictore amittit suam naturam, & fit judicialis.*

6 *& seqq. Nuntius ad quem occurrit oppositor contra gravamen extrajudiciale Capituli quibus suam tueatur jurisdictionem contra primam instantiam Ordinarii.*

7 *Prælatus in electionibus Capitularibus assistit uti Prælatus jurisdictionem habens.*

8 *& seqq. Controversiam inter Ordinarium, & Nuntium super cognitione gravaminis illata à Capitulo cum sedere distinctionis componit Author.*

9 *Gravatus extrajudicialiter à Capitulo, aut comparet simpliciter, dicendo electionem nullam, aut eligentes, eligendum, vel electum juris effectum pati.*

10 *Aut simul cum oppositione contra electum, vel eligentes appellationem emittit.*

11 *Contra gravamen extrajudiciale duo sunt scripta remedia, querela simplex quæ quandocumque intentatur, & appellatio intra dicendum emittenda.*

Decendio transacto patet aditus insuper ad querelam ibid.

12 *Cap. concertationi, de appellationibus lib.* 6. *pluribus exornatur.*

13 *& seqq. Oppositio contra eligendos, aut eligentes, &c. simpliciter deductæ requirit judicium, & causat instantiam tractandam coram Ordinario.*

14 *Capitulo competit extrajudicialiter examinare habilitates & inhabilitates oppositorum, licèt careat jurisdictione, qua non eget examen extrajudiciale.*

15 *Exceptiones legitimi contradictoris oppositæ judicialem cognitionem requirunt, quarum solus Prælatus in prima instantia cognoscit.*

16 *Quomodolibet inter electionem faciendam à Capitulo oppositor recedat pro objectionibus ad Ordinarium erit recurrendum, qui jurisdictionem habet, ejusque prima instantia pertinet.*

17 *Actus capitulares non faciunt instantiam tanquam extrajudiciales, ut plerumque in Nuntii Tribunali declaratur.*

Casus de facto in Ecclesia Toletana Authore patrocinante, & obtinente, refertur, ibid.

18 *Prælatus, ut talis ideò assistit electionibus Capitularibus, quia de incidentibus inter eligendum judiciale judicium requirentibus cognoscit, quo sua prima instantia consumitur.*

19 *Cap. à collatione de election. lib.* 6. *ponderatur.*

20 *Senatus remittit causam Ordinario quomodolibet ante perfectam electionem à Capitulo pars excipiens recedat.*

21 *Opponens, objiciens, vel dicens de nullitate simpliciter contra electionem jam factam coram Ordinario jus suum deducere debet, cum lis, & instantia tunc incipiatur.*

22 *Ad quem pertinet jus confirmandi electionem, aut faciendi collationem electio, spectat cognitio super defectibus electionis, aut electi oppositis.*

23 *& seqq. Ab electione jam facta per Capitulum, & prælatum assistentem uti talem, non ad ipsum, sed ad ejus superiorem erit appellandum.*

24 *Cap. à collation. de appellationib. lib.* 6. *plurimis exornatur.*

25 *Appellatio emittitur de minori ad majorem, non de seipso ad seipsum.*

26 *Duæ Declarationes S. Congregationis recenſentur quibus dicitur, à gravamine extrajudicialiter illato per Ordinarium appellationem devolvi ad ejus ſuperiorem, non obſtante Trid. in cap. 29.*

27 *Per collationem factam ab Ordinario, aliumve actum extrajudicialem, ejus conſumitur prima inſtantia.*

28 *Prælati in Capitulis Hiſpaniæ ſemper aſſiſtunt uti tales.*

29 *Appellationis virtute ab electione peractæ per Capitulum, quo Prælatus uti talis aſſiſtit, commiſſio impetrata per Senatum tradenda parti, ut coram Delegato ea utatur.*

30 *Ab actibus Capitularibus ad Epiſcopum, uti Canonicum aſſiſtentem appellatur, tanquam alium conſideratum.*

31 *Prælati uti Canonici in ſedendo non attenditur dignitas, ſed antiquitas.*

32 *Rotæ deciſio elegans ad idem refertur.*

33 *Ab electione appellans opponendo defectus contra eam, aut electam, &c. tenetur ſervare formam juramenti, cap. ut circa, de electione, lib. 6. aliàs corruit appellatio.*

34 *Appellans ab electione objiciendo non ſervata forma, cap. ut circa: an poterit aliam utiliter reiterare, & viam appellationis ſemel aſſumptam proſequi.*

35 *Facultas actum gerendi non conſumitur per actum informem, & inutilem, ſed poteſt illum iterum utiliter reiterare.*

36 *Ab electione appellans, non ſervata forma jumenti, nequit iterum cum ea per appellationem adire ſuperiorem, ſed altera via jus proprium deducere coram Ordinario.*

37 *Ex appellatione objectiva nulliter propoſita jus fuit ſemel quæſitum adverſario, ne iterum admittatur ad probanda objecta.*

Text. ſingularis in Clement. conſtitutionem, de electione, in propoſito refertur, ibid.

38 *Appellationem objectivam proponenti omiſſa forma, præciuſa eſt via appellationi objectivæ, aliter tamen jus ſuum poteſt in judicium deducere, & proſequi.*

39 *Ex appellatione informiter emiſſa ſemel eſt jus adverſario quæſitum, ne poſſit utiliter reiterari in ejus præjudicium, etiam intra terminum ad appellandum.*

40 *Actus ſemel nulliter geſtus nequit validè reiterari, poſtquam ex primo fuerit jus tertio quæſitum.*

41 *Jus tertio ſemel quæſitum ex facto alterius tolli nequit abſque illius conſenſu.*

42 *Materia objectiva eſt in jure odioſiſſima, & pleniſſimam ideo requirit probationem.*

43 *In materia objectiva minori denegatur reſtitutio ad opponendum defectus contra electam.*

44 *Objiciens contra electum, amiſſa, via appellationis, ſi jus ſuum velit proſequi, aliam ingredi debet coram Ordinario.*

45 *Idem erit in appellatione ab electione abſque objectione, quæ ſi aliquo juris defectu nulla fuerit, & nec intra decennium validè reiteretur, ſi velit pars ſuum jus proſequi coram Ordinario, illud debet deducere, aliter Senatus illi cauſam remittet.*

46 *Forma cap. ut circa de electione, lib. 6. in appellatione objectiva ab electione: an poſſit adimpleri per procuratorem ſpecialiter conſtitutum.*

47 *Forma juramenti, corporaliter requiſiti proſſeſſione fidei, nequit adimpleri per procuratorem.*

48 *Formæ juramenti corporalis in appellatione objectiva ab electione per ſpecialem procuratorem ſatisfit, ita ut ejus virtute recedi poſſit ab Ordinario in caſibus permiſſis, de quibus ſuperiùs.*

PASSIM aſſolent converti actus extrajudiciales Capituli, * cui Prælatus aſſiſtit, ſive inter eligendum, ſive electione paracta jam, & pro revocatione, nullitateque actus extrajudicialis, alicujuſve gravaminis geſti ab ipſo Capitulo Nuntius Apoſtolicus, aut Sedes Apoſtolica ipſa ſolet per gravatum adiri, vel ſimul appellando, vel ſimpliciter opponendo ante ipſam electionem, vel poſtmodum aliquam objectionem, aut defectum contra eligendum, vel electum, aut perſonas eligentium, aliterve de aliquo injuſto gravamine conquerendo, quibus quidem caſibus aſſiduè contendi ſolet ſuper competentia juriſdictionis, Ordinario certante * ſibi in prima inſtantia nondum ventilata cum extrajudicialiter tantùm in Capitulo (juriſdictione carente) fuerit actus, & gravamen agitatum, juxta *cap. concertationi*, ibi, *Ut ab electionibus, poſtulationibus, & quibuſlibet extrajudicialibus actibus, de electione lib. 6. cap conſtitutio*, 41. *& cap. ut circa eodem tit. & lib. cap. conſtitutis*, 41. *de appellationibus*, cùm omnis proviſio, beneficiorum electio, * collatio, inſtitutio, poſtulatio, aut confirmatio ſua primæva natura attenta, extrajudiciales actus ſint, & extrajudicialiter de oppoſitorum, & eligentium habilitatibus agatur, pariter atque totum ipſum examen in ſua primitiva natura ſit actus extrajudicialis, de quibus & aliis præ cæteris abundè tractavimus *de Regia protectione 2. part. cap.* 13. à principio, uſque ad finem, & *à n.* 1. uſque ad *num.* 31. latiſſimè videbis, * quando iſti actus extrajudiciales conſervent ſuam primitivam naturam, & quando in eis cognoſcatur fuiſſe extrajudicialiter proceſſum. F 2 3 4

At verò (inquit Ordinarius ipſe) poſtquam comparet legitimus contradictor * aliquam allegans legitimam exceptionem contra perſonas eligentium, eligendorum, vel electi, vel contra ipſam electionem, tunc actus extrajudicialitatem, ac primam ſuam naturam omninò amittit, & efficitur judicialis, quia in contradictorio judicio lis tunc tractari debet, & in forma judiciali de exceptionibus, & juribus partium cognoſci, de quo latiſſimè *de Regia protect 2. part. cap.* 13. *à num.* 57. *uſque ad finem*, & vide etiam *à nu.* 34. quibus locis mirabiles, & ſcitu digniſſimæ doctrinæ congeruntur. Atque ideò lis hæc cùm moveri incipit, omninò in prima inſtantia, & coram eodem Ordinario, non coram alio agitanda erit, juxta terminos Concilii Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformatione*, *cap.* 20. 5

Contra tamen contenditur pro parte Nuntii, * aut Delegati ex Commiſſione à Sede Apoſtolica hic in caſibus impetrata dicendo, quod cum Ordinarius Epiſcopus ipſe his actibus in Capitulo aſſiſtat uti prælatus, & non uti Canonicus, nec ut perſona privata; per gravamen capitulariter geſtum conſumi ſuam juriſdictionem, & primam inſtantiam, ejuſque terminum jam fuiſſe finitum, & conſumptum; allegari ſolet ad hoc *cap. ſi à collatione de appellationibus, lib. 6.* noſtraque doctrina in prædicto *cap.* 3. *à n.* 230. qua firmavimus 6

mus, * Prælatum in his electionibus & actibus 7
Capitularibus assistere ut Prælatum habentem jurisdictionem, ac proùt reò appellationem ab iis actibus, & gravaminibus Capitularibus non ad ipsum Prælatum; sed ad superiorem omninò devolvi, quia de ipso ad seipsum non consistit appellatio, & ex aliis in discursu addocendis, atque ideò penitùs cessiare recursum ad Regem, nec à Senatu causam hanc eidem Prælato uti Ordinario remittendam fore.

Sed pro resolutione tam mirabilis, quàm fre- 8
quentissimæ controversiæ, * ita distinctè, & accuratè agendum, ut penitùs terminorum confusio cesset, competentiæque occasio de cætero dissolvatur, atque omninò evacuetur, quam cum fœdere distinctionis componendam esse censemus.

Aut etenim in istis electionibus, & actibus 9
Capitularibus * extrajudicialibus lis per contradictionem, aut objectionem movetur simpliciter, quia comparet contradictor, sive ante electionem, sive post eam jam factam, & dicendo electum seu alium oppositorem, seu electorem juris defectum pati, aut electionem minus canonicè gestam.

Aut verò post gravamen jam Capitulo illa- 10
tum, * sive inter eligendum, & ante electionem factam, sive post eam comparet contradictor non simpliciter jus suum deducens; sed simul appellando.

Constat enim in jure nostro pro gravaminibus 11
* illatis à Capitulo extrajudicialibus duo esse scripta remedia, alterum simplicis querelæ, qua jus suum oppositor in judicium vult deducere, actionem movere contradicendo electionem ob aliquem juris defectum, sive contra personas, sive contra ipsum actum modo supra dicto, & tunc illi licet quandocumque se opponere: alterum verò remedium erit per viam appellationis à prædictis gravaminibus interpositæ, & tunc intra decem dies illam debet emittere, aliàs eo nempè termino transacto audiri non debet super eo remedio appellationis, text. optimus *in cap. concertationis*, 8. in hæc: *Concertationi antiquæ finem imponere præsenti constitutione volentes statuimus, ut ab electionibus, postulationibus, provisionibus, & quibuslibet extrajudicialibus actibus (in quibus potest appellatio interponi) quisquis ex eis gravatum se reputans per appellationis beneficium gravamen illatum desideravit revocari, intra decem dies (postquam sciverit) si velit appellet: post decendium verò eisdem aditus non pateat appellandi: sed si per contradictionem debitam, vel alia juris remedia petierit revocari gravamen: ei (dummodo medio tempore his non consenserit) lapsus decendii non obsistat, de appellationibus, l. 6.*

Qui quidem text. singularis est, ex quo com- 12
muniter DD. * prætata duo remedia deducunt in actibus, & gravaminibus extrajudicialibus, eaque exornant, ibidem Lapus, Abbas, Gemirianus, Anchharranus, Butrius, Joannes Andræas, Dominicus Monachus, Franciscus Vivianus *in rational. juris, l. 3. p. 351.* Aragon. *in compend. pag. 346.* post quos Ximenez & Casal. eandem conclusionem firmat Augustinus Barbosa *in collectanea ad ipsum textum n. 1.* nimis perfunctoriè transiens per ejusdem materiam, sed inprimis Cardinal. & alios referens exornat, Fel. *in c. fin. sub n. 33. ad finem, de præsumptionibus*, Gonçalez *in Reg. 8. Cancell. glos. 9. in annotat. n. 31.* Lancelotus, *de attent. 2. part cap. 12. limitat. 2. num. 1 & 2.* Abbas *in cap. bonæ memoriæ, sub n. 16. differ.* 13. & ibidem Philipous Franch. *sub nu. 19. verf. Ultimo nota, n. 5.* & idem Franch. *in cap. 1. n. 10. verf. Sed die notabiliter, eodem tit. de appellationibus*, Scaccia *de appellationibus, q. 12. n. 105. fol. mihi 164.* Mussingerius *singul. observat. Cent. 3. observat. 11 sub n. 1.* & post Marantam, & alios tenet Regnellus *de appellationibus, §. 2. cap. 3. num. 13. 15. & 16. fol. 72.* Natta *conf. 606. approbo. nu. 5. vers. Circa aliud fundamentum*, & post Glossam, Dominici & alios observat Avora *de partitionibus, 1. p. cap. 4. num. 17. & 18. fol. 31.* Garcia *de nobilitate, glos. 5. num. 9. cum seqq.* & præ cæteris accuratè post magnam doctrinarum mirabilium exornationem diximus *in tract. de regia protect. 2. part. cap. 13. n. 21. cum multis seqq.* quas ulterius non repeto, licet conducibiles nimis sint ad propositum nostrum, illas tamen per te videbis.

Quibus præhabitis capiendum erit primum dis- 13
tinctionis * membrum desumptum ex priori jure remedio actibus Capitularibus, & extrajudicialibus descripto, ut scilicet, quando contradictos comparet simpliciter deducendo jus suum, objiciendo contra personas eligendorum, aut eligendum, &c. Et tunc cùm actus extrajudicialis incipiat fieri judicialis, judiciumque debeat formari inter colitigantes; omnino in prima instantia erit tractanda coram Ordinario Prælato, cum Capitulum, * cui aliàs competit extrajudicialiter exa- 14
minare habilitates, & inhabilitates oppositorum, Ordines, titulos, scientiam, & mores, licèt careat jurisdictione, qua non eget extrajudiciale examen, prout latissimè comprobavimus *in dict. cap. 13. n. 7. cum seqq. à princip.*

Tamen quando comparet contradictor super 15
suis juribus, * & exceptionibus, sequitur præcisè judicium contradictorium, quod apud idem Capitulum, cui jurisdictio defecit, tractari nequit, atque ideo præcisè erit recurrendum ad Prælatum, qui ut talis assistit in Capitula ibus actibus, cuique duntaxat jurisdictio, & cognitio pertinet in prima instantia, juxta tenorem Trid. *in dict. cap. causæ omnes*. ibi: *Quomodolibet pertinentes, &c.* prout in iisnet terminis cum Concilio Compostellano, & Nicolao Garcia *in tract. de beneficiis, 5. part. cap. 4. num. 414. cum seqq.* cum aliisque juris fundamentis copiosè egimus, & resolvimus *de Regia protect. 2. part. dict. cap. 13. à num. 229. usque ad num. 227.* quæ doctrina nostra in dies allegata observatur, & inconcussè apud omnia Hispaniæ Capitula practicatur, ut quotidie experimur. Quo casu * si inter electionem faciendam 16
deducatur hoc jus objectio, & oppositio, ad Prælatum omnino recurrendum erit, aliter atque si ad Nuntium, aliumve ejus superiorem recurratur opponendo; imò & simul appellando, iterum causæ cognitio, & exceptionis, aut defectus oppositi ad illum remittenda erit, prout Nuntius quotidie remittit, * quia actus Capitulares non fa- 17
ciunt instantiam, prout & Nos ita obtinuimus in his terminis circa electionem Canonicatus Magistralis sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, me patrocinante Doctissimum Doctorem Gregorium Barreiro insignem Concionatorem eloquentia nimia, aliisque virtutum doribus ornatum, quo apponente de defectu tituli gradus contra competitorem, & orta competentia inter Capitulum, & Concilium Serenissimi Cardinalis Infantis Archiepiscopi Toletani, & ad Nuntium appellatum; ad prædictum Consilium Gubernationis remissa iterum fuit cognitio in prima instantia apud illud facienda, eo motus Nuntius, quod actus Capitulares, ut

extrajudiciales, & à non habente jurisdictionem gesti instantiam non faciunt.

Et quia ideo Prælatus electionibus, & actibus
18 Capitularibus assistit, * non uti Capitularis præbendatus, & privata persona, sed ut Prælatus cum jurisdictione, atque prima ejus instantia consumitur, quia de controversiis judicialibus incidentibus in præfatis actibus Capitularibus indagationem, & examen judiciale requirentibus (ut dictum est) cognoscit, aliter enim de vento serviret distinctio illa celebris, text. *in cap. à collatione, de appella-*
19 *tionibus, l.* 6. quo extat decisum, * à collatione Capitulari non esse appellandum ad Prælatum, quando iste in Capitulo ut Prælatus assistit, non uti Canonicus & privata persona (de quo statim,) si de controversiis judicium, & jurisdictionem requirentibus non cognovisset. Huc quippe tendit, & respicit illius textus determinatio, prout ponderavimus *in dict. c.* 3. *n.* 236. *&* 232. *& seq.* Quaprop-
20 ter * hoc distinctionis membro semper per Senatum Ordinario remittenda erit cognitio in prima instantia, quomodocumque super actibus Capitularibus à Capitulo recedatur ante factam electionem, & ad superiorem Ordinarii recurrere oppositor voluerit.

Et idem etiam ex identitate rationis dicendum
21 erit, * quando jam facta electione compareat contradictor illius nullitatem ex aliquo juris defectu electi, aut electionem, electionisve minus Canonicè factæ proponens simpliciter, impedienſque confirmationem, aut collationem; nam tunc pariformiter dicendum erit, cum hæc controversia judicium contentiosum appetat præcisè, atque adhuc sumus in prima instantia, omnimodò ad Prælatum ipsum Ordinarium pertinet, & coram
22 eo lis hæc erit tractanda, * quoniam ad quem pertinet jus confirmandi electionem, & collationem electo faciendi; spectat etiam cognoscere de defectu, & inhabilitate electorum ad instantiam partis, & ex officio, eumque repellere, & electionem de se factam infirmare, ubi justa, & legitima juris causa, & ratio comperta fuerit per legitimos juris tramites, & per text. *in c. venerabilem, & in cap. nihil, de electione*, & per notata à DD. *in c. cum nostris, de concessione præbend.* cum judicio firmat Guttierrez *in consil.* 31. *n.* 19. Atque ideo per Senatum causæ hujusmodi cognitio in prima instantia Ordinario erit remittenda absque dubio.

Quantum verò attinet ad secundum distinctionis
23 membrum * quod respicit secundum remedium inventum contra gravamen ortum ex actu extrajudiciali; de quo superius, nempè quando post electionem, vel actum jam gestum, & à Capitulo celebratum eligat pars viam appellationis ab ejus gravamine; tunc similiter alia distinctio juridica admittenda erit, etenim si ab electione jam peracta (quæ ut juris est regulariter requirit confirmationem superioris, hoc est, Episcopi, & Prælati, qui titulum, & collationem facere debet) si ab ipsa electione capitulariter facta, uti minus Canonica appellatur ad Episcopum ipsum (qui prima instantia competit omnimodò) non ad ipsius superiorem erit appellatio ab electione tanquam ab actu extrajudiciali interponenda, quoniam ista appellatio habet vim provocationis.

At verò si Capituli electio habet vim collatio-
24 nis simul (* quando Capitulo competit simul collatio, ita ut ejus electio non indigeat alia collatione) tunc si Prælatus assistit in Capitulo uti Prælatus, & non uti Præbendatus, aut Canonicus Capitularis, & privata persona, ab hoc gravamine, non ad Episcopum ipsum, sed ad ejus superiorem appellandum erit, juxta text. expressum *in c. collatione*, 11. *de appellationibus, l.* 6. *à collatione* (inquit Pontifex) *beneficii quam communiter per Episcopum & Capitulum in tuum præjudicium factum esse proponis: non ad ipsum Episcopum (si in ea ut Prælatus interfuerit) sed ad superiorem te oportuit appellare, aliàs sicut Canonicus interfuisset in ea, potuisti appellare licitè ad eundem*, quem text. latiùs exornavimus post plurimos DD. & doctrinas *in tract. de Regia protect. part. c.* 13. *à n.* 230. *cum seqq.* probant *in d. c. à collatione*, Joannes Andreas, Geminianus, Archidiaconus, Ancharranus, Butr. Monach. Philippus Franchus, Vivianus *in rational. l.* 2. *p.* 354. Aragon. *in compend. p.* 346. post quos & Ximenez hanc conclusionem colligit Aug. Barbosa *in remission. ad eundem text. n.* 1. & ipse Barbosa *de potestate Episcopi, to.* 2. *allegat.* 73. *sub n.* 16. *vers. Si Episcopus.* Doct. Hieronymus de Venero, & Leyba *in examine Episcopor. l.* 4. *c.* 29. *n.* 34. *&* 35. & per dictum text. & Abbatem *in c. dilecti, el* 3. *n.* 17. *de appellationibus.* Cardin. Jacobat. *de Concilio, l.* 10. *art.* 1. *sub n.* 8. *to.* 13. *p.* 1. *diversor. fol.* 351. tenet Scaccia *de appellationibus, q.* 8. *à n.* 60.

Ex quo namque appellatio debeat fieri de minore ad majorem; ab eo assistente * in Capitulo uti 25
Prælato, ad se ipsum nequit appellari, quoniam ipse jam non remanet amplius superior Capituli, cum utriusque unum & idem sit factum, ac propterea de se ipso ad se ipsum appellatio non admittitur, *c. fin. de consuetudine, l.* 6. cum vulgaribus, sequitur quod opponens volens eligere remedium appellationis præcisè debet recurrere ad superiorem Episcopi, & illum quærere ex dict. text. & DD. ad differentiam prioris membri distinctionis, quando simpliciter utitur pars gravata remedio contradictionis, ut probatum remanet. Pro cujus distinctionis membro duæ sunt mirabiles * declarationes 26
sanctæ Congregationis Cardinalium decidentes Trid. decretum *in c. causæ omnes* 20. *session.* 24. *de reform.*, non habere locum in Ordinario semel procedente ad actum extrajudicialiter, quando contra ejus gravamen extrajudiciale fuit gravatus appellationis medio usus, quia tunc licitè ad Superiorem Ordinarii devolvitur judicialiter cognoscenda causa, quarum declarationem prima sic se habet in hæc.

An decretum Concilii, session. 24. *cap.* 20. *in principio locum habeat, quando Ordinarius extrajudicialiter procedendo gravat partes, adeò ut non liceat partibus à tali acta extrajudiciali ad alios superiores Judices appellare, seu reclamare, quatenus id jus permittat, sed omnino causam gravaminis in prima instantia coram eodem Ordinario cognosci debeat? Congregatio censuit, hoc casu non habere locum Decretum Concilii.*

Et ibidem iterum eadem Congregatio ita declaravit: *Cum Vicarius Coimbrensis deputasset quemdam beneficiatum Ecclesiæ Sancti Jacobi in illius Parochum, beneficiati ob irreparabile damnum & præjudicium appellaverunt, & cùm de causa committenda ageretur; oppositum fuit, quod causa deputationis coram Ordinario eodem tractari deberet, beneficiatis verò respondentibus, decretum c.* 20. *non habere locum, ubi Ordinarius extrajudicialiter procedendo partes gravat. Res delata est ad Congregationem Concilii, & Congregatio censuit, hanc causam esse legitimè devolutam, nam illud Decretum habet vim diffinitivæ, & id quod debet agere judicialiter, egit extrajudicialiter, à quo etiam datur appellatio, cap. concertati-*

certationi de appellationibus, *lib.* 6. quas declarationes adduximus hac 2. *part. cap.* 5. §. 2. *verſic. Unum tamen non omittam*, *à num.* 10. ſequuntur Narbona *in l.* 59. *gloſſ.* 1. *n.* 179. *tit.* 4. *l.* 2. *tom.* 3. *Recopilat.* Et in terminis etiam, * quod quando à collatione facta extrajudicialiter per Ordinarium, vel ab alio gravamine extrajudiciali per eundem Ordinarium illato, ut tunc evaneſcat, ſitque conſumpta prima inſtantia illius, probat Flores de Mena *variar. quæſt. l.* 1. *quæſt.* 1. *num* 37. *circa finem.* Et quia ab Ordinarii collatione, & proviſione etiam extrajudiciali ad ejus Superiorem appellatio emittitur, ut latius Nos *de Reg. protect.* 2. *part. c.* 13. *à n.* 187. *cum ſeq.* & à principio ejuſdem cap.

27

Quare hoc caſu juxtà ſecundum diſtinctionis membrum, ubi ab electione, aliove actu Capitu-
28 lari * in eo exiſtente Prælato, non ut Canonico, ſed ut Prælato (prout ſemper ſaltim in Hiſpania aſſiſtit, ut poſt Nicolaum Garciam Nos 2. *part. c.* 13. *n.* 236. *de Regia protect.* notavimus, & ſic regulariter de jure præſumitur, non ut Canonicum, ſed ut Prælatum aſſiſtere, ut probat Riccius *in practica Aurea*, *reſolution.* 114. *à principio*) appel-
29 lationis remedio uſus fuit, * gravatus poterit ad Nuntium, vel Sedem Apoſtolicam recurrere, & ibidem commiſſionem alteri impetrare, ſuper cujus remiſſione ſi adeatur Senatus hic ſupremus indubiè Delegato remittetur cauſa, ſeu potius litteras tradi impetranti jubebitur, ut illis utatur coram ſuo Judice impetrato.

Si tamen Epiſcopus interveniat in Capitulo tanquam Canonicus, tunc appellaretur de actibus Ca-
30 pitularibus ad eundem Epiſcopum, * tanquam alium, & aliter conſideratum, ut probatur *in dict. cap. à collatione*, *de appellationibus*, *lib.* 6. & communiter omnes DD. quos in exornationem hujus ſecundi membri ad principium adduximus, & optimè Everardus *in locis legalibus in loco à tanquam*, *num.* 9. *verſic. Sexto facit*, dicens, quod à collatione beneficii per Epiſcopum ut Canonicum, & Capitulum in mei præjudicium facta volo appellare, debeo appellare ad Epiſcopum; & non ad Archiepiſcopum, quia ex quo Epiſcopus non interfuit collationi factæ ut & tanquam Epiſcopus, ſed ut & tanquam Canonicus, non dicitur appellari ab eodem ad eumdem, ſed ab inferiori ad ſuperiorem. Sequitur Scaccia *de appellationibus*, *quæſt.* 8. *ſub n.* 60. & conducunt, quæ ipſe ibid. *num.* 92. *verſic. Confirmatur ſecundo*, *& quæſt.* 27. *limitat.* 2. *num.* 68. *verſ. Reſtringe decimo quarto*, & facit etiam quod ipſe, *quæſt.* 16. *limitation.* 5. *numero* 9. *verſic. Sublimita primò.* nonnulla in comprobationem congeſſimus *de Regia protect.* 2. *part. cap.* 13. *nu.* 230. *cum ſeq.* & plures alii citandi.

Et tunc cognoſcetur Prælatum aſſiſtere uti ca-
31 nonicum * in Capitulo, non uti Prælatum in modo nempè ſedendi uti Canonicum, ſervata inter omnes antiquitate, ut per gloſ. *in verb. Prælatus*, *in dict. cap. à collatione*, Menochius *de arbitrariis*, *caſu* 68. *nu.* 23. & 24. & *cap.* 51. *n.* 43. Zerola *in praxi Epiſcopal.* 1. *part. verbo*, *Epiſcopus*, *verſic. Septimo*, Gratian. *diſceptat. forenſib. cap.* 111. *num.* 14. & *cap.* 106. *num.* 9. Boërius *de authoritate magni Conſilii*, *nu.* 64. Loter. *de re beneficiali*, *lib.* 1. *quæſt.* 16. *nu.* 104. & *n.* 105. Veneto & Leyva *in examine Epiſcop. l.* 4. *cap.* 29. *nu.* 27. 28. & *num.* 30. Barboſa *in remiſſion. ad dict. cap. à collatione*, *nu.* 4. & *in tractat. de officio & poteſtate Epiſcop. tom.* 2. *allegat.* 73. *nu.* 16. per totum Riccius *in pract. Aurea reſolution.* 214. per totum, & Everardus *in topicis legalibus*, *loco à tanquam*, *numero* 8. per quam Scaccia *de appellationibus*, *quæſt.* 8. *num.* 60. apud quos plurimos effectus perleges Epiſcopi aſſiſtentis uti Canonici.

Et eſt Rotæ *deciſio* 1058. Seraphin. *nu.* 7. ibi: *& hoc adeò verum eſt, ut hac ratione* * *Epiſcopi*, 32
& Prælati ſi ſunt, de aliquo Collegio ſortiantur locum non ſecundum dignitatem Epiſcopatus, ſed ſecundum antiquitatem dignitatis Collegialis, Abbas *in cap. poſtulaſti de conceſſione præbend.* Chaſſaneus *in Catalog. gloriæ mundi*, 4. *part. conſideration.* 45. *gloſſa in cap. à collatione*, & ibi Greminian. *nu.* 6. Franchus *n.* 4. *de appellationibus in* 6. *& de hoc fuit dictum in Romana præeminentiarum ſub die* 16. *Decembris* 1585. *numero* 14. *&c.* Quòd amplius non examino, quoniam, ut dixi, Epiſcopus in electionibus, & aliis actibus Capitularibus Hiſpaniæ non uti Canonicus, ſed uti Prælatus aſſiſtit.

Hinc non inutiliter quæri poteſt, an qui ſemel
* in hac materia objectiva viam elegit appellatio- 33
nis interpoſitæ ab electione; propoſuit objectus, vel defectus contra eam, vel perſonam eligentis, aut electi ſeu eligendi, in qua non ſervavit formam juramenti corporalis, à jure inviolabiliter requiſitam, juxta textum *in cap. ut circa*, text. *in cap. is qui* 19. *& in cap. qui contra* 20. *& in cap. conſtitution.* 41. *de electione*, *lib.* 6. text. *in Clement. conſtitutione*, *ut circa*, *eodem tit. de electione*, de quorum jurium materia longa ſerie egimus *in tract. de Reg. protect.* 2. *part. cap.* 13. *à numero* 237. *cum multis ſeq.* ita ut ipſa appellatio de jure nulla ſit; an poterit opponens iterum continuando * via appellationis ſemel elec- 34
tam per reiterationem alterius appellationis ſervata forma deſerere primam inſtantiam Ordinarii, juxta quæ latiùs probavimus in hoc ſecundo diſtinctionis membro; vel an ſibi ſit appellationis præcluſa via, ut ſi proſequi velit contradictionem electionis extrajudicialis, neceſſariò debeat recurrere ad Ordinarium in prima inſtantia, juxta quod dictum fuit in primo diſtinctionis membro. Quam quæſtionem de facto habui in electione Magiſtralis præbendæ Toletanæ Eccleſiæ.

Et videtur, quod poſſit reiterando utiliter formam appellationis * requiſitam continuare negotium coram ſuperiore, omiſſa prima Ordinarii inſtantia; etenim juris eſt, quod qui habet facultatem conficiendi actum, non conſumitur facultas per actum inutiliter, & nullum à ſe ſemel geſtum; ſed imò illum iterum poteſt condere utiliter, & ſervata forma reiterare, textus *in l. qui per ſalutem*, *ff. de jure jurand.* textus *in l. hæc conditio filiæ meæ*, *in principio*, *ff. de condition. & demonſtration.* textus *in l. qui hæres*, *in principio*, *de acquirenda hæredit. l. nec is*, §. 1. *eodem tit. cap. ſi electio*, *de electione*, *lib.* 6. *cap. quam ſit*, *cap. cupientes*, *cap. ſi religioſus*, *eodem tit.* Et in variis caſibus, diverſiſque materiis plurimas doctrinas in comprobationem congregavit Tiraquellus *in l. boves*, §. *hoc ſermone*, *limitation.* 1. *per totam*, videndus: ergo cùm ſequitur appellationem objectivam nulliter proponens, poſſit illam iterum utiliter forma ſervata, reiterare (ſi ſe intra dicendum repererit) liberè poterit omittere inſtantiam Ordinarii, continuando appellationem reiteratam, quia idem operatur, quod prima utilis, quæ hunc habet effectum ex obſervatis in primo diſtinctionis membro.

Sed ne ulteriùs immoremur, breviter dicendum
36 erit, * contrarium verius eſſe, ut qui contra eligendum, electum, aut eligentes appellando ſemel objecit defectus non ſervata forma juris *in dict. ut circa*, non poſſit, nec electionem ex ſuo jure contradicens ſuperiorem adire, ſed Ordinarium omnino in prima inſtantia, juxta terminos prioris diſtinctionis membri, cum ſibi præcluſa ſit via proſequendi remedium appellationis ſemel inutiliter & nulliter electum, cùm ſibi prohibitum ſit reiterare
37 illam appellationem objectivam, * ac etiam illam ulterius probandi, quoniam ſemel per ipſam inutilem appellationem fuit jus quæſitum adverſario, ut contra illum objici nullo modo iterum poſſit.

Iſte eſt textus expreſſus *in Clement. conſtitutionem 4. de electione*, quæ ſic ait: *Conſtitutionem, ut circa editam in Concilio Lugdunenſ. locum decernimus non habere, quando, quæ opponuntur, directè reſpiciunt jus Eccleſiæ, vel oponentis perſonæ: ſed tantum ubi per competitorem, vel oppoſitorem quemlibet appellantem in formam, aut perſonas, defectus, vel crimina opponuntur: cæterum cum circa crimina, vel defectus debitam circumſtantiarum ſpecificationem prædictus omittit appellans, non eſt poſtmodum in proſequutione negotiis ſuper his audiendus, etiam circumſtantias hujuſmodi, vel probationes earum per juramentum aſſerat ad ſe perveniſſe de novo: ſanè ſi quis, cujus intereſt, ab electione, poſtulatione, vel proviſione duxerit appellandum, opponendo crimina, vel defectus, forma dictæ conſtitutionis omiſſa, eodem poſtmodum appellationem hujuſmodi proſequente, licet appellanti poſſit aſſiſtere ne colludat, non tamen ei propter hoc proſequutionem proprii intereſſe denegamus. Inſuper ſi appellans ab electione, poſtulatione, vel proviſione per viam querelæ ſimplicis cauſam agat, vel eam appellato agente defendat, repellitur ab objectibus in appellatione ſua expreſſis, & aliis, niſi conſtiterit ipſum formam ſervaſſe prædictam (præterquam in caſibus in conſtitutione præmiſſa exceptis) etiam ſi appellationem ſuam non proſequatur, nec exhibeat, & illa ſe aſſerat nolle uti dum tamen de ipſa coram Judice fiat fides; quia per ipſam jus repellendi eundem adverſario eſt quæſitum, &c.*

38 Ex quo textu duo colliguntur: *Primum quod is, qui appellationis viam elegit objiciendo defectus non ſervata forma, non poſſit illam appellationem proſequi, cùm ſemel nulla fuerit *ex c. ut circa*, cum concordantibus, poterit tamen jus ſuum, & intereſſe aliter in judicium deducere & proſequi.

39 Secundùm quod colligitur * ex eodem text. illud eſt, ut cum ſemel ex informi, & nulla appellatione objectiva fuerit jus tertio adverſario quæſitum; in ejus præjudicium nequit ulterius illam reiterare utiliter, ut ex hoc text. & ejus ratione in terminis probat Bonicont. *in tractatu de appellationibus, quæſt. 1. verſic. Ad quæſtiones igitur veniamus*, ubi reſolvit poſt alios, quod ſi ſic appellans omittit formam, *cap. ut circa*, in caſibus (in quibus ea uti debeat) licet ſit intra terminum ad appellandum, non poteſt aliam appellationem iterato proponere, ſervando formam in ea, quia jam ex prima nulliter propoſita adverſario fuerat jus quæſitum, *ex Clement. conſtitutionem, 3. penultimo*, quem ſequuti fuimus (licèt obiter) *de Regia protect. 2. part. cap. 13. n. 248.*

Deinde probatur, quoniam actus ſemel inutili-
40 ter, aut nulliter * geſtus nequit reiterari iterum utiliter, & validè, quoties per primum jam tertio fuerit jus ſemel quæſitum, cujus jus eſt invariabile, Compoſtel. *in cap. bonæ, col. 1. verb. Quæſitum*, & ibi Panorm. *col. 5. verſ. Ex hoc habes*, per text. ibi: *de poſtulat. Prælat. el 2.* & per *l. nemo. ff. de reg. jur. & cap. cum inter dilectos, de electione*, & Panorm. citat *Clem. 1. de renuntiatione*, quod voluit Card. Alexand. *in cap. Oſius Epiſc. §. 1. 61. diſtinct.* Rocchus de Curte *de jure patron. in verbo, Honorificum, col. 2. verſ. Suboritur qu. acceſſoria*, latiſſimè proſequitur Tiraquel. *in l. boves, §. hoc ſermone, limit. 23. per totam*, & circa hanc doctrinam plurimas alias ſingulares congeſſimus hac 2. *part. c. 17. n. 52.* quas omnino vide, & applica huic.

Quapropter non obſtat argumentum in contrarium adductum, * ut actus nulliter geſtus ſemel 41
non impedit, quominus reiterari poſſit validè; quoniam non procedit, quando ex primo inutili fuit ſemel tertio jus quæſitum, ut in noſtro caſu, quia jus ſemel tertio quæſitum ex facto ulterius tolli nequit abſque illius conſenſu, *l. cum à ſocero 7. C. de jure dot.* Gratianus *diſceptat. 1. part. cap. 232.* plures citat Caſtillo *controverſiar. tom. 6. cap. 119. n. 12. in fine, & num. 13. & lib. 4. cap. 5. per tot.* Et pleniſſimè Marius, Giurba Regulam hanc exornat cum ampliationibus, & limitationibus *in conſuetud. Senatus Meſſanenſ. cap... gloſſa 8. num. 53. 54. & 55.*

Quod inductum eſt in odium objicientis, & ideò materia objectiva * eſt in jure odioſiſſima, & 42
pleniſſimam requirit probationem, & alia ſpecialia vitanda in materia objectiva per Rotam apud Alex. Ludoviſ. *deciſ. 322. n. 1. & 2.* ubi Beltram. *num. 22.* plurimas alias Rotæ deciſiones affert, & vide *dec. 353. n. 4.* & ibi Beltram. *n. 17. & d. 414. n. 10.*

Et in materia objectiva etiam minori denegatur * reſtitutio ad opponendum objectos contra elec- 43
tum, aut eligendum, & ſimilia. Auguſt. Barboſa *in collectan. ad Clement. 2. de procurator. n. 4. fol. 27.* & eſt elegans text. *in leg. auxilium 37.* ibi: *Ideoque infirmarum auxilium repeti non poteſt:* & ibi: *Denegari ei in integrum reſtitutio, quod jus omiſſum, ſi nunc repetere vult. Quid aliud, quàm delicti veniam, id eſt, calumniam deprecatur? Cum nec in delictis, nec in calumniatoribus Prætorum ſuccurrere oportere, certi juris eſt, ceſſabit in integrum reſtitutio, &c. ff. de minoribus.*

Quare cùm ſemel ad viam appellationis electam inutiliter, & nulliter redire nequit oppoſitor, ſi 44
velit intereſſe, & jus ſuum proſequi; alteram priorem proponere debet, & coram Ordinario, non alibi, ut ſuperius latius probavimus in primo diſtinctionis membro. Quapropter ſi Ordinarii prima inſtantia hoc in caſu percutiatur per commiſſionem ſuperioris, aut à Romana Curia impetratam, abſque ſubſcriptione propriæ manus Sanctiſſimi, à Senatu cauſa remittetur Ordinario.

Et idem dicendum erit in appellatione abſque objectione * emiſſa, quando alio ex capite ſit nul- 45
la, ſi illam non repetat iterum validè appellans intra terminum à jure poſitum ad appellandum, quoniam jam illam viam amiſerit, & ſic ſi proſequi velit jus ſuum appellans, debet denuo coram Ordinario illud proponere in prima inſtantia ex ſupra dictis, & ex identitate rationis.

Quid autem erit dicendum de appellatione objectiva, * in qua forma corporalis juramenti (de 46
qua *in dict. cap. ut circa, de electione, l. 6.* cæteriſque juribus ſuperiùs citatis) obſervata fuit, ſed tamen per procuratorem ad idem ſpecialiter conſtitutum, an ſatisfactum dicatur formæ, vel nulla ſit

dicenda

dicenda ipsa appellatio objectiva, ac per consequens amissa via appellationis, ut ad aliud remedium coram Ordinario in prima instantia omnino sit confugiendum, sicut in cæteris casibus præcedentibus diximus, & firmavimus, quod & de facto habuimus.

Et videtur, quod non possit hæc forma per procuratorem adimpleri, cum requirant omnia jura
47 juramentum corporale, quod quidem requirere * videtur personam, & corpus jurantis, & sic per alium geri nequit, ut in juramento professionis fidei corporaliter requisito; firmat Garcia *de benefic. 5. part. cap. 4. n. 172.*

Sed contrarium verius est in nostro casu, licet
48 corporaliter * requiratur juramentum; tamen per procuratorem cum mandato speciali utiliter formæ satisfit. De quo est textus expressus *in cap. procurator, 38. de electione, lib. 6. Procurator* (inquit Pontifex) *ad appellandum contra electionem, postulationem, aut provisionem alicujus non aliter idoneus de cætero reputetur, quàm si omnia, quæ in formam objicere vel personas, & propter quæ appellare intendit, & singulariter, & clare in ejus procuratorio sint expressa, habeatque speciale mandatum jurandi corporaliter in eorum animas, quorum procurator existit, quod ipsi credunt expressa hujusmodi vera esse, & se posse probare.* Et ita etiam pariter resolvit Garcia *de beneficiis 5. part. cap. 4. à num. 172. & seqq.* ubi respondit ad argumentum in contrarium adductum, atque ex hoc capite ista appellatio objectiva nulla erit, quominus coram superiore, ad quem validè aliàs appellatum fuit, queat prosequi omisso Ordinario, atque etiam impetrari commissio, ut quilibet Judex (saltem in dignitate constitutus) queat procedere, & de causa ipsa cognoscere, nec per eam percutitur prima Ordinarii instantia, nec ei à Senatu remittenda.

CAPUT XIV.

Letrones, seu Cedulones publicis locis affixi pro publicando excommunicato ob non paritionem litterarum Apostolicarum, quæ juris requisita habere debent, ut integra fides illis detur.

Et quando ex eis prima Ordinarii percutitur instantia, qualiter Senatus sic oppresso consulere soleat.

SUMMARIUM.

1 *Letrones, seu Cedulones publicè affixi pro publicando excommunicato ob non paritionem litterarum Apostolicarum, sæpè in Hispania scandala causant.*

2 *Littera de dimittendo, vel comparando intimatæ reproducuntur in Curia, in qua ob non paritionem intra terminum contumaciam fertur censurarum declaratoria sententia.*

3 *Declaratoria si ob metum, & potentiam excommunicati nequit intimari personaliter, in loco publico solemniter publicatur.*

4 *Cedulones pro publicando excommunicato ob non paritionem litterarum Apostol. solent in Hispania affigi noctè, furtivè, & occultè.*

5 *& seqq. Cedulones pro publicando excommunicato si in forma probanti sint affixi, vitandus erit.*

6 *Letrones è Romana Curia in Hispaniam missi, quæ signa habere soleant, & quomodo affigantur.*

7 *Dispositio omnis recipit restrictionem de habilitate actus, quæ supposita intelligitur.*

8 *Cùm de uno disputatur, cætera supponuntur habilia.*

9 *Cedulonibus sine forma probanti, sed simplicibus absque authoritate Judicis, & subscriptione Notarii affixis fidem nullam dandam, Author, pluresque alii docti, tam Theologi quàm Juristæ in facti contingentia subscripsere.*

10 *Ad incursum censurarum debet præcedere trina monitio, aliàs excommunicationis sententia nulla erit.*

11 *In declaratoria incursus censurarum monitio præcedens de necessitate requiratur ad ejus validitatem.*

12 *Citatio personalis debet præcedere excommunicationem.*

13 *Declaratoria est nulla non servatis terminis servandis ad docendum, se paruisse litteris Apostolicis, & monitorialibus.*

14 *Declaratoriam incursus censurarum, & publicam denuntiationem per Cedulones, seu aliter monitio præcedere debet.*

15 *Cedulonum affixionem debet præcedere Judicis decretum.*

16 *Cedulonum affixio cum procedat à Judice, de ejus decreto per subscriptionem Tabellionis debet constare.*

17 *Cedulonum affixionem debet præcedere cognitio super legitima causa, an locus sit tutus, vel adsit justus metus.*

18 *Dispositio non potest verificari, nisi prius verificetur suppositio.*

19 *& seqq. Tomer recursus ad Regem non potest causare justam causam omittendi juris solemnitates denuntiatione requisitas.*

20 *Justitiæ Ecclesiasticæ maximè Apostolicæ istæ non violentæ facilis patet aditus in Hispaniarum Regnis ex præcepto Regis.*

21 *Rex Catholicus illud, quod imperator rectè cautare potest, quod in suis Regnis nihil timeri potest.*

22 *Litteræ Apostolicæ plæræque in Senatu exhibentur, ut executoribus auxilium præstet, quod libentissimè præstat, nisi vim aliquam contineant.*

23 *Partes adducentes Cedulones, si justum quærant, potiùs à Senatu auxilium haberent, qui solum tractat de violentia sedanda, & scandalo tollendo Reipublicæ nocivo.*

Quo recursu nomini fit injuria, ibid.

24 *Cedulones asportans si justitia mittitur, illam deserit, & viam violentam amplecti potius vult.*

25 *Principes non sunt timor boni operis, sed mali, juxta D. Paulum.*

26 *Sententia excommunicationis, & declaratoria sunt actus judiciales, aliter non probandi, quàm per scripturam solemniter subscriptam.*

27 *Acta judicii dicuntur omnes scripturæ notarii actuarii jussu Judicis conscriptæ.*

28 *Acta judicii dicuntur publica triplici ratione.*

29 *Cedulonibus uti simplici papyro absque subscriptione Notarii nulla fides debetur.*

30 *Excommunicatio quando alibi constare debet, necessarium est instrumentum authenticum.*

31 *Excommunicati publicatio fit per lecturam instus*

sententiæ, si per affixionem sit facienda; affigitur sententia ipsa.

32 *Edicta publicis locis affigenda ob timorem adversarii debent esse publicanda instrumenta, confecta per Notarium causæ cum testibus, & sigillata à Judice.*

32 *Cedulones, ut ne judicentur simplex papyrus, sed fidem faciant, uti publicum instrumentum, quot requisita habere debent.*

34 *Instrumentum ut fidem faciat, ab eodem Notario, qui protocollum confecit, & non nisi semel à parte petendum, extrahendum erit.*

35 *Cedulones missi, & affixi, etiam ab alio Notario, quàm originario causæ subscripti, sine partis citatione, Judicis decreto, & aliis requisitis fidem nullam faciunt.*

36 *Notario non creditur, nisi in eo, de quo ipse rogatus fuit.*

37 *Cedulones in simplici papyro sine subscriptione Notarii, & Judicis, à parte ipsa conscripti, aliove innocente scripti præsumuntur.*

Qui fidem nullam facere possunt, ib.

38 *Scriptura privata ab aliquo subscripta, etiam contra istum negantem fidem nullam facit.*

39 *Cedulones pro denuntiando excommunicato non subscripti à tabellione, nec in forma probanti affixi, potiùs libelli infamatorii dicendi sunt.*

Maximè in partibus Hispaniæ tam remotis à Curia Romana, cùm non nisi cum magna difficultate, damno, sumptibus, & tarditate veritas non nitescit, ib.

40 *Doctores plurimi tam Juristæ, quàm Theologi recensentur, qui in hac Regia Curia consulti in facti contingentia resolvere, Cedulonibus publicè affixis, omni solemnitate probationis carentibus, nullam fidem dandam, nec partem pro declarato, & publicato habendam.*

In Cedulonum affixione, ut valida sit, tria concurrere debent necessaria, ibid. à n. 65. cum seqq.

41 *& seqq. Senatus qua via succurere soleat publicato oppresso per cedulones, sive in forma probanti sint, in ea careant,*

42 *Cedulones expediti, & censuræ ipsæ à quolibet carente jurisdictione in prima instantia sunt nullæ ipso jure, sicuti cætera acta judicialia per eum fabricata ex Trident.*

43 *Excommunicationis sententia lata à Judice jurisdictione carente nulla est ipso jure, excommunicatum non ligat.*

44 *Executor quilibetve alter Delegatus jurisdictionis exercitio caret ante sibi factam litterarum realem præsentationem.*

45 *Citatus à Delegato non tenetur comparere, non inserta copia commissionis in memorialibus.*

46 *Excommunicatio lata à Delegato ante litterarum præsentationem, vel etiam præsentatus non inserto tenore earum in monitorialibus est nulla ipso jure ex defectu jurisdictionis.*

47 *Nec Delegatus potest procedere ad ulteriora declarando incursum censurarum.*

48 *Excommunicatio lata per Ordinarium in exemptum nulla est ex defectu jurisdictionis.*

49 *Excommunicatio lata à Judice appellatione pendente est nulla ipso jure, ex jurisdictionis defectu.*

50 *Excommunicatio, & declaratio nulla ex defectu jurisdictionis non impedit Clericum celebrare, & divinis se immiscere.*

51 *Excommunicatio lata recusatione pendente nulla est ipso jure.*

52 *Jurisdictionis exercitium conquiescit, recusatione pendente.*

53 *Excommunicati, sive per Cedulones, sive quovis alio modo, causam Senatus remittit Ordinario, quando constat ejus percessa prima instantia contra formam Trid.*

54 *Et insuper adstringit Senatus partem adducentem Cedulones, aut declaratorias, aut ejus agentes, & Notarium intimantem, ut ad cautelam suis offerant expensis absolutionem.*

55 *Executor qui violenter excommunavit, & aufugit, vel præsens, merus tamen carens jurisdictione ad absolvendum sit, cogitur pars, aut ejus agentes, ut afferant absolutionem ad cautelam.*

56 *Patris Henriquez observatio in hoc refertur.*

57 & 58. *De praxi procedendi contra laicos, aut Clericos exequentes, aut intervenientes executioni litterarum Apostolicarum contra privilegia, & consuetudines horum Regnorum.*

59 *Laici intervenientes executioni litterarum Apostolicarum contra privilegia, & indulta, seu consuetudines horum Regnorum, bona amittunt ipso facto, & officia quælibet, cujus persona Regis mercedi subjacet.*

60 *Ecclesiastici verò amittunt naturalem, & originem Regnorum, quorum beneficiorum fructus sequestrantur.*

61 *Item Clerici ob dictam causam ipso facto amittunt temporalia bona, & originem horum Regnorum, & ab eis alienigenæ sunt declarati, ne potiantur fructibus beneficiorum.*

62 *Laici quomodolibet intervenientes contraventioni prædictæ, si Notarii, aut procuratores sint, mortis pœna, & bonorum amissionis plectuntur, cæteri amittunt bona, personæ verò Regiæ mercedi affecta.*

63 *Si in causis violentiæ adest oppressi excommunicatio à Roma emanata; compelluntur complices in Senatu comparere, & laici detruduntur in carcere, Clerici detenti in civitate coguntur absolutionem trahere.*

64 *Idem pariter observatur, quando violentia facta, aut excommunicatione intimata, executor vel aufugit, vel litteras, & acta Romam misit.*

65 *In Cedulonum affixione tria simul præcisè requiruntur pro eorum validitate, nempè jurisdictio, ordo, & causa.*

66 *In Cedulonum affixione, quibus adest violentia, ut plurimum jurisdictio deficit in mandante.*

67 *Cedulones affigi non debent; nisi præcedente speciali Papæ commissione.*

68 *Aliàs nulli erunt ex defectu jurisdictionis.*

69 *Quia est de reservatis ipsi Papæ.*

70 *Cedulones affixi per simplicem papyrum nullam fidem faciunt, nec arctant, nec eis credentium.*

71 *Edicta originalia ad declarandum, seu publicandum excommunicatum sunt affigenda, ita ut non sufficiat tranlumptum.*

72 *Cedulonibus non impublica forma affixis credere non tenetur pars.*

Quod & pluries observavit Rota, ib.

73 *Cedulones, ut affigi queant, causa non tuti accessus in primis verificanda erit.*

74 *De qua in commissione specialiter per Papam data ad*

ad an citandum per edicta, ſpecialis etiam clauſula apponitur.

75 *Recurſus ad Regem pro tollenda violentia nequit eſſe juſta cauſa non tuti acceſſus ad figendum Cedulones.*

76 *Nec Senatus talem cauſam, ut juſtam admiſit.*

77 *& ſeqq. Rotæ deciſio ſingularia refertur, qua ad Cedulonum validitatem tria requiſita præcisè deſiderat, jurisdictionem, ordinem, & cauſam, ubi de ſingulorum juſtificatione latè agitur.*

QUANDOQUE contingit in Hiſpaniarum Regnis (non tamen abſque * publico maximoque ſcandalo) manè apparere quoſdam Letrones, ſeu Cedulones publico aliquo in loco clam, noctuque, & occultè affixos, quibus legitur, aliquem in Romana Curia fuiſſe, & eſſe pro excommunicato declaratum ob non paritionem litterarum Apoſtolicarum, ſibi vel perſonaliter, vel ad donum antea intimatarum. Quando ſcilicet gratia ſuper aliquo beneficio per tertium poſſeſſo ab altero impetrata, & in Curia pro executione commiſſa, è qua per executorem expediuntur litteræ ad has partes, ut poſſeſſor dimittat poſſeſſionem ſub excommunicationis ſententia, & cenſuris, vel quando forſan in prima inſtantia * contra diſpoſitionem Concilii Trid. aliquis fuit citatus, ut in Curia Romana de jure ſuo doceat, compareat, & cauſam tractet, & ob contumaciam, & non comparitionem per contradictas vincitur citatus, & executorialium ſic emanatarum virtute citatus in partibus, ut intra terminum dimittat beneficium ſub pœna excommunicationis, juxta quæ Nos *cap.* 20. hac 2. *part.* & *cap.* 17.

Poſtmodum reproductis litteris eiſdem in Curia Romana, * forſan declaratur excommunicatus, & ut in excommunicati, omniumque notitiam veniat publicè juxta juris decreta Canonica denuntiare intendit pars, & ex cauſa ſibi vita motus per Cedulones publicis affixos locis omni ſervata cautela, & ſecreto, prædictam denuntiationem facit, nolens ſolemniter in Eccleſia publicare dictam declaratoriam ſententiam, prout aliàs de jure requirebatur, juxta *Clement. cauſam in fin. de electione*, ibi: *Verum propter appellati, vel ſuorum metum, vel potentiam intimatio fieri nequit (ut præfertur) appellationem eandem in loco aliquo, ſic ſolemniter volumus publicari, &c.* ubi Gloſſa verbo, *Solemniter*, explicat, *in publica miſſa*, quæ ad hoc notatur, quod publicum dicetur, quod fit ſolemniter inter Miſſarum ſolemnia, ut per Ludovicum Gomez *de publicandis, quæſt. 9. column. penult. verſic. Tertius caſus*, Pariſius *de reſignatione beneficior. l. 11. q. 6. n. 17.* Barboſa *in collect. ad dict. Clem. cauſam, n. 10.*

Prout etiam per eandem *Clement. cauſam*, probat in terminis Guttierrez *Canonic. quæſt. cap. 1. n. 32.* dicens hanc excommunicationis * publicationem faciendam fore in civitate, loco, aut Parochia excommunicati in publica populari Miſſa, vel in Sermonibus, aliove frequentato per populum, ubi plurimos ad id Doctores allegat; at quando adeſt aliqua juſta cauſa, ab hac juris forma recedi ſolet; qua verè urgente, & realiter ſtante pars occultè, & ſecretè affigit Cedulones in loco, locisve publicis, putà ob vitandum aliquem timorem, periculum notabile, & probabile, aut damnum proprium, ut hoc modo publicè cognoſcatur excommunicatum declaratum, & vitandum, abundè Marcheſan. *de commiſſ. appellat. in Romana Curia, 1. p. cap. 5. à n. 137. cum ſeqq.*

Quare ſi debito modo fiat, & in forma probanti Cedulones ſint affixi, * ita ut de ipſorum fide minimè de jure dubitetur; opinor ſic excommunicatum, & publicatum (ſivè juſtè, ſive injuſtè) vitandum eſſe, & pro excommunicato publicè habendum, prout in his terminis probat Guttierrez *Canonicar. quæſtion. l. 1. cap. 1. num. 34. et 35.* qui in hæc inquit: Oportet ergo, ut aliquid dicatur publicari, quod ita publicè, & palam fiat, ut tranſeat illico, vel ſucceſſivè in notitiam populi, viciniæ, vel majoris partis, ut prædicta omnia probat Guimier. *in dict. pragmatic. ſanctione Gallica in tit. de concubinis, §. in gloſſ. ſententiam, 187.* & iterum *in dict. Extravaganti ad vitanda ſcandala, in Gloſſa publicata, pag. 207. col. 2.* ubi in Gloſſa, *Denuntiata*, ad finem dicit, quod denuntiationes hujuſmodi fiunt per appoſitiones illorum nominum in foribus Eccleſiarum, aut alio celebri loco, ut cunctis convenientibus conculcetur, quod hæc eſt quotidiana practica, etiam in Curia Romana ſecundùm Propoſitum, quem refert.

In Hiſpania autem, ſaltem ubi commoratus ſum (inquit, & proſequitur ipſe Gutierrez) ſemper * vidi publicari excommunicationes hujuſmodi, atque denuntiari excommunicatos in Eccleſiis Parochialibus, vel in majori loco cum ſolemnitate, & inſigniis conſuetis. Litteræ autem excommunicatoriæ Apoſtolicæ è Curia Romana emanatæ, quæ huc circumferuntur cum quibuſdam ſignis, atque effigiebus Dæmonum, atque excommunicatorum (& vulgo *Letrones* appellantur) ad fores Eccleſiarum affiguntur, ne fortè ſi in Eccleſia legantur, atque publicentur, earum lator detegatur, atque idem ob hoc aliquod damnum eveniat, &c. Hactenus Guttierrez. Quem ad hoc, & Marcheſanum *de commiſſionibus 1. part. c. 19. n. 17.* citavimus *in tract. de Regia protect. 2. part. cap. 5. n. 15.* quibus adde Bellet. *diſquiſit. Clerical. 1. part. tit. de favore Clericor. Canon. §. 4. num. 21.* Barboſam *in collect. ad cap. Sacro 48. num. 4. de ſententia excommunicat. fol. 472.*

Et de hac publicatione, & denuntiatione per affixionem Cedulonum, mentionem facit etiam Marta *in tract. de jurisdict. 3. part. c. 14. n. 9.* atque multa ſcribit Marcheſlanus *de commiſſionibus appellat. in Roman. Curia, part. 1. c. 5. n. 137. & ſeqq.*

Et licèt hi Doctores ſpecialiter non loquantur de ſolemnitate Cedulonum, * & quibus muniantur requiſitis, ut validi ſint, & debitum ſortiantur effectum prædictum: tamen illum illave ſupponunt, juxta quæ protinus dicenda erunt; quia omnis diſpoſitio recipit reſtrictionem de habilitate actus; quæ ſtrictè ſuppoſita intelligitur. Plures Doctores per Antonin. *variarum reſolut. l. 2. reſolut. 40. n. 40. n. 5. & 6.* Barboſa *axiom. 48. n. fin.* Quia cùm de uno diſputatur, cætera * ſupponuntur habilia, *c. cum Nuntius, de teſtibus, l. Titius, ff. de obſequiis l.* Mantica *de contract. to. 1. l. 12. tit. 26. n. 9.*

Sed quia litigantium malitia, & temeraria calliditas * ſolo perturbandi animo conſcientias, & honores adverſarii maximo atque publico populorum ſcandalo indebitè, minuſque ritè, atque deficiente legitima timoris, & periculi cauſa, abſque Judicis decreto, & mandato eo his temporibus tetendit, ſimplices hic Cedulones affigantur non in forma probanti, ſed privatim à ſe facti, & ſcripti

scripti absque ulla Tabellionis subscriptione, qui de illorum fide attestetur: orta fuit occasio legitima dubitandi, an illi Latrones in aliquo afficere possint quietas populorum conscientias, & an rei ipsi legitimè publicati dicantur, & ut tales evitentur, necnon pro excommunicatis habeantur. Super qua difficultate in quadam gravissima causa Conchensi fui consultus, atque plurimi alii docti viri tam Theologi, quàm Juristæ, quà omnes unanimiter subscripsimus, talibus Cedulonibus subscriptura privata affixis fidem aliquam adhibendam non fore, nec aliquos operari posse juris effectus.

Ad quod moveor primò, quoniam cùm simus 10 in actibus judicialibus, * & sententia excommunicationis & declaratoria: eam debet necessario præcedere trina monitio, aliàs excommunicatio nulla erit juxta magis veram, & probabiliorem opinionem quam sequuntur Victoria *in Summa*, *de excommunicatio. n.* 6. Suarez *de censuris*, *disput.* 13. *sect.* 12. *n.* 3. Soto *in* 4. *distinct.* 22. *quæstione* 2. *art.* 2. *conclus.* 3. Marius alter. *de censuris*, *to.* 1. *de excommunicat. l.* 3. *disput.* 3. *c.* 3. 4. & 5. quam contra Farinac. & alios in puncto veriorem & probabiliorem dicit Barbosa *in collect. ad cap. Sacro.* 48. *n.* 5. & sursum *de sentent. excommunicat.* & post longam disputationem, & multorum Doctorum catenam probabiliorem veriorem, & communem dicunt infiniti penè Doctores adducti, & sequuti eundem Barbosam *in collectan. ad cap. reprehensibilis* 26. *à n.* 2. *cum seqq.* Et quod ad valorem excommunicationis monitio præcedens requiratur cum Soto, & Henriquez, probat Sanchez *de matrimonio*, *l.* 9. *disput.* 32. *nu.* 3. *to.* 3. Et in declaratoria sententia ferenda 11 incursus censurarum latæ ab homine, * ut etiam requiratur citatio, & monitio præcedens. Tenet Emanuel Sà *in Aphorism. verbo*, *Excommunicat. n.* 8. & 9. & per Ugolinum Covar. Antonium Gabriel. & alios probat ipse Barbosa ibidem *n.* 6. & determinavit Rota in una *Alexanens. pensionis* 20. *Februarii* 1606. quam adducit Marchesanus *de commissionibus jactatio*, & *jactat.* 3. *part. c.* 1. §. 1. *fol.* 335. *to.* 3. In qua postquam dictum fuit
12 † debere ad excommunicationem præcedere citationem personalem, *n.* 2. in hæc: *Fuit nulliter*
13 *processum*, † *ex quo non fuerunt servati termini soliti in declaratione*, &c. *Ad docendum se paruisse litteris Apostolicis*, & *monitorialibus*, *sicut necesse erat ad effectum censurarum*, *ut per Vestrium*, *l.* 8. *cap. ult. n.* 19. &c.

14 Quæ citationes de necessitate † procedunt non solùm ad declaratoriam sententiam, sed & consequutivè pro excommunicato publicè denuntiando & Cedulonibus decernendis, & probat Bellet. *disquisit. Clerical. ubi sup.* quem referens sequitur Barbosa *in remission. ad cap. Sacro. n.* 4. *de sententia excommunication.* dicentes, quod in prima monitione, sive citatione præfigatur terminus ad quid faciendum, in secunda verò alius terminus ad dicendum, & allegandum causam, quare non debeat excommunicari, seu in excommunicationem comminatam incursus declarari, in tertia denique, ut compareat ad videndum, & audiendum se excommunicari, & successivè excommunicatum declarari, & pro excommunicato publicè denuntiari, Cedulones diffigi, & affigi ad loca solita, & consueta civitatis.

Et quod sententiam declaratoriam, & publicationem ejusdem debeat præcedere citatio, probat textus *in cap. præsentia*, *de sententia excommunicat.* & per eum Marta *de jurisdict.* 3. *part. cap.* 11. *n.* 8. & vide ad processum judicialem excommunicationis, & declarationis eundem Ibid. *n.* 2. *cum seqq.*

Igitur hæc Edictorum, & Cedulonum affixio debet fieri † precedente unicis decreto, ut probat *Clement.* ibi: *Ad istas Edictorum in eiò Prætoris præscriptorum*, &c. *Ipso Papa specialiter*, *& ex certa scientia id mandante*, *Judex*, &c. *de judiciis*, *Clement. consuet.*, *de electione*, ibi: *Si propter appellati*, *aut suorum metum*, *vel potentiam intimatio fieri nequeat* (ut præfatur) *appellationem eandem in loco publico aliquo fieri solemniter volumus publicari*, &c. *Intimatio verò alter facta omni careat juris effectu. Idem quoque in aliis casibus observari volumus in quibus requiritur intimatio facienda*, &c. 15

Igitur cùm tam declaratoria sententia, quàm ipsa affixio Cedulonum & Edictorum procedat à Judice, † debet omninò constare de ipsius sententia, & Decreto per subscriptionem Tabellionis, 16 ex *cap. quoniam contra*, cum concordantibus, *de probationibus*, & in fine, ibi: *Nec pro ipsius præsumatur processu*, *nisi quatenus in causa legitimis documentis constiterit*, *qua desciente nullam fidem actus facit*, plenius infrà, *n.* 26. 27. & 28.

Deinde quoniam ad deveniendum † ad Etiam 17 affixionem Cedulonum & Edictorum debet præcedere cognitio super legitima causa, an Reus fecerit vis, justusque metus, & potentia adversarii, super qua omnino fundantur dicta jura, *in dict. Clem.* 1. *de judiciis*, & *Clement. cumsuetum*, *de elect.* Quippè quando lex dispo it * sub aliquo 18 supposito, non potest verificari dispositio, nisi prius verificetur suppositum, ex axiomate vulgari de quo Nos *de Regia protectione*, 2. *part. cap.* 11. *n.* 36. & *c.* 16. *n.* 73. & *seqq.* & 3. *part. c.* 10. *n.* 51. Quod quidem in recursu ad Regem omninò cessat, propter quem habendum, seu habitum, non debet executor Cedulorum juris solemnitates, & formam transgredi, & omittere.

Maximè cùm ad justitiam recta, & non violentam exequendam † facilis in his Hispaniarum 19 Regnis patet aditus, cuibus omnes cujuscumque status & qualitatis, obsequentissimi sunt justitiæ ministris præcipuè Ecclesiasticis, & Sedis Apostolicæ, prout latè probavimus 1. *part. c.* 3. *princip.* ubi *à n.* 5. & *seqq.* Rex Catholicus sumopere, maximoque certatu hanc reverentiam, & executionem * commendat litterarum Apostolicarum, 20 & ultra ibidem dicta ponderanda sunt in proposito singularia verba *l.* 2. *tit.* 3. *l.* 1. *Ordinamenti Regii*, ibi: *E Nos recibimos en nuestra guarda*, *è seguro*, *è defendimento à los jueces Ecclesiasticos*, *que pusieren sentencias de excomunion*, *y à los mensageros que las traen las cartas*; de quo Regno potest cantare Rex * noster, quod de suo Imperator *in l.* 1. *Cod. de his qui propter rat. non appellan.* ibi: *Sacro enim comitatu nostro tunc nihil potuisti*, &c. Imò multoties litteræ Apostolicæ, 21 atque cujuslibet Judicis Ecclesiastici solent in 22 Senatu præsentari, ut illis auxilium pro executione libera, & securiori præstet, atque à Senatu ipso (nisi violenter fiat) nunquam denegatur, sed exhibetur libenter, atque ideò illi calumniosi impetrantes frustrà metum concipiunt, juxta illud Prophetæ, *Psalm.* 13. *Illic trepidaverunt timore*, *ubi non erat timor.*

Etenim nisi fugiant lucem, sed causam justam tractent, à Senatu ipso * possent consequi auxi- 23 lium pro suarum litterarum executione libera. Quo quidem tantummodo agitur de evitando scandalo,

dolo, & damno Reipublicæ, & violentia tollenda, & hoc cùm in executionem juris, & maximè S. Concilii Trid. faciat, nec metum, nec injuriam inferre dicitur, *l. nullus videtur*, ubi Decius, Cagnol. *ff. de reg. jur.* Petr. Surd. *decis.* 21. *num.* 14. *cum seqq.* Ant. Gam. *decis.* 35. *num.* 1. Auguſt. Barboſ. *axiomat.* 135. *nu.* 3. Per-
21 peram quippè faciunt * legitimam & juridicam viam augentes, violentam amplectendo juxta illud Caſſiadori *lib.* 7. *variar. epiſtol.* 3. *in cauſa poſſint jura, non brachia, nam cur eligant quærere violenta, qui præſentia probantur habere judicia*, & iterum, *lib.* 1. *epiſtol.* 30. *Concilium atrox, crudele præſidium ferinam certationem. Principes namque* (dicit Paulus *ad Romanos cap.* 13.) *non ſunt*
25 *timor* * *boni operis, ſed mali: vis ergo non timere poteſtatem, bonum fac, &c.* refert Marta *de juriſdict.* 1. *part cap.* 22. *n.* 58.

Fruſtrà igitur excuſatur commiſſarius ad citandum, qui locum non tutum dicit, & impedimentum legitimum eſſe recurſum ad Regem aſſerit, cùm ipſe Senatus tota juſtificatione procedat (de qua temerè hæſitaretur) quo caſu non poteſt dici juſtus. Rota poſt addition. Cenc. *de cenſibus deciſ.* 66. *nu.* 4. nec metus illatus per viam juſtitiæ dicitur juſtus *Rota in Romana pecunia de Roſpulis*, coram Plato penes Marcheſanum, quas adducit Foſt. *de manutent. obſervat.* 3. *à nu.* 38. Sicque ceſſat cauſa inductiva Cedulonum, cùm penitùs illegitima ſit, inſufficiens, & inexcuſabilis, ut abundè oſtendimus hac *part. cap.* 20. *à n.* 17. *cum multis ſeqq.* & juribus, quibus ad hoc Rota nititur, ſatisfecimus manifeſtè ibidem.

Inſuper quia cùm hæ ſententiæ excommunica-
26 tionis, declaratoriæ & ſimiles ſint actus * judiciales, aliter non probantur, quàm per ipſos actus judiciales & ſcripturam ſolemniter geſtam, & ſubſcriptam, Part. *in l. ne in arbitris*, *num.* 3. *C. de receptis arbitris*, Bart. *in l. geſta*, *verſ. Quæro nunquid*, *C. de re jud.* Bart. *in l. ſi quis*, §. *ſi initium*, *verſ Secundò videndum. ff. de edendo*, & *in l. fin. ultimo verſ. C. de edicto D. Adrian. toll.* Menoch. *in conſ.* 100. *num.* 54. Felin. *in cap. quoniam contra*, *num.* 55. *de probation.* Alexand. *conſ.* 37. *col. fin. lib.* 3. & *in conſ.* 75. *num.* 9. *lib.* 1. Roman. *ſingul.* 6. incipit, *quod miſſio*, ſic cenſuit Guido Papæ, *quæſtione* 528. Alciat. *in l. pactum quod bona*, *C. de pactis*, Grammat. *conſ.* 86. *n.* 5. *in Civilibus*, Socinus *conſ.* 40. *nu.* 4. *vol.* 4. Corneus *conſil.* 220. *col.* 2. *vol.* 2. Et veriſſimum pronuntiatum judicavit Pariſius *conſil.* 162. *col.* 1. *vol.* 4.
27 Etenim acta judicii omnes ſcripturas, Notarii * actorum juſſu Judicis conſcripta, dixit Bald. *in authen. quæ ſupplicatio*, *ut lite pend.* & Rolandus à Valle, qui alios refert, *in conſ.* 37. *nu.* 11. *vol.* 1.
28 Ubi etiam dicit, prædicta acta judicii * vocari publica triplici ratione, quia confecta à notario, & ſic à perſona publica Item coram judice, qui itidem eſt perſona publica, & in judicio, & ſic in loco publico. Quæ omnia recenſet, & ſequitur Maſcard. *de probationibus concluſ.* 32. *per totam.* Ergo
29 ſimplici * papyro ſubſcripto abſque ſcriptione Notarii veritatis fides nulla debetur. Vide circa hoc plurimas Rotæ deciſiones ad litteram adductas per Garciam. *de beneficiis* 6. *part. cap.* 2. *n.* 17. on nino videndas. Et alias in te minis inferiùs adducendas *à n.* 77. & *à n.* 65. *cum ſeqq.*

Probatur deinde, quoniam quando alibi de ex-
30 communicationis ſententia * conſtare neceſſe ſit, debet fieri per inſtrumentum authenticum, aliàs minimè probat, nec creditur; text. eſt *in cap. cum medicinalis ſit excommunicatio*, *de ſentent. excommunicationis*, *lib.* 6. ibi: *Quiſquis igitur excommunicat, excommunicationem in ſcriptis proferat, & cauſam excommunicationis expreſsè conſcribat, propter quam excommunicatio proferatur. Exemplum verò hujus ſcripturæ teneatu excommunicato tradere intra menſem, ſi fuerit requiſitus, ſuper qua requiſitione fieri volumus publicum inſtrumentum. vel litteras teſtimoniales confici ſigillo authentico conſignatas, &c.* Apertiſſimis quippè documentis conſtare debet de excommunicatione, *cap. pia*, ibi: *Apertiſſimis documentis*, *de exceptionibus*, *lib.* .

Hinc eſt, quod publicatio excommunicati fit, per lecturam ipſius ſententiæ, quando verò affixio eſt * facienda in loco publico, ipſa affigitur 31
ſententia, ut probat Guimier. *in pragm. ſanctio. Gallica. tit. de concubinis*, §. *publice*, *in gloſ. ſententiam*, *pag.* 187. & iterum *in extravag. ad vitanda ſcandala*, *in gloſ. publicata. pa.* 207. *col.* 2. *gloſſ. denuntiata*, Guttier. *Canon. q. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 32. in hæc: *Publicatio autem excommunicationis fit in Civitate, loco, aut Parochia excommunicati in publica Miſſa populari, vel in ſermonibus, aliove acta frequentato per populum, aut per affixionem ſententiæ in locis publicis ita quod faciliter tranſeat in notitiam populi*, &c.

Et quod edicta publicis affigenda, quando tutus non adeſt aditus * ut fieri queat perſonaliter; 32
debeant eſſe publica inſtrumenta confecta per Notarium publicum ad illam cauſam legitimè deputatum cum appoſitione teſtium, ac ſigno eiſdem conſueto ſubſcripta, & ſigillo Judicis citantis roborata, & in forma publica, & probanti redacta, juxta vulgare Romanæ Curiæ ſtylum, teſtantur Caſſiador. *deciſ.* 1. *de appellat.* Ægidius *concluſ.* 310. *ſicut*, & *deciſ.* 228. *voluerunt Domin. in novis.* poſt quos, & Speculator. optimè firmavit Vantius *de nullitate ſentent. ex defectu citationis*, &c *num.* 99. præcipuè ad fin. & *nu.* 100. Imò ipſa ſcriptura originalis, non copia debet affigi, ut tenet Lancel. *de attent.* 2. *p. cap.* 4. *de lite pendente in præfat. à num.* 99. & *num.* 48. & *à nu.* 95. *cum ſeqq.* Eleganter Vantius ubi proximè *nu.* 136. de quibus omnibus latius erit agendum, & comprobandum inferius *à num.* 65. *cum multis ſeqq.* ubi in iſtis terminis, & circa omnia ſuperius dicta adducuntur plures Doctores, & Rotæ deciſiones.

Comprobatur inſuper, nam iſti Cedulones à parte ipſa forſan facti, * vel ab alio ſcripta ſimpli- 33
citer & abſque ſubſcriptione publici Notarii, nec probant in vim inſtrumenti publici, cum in eis deficiant omnia ſeptem requiſita à jure neceſſaria, ut aliquam fidem faciat inſtrumentum, quæ recenſet Covar. (plurimos DD. allegans) *practic. quæſt.* 20. *per totum*, & videndus *c.* 19. *n.* 9 Proſequuntur etiam ea, quæ in inſtrumento intervenire debent, ut ſit ſolemne, & fidem faciat, & latè declarant D. Anton. de Padilla *in l. ſi qua beneficia ex n.* 4. *cum ſeqq. Cod. de diverſis reſcriptis.* Gutierrez *practic. lib.* 1. *quæſt.* 138. *cum ſeqq. uſque ad fin. lib.* 1. Bonifacius Rogerius *in conſ.* 54. *per totum lib.* 1. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *c.* 20. Burgo de Paz *in conſ.* 3. *n.* 88. Azeved. *in l.* 13. *tit.* 25. *lib.* 5. *Recop. per totam*, Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 82. & 83. Decian. *conſ.* 24. *num.* 43. *vol.* 1. Ripol. Reminal. *in conſil* 6. *ex n.* 1. *cum ſeqq.* & *num.* 46. & *ſeqq. lib.* 1. Ruinus *in conſ.* 11. *num.* 15. 16. & 25. *lib.* 3. Simon de Pretis *de interpret. ultim. voluint. lib.* 2. *dubitat* 1. *ſolut.* 2. *nu.* 4. & *nu.* 25. & *ſeqq. fol.* 353. & *lib.* 5.

inter-

interpret. 2. dubitat. 2. solut. fin. ex n. 105. cum multis seqq. fol. 535. Petrus Magdalen s *de n. testium in testament. requis. 2. p. 3. ex n. 26. cum seqq. fol. 436.* Alexand. Raudens. *de Analogis. lib. 1. c. 28. n. 1.* Tep tus *variar. resol. lib. 1. tit. de fide instrument. fol. 271.* videnda *l. 54. 55. & l. 111. tit. 18. p. 3.* ubi plenè agit Gregorius Lopez.

Et hoc instrumentum non nisi ab eodem Notario, qui protocollum, seu registrum confecit ad
34 petitionem partis, * & non nisi semel authenticum extrahendum erit, ut fidem faciat, *l. 2. de fide instrumentorum, l. fin. ff. quemadmodum testam. aperian. l. census, ff. de probationibus, l. 4. l. Pomponius, ff. familiæ erciscund. cap. 1. de fide instrumentor.* Covar. *practicarum cap. 19. num. 3.* Parlador. *rerum quotidianar. lib. 2. cap. fin. 1. part. cap. 12. n. 21.* & alia requisita vide per Covarr. *practicar. cap. 26. nu. 4.* Castillo *controvers. lib. 2. cap. 16. à n. 46.*

Nec etiam si hi Cedulones ab alio Notario con-
35 ficiantur, * & subscripti fuerint quam ab ipso Tabellione originario aliquam fidem faciunt, nisi plurima interveniant requisita, inter quæ mandatum Judicis, & partis citatio, de quibus latissimè post magnam Doctorum catervam Castillo *controvers. lib. 2. cap. 16. à n. 51. & seqq. & n. 56.* & latè per Mascard. *de probationib. conclus. 711. nu. 17. cum seqq. & à n. 1.* ubi plurimos adducit, qui
36 reddunt rationem, quia non creditur Notario, * nisi de eo de quo ipse rogatus fuit, non enim potest fidem dare sic decrevisse Judicem, vel partes ita voluisse, quantumvis transumptum ipsum ab eo fideliter exemplatum fuit, ut latè Mascard. ib. *à n. 1.* & Castillo *nu. 53. & seqq.* Prout de transumptò, & exemplo sententiæ dixit Rota apud Alexand. Ludovis. *decis. 530. & decis. 432.* quibus locis latè Beltramin. *in annotation.* & per Coccinum *decis. 466. n. 1.*

Si igitur hæc ita vera sunt in nostro jure, quæ
37 fides (rogo) adhibenda erit * simplici cuidam papyro à parte ipsa confecto, vel à puero aliquo scripto continente simplicem relati nem, quemdam scilicet, fuisse ob talem causam ab aliquo Judice excommunicatum, & in eundem latam sententiam declaratoriam? Si in forma probanti non affigatur cum authentica subscriptione Notarii, ut dictum est, & de jure requiritur, aliàs nec pars illis credere tenetur, nec eam contumacem reddit, ut in terminis post plures alios probat Vant. *de nullit. sent. ex defectu citationis, à n. 124.* ubi de requisitis, ut Cedulones fidem faciant, & signanter *n. 136.* & inferiùs hoc *cap.* altius roborabitur, *à n. 65. cum multis seqq.*

Et quod simplex exemplum à Tabellione non subscriptum fidem nullam faciat, est text. *in l. 1. §. sed si unum, ff. de bonor. possession. secundum tabul.* ibi: *Id quod exemplum erat bonorum possessio peti non poterit;* quem sic declarant, & interpretatur glossa ibi vero, *Exemplum*, Alexand. *in l. unum, ff. de testamentis*, Decius *in l. si quis in aliquo documento, num. 14. Cod. de edendo*, Castillo *dict. cap. 16 sub num. 58. vers. Nec urget.*
38 Nulla enim scriptura privata ab aliquo * subscripta, etiam contra ipsum negantem aliquid probat, nisi aliter comprobetur legitimè, ut vulgare est, quando minus à se factam, & scriptam in præjudicium te tii.

Hi autem Cedulones ita simplici relatione conscripti, non in forma probanti, nec à Tabellione
39 solemniter subscripti, * quibus imò omnes juris solemnitates, & requisita ad probationem desiciunt (quibus nec pars credere tenetur, nec ardant, ex jam dictis, & inferius roborandis) potius libelli infamatorii dicendi sunt, cùm notabile oriatur ex eorum affixione, & apparitione in locis publicis scandalum populorum. Præsumendum est blicis scandalum populorum. Præsumendum est igitur, & potiùs attribuendum audaciæ & callidi tari partis volentis & terrere adversarium, & famam publicè diminuere, quod & maximè procedit in Letronibus, & Cedulonibus his partibus Hispaniæ tam remotis à Sede Apostolica affixis, de quorum veritate non nisi cum omnimoda difficultate, notabili damno, & incommodo, ac sumptibus partis, nec non nisi post longum temporis cursum, & moram, potest veritas constare, & certitudo apparere.

Quare cùm in facti contingentia hic casus in civitate * Conchensi accidisset, quamplurimi DD. 40
insignes hujus Regiæ Curiæ; atque Theologi doctissimi Consilii subscripsere, & affirmarunt, bis letronibus, & Cedulonibus publicè affixis, non in forma probanti, sed omni juris solemnitate carentibus fidem nullam adhibendam esse, nec partes habendas esse pro publicatis, & declaratis, ut ex Juristis subscripsit Doctor Joannes de Mena nunc Regius Senator in Consilio Regio Indiarum, Doctor Ludovisius de Cafanate, postea etiam Fiscalis Regius in Consilio Supremo Aragonum, Doctor Ferdinandus Vallejo Fiscalis Tribunalis Sancti Officii Conchensis (de quorum eminenti scientia, & experientia vacuum foret hic longum Panegyricum canere, cùm cunctis satis sit notorium) D. Petrus de Noguerol. Doctor Joannes de Zurita, D. Joannes Osorius, omnes insignes, & famosi Advocati horum Supremorum Regis Consiliorum: Doctissimus, necnon etiam mihi clarissimus Doctor D. G spard. de Criales ab Arce, meritissimus Cathedralis Ecclesiæ Conchensis Canonicus Pœnitentiarius dignissimus. Et ex Theologis quamplurimi doctissimi, & insigniores omnium ferè Religionum hac in Curia Regia commorantes, qui omnes in unum convenere, in censuras Cedulonum prædicto modo apparentium neminem incurrisse, quod & latiùs inferiùs comprobavimus, *à n. 65. cum pluribus seqq.* ubi de tribus requisitis ad validitatem horum Cedulonum necessariis tractatur, & ostenditur omnia in istis deficere.

Quoad secundam Capituli partem quemadmodum succurrere solet Senatus sic publicato, * sive 41
legitimè, & in forma probanti facta Cedulonum affixione, sive minùs rité facta fuerit, juxta quæ hactenus latiùs comprobavimus, inferere libet. Etenim si prædicta declaratio, aut publica denuntiatio facta est his in casibus, in quibus ostendatur dispositio Sacri Concilii Trid. præservantis primam instantiam Ordinario; tunc cùm legatis etiam de latere Nuntiis, aliisve superioribus penitùs deficiat jurisdictio in prima instantia; * procul dubio 42
sententia excommunicationis erit nulla ipso jure, sicuti & cætera acta judicialia, ex eodem Concilio latiùs pluries comprobavimus, maximè *cap. 17. hac 2. p. per totum, & cap. 20. & in cap. 6. à nu. 14. cum multis seqq.*

Conclusio sequens vera est in jure, quod sententia excommunicationis lata à judice in casu, 43
quo jurisdictione careat; sit nulla ipso jure, & nullatenus ligat sic excommunicatum. Marta *de jurisdictione, 2. p. cap. 14. à nu. 11.* & à principio, quando sit excommunicatio nulla ipso jure, & remissivè ad eum, Nos *de Regia protect. 2. part. cap. [illegible] à n. 25.*

Comprehatur; nam cùm executor, Legatus,
aut

aut alius Delegatus Apoſtolicus careat juriſdictio-
44 ne, * eamque exercere nequeat ante litterarum ſibi factam præſentationem, Pariſius *de reſignatione*, *lib.* 1. *queſt.* 21. *num.* 16. & 17. in tantum
45 quod citatus ab eo non teneatur comparere, * niſi incerto tenore, & copia commiſſionis, vel delegationis in citatione, ut per Marantam *de ordine judicio p.* 4. *diſtinct.* 5. *num.* 61. *verſ. Trigeſimo octavo differunt.* Minſingerius *Cent.* 3. *obſervat.* 1. Riccius *in collect. deciſ. part.* 3. *collect.* 532. *verſ. Infertur tertio*, Azenin. *in praxi Florent.* §. 5 §. 2. *nu.* 3. Decianus *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 25. *nu.* 12. Menochius *conſ.* 790. *nu.* 6. & *de præſumptionibus*, *lib.* 2. *præſumpt.* 15. *num.* 2. Lancellotus *de attentatis*, *cap.* 2. *in præfat. num.* 166. *cum ſeqq.* 2. *part.* Raudenſ. *conſ.* 13. *numer.* 13. *vol.* 1. Camillus Borrellus *conſil.* 68. *num.* 5. Petrus Barboſa *in l. ſi quis ex alienat. num.* 9. *ff. de judiciis*, Molina *de juſtit. & jure*, *tom.* 6. *tract.* 5. *diſp.* 25. *nu.* 1. Riccius *in praxi Aurea*, *n.* 414. Aug. Barboſa *in collectanea ad cap. cum in jure*, 31. *num.* 3. & 4. *de officio Delegati*, quamplurimos alios citat, & latè proſequitur Garcia *de beneficiis*, 6. *part. cap.* 2. *à n.* 7. *& ſeqq.*

Ideo ex hoc defectu juriſdictionis excommuncatio lata à Delegato ante litterarum præſentatio-
46 nem, * vel etiam poſt citationem, qua commiſſio non eſt inſerta, eſt nulla ipſo jure. Navarrus *conſil.* 9. *in antiquis* aliàs 5. *in novis*, *de ſententia excommunicationis.* Sairius *in floribus deciſ. ſub eodem tit. deciſ.* 10. Barboſa *in dict. collectanea cap. cum*
47 *in jure*, *nu.* 5. ubi etiam firmat., * quod hoc caſu nec ipſe Delegatus poterit procedere ad declarandum citatum incidiſſe in excommunicationem, probant Anna *allegat.* 24. quem refert Riccius *dict. collectan.* 532. *in fin.* Igitur Senatus cùm nomine, & authoritate Regia ſit protector Concil. Trid. licitè poterit cauſam in prima inſtantia remittere Ordinario, ſic vi oppreſſo ſuccurrendo, & tantæ violentiæ obviando, cum ipſe legatur non fuerit alla excommunicatione, ex hactenus comprobatis.

Hinc ex defectu juriſdictionis, ſententia excommunicationis ab Ordinario lata in exemptum eſt
48 nulla ipſo jure; * ut tenet poſt alios & comprobat Eraſmus à Cochier *de juriſdict. ordin. in exemptos*, 2. *part. quæſt.* 7. *n.* 11. & videndus *quæſt.* 40. *num.* 1. *& ſeqq.* ſequitur Barboſa *in collect. ad cap. cum ad quorumdam*, *numer.* 4 *de exceſſibus Prælator.* qui textus ad propoſitam benè ponderatur in illis verbis: *Ipſam decernimus non teneri.*

Quò pertinet, quod excommunicatio lata à Ju-
49 dice, * poſtquam ab eo appellatum fuit, eſt nulla ipſo jure, & attentata, cùm tunc careat juriſdictione, ut per *cap. ad præſentiam*, & ibi DD. *de appellationibus*, probant Philippus Franchus ibi *n.* 3. 4. & 5. Lancell. *de attent.* 2. *p. cap.* 12. *attent. appellat. pendent. limit.* 26. *nu.* 5. Scaccia *de appellationibus*, *q.* 17. *limitat.* 22. *nu.* 54. Barboſa *in collect. ad eundem text. n.* 2. quamplurimos alios ad idem congeſſimus *de Regia protect.* 2. *part. cap.* 5. *n.* 21. *cum ſeqq.*

Quod adeò ex defectu juriſdictionis nulla eſt
50 excommunicatio, * declaratio, ut Clericus ſic excommunicatus poſſit abſque abſolutione ſubſequuta celebrare, & immiſcere ſe divinis abſque metu irregularitatis, etiamſi poſtmodum pronuntiatum fuerit, ipſam appellationem firmitatem non habuiſſe, Gloſſ. ſingularis, *verb. in officiis*, *in cap. ſolet*, *de ſententia excommunic. lib.* 6. Navarr. *in c.* Salgado de Supplic. & Retent.

cùm contingat, *de reſcriptis*, *remed.* 3. *verſ. Secunda.* Salcedus ad Bernard. Diaz *in pract. crimin. Canon. c.* 33. *lit. A.* Lancellot. *d. cap.* 12. *ampliat.* 8. *n.* 7. Spino *in ſpecul. teſtam. gloſſ.* 11. *rubr. nu.* 29. *verſ. Pater igitur*, & *nu.* 44. Cenedus *ad Decretales*, *collect.* 25. *n.* 6. Barboſa *in collect. ad c. ad præſentiam*, *n.* 3. & 4. *de appell.* plurimos alios congeſſimus *de Regia protect.* 2. *p. c.* 5. *n.* 22.

Ac pariter cùm recuſatione pendente Judicis ſit ſuſpenſa juriſdictio, * tunc ab eodem Judice lata 51
excommunicatio nulla eſt, ex hoc juriſdictionis defectu, Lapus *allegat.* 1. *per c. per tuas de ſententia excommunicationis.* Joannes Andreas *in c. legitima*, *num.* 3. *de appellationibus*, *in* 6. Franchus *in rubr. de appellationibus*, *in princip.* quia tunc ceſſat juriſdictionis exercitium * ut ex Millis 52
in Repertorio, *verbo*, *juriſdictio*, obſervat Marta *in tract. de juriſdictione*, 3. *p. cap.* 14. *numer.* 35. probant etiam Verall. *deciſ.* 7. *num.* 1. *p.* 3. Lancellotus *de attent.* 2. *part. cap.* 6. *num.* 4. & ex pluribus aliis Giurba *in conſ.* 9. *num.* 1. *nu.* 3. Valençuela *conſ.* 37. *num.* 170.

Igitur in omnibus iis caſibus, * in quibus vio- 53
lenter percutitur prima inſtantia Ordinarii, juxta quæ latiſſimè *in tota hac* 2. *part.* & pariter in executionem litterarum, & gratiarum Apoſtolicarum, quarum cauſarum cognitio pertinet in prima inſtantia ad Ordinarium, juxta caſuum diſtinctionem adductam hac 2. *p. cap. fin. per totum*, in quibus pro executione monitorialium, aut mandati de immittendo, aut executione executorialium expeditarum omiſſa forma Concilii Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformatione*, *cap.* 20. *cauſæ omnes*, juxta quæ Nos hac 2. *p. cap.* 17. & 20. excommunicatio, aut declaratoria quomodolibet lata, cùm nulla ſit ipſo jure in notorio defectu juriſdictionis: ſi de facto inſuper & violenter perſonaliter intimetur, vel per Cedulones etiam in forma probanti publico loco affixos; Senatus vim tollendo, & taliter oppreſſis occurrendo retinet litteras monitoriales, & cenſuras tangentes, & remittit principalem cauſam Ordinario, atque inſuper acriter fert audaciam Tabellionum has intimationes facientium, * atque 54
eos, & omnes participes, & agentes ſeverè punit. Clericos extraneos ab his Regnis declarat, eorumque temporalitas occupat, laicoſque (ut diximus) gravibus pœnis afficit, atque partem ipſam, quæ attulit vel excommunicationem, vel declarationem, vel Cedulones etiam in forma probanti prædictis Caſibus, aut ea carentes, ad cautelam (juxta quæ latè & optimè Joan. Hieronym. Campanil. *diveſ. juris Canon. rubric.* 11. *c.* 15. *n.* 75.) compellit omni juris rigore, ut ſuis expenſis afferat abſolutionem, excommunicatorum, etiam nulliter, ad cautelam, ut præmiſi. Atque idem etiam in omnibus caſibus generaliter, * in quibus 55
violentia communiter per Judicem, aut executorem Romanæ Curiæ, excommunicando partem; & his in patribus non reperiatur Judex ipſe qui abſolvat ab excommunicatione, vel quod non poſſit (quia executori mero nudata fuit poteſtas excommunicandi, aut declarandi, qui quidem poteſtatem abſolvendi non habet, juxta Gloſſam *in cap. cum inferior* 16. *verbo*, *ligare de majoritate & obedien.* quam ibidem ſequuntur Joannes Andreas *col. ultima*, *n.* 11. *verſ. Et in fine* Butrius *n.* 8. Panormitan. *col.* 1. *in fin. verſ. In eadem Gloſſa.* Felinus *col.* 3. *nu.* 5. *verſ. Falit tertio*, quos & alios plures refert, & ſequitur Rendina, *in promptuar. recept. ſentent. tit.* 21. *de excommunicatione*, *n.* 4. Barboſ. *in collect. c. cum inferior*, *n. & ſeq.*

56 Tunc itaque Senatus compellit partem, * vel ejus actores, ut ſuis expreſſis afferat dictam abſolutionem à Romana Curia, vel aliunde. Ita Pater Henriquez vir inſignis è Soc. Jeſu *in tertio tomo ſummæ l. 2. de Pontificis clave, in c.* 18. §. 2. In hæc: Interdum data Romæ ſententia etiam trina à Judice Apoſtolico fulminato proceſſu mittitur executor in Hiſpania, & interdum executoriales litteræ continent violentiam, &c. Et intimat cenſuras, ut mittat in poſſeſſionem, qui mitti non
57 debet, * ſic appellatio ab executore modum excedente admittitur apud Judices Regios, aut per litteras Senatus ante datas, Prætor facta ſummaria informatione cum duplici teſte de violentiæ periculo, arripit litteras executoriales, & defert in Senatum Regis. Porrò Judices Regii (quia extra ipſorum territorium degentes Judices Apoſtolicos rogare, aut compellere non poſſunt, ut ſublata violentia ſuſpendant executionem) comprehendi jubent executorem injuſtum, & reponi quidquid ab illo cum vi notoria factum, ſeu attentatum eſt,
58 * compelluntque, ſi executor mixtus ſit cum aliqua cognitione cauſæ, ut ipſe abſolvat, reponat attentata, & deferat appellationi, ſeu applicationi, aut certè, ut ipſe, qui merus eſt reſpectu prioris ſententiæ, ſuis expreſſis procuret plenam abſolutionem hominis, &c.

Practicus etiam Monterroſo *in pract. tract.* 5. *de las Chancillerias, c.* 2. *fol.* 81. *à tergo*, affert inſtructionem à Rege miſſam Cancellariæ, in qua propè principium hæc leguntur. Y que ſi algunos legos fueren en las notificar, y uſar dellas, los prendan, y ſecreſten los bienes, y embien preſos à la carcel de las dichas Audiencias con la informacion que contra ellos huvieren tomado, ò los Clerigos requieren à ſus Prelados los prendan, y caſtiguen, &c. Et poſteà *in eadem inſtructione*, §. *y tambien*, ita legitur. Y tambien ſe den cartas para que las partes ò otras qualeſquiera perſonas, que tuvieren las dichas Bullas, no uſen dellas, y las embien à la dicha Audiencia, y a los Notarios, y Eſcrivanos que no las notifiquen, y ſi las tuvieren notificandas, que no las embien à Roma, ni den teſtimonio.

Et in §. *penultimo ejuſdem inſtructionis Regis*, ita diſponitur: Deſpues de victos los proceſſos, conſtando por ellos, que lo que ſe harraido es contra las leyes y Bullas concedidas, y coſtumbre antigua, y contra los Patronazgos, ò indultos: danſe, attenta la calidad delos negocios, è inobediencia; las cartas neceſſarias, aſſi para que no uſen de las Bullas, como para ſecreſtar los bienes, y temporalidades de los que fueren inobedientes; y para que parezcan en la dicha Real Audiencia, y ſalgan del Reyno, y acudan con los frutos, a quellos a cuyo favor ſe ſetentiare, y ſe den todas las demas proviſiones que les pareciere que ſe deven dar, ſegun la calidad de la cauſa para, que ſe conſerve, y guarde lo que en eſtos caſos, por las Bullas, y leyes del Reyno eſta proveido. Vide meliùs eundem citatum infra hoc *cap. à n.* 64.

Quæ inſtructio deducta fuit à praxi hujus Supremi Concilii Regis, & ex legibus, ut in *l.* 21. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* quæ ad medium, ſic ait: * *Sopena que qualquiera perſona, ò perſonas, que contra lo contenido en las dichas Bullas, y privilegios Apoſtolicos, y contra lo aqui contenido fueren, ò paſſaren en qualquiera manera, ſi fueren legos por el miſmo hecho ayan perdido, y pierdan todos ſus bienes, los quales deſde agora applicamos à nueſtra Camera, y Fiſco: y anſimiſmo ayan perdido y pierdan qualeſquier officios publicos y Reales, y ortas mercedes que de nos tengan, para que dellos, como de vacos podamos hazer merced à quien nueſtra merced fuere, y ſus perſonas que den ala nueſtra merced: y ſi fueren Eccleſiaſticos, por el miſmo hecho ayan perdido,* * *y pierdan la naturaleza y tem-* 60
poralidades que tuvieren en neuſtros Reynos y ſean avidos por agenos y eſtrannos dellos y como a tales ſean ſecreſtados los frutos, y otros qualeſquier beneficios que tengan en eſtos nueſtros Reynos, y mandamo a los nueſtros Procuradores Fiſcales, y a dada uno dellos, que conſtandoles, que alguna, o algunas perſonas obieren ido, ò venido contra lo ſuſodicho, los pidan y demanden las dichas penas, y proſigan las cauſas contra ellos ante quien, y como devan haſta las fenecer, y acabar, &c. Et in fine. *Pue executen, y hagan executar las dichas penas de las perſonas, y bienes de los que contra lo aqui contenido fueren, ò paſſaren, &c.* Et idem diſponitur *in l.* 18. *eodem tit. & lib.*

Quod & clariùs diſponitur *in l.* 25. *eodem tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil.* quæ poſtquam diſpoſuit de tanto impetrationes à Sede Apoſtol. in derogationem juris Patronatus Regii, & laicorum, ac filiorum patrimonialium, & Canonicatuum Magiſtralium, & Doctoralium, necnon factas ab alienigenis exteris horum Regnorum, ad medium ita ait: *Porque qualquiera coſa que ſe proveyeſſe por ſu Santidad, y ſus Miniſtros en derogacion de las coſas ſuſodichas, ò qualquiera dellas traeira muy grandes, y notables inconvenientes: y dello podrian naſcer eſcandalos, y coſas que fueſſen en deſervicio de Dios nueſtro Sennor, y nueſtro danno, y deſtos Reynos y naturales dellos. Por ende mandamos, a los dichos Prelados, Deanes, Cabildos Ahades, &c. Y a otros qualeſquiera officiales legos, que quando alguna proviſion ò letras vinieren de Rota an derogation de los caſos ſuſodichos, ò entredicho, ò ceſſion à divinis en execution de las tales proviſiones, que ſobre ſean en el cumplimiento dellas, y no las executen, ni permitan, ni den lugar que ſean complidas, ni executadas, y las embien ante Nos, ò ante los del nueſtro Conſeio, para que ſevea, y provea la orden que convenga, que en ello ſe ha de tener,* ſequitur & facit in hæc: *Y no fagades de al, ſopena de la nueſtra merced, è de caer,* * *è incurrir* 61
los que fueren Prelados, y perſonas Eccleſiaſticas por el miſmo hecho (ſin que ſea neceſſario otra declaracion alguna mas deſta que aqui ſe haze) in perdimiento de todas las temporalidades, y naturaleza que en eſtos nueſtros Reynos, tuvieren, y los hazemos agenos, y eſtranes dellos, para que no puedan gozar de beneficios, ni dignidades en ellos, de otra coſa, que los que ſon naturales pueden y deven goyar ſegun las leyes y pragmaticas de nueſtros Reynos, y los mandaremos hechar dellos Y a los legos que en eſto ſueren culpantes en qualquiera manera, * *ò entendieren en notificar las letras, ò pro-* 62
viſiones, ò que ſe executen, ò fueren en las ganar, ò a ello dieren favor, y ayuda en qualquiera manera, ſi fueren Notarios, ò Procuradores, incurran en pena de muerte, y perdimiento de bienes, y los otros legos en perdimiento de todos ſus bienes, les quales aplicamos deſde agora à nueſtra Camera y Fiſco: y demas deſto la perſona ſea a nueſtra merced, para mandar hazer dello lo que ſueremos ſervidos. Vide etiam idem in ſimili caſu diſpoſitum in *l.* 1. *tit.* 8 *de los Juezes Conſervadores, y otros Juezes Eccleſiaſticos, lib.* 1. *Recopil.*

Et in *l.* 80. *de los preſidentes y Oidores lib.* 2. *Recopil. tom.* 3. *addit* ibi; *Mandamos, al nueſtro Con-*

Conſejo, Chancillerias, y audiencias, tangan gran cuidado de guardar juſticia a las partes que acudieren ante ellos por via de fuerca conforme a derecho, y coſtumbre immemorial y leyes, y pragmaticas deſtos Reynos, y conforme a ellas caſtigar a los que contravieren, &c.

Quare in complementum harum legum, ubi in
63 caſibus * in quibus de violentiis cognoſcit Senatus, & per conſequens ubi prima inſtantia percutitur Ordinarii, quibus pro executione monitorialium, aut executorialium per contradictas, vel aliter obtentarum (juxta quæ latiùs hac 2. *p. c.* 17. *& c.* 10. *per totum*) excommunicatio aliqua, declaratio, aut publicatio, etiam per legitimos Cedulones in forma probanti affixos, juxta quæ ad principium hujus c. diximus lata, aut intimata ſit, ſi ad inſtantiam, aut diligentiam laicorum, atque etiam Notarios in carcerem detrudere facit Senatus, ad legum pœnarum executionem procedit, ſi Clericus ſit, decernit Senatus, ut in hac Curia compareat, qua detineatur donec abſolutionem excommunicatorum à Curia Romana ſuis expenſis afferat, ut dictum eſt argument. text. in *c. unic. de milite vaſſallo qui contumax eſt*, ibi: *Competenter cogere, ut vel poſſeſſionem reſtituat, & acquieſcat, vel judicio Curiæ ſe committat.* Et inſuper ad legum prædictarum pœnas contra Eccleſiaſticas perſonas appoſitas, prout ſibi melius viſum eſt, Senatus ipſe procedit, maximè data petenti contumacia, & dilatione in allatione dictæ abſolutionis. Quod & Senatus hic ita obſervat, & videmus communiter practicari.

64 Quam etiam praxim recenſet Monteroſo * *tract.* 5. *de las Chancillerias, titulo, Sigueſe el quarto proceſſo, que es ſobre la retencion de las Bullas*, & *in c.* 1. *verſ. Pero acaece algunas vezes, fol. mihi* 80. in noviori impreſſione, ita reſtatur. *Pro acaece algunas vezes, que antes que las juſticias tomen, las bullas, la parte que las gano en notificandolas, las embia a Roma, en lo qual ſe tienne e eſte recurſo, que el Fiſcal de una peticion, en que pida que ſe proceda contra la perſona quo uſo delas tales Bullas, y ſi fuero lego le prendan las juſticias, ſi fuere Clerigo, que parezca perſonalmente en la Corte, y le ſecreſten las temporalidades, y no ſalga della faſta que traiga las dichas Bullas, y abſolucion para la parte. Dada eſta peticion, y coſtando por algun teſtimonio, ò informacion; ſer aſſi. Suelen los Preſidentes, y Oidores mandar dar proviſion para que ſe haga como ſe pide. Y traidos por virtud della los preſos legos, ò pareciendo conforme, a elle perſonalmente los Clerigos, ſe procede contra ellos conforme a las leyes, y pragmaticas deſtos Reynos.* Hactenus Practicus ille. Quæ praxis ita in hoc Supremo Conſilio Regis inviolabiliter, & incunctanter obſervatur quotidie, quoties contingit ſimiles caſus evenire.

Poſt opus hoc peractum, nonnulla nobis in men-
65 tem venere, * quæ omninò utilia judicavimus, addereque decrevimus doctrinis ſingulis, de quibus à principio hujus capitis, cùm penitùs detegant defectus, & nullitates hujuſmodi intimationis per Cedulones ſimplices pro publicandis excommunicatis publicis locis viſos palam, tamen furtivè, & occultè affixos.

Tria in iis Cedulonibus præcisè requiruntur, ut arctent publicatum & ut illis fides detur, eiſque publicandus credat; quorum altero deficiente nulli præcisè dicentur, nempè *juriſdictio, ordo, & cauſa*, ut in terminis dixit Rota *in una Januenſ. ſeparationis thori*, 8. *Martii* 1627. coram *Salgado de Supplic. & Retent.* R. P. Coccino Decano, *& in alia Bracharenſ. Theſaurarix* 20. *Martii* 1632. coram R. D. Pirohano. Quas noviſſimè in puncto individuo addecit Barboſa *de jure Eccleſiaſtico, lib.* 1. *cap.* 49. §. 3. *num.* 70. & 126. & de ſingulis agendum erit.

Juriſdictionis defectus in iis Cedulonibus (quibus obviare ſolet Senatus) * ut plurimum concur- 66
rit, quia frequentius affingi ſolet in cauſis, quarum prima inſtantia pertinet ad Ordinarium, procedirque Delegatus Sedis Apoſtolicæ ex commiſſione non ſubſcripta propria manu Sanctiſſimi, ut latiùs adnotavimus ſuperiùs *à num.* 41. *cum multis ſeqq.* & agnoſcit Aug. Barboſa proximè *num.* 70. ibi: *Quintò magis dubitari non poteſt de legitima edicti mandati intimatione, quamvis per edictum facta, quia concurrunt omnia ad ſuſtinendum actum nempè, juriſdictio, cauſa, & ordo judiciarius: juriſdictio eſt patens, quia vigore particularis reſcripti manu Sanctiſſimi ſignati conceſſum fuit, ut procedi poſſet per edictum conſtito de non tuto acceſſu, &c.*

Debet etiam concurrere particularis ad hoc commiſſio Papæ, * ut edicta affigi valeant, quia 67
cum ſit modus exorbitans à jure, ut dicit text. *in Clement. de judiciis*, & Rota *deciſ.* 223. *ſi committitur, in novis.* Joan. Millis *in verb. citatio per edictum, in* 3. *col. & deciſ.* 753. *dic quod in cap. dudum, in antiquis*; * propterea nullus 68
citat per hujuſmodi edicta, niſi fuerit ſibi ex ſpeciali commiſſione & mandato Papæ id commiſſum; ut notat Gloſſa *in dict. Clement.* 1. *in verb. ſpecialiter*, hoc enim quaſi proprium * & de re- 69
ſervatis ipſi Papæ ut talis modus arctet, ſecundùm Paulum Deleaz, & Guido de Montelaud quos refert, & ſequitur Rota *in d. deciſ.* 123. *in addit.* & notat Paulus de Caſtro *in l. ad peremptorium, in fin. de judiciis*, & Felin. *in cap. quoniam frequenter, col.* 9. *verſ. Circa Gloſſam, ut lite non conteſt.* Vantius *de nullit. ſentent. ex defectu citation. à numer.* 124. *cum duobus ſeqq.* probat etiam *d. deciſ. Januenſ. ſeparationis* ſuprà citata *numer.* 65. *& Bracharenſis*, quam ad litteram ad finem hujus cap. referemus; quia dicitur hanc ſpecialem Papæ commiſſionem eſſe penitùs neceſſariam, ita ut ex juriſdictione ordinario, nec ex commiſſione generali fieri valeat. Atque ideo deficiente ſpeciali reſcripto, juriſdictionis defectus annullat edictorum affixionem, quantumvis aliàs ſolemniter expeditorum, text. eſt expreſſus *in d. Clem.* 1. *de judiciis*, ibi: *Ipſo Papa ſpecialiter, & ex certa ſcientia idem mandante, &c. de judic.* annotavimus ſuprà, *numer.* 15.

In ordine etiam hæc edictorum, & cedulonum 70
affixio ſolet peccare, * fit enim in ſimplici papiro abſque authentica ſcriptura; ſed penitùs omni carens ſolemnitate juris, quæ nullam fidem facere poteſt, nec ei credendum, ut latiſſimè deduximus *n.* 33. *& à n.* 26. *cum ſeqq.*

Debent enim de neceſſitate affigi ipſa edicta 71
originalia, * ita ut nec ſufficiat earum tranſumptum, cui pars declaranda, aut publicanda, credere non tenetur; ita pluries determinavit Rota ſecundùm Veſtrium *in practica Romanæ Curiæ lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 5. ibi: *Sed & ſatis non erit, ut executor ſimilis citationis per edictum eam in publicis locis legerit, & publicaverit, niſi inſuper eam in valvis eorundem locorum affixerit, & affixam per aliquas horas dimiſerit, nec ſufficeret affixio copiæ, ſed originalis, cui pars credere tenetur, non autem copiæ*, text. *in d. Clement. unica, de judiciis*, Rota

in decis. 223. *committatur*, *de dilationibus*, *in novis*, Cassiadorus *decis.* 4. *de dolo & contum. &c.* & idem firmat Ant. Gravatius ejus additionator in annotat. ad *cap.* 2. *lib.* 4. *num.* 9. ibi: *De citatione per edictum, ejusque formula, scilicet, quod publicè legatur exemplarque, sive originalis (ut dici solet) affigatur, affixaque aliquas per horas dimittatur: Apud Millium hæc docentem legere est, in verb. citatio, quando committitur*, Rota *decision.* 223. *&c.* Vantius etiam *de nullitatibus sententiar. tit. de defectu citationis, &c. num.* 134. ibid. *Insuper (ut vides) ex forma prædictæ citationis requiritur, quod publicè legatur, & postea originalis affigatur, & affixa dimittatur in valvis dictorum locorum per tantum temporis spatium, ut transeuntibus patefieri possit, &c.* & iterum ipse *numer.* 136. ita ait: *Et intelligi, quod citatio*
27 *ipsa originalis*, * *non autem copia sit affigenda, quia pars illi credere non tenetur, si non foret in publica forma*, ut dixit Rota *in d. decis.* 223. & Ægidius *decis.* 539. licèt citatio, & Felinus *in dict. cap. quoniam frequenter, vers. Quintò nota, quod citatio originalis*, & text. *in Clem. causam*, ibi: *Porrecto, vel sub scriptura authentica, &c.* idem probat Rota, ut per Augustinum Barbosam *de jure Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 39. *sub num.* 70. ibi: *Ordo etiam de jure requisitus sufficienter fuit servatus, quia originales citationes probantur ex fide Cursoris, & Notariorum affixæ in locis solitis in Curia, & in aliis duobus locis temporali ditioni Ecclesiæ vicinioribus in valvis earum respectivè majoris Ecclesiæ, ac insuper lectæ, & copiæ dimissæ, quæ omnia solent desiderari pro eadem forma adimplenda. Et sequuta est* Rota *in d. Januens. separationis*, 8. *Martii* 1627. *coram D. meo Coccin. Decano, &c.* & idem tenuit Rota *in una Bracchar.* adducta infra *num.* 73. videndus etiam Lancellotus *de attentat.* 2. *part. cap.* 4. *in præfat. n.* 99. & Nos etiam tetigimus suprà *à n.* 26. & 33. *cum seqq.*

Tertium requisitum essentiale ad validitatem
73 affixionis Cedulonum est *causa*, * nempè ob metum, & potentiam adversarii, & non tutum accessum, cujus *suprà* meminimus *n.* 73. ubi etiam diximus prius de hac causa debere constare, cui adde plures Rotæ decisiones per Vestrium *in practic. Romanæ Curiæ lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 3. ibi: *Quod si ad eum, qui citandus est, non pateat tutus accessus, vel aliàs caveat ne citari possit; solemus in commissione, dum facultatem citandi postulamus addere clausulam (etiam per edictum publicum) quam signatura dare non consuevit, nisi cum temperamento, constito summariè, & extrajudicialiter de non tuto accessu, per Clem.* 2. *de judiciis, & tunc opus est extrajudicialiter docere, & testes inducere, & Auditori de non tuto accessu fidem facere*, Rota *decis.* 753. *dic quod in cap. dudum, de citationibus per edictum, & decision.* 704. *dic quod citatio, eodem tit. in antiquis. Staphileus suo libello de litteris gratiæ, & just. charta* 158. *oportetque hoc casu testes saltem deponere, quod credant citandos non posse satis tutè personaliter, vel domi citari; Rota decis.* 781. *si quis de citationibus per edictum, in antiquis. Staphileus ibidem. Cassador. d. decis.* 2. *de dolo, & contumacia, exinde actor citationis Decretum obtinebit, &c.*

Vantius etiam *de nullitatib. ex defectu citationis*, *n.* 127. ibi. Et quando * Papa dat alteri
74 hanc potestatem per simile edictum publicum citandi; consuevit apponi clausula, videlicet (*constito summariè de non tuto accessu*) ut moris est. Unde judex talis antequam citationem per edictum discernat, debet saltem summariè testes examinare super metu & potentia, & non tuto accessu, seu impedimentis, quæ ex adverso prætendantur, ut tenet Rota 704. *dic quod citatio, in antiquis*, qui testes satis est, quod dicant, se credere impossibile fore, vel non esse tutum eosdem in personis, vel eorum domicilia citare, ut Rota *decis.* 693. nota quod aliquoties, *in antiquis*, ponit Bart. *in extravagan. ad reprimendum, in vers. Per edictum, in* 1. *colum.* & Felinus *in dict. cap. quoniam, frequenter, col.* 11. *vers. Pro practica. dict. Clement.* & Cassiad. *decis.* 2. *de dolo & contumacia*; & juramentum ipsius partis super hoc non sufficeret, ut dict. *decis.* 753. & 704. *dic quod citatio, in antiq.* & ponit Felinus in loco suprà citato, etsi Judex saltem summariè de præmissis non cognitis processuum per edictum discerneret, processus hujusmodi non valeret, ut consuluit Decius *consil.* 460. *visis puncto, vel fin. n.* 26. *lib.* 4. *&c.* Idem etiam asserit in causa propria Barbosa *de jure Ecclesiastic. lib.* 1. *cap.* 39. §. 3. *n.* 66. & 67. & probant in iis terminis violentiæ, & recursus ad Regem plures Rotæ decisiones *in una Bracharens.* protinus referenda cumulatæ.

Et licèt pro causa justa non tuti accessus Rota moderna admittat, * & habeat recursum ad Prin- 75
cipem, ut in dictis decisionibus, & aliis plurimis citatis suprà *cap.* 20. *num.* 3. *cum seqq.* ea tamen ineficax est, & minus legitima in jure erit habenda, cum publicandus recursus apponat impedimentum justum à jure omni approbatum, & apud cunctas Catholicas nationes publicè usitatum, non ob propriam suam, vel suorum potentiam (uti jura de hoc loquentia requirunt) sed authoritate Principis, ad quem hæc Regalia competit, ut in iis terminis ampliffimè consideravimus *hac* 2. *part. dict. cap.* 20. *à n.* 17. *cum multis seq.* idcirco nun-
quam talem * causam legitimam agnovit Catholi- 76
cus hic supremus Senatus, tanquam impeditivam, & directo impugnantem salubrem justumque hunc recursum Regium, ut ibidem latiùs annotavimus, de quo alia etiam videbis in proposito hoc *cap. à n.* 10. *cum seq.*

Et ut pateat quod in iis Cedulonibus, & edictis publicis affigendis * Rota pluries prædicta tria re- 77
quisita (nempè *jurisdict. ordin.* & *causam*) ad eorum validitatem copulativè semper desideravit; referre volumus ejusdem Rotæ *decisionem Bracharens. Thesaurariæ* 10. *Martii* 1632. coram R. P. Firovano, quæ sic ait.

Quæsitum fuit an contra Balthasarem sit danda declaratoria, exindeque sit apponendum sequestrum? Et affirmativè fuit resolutum: præcesserat enim legitima litterarum executorialium intimatio, & servati fuerunt quatuor termini ad docendum de paritione, juxta stylum hujus Tribunalis, quibus jam elapsis, remanet probata negativa paritionis, Felinus *in cap. Rodulphus, num.* 41. *de rescriptis*, Vestrius *in praxi lib.* 8. *cap. ult. nu.* 19. ex qua desumitur contumacia, & per eam censuræ declarantur Abb. *in cap. reprehensibilis, num.* 2. *de appellationibus, & in cap.* 1. *nu.* 10. *de judiciis*, Cassiodorus *decis.* 5. *num.* 7. *de constitutionibus*, Mohedanus *decis.* 1. *de sentent. excommunic.* quod passim servatur contra rebelles, & inobedientes, ut in *Burgens. præeminentiarum*, 8. *Junii* 1582. coram Cardin. Seraph. & 439. *n.* 1. & 591. *n.* 5. *part.* 2. *recent.* in quibus aliæ decisiones referuntur.

Nec dubitari potest de legitima litterarum intí-

78 intimatione * quamvis per edictum facta, quia concurrunt omnia ad sustinendum actum de jure requisita, nempè *jurisdictio*, *causa*, & *ordo*, judiciarius.

Jurisdictio est patens, quia non fuit processum ex ordinaria jurisdictione, prout potuisset, si versaremur in foro Cæsareo per *Authent. qui semel*, *Cod. quomodo & quando Jud.* Felin. *in cap. quoniam frequenter*, *n.* 13. *ut lite non contestata*; sed vigore particularis rescripti, *ut possit procedi per edictum constito de non tuto accessu*, quod erat necessarium de jure Canonico *Clem. dudum, de judiciis*, ubi Glossa *in verb. Papa*, *& seq.* hoc annotarunt Felin. *in c. frequenter*, *n.* 13. Rota *in addit. dec.* 8. *de dolo & contum. in novis*, Vantius *de nullitate ex defectu citat. n.* 126. & Rota idem servavit, & servat in *Januen. separationis thori.* 8. *Martii* 1617. *& in eadem causa* 16. *Februarii præteriti*, coram D. meo Decano.

Causæ enim non desunt, quæ justificant non tutum accessum, * quia Balthasar solitus erat recur-
79 rere ad judices laicos pro impediendo processu, & ne personaliter citaretur, ut ex relatione Notarii exhibita, quæ nedum sufficeret pro causa non tuti accessus sed etiam ad hoc, ut posset dici personaliter citatus, Bald. *in dict. cap. quoniam frequenter*, §. *porrò*, *nu.* 2. *ut lite non contestat.* & idem fuit dictum *in Januens. census*, 10. *Januarii* 1614. coram me, quando scilicet recursus concludenter est probatus. Præterea testes fuerunt examinati firmiter deponentes quod in Regno Lusitaniæ non poterant exequi hujusmodi mandata, & Decreta Rotalia; & alia quæ ab urbe hac de re transmissa, fuerunt absque judicis Regiæ Coronæ beneplacito, quod sufficit ad hoc, ut dicatur constare de non tuto accessu, sive testes concludant non tutum accessum per impossibile; sive hoc credant difficile propter pœnas in Regiis constitutionibus comminatas, ut quis non audeat mandata intimare. Rota *dec.* 22. *n.* 2. *de rescript. in antiquis*, & idem firmat de stylo hujus Tribunalis *addition. ad dec.* 5. *n.* 2. *& 4. de rescriptis*, *in novis*, Cassiador. *dec.* 2. *de dolo & contumacia*, & idem fuit admissum in prædictis decisionibus *Januens. census* 10. *Januarii* 1614. *& in Januens. separationis thori*, 8. *Martii* 1627. *&c.*

Quantum attinet ad hanc decisionis partem, quod ex recursu ad Regem nullatenus inducatur legitima causa non tuti accessus, concludenter probavimus suprà *à n.* 75. *& à n.* 19. *& in c.* 20. *à n.* 17. *cum multis seq.* quibus apertissimè ostendimus, quàm improbabilis sit hæc Rotæ ratio, & assertio proveniens magis ex rigore, & odio, qua prosequimur miseros afflictos vim passos, recurrentes ad Regem pro propria defensione naturali. Et sic accedamus ad alia requisita ejusdem decisionis, in hunc modum prosequentis.

Ordo etiam (progreditur ipsamet decisio) de
80 jure requisitus * sufficienter fuit servatus, quia originales citationes probantur ex fide Cursoris, & Notariorum, Affixæ in solitis Curiæ, & in aliis duobus locis temporali ditioni vicinioribus, nempè Civitate Tripherni, & terræ Aquipendii in valvis earum respectivè majoris Ecclesiæ, ac insuper lectæ, & copiæ dimissæ, quæ omnia solent desiderari pro eadem forma adimplenda, Cassiador. *decis.* 1. *& 6. de dolo & contumacia*, Rota dicta *decis.* 5. *de rescriptis*, *in novis*. Ægidius *decis.* 104. Puteus *decisio.* 164. *lib.* 2. *in correctis.* Vastrius *in praxi lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 4. & Rota eandem praxim sequuta est in allegata *decisio. Januens. separationis thori*, coram D. meo Decano, &c. quam decisionem in causa propria adducit August. Barbosa *de jure Ecclesiastico lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *a numero* 126. Et de aliis formulis horum edictorum, & Cedulorum, & quomodo, & quibus in locis præcisè sint affigendi, ut arcent, &c. plenè, & specificè per Vantium *de nullitate ex defectu citationis*, *nu.* 124. *cum multis seq.* & Vestrium *in praxi Romanæ Curiæ libro* 4. *cap.* 2. *&* 3. & ibidem ejus additiona. Antonius Gravatius, Lancellot. *de attentatis* 1. *part. cap.* 4. *lite pendent. in præfatione*, *à numero* 95. *cum multis seq.* quapropter si in affixione horum Cedulonum, & edictorum, quæ è Romana Curia adducuntur, aliquod ex prædictis formaliter requisitis deficiat, nulla erunt ipso jure, nec arctabunt, nec ligabunt, nec illi fides aliqua danda erit.

CAPUT XXV.

In his causis, quæ vel jure speciali, vel tanquam Sedis Apostolicæ Delegatum ad Ordinarium pertinent, si in prima instantia impetretur commissio (absque tamen subscriptione propria manuSanctissimi:) an per Senatum retenta, Ordinario erit remittenda cognitio?

SUMMARIUM.

1 *Jurisdictio perpetuò data ex privilegio, vel jure speciali Ordinario, non personæ, sed dignitati, Ordinaria est, non delegata.*

2 *Commissio certi generis causarum aggregata Ordinario, ordinaria jurisdictio extensa intelligitur, non delegata.*

3 *Jurisdictione certi generis causarum commissa Ordinario universaliter ordinaria potestate utitur.*

4 *Certa causa perpetuò commissa Ordinario habito respectu ad officium sub ordinaria potestate comprehenditur.*

5 *Judex idem potest habere jurisdictionem Ordinariam generalem, & etiam Ordinariam specialem.*

6 *Jurisdictionis concessio particularis casus facta perpetuò Ordinaria est.*

7 *Casus Sedi Apostolicæ reservati in quibus ob imminentem necessitatem, aut difficilem ad eam recursum disponit Ordinarius, ordinariæ jurisdictionis dicuntur.*

8 *Casus pertinens perpetuò dignitati Ordinariæ, non personæ, ex privilegio Principis est jurisdictionis ordinariæ.*

9 *Si casus ex privilegio perpetuò datus est dignitati, non eligitur industria personæ quia successores sunt incerti.*

10 *Commissio specialis perpetuo facta dignitati transit in Capitulum Sede vacante, quia est ordinaria, non delegata.*

11 *In casibus specialibus perpetuò concessis dignitati, si in prima instantia commissio non subscripta manu Sanctissimi impetrata sit, retinetur in Senatu causa Ordinario remissa.*

12 *In casibus à Tridentino commissis Ordinario cum clausula (etiam tanquam Sedis Apostolicæ*

Delegato :) an commissio alteri impetrata absque subscriptione percussa dicatur Ordinarii instantia.

Referuntur Concil. Trid. Decreta, quibus Ordinario casus committuntur cum clausula (etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegatum) ib.

13 *Ordinarium, cui causa à Canone committitur, etiam tanquam Delegato non procedere jurisdictione ordinaria, sed delegata à lege, qui tenuerint, ubi prima opinio refertur.*

14 *Et tunc non ad Metropolitanum, sed delegantem esse ab Ordinario appellandum, inferunt ipsi Doctores.*

15 *Ordinarium Delegatum à Canone Ordinaria procedere jurisdictione, qui absolutè tenuerunt.*

16 *Causa commissa Ordinario à Canone aliquid addente, vel detrahente à jurisdictione Ordinaria antea competens, tunc uti delegatus procedit, & ad delegantem, non ad Metropolitanum appellatur.*

17 *Si causa noviter Ordinario à Canone commissa, etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, ei de jure communi competebat, ex citata censetur sua jurisdictio Ordinario, non autem translata in delegatam.*

Et tunc ab Ordinario ad Metropolitanum appellatur, ibid.

18 *Qui hanc tertiam distinctam opinionem teneant, recensentur.*

19 *Commissio particularis facta Ordinario per Papam, addita clausula (tanquam Delegato, vel potestate nostra &c.) in casu aliàs de jure communi Ordinario pertinente, transfertur jurisdictio in delegatum.*

20 21 *& seq. Secus quando à Canone committitur, etiam aliqua ex dictis clausulis.*

22 *Et tunc non ad Papam, sed ad Metropolitanum appellatur.*

23 *Declaratio S. Congregat. refertur, qua dicitur, à visitatione Episcopi facta tanquam Apost. Delegati juxta Trident. ad Metropolitanum appellandum fore.*

24 *Similis Declaratio S. Congregat. refertur.*

25 *Episcopus in visitatione commissa ex Trident. procedit uti Ordinarius, cum sibi de jure communi pertineat.*

26 *& seq. Doctores simpliciter firmantes Ordinarium procedentem Ordinaria, & delegata potestate, præsumendum Ordinariâ processisse, conferuntur.*

27 *Ordinarius in causis sibi, aut à lege, aut Principe commissis, aut uti Ordinarius duntaxat, aut, uti Delegatus tantùm, non utraque simul eo tempore procedere potest.*

28 *In commissionibus, per quas non excitata intelligitur Ordinarii jurisdictio, stat in brevi manu, jurisque ministerio avocata in delegatam transfunditur.*

29 *Ordinario si sit facta commissio in casu aliàs de jure communi sibi pertinente cum clausula, quod possit utraque potestate ordinaria, & delegata procedat, tunc in dubio ex ordinaria, processisse intelligitur.*

30 *In casibus à lege, vel Principe Ordinario commissis, in quibus non alteratur ordinaria potestas, si commissio non subscripta manu Sanctissimi, sed in cancellaria per Senatum retinetur, causa remissa Ordinario.*

31 *Secus in casibus, qui denuo Ordinario committuntur cum clausula significante avocationem à jure communi sibi non competere.*

32 *& seq. In causis exemptorum facta Ordinario commissio à Canone tanquam Delegato, &c. an uti Ordinarius, an uti Delegatus procedat.*

33 *Ab Episcopo procedente jurisdictione delegata contra exemptos, ad Papam appellatur.*

34 *In causa commissa Ordinario contra exemptos uti Delegatum procedere dixit Erasmus à Cochier.*

35 *& seq. Contrarium, ut verius defendit Author.*

36 *Ab Episcopo juxta Concil. visitante Ecclesiæ exemptas, etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegato appellatur ad Metropolitanum.*

37 *Exemptio supponit anteriorem subjectionem Ordinario de jure communi.*

38 *Impedimentum exemptionis tollitur data Ordinario facultate à Canone, ut liberè in causa exempti procedat.*

39 *Semel avocationis, & exemptionis impedimento cessante in aliquo casu, Ordinarius ipso jure recuperat jurisdictionem in exemptum.*

40 *Impedimento semel cessante res facilè revertitur ad suam primævam naturam.*

41 *In terris recuperatis à manibus Maurorum statim subintrat privilegium Decimarum Regi Hispaniæ concessum ab Urbano II. sæpè canonicatum per Rotam.*

42 *In Decimis Regibus applicatis per Papam, cessat juris communis dispositio.*

43 *Res Ecclesiæ alteri concessa, & ab eadem Ecclesia recuperata primævam naturam libertatis simul recuperat.*

44 *Et etiam pro illa parte quam Ecclesia recuperavit in qua cessat impedimentum, & subintrat jus commune, ib.*

45 *Decimæ laicis concessæ ante Concil. Lateranense in feudum, revertæ ad Ecclesiam recuperant libertatem, & nequeunt iterum infeudari laicis.*

46 *Beneficium Curatum patronatus laici, devolutum ad Ordinarium debet provideri per concursum, quia sublato impedimento, devolvitur pro illa vice ad liberam Ordinarii collationem.*

47 *Augustini Barbosæ observatio, quod facta commissione à jure Ordinario in exemptos, procedat in eos potestate ordinaria, cum semel sublatum sit impedimentum, & subintret jus commune recuperatum.*

48 *Erasmus à Cochier contrarium sentiens manifestè convincitur.*

49 *In causis exemptorum, in quibus à jure datur Ordinario cognitio, etiam tanquam Sedis Apostol. Delegato, commissio non subscripta retinetur per Senatum, causa Ordinario remissa in prima instantia.*

50 *Casus in quibus Ordinarius procedit in exemptos, remissive.*

DUpliciter solet in Concilio Tridentino, aut etiam jure reperiri communi commissionem aliquarum causarum fieri Ordinario, vel simpliciter per privilegium speciale a Sede Apostolica exhibitum, vel ipsi tanquam Sedi Apostolicæ Delegato. * De primo igitur videamus, in quo convenient omnes fere Doctores convenire, ut quando vel ex Principis privilegio, vel jure speciali jurisdictio in aliquo casu, seu casibus competit ordinariam jurisdictionem habenti non personæ, sed seu

seu dignitati perpetuò, seu officio, tunc talis jurisdictio non est delegata, sed omnino Ordinaria, atque potestatis Ordinariæ jura habet, & consequitur; ut docet Bart. *in l. ambitiosa, numero* 34. *ff. de decretis ab Ordin. faciend.* Joannes Andreas *in addit. ad Speculatorem, tit. de legato.* §. *ult. ad finem, vers. Legatus est Ordinarius.* Bald. *in c. final. nu. unico, de officio Ordinar.* & ibi Immol. *ad fin.* Sylvest. *verb. delegatus, quæst.* 8. *dub.* 1. Covarruv. *lib.* 3. *variar. cap.* 29. *numero* 2. *in princip. & in num.* 9. *ad finem, & num.* 10. & probant etiam Compendium Mendicantium *in verb. absolutio ordinaria quoad fratres*, ad finem, *dubio* 2. Passarellus *in Compendio Minimorum, cap.* 5. Pater Henriquez *lib.* 13. *de excommunicatione, c.* 24. *num.* 2. & facit doctrina Bald. in *l.* 1. *ff. de officio Consul.* & Felinus *in cap. licèt, numero* 4. *de officio Ordinar.* latissimè & benè comprobat Sanchez in *tract. de matrim. lib.* 2. *disp.* 40. *a num.* 1. *cum seq.*

Hinc est, quod si aliàs habenti jurisdictionem
2 ordinariam fiat commissio * certi generis causarum, quæ aliter ad ejus cognitionem non pertinebat jure Ordinario videtur facta commissio, in quibus quidem potestate ordinaria procedet, & cognoscet, quasi jurisdictio sua ordinaria ad prædictas causas de novo concessas videatur extensa, Lappus *allegation.* 88. Angelus *consil.* 414. *nu.* 1. Baptista ad *l. more, n.* 26. & ibi Decius *nu.* 36. & Purpuratus *n.* 35. *ff. de jurisdictione omnium jud.* Bolognetus *in l.* 52. *ff. de officio ejus.* Petrus Barbosa *in l. cum prætor.* 12. §. 1. *à n.* 66. *& à princip. ff. de judiciis.*

Qui quidem *num.* 68. *cum duobus seq.* firmat
3 pro verissima resolutione, * quod quando alicui Judici Ordinario committitur certum genus causarum universaliter, procedit jure, & authoritate
4 ordinaria, quod & idem erit, * quando habenti jurisdictionem ordinariam certa causa cognoscenda committitur, habita relatione ad officium, quia tunc jure ordinario videtur facta commissio, ex *l.* 1. *juncta glossa, verbo, specialiter, C. ne liceat potentia*, quam extollit Bald. *in l. à Judice, num.* 9. *C. de judiciis*, Decius *in cap. externum, notabili* 1. *de judiciis*, Purpuratus *in dict. l. more, num.* 15. Et sic evenit quod unus & idem Judex habeat ju-
5 risdictionem ordinariam generalem, * & etiam ordinariam specialem propter novam causam officio commissam, Bald. *in cap.* 1. *num.* 2. & ibid Albarotus *col. fin. de investitur. in mar. facta.* Petrus Barbosa ubi proximè *n.* 69. qui *n.* 70. reddit ratio-
6 nem; † quia quando concessio facta Ordinario alicujus casus particularis perpetua est, censetur ordinaria juxta plenè relatos per Craveam *ritu* 295. *n.* 24. Menochius *de præsumptionib. l.* 2. *præsumpt.* 16. *n.* 8. *& seq.*

Hinc est quod cum de jure communi aliqui sint
7 casus, * in quibus committitur Episcopo dispensandi potestas circa impedimentum occultum dirimens matrimonium, atque absolvendi excommunicatos propter Clerici percussionem, qui de jure Sedi Apostolicæ sint reservati, & Ordinario competit potestas ratione imminentis necessitatis, quia difficilis est ad Pontificem recursus, & aditus, & in aliis casibus generaliter, qui Episcopo competunt ratione imminentis necessitatis: tum hæc potestas Ordinario competit ex jurisdictione ordinaria, non delegata ex supra dictis, & sic alteri hos casus posse delegare, probant in specie Enrich. *lib.* 11. *de matrimon. cap.* 3. *nu.* 2. Navarrus *lib.* 5. *Consiliorum, in* 1. *editione, tit. de sententia excommunicationis, consil.* 15. *numero* 3. in editione verò 2. *consil.* 11. *numero* 4. *tit. de privilegiis.* Thomas Sanchez latissimè, & doctè *de matrimon. tom.* 1. *l.* 2. *disput.* 40. *quæst.* 2. *à numero* 13. *cum seqq.*

Et quando ex privilegio Principis aliquis ca-
8 sus pertinet ad Ordinarium uti Ordinarius, * ita ut habeatur respectus ad dignitatem in perpetuum, & ad officium, non autem ad personam, ut tunc cum censeatur ordinaria, non delegata potestas commissa, possit delegare hunc casum specialem, probant generaliter Glossa *in c. fin. verbo, casibus, de officio ordinar.* ubi Joannes Andreas *numero* 3. Anton. *numero* 4. Bald. *n. unico*, Abbas *num.* 3. Imola *ad fin.* Felinus *in c. fin. nu.* 8. *de officio delegat.* Jason. *in l. à Judice C. de Judiciis, num.* 2. Sylvester, *verbo, Delegatus, quæst.* 8. *dicto* 1. *& absolutio* 4. *quæst.* 2. §. 2. Angel. *verbo, excommunicatio, casu* 1. *numero* 39. Navarrus *summæ cap.* 27. Hispan. *nu.* 24. Latina *n.* 45. *et l.* 2. *consil. in* 1. *editio. tit. de foro compet. consil.* 2. *n.* 3. Covarr. *l.* 3. *variar. cap.* 20. *n.* 6. *et n.* 20. Compendium Mendicantium, *verbo, absolutio ordinaria quoad fratres, ad fin. dubio* 2. Passarellus *in Compendio Minimorum, cap.* 15. Corduba *in summa, quæst.* 8. *initio.* Henriquez *lib.* 6. *de pœnitentia, c.* 7. *numero* 3. Ludov. Lopez 1. *part. instructorii, in* 2. *edition. cap.* 284. *fol.* 794.

Et ex Sylvestro, Angelo, & Navarro reddit
9 rationem * Pater Sanchez *ubi proximè dict. disputat.* 40. *numero* 17. quoniam quando ex privilegio perpetuo dignitati concessio fit, non potest dici nudum mysterium, & industriam personæ fuisse electam & commissam. Etenim quoties aliquid conceditur Prælatis præsentibus, & futuris in perpetuum, non potest dici electam esse industriam personæ, cum personæ incognitæ fit delegatio, ut tradit Jason. *in l. more, num.* 65. *ff. de jurisdictione omnium judicum.* Gregorius Lopez *in l.* 47. *in fin. tit.* 18. *part.* 3. cum Bart. & Panormit. quos refert Menochius *de arbitrar. l.* 1. *quæst.* 64. *n.* 17. Sanchez *ubi proximè n.* 17. *usque ad fin.* ubi post alios concludit, ut cum hæc sit potestas ordinaria, poterit Ordinarius generaliter delegare hos casus specialiter commissos, more cujusliber Ordinariæ potestatis.

Infert etiam ipse Sanchez *in eodem tractat. de*
10 *matrimon. tom.* 3. *l.* 8. *disp.* 2. *à numero* 10. *et seqq.* * quod hæc concessio jure speciali facta Capitulum Sede vacante, cum Episcopali dignitati competat, & pertineat ex jurisdictione ordinaria, non delegata, quia illa omnimodò transit, ista nullatenus.

Hoc igitur casu resolvendum venit per neces-
11 sariam consequentiam, * commissione obtenta, non servata forma Concil. Trid. *sess.* 24. *de reformat. c.* 20. & absque subscriptione propriæ manus Sanctissimi: causa sit Ordinario per Senatum retinenda, cum ordinaria jurisdictio manifestè lædatur, ejusque primam percutiat instantiam Ordinario merito præservatam.

Quando autem aliquorum casuum à jure, vel
12 à Concilio Trident. commissio sit Ordinario non simpliciter, * sed adhibita qualitate, & clausula (*etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegato*) de qua habetur *in cap. ad abolendam, in fin. de hæreticis*, qua etiam frequenter utitur Concil. Trid. in multis capitulis, ut *in sess.* 2. *c.* 2. *& in sess.* 6. *de reformat. cap.* 2. 3. & 4. *in sess.* 7. *cap.* 6. 8. & 14. &

in ſeſſ. 14. *cap.* 4. *& in ſeſſ.* 21. *cap.* 5. 7. & 8. *& in ſeſſ.* 22. *cap.* 3. 5. 6. 8. & 10. *& ſeſſ.* 24. *de reformatione*, *cap.* 9. 10. 11. & 14. *& ſeſſ.* 25. *cap.* 8. & 9. quibus quidem omnibus capitulis tribuitur Epiſcopis poteſtas procedendi in cauſibus per ea relatis, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatis; an tunc per commiſſionem impetratam abſque ſubſcriptione propria manu Sanctiſſimi prima inſtantia percutiatur Ordinarii, ejuſque ordinaria juriſdictio læſa cenſeatur, ita ut per Senatum in protectionem editam eidem ſit ordinario facienda remiſſio: major extat difficultas.

Etenim tunc non cenſeri conceſſam juriſdictionem ordinariam, * nec Ordinarium tunc procedere poteſtate ordinaria, ſed delegata, quando ita à lege, vel Canone cauſa delegatur, atque ita legis, vel Canonis eſſe Judices Delegatos; firmarunt Abb. *in cap. irrefragabili*, §. *cæterum*, *nu.* 1. & ibi Ancharran. *n.* 10. *ad fin. de officio ordinar.* Abb. *in cap. ad abolendam*, *n.* 15. & 16. ibi & Ania *n.* 25. & Felin. *n.* 3. *de hæreticis.* Zabarella *in Clem.* 1. *num.* 4. *in* 5. *oppoſitione*, *& nu.* 141. *de ſupplend. negligentia Prælat.* & ibi Bonifac. *n.* .. & Immola videndus *n.* 18. latiſſimè Zabarella *ad dict. cap. ad abolendum*, §. 1. *ex nu.* 1. *de hæretic.* Alex. *in l. more majorum*, *n* 13. *ff. de juriſdicti. omn. judic. & in l.* 1. *nu.* 8. *de officio ejus.* Navar. *l.* 3. *tit. de regularibus*, *conſil.* 83. *n.* 6. *in fin.* qui omnes inferunt ex hoc, * quòd cùm ſit in his cauſis Delegatus, non Ordinarius; & delegata, non ordinaria juriſdictione procedat Epiſcopus, non ad Metropolitanum, ſed ad Pontificem delegantem appellatio erit proponenda juxta juris regulam, quod à Delegato ad delegantem erit appellandum, *cap. ſuper quæſtio.* §. *porrò*, *de officio Deleg. c. ſi delegatus*, *c. is cui*, *c. ſi à Delegato*, *de officio Deleg. in* 6. *l.* 1. *in princ. & in* §. 1. *& l.* 3. *D. ſi quis & à quo appellare.*

Secunda opinio plurium Doctorum eſt directè contraria, arbitrantium * hujuſmodi Delegatos à Canone, vel lege non propriè Delegatos appellari, ſed Ordinarios dici, quia ordinariam juriſdictionem videntur exercere, eiſdem à Canone, vel lege tributam, ut tenent Gloſſ. *d. c. irrefragabili*, §. *cæterum*, *verb. ſuper hoc Delegatus.* Berojus *in rubric. de officio Deleg. n.* 57. *ad fin.* Zabarella *in Clem. ubi n.* 4. *in* 5. *oppoſitione*, *de ſupplenda negligentia Prælator.* & ibi Ancharr. *n.* 8. citat Hoſtienſ. & alios hanc opinionem ſectantes, quorum ratio potiſſima eſt; nam juriſdictio, quæ tribuitur à lege, non delegata, ſed ordinaria dicitur, ut tradit Fulgoſ. *in l.* 1. *n.* 7. *de officio ejus*, *cui mand. eſt juris*, Specul. *in tit. de off. Ord.* §. *conſtituit*, *n.* 10. & alii plurimi à Cenedo *in qu. Canon. qu.* 34. *nu.* 3.

Sed verior, & receptior opinio eſt Doctorum diſtinguentium in hac controverſia, *quam ita reotè, & juridicè componunt: etenim aut cauſa committitur Epiſcopo à lege, vel Canone aliquid addendo, vel minuendo ſuæ ordinariæ juriſdictioni, quam non ita omnimodam habeat, antequam ei fuiſſet commiſſa; & tunc non Ordinarius, ſed Delegatus Judex reputabitur, appellandumque erit ab eo ad Summum Pontificem. Si autem cognitio dictæ cauſæ indiſtinctè ad Epiſcopum pertinet de jure communi per dictam ſimplicem commiſſionem cum præfata clauſula (*etiam tanquam Sedis Apoſtol. ex Delegatus*, & ſimilibus) ex citata duntaxat dicitur ejus juriſdictio, commiſſioque talis juſſus non vero delegatio nuncupabitur, & eo in caſu ad Metropolitanum erit interponenda appellatio, cum non cenſeatur altera Epiſcopi Ordinarii poteſtas, nec tacitè avocata, aut commutata, nec Ordinarii jus videtur tunc tollere voluiſſe Summum Pontificem per commiſſionem, argum. *legis* 2. §. *merito*, *& §. ſi quis à Principe*, *ff. ne quid in loco publico*, & quæ per illum text. tradunt Alciatus * *Reg.* 3. *præſumpt.* 11. Anania *in c. ad petitionem*, *n.* 4. *de accuſat.* Altan. in *collect.* 956.

Et ſupra dictam opinionem, & concordiam referunt * & ſequitur Maranta *de ordine judicior.* 4. *part. diſtinct.* 5. *num.* 77. Felin. *in cap. licèt*, *in corrigend. ex princip. de Offic. Ordin.* Matheſil. *ſingulari*, 89. ubi latè Gabriel Saray *in additio.* Felin. *in cap. eam te*, *num.* 11. *verſ. Quarta differentia*, *de reſcript. in c. cum ex offic. ex n.* 19. *in fin. de præſcriptio.* Abileſ. *in* 9. *Prætorum*, *in verb. commiſſion. num.* 6. Mandoſ. *in Gloſſa facultatis*, *in* §. *ſitque verſ. Ordinarius*, *in fin.* & Boërius *deciſ.* 151. *ex nu.* 5. Jaſ. *in l. jus civile*, *ex num.* 2. *ff. de juſt. & jur.* Alciat. *Reg.* 35. *præſumpt.* 3. *nu.* 3. Portoles ad Molinum *in* §. *commiſſion. ex num.* 1. *& in* §. *Judex*, *num.* 27. & Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 16. *num.* 24. Bobadill. *Politic. lib.* 2. *c.* 21. *num.* 26. *in lit. B.* ubi plures refert. & alios plurimos cumulat Paul. Gratianus *theorem.* 21. plures alios citat Cenedus *in collectan. ad Decretales*, 157. ipſe Cenedus *in quæſtion. Canon.* 34. *à nu.* 7. *& per tot.* Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad cap. licèt*, *in corrigendis*, 12. *de officio Judic. ord. n.* 2. Quaranta *in ſumma Bullarii*, *verb. Archiepiſcopi authoritas*, *pag.* 58. Petrus Barboſa *in l.* 1. *cum Prætor* §. 1. *nu.* 34. *ff. de judiciis*; Menoch. *de arbitr. quæſt.* 12. *a numero* 4. Azeved. *in rubr. tit.* 9. *lib.* 3. *novæ Recopil. numero* 17. & 18. Molin. *de juſt. & jur. tom.* 6. *tract.* 5. *diſp.* 24. *nu.* 1. *verſ. Quando verò.* Eraſmus Cochier *de juriſdict. ordinar. in exemptos*, 2. *part. qu.* 14. Riccius *p.* 2. *collectan.* 413. optimè Sanchez *de matrimon. tom.* 3. *lib.* 8. *diſp.* 2. *ſub numero* 7. *numero* 10. Scac. *de appell. ſub num.* 86. *extenſio.* 2. *per tot. & a n.* 87. *cum ſeq.*

Unum tamen utile, & valdè neceſſarium circa hanc diſtinctionem veriſſimam præ cæteris annotabimus, * quod quando in aliquo caſu particulari & ſingulari commiſſio ſit Ordinario ſimpliciter ſuper eo, quod aliàs ſibi de jure communi competebat poteſtate ordinaria; excitata videatur potius Ordinarii juriſdictio, non delegata, quando verò non ſimpliciter, ſed addita aliqua clauſula prout *poteſtate Apoſtolica*, aut *authoritate noſtra*, aut *tanquam Delegatus*, & ſimilibus clauſulis ſignificantibus, & indicantibus commiſſionem Delegatam, tunc videtur ſuperior juriſdictionem ordinariam inferioris Ordinarii mutare in delegatam, ut cum Menoch. Azeved. Molin. Eraſm. à Coch. & Ric. in locis ſupra citatis obſervat Aug. Barboſ. *in collect. ad c. licèt in corrigendis*, 12. *nu.* 2. *de officio Ordinarii*, & alii plures ex hactenus relatis.

At verò quando à lege ſeu Canone commiſſio alicujus cauſæ, * aut caſus ſit ſimpliciter Ordinarius, ut Ordinario, & ut perpetuo adhæreat dignitati, & officio Ordinarii, tunc indiſtinctè poteſtate ordinaria, non delegata procedit in illo caſu, qui ad juriſdictionem ordinariam cenſetur additamentum, prout ſuperiùs ad princip. hujus capitis latiùs comprobavimus.

Si verò addatur hoc caſu clauſula (*tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus*, * *vel authoritate noſtra cognoſcas*, *vel tanquam delegatus à nobis*, *& ſimilibus*) tunc attendenda erit diſtinctio ſupra dicta tertiæ,

territæ, & verioris opinionis, ut si fiat ista commissio super eo quod semota commissione, ad Ordinarii potestatem spectabat, non delegata jurisdictio de novo tribuitur; sed ordinaria, quam jam habebat excitata censetur. Secus quando non competebat Ordinario, ut cum judicio perpendit Cenedus *in collect. ad Decretales.* 157. *per totum*, & latiùs, atque clarius *in quæstion. Canon.* 34. *per totam*, licèt non ita clarè, & distinctè, optimè Sanchez *de matrim. tom.* 3. *lib.* 8. *disput.* 2. *sub numer.* 10. Zerola *in praxi Episcopali*, 2. *p.* §. *visitatio*, *vers. Tertio in fin.* Et præfatas distinctiones tandem post opinionum relationem hallucinavit Aug. Barbos. in *Pastorali tom.* 2. *allegat.* 92. *per totam*, præcipuè, *num.* 11. *vers. Ex quibus*, &c.

Et ipse Cenedus in d. *collect.* 157. *sub num.* 1. 22 post medium, ita ait: * Quod animadvertendum censeo pro intellectu quamplurimorum textuum Concilii Trid. in quibus conceditur Episcopis, ut procedere valeant in causis tanquam Delegati Sedis Apostolicæ; si enim cognitio earum causarum prætatis Episcopis indistinctè pertinet de jure communi per dictam simplicem commissionem earumdem causarum, licèt excitata videatur, non tamen revocata censetur eorum ordinaria potestas, & eo in casu ad Metropolitanum valebit appellatio, cum suam jurisdictionem, nec jus suum videatur tollere Summus Pontifex per talem commissionem, argument. *l.* 2. §. *meritò*, & §. *si quis à Principe*, *ff. ne quid in loco publico*; & faciunt tradita per Alciatum *Reg.* 3. *præsumpt.* 11. Amani in *cap. ad petitionem*, *n.* 4. *de accusationibus*, Navarrus in *c. si quando*, *de rescriptis*, *except.* 14. *fol.* 70. *vers. Nono facit quod Princeps.* Alphanus in *collect. n.* 956. &c.

Et ipse Cenedus *in dicta quæst. Canonic.* 34. *nu.* 7. *per totum*, *ad finem*, ita ait: Undè quando Concilium Trid. dicit: *Tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus*, hoc facit ut majori authoritate fiat illud, quod præcipit, & magis timeatur, non verò, ut deroget jurisdictioni ordinariæ, Zerola 2. *part. visitatio. vers.* 3. *in fin.* &c. & videndus per totam quæstionem, quia à principio hoc ita clarè dicit.

23 Et ita in terminis declaravit * Sanctæ Congregatio Cardinal. *declaratione* 484. in hæc verba: *Si in visitatione appellari contigerit ab Episcopo suffraganea, etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, prout Sacrum Concilium Trid. session.* 24. *cap.* 10. *de reformatione*, *debet appellari ad Metropolitanum quoad devolutivam*, *non quoad suspensivam*, *prout session.* 22. *capitul.* 1. *de reformatione*, quam referunt Zerola ubi proximè, Cenedus *dict. quæst. Canonica* 34. *n.* 4. Eandem etiam declarationem ad litteram refert Alphonsus Villadiego *in speculo Visitatorum*, *folio* 55. *n.* 31. Quam etiam ad litteram recenset Erasmus à Cochier. *de jurisdictione ordinar. in exemptos*, *part.* 2. *q.* 14. *n.* 4. *tom.* 1.

24 Et est similis declaratio * Sanctæ Congregationis super *cap.* 18. *session.* 24. *de reformatione*, his verbis: *Et*, *qui exhibuit Bullam Parochiæ sibi resignatæ Episcopo Cenatens. & rejectus est ab examine*, *de quo fidem examinatorum affert*, *visum est*, *laudam appellationem ad suffraganeum Ravennat. ef.* Quam declarationem affert Parisius *de resignation. lib.* 10. *quæst.* 7. *n.* 25. Barbosa *in Pastoral. 2. tom. allegat.* 92. *n.* 13.

Reddentes omnes rationem, quia quæ in visi-
25 tatione * suffraganeus Episcopus facit, jure ordinario facit, quia sibi visitatio de jure communi competit; quam etiam reddant Matienzus *lib.* 5. *Recopilat. l.* 24. *glossa* 1. *n.* 47. *tit.* 4. Molina *lib.* 1. *de justitia & jur. disput.* 250. Quos referens sequitur Sanchez *de matrimonio*, *tom.* 3. *lib.* 8. *disput.* 2. *sub n.* 10. Et hæc nota, quoniam alibi sic digesta etiam apud eosdem Doctores vix reperies, sed potius intricatè, & confusè.

Ex toto hoc discursu à principio *hujus cap.* præcipuè ex distinctione, * de qua in tertia veriori 26
opinione supra adducta, *nu.* 16. facilè percipies, quàm falsa, & improbabilis sit aliquorum Doctorum resolutio, atque vana disputatio indistinctè dicentium, quod si quis procedat potestate ordinaria, & delegata simul, & ut Delegatus, & ut Ordinarius, præsumatur potius uti potestate ordinaria, & non Delegata, prout tenet Alex. *consil.* 55. *vol.* 5. *libro* 5. *n.* 6. Menochius *de præsumptionibus*, *præsumpt.* 16. *ex n.* 8. Vantius *de nullitate & defectu jurisdictionis ordinariæ*, *n.* 172. & quos refert Cenedus *in quæst. Canonic.* 34. *n.* 8. *& n.* 7. *in fine*, Erasmus à Cochier *de jurisdictione ordinaria in exemptos*, 2. *part. quæst.* 14. *n.* 4. *tom.* 1. Quatenus indistinctè supponunt, Ordinarium posse in causa procedere uti Ordinarium, & uti Delegatum simul.

Quod ex suprà dictis falsum est; etenim non est dare medium, quoniam * aut in totum pro- 27
cedit uti Ordinarius, & cum potestate Ordinaria, juxta rationem *l. hæc verba*, ibi: *Aut dies*, *aut nox est*, *ff. de verborum significa.* ut in casibus, quibus aliàs de jure communi sibi competebat potestas, & cognitio sublata commissione; aut in totum procedit uti Delegatus in casibus, in quibus noviter datur commissio, ut procedat authoritate Apostolica, & similiter, ut dictum est, in quibus, aliàs sibi non competebat de jure communi, prout & rectè, atque cum judicio perpendit contra Paulum de Castro Scaccia *de appellationibus*, *quæst.* 8. *num.* 86. *in fine*, & *numer.* 51. Cui favent distinctiones hactenus adductæ, quæ in id ipsum tenduńt post tantam Doctorum exornationem.

Et comprobatur, quoniam in casibus, in qui- 28
bus hactenus diximus, * non esse per novam commissionem excitatam jurisdictionem Ordinarii; tunc statim brevi manu juxta textum *in cap. cæterum*, *& in cap. Pastoralis*, §. *ultimo de rescriptis*, *cap. sane el.* 1. *& cap. Pastoralis*, §. *præterea*, *de officio Delegat.* Latè Moneta *de conservatoribus*, *quæst.* 11. *præmiss.* 2. *& de commutat. ultim. volunt. cap.* 8. *num.* 485. Et ministerio juris tacita inducitur avocatio, & jurisdictio ordinaria in delegatam transfunditur; & in terminis probat post Quarantam, Azevedium, Menochium, Molinam, Cochier, & Riccium, Aug. Barbosa *in collectanea ad cap. licet in corrigendis* 12. *de officio ordina.* Quos omnes citavimus suprà in tertia opinione, *num.* 18. *versic. Et supra dictam opinionem.* Quare vel erit jurisdictio omninò delegata, vel omninò ordinaria, cum in eademmet causa utraque potestate uti nequit, ex jam dictis, & latè comprobatis, pro quo facit *cap. per hoc* 17. *de hæreticis in* 6. ibi: *Diœcesanis Episcopis*, *quin & ipsi authoritate Ordinaria*, *vel delegata* (*si habeant*) *in eodem procedere valeant*, &c. Ponderata illata adversativa, *vel*, tanquam si dixisset, quod etiam concurrente in Ordinario utraque potestate, altera tantùm procedere valet.

Doctores tamen supra dicti rectè loquuntur, & eorum assertio * tunc legitimè procedet, quando 29
Ordi-

Ordinario fuit expreſsè facta commiſſio in caſu, quo aliàs de jure ſibi competebat, & ſimul expreſsè dictum, ut Ordinarius queat ſimul procedere ordinaria, & delegata poteſtate, non aliter, vide quæ *cap. final. hac* 2. *part.* diximus *à num.* 24. *verſ. Ad ſecundum autem quo*, atque ideò ita intelligendi ſunt omnino dicti Doctores cum hac ſuppoſitione, quæ vera eſt ex hactenus dictis, & latè comprobatis. Atque ſic, & benè poſt alios declarat Auguſt. Barboſa *in paſtoral. tom.* 2. *allegat.* 92. *à n.* 11. *& ſeqq.*

Quibus ſic ſuppoſitis hac in noſtra materia de-
30 ducenda erit * præciſa Concluſio, ut in omnibus his caſibus, in quibus probatum reliquimus, Ordinarium, vel ſpeciali jure adquirere additamentum ſuæ juriſdictionis, & poteſtatis Ordinariæ, vel in quibus non alteratur, aut mutatur ſua juriſdictio ordinaria in delegatam, ſed potiùs conſervatur, & duntaxat excitatur: in iis igitur omnibus commiſſio in prima inſtantia lædere dicitur juriſdictionem ordinariam, ſi in tali commiſſione omittatur forma præciſa Concilii Trident. *in cap. cauſæ omnes* 20. *ſeſſion.* 24. *de reformatione*, ut putà quando ſubſcripta non fuerit propria manu Sanctiſſimi, ut tunc per Senatum talis cauſæ ſit facienda remiſſio Ordinario, cum per commiſſionem indubiè percutiatur illius pri-
31 ma inſtantia. Ut ſecus ſit è converſo, * quando aliàs de jure communi ille caſus ſibi noviter Delegatus non competebat, in quibus commiſſio habet clauſulam, *Authoritate Apoſtolica*, juxta diſtinctos caſus, quos in hoc membro ſuperiùs per diſcurſum ſcripſimus, & annotavimus.

Sed quid dicendum, quando Ordinario fit com-
32 miſſio, * etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato ex lege, aut Canone in caſibus exemptorum (qui juxta alibi latè dicta ſunt immediatè Sedi Apoſtolicæ, & eximuntur ab ordinaria juriſdictione. De quo pluries diximus hac 2. *part.*) an in iſto caſu ordinaria videatur conceſſa poteſtas, an delegata?

Et in hoc reperio Zanchum *in tractatu de hæreticis*, *cap.* 29. *num.* 4. *tom.* 11. *part.* 1. *folio* 261. quem referens ſequitur Scaccia *de appellationibus*, *quæſt.* 8. *num.* 87. dicentes: Ut ab
33 Epiſcopo procedente * juriſdictione Ordinaria poſſit appellari ad Archiepiſcopum, vel ad Papam, ſed ab Epiſcopo procedente juriſdictione delegata contra exemptos appellatur ſolùm ad Papam. Sed hi Doctores nihil difficultatem ferè abſolvunt.

Eraſmus à Cochier *de juriſdictione ordinaria in exemptos.* 2. *part. quæſtion.* 14. motus diſtinctione
34 * aliquorum ex Doctoribus ſuperiùs citatis, ut nempè quando Ordinarii juriſdictio non excitata eſt, ſed delegata, putà in caſibus, in quibus aliàs de jure communi Ordinario deficiebat cognitio in illo caſu noviter ſibi commiſſio, ut tunc tanquam Delegatus, non tanquam Ordinarius in commiſſo negotio procedat; ex quo ipſe ſub *nu.* 3. infert, quod cùm exempti cauſa non pertineat Ordinario ſemota commiſſione, videtur ex ea procedere uti Delegatus, & non uti Ordinarius, nec ordinaria poteſtate.

Sed contrarium in hac difficultate verius eſſe
35 de jure cenſeo, * & ducor ex doctrina dictæ declarationis Cardinalium 484. ſuperiùs addictæ *n.* 23. *verſic. Et ita in terminis.* Ex qua conſtat, quod cùm per Concilium Trid. ſit data facultas Ordinario viſitandi Eccleſias exemptas, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato, dicit declaratio S. Congregationis, tunc à viſitante Epiſcopo tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato, appellatur non ad Sedem Apoſtolicam, ſed ad Metropolitanum, ex eo quod tunc ordinaria, * non de- 36
legata procedat authoritate, ut ibidem probavimus; quia remota aut ceſſante exemptione, de jure communi ad Epiſcopum pertineat omnium Eccleſiarum viſitatio, ut obſervant DD. ibidem in comprobationem adducti. Hanc etiàm partem per dictam declarationem Cardinalium tenet in terminis Villadiego *in ſpeculo Viſitatorum*, *fol.* 35. *num.* 32. Quæ procul dubio difficultatem noſtram abſolvit; eamdem etiam ſententiam in terminis tenuit prius Hoſtienſis *in c. ad abolendam*, *de hæreticis.*

Probatur etiam manifeſta * ratione. Etenim 37
exemptio ſupponit ſubjectionem, non enim quis potuit eximi ab Ordinario, quin fuerit de jure communi eidem ſubjectus: Rota ut per Alex. Ludovif. *deciſion.* 325. *num.* 2. diximus ſuprà *cap.* 16. *num.* 25. *& ſeq.* ex Rotæ deciſion. & quia privatio præſupponit habitum. At mediante impedimento exemptionis ablata eſt juriſdictio in aliquo caſu Ordinarii; ſed quando in jure datur facultas Ordinario ipſi, ut in exemptum procedat ſuper aliquo caſu, * dicitur tunc auferri im- 38
pedimentum, ut expeditè, liberè, & abſque impedimento in illo caſu procedat, ut in ſimili probatur *in c. ad abolendam in fine*, *de hæreticis*, Berojus *in Rubrica de officio Delegat. num.* 57. *ad finem*, ſequitur Cenedus *in practic. Canonicis*, *quæſt.* 34. *n.* 4.

Sed ſic eſt, quòd quando prior avocatio juriſ-
dictionis * ab Ordinario aliqua ex cauſa ceſſave- 39
rit, ſtatim quod ceſſat impedimentum, & exemptio in illo caſu, ipſo jure Ordinarius in exemptum recuperat juriſdictionem ſuam, & quidem Ordinariam: per impedimenti namque ex diſpoſitione hominis remotionem ipſo jure ſubintrat juris diſpoſitio, & fingitur impedimentum hominis retrò non adfuiſſe, quàm plures Doctores probant, quos in unum congerit Caſtillo *controverſ. tom.* 6. *c.* 143. §. 1. *n.* 15. *verſ. Secundus caſus eſt.*

Et quia Ordinarii juriſdictio eſt naturalis, * 40
& favorabilis; & quomodolibet ſublato ſemel impedimento, res facilè revertitur ad ſuam primævam naturam, ut in his terminis exemptionis probat Federicus de Senis *in conſil.* 14. Felinus *in cap. cum omnes*, *num.* 8. *de conſtitutionibus*, Jaſſon. *in l. ſi unus*, §. *pactum ne peteret. num.* 9. *ff. de pactis*, Barboſa *in collect. ad cap. cum tempore*, *ſub num.* 5. *de arbitris*; & conducunt benè quæ in his terminis, ubi plurimæ doctrinæ congeruntur, Nos probavimus hac 2. *part. cap.* 12. *à n.* 52. *cum ſeq. verſ. Deinde quia cum juriſdictio Ordinarii ſit naturalis*, *&c.*

Pro cujus comprobatione elegans * eſt doctri- 41
na Rotæ Romanæ *in una Pacenſ. decimarum* 15. *Decembris* 1608. quam recenſet Farinacius noviſſimè *in poſthumis*, *tom.* 1. *deciſ.* 202. *fol.* 192. *& in n.* 4. in hæc: Placebat etiam aliquibus ex Dominis aliud motivum, nempe cum partes, in quibus ſitum eſt territorium, de cujus decimatione agitur, ſint de recuperatis è manibus Maurorum: intrare privilegium ſuper integris decimis ab Urbano II. Regibus Hiſpaniarum conceſſum, & à Rota ſæpius Canonizatum, * præcipuè verò *in cauſa Valen-* 42
tina Decimarum 27. *Novembris* 1596. *& 9. Junii* 1597. coram Illuſtriſſimo Cardinal. Pamphilio, *&* 20. *Februarii* 1598. coram Domino Pelegrino. Et conſequenter ceſſare in illis partibus diſpoſitionem juris

juris communis, ſtante applicatione alibi facta per habentem poteſtatem.

Nec movebat iſtos Dominos quod aliàs replica-
43 batur, * quod quando decimæ revertuntur ad Ecclesiam, recuperat antiquam naturam, & tanquam impedimento de medio ſublato, incipiunt deberi de jure communi, ut fuit dictum *in cauſa Valentina Decimarum* 10. *Decembris* 1601. coram bonæ mem. Litta, quia reſpondebant, hoc benè
44 procedere reſpectu illius * partis, quæ per Eccleſiam reparetur legitimè recuperata. Quod verò ad aliquam partem, quam Eccleſia non docet recuperaſſe; non poſſe fieri fundamentum ſuper diſpoſitione juris communis, ſed remanere obſtaculum dictæ donationis, niſi Eccleſia doceat de remotione. Hactenus de deciſione.

Hinc etiam fit, quod decimæ laicis conceſſæ in
45 feudum ante * Concilium Lateranenſe reverſæ ad Eccleſiam, ſeu Prælatum, non poſſunt iterum infeudari laicis, ut per Mozium *de contractibus*, *tit. de rebus quæ in feudum dari poſſunt*, *num.* 19. Fachineum *controverſiarum*, *lib.* 7. *cap.* 72. Menochium *de præſumptionibus*, *lib. de præſumptione* 86. *numer* 3. Camillum Borellum *in Summa omnium deciſionum*, *tit.* 19. *de decimis*, *numer.* 88. Intriglol. *de feudis*, *quæſt* 44. *num.* 20. Moneta *de decimis*, *cap.* 5. *num.* 73. & per *cap. prohibemus*, ibi: *In alios laicos poſſit aliquo modo transferri de decimis*, probat Barboſa *in collect. ad eundem text. n.* 5.

Facit etiam mirabilis illa doctrina, veraque opinio, & reſolutio noſtra, de qua *in tract. de Regia protect.* 3. *part. cap.* 11. *à n.* 84. Quæ habet, quod
46 ſi beneficii juris patronatus laici proviſio * ad Ordinarium, fuerit ob aliquam juris legitimam cauſam devoluta; teneatur Epiſcopus providere illa vice beneficium, ac ſi fuiſſet liberæ collationis, & Ordinariæ poteſtatis, hoc eſt, per concurſum quando eſt curatum, quia pro illa vice reverſum fuit in poteſtatem Ordinarii, & eadem poteſtate Ordinaria providetur, & ſic liberè ex Sanct. Cardinalium declaration. ibi adducta, & ex aliis fundamentis legitimis, inſuper corroboratis ex hactenus adductis doctrinis, quæ vera ſunt: & noſtram opinionem *in dicto nu.* 84. noviſſimè referens ſequitur Auguſtinus Barboſa *de officio & poteſtate Paroch. cap.* 2. *num.* 131. *Roma impreſſion.* firmat etiam ipſe *in paſtoral. allegation.* 60. *numer.* 18. *in fine*, & Galet. *in Margarita caſuum conſcientiæ*, *verbo*, *Jus patronatus*, ubi adducit declarationem Cardinalium à nobis relatam *in dicto num.* 84. Quæ omnia mirabiliter convincunt penituſque abſolvunt noſtram principalem quæſtionem, de qua *à n.* 22. *& ſeqq. &* contra Eraſmum à Cochier ſuperius relatum, *n.* 34.

47 Et poſt hæc ita ſcripta * vidimus Barboſam *in Paſtorali*, *tom.* 2. *allegat.* 92. *à n.* 15. eruditè quidem hujus difficultatis principalis, in qua verſamur, veritatem callens (licèt opinionem Cochier non referat) in hæc loquitur. Vel in conceſſionem ſemel removentur obſtacula exemptionis, aut privilegiorum. Dicente non obſtantibus privilegiis, ſeu exemptionibus, ut *in ſeſſion.* 5. *de reformatione*, *cap.* 2. *in fine*, *verſic. Quæſtores*, *& ſeſſion.* 7. *cap.* 5. *&* 7. cum aliis, & de jure communi, *Clementina prima de teſtamentis*, *& Clementina prima de ſepulturis*, & ſæpè alibi. Et in his terminis quidquid Ancharrana, & alii exiſtiment *in cap. hi qui præbendis in* 6. Felinus *in cap. Poet*, *de officio Ordinarii*, *in principio*. Alciatus *in l.* 1. §. *ſi quis ſimpliciter*, *nu.* 12. *ff. de [illegible]* afferentes Judicem Ordinarium conſtitui Delegatum, cum eidem poteſtas conceditur contra exemptos: Verius tamen eſt, cum hoc caſu reductio ſolum fiat ad jus commune, ſolam poteſtatem Ordinarii reſtitutam cenſeri, juxta *dict. cap. cum aliquibus*, *verſic. Si verò*, *&c.* Cujus reſolutio ex tot, ac validiſſimis fundamentis penè invincibilibus hactenus noviter per Nos conſideratis ſulcitur, vera redditur, & ſecura.

Igitur de primo ad ultimum ſequitur, quòd cùm per hujuſmodi * commiſſionem in cauſa 48
exempti facta Ordinario tollatur pro tunc impedimentum; ſtatim & ipſo jure ipſe recuperat ſuam juriſdictionem Ordinariam, quam antea habebat de jure communi. Ex quo manifeſtè convincitur Eraſmus à Cochier, & ejus fundamentum, quo dicit; hanc commiſſionem fieri Ordinario in caſu, quo antea Ordinario non pertinebat cognitio mediante exemptione. Etenim Doctores ſupponunt omnes quando de jure communi Ordinario competit cognitio, prout hic contingit reſpectu exempti ante exemptionis impedimentum, ut eo ſublato Ordinarius ipſe ſuam in eum Ordinariam juriſdictionem recuperet, & non ut Delegatus, ſed ut Ordinarius, & ordinaria poteſtate procedit in cauſa commiſſa ſibi, maximè cum ſit commiſſa dignitati in perpetuum, & ad univerſitatem cauſarum juxta quæ latè ſuperius à principio hujus Capituli fuerunt probata & deducta.

Quapropter ſi in his caſibus & cauſis exemp- 49
torum, * in quibus per Concilium Tridenti. mandatum Ordinario, procedere, & cognoſcere, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato, commiſſio ſi alteri impetrata fuerit in prima inſtantia, non ſubſcripta propria manu Sanctiſſimi, cum Ordinaria lædatur juriſdictio, & ex ea percutiatur Tridentina diſpoſitio: erit hæc cauſa per Senatum indubiè Ordinario ipſi remittenda.

Quales autem ſint cauſæ, in quibus Ordinarius 50
procedit inter, * aut contra exemptos & in eorum cauſis; in unum congeſſit Tamburinus *de jure Abbatum*, *tom.* 1. *diſput.* 15. *quæſt.* 10. *& per totum*, ubi accuratè, & mirabiliter integrum inſuper fecit tractatum *de juriſdictione Ordinarii in exemptos*, Eraſmus à Cochier, quos in occurrenti neceſſitate videre poteris & conſulere.

CAPUT XXVI.

Litteræ Apoſtolicæ percutientes primam inſtantiam Ordinarii, an ſint indiſtinctè parti per Senatum tradendæ, ut coram Ordinario eis utatur.

Vel quarum ſit facienda in Senatu retentio, Ordinario ſimpliciter cognitionis negotii facta remiſſione.

Et an litteræ gratioſæ in monitorialibus è Romana Curia emanatis incertæ fidem faciant.

Et nunquid, quando in proceſſu fulminato infertæ ſint, an ad probationem originalibus deſuper egeat impetrans.

SU M-

SUMMARIUM.

1 *Litteræ Apostolicæ, seu commissiones ex quibus prima ordinariorum instantia percuti potest, duplicis generis sunt.*

2 *Exempla redduntur ib.*

3 *Commissiones in executionem gratiæ, non subscriptas manu Sanctissimi, percutientes primam Ordinarii instantiam, omnes indistinctè tradit Senatus impetranti, ut illis coram Ordinario utatur.*

4 *Commissiones meræ justitiæ non subscriptas, & contra formam Trident. retinet Senatus causæ cognitionis simpliciter Ordinario remissione facta.*

5 *Litteræ gratiosæ duo continent separabilia, partem dispositivam, & substantiam gratiæ, partem executivam accessoriam ad gratiam.*

6 *Executoris specialis datio ad gratiam ex defectu formæ Trident. redditur nulla, & executor jurisdictione caret.*

7 *Gratia tamen principalis intacta remanet; & valida.*

8 *Executoris datio ad gratiam est qualitas accidentalis, & extrinseca gratiæ, cujus substantiam non tangit.*

9 *Accidentalia possunt mutari, & variari, non vitiata substantia rei principalis, secus è contra.*

10 *Accidentalia opponuntur, & eveniunt post dispositionis esse perfectum.*

11 *Accidentalia extrinseca possunt adesse, & abesse præter subjecti corruptionem.*

12 *Executoris datio, & commissio est accessoria ad gratiam principalem.*

13 *Accessorii defectus nihil detrahit suæ principali dispositioni.*

14 *Clausulæ executivæ non mutant, alterant, nec ampliant principalem dispositionem.*

15 *Dilatio, tempus, aliave conditio respiciens executionem contractus non principalem dispositionem, hanc non reddit conditionalem, sed pura remanet.*

16 *Executoris datio ad gratiam, & ipsa gratia separationem habent, & divisibilitatem.*

17 *Utile per inutile non vitiatur in habentibus separationem.*

18 *& seqq. Gratia corruens in una parte sustinetur in alia separata.*

19 *Collatio licet deficiat, non deficit gratia reservata pensionis.*

20 *Gratia subrogationis si corruat quoad litem, quia nulla adest, non corruit quoad possessionis partem.*

21 *Gratia pro parte nulla, & pro parte separabili valida, pro ipsa sustinetur.*

22 *Executoris datio licet sit inefficax, & nulla ob defectum formæ Trid. gratia principalis intacta remanet quoad substantiam, tradenda impetranti per Senatum, ut illa utatur coram Ordinario, cui causæ sit remissio.*

23 *Litteræ gratiosæ, in quibus consistit jus, & actio, probatoque impetrantis, necessariæ omnino ad causam per Senatum Ordinario remissam, illi sunt de necessitate tradendæ.*

24 *Gratia perficitur per fiat, quoad substantiam ante litterarum expeditionem, quibus ad substantiam, non eget.*

25 *Ad gratiæ probationem, ut ex ea in judicium usui valeat, litteræ necessariæ sunt, & ad earum expeditionem adstringitur impetrans.*

26 *Gratia stat in lingua Principis, in scriptura testimonium, in executione commodum.*

27 *Gratia absque litteris nequit probari.*

28 *Gratia ante litterarum expeditionem non expirat per mortem Principis re integra.*

29 *Gratia requirit scripturam, & probationem, ita ut nec testes sufficiant.*

30 *Litteræ expeditæ, & deperditæ testibus probantur.*

31 *Testes ad probandum circumstantias, & qualitates gratiæ admittuntur, licet ad substantiæ probationem nequaquam.*

32 *Stylus Senatus tradendi litteras gratiosas parti, ut illis utatur coram Ordinario, cui fit cognitionis remissio ex Trid. provenit de necessitate justitiæ.*

33 *Stylus Senatus retinendi litteras meræ justitiæ, percutientes primam instantiam Ordinarii, facta ipsi simpliciter causæ remissione, validè comprobatur.*

34 *Litteræ meræ justitiæ quales sint.*

35 *Litteræ justitiæ non subscriptæ nullæ sunt ex defectu formæ, nec illis Delegatus uti potest ex defectu jurisdictionis.*

36 *Litteræ meræ justitiæ, quæcumque sint, nihil coram Ordinario, cui fit per Senatum causæ remissio ad judicium ibidem initiandum, prosunt, nec parti impetranti.*

37 *Commissionis alteri directæ virtute Ordinarius, cui Senatus primam instantiam remittit, procedere nequit, sed suæ jurisdictione Ordinaria.*

38 *Litteræ monitoriales, compulsoriales, remissoriales, executoriales, &c. emanatæ à principali commissione nulla ob defectum formæ pariformiter nullæ sunt, quia procedunt à radice infecta.*

39 *Peccatum in capite membra etiam inficit.*

40 *Destructo antecedenti, consequens destructum remanet.*

41 *Accessorium, sive tractetur de principali augendo, sive destruendo, aut confirmando, semper hujus naturam sequitur.*

42 *Litteræ monitoriales, &c. sunt à sua principali commissione inseparabiles, cujus vitium participant.*

43 *Sublato principali corruit accessorium quia eodem modo resolvitur, quo creatur.*

44 *Annullata principali dispositione omnes clausulæ in ea contentæ resolvuntur.*

45 *Infecta primitiva, infecta censentur derivativa.*

46 *Acta gesta à Judice carente jurisdictione nulla sunt ipso jure.*

47 *Gesta per Delegatum, aut Legatum contra formam Trid. in cap. causæ omnes, sunt nulla ipso jure.*

48 *Litteræ justitiæ contra formam Trid. uti inefficaces, & penitus inutiles ad causam remissam Ordinario, qui ab initio judicium incipit, frustra ei remitterentur.*

49 *Frustra expectatur eventus, cujus nullus est effectus.*

50 *Factum quod non relevat fieri non debet.*

51 *Litteræ justitiæ percutientes primam instantiam, si impetranti traderentur, maximum sequeretur damnum, cum furtivè illis uti posset, & reprobatis in lucta contra recurrentem procederetur in causa per contradictas.*

52 *Inconveniens detrahens præeminentiæ Regis authoritati Senatus præbet occasionem turbationi utriusque*

utriusque Reipublicæ, & jamnum oppressis radicitus evitandum erit.

53 *Monitoriales, & alia rescripta contra plures (quæ respectu aliquorum percutiunt Trident.) eum horum causa Ordinario remittuntur, aliorumve nullatenus parti tradentur, ut illis utatur coram suo delegato contra non remissos ad Ordinarium.*

54 *Executoriales legitimè per superiorem expeditæ, coram quo ex eis actio in factum proponitur contra debitorem condemnatum, ibidem non repertum traduntur parti, ut illis utatur coram Ordinario.*

55 *& seq. Monitoriales, & aliæ litteræ meræ justitiæ in quibus insertæ veniunt litteræ gratiosæ, an sint indistinctè tradendæ parti, ut illis utatur coram Ordinario, cui causa remittitur.*

57 *Litteræ originales gratiæ impetranti ideo traduntur ut illis coram Ordinario, cui fit causæ remissio, utatur, quia ut originales fidem, & probationem faciunt.*

58 *Litteræ monitoriales principaliter sunt justitiæ, quibus incidenter inseruntur gratiosæ, quæ ut exemplum informiter deductum, fidem, nec probationem faciunt.*

59 *Instrumentum insertum in privilegium Principis non citata parte non probat, nisi originale exhibeatur.*

60 *Instrumentum, quo aliud registratur absque Judicis authoritate, & partis citatione, non probat.*

61 & 62. *Instrumentum, quo aliud refertur non probat, visi appareat relatum.*

63 *Litteræ monitoriales cum sint nullæ ob defectum formæ, & fidem non faciunt, multo minus litteræ accessoriæ in eisdem insertæ.*

64 *Annullato principali instrumento resolvuntur omnes clausulæ in eo contentæ.*

65 *Litteræ gratiosæ insertæ in monitorialibus authoritate Judicis carentis jurisdictione fidem non faciunt.*

66 *Litteræ monitoriales percutientes primam instantiam, quibus gratia inserta venit indistinctè retinentur in Senatu, remissa simpliciter causa Ordinario.*

67 *Litteræ originales de necessitate præsentandæ sunt Judici ad exercitium jurisdictionis, ita ut transumptum Notarii alias authenticum non prosit.*

68 *Litteræ gratiæ insertæ in processu fulminato non probant, parte opponente, nisi originales exhibeantur.*

69 *Et idem de copia privilegiorum.*

70 *Jurisdictio à tempore datæ litterarum adquiritur, non tamen ejus exercitium ante originalium præsentationem sibi factam.*

71 *& seqq. Decisio elegans Rotæ adducitur, ut litteræ originales, aliæve authenticæ non præsentatæ, non tribuant jurisdictionis exercitium, nec probent.*

72 *Citationis decretum vigore litterarum Judici non præsentatum est nullum ipso jure.*

73 *Litterarum originalium transumptum etiam per Notarium, etiam testantis fideliter transumpsisse illud, sicut non probat, ita nec sufficit ut ejus præsentatione adquiratur Delegato jurisdictionis exercitium.*

74 *Imò tunc Judex nulliter citationem decernit.*

75 *Executor certus esse debet de sua jurisdictione per originale, non per exemplum minus solemniter deductum.*

76 *Præsentatio rescripti est de processu, & illius potissimum fundamentum, facienda solemniter manu publici Notarii, de qua soli Judici non creditur.*

77 *Notarii solita verba non inducunt realitatem, nec probationem.*

78 *Litterarum Apostolicarum transumptum deficientibus solemnitatibus requisitis fidem non faciunt.*

79 *Decisio Rotæ, qua dicitur revalidari processum per subsequutam litterarum præsentationem, à principio non factam, reprobatur ab eadem Rota.*

80 *Transumptum litterarum in processu fulminato cum authoritate Judicis, & non contradicente parte, quæ non adest, ubi extrajudicialiter proceditur, & cum aliis adminiculis probat.*

81 *Executor ante litterarum præsentationem nequit exercere validè actum jurisdictionalem.*

82 *Judex, qui Ordinaria, & delegata potestate potest procedere, restringens se ad delegatam invalidam, nihil agit, nec ex Ordinaria actus sustinetur.*

83 *Litteræ originales semel præsentatæ possunt exemplari, ut exemplum in actis remaneat solemniter deductum, & istius tenorem in citatione inseri.*

84 *Rotæ alia singularis decisio refertur circa fidem adhibendam exemplo litterarum Apostolicarum originalium, ut de sua jurisdictione certus sit.*

85 *Præsentatio rescripti debet fieri solemniter per manum publici Notarii, & appositione testium.*

86 *& seqq. Pars comparens, & non opponens de defectu jurisdictionis ob non præsentationem litterarum originalium, quando sustineatur judicium, vel non.*

87 *Productio ipsa instrumenti parte citata facta, fit de actis, licet instrumentum ipsum de actis non sit, nec dicatur.*

88 *Jura partium sunt de actis processus si registrentur solemniter in illo.*

89 *Pars opponens defectum jurisdictionis ob non præsentationem litterarum, istæ exhibendæ sunt.*

90 *Processus nullus ob defectum jurisdictionis ob non præsentationem litterarum per consensum partis non revalidatur.*

91 *Jurisdictionem conferre non possunt privati.*

92 *Pro sententiæ validitate super executione pensionis debet in actis de reservatione constare.*

93 *Copia simplex litterarum carens citatione, nec dicitur de actis, nec fidem prorsus facit.*

94 *Ad probationem gratiæ requiritur originalis Scriptura præsentenda, & non sufficit testimonium ipsius.*

95 & 96. *Litteræ in monitorialibus insertæ sunt ad unum finem probandæ jurisdictionis, & sic in diverso fidem non faciunt, nisi originales appareant.*

97 *Exceptio modificativa ad unum finem opposita ad diversum in executione opponi potest.*

98 *Litteræ originales, vel transumptum authenticum cum juris requisitis deductam fidem faciunt in judicio, non tamen minus solenne.*

99 *Litteræ gratiosæ insertæ in monitorialibus processu fulminato, & aliis actis judicialibus, fidem non fa-*

faciunt poſt appoſitionem partis, niſi originales exhibeantur.

100 *Defectus juriſdictionis, ubi adeſt, monitoriales, & cætera acta proceſſus nulla ſunt, & per conſequens litteræ gratioſæ in eis inſertæ fidem non faciunt.*

101 *Notario atteſtanti in monitorialibus commiſſionem fuiſſe ſubſcriptam propria manu Sanctiſſimi, an ſit in Senatu fides danda, remiſſivè.*

LItteræ Apoſtolicæ, ſeu commiſſiones cauſarum à Sede Apoſtolica emanatæ, ex quibus jus
1 juſtitiave * Ordinariorum percuti poſſunt, duplicis generis ſunt; nam aut continentur, & includuntur in gratia, qua quis obtinuit beneficium, vel id genus aliud; & pro ejuſdem gratiæ executione judex aliquis ſpecialiter nominatur, de quarum genere latè loquuti ſumus hac 2. *part. cap. final. per totum*, & ſuprà *cap.* 10. & alibi paſſim.

Aut ſunt litteræ juſtitiæ, quæ vocantur reſcripta, quæque duntaxat * continent, & reſpiciunt
2 alicujus negotii judicium, quæ alicui judici particulari diriguntur, eique juriſdictio datur, ut de eo inter partes cognoſcat, de quibus ferè in cæteris hujus ſecundæ parti capitibus abundè tractavimus, & hujus generis ſunt monitoriales, remiſſoriales, compulſoriales, & executoriales, & ſi quæ ſunt.

Quo obiter præcognito, quando Senatus eaſdem litteras examinat, & cognoſcit in eis defectum formæ traditæ per S. Concilium Trid. *ſeſſion.* 24. *de reformatione*, *cap.* 20. requirens ſubſcriptionem propria manu Sanctiſſimi: * diverſimodè
3 diſcernit; etenim ſi litteræ ſint primi generis, nempè continentes gratiam, tunc omnes indiſtinctè tradi jubet parti, ut illis coram Ordinario (ad quem de jure cognitio pertinet in prima inſtantia) utatur, ita ut illi non ſolùm negotii ſit facienda remiſſio; ſed ipſæmet litteræ gratioſæ præcisè, & neceſſariò traduntur originales impetranti, ut illis utatur coram Ordinario, ut iſte ſive in via executiva, ſive in via Ordinaria procedat ad earum complementum, prout melius & juridicè ipſe arbitretur, attenta bipartita concluſione, & reſolutione cum caſuum varietate latiſſimè à nobis exornata hac 2. *part. cap. final per totum;* quoniam iſtæ litteræ deſerviunt ad juſtitiam principalem impetrantis, & ſunt inſtrumentum ad eam probandam, ut ſtatim latius.

Si autem litteræ contineant dumtaxat, & reſpi-
4 ciant juſtitiam, * quibus hic idem ſubſcriptionis defectus repetitur, Senatus non abſolutè, ſed diſcretivè diſcernit, nam litteris apud ſe retentis, cognitionem negotii in prima inſtantia ſimpliciter mittit Ordinario tractandam.

Iſte etenim Senatus noſtri bipartitus ſtylus validiſſimis juris vallatur fundamentis, quæ hanc differentiam, & diſcrimen mirè comprobant. Litteræ
5 namque gratioſæ duo continent ſeparabilia; alterum partem diſpoſitivam gratiæ, qua continetur ſubſtantia principalis diſpoſitionis, nempè donatio, conceſſio gratioſa beneficii, aut rei principalis in eiſdem contentæ; alterum verò continet & reſpicit partem executivam, pro qua ſpecialis dari ſolet commiſſio, & executoris quæ eſt quid acceſſorium ad diſpoſitionem principalem, ut notiſſimum eſt cunctis.

Et licèt hæc commiſſio, & executoris ſpecialis
6 aſſignatio ob non * ſervatam formam Concilii Tridens. ſit nulla, quia ea deficiente executor caret juriſdictione, nec in prima inſtantia eam poteſt exercere, ex latè adductis hac 2. *part. cap.* 3. & *cap.* 6. *à num.* 14. *cum cæteris ſeq. uſque ad finem hujus* 2. *part.* & propterea ceſſet litterarum ſecunda pars.

Tamen ipſa principalis diſpoſitio, & ſic gratia, ſeu donatio beneficii, puta * intacta rema- 7
net, tum quia clauſulæ executivæ præcipuè executoris datio, ſint qualitates accidentales, & extrinſecæ, quæ nihil eſſentialiter tangunt ſubſtantiam gratiæ ipſius, * nec principalis diſpoſitionis, 8
quia poteſt executor dari, vel non dari ad gratiæ executionem, *cap. ſi ſuper gratia cuiquam ab Apoſtolica Sede facta executores fuerint deputati, &c. de officio Delegat. lib.* 6. & communiter Doctores, ponderando illa verba (*Si executores fuerint deputati*) quæ uti conditionalia manifeſtè indicant, gratiam ſolere dari abſque executorum deputa-
tione, quæ accidentalia poſſunt mutari, * variari, 9
& deficere non vitiata ſubſtantia, ſecus è contra, Calderinus *conſil.* 314. *ante medium*, *verſ. Ad cujus declarationem*, aliàs 11. *de feudis*, Tuſchus *practic. concluſ. littera A. concluſion* 82. *numer.* 1. Barboſa *axiom.* 9. *num.* 3. Gutierrez *practicarum lib.* 3. *quæſt.* 16. *numer.* 91. Quia opponuntur, * & 10
eveniunt poſt diſpoſitionis eſſe perfectum, Signorolus *conſil.* 51. *numer.* 11. Gomez *in* §. *perſonam*, *num.* 14. *inſtit. de actionibus*, Becius *conſil.* 172. *num.* 29. *vol.* 2. Gloritus *reſponſ.* 1. *numero* 161. *part.* 1. Brunus *de augment. & dimin. part.* 1. *quæſt.* 3. *princip. n.* 2. Tuſchus *concl.* 82. *n.* 14. *in principio.*

Nam accidentia extrinſeca poſſunt adeſſe, & abeſſe præter * ſubjecti corruptionem, *l. falſa. ff. de* 11
condition. & demonſtrat. l. pacta conventa, *ff. de contrah. emption. l. pro voluntariis*, *ff. de impenſis in rebus dotal. fact.* tradunt Corafius *lib.* 3. *miſcellan. cap.* 10. Zazius *lib.* 1. *ſingulari reſponſ. cap.* 12. Menochius *conſil.* 35. *n.* 19. & *conſil.* 37. *n.* 98. & *conſil.* 170. *n.* 23. Surdus *conſil.* 179. *n.* 7. Gloritus *reſponſ.* 1. *part.* 1. *num.* 466. Porphyr. *in prædicabil. cap. de accident.* Sebaſtianus Medicis *de diffinitionibus bonorum poſſeſſion. diffinitione* 100. *n.* 23. & 27. Tuſchus *dict. concluſ.* 82. *n.* 11. Barboſa *axiom.* 5. *num.* 4.

Tum etiam quia commiſſio & dario executoris eſt acceſſoria † ad gratiam principalem, *cap. ſi ſu-* 12
per gratia, ibi: *Sic nec etiam re integra perimatur executoribus data poteſtas, quam veluti gratiæ prædictæ acceſſorium, naturam ſequi congruit principalis, &c. de officio Delegati lib.* 6. in cujus comprobationem plura congerit Garcia *de beneficiis* 6. *part. cap.* 2. *n.* 300. *cum ſeqq.* Et ſi ob defectum acceſſorii † nihil detrahitur principali diſpoſitioni, 13
quæ acceſſorii naturam non ſequitur, nec imitatur, ſed contra; Decianus *conſil.* 21. *n.* 9. & 10. *lib.* 4. Surdus *deciſ.* 192. *n.* 4. 5. & 6. Ancharranus *in cap. ſi Clericus*, *col.* 2. *de præbend. lib.* 6. Felinus latè *in cap. cum M. Ferrarienſ. de conſtit. num.* 17. ubi Ripa *numer.* 174. diligentiſſimus & doctiſſimus Caſtillo *controverſ. tom.* 6. *cap.* 168. *nu.* 37. *cum ſeqq.*

Hinc fit, quod clauſulæ executivæ † non mu- 14
tant, nec alteram principalem diſpoſitionem, *Clement.* 1. *de præbend.* ut poſt alios Pedemontan. *deciſ.* 164. *numer.* 62. Covarruvias *in rubrica de teſtamentis*, *part.* 2. *n.* 13. *in fin.* Verall. *deciſ.* 83. *n.* 3. *part.* 2. Molin. *de primogeniis*, *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 42. & 49. *cum ſeq.* Franchis *deciſ.* 213. *numer.* 53.

Me-

Menochius *conſil.* 84. *n.* 45. Surdus *deciſ.* 43. *nu.* 16. & *conſil.* 45. *n.* 24. Peregrinus *variarum lib.* 6. *de pactis & convent. n.* 182. Matta *de clauſul. part.* 4. *concluſ.* 20. *n.* 2. 3. & 4. Riccius *in collect. deciſ. part.* 4. *collect.* 786. Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 1. *tit de reſcriptis, reſolut.* 8. *n.* 2. Seraphinus *deciſ.* 574. *n.* 2. *deciſion.* 716. *nu.* 3. Aug. Barbof. *de clauſalis, nu.* 1. & *ſeq. clauſul.* 60. Sanchez *de matrimonio lib.* 6. *diſputation.* 29. *n.* 9. Gironda *de privilegiis, ampliation. n.* 143. Seſſe *deciſ.* 24. *nu.* 3. Gregorius *deciſ.* 311. *num.* 15. Moneta *de commutat. ultim. volunt. cap.* 7. *à n.* 48. *cum ſeq.* etiamſi executiva maneant ſuperflua, & inania, ut poſt Martam ubi proximè, & alios; Barboſa *dicta clauſula* 60. *n.* 3.

Cui & illud mirabile pertinet, quod dilatio, tempus, aut alia † quævis conditio apposita in executivis contractus, aut diſpoſitionis cujuſlibet, executionem reſpiciens, non principalem diſpoſitionem; hanc non facit conditionalem, ſed pura remanet, licet executio, & ſatisfactio ſit dilata, & ſuſpenſa in tempus; ita poſt plures elegantes obſervant Natta *conſ.* 453. *à num.* 12. *tom.* Caſtillo, Regii patrimonii Conciliii meritiſſimus Senator *controverſiarum lib.* 4. *cap.* 56. *n.* 51. *verſic. Secundus caſus eſt, & ſeq.* latè etiam 5. *tom. cap.* 109. *per totum*, Mareſcotus *variarum reſolut. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 3.

Et denique cum datio executoris, & gratia principalis inter ſe ſeparationem, † diviſibilitatem habeant, quia accidentaliter ſolet dari, vel non dari, ex *dict. cap. ſi ſuper gratia de officio Delegati, lib.* 6. & ex iis quæ hactenus diximus; juxta vulgare axioma, quod in ſeparabilibus, & in iis, quæ inter ſe diviſibilia ſunt utile * non vitiatur; *l. certi conditio §.* 1. *ff. ſi certum putatur, l.* 1. *§. ſimiliter l.* 4. *ſi is qui duplam, ff. de verb. obligat.* & plures refert Doctores Barboſa *axiomat.* 231. *per totum*, vide multa miribilia quæ ad ſingulares caſus congeſſimus. hac 2. *part. cap.* 13. *n.* 21. *cum ſeq. verſic. Quorum omnium, &c.*

Et ex hac ratione dicendum venit, quod etiam reſpectu ipſius † gratiæ principalis ſi contineat rem ſeparatam, & diverſam, licet gratia corruat una parte, ſuſtinetur in alia ſeparata; ita poſt alios, & Rotæ deciſiones probat Mareſcotus *variarum reſolution. lib.* 2. *cap.* 18. *d. n.* 47. in hæc: Quamvis ergo collatio † deficitat, non tamen deficit gratia reſervationis penſionis, defectus enim intentionis in una parte gratiæ, non vitiat gratiam in alia parte ſeparata, & diſtincta, *cap. ſi eo tempore, de reſcriptis, lib.* 6. Abbas *in cap. ſedes n.* 4. & ibi Felin. *n.* 2. *eodem titulo*, & ita fuit deciſum, *in una Oſcenſ. indicti* 20. *Decembris* 1599. coram D. Cardinali Millino. Sic etiam videmus, quod licet gratia ſubrogationis corruat quòad litem, ſi nulla adſit lis, non tamen corruit alia pars gratiæ, videlicet quoad poſſeſſionem, Ægidius *deciſion.* 125. *in principio*, & fuit dictum *in una Ovetenſi. Canonicatus*, coram Joan. Baptiſta de Rube *& in illa Legionenſ. Prioratus* 27. *Junii* 1588. coram felicis recordat. Clement VIII. tunc auditore, & tradit Lancelotus *de attentatis* 2. *part. cap.* 4. *præfation. num.* 416. *& ſeq. &c.*

Circa quam doctrinam videndum etiam erit * conſ. Ancharrani 409. *viſo diligenter*, & quod fuit reſolutum in Rota *in una Tarraconenſ. illegitimitatis* 22. *Octobris* 1546. teſte Pureo *deciſ.* 483. *incipit Matthæus Gravilla*, & poſtea *in una Syracuſan. illegitimitatis* 19. *Octobris* 1579. *coram Clement. VIII.* Hippolyto Alexandrino, Rotæ auditore, quæ eſt *deciſ.* 207. *domini tenuerunt, part.* 1. *diverſorum, per totam*, Gonçalez *de menſib. gloſſ.* 5. §. 9. *à num.* 97. ubi latiſſimè, de gratia pro parte nulla, & pro alia valida, ut pro illa ſuſtineatur, licet pro alia invalida ſit, & deficiat intentio Papæ, quando contenta in gratia ſeparationem habent, ubi abundè proſequitur plurimas doctrinas, & Rotæ deciſiones allegans videndus.

Ex quibus neceſſariò infertur, quod cùm litteræ gratioſæ † maneant quoad ſui ſubſtantiam, & principalem diſpoſitionem intactæ, quamvis commiſſio & executoris in eis datio ſit ineffica[x], & nulla ſi omiſſam formam eſſentialem ſubſcriptionis propria manu Sanctiſſimi; omnino per Senatum tradendæ ſunt impetranti, ut illis utatur coram Ordinario ad quem ſit per Senatum negotii remiſſio in prima inſtantia.

Ex eo etenim quod coram eo ſit cauſa tractanda, litteræ iſtæ, * quibus conſiſtit actio, & jus principale impetrantis, deſerviunt ad probationem, & ſunt inſtrumentum neceſſarium, & eſſentiale juris partis (& interdum utrarumque ex quo quandoque actio, & defenſio ſimul exoritur) per neceſſe ſunt impetranti tradendæ, ut illis coram Ordinario utatur. Quia licet gratia perficiatur per ſolam ſignaturam, atque dicatur gratia perfecta quoad validitatem ante litterarum † expeditionem, cum ſtatim quod ſit conceſſa per verbum, *fiat*, Papæ aut alterius Principis, valida ſit & perfecta quoad ſubſtantiam; quia ſolo verbo Pontificis perficitur abſque aliqua ſcriptura, ut poſt plurimos Doctores probant Gonçalez *de alternat. gloſ.* 12. *n.* 44. & *gloſſa* 15. §. 1. *à n.* 34. & 2. *quæſt.* 9. *à n.* 32. Molina *de primogeniis, libr.* 2. *cap.* 7. *n.* 56. & *ſeq.* Caſtillo *controverſiar. tom.* 5. *cap.* 67. *à n.* 64. & *ſeq.* latiſſimè Sanchez *de matrimon. libr.* 8. *diſputation.* 29. *à principio*, infinitos penè citat Marius Giurba. *in conſil.* 57. *n.* 15. & 16.

Tamen ad ipſius gratiæ † probationem, ut ex illa agi poſſit in judicio, litteræ ſunt neceſſariæ, ad idque impetrans earum expeditione indiget, & arctatur, *cap.* 1. *juncta gloſſa verbo, Inſcriptis, de cenſibus, lib.* 6. *cap. contra morem* 100. *diſtinction.* ibi *Scriptis privilegiis. cap. porro de privilegiis.* Nam in lingua Principis ſtat gratia, & in ſcriptura teſtimonium, & in executione † & effectu commodum, Gonçalez *de alternativ. gloſſa* 12. *num* 47. & *gloſſa.* 55. *numer.* 23. Marius Giurba *conſil.* 57. *ſub numer.* 16. Poſt Azevedum loco ſtatim citando, Farinacius *deciſ.* 585. *nu.* 2. *part.* 1. *in noviſſimis*, Cochier. *in regula* 25. *Cancellariæ, de non judicand. juxta formam ſupplicationis, numer.* 27. *fol.* 265. atque ideò abſque illis gratia nequit probari; Azeved. poſt alios *in leg.* 2. *num.* 13. *tit.* 7. *lib.* 5. *de Recopilationis*, Molina *dicto libr.* 2. *de Hiſpanorum primogeniis, capitul.* 7. *numer.* 56. Pureus *deciſion.* 254. *lib.* 2. & *deciſion.* 485. *eodem lib.* 2. Sanchez *de matrimonio, dicto lib.* 8. *diſputation.* 28. *numer.* 2. Gloſſa *in Clementina ludum, verbo, De ſepulturis*, ubi communiter Ioſola, Ancharranus, & Cardinalis Felinus poſt alios *in rubrica de conſtitution. n.* 5. & ibi Decius in nova additione in prima lectura *n.* 37. *uſque ad* 43. Berolus *n.* 38. Ripa *n.* 51. Mandoſius *n.* 40 & *ſeq.* Boſcus *numer.* 110. Ferretus *numer.* 18. Anton. de Burgos *num.* 144. Riminald *num.* 129.

Alexand. *consil.* 107. *nu.* 4. *vol.* 7. Gigas *de pensionibus*, *quæst.* 34. *numer.* 1. 2. & 3. & *quæst.* 40. *num.* 2. & 3. Cassaneus *in consuetudinibus Burgundiæ*, *rubrica* 1. §. 4. *numer.* 180. Parisius *consil.* 5. *num.* 60. & *consil* 71. *num.* 12. *vol.* 4. Celsus *consil.* 6. *num.* 6. Bertachin. *tractatu de Episcopo*, *lib.* 3. *part.* 1. *numer.* 53. Rebuffus *in cap. postulastis in gloss. verbo*, *Retinere*, *n.* 21. *de Clericis excommunicat. ministr. & in praxi*, *titul. de dispensation. ad plura*, *num. penultimo*, *& in tit. gratia rationi congruit*, *num.* 1. Ripa *responsion.* 12. *nu.* 4. *de rescriptis*, Cassiador, *tit. de causa possession.* 4. *nu.* 2. Soccinus *consil.* 41. *numer.* 2. *vol.* 3. Ludovic. Gomez *in regula de non judicando juxta formam supplicationis*, *quæst. numer.* 8. Rota *in novissimis*, *decision.* 89. *libr.* 2. *& decision.* 11. *lib.* 2. *tom.* 3. Rosella *verbo*, *Privilegium*, *n.* 16. Sylvester, *privilegium*, *quæstion.* 14. Armilla *verbo*, *Privilegium*, *nu.* 10. Tabiena *privilegium*, *quæst.* 10. *n.* 11. Castillo *in l.* 41. *Tauri*, *n.* 4. & ibi Ant. Gomez *n.* 2. Navarrus *lib.* 5. *in.* 2. *edition. tit. de privileg. consil.* 1. *n.* 1. Bosius *in pract. tit. de principe*, Mieres *de majoratu* 1. *part. quæst.* 62. *à numer.* 1. Mascardus *de probationibus*, *conclus.* 845. *num.* 20. Gutierrez *consil.* 9. *numer.* 6. Matienzo *in leg.* 2. *glossa* 3. *numer.* 1. *lib.* 5. *Recopilat.* Avendano *in leg.* 43. *Tauri glossa* 1. *numer.* 1. Molina *tom.* 3. *de justitia*, *disp.* 599. *n.* 1. Graffis 1. *part. decision. lib.* 1. *capitul.* 13. *n.* 51. Sayrus *de pœnitentia*, *cap.* 22. *num.* 3. & post alios Marescotus *variarum resolution. lib.* 2. *cap.* 40. *num.* & *sequentib.* qui *num.* 43. firmat Rotam
27 passim contentari * cum sola gratia, absque litterarum expeditione, quæ tantùm requiruntur ad effectum probationis, non tamen substantiæ ipsius gratiæ, & fuisse latè deductum per Rotam *in una Compostellana Canonicatus* 25. *Julii* 1574. coram Joanne Baptista de Rubeis, testatur latè etiam novissimè Tamburinus *de jure Abbatum*, *quæst.* 3. *disput.* 16. *per totam*, *tom.* 1.

28 Apud quos præcipuè Molinam, † Thomam Sanchez, & Hieronymum Gonçalez, nec non Castillo *controversiar. tom.* 5. *capitul.* 67. *à num.* 69. *cum seq.* & Garciam *de beneficiis* 6. *part. cap.* 2. *à nu.* 29. *cum seq.* videre poteris abundè, quod gratia non aspiret etiam ante litterarum expeditionem per mortem Principis re integra, ubi de limitationibus etiam.

Et quod gratia Principis probari non possit,
29 nisi per litteras: † quia per ejus probationem requirit scripturam, ita ut non sufficiat per testes probatio, latè examinat, & ita resolvit post magnam Doctorum catervam, & Rotæ decisiones plurimas Mascardus *de probationibus*, *conclus.* 845. *per totam*, apud quem de limitationibus
30 præcipuè, quando fuerint litteræ † semel expeditæ deperditæ, latè etiam Tamburinus *de jure Abbatum*, *quæst.* 2. *disput.* 16. *per tot.* Cochier. *ad regulam* 25. *à num.* 14. *cum conseq. fol.* 264. *& seq.* & amplissimè per Parisium *de resign. benef. tom.* 2. *lib.* 10. *quæst.* 1. *per totam*, ubi multa scitu dignissima videbis, & amplissimè etiam *in lib* 8. *quæst.* 2. *à num.* 8. *cum multis seq.* ubi adducit infinitos penè Doctores, & Rotæ decisiones, limitatque *à*
31 *num.* 25. ut procedat quando agitur de probanda † substantia gratiæ, non verò quando agitur de probanda ejus qualitate, & circumstantiis, ut tunc per testes sufficiat post magnam Doctorum catervam, pro cujus limitationis doctrina, vel videndi etiam sunt Castillo *controversiarum tom.* 4. *capitul.* 19. *numer.* 14. *cum sequentibus*, & iterum *in cap.* 120. *à principio*, Vivianus *de jure patronatus*, *decision.* 10. *num.* 10. *& decision.* 41. *nu.* 4. Surdus *consil.* 168. *num.* 7. *& consil.* 268. *num.* 11. Mascardus *de probationibus*, *conclusion.* 1254. *num.* 5. & in terminis gratiæ probat post Mandosium, Joannes Cochier ubi proximè, *numer.* 3. *vers. Sublimitanda.*

Quare de necessitate justitiæ provenit stylus hujus supremi Senatus, † ut litteræ gratiosæ tra- 32
dantur parti, ut illis coram Ordinario utatur, ad quem in prima instantia cognitionem pertinere reperit, eo quod subscripta non inveniatur commissio executionis de propria manu Sanctissimi contra formam Concilii Trid. *sess.* 24. *de reformatione*, *cap.* 26. quod quotidie practicatur, & inviolabiliter sic à Senatu observatur in his rescriptis gratiosis.

Ad justificationem jam retentionis litterarum justitiæ accedamus, † nam in his, ut diximus 33
in conclusione 2. supra posita, ad principium hujus *cap. nu.* 3. *versic. Si autem litteræ contineant*, *&c.* qua diximus in litteris justitiæ aliter observari debere, nempè ut retentis litteris in Senatu, ne illis pars aliquo modo utatur, fiat duntaxat remissio negotii Ordinario, ut de illo cognoscat quando apparet, quod ei fit præjudicium in prima instantia, quia non constat in rescripto de subscriptione propriæ manus Sanctissimi ut dictum est.

Quæ quidem conclusio validissima habet fun- 34
damenta juri nitentia, † & distantia apud Senatum rescripta justitiæ, sive commissiones principales, sive monitoriales, remissoriales, aut inhibitoriales, atque executoriales remanere debere retenta, ne illis cum tanto damno & præjudicio Ordinarii, & rei conventi furtivè & clandestinè pars desuper uti possit, de quo protinus specialiter tractabimus.

Etenim cùm istæ commissiones nullæ sint ipso 35
jure ex defectu formæ † subscriptionis, nec eis Delegatus, cui diriguntur uti potest ex defectu jurisdictionis, prout latissimè probavimus hac 2. *part. cap.* 17. *per totum*, *& cap.* 20. *n.* 72. *versic. Quibus suppositis non obstant*, & ferè per totum caput, atque etiam *in cap.* 6. *à principio* maximè *à n.* 14. *cum seq.* Sequitur, ut coram Ordinario ad nihil prodesse possint, nec sint alicujus effectus litteræ præsentatæ, tanquam nullæ, quæ etiam ob id nomine carent, *l.* 4. §. *condemnatum*, *ff. de re judicata*, & quæ latissimè diximus *de Regia protect.* 3. *part. cap.* 9. *à principio.*

Nec parti illas obtinenti aliquid prodesse pos- 36
sunt; nam si est principalis * commissio, facta per Senatum remissione, non ejus virtute procedit Ordinarius; sed ex sua Ordinaria & naturali jurisdictione, commissionis namque * virtute alteri 37
directæ, impossibile est, posse procedere Ordinarium, prout abundè consideravimus hac 2. *part. cap. fin. à principio*, præsertim *à numer.* 5. *cum multis seq.* Quoniam propterea per Senatum fit causæ hujusmodi remissio ad Ordinarium, eò quòd ad eum pertinet uti talem, & de jure Ordinario negotii principalis cognitio in prima instantia ullatenus impedita per avocationem informem & nullam, prout peracutè consideravimus, & copiosè scripsimus *in dict. c. fin. à n.* 25. *& per multos seq.*

Cæteræ autem litteræ nempè * monitoriales, 38
remissoriales, compulsoriales, inhibitoriales,
&

& executoriales procedentes, & emanatæ à principali commissione informi, & nulla ob defectum subscriptionis propriæ manus Sanctissimi eodem morbo laborant, & nullæ sunt, & inutiles tanquam procedentes à radice infecta, quæ pullulare non potest, juxta quæ latè diximus *de Regia prot. 4. part. cap. 6. a num. 35. cum seq.* nam radix infecta arborem & fructum inficit, Joan. Ant. Mangil. *de imputationibus, quæst. 67. n. 15.* & excluſa radice omnia excluduntur ab illa dependentia, Paulus Caſtrenſis *in l. illum 19. n. 8. in fin. & n. 9. C. de collationibus.* Et peccatum in capite
35 membra † etiam inficit. Seſſe *dec. 99. n. 4.* At-
40 que etiam antecedenti deſtructo & remoto, † ejus quoque conſequens deſtructum remanet, *l. hujus rei, ff. de officio ejus, l. veteris, ff. de itinere actuq. privato*, Everad. *in topicis legal. loco 96.* Cravetta *conſ. 2,1. n. 2.* Ant. Monach. Florentinus *deciſ. 28. n. 16.*

Et quia acceſſorium, ſive tractetur de principali
41 augendo, † ſive deſtruendo, aut confirmando, ſemper ſequitur naturam ſui principalis, Surd. *de alimentis, tit. 9. quæſt. 31. n. 8. cum ſeq. & deciſ. 88. n. 10.* Leo *in Theſaur. fori Eccleſiaſtici, part. 2. cap. 16. n. 7.* Ant. Monach. Bononienſ. *deciſ. 27. n. 4. & deciſ. 28. n. 56.* Antonin. *variar. l. 1. reſolut. 7. n. 6.* Maſcill. *deciſ. 115. n. 6.* Gratian. *diſceptat. for. inſ. cap. 262. n. 35. & cap. 937. n. 22.* Caſtillo plenè *controverſ. tom. 6. cap. 168. à n. 3. cum ſeq.*

Maximè quia litteræ iſtæ ſunt à ſua principali
42 * commiſſione inſeparabiles, Menoch. *de recuperanda, remedio 6. à n. 45. & de præſumpt. l. 3. præſumpt. 97. n. 7. & 8.* Gratianus *diſceptat. foren. tom. 5. cap. 893. num. 24. & 25. & cap. 937. num. 23.*

43 Et propterea ſublato † principali corruit acceſſorium, quia eodem modo reſolvitur, quo creatur, *l. qui liberis, ff. de vulgari, l. cùm principalis non ſubſiſtit, nec ea quæ ſequuntur locum habent, ff. de reg. juris, §. fidejuſſores inſt. de fidejoribus*, Surdus *conſil. 93. nu. 1. & conſil. 398. n. 5.* Franciſcus Beccius *conſil. 52. n. 107.* Mandellus de Alva *conſil. 217. n. 12. & conſil. 271. n. 3.* Tuſchus *litter. A. concluſ. 78. ex n. 8. cum ſequentibus, & concluſ. 78. n. 6.* Menochius *conſil. 8. n. 135. & conſil. 38. n. 14. & l. 1. de præſumptionibus 21. n. l. 5.* Caſtillo *controverſiar. tom. 6. cap. 168. à n. 12. cum ſeq.* ubi etiam latè & *num. fin.* Quod deſtruc-
44 ta, ſeu annullata principali diſpoſitione, † omnes clauſulas in ea contentas nullas, & deſtructas manere, quia acceſſorium pariter confunditur, & reſolvitur cum ſuo principali, latè etiam Barboſa *axiomat. 4. num. 12. & num. 13. & à principio, l. 1. & 2. ff. de peculio legato*, ibi: *Nam quæ acceſſionum locum obtinent extinguuntur, cùm principales res perempſæ fuerint*: & infecta primiti-
45 va, infecta etiam cenſentur derivata, † pro quo plurimas elegantes doctrinas congerit Gonçalez *de alternativis, gloſſ. 31. à numer. 29. cum multis ſeqq.*

Et in ſpecie acta facta à Judice juriſdictione
46 carente † nulla eſſe probant, *l. factum à judice, ff. de reg. juris, l. 1. C. ſi à non competente judice, l. 1. C. de juriſdictione omnium judicum, l. 2. C. ſi adverſus fiſcum, l. 1. C. de pet. judic. l. 2. C. de pnæis, l. ſi pater, C. ne de ſtatu defunctor. l. Procurator. C. ubi cauſæ ſtatus, l. 2. 3. 4. Cod. de modo multan.* latè Vantius *de nullitate ſentent. tit. ex defectu juriſdictionis. & unde, &c. n. 33. 45. &* Salgado de Supplic. & Retent. *ſeq. n. 48. & 52.* Scaccia *de ſententia & re judicata, quæſt. 7. q. 6. à n. 10. fol. 155.* qui plures allegant & alii paſſim per Doctores.

Et in terminis quod geſta * à Delegato vel Le- 47
gato contra formam Trident. ſint nulla ipſo jure; diſponit Concilium Trid. *in dict. c. 20. poſt medium*, ibi: *Alias eorum proceſſus, ordinationeſve nullius momenti ſint*, &c. Idemque decrevit Leo Pontifex X. *in una Conſtitutione*, per Nos ad litteram relata hac 2 *part. cap. 3. à n. 7. verſ. Quare ut provideret, &c.* ibi: *Aliequin & illarum etiam aliarum cauſarum hujuſmodi commiſſiones, in poſterum & quidquid inde ſequutum fuerit, nullius ſint roboris & momenti, &c.* De cujus commiſſionis, & omnium inde conſequutorum, & derivatorum nullitate abundè ſcripſimus hac 2. *p. cap. 6. n. 14. cum multis ſeq.*

Hæ itaque litteræ cùm nullæ ſint, ineffica- 48
ces & penitùs * inutiles ad cauſam Ordinario remiſſam, quia iſte denuò incipit de ea cognoſcere, à quo propterea præcisè novæ debent monitoriales, compulſoriales, remiſſoriales emanare; fruſtra earum deſideratur ſimultanea remiſſio, ad nihilum enim valent ultra, niſi ut mittantur foras. Atque ideò nullatenus Ordinario remittendæ.

Fruſtra enim expectatur id, cujus eventus nul- 49
lius eſt effectus, * atque nihil poteſt operari, *l. aliquando, §. fin. ff. ad Velleian. l. ſi quis ita ſcripſerit, ff. de hæred. inſtituend. l. cum hæredes, §. 1. ff. de acquir. hæredit. l. non videatur, ff. de judic. l. fin. C. qui admitti, cap. cùm contingat. de officio Delegati*, Surd. *deciſ. 184. n. 8.* Franciſc. Molinus *de ritu nuptiar. l. 1. comparition. 10. n. 57.* Marſil. *conſil. 51. licet nondum, n. 17.* Tuſch. *to. 4. litt. F. concluſ. 520. n. 1.* Barboſa *axiomat. 84. n. 3.*

Nec factum quod non relevat * fieri debet *l. ad* 50
probationem, C. de probationib. l. aliquando 13. §. fin. l. debitrix 24. §. fin. ad S. Conſul. Velleian. l. apud Julianum 11. §. fin. ille à quo 13. in principio, l. hæc ſtipulation. 14. §. Divus, ff. ut legator. ſeu fideicommiſſ. nomine caveatur, cap. per tuas 32. de ſimonia, Petrus Surdus *dec. 260. num. 5. cum ſeq.* Colla *de facti & ſcientiæ ignorant. inſpection. 31. per totum*, Riccius *part. 7. collectanea 2497. verſic. Et factum, quod non relevat.*

Imò potiùs iſtæ litteræ juſtitiæ non ſolùm
parti non ſunt per Senatum tradendæ, eò quòd
inutiles eidem ſint omninò, * & penitùs ineffi- 51
caces, ut dictum eſt, ſed ex alio capite omninò penitùs denegandæ, & in Senatu retinendæ, facta Ordinario cauſæ remiſſione duntaxat, ne illis aliquando, & clandeſtinè atque fraudulenter utatur pars impetrans citando reum, aut compulſando acta, & ſimilia, & illis reproductis in Rota illa, ut aſſolet his in caſibus, contra reum recurrentem ad Conſilium Regium ſolito odio & rigore utatur, proſequendo cauſam contra illum (inauditum, & legitimè excuſatum) per judicium contradictarum, prout de ſingulis lucidiſſima habuimus exemplaria per varias Rotæ deciſiones, quas in unum congeſſimus hac 2. *part. c. 20. à principio.*

Hoc enim graviſſimum inconveniens eſt dam- 52
num & præjudicium * inferens notabile partibus innocentibus, charitativo huic recurſui, Regiſque, & ejus Supremi Senatus authoritati, quod penitùs & radicitùs evitari debet, obviando principiis, ne detur occaſio turbationi ſtatus Eccleſiaſtici in

perniciem Reipublicæ, prout hæc, aliaque plura in proposito consideravimus variis juris fundamentis comprobata *in dict. cap.* 20. *per totum.* Ideoque talia hæc inutilia, & nulla rescripta in Senatu retinentur, ne aliter incidamus in periculum minans, & instans.

53 Quam tamen resolutionem † limitabis in casu, de quo Nos *in cap.* 28. *à n.* 23. *& seq.* & in similibus ejusdem rationis, prout hanc conclusionem similiter limitavimus ibidem. Ut semper quod monitoriales veniant contra plures, si aliquorum tantùm causa Ordinario sit remittenda de jure, aliorum tamen non tunc tradendæ sunt monitoriales, aliave rescripta justitiæ parti impetranti, ut illis queat uti coram suo Delegato contra eos, quorum causa non sit Ordinario remissio, à ratione cessante, de qua in hac resolutione, & à ratione urgente de qua in prima, cùm jam horum respectu inutiles non possint dici litteræ Apostolicæ justitiæ.

54 Secundò limitabis hanc † conclusionem secundam quando executoriales legitimè expeditæ sunt à superiore, agitur tamen coram eo ex eisdem actione in factum contra condemnatum, ibidem tamen in loco superioris non repertum, ut requiritur juxta rigorosam juris rationem disputandi, prout disputabimus infrà *cap.* 29. *à n.* 29. Qua stante hæ executoriales per Senatum tradi deberent victori, ut illis utatur coram Ordinario, de qua limitatione latiùs egimus hac 2. *part. cap.* 8. *à n.* 23. *cum seq.* quæ rectè procederet casu, quo stylus Tribunalium admitteret illam resolutionem juris subtilitate fulcitam & comprobatam, quam disputavimus infrà *dict. cap.* 19. *à num.* 19. *cum seqq.* sed cum ut ibidem, *& num.* 30. animadvertimus, stylus prædictus adsit in contrarium, idcirco dictæ limitationis doctrina non verificabitur in hoc casu, in quo executoriales non remittuntur Ordinario, etiamsi ex eis agatur actione in factum coram superiore eas expediente.

Ista hæc ergo distincta resolutio, & discrimen inter litteras gratiæ, & litteras justitiæ, quoad
55 remissionem, † vel retentionem satis abundè fundata, & fulcita remanet. Ex ea tamen nova alia exoritur difficultas, quidnam sit dicendum, quando in ipsis litteris meræ justitiæ insertæ veniant litteræ gratiosæ, an sint omninò tradendæ per Senatum parti, ut illis coram Ordinario utatur. Finge pro majori claritate, gratiam quis obtinuit à Sede Apostolica super quodam beneficio, expedivit litteras gratiæ commissa executione cuidam ministro Romanæ Curiæ, absque tamen subscriptione propriæ manus Sanctissimi, iste Judex expedit monitoriales contra possidentem in partibus, in quibus monitorialibus inserit gratiam, quibus allatis in Senatu ob defectum prædictæ formæ Ordinario in prima instantia causam remittit, an simul hujusmodi monitoriales parti sint tradendæ, ut illis coram Ordinario utatur, sicut diximus in primo membro hujus capitis, de litteris ipsis gratiosis originalibus, quibus simul inserta est specialis executionis commissio, informis tamen & absque forma Concilii Trid.

Et videtur affirmativè dicendum, tùm à ra-
56 tione cessante in litteris meræ justitiæ, † de qua hactenus in hoc secundo membro hujus capitis, tùm à ratione urgente & militante in litteris gratiæ, de qua à principio hujus capitis, quoniam jam dici nequeunt hæ litteræ inutiles, & ineffi-caces, cum in illis remaneat pars principalis gratiæ intacta, quæ deservit ad ejus probationem, & ad juris impetrantis munimen; igitur tradi ei debent.

Contrarium tamen verum de jure censeo, quia inter litteras † gratiæ Originales, quibus ac- 57
cessoriè apposita est executoris commissio, & has litteras monitoriales, quibus venit inserta gratia, multum interest, maximumque datur discrimen, & rationis differentia clarè patet, nam litteræ originales gratiæ ideò traduntur per Senatum parti, quia uti originales fidem faciunt, & probationem, & potest pars impetrans ex eisdem utiliter agere, se tueri, & jus suum prosequi. At istæ litteræ † monitoriales principa- 58
liter justitiæ, quibus incidenter inserta venit gratia, non sunt ejusdem gratiæ originales; sed copia & transumptum minus solemniter, transcriptum sine partis citatione, & à diverso ministro atque notario assumpto per Judicem Delegatum, ad hunc duntaxat effectum, ut testetur de actis executionis gratiæ, & non ab eomet, qui litteras originales gratiæ confecit, quæ quidem non probant, nec in judicio fidem faciunt, prout abundè diximus hac 2. *part. cap.* 24. *n.* 33. *cum seqq.* ubi plenè tractavimus de septem requisitis, quæ intervenire debent in transumpto, ut fidem faciat, præcipuè de citatione partis, & de identitate tabellionis, de originali rogati, quæ omnia mirè huic nostro conducunt videnda: igitur à ratione cessante argumentum retorquetur, cùm istæ monitoriales inserta gratia fidem non faciant in judicio, nec probationem sui juris ex eisdem aliquem assumere possit impetrans ideò ut penitus inutiles ad causam principalem om, ninò retineri debeant in Senatu, permanent etenim in meris terminis litterarum justitiæ duntaxat, de quibus judicandum erit, ac si gratia ipsa inserta non fuisset.

Quod comprobatur; quoniam etsi instrumen-
tum reperiatur insertum † in privilegio Princi- 59
pis, non probat nisi fuerit insertum de consensu partis, de cujus præjudicio tractatur, aut ea legitimè citata, nisi appareat originale, author est Craveta *de antiquitate tempor.* 1. *part. sectione* 8. *num.* 19. *versic. Quid instrumento*, ubi allegat recentiores *in cap. venerabilis*, ubi etiam Decius *col. fin. n.* 15. *de confirmat. utili vel inutil.* quos sequitur Mascard. *de probationib. conclus.* 919. *num.* 1.

Et generaliter tenor instrumenti, qui reperi-
tur registratus † in alio instrumento, nam itidem 60
non probat nisi registratus fuerit authoritate Judicis parte citata ad id, & non contradicente, nec opponente, ut dicit Joannes Andreas *in additionibus ad Speculator.* §. 1. *sub num.* 5. *verbo, Essemus, lit. E. tit. de rescripto præsentato, vers. Sed objicitur*, quem sequuntur Bartol. *in l. Chirographis, ff. de administrat. tutor.* Imola *in cap. cum jure, de officio Delegati, col. pen.* Alexand. *in consil.* 6. incipit, *ponderatis his, col.* 2. *n.* 8. *vers. Quinimo plus dixit, l.* 4. Natta *in consil.* 143. *vertitur lis, n.* 3. *col.* 1. Mascardus *de probation. dict. conclus.* 919. *n.* 2.

Attamen instrumentum, † quo aliud refertur 61
absque citatione, & præsentis partis non contradicentis non probat, nec fidem facit, nisi constet, & appareat instrumentum relatum, ita per *authent. si quis in aliquo documento C. de edendo*,

probant

probant Doctores ibi, præfertim Jason. Jacob. de S. Gregor. & Purpurat. *num.* 77. Bellon. *conf.* 35. *numer.* 3. Lanfran. de Orian. *in praxi de inſtrumento productivo*, *cap.* 9. *num.* 34. *& ſeq.* latè Beroius *in conſ.* 87. *n.* 11. *vol.* 2. Chaſſaneus *in conſuetudin. Burgund.* 63. *numer.* 19. *cum ſeq.* Petrus Foller. *in tractat. cenſual. in verſic. Tenoris continentiæ ſequentis*, *num.* 12. *cum pluribus ſeq.* & per *leg. optimam*, *C. de contrah. & committenda ſtipulatione*, ſic declarant Cepola *in conſil.* 38. *n.* 12. *in civili* & Socinus Senior. *in conſil.* 266. *nu.* 1. *vol.* 2. Maſcardus *de probationibus*, *concluſ.* 914. *num.* 1. 2. *& 5. & ferè per totam concluſionem*, ubi plura reperies in hujus doctrinæ comprobationem.

Et quod inſtrumentum in alio relatum non pro-
62 bat, † niſi de originali appareat, probant inſuper Covarruvias *practicarum*, *cap.* 21. *num.* 2. *verſ. Quod ſi fiat*, Tiraquel. *de retractu lignag.* §. 2. *gloſſ.* 1. *num.* 10. Surdus *deciſ.* 231. Duennas *regula* 280. Caſtillo *controverſiar. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 60. Gutierrez *conſil.* 23. *numer.* 9. Morla *in emporio juris*, *part.* 2. *tit.* 1. *de fide inſtrumentorum*, *queſt.* 1. *numer.* 12. Mantica *de tacitis conventionib. lib.* 7. *tit.* 4. *numer.* 7. Surdus *deciſ.* 231. *numer.* 2. Pereira *de emption. & vendit. cap.* 35. *à num.* 48. Cardoſ. *in pract. jud. verbo Inſtrumentum*, *à n.* 22. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 19. 363. *à n.* 10.

Tùm etiam quia ſi ex defectu formæ, & juriſ-
63 dictionis litteræ † ipſæ monitoriales ſunt nullæ, nullumque juris effectum producunt, nec fidem faciunt, ut latè diximus *de Regia protect.* 3. *part. cap.* 9. *à n.* 9. *cum multis ſeq.* quæ fides eiſdem dari poteſt, quoad acceſſoria & incidentia in eiſdem contenta?

Etenim juris eſt regula, quod annullato principali inſtrumento, reſolvuntur omnes clauſulæ ad illius utilitatem, in eo contentæ, Surdus *deciſ.* 7. *num.* 28. & 29. Tiraquel. *de conſtit. poſſeſſ. part.* 3. *limitat.* 7. *n.* 28. *& ſeqq.* Caſſanate *conſ.* 54. *num.* 40. *& conſil.* 55. *num.* 30. cum aliis per Caſtillo *controverſiar. tom.* 6. *cap.* 168. *à num.* 13. & cum Gozadino, & Tuſcho, Auguſtinus Barboſa *axiomate* 4. *numer.* 13. & eſt text. mirabilis *in l. ſicut*, *ff. de fundo inſtructo*, ubi revocato legato fundi, cenſetur etiam revocatum legatum inſtrumenti acceſſoriè relicti, quem merito exclamant Caſſanate, & Caſtillo locis citatis. Igitur ad nihil poteſt illis fides adhiberi, & quando deficit juriſdictio in Judice, cujus authoritate
65 inſertæ * ſint litteræ gratioſæ in monitorialibus per Notarium, quod nihil probent; expreſsè determinant Rotæ deciſiones relatæ *in una Tridentina*, quas paulò poſt ad litteram adducemus, *à num.* 71. *cum ſeq. verſic. Ad quæ optima eſt*, *& à n.* 84.

Et quod iſtæ monitoriales à Romana Curia
66 emanatæ expeditæ, ſuper gratia beneficii per alium poſſeſſi * (quibus indubiè ſemper inferuntur gratiæ) quando percutiunt primam inſtantiam Ordinarii, ſint in Senatu retinendæ; in terminis probat, & de praxi teſtatur Paz *in prax.* 2. *tomo*, *prælud. ult. nu.* 11. *in principio*, *& ante finem verſic. Sed ſi in probatione non conſtitit*, *fol.* 12. *fol.* 4. quem Doctorem ſic explica, & declara juxta diſcretivas, & diſtinctas reſolutiones hactenus *hoc cap.* deſcriptas.

Probatur deinde, quia etiam ad exercitium
67 juriſdictionis requiritur * præſentatio litterarum originalium, vel aliàs authenticarum ſolemniter nempè tranſumptarum, ita ut non ſufficiat tranſumptum factum, ſeu ſubſcriptum à Notario, probant Abbas *n.* 6. & Felinus *num.* 8. *& 9. in cap. cum in jure peritus*, *de officio Delegati*, Ludoviſius Gomezius *in cap. ſi tutum*, *n.* 60. *de reſcriptis in* 6. Garcia *de benefic.*, 6. *parte*, *cap.* 2. *n.* 16. Rota ut per Farinacium *in poſthumis*, *tom.* 1. *deciſ.* 495. *n.* 2.

Imò nec proceſſus fulminatus * ſufficit, quo 68
ipſæ litteræ Apoſtolicæ ſunt inſertæ, nec ſumptum *in forma vidimus*, parte opponente, niſi de originalibus doceatur, Achilles *deciſ.* 53. *& in deciſ.* 419. Pureus *deciſ.* 246. *l.* 2. Creſcentius *deciſ.* 2. *de officio delegati*, *& deciſ.* 1. *de probationibus*, Mandoſius *de ſignatura gratiæ*, *tit. de tranſlat. penſion. Quarto quæro clauſula*, Pariſius *de reſignat. benefic. l.* 5. *queſt.* 4. *n.* 28. Garcia *dict. c.* 2. *n.* 12. & facit Rota *in una Bononienſ. tranſlation. penſion.* per eundem adducta 1. *part. c. n.* 257. de cujus doctrinæ juſtificatione alibi tractatur *in deciſ. Trident.* ſtatim ponenda, * & idem de copia privile- 69
giorum tenuit Rota *in una Lucana penſionis* 17. *Februarii* 1592. coram Orano adducta per Pacificum *de Salviano interdict. deciſ.* 203. *n.* 9. *& in noviſſimis*, Farinacii *deciſ.* 689. Garcia ubi proximè, *num.* 13.

Nam juris certa regula eſt, quod licet adquiratur juriſdictionis poteſtas * à tempore datæ, 70
procedere tamen non poteſt Judex abſque eo quod ſibi præſententur litteræ originales, nec antea acquirit juriſdictionis exercitium, cùm non aliter quam ex eiſdem litteris debeat conſtare, & probari poteſtas ſibi data, *cap. ſuper eo* 2. *de appellationibus*, *ad finem*, Joan. Andreas *in cap. eam te de reſcriptis*, *in fin.* Corraſius 4. *part. cap.* 1. *numer.* 22. latiſſimè Ant. Gabriel. *in communibus concluſionibus*, *tit. de executione rei judicatæ*, *concluſione* 3. Molina *de juſtitia & jure* 3. *tom. diſp.* 599. *num.* 2. Romanus *conſil.* 35. *num.* 7. & 8. Felinus *in cap. eam te*, *num.* 21. *& in cap. ſuſcitatus*, *numer.* 12. *de reſcriptis*, *& in cap. final. numer.* 39. *de præſumptionibus*, Mandoſ. *regula* 27. *quæſt.* 17. *numer.* 4. *& reg.* 31. *quæſt.* 1. qui plures refert, Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 7. *numer.* 58. Rota *deciſ.* 12. *de præbendis*, *in noviſſimis*, Garcia 7. *part. cap.* 2. *num.* 7. *cum ſeq.* Quare cùm originales litteræ faciant duntaxat probationem, aut tranſumptum authenticum cum requiſitis, & ſolemnitatibus neceſſariis, hæc, quæ ſimpliciter inſertæ veniunt in monitorialibus, non poſſunt fidem facere, cùm ſolemniter & debito modo non ſint tranſumptæ, ut dictum eſt, maximè opponente parte, ut de proceſſu fulminato paulò ante diximus.

Atque optima * eſt Rotæ deciſio *in una Tri-* 71
dentin. beneficii del Roſal. 12. *Decembris* 1594. coram D. Penna, quæ ſic ait in hæc: Apariſius de Sitien. ad fundandam litem narratam in gratia, *ſi neutri*, quam impetraverat *à felic. record. Sixto Papa V.* de hoc beneficio, utebatur decreto quodam citationis Ordinarii Tridentin. cui litteræ gratiæ, *Si neutri*, * directæ fuerant, 72
quòd cùm ad effectum excludendi litem neceſſario verificandam ad ſuſtentandam gratiam, nullam prorſus, & invalidam fuiſſe prætenderet Alphonſus de Summaniego, utraque parte ſuper dubio dando informante, dubitavi; an coram Ordinario Tridentin. fuiſſent præſenta-

tæ litteræ originales, vel aliàs ita authenticæ, ut decretum citationis illarum vigore factum foret legitimum & validum ad dictum effectum litis introducendæ? Et domini utraque parte informante censuerunt, non constare coram Ordinario fuisse præsentatas litteras originales, vel aliàs authenticas, & propterea decretum citationis illorum vigore factum fuisse nullum, quia Gregorius, qui die 27. *Junii anni* 1587. nomine Aparisii comparuerat coram Ordinario ad notificandam ei gratiam Aparisii, & pendentem executionem quidem gratiæ, solùm exhibuit † quandam copiam prædictæ provisio- 73
nis subscriptam per quemdam Balthasarem Rodrigvez assertum Notarium, qui asserebat prædictas litteras Apostolicas, sua propria manu fideliter ex propriis originalibus transumpsisse, & rogatum subscripsisse; hinc enim constabat, coram Ordinario non fuisse productas litteras originales, ideoque judicem nulliter citatio- 74
nem decreviſſe, cum non aliter habuerit † jurisdictionem, vel ejus exercitium, nisi originali, vel authentico rescripto sibi solemniter præsentato, Rota *decis.* 20. *de concessione prœbendæ in novissimis*, *decis.* 4. *de officio Delegat. in antiquit.* Ægidius *decis.* 110. *vers. Circa tertium dubium*, Felinus *in cap. eam te*, *numer.* 21. *de rescriptis*, & *in cap. suscitatus*, *num.* 12. & 13. *eodem tit.* Cassiador. *decis.* 8. *numer.* 10. & *seq. de restit. spoliator & decis.* 23. *super regulis*, Crescent. *decis.* 5. *n.* 4. *de fidei instrumentor.* idem *decis.* 23. *de concessione prœbendæ*, Achill. *decis.* 2. *de officio Delegati*, Romanus *cons.* 353. *num.* 8. Et ratio est, quia executor certus esse debet de sua juris- 75
dictione per exemplar, † & non per exemplum minùs solemniter præsentatum, maximè cum 76
rescripti præsentatio sit de processu; * & illius potissimum fundamentum; ideoque fieri debet solemniter per manum publici Notarii, & cum appositione testium, cùm judici non credatur, Speculator. *de rescripti præsentation. n.* 3. 4. & 5. Et verò magis defectus apparebat notus, quia diu constabat, quod in actis Judicis Commissarii fuissent exhibitæ Bullæ originales, cum citatione per eum decreta solùm reperiretur inserta copia prædictarum Bullarum, nam idem ille Balthasar Rodriguez assertus Notarius, asserebat se fideliter transumpsisse illud transumptum ex alio transumpto processus originalis, quod evidenter quoque demonstrat differentiam inter copiam exhibitam, & copiam copiæ insertam in dicta citatione, quia in copia exhibita deerant subscriptiones expeditorum Cancellariæ, quod planè ostenditur, illud non fuisse originale, nec copiam originali conformem, in copia verò copiæ insertam citationem, subscriptiones sæpe dictorum legebantur, quia iste defectus tollebatur ex assertione Judicis dicentis in principio decreti citationis, fuisse electum Judicem vigore unius Bullæ Apostolicæ Sixti V. scriptæ in pergameno, & lingua Latina, cum quodam sigillo plumbeo pendente ex filis sericis rubei, croceique coloris: quia ex his non 77
inferebatur † ad realem productionem dictarum litterarum coram illo, cum potius viderentur verba Notarii in similibus citationis decretis de stylo apponi solita, quod colligebatur præterea ex illis verbis in citatione sequentibus, *cum quidem Bullæ tenor est, qui sequitur*, & tamen non sequebatur ibi nisi tenor alterius copiæ, ut *supra* fuit ostensum, pro quo faciebat consuetudo ultra montes vigens, per quam, ut ait Crescentius, *decis.* 87. incipienti, *Executor gratiæ extra Italiam omnes litteras Apostolicas*; sed neque authenticam litterarum copiam fuisse præsentatam coram Ordinario ostendebant plures defectus solemnitatum requisitarum † in transumptando. 78
Rursus non constabat prædictum Rodriguez qui transumptum fecerat, fuisse Notarium, nec erat verum illud fideliter transumpsisse, cum liquet inter copiam exhibitam, & copiam copiæ in citatione insertam esse varietates, & differentias suprà relatas.

Unde nulla eis poterat † adhiberi fides, nec 79
prædictis obstabat Rota *decis.* 4. *de concessione prœbendæ in antiquis*; quod etiam sine copiæ præsentatione valet processus, dummodo postea quandocunque litteræ producuntur ex quibus constet; quia respondebant Domini, etiam decisionem fuisse reprobatam, Felin. *in cap. suscitatur*, *num.* 13. *de rescriptis*, Crescentius *decis.* 598. *incipienti*, *pensionis translatio*, Romanus *cons.* 353. *n.* 6. Rursus non obstat decisio Achillis 2. *de officio Delegati*, ubi Rota tenuit, valere translationem pensionis † factam coram executore 80
vigore processus fulminati, in quo erant insertæ litteræ Apostolicæ; quia respondebatur, primo insertum litterarum in processu fulminato majorem habere vim, quàm transumptum factum à Notario, cum processu fulminato Judex attestaretur, se vidisse litteras originales, easque inseruisse, & sigillum suum apposuisse, ut declarat Puteus *decis.* 246. *n.* 5. *l.* 3. Concurrebant præterea in illo casu multa adminicula, quibus suadebatur credendum fuisse incerto, Casaneus, *decis.* 71. postremò cùm fuisset processum extrajudicialiter sine partis citatione, licebat peragere actum translationis pensionis, Achilles *decis.* 2. Puteus *decis.* 346. *n.* 3. *vers. Non obstat*, *l.* 3. Incasu autem proposito Judex executor non poterat exercere actum † sine legitima citatione, præterea 81
nec decretum citationis poterat sustineri vigore ordinariæ jurisdictionis, quia cum processerit tanquam Delegatus † ad jurisdictionem delegatam se 82
restrinxit, fecit enim actum tanquam Judex Apostolicus vigore litterarum, & ideo nulliter processit ex prædictis Hostiensis, Imol. Abb. & alii *in cap. cum ex officii*, ubi Felinus *n.* 25. *vers. Quarta conclusione*, *de præscriptionibus*, nam qui potest procedere ex potestate valida, & procedit ex potestate invalida, ad quam se coarctavit, nulliter procedit, Puteus *decis.* 583. *n.* 3. *lib.* 2. Roman. *cons.* 343. *n.* 5.

Postremò non obstat doctrina Speculat. *in rubrica de rescript. præsentat. lib.* 2. & *tit. de instrument. editione*, §. *nunc videamus*, *numer.* 11. tradentis modum procedendi in similibus actibus, † 83
ut scilicet litteræ originales transumptentur, ex quo non possunt in actis relinqui, & transumptum paratur in actis, ex quo fiat illud transumptum in decretum citationis inferendum, quæ omnia licet observasse Judex videbatur, quia fuit responsum, veram esse doctrinam Speculatoris, eum tamen non excludere solemnitates requisitas in transumptando, nec veram & realem productionem litterarum originalium, quæ proposito casu non fuisse servata, satis liquebat ex supra dictis.

Quæ decisio multa utilissima in se compre- 84
hendit omnino necessaria, † ut sciamus quando

eò transumpto litterarum Apostolicarum fides sit danda, vel non, quam decisionem adducit ad litteram in alio proposito, Garcia *de benefitiis 6. p. cap. 2. numer.* 17. aliam etiam adducit *numer* 13. in hac eadem causa Trident. quæ
85 cùm magis ad nostrum propositum † conducat inferere volui, ut magis doctrina nostra, de qua hactenus, eluceſcat, *qua decisione in eadem Trident.* 10. *Maii.* 1593. coram D. Corduba fuit per Rotam decisum in hæc: Standum esse in decisis rationibus adductis *in dict. decisione* constat, quod Judex non fuit certus de jurisdictione sua, cum non fuit præsentatum originale, quod ex inspectione benè probatur ad tradita per Alexand. *cons.* 55. *numer.* 2. *lib.* 5. Aimon. 107. *num.*
86 19. Nam presentatio † rescripti debebat fieri solemniter per manum publici Notarii, & cum oppositione testium, Speculat. *de rescript. præsentat. in princip.* ut quando hoc deficit, Judex non potest dici certus de jurisdictione. Neque obstare quod præsumitur originale præsentatum;
87 † Judicem certum de jurisdictione per inspectionem originalis, eo ipso quod pars Alphonsi comparuit nihil opponens de defectu jurisdictionis, & quod originale non fuisset præsentatum, quo casu intrat doctrina tradita per Henriquez *num.* 4. Abb. Felin. & Bellam. *numer.* 10. *in cap. cum sit, de officio D. legati*, dicentes quod si pars comparet ante sententiam, non opponat de defectu jurisdictionis, eò quod originale non fuisset præsentatum; si velit opponere post sententiam non potest, nam domini duos terminos considerabant, alterum quod productio ju-
88 rium † sit de actis, alterum quod sit de actis instrumenta, quæ producuntur. Quod ad primum dicendum est, fieri de actis statim quod est facta productio parte citata, & sic non potest dici de actis instrumentum, ut per Mohed. *decis.* 1. *de procurationibus.* Quoad secundum jura sunt de actis, si registrentur, solemniter in illis, ut per Bellam sup. *n.* 7. & inde jurisdictio Judicis consideranda est respectu Judicis, & respectu partis: respectu Judicis productio debet esse de actis, &
82 fieri per manum Notarii publici cum oppositione testium, ad tradita per Speculat. *ubi supra.*
89 Et respectu partis, si opponat, debet † instrumentum verificari, & registrari, ut tradit Bellam. *numer.* 8. licèt verò non constet de productione, & actu productionis sed de comparitione quadam coram dicto Judice, & de actu extrajudicialis Judicis sine testibus, cui asserenti se fuisse deputatum vigore Bullæ delegationis, non est standum, nisi priùs constet de delegatione, quia Delegato non competit jurisdictio cum effectu, nisi post præsentationem litterarum, *cap. super eo, de appellat.* & inde tollitur objectum quod cum pars fuerit citata ad dicendum contra, & apparuerit, & nihil opposuerit, Judex potest procedere, cum enim Judex ante dictam præsentationem litterarum non habuerit jurisdictionem,
90 † consensu partium non potest validare processum, *l. privatorum, C. de jurisdictione omnium judicum, cum vulg.* tenet in expresso Francus *in dict. cap. super eo, col* 6. & ibi Decius *n.* 28. & astur de conferendo jurisdictionem, quam
91 privati † dare non possunt, Felinus *cap. cæterum, n.* 21. *de rescriptis*, & testatur communem Gabriel. *de executione rei judicatæ, conclus.* 3. *n.* 3. Cùm ergo dicto judici fuerit præsentatum transumptum, ex alio transumpto processus originalis, Domini resolverunt standum esse in decisis, cum illi non potuerit de sua jurisdictione constare ex supra dictis. Hactenus de hac decisione.

Et *in eadem Trident.* est alia *decisio, coram eod m Dom. Corduba Junii* 1595. ubi id confirmatur, quæ est 620. *novissim. Farinacii*, est etiam decisio *in causa Abulen. pensionis* 11. *Maii* 1600. coram Domino Sacrato, de qua testatur Garcia *de beneficiis* 1. *p. cap.* 5. *numer.* 10. & alia *Oxonens. translationis pensionis* 9. *Junii* 1606. coram Domino Nan enedo relata à Garcia *dict. cap.* 5. *numer.* 257. Quæ decisio post medium sic ait: Unde hoc dato per me dubio, an mandatum auditoris Cameræ ad favorem Melchioris sit exequendum, Domini utraque * parte infor- 92
mante resolverunt, non esse exequendum uti nullum & injustum, moti respectu nullitatis, tùm quia de reservatione alicujus pensionis ad favorem Melchioris non constat in actis, prout requiritur pro validitate sententiæ, etiamsi executivè agatur, Achilles *decis.* 4. *de rescriptis, n.* 4. Mandosius *ad regulam* 3. *Cancellariæ q.* 7. *nu.* 2. *resic. Hinc voluit Rota*, & prout in simili fuit tentum *in illa Roman. census* 4. *Decemb.* 1595. coram R. P. D. Pamphilio, nec quoad suffragari potest Melchiori * copia illa asserti motus 93
proprii, quæ in actis reperitur, siquidem quia est copia simplex non recognita, & caret citatione ad dicendum contra, quo fit, ut minimè de actis esse dicatur, nullamque prorsus fidem faciat: ita Doctores *in authent. si quis in aliquo documento; C. de edendo*, Cassiador. *decis.* 7. *in fin. de appellation* Cæsar de Grassis. *decis.* 3. *nu.* 7. *de restit. spol.* & Roman. *cons.* 519. *per totum, &c.* & tradit novissimè Gratian. *discept. forens. c.* 170. *n.* 17. & accedit quod ait Gutierrez *practicar. lib.* 4. *quæst.* 9. *nu.* 10. Quòd cùm ad probationem * 94
gratiæ & privilegii requiratur scriptura originalis, præsentanda est, & non sufficit testimonium ipsius, in una tamen *Lucan. pensionis de mense Januarii* 1601. coram Domino Penna fuit resolutum, quod executor transferrens pensionem satis est certificatus de sua jurisdictione, licèt non fuerint ei præsentatæ litteræ originales, si tamen fuerit ei præsentatum transumptum extractum à Notario Cameræ, & sigillo camerarii roboratum, cum clausula, quod illius copiis sive sumptis manu alicujus publici Notarii authenticatis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis adhiberetur fides, & sic erat in forma probanti, &c.

Deinde, quia hæ litteræ non sunt in monitorialibus insertæ ad finem, † ut ex eis agatur, & 95
tractetur de causa principali, & de substantia gratiæ, sed duntaxat ad finem & ad effectum probandi jurisdictionem Judicis Delegati, juxta *c. cum in jure peritus*, & ibi communiter Doctores *de officio Delegati*, & sic in alio diverso non probat, nisi originales appareant, Gutier. *consil.* 23. *n.* 8. & 9. Molphes. *in summa mortali tit. de jure patronat. n.* 45. post Verall. & Seraphin Riccius *in tract. probat. jur. patronat. resolut.* 18. *nu.* 4. Et quando * com- 96
missio in monitorialibus inseritur, ultra non probet, quàm ad illum effectum validandæ citationis, videnda quæ diximus infra *cap.* 37. §. 4. *prope finem.* Conducit quod exceptio modificativa opposita ad unum finem, potest postea ad adversum in executione opponi, Nos *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 7. *n.* 71.

Ex

[illegible] mirabilibus Rotæ deciſionibus tres [illegible] concluſiones, † quæ omnino conve-
[illegible] iis omnibus, quæ à principio hujus quæſtio-
[illegible]ionæ, atque pro ejuſdem reſolutione ſubtili-
[illegible] conſideravimus.

98 Pro 1. quod litteræ originales, vel tranſumptum authenticum, † & ſolemniter tranſlatum adhibitis requiſitis juris dumtaxat in judicio fidem faciant, & probationem; non autem tranſumptum minus ſolemne.

99 Secunda quod litteræ gratiæ inſertæ in proceſſu fulminato, monitorialibus, † aliiſve actis judicialibus, non faciunt fidem, nec probationem legitimam, poſtquam oppoſitum eſt à parte de hoc defectu, niſi inſuper oſtendantur, exhibeantur & præſententur eædem litteræ gratioſæ originales ut conſtat ex priori *deciſione Tridentini*, & ex Doctoribus citatis ſuperiùs *à numer.* 68. *verſ. Imò nec proceſſus fulminatus.*

Tertia, quod quando defectus adeſt juriſdictionis, † tunc nec monitoriales, aut decreta executionis, nec multò minùs litteræ gratioſæ in eadem inſertæ fidem aliquam facere poſſunt, etiam ubi aliàs fidem facerent, & etiam ſi à parte non fuerit oppoſitum de hac exceptione, prout ex utriuſque deciſionibus manifeſtè patet; ergo multò magis ubi deficit juriſdictio in fundamento, quia in commiſſione fuit forma ſubſcriptionis propriæ manus Sanctiſſimi juxta decretum Concilii Trid. *in dict. cap. cauſæ omnes*, & quæ à principio hujus capitis deduximus; & huic concluſioni directo conſonant fundamenta appoſita ſurſum *à numer.* 35. *& ſeq.* & in aliis locis ad quæ Nos remiſimus ibidem, videnda omnino.

Quæ omnia nota, & mente tene, quoniam utiliſſima ſunt, & ad plurima deſerviunt militantibus in hoc ſupremo Regio Conſilio, quo frequentiſſimè contingit dubitari, quando his tranſumptis fides ſit adhibenda, & frequenter in multis cauſis Senatus appetit originales litteras gratiæ.

Tunc etiam deſerviunt omnia, ut ſciatur quibus litteris poteſt pars uti, agereque coram Ordinario, poſtquam per Senatum cauſæ in prima inſtantia ſit remiſſio ob defectum ſubſcriptionis, atque etiam quæ litteræ gratioſæ tranſumptæ ſint parti tradendæ, ut illis coram Ordinario utatur, quæ verò retinendæ ſunt in Senatu facta eidem cauſæ ſimpliciter remiſſione.

Quid autem ſit dicendum de iis litteris monitorialibus, in quibus atteſtatur Notarius Apoſtolicus † fuiſſe ſubſcriptas de propria manu Sanctiſſimi; altorem petit indignationem & ſpecialem examen, de quo *hac 2. part. cap.* 30. §. 4. *per totum*, latiùs erit videndum, & accuratè examinandum, quia pluries contingit hæc difficultas caſuſque continet confuſionem diſcretivè exagerandam.

Atque tandem pro coronide hujus capitis illud erit animadvertendum, quod ſi fortè in diſcurſu hujus ſecundæ partis, dum de remittenda cauſa Ordinario inter loquendum de litteris juſtitiæ dixerim aliquando litteras remittendas per Senatum Ordinario; inadvertenter dixiſſe intelligas, & loqui advertas de cauſa duntaxat retentis litteris in Senatu juxta regulas, & limitationes in hoc *cap. à principio*, & ad eas reducendum erit, quidquid dixerim alibi circa hanc litterarum retentionem, vel remiſſionem. Ut nempè regulariter ſemper litteræ gratioſæ, quibus inſerta venit commiſſio executoris, fiat tradendæ impetranti, ut eis utatur coram Ordinario, quando ad eundem per Senatum fit remiſſio cauſæ in prima inſtantia. Per contrarium autem regulariter ömnes litteræ juſtitiæ retinendæ erunt in Senatu, ſimpliciter facta Ordinario cauſæ remiſſione.

CAPUT XXVII.

Ob executionem Romæ factam contra obligatum ibidem in forma Cameræ, etiam Romæ non repertum, ſive Clericus ſit, ſive laicus, an percuti dicatur prima Ordinarii inſtantia, ut Regis protectio locum habeat.

SUMMARIUM.

1 *& ſeqq. Obligati Romæ per ſe, vel procuratores in forma Cameræ in patribus degentes, an exequi poſſint ab Auditore Cameræ, vel uti Regalia protectionis, ut monitoria ſibi intimata, ſive litteræ declaratoriæ incurſus cenſurarum retineantur, & cauſa Ordinario remittatur.*

2 *Concilium præſervans primam inſtantiam Ordinariis non ſuſtulit legitimos modos, quibus de jure communi permittitur ab eis recedere in prima inſtantia.*

3 *Ratione contractus fortitur quis forum alienum, quia de jure Judex loci contractus dicitur competens.*

4 *Clericus non poteſt prorogare juriſdictionem alienam abſque ſui Ordinarii conſenſu, nec proprii fori renuntiatio tenet.*

5 *Prorogationem alienæ juriſdictionis tacitè inductam à lege ratione contractus, aut delicti Clericus facit ſine licentia Ordinarii, licet expreſſa, & in pactum deducta non teneat.*

6 *Prorogatio ex juris neceſſitate, tacitè inducta à lege, non requirit conſenſu Epiſcopi.*

7 *Obligatio alicui prohibita non intelligitur, quæ à lege tacitè & incidenter ex actu permiſſo inducitur.*

8 *Alienatio tacitè inducta à lege tanquam neceſſaria comprehendit minorem, quæ nec requirit decretum Judicis.*

9 *Alienatio prohibita intelligitur facta ab homine, non tacitè inducta à lege.*

10 *Donatio tacitè inducta à lege, non requirit acceptationem.*

11 *In juriſpatronatus tranſlatione tacitè inducta à jure non requiritur conſenſus Epiſcopi.*

12 *Contractus ubi eſt à jure permiſſus inter partes principaliter, non attenditur præjudicium inde alteri ortum incidenter, & in conſequentiam.*

13 *Renuntiatio proprii fori expreſſa in contractu alibi loci contractus contra obligationem, ibi non repertum.*

14 *& ſeqq. Clericus Romæ obligatus, ibidem nequit exequi non repertus tempore executionis.*

15 *Loco contractus quis conveniri potest, ſi ibid. reperiatur non aliter.*

16 *Ju-*

16 *Jurisdictio in alienum subditum, ut ratione contractus adquiratur; duo copulativè requiruntur, celebratio contractus, quod in eo reperiatur obligatus tempore conventionis.*

17 *Judex loci contractus adquirit jurisdictionem conditionaliter, si in eo reperiatur obligatus, non absolutè.*

18 *Si cum contractus celebratione in alieno loco concurrat simul expressa renuntiatio proprii fori, absolutè adquiritur jurisdictio contra contrahentem etiam ibi non repertum.*

19 *Nec tamen renuntiatione expressa clericus absque licentia sui Episcopi uti non potest.*

20 *In expressa fori renuntiatione facta per Clericum consensus proprii Episcopi est necessarius, licet non in tacita inducta à lege.*

21 *Covar. observatio refertur, quod Judici loci contractus non adquiritur jurisdictio ex simul inserta expressa renuntiatione Clerici sui fori.*

22 *Auditor Cameræ caret penitus jurisdictione contra Clericum Romæ obligatum, ibidem tamen non repertum, etsi expressè renuntiaverit proprio foro deficiente consensu Ordinarii, cui Senatus hujusmodi causas quotidie remittit.*

23 *Consensus partis solus absque consensu Ordinarii non sufficit ad prorogandam alterius jurisdictionem, nec partis sola renuntiatio valet.*

24 *& seqq. Doctores attribuunt jurisdictionem Judici loci contractus non absolutè, sed conditionaliter, si ibi reperiatur contrahens.*

25 *& seqq. Cap. Romana, 6. contrahentes, de foro competenti, lib. 6. verba ponderantur, & interpretantur.*

Dictio (nisi) inter alios effectus limitativos, seu negativos importat conditionem, maximè relata ad tempus futurum, ib.

26 *Dictio (nisi) importat formam.*

27 *Jurisdictio conditionaliter attributa non adquiritur Judici, nisi prius conditione purificata, ita ut antea ejus processus sit nullus jurisdictionis defectu.*

28 *Conditio super qua datur jurisdictio plenè probanda est.*

29 *Sententia lata ante purificatam conditionem, sub qua jurisdictio data fuit, est nulla, nec transit in rem judicatam.*

30 *Auditor Cameræ caret jurisdictione contra Romæ obligatum, ibi tamen non repertum, etsi Clericus proprio foro simul renuntiaret sine licentia Ordinarii, cui Senatus remittit causam retentis litteris.*

31 *Sententia lata ab alieno Episcopo ratione contractus, & renuntiationis Clerici sine licentia Episcopi an sint nullæ.*

32 *Sententia lata super actis nullis ex defectu jurisdictionis pariter nulla est.*

Acta sunt vehiculum ad sententiam, ib.

Causa ob quam irritatur processus influit in sententiam, ib.

33 *Si notoriè ex tenore Scripturæ apparet contractum non fuisse celebratum in illo loco processus, & sententia Judicis nulla est.*

34 *Si tamen est dubium, & Clericus declinat, acta erunt nulla juxta Scacciam.*

35 *Quæ observatio procedit, accedente necessario requisito, quod sit repertus debitor in loco contractus.*

36 *Conditione super qua fundatur jurisdictio Judicis loci contractus deficiente, atque Clerici renuntiatione cum licentia Ordinarii, processus contra non repertum ib. corruit.*

37 *Tridentin. licèt non sustulerit legitimos modos fortiendi alienum forum, non tamen illegitimos de jure communi approbavit, prout est quando reus non reperitur in loco contractus.*

38 *Juramentum appositum in contractu tribuit jurisdictionem Judici loci contractus, licet ibi non sit repertus.*

39 *Juramentum si non accedat obligationi de respondendo in loco contractus, sed ejus principali dispositioni tantùm, non tribuit jurisdictionem contra ib. non repertum.*

40 *Clericus jurans respondere in loco contractus absque consensu Ordinarii non tribuit juridictionem si in eo non reperiatur.*

41 *Renuntiatio fori non valet in præjudicium superioris, nec ejusdem renuntiantis ratione juris complicati.*

42 *Juramentum non auget principalem obligationem, sed intra illius limites addit robur.*

43 *Ad effectum fortiendi forum alienum idem operatur locus contractus, & locus destinatæ solutionis.*

44 *Duo casus ubi à jure æquiparantur, dispositum in uno, & in alio dispositum intelligitur.*

45 *Forum quis non fortitur in loco destinatæ solutionis, nisi ib. debitor sit repertus.*

46 *Fictio in casu ficto idem operatur, quod veritas in casu vero.*

47 *Clericus conveniri potest in loco destinatæ solutionis, absque consensu Episcopi, si ibi reperiatur; quia est prorogatio tacita, & à lege inducta.*

48 *Covarruv. observatio ad idem adducitur.*

49 *Locus contractus celebrati per Procuratorem attenditur ad fortiendum forum, non locus ubi factum fuit mandatum.*

50 *Ad jurisdictionis adquisitionem ratione contractus non sufficit quod reperiatur procurator obligati, sed principalis propria persona.*

51 *Auditor Cameræ hodie ex Tridentin. nequit cognoscere de obligatis in forma Cameræ, nec causas coram Ordinariis pendentes in prima instantia avocare.*

52 *Concilium Tridentin. licet non sustulerit legitimos modos juris fortiendi alienum forum, non tamen illegitimos, & à jure reprobatos admisit.*

53 *Ex contractu extra Curiam Roman. celebrato, nec si ibi celebratur fortitur ejus forum, nisi in ea reperiatur contrahens, nec suppletur repetitio per expressam Clerici fori renuntiationem, sine consensu Ordinarii.*

Litteras declaratorias, quaslibetve alias ab Auditore Cameræ expeditas contra obligatum Romæ, vel extra eam ex obligatione Camerali degentem in partibus Senatus retinet, & causam remittit Ordinario, ib.

54 *Pereiræ observatio refertur, recursu ad Regem uti posse Clericum obligatum ex obligatione Camerali pro pensione Romæ solvenda excommunicatum, in iis Regnis degentem.*

Nemo potest se obligare, ut absque contumacia, & causæ cognitione possit excommunicari, nec stylus tenet, ut omittatur citatio in executione necessaria, ib.

55 *Consensus proprii Episcopi ex quibus inducatur ad inducendam validam prorogationem Clerici,*

re-

remissæ.
56 *Contentus Vicarii Episcopi non sufficit ad validam prorogationem alienæ jurisdictionis factam per Clericum.*
57 *& seqq. Laicus Romæ obligatus ex Camerali obligatione per se vel procuratorem, an ab Auditore Cameræ exequi valeat.*
58 *Vassallus Regis obligatus in forma Cameræ nequit consentire in jurisdictionem Judicis Ecclesiastici.*
59 *Litteras, etiam declaratorias, expeditas ab Auditore Cameræ contra laïcum in forma Cameræ obligatum, & submissum suæ jurisdictioni, retinet Senatus, & causam remittit Judici laici competenti declarando vim fieri.*
60 *Vassallus Regis contrahentis in Regno extraneo, ibique respondere promittens si ibi fuerit repertus, convenitur.*
61 *Observatio Gabrielis Pereiræ circa Lusitanos obligatos in Regnis Castellæ.*
62 *Vassallus voluntariè, & expressè consentiens in jurisdictionem alterius Regis non præjudicat Regi, qui illum detinere potest, ne extra Regnum litiget.*
63 *Princeps potest se opponere executioni sententiæ latæ in Regno extraneo contra suum vassallum, ex prorogatione ejus expressa.*
64 *Barones passim solent vindicare subditos alienam jurisdictionem voluntariè prorogantes.*
65 *Remissio non est facienda, si Judex eam petens, & requisitus non sit ejusdem Imperii, & Principatus.*
66 *Clericus ratione contractus, aut destinatæ solutionis, alienum forum fortitur sine consensu Ordinarii, si ib. reperiatur.*
67 *Augustinus Barbosa contrariam opinionem tenens in causa propria annotatur.*

QUotidie opprimuntur & fatigari solent subditi & vassalli horum Regnorum, indistinctè,
1 sive Clerici, sive laici ab Auditore Cameræ † Apostolicæ expediente censuras, vel potiùs declaratorias incursus in eas, pro executione obligationis ab illis seu eorum procuratoribus factæ in Romana Curia (& interdum extra eam in forma Cameræ Apostolicæ, sive pro pensionibus debitis, sive pro aliis expensis pro expeditione Bullarum, dispensationum & similium, ac etiam sive in eadem Curia Romana reperiantur, sive non, sed imò in partibus degentes.

Qui sic subito innodati censuris, confugere frequenter assolent ad hunc Senatum Supremum conquerentes de oppressione & violentia, & litterarum retentionem postulantes, atque ad suos Judices Ordinarios causæ in prima instantia remissionem petentes, magna hinc oriri solet inter Jurisperitos controversia (hactenus non digesta) variè sentientes; Nos autem tum rogati, tum à tractatus perfectione adstricti, illam accuratè dirimendam disputatione præmissa pollicemur.

Et pro parte negativa, quòd sit deneganda
2 protectio, non levia urgent * fundamenta. Primum quia Concil. Trid. *sess.* 24. *de refor. c.* 20. primam præservans instantiam Ordinariis nullatenus sustulit legitimos juris modos, per quos fortitur quis forum alienum, imò in eisdem non procedere, ejusdem Trident. dispositionem: ex declarationibus sanctæ Congregationis Cardin. magnaque Doctorum caterva resolvimus hac 2. *part. cap.* 5. *vers. Plures tamen alii casus à n.* 8. *per tres §§. seq.*

Sed ratione contractus quis fortitur legitimè forum illius Judicis † in cujus loco, aut districtu
3 contraxit, quia talis Judex loci contractus dicitur de jure competens, juxta jura & Doctores per Nos citatos (& etiam citandos hac 2. *part. cap.* 5. §. 3. *à principio*) ubi propterea resolvimus multis relatis Doctoribus, protectionem denegandam in Senatu, à quo nec fit causæ Ordinario remissio. Igitur Auditor Cameræ Apostolicæ legitimè procedere dicetur etiam in prima instantia, super executione obligationis Cameralis per aliquem Romæ factam cum ratione contractus competens sit Judex dicendus, prout ipsum habere in facultatibus suis à Pontifice concessis, ex pluribus Doctoribus probavimus *in dict. cap.* 5. §. 3. *à num.* 4.

Secundò, quia licèt constans sit in jure, &
4 à communi Doctorum opinione † vallata resolutione, quod Clericus nullatenus valeat prorogare jurisdictionem alterius Judicis Ecclesiastici, nec in eam consentire, absque licentia sui proprii Episcopi Ordinarii, sine quo ejus prorogatio, & proprii fori renuntiatio non tenet, nec operatur, ut probat *cap. significasti, de foro competent. cap. non licet* 3. *q.* 3. *cap.* 1. *&* 2. 11. *quæst.* 2. Bald. *in l.* 1. §. *& post, num.* 5. *ff. de novi operis nunciation.* Abbas *in cap. cæterum, num.* 11. *de judiciis.* Anchatranus *in cap.* 1. *num.* 2. *de foro competent.* Decius *in cap. de quo, num.* 84. *& in cap. at si Clerici, nu.* 264. *de judiciis*, Alexand. de Nevo *in cap. P. & G. num.* 84. *de constitutionibus*, Turrecremat. *in cap. nullus el* 2. *numero.* 39. *quæst.* 2. *& in cap. non licet, numer.* 3. *quæst.* 7. Lapus *in cap.* 1. *num.* 5. *de foro competent. in* 6. Zannet. *de differentiis inter jus Civile & Canonicum, differentia* 205. *in* 1. *tom. tractat. diversorum.* Jo. Baptista de S. Blasio *in contradict. juris Canonic. & Civil. contradict.* 83. *eodem tomo*, Bertachin. *de Episcopo in* 5. *part. limitat.* 4. *numer.* 69. Benedict. Capra *in suis regul. sub tit. de prorogation. numer.* 16. Angel. Aretin. *in l. Imperatores, n.* 4. *de appellationibus.* Ludolphus Scrader. Ultramon. *de feudis, part.* 10. *section.* 1. *numer.* 146. Lælius de Zanchis *de privilegiis Eccles. privileg.* 87. *numer.* 10. Hieronym. Pappon *consil.* 1. *n.* 14. *lib.* 1. Bimius *consil.* 14. *numer.* 10. *lib.* 1. Gratus *cons.* 87. *numer.* 4. *lib.* 1. Cumia *super ritib. Magn. Cur. cap.* 42. *num.* 124. Jacobi *in l. hæres absens, §. si quis tutelam, ff. de judiciis*, Socinus *in cap. pervenit, num.* 391. *de sentent. excommunicationis*, Mozz *in tractatu de feudis, in tit. de natura feudi, num.* 131. Capicius *decision.* 9. *num.* 13. Roman. *singular.* 745. ubi Serain. *in additionibus*, Petrus Gregor. *de judiciis causa feudalium, quæst.* 7. *num.* 19. Bernard. Vuernes. Ultramontan. *practicarum forensium, lib.* 1. *tit.* 1. *observation.* 12. *num.* 2. & infiniti penè alii statim allegandi.

Tamen hæc vera resolutio communiter à Doc-
5 toribus declaratur, + & limitatur, ut duntaxat procedat, quando prorogatio hæc, & fori proprii renuntiatio à Clerico fit expressè, & ex sua voluntate verbaliter, & actualiter promissa, aut aliter in pactum deducta absque consensu Episcopi; secus autem, quando tacite fit, atque inducitur ex aliquo actu, puta vel contrahendo, vel delinquendo, quia tunc potest jurisdictionem alterius Judicis Ecclesiastici licitè pro-

prorogare, abſque ſui Epiſcopi conſenſu, nam eo caſu non ex ipſius voluntate, ſed ex neceſſitate juris provenit prorogatio iſta, in qua proprii Epiſcopi conſenſus neceſſarius non eſt, ad hoc ut Clericus conveniri poſſit, & judicari à Judice loci contractus, cujus ratione forum tacitè ſortitus fuit; hanc diſtinctionem quam plurimi faciunt firmantque Doctores Joannes de Anania *in cap. ſi diligenti*, *n.* 8. *de foro competent.* Abb. *in cap. dilecti filii*, *n.* 8. *eodem tit.* Paulus de Caſtro *in l.* 1. *n.* 9. *ff. ſi quis in jus vocat. non ierit.* Decius *in cap. de quo Vuldeo*, *n.* 90. *de judiciis*, *& in l.* 1. *n.* 14. *ff. de judiciis*, Abbas *conſil.* 24. *col.* 1. *& 2. lib.* 2. Bald. *in l. Senatores*, *num.* 3. *de Senatoribus*, Jacobinus *in l. eſt receptum*, *in* 1. *lectur. num.* 4. *ff. de juriſd. omnium judic. & in lib.* 1. *nu.* 14. *ff. de judiciis*, Ferretus *conſil.* 366. *num.* 17. *lib.* 2. Pelſ. Ultramont. *in proceſſu judic. tit.* 9. *n.* 62. & poſt Alexand. Ripam, & Abbat. idem firmat Petr. Barboſ. *in l. hæres abſens*, §. 1. *à num.* 61. *ff. de judiciis.* Et cum Speculatore, Roman. Alexand. & Abb. idem firmat Maranta de *ordine Judicior.* 4. *part. diſtinctio.* 22. *num.* 24. Anton. de Butrio *in cap. ſignificaſti*, *num.* 11. *& ſub num.* 18. *de foro competenti*, Marianus Socinus *in cap. dilecti*, ubi Felin. *ſub num.* 7. *quæſt.* 1. *eodem tit. & in cap. ex litteris*, *ſub n.* 27. *de mutuis petitionib.* & alii citati, & ſequuti à Scaccia *de ſentent. & re judicat. gloſſa.* 7. *q.* 3. *limitation.* 1. *n.* 43. *& ſeq.* Marta *de juriſdictione* 2. *part. cap.* 6. *n.* 47. & latiùs proſequitur Graſſis *de effectibus Clericatus*, *effectu* 1. *n.* 67. *& ſeq.* legendus *à n.* 53. *cum aliis ſeq.*

Cujus diſtinctionis & declarationis rationem
6 reddunt Doctores, quia hæc renuntiatio * proprii fori, & alieni adquiſitio non provenit immediatè à voluntate, & conſenſu Clerici obligati, ſed ſecundariò, & cauſativè inducta ex juris neceſſitate. & ejuſdem diſpoſitione, quæ jubet, partes etiam invitas reſpondere debere in loco, in quo contraxerunt, cujus forum ratione contractus ibidem geſti ſortiuntur, *ex cap.* 1. §. *contrahentes de foro competent. lib.* 6. & ex aliis citatis ſurſum, *cap.* 5. §. 3. *in principio.* Quare conſenſus proprii Epiſcopi non requiritur in hac prorogatione, quæ magis dicitur prorogatio juris, quàm hominis, ut poſt plures Doctores probat Scaccia ubi proximè, *dict. limitat.* 1. *à n.* 23. Petrus Barboſa *in l.* 1. *art.* 3. *n.* 223. *ff. de judiciis*, Navarrus *in cap. accepta*, *oppoſition.* 8. *n.* 5. *de reſtitut. ſpoliat.* & ferè omnes alii Doctores hactenus citati eandem rationem reddunt, quibus adde Cepollam *conſ.* 11. *n.* 16. Farinacium *in tract. crimin. quæſt.* 8. *n.* 14. Jacobum de Graffiis *in deciſ. aure.* 2. *part. lib.* 3. *cap.* 26. *n.* 27. *&* 28. ubi alios allegat, Cerola *in praxi Epiſcop. in verbo Clericus*, §. 12. Graſſis *de effectibus Clericat. effectu* 1. *ſub n.* 53. *verſ. & licet gloſſa*, *& n.* 64.

Et corroboratur, quia quando obligatio alicui
7 prohibetur, * non intelligitur prohibita obligatio tacitè inducta à lege incidenter ex contractu
8 permiſſo, benè Cartharius *deciſ.* 49. *n.* 23. Et quia licèt minori prohibeatur alienatio * abſque conſenſu, & decreto Judicis; tamen quando alienatio tacitè inducitur à lege, tanquam neceſſaria comprehendit minorem etiam ſine decreto Judicis, latè de variis exemplis per Gratianum *diſceptationibus forenſ. tom.* 1. *cap.* 27. *à num.* 44. *cum ſeq.* Et prohibita alienatione, intelligitur

Salgado de Supplic. & Retent.

facta ab homine, * non tamen ea quæ tacitè 9
inducitur à lege ex aliquo actu, plurimos citat Mieres *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 1. *limitation.* 1. *à n.* 6. benè conducit quod per Monetam *de commutationibus ultimarum volunt. cap.* 11. *n.* 212. *fol.* 1543. Atque etiam quod per Mieres *de majorat.* 1. *part. quæſt.* 68. *à n.* 43. *& quæſt.* 36. *à n.* 24.
dicentem, quod donatio * tacitè inducta à lege 10
non requirit acceptationem, ubi plures citat. Et
Moneta *loco citato*, * quod in juris patronatus tranſ- 11
latione inducta incidenter à jure non requiritur Epiſcopi conſenſus.

Deinde quia quando principalis actus, &
diſpoſitio eſt à jure inter * partes principales 12
permiſſa, non attenditur præjudicium inde proveniens alteri in conſequentiam; plurimos ad id congerit Doctores Garcia *de beneficiis* 5. *part. cap.* 1. *à num.* 726. & ſurſum, optimas doctrinas congerit plenè in comprobationem Gutierrez *in tract. de gabellis*, *quæſt.* 60. præcipuè *à num.* 5. ubi plurima jura ponderat, & poſt Tiraquel. & Surdam bene comprobat Gratianus *diſceptat. forenſ. cap.* 392. *à num.* 26. *& ſeq.* Itaque cum noſtra obligatio Cameralis principaliter inter partes ſit permiſſa, non attenditur præjudicium inde tacitè proveniens juriſdictioni Ordinarii, quando alibi contractus celebratus fuit, cum hoc præjudicium proveniat illativè à jure, & ejus neceſſitate, non ex voluntate immediata contrahentium, atque ideo dicendum videtur, Clericum ſine conſenſu Epiſcopi ſui legitimè exequi ab Auditore Cameræ * 13
cujus forum ratione contractus ibidem celebrati fuit ſortitus, ſive ibidem reperiatur, ſive non, cùm ſimul proprio foro in dicta obligatione Camerali ſoleat renuntiare, quæ renuntiatio id operatur, ut poſſit ibidem etiam non repertus obligatus exequi, & conveniri, ut ſtatim dicemus, atque per conſequens recurſus, & protectio ceſſabit, cum nequeat dici percuſſa prima inſtantia Ordinarii.

Quibus tamen & aliis minimè obſtantibus, * 14
contrarium de jure verius probandum erit in noſtro caſu, ut ſcilicet Clericus Romæ obligatus ex obligatione in forma Cameræ ad penſionem, vel quid aliud, in partibus degens, nec tempore executionis ſit repertus in dicta Romana Curia exequi ab Auditore Cameræ, aliove judice Romanæ Curiæ non poſſit, nec per judicium contradictarum declarari in cenſuras incurriſſe: inevitabili fundamento probatur.

Etenim de jure quis ſortitur forum contractus,
* & ibidem conveniri poteſt, ſi contrahens ibi 15
reperiatur, non aliter: text. eſt expreſſus *in cap. Romana* §. *contrahentes verò aliarum Diœceſum, ſuper contractibus initis à Remenſi Diœceſi ab eiſdem (niſi inveniatur ibidem) trahere coram ſe non debent invitos, &c. de foro competenti, lib.* 6. *l.* 1. §. *hæres abſens ff. de judiciis.* Nam ut Judex in ſubditum alienum adquirat juriſdictionem,
* non eſt ſufficiens ſolus contractus, ſed duo 16
copulativè requiruntur præcisè, & contractus in ſuo diſtrictu celebratio, & ſimul quod ibidem reperiatur tempore conventionis; ita latè probat Covarru. *practic. q. cap.* 10. *num.* 3. *in princip. & num.* 4. *& lib.* 1. *variar. cap.* 4. *n.* 1. Bernard. Diaz *in reg.* 146. *&* 643. Beiluga *in ſpeculo princip. rubric.* 11. §. *viſum eſt* & ibidem latè Camill. Borell. *in addition. litt. A.* Avileſius *in*

d. c. 27. *prætor. verb. entregen. n.* 16. *cum ſeqq.* Menchac. *uſu frequent. cap.* 52. Cenedus *in collect. ad ſextum collect.* 33. *n.* 1. Auguſtinus Barboſ. *in collect. ad dictum* §. *contrahentes*, *n.* 13. Zevallos *commun. contra com. quæſt.* 154. Cardoſ. *in praxi judic. & advocator. verb. forus n.* 2. Petrus Barboſ. *in l. hæres abſens*, §. 1. *n.* 7. *cum ſeqq. &* §. *proinde à n.* 4. *&* §. *ult. n.* 50. *cum ſeq. ff. de judiciis.* Riccius *in collectanea deciſionum*, *part.* 2. *collectanea* 339. Scaccia. *de commerciis*, §. 2. *gloſſ.* 5. *n.* 208. *& à n.* 194. *& in lib.* 1. *cauſa. civil. & criminal. cap.* 101. *n.* 30. *& in tract. de ſententia & re judicat. gloſ.* 7. *quæſt.* 3. *limitat.* 4. *à n.* 107. *cum multis ſeqq.* & præcipuè *n.* 110. 112. *&* 113. *& ſub n.* 116. *ſub verſ. Secundus caſus eſt*, *& lib. cauſa civil. & criminal. cap.* 40. *n.* 6. Parladorius *lib.* 1. *rerum quotid. cap. fin.* 2. *p.* §. 1. *n.* 3. & alios citavimus hac 2. *part. cap.* 5. §. 3. *ad princip.* & ſic loquuntur, & intelliguntur omnes Doctores ſimpliciter dicentes, ratione contractus forum ſortiri, quaque declaratione, & requiſito reſpondetur ad omnia in contrarium adducta.

Ex quibus juribus & Doctoribus obiter notabis, * quod Judex loci contractus acquirit juriſ- 17
dictionem conditionaliter, ſi ibidem reperiatur obligatus, non tamen abſolutam, quod altiùs inferiùs ponderabimus. Igitur ſi obligatus Romæ non fuerit repertus tempore executionis; Auditor Cameræ nulliter contra eum procedit, ex defectu juriſdictionis, quam aliter non acquiſivit perfectè, niſi obligato præſente, atque per conſequens prima Ordinarii inſtantia vulnerata dicitur, cui indubiè hujus executionis cauſa per Senatum fiet remiſſio.

Deinde hæc pars fulcitur; nam etſi tunc ad- 18
quiratur juriſdictio judici loci contractus, * contra ibidem non repertum, quando ſimul obligatus expreſsè ſe ſubmiſit ejus juriſdictioni, ſimulque proprii domicilii foro expreſsè renuntiavit, juxta communem ab omnibus receptiſſimam ſententiam, ut tunc contrahens etiam repertus in loco contractus poſſit ibidem conveniri, ita ut ad ipſum ſit facienda remiſſio, Gloſ. eſt ad hoc celebratiſſima *in l.* 1. *ff. ſi qui in jus vocatus non ierit*, quam omnes ibid ſequuti ſunt, & maxima cum laude *in dict. l. hæres abſens*, §. 1. *ff. de judiciis*, præſertim Paulus de Caſtro *num.* 8 Jacob. Lancell. Decian. & alii, ac præter eos Jacobus de Belloviſ. *in cap. Romana*, §. *contrahentes*, *n.* 94. & ibi Franchus poſt alios à ſe citatos *de for. competent. lib.* 6 Abb Panormit. *num* 37. & Felin. *n.* 22. *in cap. fin. de foro competent.* ubi Antonius. & Cardin. idem Panormit. *n.* 18. & 22. Decius *n.* Ripa *n.* 65. Auguſt. Berolus *n.* 196. Alciat *n.* 52 *in cap.* 1. *de judiciis*, multa per Jaſ. & Curt. Junior. *in dict. l.* 1. *ff. ſi quis in jus vocatus*, *n.* 6. Bald. *in l. cum Artemidoram. C. ut in poſſeſſionem legator.* idem Bald. *in cap. præterea*, *de officio Delegati.* Roman. *in ſingul.* 279. Jaſ. *in l.* 1. *ff. de eo quod certo loco.* Marianus Socinus *in cap. dilecti*, *n.* 39. *de foro competent.* optimè Covarr. *practic. quæſt. cap.* 10. *nu.* 5. *& à num.* 3. poſt quem Alciatum, Montalvum, Avileſium, Avendnum, & Didacum Perez idem affirmat Parladorius, *lib.* 2. *rerum quotidianarum*, *cap. fin.* 2. *part.* §. 1. *à num. cum ſeq.* Barboſ. *in l.* 1. *ff. de judiciis art.* 3. *num.* 224. Ripoll. *variar. reſolut. tom.* 1. *cap.* 1. *de juriſdictione omnium judicum*, *nu.* 404. Gutierrez *de jurament. confirmator.* 3. *part. cap.* 16. *à num.* 3. *& ſeq.* Scaccia *de ſententia & re judicat. gloſſ.* 7. *quæſt.* 3. *limitat.* 3. *à n.* 116. *cum ſeq.* apud quos de hac materia latè videre poteris.

Tamen hanc renunciationem proprii fori expreſſam, Clericus abſque conſenſu ſui Ordinarii facere nequit, * obſtante illi magna illa Doctorum 19
caterva, de qua ſurſum, *nu.* 5. *cum ſeq.* probantium, communem opinionem, juraque Canonica prohibentia Clerico prorogationem abſque proprii Epiſcopi conſenſu locum habere, quando expreſsè prorogationem fecit, atque renuntiavit ſuo foro; non tamen quando tacitè inducitur à lege, ultra quos idem probant cum Navarro, Menchaca, Azevedio, Morla, Petrus Barboſa *in l.* 1. *in artic.* 2. *nu.* 132. *cum ſeq. ff. de judiciis*, Baptiſt. de la Rea *in deciſ. Granatenſ. diſp.* 4. *n.* 16. *in fine.*

Sed ſic eſt, quod ad hoc ut Judici loci contractus adquiratur in actu juriſdictio in contrahentem non repertum in loco contractus, eſt neceſſaria expreſſa proprii fori renuntiatio, ita ut ſolus contractus non ſufficiat, ex communi Doctorum modò relata; ergo in hujuſmodi * fori 20
expreſſa renuntiatione neceſſariò & præcisè in Clerico debet intervenire proprii Epiſcopi conſenſus, juxta communem Doctorum, juraque Canonica de quibus in ſecundo fundamento contrariæ partis, *n.* 4. cùm ejus conſenſus requiratur, ubi intervenit expreſſa renuntiatio; ac per conſequens deficit (quantumvis obligatus in forma Cameræ ſe ſubmiſerit Auditoris Cameræ juriſdictioni, proprio foro expreſsè renunciando) ipſe Auditor nulliter & ſine juriſdictione, volenterque procedet contra ſic in Romana Curia obligatum, ibidem tamen non repertum, ſed potius in partibus degentem, quia nulla ſibi fuit hoc caſu in illum quæſita juriſdictio ex juris communis, & Canonici diſpoſitione.

Hanc inſuper partem in his terminis contra Marianum, Socinum, & Ripam rectè, * & eru- 21
ditè defendit poſt plures alios Doctores, Covarr. *in pract quæſtionib. c.* 10. *ſub dict. n.* 5. *verſ. Octavò*, qui poſtquam reſolvit, non eſſe neceſſarium, adeſſe in loco contractus contrahentem, ſi expreſsè renuntiaverit ſuo proprio foro; limitat in Clerico non interveniente conſenſu ſui Epiſcopi, in hæc: *Octavò ab eadem radice procedit, quod Panormitanus in dict. cap. ultimo, de foro competent. n.* 27. *aſſerens prædictam renuntiationem minimè valere, ſi ea facta ſit à Clerico abſque proprii Judicis, & Epiſcopi conſenſu, c. ſignificaſti de foro competenti, quo expreſſim decidetur, non poſſe Clericum conſentire abſque Epiſcopi conſenſu in alterius Judicis juriſdictionem, qua ratione ſequuntur hanc Abbatis juriſdictionem Felinus in dict. c. ult. n.* 12. *Jacob. in dict. l. hæres abſens*, §. 1. *col.* 2. *Decius in dict. cap.* 1. *de judiciis*, *n.* 23. *& ibi Felinus num.* 6. *quorum opinio mihi omnino placet, cum in hac ſpecie fiat ab ipſo Clerico expreſſa renuntiatio proprii Tribunalis, & conſentiat ipſe expreſſim in alium Judicem, quod fieri jure non poteſt, & ideò hæc ſententia maxima ratione fulcitur, & tenenda erit, quamvis Marianus Socinus in dict. c. dilecti, n.* 39. *& Ripa in dict. cap.* 1. *de judiciis*, *num.* 68. *contrarium tenuerint*, *&c.* Hæc Covarr. cujus ſententiæ præcisè ſubſcripſerunt omnes illi Doctores, qui firmarunt, renuntiationem proprii fori expreſsè factam à Clerico abſque ſui Epiſcopi conſenſu, nec valere juriſdictionem aliquam

tri-

tribuere, quos cognoscimus suprà *nu.* 3. *& seqq. verſ. Hæc tamen vera reſolutio.*

22 Itaque cum Clericus Romæ obligatus in forma Cameræ, * nec ibi reperiatur, nec in renuntiatione expreſſa proprii fori intervenit conſenſus ſui Ordinarii; non video, quo fundamento, quove juris colore exequi poſſit ab Auditore Cameræ, cum in hoc caſu careat penitùs juriſdictione, & per conſequens ejus litteræ declaratoriæ, aliæve quælibet executionem hujumodi tangentes uti nullæ & invalidæ juſtiſſimè retineri ſolent in Senatu, remiſſa cauſæ executivæ cognitione Ordinario, cui de jure pertinet ex Decreto Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformatione, c.* 20. quod in viis executivis omnino procedere, reſolvimus latius hac 2. *p. c.* 10 *verſ. Ex ratione hujus Pontificalis, &c. à n. uſque ad finem.*

Subſcribunt etiam huic veriſſimæ opinioni de-
23 clarationes S. Congregationis, * nec non infiniti penè DD. validiſſimis doctrinis muniti, de quibus hac 2. *part. cap.* 5. *à principio, cum ſuis §. n. §. & cap.* 5. §. *unico, per tot.* affirmantes quod ſolus partis conſenſus in alienam juriſdictionem, illam Judici non attribuere in prima inſtantia, nec valere, ſed ad id requiri concurſum conſenſus tam Epiſcopi Ordinarii, quàm partis: condocunt etiam pluria mirabilia, quæ de renuntiatione juris complicati cumulavimus *in* 1. *p. c.* 13. *verſ. Quarto probatur, à n.* 21. *cum multis ſeqq.* in quibus quidem locis plurima reperies in comprobationem hujus veriſſimæ reſolutionis; ergo juſtè Senatus violentiam hanc tollit, retinendo litteras Auditoris Cameræ, & remittendo partes Ordinario.

Fulcitur inſuper hæc pars, quia jus & Doctores loquentes de foro fortito ratione contractus,
24* conditionaliter omnes attribuunt juriſdictionem Judici loci contractus, nempè ſi ibi reperiatur contrahens per hanc dictionem conditionalem (ſi) quæ de jure importat conditionem, ut vulgare eſt & expreſsè probat *c. Roman. §. contrahentes, de foro competent. lib.* 6. & omnes Doctores ſuprà citati *num.* 15. *verſ. Etenim, & in dict. §. contrahentes*, hæc opponuntur verba: *Niſi inve-*
25 *niantur ibidem*, quæ * dictio (niſi) inter alios effectus reſtrictivos, & limitativos, ſeu negativos, quos longa manu recenſet Auguſtinus Barboſa *dict.* 27. importat conditionem, maximè relata ad tempus futurum, ut probat *l. quibus, §. quidam Titio, ff. de conditionib. & demonſtr. & in l.* 1. §. *idem ſcribit, ff. depoſiti.* ibi: *Nec debere abſolvi, niſi reſtituat*, & *l. in teſtamento*, ibi: *Et niſi fierent hæredes, magna pecunia multarentur, ff. de condit. & demonſtrat.* Rolend. *conſ.* 49. *n.* 14. *tom.* 3. Gratus *conſil.* 48. *n.* 6. *& conſil.* 54. *n.* 51. Socinus Jun. *conſil.* 49. *n.* 18. *vol.* 2. *& conſ.* 134. *nu.* 16. *vol.* 3. Chaſſanæus *in conſuetudin. Burgund. rubrica* 1. §. 5. *in verb. ſi non à grav. num. &* 13. *fol.* 185. Volpelan *de præpoſ. & adverb. ſignificat. ſub diction niſi verſ. Et quod, pag.* 65. Anton. Monach. Lucenſ. *deciſ.* 67. *nu.* 65. Cenedus *ſingul.* 23. *num.* 3 Franciſc. Molin. *de ritu nuptiarum, lib.* 1. *comparatio.* 20. *n.* 49. Barboſa ubi proximè n. 9. & fuit dictum *in Trevteren. loco capitularis*, 10. *Martii, anno* 1660. coram Mançanedo impreſſa per Farinacium *deciſ.* 161. *n.* 7. *part.* 2. *recent.*

26 Et importat formam, * ut per Oſaſcum *deciſ.* 174. *n.* 2. Gratus *conſil.* 15. *n.* 15. *vol.* 1. Cenedus *dict. ſingul.* 23. *n.* 6. Barboſ. *diction.* 217. *n.* 10. Antoninus *variar. reſolut. lib.* 1. *reſol. ult. caſu* 32. *verſ. Pro Epiſcopo, in fin.*

Sed juriſdictio conditionaliter attributa, non
27 acquiritur Judici, * niſi demum purificata conditione, & ea verè exiſtente, antequam juriſdictionem incipiat exercere, ita ut aliter proceſſus, & omnia à ſe geſta ſint nulla ipſo jure ex defectu juriſdictionis, Puteus *deciſ.* 429. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 93. *part.* 4. *in noviſ.* Gonçal. *ad Regul.* 8. *Cancel. gloſſ.* 9. *in annot. n.* 249. & 251. Marta *de clauſul. part.* 1. *clauſul.* 92. & fuit dictum *in Anconitana bonorum*, 12. *Januar.* 1607. coram Mançanedo, impreſſa per Marcheſan. *part.* 2. *pag.* 150. *& in Pampilonenſ. de Oranço*, 18. *Junii* 1610. coram Cavalerio, impreſſa per eundem Marcheſan. ubi proximè *pag.* 161. Campanill. *diverſor. jur. Canon. rubric. pag.* 161. Campanill. *diverſor. jur. Canon. rubric.* 11. *cap.* 13. *à num.* 258. Farinacius *deciſ.* 142. *n.* 1. *part.* 2. *recent. & in una Compoſtel. Parochialis*, 16. *Decembr.* coram Orano, impreſſa per Marcheſan. *de commiſſ. part.* 1. *pag.* 427. prout etiam abundè videre poteris *in tractat. de Regia protect.* 3. *part. cap.* 13. *à n.* 19. *cum ſeqq. & à n.* 46. *cum ſeq.*

Ita ut conditio ſuper qua datur juriſdictio, plenè
28 probanda ſit, * aliter nec Judici data intelligitur, ut dicitur *in dict. deciſ. Pampilonenſ & in Burgenſ. juriſdictionis*, 6. *Februarii* 1604. impreſſa per Farinacium *deciſ.* 68. *cum.* 1. *part.* 1. *in recen.. & in Firmiana Altaris*, impreſſa per eundem Farinacium *deciſ.* 701. *n. ead. part.* 1. *& deciſ.* 636. *n.* 1. *part.* 2. *recent.* ejuſdem Farinacii.

Adeò quod proceſſus & ſententia lata ante
29 purificatam conditionem, * ſub qua juriſdictio datur, nulla eſt ipſo jure, & nec tranſit in rem judicatam, ut dictum fuit *in dict. Compoſtellana*, impreſſa per Marcheſan. *dict. part.* 1. *pag.* 379. quibus adde Auguſtinum Barboſam *in tractat. de clauſulis, in clauſul.* 97. *num.* 4. & 10. *clauſul.* 98. *num.* 3. & 4. *per tot.* Igitur Auditor Cameræ procedens * contra obligatum in Romana
30 Curia, non tamen ibidem repertum, ac etiam renuntiantem proprio foro expreſsè abſque tamen conſenſu Ordinarii, nulliter & abſque juriſdictione, nec non violenter procedere dicendum erit, atque ideo legitima, & juridica eſt ſuarum litteratum retentio per Senatum facta, remittentem inſuper Ordinario cauſæ cognitionem in prima inſtantia.

Hinc venit dirimenda antiqua difficultas, an
31 proceſſus & ſententiæ latæ * ab alieno Epiſcopo prætendente juriſdictionem ratione contractus celebrati in ſuo diſtrictu contra Clericum, non interveniente conſenſu proprii Ordinarii, ſint nullæ: in qua Carolus de Gratiis *de effectibus Clericatus, de effectu* 1. *num.* 59. *& ſeqq.* ſecutus Turrecremat. *in cap. non liceat, num.* 3. *quæſt.* 6. ſenſit; quod ſi ſit in favorem Clerici lata ſententia, erit nulla, quia fuit ipſa nullitatis ipſe Clericus prorogans ſine conſenſu ſui Epiſcopi. Si autem ſit lata contra eum, erit valida: quæ reſolutio falſiſſima eſt, quia non eſt dare medium, * aut habuit Judex juriſdictionem,
32 & tunc acta & ſententiæ ſunt validæ ſive contra, ſive pro Clerico; aut juriſdictione caruit, & tunc tam proceſſus, quàm ſententiæ ſunt nullæ, de quo abundè diximus & probavimus hac 2. *p. c.* 6. *à n.* 14. *cum ſeqq. & cap.* 17. *per tot. & cap.* 20. *à num.* 72.

Deinde quia acta ſunt vehiculum ad ſententiam, Bald. *in c. cum ſuper ad fin. de cauſa poſſeſſ. &*

propr. & in l. fin. C. de fusp. tuto. & conf. 344. *ad fin.* Purpel. *in l. is cui bonis, n.* 25. *ff. de verbor. obligat.* Mulvasi *conf.* 91. *n.* 23. Schrader. *de feud. p.* 9. *c.* 7. *n.* 136. Montier. *decis.* 25. *n.* 8. Surd. *conf.* 159. *n.* 46. Menoch. *conf.* 390. *n.* 35. Alfovin. *conf.* 17. *num.* 4. Mantica. *decis.* 68. *n.* 4. & *decis.* 211. *n.* 4. & *decis.* 239. *n.* 1. Giurba *decis.* 10. *n.* 2. & idem Giurba *conf.* 88. *n.* 6. si in ista adest defectus jurisdictionis etiam & poriter & in actis, ut sint nulla ipso jure; nam causa ob quam irritatur processus, de necessitate influit in sententiam, Signorolus *conf.* 154. Plotus *cons.* 30. *n.* 36. & 40. Guazzinus *defens. reorum*, 22. *cap.* 2. *n.* 5 Giurba *conf.* 9. *sub* 14. *in fin.* Ergo super eis lata sententia pro qualibet parte debet esse nulla, cum actorum nullitas intrinsecè influat in eam, ex quo dicta assertio inutilis appareat: non enim expectanda erit sententiæ probatio, ad judicandum & cognoscendum, an processus fuit nullus, vel validus; nec potest esse ejus validitas in aëre, & in pendenti, ut ex *l. cum hic status*, § *sive autem*, *de donat. inter vir. & uxor.* & singulari doctrina Bald. *in l. eam quam n.* 49 *C. de fideicommis.* & aliis pluribus observat Paz *in tract. de tenuta, cap.* 10. *à n.* 34. *cum seqq.* Atque ideo si re vera adest defectus jurisdictionis, acta omnia & quævis sententiæ erunt nullæ, ex quibus manifestè destruitur Caroli de Grassis resolutio in hoc articulo.

Scaccia autem *in tract. de senten. & re judic. gloss.* 7. *quæst.* 3. *limitat.* 1. *num.* 47. *post* Lapum, Geminian & Marianum Socinum aliter distinguit, 33 * si appareat notoriè ex inspectione scripturæ, contractum non fuisse in eo loco celebratum, processum Judicis alieni, & sententiam esse nullam, cum deficiat consensus proprii Episcopi; at si sit dubium, & excipit Clericus declinatoria, 34 * & ad ulteriora procedat Judex, erunt acta nulla, quia priùs summariè debet de qualitate, & declinatoria cognoscere, & si non appareat ipsi, gestum esse contractum, tenetur remittere ad Ordinarium suum, & sine hac pronunciatione procedi nullatenus: quæ quidem resolutio magis conformis est juris dispositioni, vide eundem ibi. *n.* 53. & 54.

Quæ tamen procedit, quando non deficit requisitum præcitum, 35 * quod ubi sit repertus debitor in loco contractus, quod etiam supponunt ipsi Doctores referendo oppositionem, & declinatoriam rei conventi; sed tantùm dubitatur, an contractus ibi fuerit celebratus, necne; juxta quæ Nos *infrà cap.* 30. §. 4. *prope finem.*

At ubi deficit prius requisitum, & conditio, 36 * super qua fundatur simul jurisdictio, nempè quod non sit repertus in loco contractus, nec alter in Clerici renunciatione fori proprii intervenit consensus sui Episcopi, cum jurisdictio non fuerit aliter adquisita Judici loci, omnia acta indistinctè sunt nulla ex supra dictis, maximè hac declarante dispositione Concilii *in addit. cap.* 10. *cause omnes*, 37 * quod licet legitimos juris communis modos forriendi forum alienum admiserit; non tamen illegitimos approbavit, prout erit ipse, quando deficiant integra juris communis requisita, ad sortiendum forum alienum ratione contractus ibi celebrati, de quibus hìc habetur, quorum si de jure communi in hac specie non potest Judici loci contractus in præjudicium alterius fori præjudicare, quod regulariter refellit alieno Judici in prima instantia.

Nec à nostra verissima resolutione hactenus manifestè comprobata * subterfugiet aliquis dicendo; quod in obligationibus Cameralibus assiduè solet apponi juramentum, quo casu ejus virtute potest quis conveniri in loco contractus, etiamsi ibidem non reperiatur, ut latè comprobat Gutier. *de juram. confirm. cap.* 16. *num.* 6. & cum Jas. *in l.* 1. *sub num.* 2. *limit.* 1. *ff. eo quod certo loco*, firmat Scac. *de sentent. & re judicat. gloss.* 7. *quæst.* 3. *limit* 4 *num.* 120. probant Angel. Paul. Castrens. & Jacobin. *in dict. l. hæres absens*, §. 1. *ff. de judiciis.* Roman. *sing.* 279. Marian. Socin. *in d. cap. dilecti, n.* 39 *de for. compet.* Jas. *in l.* 1. *ff. de eo quod certo loco col.* 2. Felin. *in cap. fin. de for. compet. n.* 22. Curtius Jun. post alios *in dict. l.* 1. *ff. si quis in jus vocatus.* Ripa *n.* 66. & Augustinus Berojus *n.* 156. *in d. cap.* 1. *de judiciis.* 38

Quia dupliciter respondetur; * Primò quod hoc juramentum si fuerit appositum confirmationi contractus simpliciter, nec specialiter accesserit juramentum promissioni factæ de respondendo, aut litigando apud Judicem loci contractus: tunc nihil operabitur in acquisitione fori, si ibidem non reperius contractus contrahens, ut eleganter advertit Covarruvias *practic. quæst. cap.* 10. *num.* 6. *in princip.* ibi: *Idcirco erit hæc conclusio* (*etiam si communis sit*) *cautè intelligenda, ut planè admittenda non sit, quoties contractus ipse juramento præstito fuerit confirmatus, nec juramentum accesserit promissioni factæ de respondendo, & litigando apud Judicem illius loci in quo contraxit is, qui juramentum ad majoris contractus vim adjecit, &c.* 39

Secundò respondetur, quod prædicta doctrina procedit in laicis, * non tamen in Clerico 40 jurante renunciationem proprii fori absque sui Ordinarii consensu, cùm etiam cum juramento non possit promittere se posse consentiri coram alieno Episcopo sine sui consensu, quia ipse promittit quod suum non est, sed alienum, & juramentum in alterius detrimentum non est validum, nec firmum, nec præjudicium juris tertii. Mancin. *de jurament.* 4. *part. effectu* 110. *n.* 1. Seraphin. *de privileg. jurament. privilegio* 151. *num* 3. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 12. *tit.* 33. *num.* 44. & *lib.* 13. *t.t.* 37. *num.* 8. prout in terminis hanc limitationem probant Marta *de jurisdict.* 2. *part. cap.* 6. *num.* 46. Turrecremat *in cap. non liceat, num.* 6. 3. *quæst.* 6. ubi adducit duo fundamenta, quæ & alia refert, & sequitur Grassis *de effectibus Clericatus, effect.* 1. *nu.* 55. & *seqq.* nam sicut * principalis 41 renunciatio non valet in præjudicium superioris, ita nec etiam in ipsius renuntiantis habenti jus insepparabile & complicatum, juxta quæ Nos abundè in locis superiùs citatis *n.* 23. *vers. subscribunt etiam*, &c. ita etiam & juramentum super renunciatione ea appositum, illius naturam sequitur, ex vulgatibus.

Nec juramentum auget principalem obligationem, * sed tantùm hos limites contractus additos ro- 42 bur, & vinculum religionis. Avg. Barbosa *dict.* 134. *n.* 1. & 2.

Ex hac sic facta resolutione, primò infero, * quod ad effectum sortiendi forum idem operatur locus contractus, & locus destinatæ solutionis; nam licèt in uno loco contractus celebretur, & in alium fuerit destinata solutio, illius 43

loci

loci forus attenditur, & fortitur obligatus, quia in eo dicitur contraxisse, probant Scaccia *de commerciis. §. 2. gloss. 5. sub num. 194. vers. Primus, & num. 210. & seqq.* & ipse *lib. 1. causar. civil. & criminal. cap. 101. sub n. 50.* & optimè *in tract. de sentent. & re judicat. gloss. 7 q. 3. limitat. 4. num. 219. cum sequentib.* Ripa *in cap. 1. num. 68. de judiciis.* Francisc. Molin. *de bracchio Regio, cap. 28. num. 14.* Covar. *practicar. cap. 10. sub num. 5. vers. 9.*

Et cùm inter hæc duo detur à jure æquiparatio,
44* æqualiter in loco destinatæ solutionis militant omnes ampliationes, & limitationes, seu potius requisita, quæ desiderantur in foro contractus, ad acquisitionem jurisdictionis juxta doctrinam Glossæ. *in l. mancipia, verb. advocandam, C. de servis fugitivis, gloss. in cap. si postquam, de electione, lib. 6.* Tiraquel. *de retract. lignagier. §. 15. gloss. 1. n. 10.* Ant. Gomez *tom. 3. variar. cap. 11. n. 1.* Surdus *de alimentis, tit. 1. quæst. 20. n. 2.* Molina *de primogentis, lib. 2. cap. 8. n. 16.* Flores de Mena *variar. quæst. 3. n. 27. & 29.* Caldas Pereira *de potestate eligend. cap. 7. n. 7.* quia æquiparatorum eadem est juris dispositio, *l. 1. ff. de legatis 1.* cum similibus.

Et ideo quemadmodum requiritur ad acqui-
45 sitionem * jurisdictionis in loco contractus, quod ibidem reperiatur obligatus, ut superius diximus; pariformiter requiritur, quod sit repertus in loco destinatæ solutionis, ut ibidem queat conveniri, probat Scaccia *de commerciis, dict. §. 2. gloss. 5. num. 208 & de sentent. & re judicat. dict. limitat. 4. nu. 112.* ibi: *Extend. secundò, ut procedat, etiamsi promisisset solvere certo loco, quia nisi in eo fuerit repertus, non posset illic conveniri, &c.* & *in num. 122.* Covar. *ubi sup. dict. vers. Nonò*, Molin. *d. n. 14.* quia idem operatur fictio
46 in casu ficto, * quod veritas in casu vero, *l. 1. ff. de adoptionibus, l. cum ex oratione, ff. de excusationib. tutor. l. qui ad certum, ff locati, l. si mulier debitori, in fin, ff. de jure dotium, l. 1. in princip. C. de rei uxoriæ actione.*

Et licèt Sebastianus Sap. *in repetit. legis 1. num.*
47 19. *ff. de judiciis*, dicat * quod hæc doctrina non procedat in Clerico destinante solutionem in locum alterius Episcopi absque sui consensu, quia non fortitur forum ratione contractus ficti, sed veri; contrarium tamen est verius, quia in loco destinatæ solutionis Clericus fortitur forum sine consensu Episcopi si ibi reperiatur, quia non prorogat expressè, sed ex necessitate juris; probat Scaccia *de re judicata, gloss. 7. limitat. 1. à num. 45.* qui *num. 46* ita ait: *contra hanc subdeclarationem, quod enim Clericus conferendo solutionem in Diœcesim alterius Episcopi fortiatur ibi forum ratione contractus, licèt in contrahendo non interveneri consensus proprii Episcopi, quia isto casu fit magis à jure, quàm ab homine, tenet Paulus de Castro in l. sub n. 22. vers. Aut vult prorogare. C. de jurisdict. omn. jud. inter repetiones, vol. 7. fol. 336.*

48 Eleganter etiam Covarr. * *pract. quæst. cap. 10. sub num. 5. vers. 9.* in hæc: *Nono ex proximè traditis apparet aliud dicendum fore, ubi Clericus in locum aliquem destinaret solutionem, & in eodem postea inveniretur; posset etenim apud hujus loci tribunal conveniri ratione illius solutionis in eum locum destinatæ, etiamsi absque consensu Episcopi contraxisset, & solutionem detineret, nam hæc prorogatio jurisdictionis non fit solùm ex consensu ipsius contrahentis, à lege, ejusque authoritate inducitur text. elegans in dict. cap. dilecti, ex quo hoc ipsum annotarunt plerique præsertim in hac specie, Ripa in dict. cap. 1. n. 68. de judiciis, & ibi Boschus Codecanus adversus Philippum Decium, qui num. 23. contrariam sententiam conatus est defendere, &c.* Itaque omnes limitationes quas respectu Clerici superius apposuimus ratione contractus non fortientis forum, easdem repete in loco destinatæ solutionis, atque ideo Clericus in partibus obligatus in Romam destinans solutionem; si ibidem non fuerit repertus, vel si non renuntiavit expresè suo proprio foro cum consensu sui Episcopi, ut superius dictum fuit: nullatenus poterit Romæ conveniri coram Auditore Cameræ, nec alio quovis judice, nec validus erit eorum processus ex notorio defectu jurisdictionis.

Secundò infertur, quod licèt, ut dicatur locus 49
contractus * sufficiat procuratorem nomine absentis, cujus habet mandatum, in eo contrax sse; non autem attenditur locus quo fuit factum mandatum, ut probant Petrus Barbos. *in l. hæres absens, §. apud Labeonem, n. 26. ff. de judiciis.* Scaccia *de commerciis, §. 11. glos. 3. n. 212.* ibi: *Explico, ut locus contractus non dicatur ille ex quo transmittuntur litteræ, seu Nuntius, sed dicatur ille, in quo consensus conjunguntur, &c.*

Tamen ad acquisitionem jurisdictionis, ut di- 50
catur quis repertus in loco contractus, * non sufficit, quod reperiatur obligati procurator, sed eademmet individualis, propriaque persona debitoris; ita expresè probant Decius *in cap. 1. sub n. 159. de judiciis, in prima lectura*, idem Scaccia *de re judicata, gloss. 7. quæst. 3. limitat. 4 n. 112. 113. 117.* ubi plures allegat.

Tertiò, ex supra dictis infertur ad declaratio- 51
nem plurium Doctorum, * quos citavimus hac *2. part. cap. 5. §. 3. à num. 4. & seqq.* & aliorum dicentium posse Auditorem Cameræ avocare causas pendentes in partibus moras vigore obligationis Cameralis, nec non obligatos extra Curiam Apostolicam in forma tamen Camerali posse convenire, quod quam falsum sit hodie, clarè ostendit Concilium Trident. *sess. 24. de reformatione, cap. 20.* in illis verbis: *Aut alii quarumcumque facultatum vigore*, prohibens & auferens indistinctè ab omnibus superioribus judicibus jurisdictionem in prima instantia, nisi ad eos legitimè fuerit devoluta ab Ordinariis, & in specie de Auditore Cameræ diximus hac *2. part. cap. 3. vers. Quod ampliatur, à num. 28. & in cap. 5. §. 2. à num. 4 cum multis seqq.* ubi plurimis Doctoribus citatis clarè ostendimus, hodie ex novo jure Pontificio penitùs cessasse facultatem Auditoris Cameræ in prima instantia; & iterum hac *2. part. cap. 10. à num. 12. cum multis seqq.* quibus locis videbis quod Doctores loquentes de hac facultate Auditoris Cam. procedunt ante Concil. Trid. ut & ipsi se explicant.

Clarius insuper constat ex supra dictis, nam 52
licèt Concilium Trid. * non sustulerit legitimos modos prorogandi jurisdictionem alieni judicis, ut diximus *in dict. cap. 5. versic. Plures tamen alii, num. 8. & in §§. omnibus seq.* per consequens tamen illegitimos modos, & à jure communi, & Canonicè reprobatos non admisit, nec approbavit.

Et ideò si ex contractu extra Romanam Cu-

53 tiam celebrato * non sortitur quis forum; nec etiamsi ibi fuerit celebratus, non tamen tempore conventionis, aut executionis ibidem repertus debitor, vel aliter non valet suppleri Clerici repetitio per expressam fori proprii renuntiationem, deficiente consensu sui Episcopi, ut manifestè hactenus ostendimus; quo juris fundamento, aut colore poterit Auditor Cameræ absque notoria violentia, & nullitate ex defectu juridictionis in prima instantia sic obligatos exequi, excommunicare, aut declarare incursum censurarum in prima instantia? Nullo quidem, nec id patitur Senatus, sed retinet Auditor hujusmodi litteras, & causam in dies, partesque remittit Ordinario.

Et hactenus latè comprobatis, rectè justificatur quod in his nostris terminis dicit Gabriel
54 Pereira, * *de manu Regia, 1. p. c. 9. n. 10. cum seqq.* in hæc; *Hæc quidem attento jure procedunt, & propius ad nostras leges Regias accedendo, adhuc ultimus labor superest, circa casum, qui quotidie in manus Senatorum incidit, quando præhabita Camerali obligatione pro pensione Romæ solvenda, Clericus, qui in hoc Regno est, excommunicatur, quod tempore statuto non solverit, an à tali executore pateat querela ad Regem, quando nulla ex iis causis apponatur, quas diximus, executionem suspendere, & primo excommunicationi obstat, quod Clericus eo casu prorogat jurisdictionem alieni Judicis, quod fieri non potest sine proprii Episcopi consensu, cap. significasti de foro competenti adeò, &c.* Quod nec justificatur ex eo, quod obligatus in forma Cameræ renuntiat omnibus defensionibus, & patitur in eadem obligatione declarari incurrisse censuras; quia talis obligatio non tenet, ut sine causæ cognitione, & sine contumacia possit excommunicari, ut probant Marcus Ant. Genuens. *in praxi Archiepiscop. cap.* 117. *sub n.* 5. sequitur Scaccia *de sentent. & re judic. glossa* 13. *n.* 21. quæ doctrina recipit comprobationem ab iis, quæ *à n.* 1. ipse Scaccia congerit; nec etiam stylus (ut in executione deficiat, & nec sit necessaria citatio) tenet, quia est contra jus naturale, & gentium, uti latissimè comprobat Flamin. Cartar. *decis.* 21. *à n.* 40. *& seqq.* videndus etiam *à n.* 5.

Et quomodo, & ex quibus inducatur ad pro-
55 rogationem consensus Episcopi * proprii, vidi planè per Scacciam *de sententia & re judic. glossa* 7.
56 *quæst.* 3. *limit.* 1. *à n.* 49. *cum multis seqq.* * & quod non sufficiat consensus Vicarii Generalis Episcopi, nec sit validus, tenet Grassis *de effectibus Clericatus, effectu* 1. *n.* 58. qui *n.* 61. post plures probat, quod nec laïcus in spiritualibus potest prorogare jurisdictionem alterius Episcopi absque sui consensu.

Quid autem erit dicendum de laïco Romæ
57 obligato, vel per se, vel per procuratorem juxta doctrinam pauló ante scripti *in* 2. *illatione*, vel principaliter, veluti fidejussor ad solutionem alicujus quantitatis, (ut assolet) putà pro expensis alicujus dispensationis à se petitæ, vel pro expensis litis Romæ pendentis, vel id genus alia causa, an Romæ Conventus, cum ibidem non sit repertus, possit petere in Senatu litterarum retentionem.

58 Quæ difficultas duo habet capita: * aut enim iste laïcus exequitur ab Auditore Curiæ, cui se submisit per obligationem in forma Cameræ Apostolicæ Romanæ factam pro certa quantitate, aut ab alio Judice temporalem jurisdictionem habente.

Primo casu affirmandum erit, quod Vassalus Regis non potest consentire, & prorogare jurisdictionem Judicis Ecclesiastici, quia vergit in Præjudicium Regiæ jurisdictionis, sicque prohibitum stat subditis, & vassallis horum Regnorum, ut *in l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 3. *ordinam* Doctores *in cap.* 1. *de locato*, ubi Panormitanus *n.* 14. Azevedius *in l.* 10. *tit* 1. *lib. novæ Recopilat.* Gutierrez *practicar. lib* 4. *quæst.* 30. Bobadilla *in Politica lib.* 2 *cap.* 17. *n.* 192. Menochius *cons.* 322. *n.* 20. Benedict. *in cap. Rainutius, verb. & uxorem, decis.* 2. *n.* 33. Aufrerius *de potestate Eccles. super Laïcos, quæst.* 3. Ant. Petra *in tract. de potestat. princip cap.* 4. *n.* 10. *& cap.* 8. *n.* 87 Pereira *de manu Regia, part.* 1. *cap.* 9. *n.* 12. *& seq.* Petrus Barbosa *in l.* 1. *artic.* 3. *num.* 141. *& num.* 166. *ff. de Judiciis*, quod in toto ferè orbe receptum est, à Principibus Christianis in suis ditionibus dispositum, ut firmant ipsi Doctores, & Gabriel Pereira *in decis. Lusitan.* 2. *nu.* 4. Navarrus *in consil.* 51. *tit. de sententia excommunicationis.*

Quo quidem casu, si contra laïcum subditum, 59
* & vassallum horum Regnorum Romæ obligatum in forma Cameræ, etsi se submiserit jurisdictioni Auditoris Cameræ, aut alterius Judicis Ecclesiastici, & qui pro executione declaratorias litteras, vel executivas remiserit ad has partes; non solùm protegendus est vassallus vi oppressus, retinendo litteras in Senatu, ne illis pars creditrix aliquando utatur, sed decretum laïcorum dandum, vim fieri *en conocer y proceder* causamque remittendam Judici seculari competenti qui de ea potest, & cognoscere debet.

Si autem Romæ, aliove Regno extraneo con-
traxerit, * & ibidem respondere promiserit, tun- 60
rat one contractus, si ibidem reperiatur, sortitur forum illius Regni, ac si subditus fuisset, & naturalis, Marian. Socin. *in cap. dilecti, n.* 23. *ae foro competant.* Panormitan. *in cap fin. num* 36. *eod. tit.* Petrus Babosa *in l. hæres absens*, §. 1. *n.* 7. *ff. de judiciis*, Pereira *in decis.* 2. *num.* 5. qui *num.* 6. ita loquitur in hæc: *Unde si originarius hujus Regni in Regno Castellæ contractum celebravit, * ibique se responsurum promiserit certo loco,* 61
poterit virtute hujus contractus citari ad illum locum, & eo casu poterit etiam citari in Curia Regis, si ibi inveniatur, quia cùm jam per contractum renuntiatum sit privilegio fori, ita ut in Regno Castellæ forum contrahens sortiatur, nihil mirum, si ut talis in Curia illius Principis inventus lite pulsari possit; prosequitur ipse Pereira usque ad finem decisionis, in qua latissimè agit, quando delinquens in Regno Castellæ, vel contrahens possit trahi, vel exequi, & quomodo existentem in Regno Portugalliæ.

Sed hæc doctrina procedit quando prorogatio
fit à vassallo unius Regis consentiente in jurisdictionem alterius Regis & Regni ratione contractus
vel delicti, * & sic ex necessitate juris, & ex ejus 62
dispositione, ut superiùs diximus. At quando prorogatio vassalli unius Regis consentiat in jurisdictionem alterius expresè tunc non valet ejus prorogatio in præjudicium sui Regis, qui nihilominus potest vassallo prohibere & detinere, ne in alio Regno litiget, vel litem prosequatur; plurimos ad id allegat Pereira *dict. decis.* 2. *à num.* 3. multas etiam doctrinas congessimus 1. *part. cap.* 13. *vers. Quarto probatur, à num.* 21. *cum seq. & hac* 2. *part.*

part. cap. 3. unic. per totum, & videndi plures citati, & sequuti per Marium Giurbam *dict. consil. 95.*

Et tunc potest Princeps executioni sententiæ la-
63 tæ contra suum vassallum * in Regno ex prorogatione expressa sui vassalli se opponere, ratione sui præjudicii ex ea inducta, quando ejus executio fit in suo Regno, quia respectu ipsius Regis res est inter alios acta, congerit plura Menoch. *de arbitrariis, quæst. 38. à n. 3.* Vantius *de nullitatibus sententiarum, tit. ex defectu jurisdictionis ordinariæ, à n. 16. & seqq.* Andr. Gaillius *lib. 1. observat. cap. 48. à n. 7.* Covar. *practicar. cap. 10. num. fin.* Pereira *dict. decis. 2. n. 10. vers. Unde rectè*, facit doctrina Giurbæ *cons. 95. n. 14.* ubi allegat latiùs ipse Giurba *decis. 96. à n. 19. cum multis seqq.* *
64 ubi latè quod Barones passim vindicare solent subditos alterius jurisdictionem prorogantes, ubi multa congerit videndus, qui plurimos Doctores ad id allegat.

Et quod remissio rei facienda non est, quoties
63 judex requirens, * petensque remissionem, & judex requisitus non sint ejusdem imperii, nec principatus, hancque esse veram & communem opinionem, fatentur Aufrerius *ad Cappell. Tolosa. decis. 319.* Francisc. Marc. *decis. 400. n. 9.* Cenedus *in collectan. ad decretum, collectan. 33. n. 4.* sunt tamen consulendi Julius Clarus *lib. 5. receptar. sententiar. §. fin. quæst. 38. n. 21.* Nicolaus Boërius *decis. 29. ex n. 5.* Bald. *in l. 2, Cod. de servis fugitivis, n. 2. vers. Sed quidquid.* Didacus Perez *l. 8. tit. 4. lib. 3. pag. 88. vers. Secundò limita*, & pulchrè *in tit. 17. l. 2. pag. 337. vers. Dubium censeri solet.* Chassaneus *in consuetud. Burgundiæ rubric. 12. §. unico. nu. 14.* latè Covar. *practicar. quæst. cap. 11. n. 10.* sicque Fiscalis Regius debet se opponere, & contradicere hujusmodi executiones factas à Regni extranei judicibus contra subditos, & naturales horum, ex prorogatione voluntaria & expressa ab istis facta in præjudicium Regiæ jurisdictionis, quam sic vindicare debet Fiscalis Regius.

Quare non obstant contraria fundamenta ad
66 principium hujus capitis apposita, * quia omnia tendunt ad unum, & idem, nempe ratione tractus etiam Clericum sortiri forum judicis loci contractus, vel ubi destinata est solutio, quo casu non intrat dispositio Concilii Trident. *in dict. cap. causæ omnes*: quæ non sustulit legitimos modos sortiendi forum alienum jure Canonico approbatos, quæ omnia Nos fatemur in discursu hujus 2. *part. quæstionis*, sed modus legitimus de jure est ille, quando in loco contractus, aut destinatæ solutionis reperitur debitor tempore executionis, quo requisito præciso deficiente, deficit jurisdictionis acquisitio in Judice loci contractus, ut latissimè & abundè probatum relinquimus.

Et post hoc cap. perfectum invenimus Au-
67 gust. Barbosam * *in tract. de jure Ecclesiast. lib. 1. cap. 39. §. 3. à num. 72.* qui morus aliquibus ex argumentis per Nos in contrarium consideratis ad principium hujus cap. nec non præsertim ex Doctrina Covarruvias (qui ex diametro diserisque verbis contra ipsum loquitur, ut ex eodem Covarr. patet relato superiùs *num. 21. & in n. 48.*) conatus defendere, posse Clericum obligatione Camerali obligatum exequi in Romana Curia, etiam ibidem non repertum, quæ opinio nullo modo, nec juris colore tuta esse potest: & obstantia juris omnia Canonici principia, & fundamenta, ut hactenus ad oculum monstravimus, quibus certè nemo satisfaciet, cavillari quippe non valent, apertissima sunt, clara, & inevitabilia. Non tamen miramur contrariam opinionem introducere, & persuadere voluisse eruditum illum Doctorem omni laude & commendatione dignum, cum causam suam propriam tractet, & ad tuendum jus suum omnibus licet defensionibus uti, videat judex, quid eligat, & sequatur.

CAPUT XXVIII.

Executorialium ad quantitatem in Rota legitimè obtentarum virtute exequi an possit condemnari debitor, vel an potiùs istius causa sit per Senatum Ordinario remittenda?

Et generaliter, ubi tertius in executorialibus prædictis non est comprehensus: an hoc recursu licitè utatur.

SUMMARIUM.

1 *Executoriales expediuntur in Rota (ad quam causa legitimè fuerat devoluta) in partibus committendæ.*

2 *et seqq. Executoriales Rotæ, expeditæ contra creditorem, an in ejus debitorem licitè dirigantur, ita ut iste recurrens nequeat in Senatu obtinere remissionem Ordinario.*

3 *Executoriales contra creditorem expeditæ exequuntur contra ejus debitorem adstrictum ex guarentigia, aut debitum confitentem.*

4 *Nec tunc ejus recurrentis ad Senatum causa Ordinario remittenda.*

5 *Executoriales contra creditorem Romæ expeditæ non diriguntur contra ejus debitorem Clericum non adstrictum guarentigia, etc. Sed ejus causa Ordinario remittenda per Senatum.*

6 *Si debitor debitoris per executoriales condemnati laicus sit, declaratur vim fieri, causa illius competenti sæculari remittitur.*

7 *Debitor debitoris condemnati non adstrictus Guarentigia prius debet coram suo Judice ordinario conveniri, et condemnari, antequam in eum dirigantur executoriales contra suum creditorem expeditæ.*

8 9 *et 10. Singularia jura ad idem adducuntur, ibid.*

11 *Executor executorialium contra creditorem obtentarum nequit exequi ejus debitorem, à quo aliàs debitum via executiva exigi nequit, nisi priùs conventum coram suo Ordinario.*

12 *Quia tunc excedit executor, et per Senatum debitoris causa remittitur Ordinario, cùm læsa reperiatur ejus prima instantia.*

13 *et seqq. Tertius quilibet, cui executoriales Romæ legitimè obtentæ non officiunt, Regalia uti valeat, ut ejus causa Ordinario remittatur.*

14 *Cum tertio, cui res judicata inter alios obtenta non valet, lis est initianda, et judicium noviter movendum.*

15 *Ab executione contra neminem est incipiendum, sed judicium et condemnatio debet præcedere.*

16 *Lis initianda erit cum tertio, cui executoriales inter alios obtentæ non nocent.*

17 *Et coram suo Judice Ordinario, ad quem prima instantia pertinet, ex Trident. cui aliàs Senatus causam remittet.*

18 *Actæ, et res judicata à pari procedunt, et cui unum non nocet, nec aliud.*

19 *Acta possunt nocere, res judicata tamen accidentaliter, è converso autem hoc non currit.*

20 *Cum tertio in lite pendente comparente exclusivè lis initianda est, quia acta judicii inter alios illi non nocent.*

21 *Et coram suo Ordinario instantia (quæ distincta est) tractari debet, aliter hujus tertii causam Senatus Ordinario remittit.*

22 *Tertii causa, cui executoriales Romæ expeditæ, vel alibi non nocent, penitùs per Senatum Ordinario erit remittenda.*

23 *Litteræ meræ justitiæ retinentur in Senatu percutientes Tridentinum Decretum.*

24 *Executoriales obtentæ contra unum, quæ tertio non nocent, licèt istius causam Ordinario remittat, Senatus executoriales non retinet, sed vincenti tradit, ut contra comprehensos illis utantur coram executore.*

25 *Quod et procedit in similibus aliis litteris in prima instantia contra unum licitè expeditis, contra alios verò non, sed horum causam Senatus remittit ordinario.*

A Libi *cap.* 29. *infrà* dicimus; ad Curiam Romanam legitimè ſemel devoluta cauſa, poſſe * illic expediri executoriales in partibus committendas pro earum executione, ex qua reſolutione præſens ſuboritur diſceptatio, an executor earumdem virtute, * cùm ſint ad quantitatem legitimè expeditæ, exequi debitorem condemnati poſſit, eſto quod recurrens ad Senatum alleget, ſe tertium eſſe, non nominatum in eiſdem, nec aliter convictum & condemnatum pro ſumma à ſe debita ipſi condemnato per executoriales prædictas, ac propterea de neceſſitate debere, litem cum eo incipi coram ſuo Ordinario aliàs Judice competente, cui omnium cauſarum in prima inſtantia de jure pertinet, præſervata nervosè per Concillium Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 20.

Cujus mirabilis defficultatis reſolutio ab alia pendet, * quam bipartitam formavimus *in tract. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 8. *à n.* 147. ubi poſt exactam diſputationem, & magnam jurium mirabilium, & Doctorum catervam diſcretivè diximus, quod tunc poterit executor executoriales ad qualitatem expeditarum directè exequi debitorem condemnati executi, quando iſte debitor vel confeſſus eſt, ſe debere quantitatem; vel ſit ad eandem per inſtrumentum guarentigiatum obnoxius, & obligatus; vel aliàs antea per rem judicatam jam fuerit victus à ſuo creditore, * & tunc licèt iſte debitor recurrat ad Senatum pro obtinenda remiſſione ſuæ cauſæ Ordinario, audiri non debet; quantitas namque, quæ in prædicto ſtatu reperitur, conſideratur in poteſtate ſui creditoris condemnati, in quem legitimè diriguntur executoriales, ac propterea indubiè executori iterum cauſa hujus debitoris per Senatum erit remittenda, ut latius comprobavimus *in d. cap.* 8. *dict. num.* 147. *& ſeqq.*

Contra verò, ſi debitum in hoc non ſit ſtatu, * quod à debitore queat exgi via executiva, nec ipſe illud confiteatur, præcisè neceſſarium erit, ut coram judice Ordinario ſuo aliàs competente actione perſonali priùs conveniatur, & via ordinaria dubitum probetur; & de eodem convictus per executoriales, & tres conformes condemnetur, quo caſu recurrens debitor ad Senatum, ſi hoc ſtatu reperiatur debitum, indubiè obtinebit remiſſionem ſuæ cauſæ Ordinario faciendam, ſive debitor Clericus ſit, ſive laicus, hac tamen adhibita diſtinctione, quod ſi Clericus eſt, directè fit remiſſio Ordinario * Eccleſiaſtico ob contraventionem Concilii Trid. *dict. cap.* 20. At ſi laicus eſt, non ſic; ſed per decretum laicorum (ſic dictum vulgo) & ab initio per creditorem, Regiumve Fiſcalem intentandum, & poſtulandum, nec æliter poteſt, nec debet hujuſmodi laici debitoris cauſa in Senatum introduci, eò quod recurſus hic ob contraventionem Concilii *in d. c. cauſæ omnes*, intentatur dumtaxat in cauſis ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes in prima inſtantia; quare cum iſtius debitoris laici cauſa non ad forum Eccleſiaſticum, ſed ad Judicem ſecularem ſpectet, per decretum laicorum dumtaxat avocanda erit hæc cauſa ab executore Eccleſiaſtico, facienda ejuſdem remiſſione Judici ſeculari competenti, qui de ea debeat, & poſſit cognoſcere, & hoc jure utimur.

Prædicta reſolutio, quod debitoris Eccleſiaſtici cauſa hoc caſu, * cùm ſimus in prima inſtantia, debeat remitti Ordinario, quia coram eo priùs de neceſſitate debet conveniri, & cum debitore cauſa initianda ſit in via Ordinaria, validiſſimis juris nititur fundamentis: in primis expendo elegantem text. in Authent. *de collatoribus*, §. *eas autem*, *verſ. Si autem aliquis*, *collatione* 9. cujus (loquens in executoribus) * mirabilia ſunt verba: *Si autem aliquis pro veritate publica debens tributa, dicat executori eſſe ſibi alium debitorem, non licere executori moleſtiam aliquam de nominato inferre, niſi prius debitor probetur* (ſequitur & facit) *hoc tamen priùs requiri apud Judicem Provinciæ, ſi pro veritate debitor eſt is, qui denominatus eſt, & ita fiat executio &c.*

Textus eſt etiam non minus expreſſus * *in l. à Divo Pio*, §. *ſi quo*, *ff. de re judicat.* in hæc: *Poſſe enim nomen jure pignoris capi, Imperator noſter reſcripſit, ſed utrùm confeſſi nomen tantum capi poſſit, an etiam, ſi neget quis ſe debere, videamus, & magis eſt, ut id dumtaxat pignoris capiatur, quod confitetur; cæterum ſi negetur, æquiſſimum eſt diſcedi à nomine, niſi fortè quis exemplum ſequutus corporalium pignorum, ultra proceſſerit, dixeritque ipſos debere Judices de nomine cognoſcere, ut cognoſcunt de proprietate, ſed contra reſcriptum eſt.*

Id ipſum probat *l. ſi in cauſa judicati*, ibi: *Debitores* † *ejus conventi ad ſolutionem authoritate Præſidis Provinciæ compelluntur, &c. C. quando Fiſcus vel privatus debitorem ſui debitoris convenit, poſſ.* optimus etiam eſt text. ad id *in l.* 3. ibi: *Si debitum non inficiantur ii, quos obnoxios debitoribus Fiſci eſſe, proponis, poteſt videri non eſſe iniquum quod deſideras, ut ad ſolutionem per officium procuratoris compellantur. Nam ſi quæſitio aliqua refertur, id concedi non oportere, etiam ipſe perſpicit, C. eodem tit.*

Pro-

Probat etiam *l. etiam*, juncta *l. eos*, ibi *Apud Rectorem convenit Provinciæ, qui sive debitum confessi, sive negantes & convicti fuerint condemnati, &c. cum latæ sententiæ capitis pignoribus, ac distractis, secundùm ea quæ sæpè constituta sunt, meruerint executionem, &c. C. de executione rei judicatæ.*

Hanc etiam conclusionem, quod quando de-
11 bitum in eo non sit statu, * ut adversus debitorem exigi queat via executiva, ut sit de eo cognoscendum coram suo Judice Ordinario alias competente, & non coram executore executorialium adversus suum creditorem expeditarum, probant Bald. mirabiliter *in d. l. etiam* per text. ibi *num.* 3. cujus verba adduximus *in tract. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 8. *num.* 253. Glossa, Cynus, Bartol. & alii communiter D D. *in dict. l.* 2. *C. quando Fiscus vel privatus.* Salicetus *in dict. l. etiam*, Speculator *in tit. de primo Decreto*, §. *restat. num.* 4. & 6. Angelus *in l. à Divo Pio*, §. *si quoque*, in principio, ubi etiam Immola *col.* 1. *vers. Hæc vera, ff. de re judicata*, & cum Imola, Alexandro, Paulo, & Jas. *in dict.* §. *si quoque* probat Parladorius *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 5. *part.* §. 3. *num.* 45. Petrus Surd. *cons.* 4. *tom.* 1. *à principio*, & *per totum*, qui sub *nu.*
12 2. post Bald. & Salicetum *in dict. l. etiam.* dicit, * hoc casu executorem excedere, cùm dicatur velle facere executionem, in re aliena, & non in re creditoris condemnati, nec per eum possessa, quam quæstionem cum altius accuratè examinavimus validissimis fundamentis, *in tract. de Regia protect. dict. cap.* 8. *à n.* 147. *cum multis seqq.* in præsenti omittimus, assumentes duntaxat ex illis, quæ nostro huic instituto urgere magis videbantur, ad illum locum præ cæteris te remittimus concludendo, quod quoties debitum non sit in statu executivo, causa debitoris creditoris condemnati per executoriales Rotales debeat omnino remitti per Senatum Ordinario (cujus prima instantia isto casu læsa reperitur, in contraventionem Concilii Trident.) ut coram eo via Ordinaria, & actione personali debitor vincatur: ut hactenus probatum remanet.

Ex identitate rationis id ipsum erit generaliter
13 inferendum, * & prædicandum de cunctis tertiis oppositoribus ad executorialium in Romana Curia legitimè obtentarum executionem, in quibus non venuit comprehensi, quibusque res judicata in Rota, aliove Tribunali superiori Ecclesiastico obtenta non officit, de quo abundè videbis *in tract. de Regia protect.* 4. *p. cap.* 8. *per tot. & cap.* 9. *per totum*, ac etiam *cap.* 3. *à principio.*

Ex quo enim adhuc non sunt conventi, nec cita-
14 ti, * nec condemnati, res acta inter alios, aliis non prodest, nec nocet, *toto tit. C. res inter alios acta*, sequitur quod ad hoc ut possint exequi debeat procedere judicium, & conventio: alter verò cum eis lis erit omnino initianda, Innocentius *in cap. super eo, quod metus causa.* Felinus *in cap. quod consultationem, n.* 16. *de re judic.* Ruinus *cons.* 78. *n.* 1. & 2. *lib.* 5. Capicius *decis.* 1. *n.* 23. Rolandus à Valle *cons.* 43. *nu* 3. *lib.* 1. Ant Gabriel. *commun. conclus. lib.* 2. *tit. de appellationib. conclus.* 4. *num.* 2. Gratianus *discept. forens. cap.* 333. *num* 2. *tom.* 2. & per Felinum, & Ruinum idem notat Marquesan. *in tract. de commissionib. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 72. & *seq.* probat etiam Robadilla *in Politica lib.* 2. *cap.* 21. *sub num.* 69. dicens, quod executor attentare non debet; nam cum ille, cui hoc novum gravamen infert, nondum sit (ut requiritur) condemnatus: nec in executorialibus comprehensus, novo judicio adversus eum erit agendum, *l. à Divo Pio.* §. *si super eodem*, ibi. *Si fortè jure Ordinario cæperit ab eo res peti, ff. de re judic.*

Aliàs enim foret incipere contra illum ab exe-
15 cutione, * minimè præcedente judicio, & condemnatione contra notissimas juris regulas, de quo in iis terminis est text. *in l.* 1. *C. de executione rei judicatæ*, cujus singularia verba sunt: *Nimis prospere Judex pignora Marcellæ capi, aut distrahi jussit ante rem judicatam; priùs est ergo, servato ordine actionem adversus eam dirigas, & causa cognita sententiam accipias, &c.* text etiam *in l. si vix nulla sententia præcessisset, ff. de re judicata.*

Et quod sit cum hoc tertio (cui res judicata
16 inter alios non officit) lis instauranda, * & à principio tractanda, probant Scaccia *de appellationib. quæst.* 17. *limitat.* 6. *membr.* 4. *num.* 50. & *num.* 72. per Covarruv. *in sup. n.* 114. Vestrius *in praxi Romanæ Curiæ lib.* 8. *cap. fin.* post princip. *ex l. cum quæritur, ff. de executione rei judicatæ. l. fin. C. si per vim vel alio modo*; optimè Paulus Castrens. *cons.* 67. *visa quadam lib.* 1. *per totum*, quem refe ens sequitur Tuschus *pract. conclus. tom.* 3. *lit. E. conclus.* 471. *n.* 38. & melius *conclus.* 483. *n.* 4. optimè per Alvarum Valascum *consultation.* 55. *qu.* 10. *ad fin. tom.* 1. & hallucinavit Marescotus *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 86. *n.* 43. abundè hoc tractavimus *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 3. *à n.* 65. *usque ad num.* 72. *& cap.* 8. *à num.* 84. ubi latius videbis. Igitur necessariò infertur, quod si cum hoc tertio oppositore cui res judicata inter alios obtenta, &
17 tractata non officit, * lis sit à principio initianda, per necessariam consequentiam concludendum erit, ut coram suo judice competenti sit movenda, & in prima instantia tractanda, quia, actor debet sequi forum rei, ex juribus vulgaribus, aliàs locus erit decreto remissionis Senatus in executionem Concilii Trident. *in dict. cap. causæ omnes.*

Pro quo facit inevitabile fundamentum, nam
18 acta & res judicata à pari procedunt, * quia cum non officiunt acta processus, nec res judicata officit, plurimos citavimus hac 2. *part. c.* 13. *à n.* 9. *vers. Quod quidem penitus, &c.*

Imò acta fortiora sunt, quia possunt nocere, *
19 & tamen res judicata ex eisdem nullatenus, quia puta cum aliquo simul fuerunt tractata, & lis mota, ipse tamen in sententia contra alios omissus fit, & non condemnatus, nec de eo facta mentio in sententia, cui propterea hæc non officit, ut extat quæ per Nos latè *de Regia protectione.* 4. *p. cap.* 8. *a principio* & est *l. non ideirco*, 44. *ff. de judiciis*, quam pluribus Doctoribus & fundamentis exornavimus hac 2. *part. cap.* 13. *à n.* 21. *cum seqq. Quorum omnium &c.*

Sed sic est, quod actis, & lite adhuc inter
20 alios pendentibus, * si tertius comparet pro suo jure independenti à jure partium litigantium, in tantum fit cum illo tertio lis initianda à principio, eò quòd eidem lis pendens, & ejus acta non nocent, nec tangunt; ut nec teneatur pari passu, & simul suam litem cum jam pendente prosequi & tractare, sed seorsim & seperatim uti judicium, & instantia verè diversa, ut per *l. is à quo, ff. de rei vendicat. & l. pen. ff. de pact.*

petit. hæreditat. latiſſimè poſt Covarr. Franchis, Cancerium, Barboſam, Gaillium, Marium Giurbam, & alios penè innumerabiles, plurimaſque Rotæ deciſiones diximus hac 2. *part. cap.* 13. *per totum*, ubi etiam, quod iſtius tertii cauſa ſit initianda coram ſuo Ordinario, remittenda per Senatum
21 * ad quem abundantiſſimum locum te libenter remittimus. Igitur à fortiori id ipſum erit repetandum in tertio hoc oppoſitore comparente lite jam finita, & re judicata jam inter alios expedita, ut cum illo ſit ſeorſum, & ſeparatim cauſa initianda, eo quod eum non afficiunt nec nocent ullo modo inter alios geſta.

22 Quare per neceſſariam conſequentiam venit affirmandum, & concludendum, * ut coram ſuo Judice Ordinario ſit conveniendus, & cauſa à principio per ſuos juris tramites tractanda, & ad id obtinendum erit Decretum Senatus, ne in hac prima inſtantia jus Ordinarii percutiatur, prout abunde comprobavimus *in dict. cap.* 13. *à princip.* quæ omnia ibidem accuratè cumulata caſui præſenti applicanda ſunt, & repetenda ac inſuper mirè conducunt, quæ de tertio legitimo contradictore executionis litterarum Apoſtolicarum, ut illam impediat, & ejus cauſa in via Ordinaria ſit coram Ordinario tractanda, & per Senatum remittenda: de quibus ampliſſimè dicimus infrà hac 2. *part. cap. fin. in* 2. concluſionis comprobatione *à num.* 50. *uſque ad finem, verſ. Quantum attinet ad ſecundam concluſionem, &c.* ubi varia exempla videbis ex Rotæ deciſionibus, & Doctorum plurium aſſertionibus.

Unum tamen animadvertere debes, quod li-
23 cèt hæc acta executoris * tangant juſtitiæ reſcripta, & propterea videbantur retinenda in Senatu, juxta ea, quæ latè diximus hac 2. *part. cap.* 16. *per totum;* tamen aliud in hoc caſu erit affirmandum, & in ſibi ſimilibus; etenim cum ſola tertii cauſa dumtaxat remittitur in Senatum
24 Ordinario, † & ipſi executori remanent executoriales ad proſequutionem executionis contra alios in eiſdem condemnatos, & comprehenſos, illi executori tradendæ, & nullatenus retinendæ, quia ex eis fundat victor ſuum jus executivum & alia non eget probatione contra condemnatos & comprehenſos, juxta quæ latè diximus, & probavimus *in dict. cap.* 26. quo ſic debes limitare ſecundam concluſionem ibi adductam, & exactè comprobatam à ratione ceſſante, prout ibidem ſimiliter eandem limitavimus *à n.* 53. quæ limitatio extendenda erit ad alias ſimiles com-
25 miſſiones * juſtitiæ contra plures impetratas: quoties aliquorum cauſa Ordinario per Senatum remittitur, aliorum verò remiſſio denegatur, eò quòd horum reſpectu minimè reperiatur percuſſa prima Ordinarii inſtantia, atque ideo impetranti ſunt litteræ hujuſmodi executoriales, etiam juſtitiæ tradendæ, ut contra hos cauſam ſuam proſequi valeat coram ſuo Judice Delegato ex rationibus de quibus latiùs *in dict. cap.* 26 in utroque diſtinctionis membro.

CAPUT XXIX.

Semel ad Rotam legitimè devoluta cauſa, in qua vel infirmando, vel confirmando Ordinarii ſententiam, ſuam tulit, an executoriales indè ortæ percutere dicantur primam inſtantiam Ordinarii in judicio executivo, ita ut debeant eidem per Senatum remitti.

SUMMARIUM.

1 *Executoriales, an ſint expediendæ à Judice, ad quem, vel à Judice à quo, valdè controverſum inter DD.*
2 *Judici, qui ultimam ſententiam tulit infirmando, aut confirmando priores pertinet executio, et executorialium expedito.*
3 *Judex appellationis, non Ordinarius, exequitur ſuam ſententiam merentem executionem.*
4 *Sive infirmaverit, ſive confirmaverit, aut mutaverit priores ſententias.*
5 *Executio expeditur à Judice, qui ſententiam executivam tulit, non ab alio, niſi ad ejus commiſſionem.*
6 *Non agitur ex prima ſententia, ſed ex ultima confirmante, aut infirmante.*
7 *Sententiæ primæ effectus appellatione extinguitur.*
8 *Actio ex prima ſententia extincta eſt per appellationem.*
9 *Actio judicati ex prima ſententia orta, ideò extinguitur, quia appellatio reducit acta ad ſtatum litis contestationis.*
10 *Ex ſententia confirmante, non ex confirmata agitur.*
11 *Delegatus à principe qui ultimam ſententiam tulit, eam exequitur, et executoriales expedit.*
12 *Continentia cauſæ dividi nequit.*
13 *Unius cauſa ad ſeipſam magna eſt continentia.*
14 *Tam in principali negotio, quàm in alio ab eo originem trahente.*
15 *Juriſdictionem qui præoccupavit in cognoſcendo præoccupat in exequendo.*
16 *Ad Judicem ſæcularem, ubi competens eſt ad cognoſcendum de cauſa Clerici, pertinet executio realis, non perſonalis.*
17 *Antonius Diana Summiſta contrarium inadvertenter tenens contra Authorem, carpitur.*
18 *Executorialium expeditarum à ſuperiore, cui legitimè devoluta fuit cauſa, remiſſio non fit per Senatum Ordinario, quia ejus prima inſtantia percuſſa non dicitur.*
19 *Niſi in duobus caſibus in quibus limitationem patitur Regula generalis.*
20 *Actio judicati licet ex ultima ſententia naſcatur, movenda erit coram Judice Rei Ordinario competente, ſecus officium Judicis.*
21 et 22. *Actio judicati in factum poteſt inventari coram Ordinario, ac etiam coram Judice appellationis.*
23 *Actio judicati tunc intentari valet coram Judice appellationis, ſi ibidem condemnatus repetatur.*

24 *Judex*

24 *Judex appellationis in territorio Ordinarii habet jurisdictionem causativè ob devolutionem legitimè factam, non aliter.*

25 *Judex appellationis est competens in actione judicati orta ex quasi contractu in suo foro celebrato.*

26 *Forum quis sortitur ratione quasi contractus sicut ratione contractus.*

27 *Judex appellationis simul dicitur competens in actione judicati, ratione quasi contractus.*

28 *Judex loci contractus, aut quasi contractus non habet jurisdictionem contra quasi contrahentem non repertum in suo districtu.*

29 *Causa condemnati conventi ex actione judicati coram Judice appellationis, non tamen reperti illic, remittitur Ordinario per Senatum.*

30 *Secus si in districtu Judicis appellationis tempore conventionis ex actione judicati fuerit repertus.*

Stylus tamen universalis adest in contrarium, et attendendus in hac disputatione, ib.

31 *Sententia Ordinarii à qua fuit appellatum, si tacitè, aut expressè transierit in rem judicatam ab eo, non à Judice appellationis erit exequenda.*

32 *Quod procedit quando tacitè vel expressè fuerit appellationi renuntiatum, vel appellans acquieverit sententiæ, vel hæc fuerit à partibus approbata, ib.*

33 *Item quando condemnatus inter terminum non appellavit, quia Judex Ordinarius suam sententiam exequitur, non superior.*

34 *Ordinarius suam sententiam exequitur, quæ per desertionem in judicatum transivit.*

35 *Jurisdictione caret superior ob desertam appellationem.*

36 *Etiamsi superior ob desertionem subsequutam confirmaverit sententiam Ordinarii.*

37 *Executionis causam Ordinario remittit Senatus, quando tacitè vel expressè transivit in rem judicatam.*

38 *Causa executionis quando est remittenda Ordinario, executoriales legitimè expeditæ per Judicem appellationis tradendæ sunt parti, ut illis coram Ordinario utatur.*

39 *At secus quando sententia Ordinarii ex aliquo accidenti transivit in rem judicatam, quia tunc cum ad ipsum pertineat executio, ita et executoriales expedire, quod si fecerit superior executoriales istius retinentur in Senatu tanquam nulliter, et sine jurisdictione fabricatæ, et causæ simpliciter fit Ordinario remissio.*

1 COntrovertitur valde inter nostri juris Professores, an superior ad quem semel causa * devoluta, suam protulit sententiam ultimam transactam in rem judicatam, possit illam exequi, & executoriales expedire; vel an ad primum Judicem Ordinarium executionis causa devolvatur, ut per Bartol. & alios *in l. à Divo Pio*, §. *sententiam*, *D. de re judicata*, Angelus *in l. tale pactum*, §. *qui provocavit*, *ff. de pactis*, ubi *n.* 17. sex opiniones diversas recenset, Abb. & Imol. *in cap. pastoralis*, §. *præterea*, *de officio Delegati*, adeò ut hanc resolutionem Cæsarea decisione indigere asserat Angelus *dict. n.* 17.

Sed omissis omnibus, illa erit firmanda conclusio ab omnibus crebrius receptior, ut ad judicem appellationis, qui suam sententiam tulit * ultimam infirmando, vel confirmando priores, 2 spectet rei judicatæ executio, executorialium expeditio, ex hac ratione prima, quia ex sententia confirmante, non ex confirmata agitur. Ita glossa *in l. furti*, §. 1. *verb. Provocationis* & ibi Fulgosius *ff. de infam.* & *in l. Chirographis in gloss. penul. ff. de administrat. tutor.* & *in l. eos à principio. C. de appellationibus*, & tenent omnes *in l. si quis priore*, *ff. ad Trebellianum*, & *in l.* 1. *ff. de re judicat.* Gloss. & Doctores *in cap. pastoralis*, §. 1. *de officio Delegati*, & *in cap. coram dilecto eod. tit.* & ex *Authent. si quis litigantium*, *C. de Episcopali audientia*, & *l.* 2. *versic. A die confirmationis*, *C. de usuris rei judicatæ*, Joan. Monach. & Archidiacon. *in cap. Romana*, ubi etiam Joan. Andreas, *num.* 16. *de appellationib. in* 6. Angelus *in l. cum specialis*, *n.* 4. (ubi dicit esse casum) *C. de judiciis*, & *in dict. l. tale pactum*; §. *qui provocavit*, & *cons.* 162. *n.* 1. Baldus *in dict.* §. *qui provocavit in prima lectura*, *n.* 4. & 5. Bart. *in l. fin.* per text. ibi. *n.* 3. *C. de judiciis*, & *in l. eos*, §. 1. *C. de appellationibus*, & *in l. præcipimus*, *vers. Officiis*, & ibi Angelus, *n.* 4. ibi inquit esse casum rotundum, *C. eodem tit.* Philippus Franchus *in dict. cap. Romana*, §. *fin. n.* 3. *vers. Aliquando sententia diffinitiva*, *de appellationibus in* 6. & *in cap. ex ratione*, *versic. Sextò quæro*, *eodem tit.* Abbas *in dict. cap. pastoralis*, §. *præterea*, *n.* 6. *vers. Quando sententia confirmatur*, *de officio Delegati*, & ibi etiam Immola post longam disputationem *n.* 16. & Barbacia sub *n.* 32. Lanfrancus *in cap. quoniam contra*, *tit. de interlocutor. n.* 135. *versic. quæro subsequenter*, *de probationibus*, latè prosequitur eandem sententiam tenens Laurentius Sylva, *consil.* 5. *n.* 7. & 8. Guido Papæ *decis.* 476. *n.* 43. Minsingerius *singular. observation. centuria* 4. *observat.* 94. Bartol. Blarer. *in l. diffamari*, *cap.* 11. *num.* 55. Asinius *in praxi judic.* §. 31. *cap.* 7. Maranta *in speculo in ultimo actu judicial. part.* 6. *num.* 6. Et hanc opinionem communem dicunt Philippus Franchus *in dict. cap. Romana*, §. *fin. num.* 3. Abbas *in dict.* §. *præterea*, *num.* 6. Asinius *ubi proximè* ex eisdem, & Jason. *in l.* 1. *n.* 11. *ff. de re judicata*, & ex eo Bellacomba *lib.* 7. *Syntagma. commun. opinion. tit.* 21. *de appellationibus*, *num.* 42. & magis communem dicit Alexander, *in dict. l. à Divo Pio*, *num.* 20. *in fin. de re judicat.*

Eandem etiam opinionem, quod * Judex appel- 3 lationis, non Judex primus Ordinarius debet suam sententiam ultimam executionis mittere, quando eam meretur, sequutus Bartol. communiter receptam dicit Vestrius *in praxi lib.* 8. *cap. ult. sub n.* 9. *vers. Sed dicet*, Mandosius *in formulis commission. in commission.* 23. *executor. in verbo*, *Præfat. R. D. Auditori*, *fol.* 126. post quos etiam de communi testatur Scaccia *de appellationib. quæst.* 11. *art.* 7. *num.* 162. qui post Rebuffum *in tractatu de sententia execut. art.* 7. *gloss.* 7. *num.* 5. *to.* 1. *fol.* 364. firmat, quod quando Judex appellationis cognovit de appellatione * & confirmavit, vel infirmavit sen- 4 tentiam, vel aliquid immutavit, ut tunc ad eum, non ad alium spectet executio, & eam sententiam sequitur, loquendo de Rota, Cartarius *in decis.* 20. *n.* 1. ubi magis communem firmat.

Et quod ab eo Judice ad quem, qui sententiam tulit, * sit expedienda executio non ab alio, 5 nisi ad ejus litteras & commissionem per *dict. l.*

pro-

properandum, §. *ſin autem reus*, *C. de judiciis*, & *l. à Divo Pio*, §. *ſententiam Romæ*, *ff. de re judicata*, Muſcatellum *de appellationibus* 1. *part. gloſſa de mandatur*, *num.* 35. Morlam *in emporio juris*, *tit. de juriſd. omnium judicum*, *quæſt.* 20. Rodericum Suarez *in l poſt rem judicatam*, *quæſt.* 5. *ff. de re jud. conſ.* 86. *num.* 4. & 20. Nizol. *allg.* 36. *n.* 16. tenet Marius Giurba *deciſ.* 96. *n.* 3. Petr. Barboſ. *in l. divortio* 8. §. *ſi vir. n.* 51. *ad finem*, *ff. ſolut. matrim.* eandem opinionem etiam tenet Petrus Surdus poſt alios *in conſ.* 204. *num.* 1. & *ſeqq.* & eandem ſequutus eſt Rota, ut per Alex. Ludoviſ. *deciſ.* 545. *num.* 1. quæ quidem communiter practicatur apud omnia Tribunalia Eccleſiaſtica, & temporalia, à qua nullatenus jam erit recedendum.

Huius reſolutionis prima eſt ratio, quia non
6 agitur ex prima ſententia * ſed ex ultima etiam confirmante, quam reddunt Doctores omnes in principio citati, *n.* 2. Quia primæ ſententiæ effec-
7 tus * appellatione extinctus eſt, *l. in fin. ff. ad S. Conſultum Turpilianum.* Et ideò primus Judex
8 Ordinarius ſuam ſententiam * exequi non poteſt, cùm actio, & cæteri effectus ex ea extincti ſint, ut inquiunt Doctores hactenus allegati, & præſertim Alexander, *in dict. l.* 1. *in principio*, *ff. de re judic.* Petrus Barboſa *in dict. l.* 8. §. *ſi vir. num.* 51. *ad finem*, Carthagius *deciſ.* 10. *n.* 4. & 5. Ubi cum Alexandro hanc rationem fulſit ex eo, quod actio
9 judicati prioris ſententiæ * ex eo extinguitur, quia appellatio rem ad eum ſtatum reducit, quo tempore litis conteſtationis in cauſa principali reperiebatur, *l. ita demum*, *C. de procuratoribus* & *l. ab executione* §. 1. *ff. de appellationibus*, cum aliis, ut cum Lancelloto *de attentatis*, 2. *part.* cap. 11. *de attentatis appellation. pendent. in præfation. num.* 110. Sed tempore litis conteſtatæ hæc actio judicati non competebat, nec poterat; ergo idem poſt appellationem, & ſic concludunt omnes non primum Judicem Ordinarium, ſed Judicem qui ultimam ſententiam tulit, ſeu alium
10 executionem mercatum, illam exequi debere, * & eandem etiam rationem, quod agatur ex ſententia confirmante, non ex confirmata, probant in his terminis Papienſis *in practicar. in forma appellation. ad fin. in gloſſa*, *cauſis & rationibus ſub num.* 2. *fol.* 426. Franch *in cap. ex ratione* 8. *column. ante penult. in fin. num.* 98. *de appellationibus*, Caſſador. *deciſion.* 13. *habuerat*, *num.* 3. *de reſcriptis*, *fol.* 269. Veſtrius *in praxi*, *lib.* 8. *cap. ult. ſub nu.* 9. Et Scaccia *de appellation. quæſt.* 11. *artic.* 7. *ſub n.* 82. *verſic. ratio eſt.*

Qui *num.* 163. poſt Bartol. doctrinam, Man-
11 dellium, & alios, * hanc concluſionem extendit ad Judicem Delegatum Principis, qui ſi ultimam ſententiam dixerit in gradu appellationis, illam poteſt exequi, & executoriales licitè expedire firmant.

12 Secunda fundamentalis ratio eſt, * ne continentia cauſæ dividatur, ex *l. nulli*, *C. de judiciis*, quam reddunt Muſcatellus, Mola, Nizol. & alii citati, per Marium Giurbam *in de-*
13 *ciſ.* 96. *num.* 3. Magna enim eſt unius * cauſæ ad ſeipſam continentia, ut dicit Cynus *in l. profeſſos*, *C. de judiciis*, quod procedere voluerunt Doctores, * non dum in principali negotio, ſed in alio etiam ab eodem originem trahente, Felinus *in cap. ex tenore*, *num* 19. *de reſcriptis*, Baldus *in cap.* 1. *col. final. de controverſ. inveſtitur.* Polydorus Ripa *obſervatione* 140. *n.* 2. & 3. Cavagn. *ad decretum Monti-ferr.* 22. §. 2. *n* 3. Fachineus *controverſ. judic. lib.* 11. *cap.* 7. *fol.* 75. Riminaldus Senior. *conſil.* 320. *n.* 20. *vol.* 2. Marius Giurba *deciſion.* 23. *n.* 1.

Et ideò ex hac ratione ſi prima ſententia in
eo ſit ſtatu, * quæ exequi poſſit, ad illum per- 15
tinet Judicem, qui juriſdictionem præoccupavit, quia continentia cauſæ dividi non debet, tam reſpectu cognitionis, quàm executionis; etenim juriſdictionem qui præoccupavit in cognoſcendo, præoccupaſſe intelligitur in exequendo, Sebaſt. Sapia *in l. cum quædam puella*, *numer.* 18. *ff. de juriſdict. omnium jud. repetit. vol.* 1. Petrus Surdus *conſil.* 132. *num.* 22. Giurba *dict. deciſ.* 23. *num.* 2. quæ faciunt ad ea, quæ exactiſſimè adduximus *in tract. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 14. *à num.* 89. *cum pluribus ſeqq.* ubi abundè poſt longam diſputationem reſolvimus, * ad Judicem ſecularem, ubi compe- 16
tens ſit cognoſcere de cauſa Clerici, pertineat executio realis, non perſonalis, quam opinionem validiſſimis fundamentis fulcivimus; quæ nec attendens, nec aliqua profſus opinione conſiderans, ſed ex capite claudis oculis * noſtram contradi- 17
xit noviter Summiſta ille Ant. Diana *reſol. moral.* 3. *p. tract. de immunit. Eccleſiaſt. reſol.* 4. Quem nunc ulterius non carpimus, alibi eundem juris principia docebimus, nè audacter, temereque contra tot fundamenta juris inevitabilia, tantorumque Doctorum veram doctrinam quos ibidem citavimus, ulterius præcipitetur, tractet fabrilia fabri, & ne mittant falcem in meſſem alienam.

Ex quibus quidem reſolvendum * erit, quo- 18
regulariter, quoties ſemel devoluta fuerit ad Romam, aliumve Judicem ſuperiorem Eccleſiaſticum cauſa ipſe libere & legitimè poterit fuæ ſententiæ (ſi aliàs de jure executorium mereatur) executoriales expedire, & exequi condemnatum abſque eo, quod prima inſtantia Ordinaria percuſſa dicatur, nec ad hanc per Senatum fiet executorialium harum remiſſio.

Hæc noſtra vera reſolutio duas patitur limita- 19
tiones, * in quibus executoriales iſtas Ordinario per Senatum remittendas eſſe, ut de executione cognoſcat, erit inſuper affirmandum, attenta juris ſubtilitate non tamen ſtylo contrario, de quo inferiùs *num.* 30. *in fin.* Sed pro diſputandi ratione.

Prima limitatio ſit, quando coram Judice ſu- 20
periore ex ſua ſententia * fuit executio petita non officio Judicis; ſed intentata fuit actio judicati, quia cùm iſta ſit omnino movenda coram Judice rei quomodolibet competente ipſius, contra quem competit, Bart. *in l. à Divo Pio*, §. *ſententiam*, *ff. de re judic.* ſequutus à Cuma, & Alex. ibidem Bald. *in l.* 2. *col.* 2. *C. de executione rei judicatæ*, & *in l. Argentarium*, *ff. de judiciis*, Angelus *in l.* 4. §. *conventionem ff. de re judicata*, Petrius *in cap. poſtulaſti ad finem de foro competenti*, Petrus Surdus plenè *in conſil.* 204. *num.* 8. Caſtrenſis *in l.* 4. §. *aut prætor*, *ff. de re judicata*, Muſcatellus *de appellationibus* 1. *part. gloſſ. demandatur*, *num.* 25. Giurba *deciſ.* 96. *ſub n.* 3. & *n.* 4. & 5.

Qui tamen omnes licèt * concludant com- 21
petentem rei condemnati dici non ſolùm primus judex Ordinarius, verùm & etiam ille ultimus

ap-

appellationis, qui ultimam ſententiam tulit, & propterea poſſe dictam actionem intentari coram Judice Ordinario, & coram Judice ſuperiori condemnante, ut & ulteriùs probat poſt Franchum Scaccia *de appellationibus, quæſt.* 11. *articul.* 7. *n.* 165. *verſicul. Reſtringe ſecundo*, in hæc: *Reſtringe ſecundò declarando ut procedat, quando pro executione ſententiæ imploratur officium Judicis, quod ex ſententia producitur, & habent paratam executionem; ſecus ſi intentaretur actio judicati, vel in factum, quæ oritur ex ſententia, quia iſto caſu poterit intentari etiam coram Judice, à quo, cum poſſit intentari coram quolibet Judice Ordinario, ſicut & quælibet alia actio* Franchus *in cap. tertio, Romana*, §. *final. ſub verſic. Limita tamen, de appellationibus in* 6. *&c.*

22 Dixit etiam Rota, & per † Alexandr. Ludoviſ. *deciſ.* 45. *num.* 1. & 2. in hæc: *Et ſententia non fuit ab ipſo Vicelegato, ſed à quodam Joſepho Suarez lata, unde ab ipſo, non ab alio debebat executioni demandari, cap. quoad conſultationem de re judicat. l. properandum*, §. *ſin autem, C. eodem tit.* Doctores *in leg. à Divo Pio*, §. *ſententiam*, ubi Jaſon, *n.* 3. *ff. de re judicata*, cum aliis per Surdum *conſil.* 204. *n.* 1. quod procedit, ſi fuit petita executio officio Judicis nobili, licet ſecus, ſi eſſet intenta actio in factum, ſeu rei judicatæ, quæ poteſt coram quolibet alio Judice intentari, *leg. final. in fin. C. de præſcriptionibus longi tempor.* Felinus *in cap. poſtulaſti, num.* 11. *de foro competenti*, Surdus *ibi n.* 7. *&c.*

Tamen parumper ſubſiſtendum; etiam licet 23 quando intentatur † actio judicati & in factum competens Judex etiam dicatur ſuperior, qui ſententiam tulit, ut probant ipſi omnes Doctores hoc videtur intelligendum, quando reus condemnatus, contra quem ea actio intentatur, in loco ſuperioris reperitur: explicabo libenter, eſt quippe Judex appellationis in hac actione Judex competens, non 24 quia ſit ordinarius rei condemnati, † nam is juriſdictionem habet in territorio Ordinarii legatam, quæ nec fortitur effectum, niſi appellatione mediante, & coram ipſo legitimè introducta, Gloſſa *in cap. Paſtoralis, de officio Ordinarii*, Guido Papæ *deciſ.* 436. Amatus *deciſ.* 33. *n.* 7. & 8. Berretus *conſil.* 17. *n.* 15. Cartarius *deciſ.* 68. 29. Petrus Surdus *conſil.* 57. *num.* 18. Natta *conſil.* 82. & *conſil.* 580. *n.* 5. & ſuper devolutus Ancharran. *conſil.* 36. Afflictis *deciſ.* 145. Cavalcan. *deciſ.* 25. *n.* 6. *part.* 1. Surdus *deciſ.* 266. *n.* 11. & *deciſ.* 147. *n.* 2. Bertazolus *conſil.* 254. *n.* 10. Berojus *conſil.* 120. *n.* 8. *vol.* 3. & eſt in his terminis juriſdictionis Eccleſiaſticæ textus expreſſus *in cap. cauſæ omnes* 20. *ſeſſ.* 24. *de reformatione, cap.* 20. & nos paſſim id diximus in diſcurſu hujus 2. *part.*

Sed dicitur Judex competens iſte Judex ſupe- 25 rior eo, quod tunc agitur † ex quaſi contractu celebrato in judicio, & qui oritur ex ipſa ſententia, *l.* 3. §. *idem ſcribit ff. de peculio*, & per conſequens propter forum quem ſortitur ex ipſo quaſi contractu convenitur, *leg.* 3. §. *idem reſcribit, ff. de* 26 *peculio.* Et quod ratione quaſi † contractus, ſicut & ratione contractus ſortiatur quis forum, eſt textus expreſſus *in l. hæres abſens* 19. §. 1. *ff. de judiciis*, & ibidem latiſſimè plura congerens Petrus Barboſa *à n.* 1. *per totum*, §. *cui conſonat l.* 32. *tit.* 2. *part.* 27 3. Et ideo is Judex appellationis † competens ſimul dicetur, ut probant ex hoc fundamento Salicetus *in l. eos, n.* 8. *in fin. & nu.* 9. *C. de appellat.* Caſtrenſis *in leg.* 4. §. *ait pretor. ff. de re judicata*, Muſcatellus *dict. gloſſa demandatur, n.* 25. & prius agnovit Cinus *in dict. l. eos*, ſequuntur Baugior. *in retibus Ciciliæ* 132. *poſt annum, ubi firm.* & Mota *n.* 17. Giurba, qui melius explicat *in deciſ.* 96. *n.* 5. 6. & 7.

Igitur hanc doctrinam imitantes, † ſi in loco 28 Judicis ſuperioris non reperiatur reus condemnatus, in quem dirigitur actio in factum, tunc, cum ibi conveniri nequit, quia tunc fortitur quis forum loci contractus, aut quaſi contractus, ſcribi, non aliter reperiatur, *l. hæres abſens ff. de judiciis, c.* 1. §. *contrahentes de foro competenti, lib.* 6. plurimos Doctores ad id citavimus hac 2. *part. cap.* 5. §. 3. & *cap.* 27. *à numer.* 14. & *per totum caput.*

Sequitur, quod ſi in loco ſuperioris, reus con- 29 demnatus † non fuerit repertus, non poterit ibidem coveniri actione in factum ex re judicata, cùm ſuperior ipſe careat juriſdictione, & in eo ceſſet juriſdictionis competentia, unde fit quod ſi executoriales expederit, & exequatur reum; debeant iſtæ omnino per Senatum, reo recurrente, tradi parti, ut illis coram Ordinario utatur in prima hujus actionis inſtantia qui originaliter, naturaliterque Judex eſt competens. At verò ſi tempore deductæ actionis in factum in judicio ſuperioris † præſens in loco ſit reus conventus, legitimè 30 poterit ibidem exequi, quia tunc pariter Judex eſt competens ex hactenus relatis Doctoribus, nec ob id offendi dicitur prima inſtantia Ordinarii, cùm Concilium Trid. *in dict. cap. cauſæ omnes*, non excluſerit modos legitimos, quibus de jure quis fortitur forum alienum, ut latiùs deduximus *in dict. cap.* 5. *per tot.* Subtilis eſt & legitimus diſcurſus iſte de quo *à n.* 19. Sed nihilominus difficile erit admitti in praxi, cùm ſtylus univerſalis contrarium obſervet, cui ſtandum erit indiſtinctè, ſive condemnatus ibidem reperiatur, ſive non.

Secunda limitatio erit ad prædictam regulam generalem † à principio *hujus cap.* latè compro- 31 batam, ut non procedat quando prima ſententia tranſierit in rem judicatam, eo quod expreſſè vel tacitè fuerit appellationi renuntiatum, ut de expreſſa, quando ſcilicet partes in ſententia conſentiunt, & ab illis fuerit confirmata & approbata, ut tunc † non Judex appellationis, ſed Ordinarius in- 32 ferior, qui eam tulit, illam exequatur, firmant Bartol. *in dict. l. à Divo Pio ſub n.* 15. ibi: *Quandoque pars ſua ſponte. ff. de re judicata, l. præcipimus*, §. *officiis, ſub n.* 2. *C. de appellationib.* Veſtrius *in praxi Roman. Curiæ, l.* 8. *cap. ult. ſub n.* 9. *vers. ſed dices, fol.* 267. ſequitur Scaccia *de appellationibus, quæſt.* 11. *artic.* 7. *n.* 195. & Rebuffus *de executione ſententiæ, artic.* 7. *gloſſa* 9. *ſub n.* 6 *fol.* 364. Qui duo ultimi etiam loquuntur, quando appellans acquievit ſententiæ, aut renuntiavit ſuæ appellationi.

Per confirmationem tacitam tunc continget, † 33 quando condemnatus intra terminum non appellavit, quia tunc Judex qui ſententiam tulit, illam exequitur. Franchus *in cap. Romana*, §. *fin. n.* 3. *verſ. Aliquando prima ſententia, de appellationibus in* 6. Rebuffus *de ſententia execution. articul.* 7. *gloſſa* 9. *verſ. ſed dices*, Veſtrius *dict. lib.* 8. *cap. ult. ſub n.* 6. Mandoſus *in formula commiſſion.* 23. *executor. in verbo, Ob non proſequutionem, & in verbo Præfato R. D. auditori, folio* 125. & 126. Scaccia *de appellationibus, dict. q.* 11. *artic.* 7. *n.* 166.

Item etiam quando interjecta appellatio deſerta remanſit; nam Judex, † quia eam tulit inferior, illam exequitur, cùm tranſierit in rem judicatam, Felin. *in c. part,* 12. *el.* 2. *n.* 9. *de reſcriptis*,

Franch. *in c. ex ratione, n. 95. verf. Sexto quæritur, deserta appellatione, de appellationib.* Rebuff. *dict. art. 7. gloss. 9. n. 7.* Mandosius *in formulis commission. in commiss. 23. executor. verbo. Ob non prosecutionem, fol. 125.* Pract. Papien. *in forma appellation. à sentent. diffinit. glossa in causis & rationib. sub. num. 3. fol. 476.* Vestrius *dict. lib. 8. cap. ult. n. 9. versic. Sed dicet*, latè explicat, & extendit Scaccia ubi proximè *à n. 167. cum seqq.*

Et est ratio, quia ob desertam appellationem
35† Judex superior jurisdictione caret, *l. ult. C. de temper. appellation. l. si quando, C. eodem tit.* quam in proposito reddunt Baldus & alii, *in l. si contra, C. de appellationibus.* Baldus *in Authentic. si quis litigantium, C. de Episcopali audientia*, Abb. *in cap. pastoralis, §. præterea de officio, Delegati, & in cap. cum Ecclesia de appellationibus*, Minsinger. *singular. observation. centur. 4. observat. 94.* observat Asini. *in pract. dict. cap. 7. §. 1.* Blater. *in l. diffamari, cap. 11. num. 55.*
36 Catharius *in decis. 10. nu. 7. cum seqq.* Ubi extendit, etiamsi ob desertionem † Judex appellationis confirmaverit sententiam inferioris Ordinarii, quia caret jurisdictione, & satis ob desertionem sit à jure confirmata, Scaccia ubi proximè, *n. 170.*

Ex quibus sequitur manifestè, quod cum in his
37 casibus superior † careat jurisdictione, & inferiori Ordinario competat sententiæ tacitè, vel expressè approbatæ per partem, aut partes executio: si superior illam intentaverit, causa executionis ad Ordinarium erit remittenda per Senatum, ex latius hactenus comprobatis.

Circa has duas limitationes unum notabile ad-
38 vertas, † & quoad primam stando in meris & rigorosi juris terminis, juxta quod fundavimus illam *à num. 23.* satis perantè & dempto stylo, qui est in contrarium, ut agnovimus sup. *num. 30.* Eo igitur in casu, quando diximus causam executionis debere per Senatum remitti Ordinario, tunc simul trádendæ sunt parti executoriales, ut illis coram eo utatur, quoniam cum ad Judicem appellationis legitimè fuerit causa devoluta, & ipsi sententiam in rem judicatam translatam tulerit, ad ipsum pertinet executoriales expedire, ut illis pars utatur sivè officio Judicis, sive actione in factum ex Doctoribus *à principio cap. 26. tatis*, & idcirco sunt parti tradendæ, quoniam hæ executoriales sunt instrumentum rei judicatæ legitimè expeditæ, & eam probant ex his quæ abundè diximus *de Regia protect. 4. part. cap. 1. per totum.* At ideò necessariæ sunt ad proponendum, & prosequendam executionem coram Ordinario, juxta quæ nos latissimè hac *2. part. cap. 26. à principio*; quo etiam probavimus litteras, ex quibus oritur probatio juris partis, ei esse tradendas, ut coram Ordinario eis utatur, prout in hoc casu ibidem secundam resolutionem limitavimus.

At secus in casu hujus secundæ limitationis,
39 de qua *d. numer. 31.* dicendum erit, † quoniam quando tacitè, aut expressè pars acquievit sententiæ inferioris, nulla fuit superiori devoluta jurisdictio, sed ad inferiorem redacta, ut exequi possit suam sententiam solus, & ex ea executoriales per consequens expedire ad eundem effectum; quare cum superior in præsupposito casu expedierit executoriales, retinendæ erunt in Senatu, remissa causa executionis Ordinario; quia cum superior jurisdictione caruerit, acta à se gesta nulla omnia judicantur, ut latè diximus *in d. cap. 26. à numer. 33. & seqq. verf. At justificationem jam*, &c. Et propterea omnino inutilia ad effectum executionis remissæ Ordinario, quia nullam faciunt probationem, nec fidem in judicio; nec extra, juxta quæ comprobavimus *in cap. 26. à n. 34. & seqq. in 2. conclus. per totam*, usque ad cap. finem, ad quod te remitto pro pluribus huic resolutioni valdè necessariis.

CAPUT XXX.

De signatura propriæ manus Sanctissimi, & quales litteras, quave forma ipse subscribat, & quot à signatura per *Concessum*, nec non per *annulum Piscatoris* differat.

SUMMARIUM.

1 *Subscriptionis formula, qua signantur singulæ litteræ Apostolicæ, sive per Sanctissimum, sive per alios, ignotæ sunt etiam per Doctissimos in partibus Hispaniæ degentes, necessariæ tamen penitus recursus Regii cognitioni.*

2 *Supplicationes omnes, quæ per Datarium expediuntur, subscribuntur manu Sanctissimi.*

3 *Suppplicatio omnis duas cõtinet partes. Prima continet quod petitur; secunda absolutionem ab excommunicatione ad effectum dumtaxat consequendi gratiam, et clausulas non obstantes.*

4 *Supplicatio porrigitur Datario, et revidetur à quibusdam qui apponitur summarium contentorum referendum Sanctissimo per Datarium tempore subscriptionis.*

5 *Subscriptionem apponit Papa in eodem papyro supplicationis.*

Subscriptio omnis sive per Papam, sive per alios quoslibet in supplicationibus apposita dicitur signatura. ibid.

6 *Subscriptio Sanctissimi apponitur per fiat cum prima littera nominis proprii, quod Papa habebat ante creationem, non postea assumpti juxta morem Romanæ Ecclesiæ.*

7 *S. D. N. Urbanus VIII. hac ætate feliciter Ecclesiam universalem gubernans laudatur.*

8 *Urbanus VIII. ante creationem nominabatur Maphæus, et subscribit supplicationem per Fiat M. cum prima littera nominis propriì sua propria manu, et littera.*

9 *Supplicationis secundam partem quomodo subscribat Papa, et quo in loco ejusdem.*

10 *Supplicatio continens materiam justitiæ, et contentiosæ jurisdictionis, qua formula per Sanctissimum subscribatur.*

11 *Subscriptione per placet utitur Sanctissimus in commissionibus, quibus recte convenit.*

12 *Subscripta supplicatio per Sanctissimum ad quos officiales transmittatur, ut denique Bullæ super ea fabricentur.*

13 *Datæ gratiæ non attenditur, nec expeditionis litterarum, sed data parva, ubi utraque data concurrit ad aliquem effectum inter aliquos.*

Quod et latius explicatur ut sub data parva expediuntur litteræ, ibid.

14 *Parisius refertur attestans de signatura supplicationis propria manu Sanctissimi, et de ejus praxi.*

15 *Supplicationis primam partem qua formula subscribat Sanctissimus.*

16 De

16 *De efficacia verbi* Fiat, *quo in subscriptione supplicationis utitur Papa, et qua ratione per Fiat subscribat.*
17 *Signatura per* Fiat *solus utitur Papa.*
18 *Signatura per* Fiat *aliis latior est et potentior.*
19 *Et ut favorabilior aliis signaturis præfertur.*
20 *Supplicationes subscribit Papa ut plurimum in sua Camera præsente Datario aliquando in plena signatura.*
21 *Supplicationes subscribit Papa propria manu, et cum prima littera sui nominis proprii, litteras verò desuper explicatas nullatenus, imò in eis apponitur nomen assumptum in creatione: et quare, et sequentibus.*
22 *Supplicationes subscribit Sanctissimus propria manu, et nomine proprio, quia facit actum personalem, et actionem propriam à sua voluntate, et animo pendentem.*
23 *Litteræ fabricantur ab officialibus Sedis Apostolicæ, cujus virtute officia gerunt, et ideò nomen Pontificatus apponunt.*
24 *Anastastii Germonii ratio hujus diversitatis alia apponitur.*
25 *Signatura per concessum utitur Prælatus habens facultatem à Papa, exceptis quæ immediatè expediuntur per Datarium, et quales hæ sunt,* et 26.
27 *Prælatus habet limitatam potestatem signanter signandi supplicationes ad beneficia certa quantitatis.*
28 *Supplicationes cæteras omnes cujuslibet generis subscribit Prælatus, cujus opera utitur Papa ad exonerationem tantorum gravissimorum negotiorum.*
29 *Prælatus habens à Papa facultatem signandi supplicationes, qua forma per concessum subscribat. Et tam in prima supplicationis parte quàm in secunda, ibidem.*
30 *Supplicationem impertinentem, et non dignam concessione, quando rejiciat Prælatus.*
31 *Praxim subscribendi supplicationes, per concessum apponit Flaminius Parisius hic relatus.*
32 *Papa utitur signatura per* Fiat, *Prælatus verò per concessum, ibidem.*
33 *In signatura gratiæ licet adsit differentia inter Papam, et Prælatum, in signandis supplicationibus justitiæ, nulla, vel modica.*
34 *Super supplicationibus, sive à Papa subscriptis, sive à Prælato, habente Papæ facultatem litteræ et Bullæ, uno, et eodem modo pariter ab officialibus fabricantur.*
35 *Prælatus juxta negotii gravitatem aliquas litteras defert Sanctissimo subscribendas, si adest justa causa, subscribit propria manu.*
36 *Senatus Regius non admittit commissiones in prima instantia subscriptas per concessum.*
37 *Prælatus signans per concessum, licet dicat in præsentia D. N. Papæ, in præsentia Papæ nunquam subscribit, sed in domo sua.*
39 *Præsentia Papæ quam asserit Prælatus in sua signatura per concessum est ficta.*
39 *Concil. Trid. forma subscriptionis est personalissima, excludens omnem fictionem, et veritatem repræsentativam, atque subscriptionem per æquipollens*
40 *Cap. in constitutionis* 24. *quæst.* 2. *ponderatur pro illa præsentia ficta, qua in sua signatura per concessum utitur Prælatus.*
41 *Signatura per* Fiat, *præfertur signaturæ per* concessum.
42 *Et si signatura per* concessum *habeat prægnantiores, et privilegiativas clausulas.*
43 *Potentia verbi,* Fiat. *præponitur cuilibet alii verbo præceptivo, et voluntatem magis demonstrat. Gratia per* Fiat, *præfertur gratiæ per* concessum, *quando sub eodem die utraque sonet, ibid.*
44 *Prælatus habet facultatem subscribendi supplicationes ad beneficia, ut supponit Regula Cancellariæ.*
45 *Subscriptio per* concessum *in commissionibus avocatoriis in prima instantia non supplet defectum subscriptionis propria manu Sanctissimi.*
46 *Supplicationes super avocatione causarum in prima instantia, quando et quomodo per Datariam expediuntur, et quomodo rationalis causa comprobanda.*
47 *Sanctissimus difficillimè subscribit litteras avocatorias ab Ordinario, nisi justa, et probata adsit causa.*
48 *Commissiones agitandas in Curia, et in partibus avocatorias in prima instantia diversimodè subscribit Sanctissimus.*
49 *De signatura per Annulam Piscatoris, et quæ litteræ per eam signentur.*
50 *Annulus Piscatoris, quæ signa, et figuras habeat*
51 *Sigillum quæ signa habeat, ut illi fides detur, ibid. et* 52.
53 *Litteræ annullo Piscatoris muniendæ plures simul deferuntur Sanctissimo in cujus præsentia sigillantur.*
54 *Per annulum Piscatoris non satisfit formæ personalissimæ subscriptionis propriæ manus Santissimi.*
55 *Per annuli Piscatoris munimen non satisfit Tridentino desideranti rationabilem causam in avocatoriis primæ instantiæ.*
56 *Litteræ tangentes justitiam, seu commissionem cognoscuntur in cordulis Canapi.*
57 *Litteræ principalis gratiæ cognoscuntur in cordulis sericis rubrei, croceique coloris.*
58 *Litteræ executoriæ gratiæ habent cordas Canapi.*
59 *Per plumbum sigillantur omnes Bullæ expeditæ per Cancellariam, aut Cameram.*
60 *In sigillo plumbeo quare apponitur facies Sancti Pauli ad dexteram, et S. Petri ad sinistram.*
61 *Plumbeum sigillum quibus litteris circumscribitur.*
62 *Quæ litteræ Apostolicæ plumbentur, et quando plumbeum sigillum pendet ex cordulis sericis, aut ex cordulis Canapi.*
63 *Plumbatæ postquam sunt litteræ, gratia dicitur perfecta, ex ea agi potest, et possessio apprehendi,* 64. *et* 65.
66 *Commissiones causarum non valent nisi litteræ fuerint expeditæ.*
67 *Jurisdictio licèt adquiratur à tempore Datæ, ad ejus tamen exercitium requiruntur litteræ, et earum præsentatio delegato.*
68 *Per nullam signaturam, seu subscriptionem in litteris avocatoriis primæ instantiæ satisfieri formæ personalissimæ Concilii Trid. requirentis subscriptionem propria manu Sanctissimi, et* 69.

SÆpissime in discursu hujus secundæ partis, & ferè in cunctis ejusdem capitulis de subscriptione propria manu Sanctissimi † 1 in commissionibus apponenda, juxta formam Concilii Trid. *Session.* 24. *de reformatione*,

cap. 30. *causæ omnes*, tractavimus; sed styli Romanæ Curiæ, & quomodo ipse scribere soleat, plurimi etiam doctissimi in his partibus Hispaniæ sunt expertes; operæ propterea pretium duximus, hoc in loco praxim Curialem (non absque parvo labore à nobis tum ex longo, consuetoque cursu atque variæ Rotæ decisionem, & Doctorum lectione, tum etiam ex continua peritissimorum Curialium communicatione, fidentissimaque relatione, adquisitam) inferenda fore, ut cunctis in hoc Regio consilio Supremo versantibus nota sit deinceps, aliisque incidentes difficultates inde tractandas & resolvendas, quæ valdè huic recursui & utiles, & necessariæ sunt, admodumque obscuræ, & ab omnibus non ita facilè recognitæ, coguntur potiùs quotidie in plurimorum casuum occurrentia mendicare.

Et licèt ex Concil. Trid. *in cap. causæ omnes session.* 24. *de reformat.* Subscriptio requiratur † pro forma in ipsomet rescripto avocatorio primæ instantiæ, ita ut Senatus Regius nullo modo contemnetur sol. supplicatione subscripta (dubius de fine quorumdam declarationum, quarum meminimus, & retulimus infra hoc *cap.* §. 2. *à num.* 8.) Sicuti intentius attentè examinavimus inferius *in* §. 5. *per totum*: tamen formam, & modum subscribendæ supplicationis (de qua Doctores tractant, & stylus Romanæ Curiæ observat) *hoc cap.* dilucidè discutiemus, ut illum applicare facilè quis possit ad subscriptionem rescripti, quæ in ipso apparere debet in Senatu, quo & ipsa supplicatio juxta præfatum stylum subscribi consuevit. 2

Omnes igitur ferè supplicationes quæ per Datariam expediuntur, subsignari, & subscribi affolent per propriam manum Sanctissimi, in hac forma. Fit supplicatio in uno folio papyri, quæ habet † duas partes; in prima fit relatio ejus quod à Sanctissimo petitur, & supplicatur, juxta Mandosium *in Regula* 19. *Cancellariæ, quæst.* 9 *n.* 2. Ant. Augustin. *decis.* 256. *lib.* 3. Peregrin. *decis.* 111. Crescentius *decis.* 209 *lib.* 1. Omnes in manuscriptis; in secunda supplicationis parte petitur absolutio ab excommunicatione; ad affectum dumtaxat obtinendæ gratiæ petitæ in priori parte supplicationis, & simul mentionantur aliquæ clausulæ ordinariæ, nempè derogationes, & non obstantia, &c. 3

Quæ supplicatio porrigitur postea Domin. Datario Romani Pontificis, & revidetur à quibusdam † officialibus deputatis, à quibus in calce ejusdem supplicationis apponitur summarium eorum, quæ in prædicta supplicatione continentur, quod quidem summarium solet legi, & referri dumtaxat per Datarium Sanctissimo D. N. Papæ, qui quidem tunc signat supplicationem in eodem papyro (quæ signatura dicitur subscriptio † propria manu Sanctissimi) sicut generaliter omnis subscriptio, cujusli bet Cardinalis Præfecti signaturæ sivè gratiæ, sive justitiæ, vel alterius Prælati hoc habentis in facultate sibi concessa per Papam litteras gratiæ, aut justitiæ, dicitur signatura; ut notissimum sit cunctis, & ex dicendis apparebit. 4 5

Quæ subscriptio ita efficitur propria manu Pontificis, *Fiat ut petitur*, *M.* cum prima † littera dumtaxat nominis proprii Pontificis, quod nempè habebat ipse antequam ascenderet ad Sedem Pontificalem, & non nominis proprii, quod post electionem & adorationem assumpsit, cum mos sit notissimus Romanæ Ecclesiæ, ut Pontifex noviter creatus signet nomen proprium, & aliud suo ex arbitrio assumat, ut exemplo Sanctissimi † Domini nostri Papæ Urbani VIII. (qui hac nostra ætate tantis dotibus prudentiæ eminentissimæ, cunctisque notissimæ scientiæ, & sanctitatis ornatus, Ecclesiam sanctè, pièque & feliciter universalem gubernat, & utinam regeret per immensa secula) ante suam creationem † nomine proprio & naturali, seu è fonte Baptismali nominabatur Mapheus, & appellativo cognomine Barberinus (illustrissimæ admodum prolapiæ, quam utinam per institutum nostrum nobis liceret longius extollere & altius percantare.) Igitur sic subscribit supplicationes prædictas, *Fiat ut petitur M.* cum sola prima littera prioris nominis proprii, quod (ut diximus) erat Mapheus, quod & affirmant Doctores mox citandi. 6 7 8

Et hoc modo prædicto signat seu subscribit sua propria manu, † & littera prior orem supplicationis gratiosæ partem, secundam verò ad marginam clausularum hoc modo simpliciter, *Fiat. M.* dempta oratione, *ut petitur*. 9

Si autem supplicatio † contineat materiam justitiæ, atque contentiosæ jurisdictionis diversa utitur signatura, seu subscriptione sanctissimus hoc modo, *placet M.* motus proprios autem, aliasve constitutiones Apostolicas, ita subscribit *placet motu proprio M.* ita latè videre est per Ludovic. Gomez *in compendio utriusque signaturæ*, posito in Regula *de non judic. juxta formam supplicationis sub quæst.* 16. *verfic. Primo quia major pœnitentiarius, &c. fol. mihi* 147. *& versic. seq.* incipit, *& licet, &c.* & in versiculo, *Et si quæratur, quare potius* † *per hujusmodi verbum placet, latè tractat & reddit juridicam rationem, quod verbum placet convenit cum essionibus, &c.* 10 11

Et istæc subscripta supplicatio transmittitur ad officium datæ parvæ, ubi præpositus opponit in calce datam diei, & mensis, atque annum Pontificatus, inde supplicatio mittitur substitutis Reverendissimi Datarii, ut ille apponat datam ubi scribit, *Datum Romæ apud S. Petrum anno &c.* Hinc vadit ad Officialem de missis, qui aufert datam parvam, & summarium & supplicatio mittitur ad registrum, quo registrata remanet, & aliis adhibitis stationibus, per abrevatores traditur parti, quæ faciet confici ere minutam litterarum; & postmodum litteræ conficiuntur & hæ litteræ plumbantur, & tandem registrantur, quarum vigore apprehendi potest possessio. Et nota aliter quod ubi concurrit † competentia super datam & tempus ad aliquem effectum inter litigantes, non accipitur data gratiæ; nec Data & tempus expeditionis litterarum: ita determinavit Rota, ut per Seraphinum *decision.* 318. *num.* 1. Et etiam quoad validitatem gratiæ tempus datæ attenditur, ut latè ipsa Rota per Seraphinum *decision.* 341. *nu.* 9. 13. & 21. Et quod tempus datæ non tempus expeditionis litterarum, nec etiam tempus supplicationis subscriptæ attenditur citato Augustino Barbosa & aliis asserit Castillo *in tractatu de tertiis, cap.* 41. *n.* 62 & 63. 12 13

Sed nullus eorum agnovit hujus doctrinæ mysterium, notum dumtaxat practicis & versantibus in stylo Romanæ Curiæ, qui in partibus extra eam admodum occultus est: explicant tamen & singulariter Hieronymus Gabriel *cons.* 104. *n.* 1. *vol.* 1. Scott Cassiad. *decis.* 1. & 2. *de rescriptis*, Rota per Cardinalem Palæotü *decis.* 72. *in fine* Illustrissimus Gratianus *in disceptation. forens. tom.* 1. *cap.* 191. *à principio*, qui rectè asserunt datam (quæ fit attendenda) esse illa parva data, quæ à proposito [illegible] apponi-

apponitur poſt jam ſubſcriptam ſupplicationem à Papa, aliiſve miniſtris hanc ab eo habent facultatem ſignandæ ſupplicationis, ita ut nec tempus ſignandæ & ſubſcriptæ ſupplicationis (quæ adhuc eſt) nec data & tempus quo litteræ deſuper conficiuntur, attenditur ſed tempus quo apponitur illa data parva, ita ut gratia ſignata præcedens (per quam in rei veritate conceſſio perficitur) ſignatur attenta ea die, qua parva data facta eſt, & appoſita, ita ut non detur probatio in contrarium tanquam contra fictionem, adversùs quam probatio non admittitur; ideò rejiciuntur articuli tendentes ad probationem quod gratia alia die facta ſit, & omnia quæ poſt parvam datam geſta ſunt, & quæ ſubſequuntur ſignaturam Papæ, retrotrahuntur ad diem, quo obtenta eſt parva data, & appoſita, & perinde eſt ac ſi ſub eadem die cuncta facta fuiſſent. Et licet multò poſt litteræ de ſuper conficiantur, hoc tempus (ut diximus) non attenditur, ſed tempus datæ parvæ, ſub qua litteræ ipſæ expediuntur, cui ſtandum eſt juxta ipſarum litterarum tenorem, & uſitatum Romanæ curiæ ſtylum ſemper obſervatum, ut per Gratianum & alios Doctores *ſuprà* citatos videndum.

Nota etiam unum in quo plerique decipiuntur, quod litteræ aliquando expediuntur, *ſub data & ab anno Nativitatis Domini*, aliquando verò *ab anno Incarnationis*, ut tempus prioris datæ incipiat currere *à* 25. *Decembris Incarnationis*, tamen annus incipit *à* 25. *Martii*, Rota *in deciſ.* 180. *à nu.* 9. & 10. inter recollectas per Lud. Poſt. *poſt tract. de manutentione.*

Superiorem igitur ſignaturæ praxim & ſtylum
14 (qui vulgatiſſimus † eſt apud omnes Curiales) tradit Mandoſius *de infirmis reſign. quæſt.* 9. *n.* 2. & *quæſt.* 17. 9. Rebuffus *in praxi, tit. Bull. declar. num.* 12. latiùs Pariſius *in reſignation. benefic. lib.* 8. *quæſt.* 7. *n.* 15. *cum ſeqq.* quem (ut de omnibus & ſingulis particulis notitia habeatur) referam ita loquentem : Supplicatio enim reſignationis fit à Copiſtis in medietate unius folii papyri, & poſtea porrigitur R. P. D. Datario, quæ revidetur à quibuſdam Officialibus deputatis, à quibus in calce ſup-
15 plicationis † apponitur ſummarium contentorum in ea, quod ſolet legi vel referri per Datarium Sanctiſſimo D. N. qui ſignat ſupplicationem, *fiat ut petitur*, cum littera nominis proprii ante Pontificatum, *fiat ut petitur. A* tempore Pauli III. *fiat ut petitur M.* tempore Marcelli II. *fiat ut petitur P.* tempore Pauli IV. &c. Hoc tempore Sixti V. cùm vocaretur antea Felix, *fiat ut petitur F.* Et in margine clauſularum ſignat, *Fiat. F.*

Poſtquam ſignata eſt ſupplicatio, iterum revidetur ab Officialibus, & hi ſolent apponere in calce, componat ſi eſt reſervata penſio, aut fructus, & tranſmittitur ad officium datæ parvæ, cui officio Præpoſitus in calce ponit datam diei & menſis, ac annum Pontificatus: & poſtea datur officialibus præpoſitis ſuper compoſitionibus, & ibi ſolvitur compoſitio (ſi materia hoc exigit) qua ſoluta, ſupplicatio mittitur ſubſtitutis Reverend. Patris Datarii, qui illam porrigunt ipſi Datario, ut apponat datum, nam ſcribit, *Datum Romæ apud Sanctum Petrum, idibus, &c. anno* 6. & poſtea conſignatur officiali de miſſis, à quo apponitur in calce, *Miſſa die tali, cum manu Datarii M. data tempore Gregorii XIII. E. prodiit hoc tempore*, nam eſt Cardinalis, ideò ſubſcribit probatur, & iſte Officialis de miſſis aufert datam parvam, & ſum-

marium, & ſupplicatio mittitur ad regiſtrum, & poſtquam eſt regiſtrata, auſcultatur à Magiſtris Regiſtri, qui illam mittunt in Cancellariam ad Notarium Regentis Cancellariæ, ut eam diſtribuat inter Abbreviatores; & Abbreviator, cui contingit, illam dat partibus ſolutis quibusdam, & tunc pars vel partes faciunt conficere minutam litterarum, &c. Et poſtea expediuntur litteræ ſolutis conſuetis, &c. Et illæ litteræ plumbantur, & regiſtrantur, & harum vigore capitur poſſeſſio, &c. Hactenus Flaminius.

Qui quidem in eadem *quæſt.* 7. *nu.* 72. *& ſeq.* iterum ita ait : † & hanc primam partem ſuppli- 16
cationis Papa ſignat, *Fiat ut petitur F.* & hoc modo ſignandi ſupplicationes Papam uti, omnes ſciunt; nam ita obſervatum eſt ab antiquo tempore, ut etiam Deus Optimus Maximus in mundi creatione dixit, *Fiat lux, & facta eſt. Geneſ.* 1. Ita ejus Vicarius ſuam gratiam ſignat per *fiat*, ita Rebuffus *in praxi in* 2. *part ſignat. n.* 14. ubi *num.* 16. dicit hoc verbum, *Fiat*, ſignificare gratiam fieri de præſenti, juxta illud Evangelii, *Fiat mihi ſecundum verbum tuum*, & tradit in Rege Afflictis *deciſ.* 253. ideò ſtatim perfecta eſt gratia, Calderinus communiter receptis *in cap. quiſquis, de electione*, Felinus *in rubrica de conſtitution. col.* 4. Selva *de beneficiis, part.* 3. *quæſt.* 22. *poſt. nu.* 6. Rebuffus *in concordat. tit. de mandat. Apoſtolic.* §. 1. *in verbo, item diſpenſat.* Et ita ſignat ſolus Papa, † ut tradit Mandoſius, *reg.* 33. *de ſignatura* 17
per fiat quæſt. 2. *n.* 3. & ideò dicitur latior, favorabilior, & potentior † ſignatura à Summo Pontifice 18
Alexand. *conſil.* 195. *n.* 10. *verſ. Addidem. l.* 2. Sarner. *in compendio utriuſque ſignaturæ, n.* 7. Et præfertur aliis, † ut dicitur *in dict. regula, de non* 19
judicando juxta formam ſupplicationis. In ſua camera præſente Datario, &c. Aliquando in plena ſignatura convocatis † & præſentibus quibuſdam 20
Cardinalibus, & Referendariis ſtatuta *die Martis*, vel *Sabbati.* Hactenus Pariſius. Quod & idem etiam firmat Lud. Gomez *in compendio utriuſque ſignaturæ*, poſito *in regula de non judicando juxta formam ſupplicationis quæſt.* 16. *verſ. Legatus verò de Latere;* quam praxim amplè & clarè explicat etiam Mandoſius ſuper *reg.* 33. *de ſignatura per fiat & conceſſum, quæſt.* 2. *à principio.*

Sed circa hanc ſubſcriptionis formam oritur difficultas, † quare nempè ea utatur Sanctiſſimus in 21
ſupplicationibus ſubſcribendo cum prima littera ſui nominis proprii, attamen in Bullis, Brevibus, cæteriſque expeditionibus utatur nomine novo ſibi assumpto tempore creationis, in quibus quidem omnes nomine uti Pontificatus, à quo litteræ prædictæ ſic initium aſſumunt, *Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, &c.* quam difficultatem movet ad longum Gomezius *in compendio utriuſque ſignaturæ, verſ. Sed his pulchrum dubium, fol mihi* 145. à tergo, ibi: *Quare Papa in ſignatura ſupplicationum ponit primâ litteram ſui proprii nominis, in Bullis verò nomen Pontificatus*, ubi diverſitatis plures reddit rationes, inter quas ſecunda magis mihi conſonat, quam ponit in verſiculo. *Solutio. Ideò nempè in ſupplicationibus ſignat † & ſubſcribit nomine proprio & naturali, quia eſt* 22
actus naturalis, ac propria & perſonalis ipſius actio, & ex ſuo proprio animo & voluntate dependens principaliter, & ſic dicitur gratias in Bullis autem, & litteris poſtmodum expeditis, † nõ ita, nec eas ſignat Sanctiſ- 23
ſimus ſua propria manu, quia expediuntur per officiales Sedis Apoſtolicæ, ac propterea ſcribi, aut & intitulari

nomine Pontificis, cujus, virtute ipsi officiorum administrationem suscipiunt. Quia litteræ illæ respiciunt in principalis formalitatem, & probationem gratiæ pendentis ac animo intrinseco, & naturali personæ Pontificis, (ut latè diximus suprà *cap. 26. à principio*) *& sic tunc Sedes Apostolicæ attendi debet*, &c. Hactenus Gomezii observatio, Auastasius Germonius (referens Gomezium) *in tractatu de indulgentiis Cardinal. §. Sixtus, num. 22. in fin.*

24 aliam reddit † rationem, dicens hanc varietatem tituli, & nominis in supplicationibus, & in Bullis proveniri ex antiquo stylo de consuetudine Romanæ Curiæ, ut Historiæ concordes sint cum Pontificatibus.

Secundo modo subscribuntur supplicationes,
25 per *concessum*, quæ quidem † subscriptio vulgo dicitur signatura per *concessum*, qua quidem signatura utitur Cardinalis Præfectus signaturæ gratiæ, vel alius Prælatus, ad id specialiter, electus, & deputatus à Papa, à quo plenissimam habet potesta-
26 tem, ut queat expedire, † subscribere omnes supplicationes exceptis iis, quæ per R. Datarium immediatè expediuntur, per signaturam propriæ manus Sanctissimi, & illæ sunt præsertim, quoties impetrentur præbendæ, Dignitates, Episcopatus, & alia beneficia Ecclesiastica majora, ut superius diximus, quæ excedunt certam summam, quia etiam iste Prælatus signaturæ per *concessum* habet facultatem in impetrationibus beneficiorum, ut expressè constat ex Regula Cancellariæ, *signatura per fiat præferatur alteri per concessum*, licet in
27 istis habeat suam facultatem † limitatam ad certam summam, ut clarè colligitur ex Alphonso Soto antiquo glossatore, *regul. Cancellariæ, ut in nu.* 1. ibi: *Si unus impetrat beneficium à Papa, & ipse signat prout consuevit facere*, fiat ut petitur: *Et ego impetro eadem die à Vicario Cancellario, vel ab alio, cui data est potestas signandi usque ad certam quantitatem, putà Vicecancellario, per regulas Cancellariæ, vel alteri per Bullam, qui signat per* concessum ut petitur. *Aliæ verò cæteræ supplicationes*
28 *cùm innumerabiles sint, & occupationes Sanctissimi sint immensæ, & continuæ ad ejusdem exonerationem, & ut facilius consulatur partium sumptibus, & dilationibus, istius Præfecti aut Prælati utitur industria & labore.*

Qui quidem Præfectus Cardinalis, vel Præ-
29 latus ad hoc specialiter † deputatus, vel potius ejus Officialis in dies recipit omnes prædictas supplicationes, & nocte illas tradit Prælato, quas perlegit, & subscribit hoc modo, *concessum ut petitur*, cum prima littera sui nominis proprii, ac etiam appellativi & dignitatis, videlicet, *concessum ut petitur in præsentia D.N. Papæ P. Paulus, Parisius* & si sit Cardinalis *concessum ut petitur in præsentia D.N. Papæ B. Cardinalis Tranensis*; & hæc subscriptio apponitur in prima parte supplicationis, eo loco ubi solet signare Papa, ut superius diximus. Ad marginem autem propè secundam partem supplicationis continentis absolutionem, & clausulas, ita subscribit; *concessum P. Paulus Cardinalis Parisius.*

Si autem supplicatio sit impertinens & indigna
30 concessione ob aliquod † inconveniens, subscribit, *rejicitur propter*, &c. Apponendo rationem & causam rejectionis, de quo infrà, *n.* 43.

Hinc praxim ponit Parisius de *resignation. benefic. lib.* 8. *tom.* 2. *quæst.* 7. *à num.* 25. in hæc: Ali-
31 quando † tamen supplicatio resignationis simplicis signatur à Cardinali Præfecto signaturæ gratiæ, nam postquam alius Referendarius apposuit manum in capite ipsius supplicationis, ipse Cardinalis signat in loco, ubi solet signare Papa, his verbis: *Concessum ut petitur in præsentia D. V. Papæ P. Paulus Cardinalis Parisius*, vel apponit manum Prælatus deputatus, ut infra dicetur, &c. Et iterum inferiùs ipse Flaminius *à nu.* 79. *& sequentibus*, ita inquit: Aliquando verò supplicationes signantur per signaturam per *concessum*, qua utitur Cardinalis Præfectus signaturæ gratiæ, vel alius Prælatus deputatus à Papa, hoc modo, *Concessum, ut petitur in præsentia D. N. Papæ P. Paulus Parisius, concessum ut petitur in præsentia D. N. Papæ B. Cardinalis Tranensis*, vel, *concessum ut petitur in præsentia D. N. Papæ G. Bastonus.*

Quam etiam praxim seu stylum scripsit † Lud. 32
Gomez *in Reg. Cancellariæ de non judicando juxta formam supplicationis, in compendio utriusque signaturæ, sub quæst.* 16. *vers. Secundus gradus est, fol. mihi* 136. in hæc: Secundus gradus est quando Papa eos signat, sed propter multiplices occupationes, earum signaturam alicui Cardinali, vel Prælato committit, tunc illi hodie in gratiosis, verbo, *fiat*, non utuntur, sicut Papa facit, sed istis verbis, videlicet, *concessum ut petitur*, vel, *concessum in forma in præsentia D. N. Papæ Cardinalis* Et ista signatura utitur Cardinalis in principalibus gratis, sed in reformationibus non concernentibus novam gratiam, sed dumtaxat aliquam qualitatem, & circumstantiam non signat *concessum in præsentia D. N. Papæ*; sed dumtaxat *concessum I. Cardinalis, &c.*

Et iterum *ibidem in vers. Est benè verus &c. in* 33
fin. ita ait: ergo † ita prima differentia sit inter istas res signatura gratiæ, & justitiæ, ut dixi in gratiosis solus Papa utitur verbo, *fiat*; sed Cardinalis, vel Prælatus, quibus signaturam committit, verbo, *concessum ut petitur*, utuntur, &c. Et paulò post *in vers. Et licèt &c.* in principio, ita scribit. Et licèt quoad signaturam gratiæ sit differentia in modo signandi inter Papam, & Cardinalem seu Prælatum, quibus Papa signaturam committit: tamen quoad signaturam justitiæ nulla, aut modica est differentia inter signaturam Papæ, & Cardinalis, nisi in hoc, ut quia Papa signat supplicationes commissarias per verbum, *placet A.* sed Cardinalis signat sic: *Placet S. D N. Papæ N. Cardinalis*, &c. singulariter etiam de hac praxi tractat, & explicat Mandosius *in dict. reg* 33. *de signatur. per fiat, & per concessum, quæstione* 12. *per totam*, ubi de subscriptione Papæ in prima parte supplicationis, & de ejus subscriptione in secunda supplicationis parte, & quomodo in utraque subscriptio apponatur, tam per Papam, quàm per Cardinalem, aliumve deputatum à Papa ad subscribendum supplicationes, cujus signatura dicitur *per concessum* latè explicat videndus.

Et postquam ab hoc Præfecto, seu Prælato sic
34 deputato subscriptæ † sunt supplicationes ad litterarum expeditionem per easdem stationes currunt, quales & subscriptæ per Papam, quia pariter eodem modo expediuntur, quo & supplicationes per Sanctissimum immediatè subscriptæ, ut notat Flaminius Parisius ubi proximè, *n.* 17.

At verò quando iste Prælatus signaturæ per
35 *concessum* considerat gravitatem † alicujus negotii, putà quia in Hispania, vel in Sicilia non admitteretur commissio avocatorii in prima instantia per suam signaturam per *concessum* subscripta ob stante S. Concilii Trid. dispositione, pro forma recurrentis personalissimam signaturam propriæ manus

Sanc-

Sanctiſſimi, ut ſæpè diximus, ipſam ſupplicationem refert Papa, cum cauſæ, & rationis relatione, quam ſi legitimam Sanctiſſimus judicat, propria manu ſupplicationem ſubſcribit.

Etenim in Hiſpania apud hoc Supremum
36 Concilium Regium, † ubi vigilantiſſimè cuſtoditur, & obſervatur Concil. Trid. nullatenus admittuntur ſubſcriptiones hæ per *conceſſum*; tùm quoniam licèt ipſe Præfectus, aut Prælatus deputatus à Papa dicat in ſua ſubſcriptione, *conceſſum ut petitur in præſentia D. N. Papæ*, non ideo procedit,
37 † quia in præſentia Sanctiſſimi hoc fiat, quia revera in domo ſua, vel in Palatio extra præſentiam Papæ ſemper ſubſcribit, ut per Mandoſium & Staphileum benè advertit Pariſius, *de resignatione beneficior. tom. 2. lib. 8. quæſt. 70. num. 80. & 81.* loquendo de hac ſignatura per *conceſſum*, in hæc: Et licèt hi ſignent extra præſentiam Papæ, tamen dicunt in præſentia, ut tradit Mandoſius *in de compendio utriuſque sign.* Staphileus *de litteris gratiæ & juſtitiæ fol.* 171. juxta primam impreſſionem, & hoc poteſt ſuſtineri duabus rationibus, ut tradit Mandoſius *in d. reg. 33. ſignaturæ per fiat, q. 2.*
38 *col. 2.* ut dicant in præſentia, † quia ſignant in Palatio Papæ, vel in urbe, ubi eſt Papa, *l. præſens, & l. ſeq. ff. de procuratorib. l. abſentem, ff. de verb. ſignific.* vel intelligant de præſentia ficta, circa quam Princeps fingere poteſt, *l. ſi iis qui pro emptor. ff. de uſucapionib.* Cardin. Pariſ. *conſ. 44. n. 8. vol. 4.* vel quia hoc faciunt de mandato Papæ, licèt uſus poſteà aliud obtinuerit, & in ſupplicationibus quæ ſignantur per Cardinalem Præfectum ſignaturæ gratiæ, ut per Prælatum, priùs apponit manum unus Referendarius gratiæ in capite in latere ſiniſtro hoc modo, *A. Glorierius. G. Burgeſius. L. Papius:* hæc Flaminius. Idem etiam firmat Lud. Gomezius *in reg. Cancellariæ de non judicando juxta formam ſupplicationis, ſub quæſt. 16. in compendio utriuſque ſignaturæ, verſ. Redeundo igitur, in fin.* Sed Cardinalis aut Prælatus habens ſignaturam hoc non facit, niſi domi.

Quare cùm forma Concilii Trid. *in dict. cap.*
39 *cauſæ omnes, de reformatione, ſeſſ. 24.* † ſit perſonaliſſima, requirens ſubſcriptionem ſeu ſignaturam propriæ manus Sanctiſſimi; non ſolùm omnem excludit fictionem, ſed etiam omnem veritatem repræſentativam, & ſubſcriptionem per æquipollens, aut ſubſtitutionem, prout latiſſimè comprobavimus hac 2. *part. cap. 6. verſ. Quarta exceptio, nu. 14. cum multis ſeq. uſque ad finem cap.* ſequitur quod in ſupplicationibus avocatoriis cauſarum ab Ordinario in prima inſtantia non ſufficiat ſignatura hæc per *conceſſum*, ſicut nec alia quælibet, quæ non ſit Sanctiſſimi.

Pro cujus ſignaturæ modo in illis verbis præ-
40 ſentia D. D. Papæ, † poteſt ponderari *cap. conſtitutionis, 25. quæſt. 2.* ibi: *Sive quæ ſcripto decrevimus, ſive quæ in noſtra præſentia videntur eſſe diſpoſita*, ponderato verbo, *videntur*, quod denotat fictionem & improprietatem ex vulgari axiomate: quem text. licèt aliqui Doctores intelligant in diſpoſitione Pontificis vivæ vocis Oraculo, ut per Tamburinum *in tractatu de jure Abbatis tom. 1. diſput. 16. quæſt. ſub nu. 2. verſ. Notandum*, ubi de ejus virtute & efficacia poſt Enriquez *lib. 7. de indulgentiis, cap. 24. n. 8.* Emanuel Sà *in ſumma, verb. gratia, n. 13.* Llamas 1. *part. method. cap. 7. §. 6.* Felicianus à Solis *in tract. de cenſib. cap. 15.* Lorent. de Peirinis *tom. 1. privileg. ſui Ordin. Minimo. in annotat. ad §. conſtit. 17. Julii 2. num. 4.* tamen eam intelligentiam videntur excludere verba ejuſdem text. ibi: *Sive quod in noſtra præſentia videntur eſſe diſpoſita*, quæ ſignificant ab alio diſpoſita eſſe in præſentia ficta, juxta verbum, *videntur*, nam per vivæ vocis oraculum diſpoſitio ab ipſo Sanctiſſimi ore immediatè procedit, non aliter, ut probant ipſi Doctores relati, atque ideo ad hanc præſentiam fictam in ſignatura per *conceſſum* videtur referri ille text. & ideo has litteras in ſignatura per *conceſſum* expeditas, vel retinet, vel remittit Senatus Ordinario juxta mirabilem diſtinctionem validè comprobatam, de qua *ſuprà hoc part. cap. 26.*

Tum etiam, quia litteræ expeditæ in ſignatura per 41
conceſſum, licèt magnam † habeant authoritatẽ, non tamen adæquantur litteris expeditis per *fiat*, hoc eſt ſuper ſupplicatione ſignata & ſubſcripta propria manu Sanctiſſimi, ut patet ex *regula Cancellariæ 29. de ſignatura per fiat*, quæ eſt 31. *Innocentii VIII. & 33. Pauli V.* ibi: *Item voluit idem Dominus noſter, quod concurrentibus eadem die ſuper quocum-* 42
que † *beneficio* per fiat, & per conceſſum *ſignaturis, ex his* per fiat, *etiam* ut petitur *habens, alteri* per conceſſum *etiam motu proprio habenti præferatur, etiamſi in illa* per conceſſum *prægnantioris, & quantumlibet privilegiativæ eſſent clauſulæ &c.* probant hoc diſcrimen multis quæſtionibus reſolutis, Mandoſius *ſuper eadem regula, quæſt. 1. & ſeq.* ubi plurimas difficultates reſolvit, latè etiam Pariſius *de reſignat. benefic. tom. 2. lib. 8. quæſt. 7. n. 86. cum ſeq.* ubi quod ſignatura per *fiat*, præfertur ſignaturæ per *conceſſum*, quoties duæ ſupplicationes reperiuntur ſignatæ, quarum una eſſet per *fiat*, altera per *conceſſum*, quia per ſignaturam per *fiat* ſubſcribit ſolus Papa, ut tradit Mandoſius *in regula Cancellariæ 33. de ſignatura per fiat, quæſt. 2. nu. 3.* Flaminius *ubi proximè, nu. 76. & nu. 77.* dicit, quod propterea ſubſcriptio & ſignatura per *fiat* eſt latior, favorabilior, & potentior alia qualibet ſignatura poſt Alexandrum *conſ. 195. à ſummo poſt, nu. 10. verſ. Ad idem, lib. 2.* Sarner. *in compendio utriuſque ſignaturæ, n. 70.* nec non potentia † ver- 43
bi, *fiat*, præponitur cuicumque alteri verbo præceptivo, ſeu demonſtrativo, aut inductivo, & voluntatem magis deliberatam & præciſam oſtendit, prout annotat Pariſius *d. quæſt. 7. n. 84.*

Et idem per eandem *regulam Cancellariæ 33.* firmant Gonçalez *in reg. 8. de menſis. § proœmiali, num. 318. & 319.* dicens, gratiam per *fiat*, ſub eadem die præferendam fore gratiæ per *conceſſum* etiam ex motu proprio, ex Caſſiodoro *deciſ. 15. de præbendis*, dicente hoc procedere eum ſi obtinens ex gratia per *conceſſum* poſſideat, quia etiam tunc eidem præfertur proviſus per ſignaturam, *fiat*, ſequitur Mandoſius *in dict. reg. 33. quæſtione 4. n. 1. & per totam.* Rebuffus *de pacificis poſſeſſoribus, ſub n. 300. ante fin. verſ. Ultimò ſi is qui habuit per conceſſum, &c.* & per Rebuffum, & Caſſiodorum, idem tenet Joan. à Cochier *in comment. ad dictam reg. 33. n. 16.* & Alphonſus à Soto antiquus gloſſator *in eadem regula 33.* aliàs 31. *n. 2.* in hæc inquit: Si unus impetrat beneficium à Papa, & ipſe ſignat, prout conſuevit facere, *fiat ut petitur*, & ego impetro eadem die à Vicecancellario, vel ab alio, cui data eſt poteſtas ſignandi uſque ad certam quantitatem, putà Vicecancellario per regulas Cancellariæ, vel alteri per Bullam: qui ſignat per *conceſſum ut petitur, &c.* Tunc ille præfe- 44
retur

retur nihil quia habet per *fiat : &c.* ex quibus *regula* 33. & Doctoribus citatis clarè patet, hanc facultatem signandi per *concessum* concedere Sanctissimum alicui prælato à se electo, & deputato etiam in beneficiorum impetrationibus, sicut & aliis supplicationibus, & suprà annotavimus *n.* 25. *vers. Secundò modo, &c.*

Colligitur etiam nostra resolutio, & stylus Se-
45 natus Supremi Regii, † dictans nullatenus adimpleri formam subscriptionis propria manu Sanctissimi, ad avocandam causam in prima instantia ab Ordinario; quando subscriptio ipsa expediatur in signatura per *concessum*, nec aliter per æquipollens, cum nullatenus sit idem, licèt generaliter Præfectus, seu Prælatus ad subscriptionem supplicationum per *concessum* habeat ampliſſimam potestatem; de quo abundè diximus, & probavimus hac 2. *part. cap.* 6. *n.* 14. *cum multis seq.*

Aliter etiam solent expediri hæ supplicatio-
46 nes avocatoriæ † causarum in prima instantia, prout perpendi ex relatione Augustini Barbosæ (satis ubilibet cogniti, ex suis singularibus, multisque commentariis in lucem editis, & edendis) ut quandoque etiam istæ supplicationes præsententur in Dataria in manibus Subdatarii, ut subscribantur propria manu Sanctissimi (prout certum est ut omnis generis supplicationes, quæ per Datarium expediuntur ad consultationem Datarii, Sanctissimus illas subscribit propria manu & litteras sicuti ad principium hujus capitis annotavimus) & tunc Subdatarius prædictus facit ci-
47 tare partem interesse habentem, † ad dicendum quare non debeat causa committi in prima instantia, & ut clarius pateat causa & ratio, qua se munit impetrans seu supplicans, ut Sanctissimus eam urgentem, & legitimam arbitretur: quæ supplica-
48 catio cum contradictione partis, † & utrarumque rationibus transmittitur ad Sanctissimum, qui quidem absque prædictæ urgentis causæ existentia nullatenus permittit causas abstrahi ab Ordinariis, neque partes extra suam Provinciam cum tanto dispendio, & sumptibus litigare cogi, & quantum in hoc concedendo difficilem se reddat summus ipse Ecclesiæ Pastor, D. Augustinus Barbosa mihi attestatur cùm etiam facta per eum maxima instantia, & importunitate pro causa cujusdam fratris sui, nunquam potuisse obtinere à Sanctissimo hanc signaturam propria manu, quia ubi non adest causa urgens & justa, vult quod expediantur per signaturam gratiæ, aut justitiæ; quod clarè patet ex iis quæ scripsimus hac 2. *part. cap.* 6. *à n.* 14. *cum multis seq.*

At si ratio & causa justa sit, has commissiones
49 dupliciter signat; † nam in Romana Curia commissas ita subscribit, *placet M.* si autem extra Curiam ad partes committitur petatur; hoc modo subscribit. *fiat M* & hæc commissio transit per cæteros revisores, & registratur in Dataria, atque postmodum traditur parti, ut expediat litteras, Bullas aut Breve per officium minoris signaturæ, ut superiùs latiùs dictum remanet.

Alia forma est signaturæ nempè per *annulum*
50 *Piscatoris* † quo munitur Brevia, & litteræ justitiæ seu commissiones, quæ quidem diversimodè apponitur, prout mox videbimus, siquidem annu-
51 lus Piscatoris habet in parte superiori † arma prosapiæ Papæ circumscripta iis litteris, *Urbanus Octavus Romanus Pontifex*: hæc enim solet continere sigillum, ut ei fides adhibeatur; nam primò necesse est, quod habeat certam quandam impressionem, ut *in l.* §. *fin autem socius*, ibi: *Sigillo impetrato. C. communia de manumission.* ubi Baldus, in qua impressione debet esse imago Principis, vel arma Regis, aut sigillantis, vel ejusdem Principis imago, seu alicujus Sancti, sicut in moneta, *l. fin. de veter. numisma potestat.* & dixit Baldus *in consil.* 376. *casus talis est, in* 3. *volum.* idem debet continere characteres, † seu litteras circum- 52
scriptas, ut sigillum Regis, vel alias litteras aptas, & convenientes sigillo, text. est *in cap. significavit, de appellation.* & ibi Doctores & *in cap. inter dilectos de fide instrumentor.* ubi Imola, & Abb. *num.* 4. *vers. Nota quatuor;* atque debet continere nomen sigillantis *l. decernimus. C. de aquæ ductu*, facit *l. ad testium.* §. *signum ff. de testam.* §. *potest;* ubi Joan. Tabet. *instit. eod. tit.* & declarat Innocent. *in dict. cap.* 2. *sub n.* 3. & ibi Bald. *num.* 15. *de fide instrumentor.* Gloss. *in dict. cap. inter dilectos, verb. dimidia.* Rebuffus *in tractatu nomination. quæst.* 10. *n.* 25. *Secundò quæro* Abb. *in dict. cap. inter dilectos, num.* 4. & ibi Felin. *n.* 5. Speculator. *in tit. de instrumento edito*, §. *instrumentum, post nu.* 19. *& in tit. de procurat.* §. *ratione autem formæ, sed num.* 1. Craveta *consil.* 56. *n.* 6. Socinus Senior *consil.* 258. *col.* 3. *vol.* 2. Francisc. March. *quæst.* 990. *nu.* 25. Menochius *de arbitriis judic. casu.* 113. *nu.* 12. quem in eodem casu, per totum & Mascardum *de probation. conclus.* 1308. *à n.* 53. *cum seqq.* & Ant. Gabriel. *commun. conclus. tit. de præsumptionib. conclus.* 4. videre poteris circa formam, & requisita sigilli, ut fidem faciat.

Et post litteras jam confectas, ex quibus pendent cordulæ Canapi, & eis affixum circulum cereum, 53
† quas litteras multas simul quidem Officialis asportat coram Sanctissimo D. N. Papa, à quo immediatè accipit annulum (quem penes se semper observat ipse Pontifex) quo prædictus officialis sigillat & imprimit in cera pendente ex cordulis Canapi litterarum, coram eodem Sanctissimo; & eo præsente, qui quidem cùm innumerabiles penè sint litteræ hujusmodi, vix potest attendere, nec 54
sibi referre quæ contineant singulæ litteræ prædictæ omnes: & ita hoc annulo piscatoris muniri brevia firmatur expressè in motu proprio Gregorii XIII. quem adduximus, & magis in specie copiosè tractavimus hunc articulum *in cap.* 6. §. *unica, per totum hac* 2. *part.* videre poteris, qui clarè monstrat etiam coram Romano Pontifice litteras annulo muniri.

Sed cùm ex hac signatura non adimpleatur forma Decreti Concilii Trid. *in dict. cap. omnes causæ*, † cùm non sit subscriptio litteris scripta, nec 55
propria manu Sanctissimi; defecit propterea formalis solemnitas requisita ad avocationem causarum ab Ordinario in prima instantia, quia est forma personalissima, prout de hoc copiosè diximus, multas, & singularissimas doctrinas cumulantes hac 2. *part. dict. cap. à num.* 14. *ad finem capitis, &* §. 1. *ejusdem cap.* 6. quæ ulteriùs non repeto; cùm ibidem abundè comprobetur discrimen hoc inter has duas signaturas per manum propriam Sanctissimi, & per *annulum Piscatoris*, respectu avocationis in prima instantia: tunc etiam quia adhuc in ista subscriptione per annulum Piscatoris defectus illud † requisitum desideratum à præfato Tridentin. 56
Decreto, nempè examen urgentis & rationabilis causæ, quia, ut dictum, litteræ jam alibi expeditæ & confectæ vehantur Sanctissimo, & ob multitudinem earum vix potest attendere ad id quod contineant, maximè tot, tantisque & continuis occu-

occupari solitus, & cuotidianis Audientiis, gravissimisque ex toto Orbe negotiis involutus, prout latiùs annotavimus plurimis comprobantes *in dict. cap.* 7. §. *unico*, *per totum*.

Et quod litteris tangentes justitiam seu commissionem executoris habeant pendentes cordulas Ca-
56napi, † probat ex Parisio *de resignat. lib.* 8. *quæst.* 7. *sub n.* 187. & ex constitutione Pii V. *in Bullario*, adducta à Parisio ib. Nicolaus Garcia *de beneficiis*, 6. *part. cap.* 2. *sub n.* 8. dicens, quod in executionem litterarum gratiæ principalis in forma dignum, expediuntur aliæ duæ litteræ & ambæ cum cordis Canapi, directæ unæ Ordinario, seu ejus officiali ut intra 30. dies, repererit idoneum, conferat; alteri viciniori, ut si negligens ille sit, conferat, & exequatur iste, & licèt Garcia non faciat mentionem aliquam de *annullo Piscatoris*; tamen quotidie experimur dictas litteras executoriales communitas esse.

Litteræ tamen principalis gratiæ semper habent
57cordulas sericas rubei, † croceique coloris hoc est, *colorado*, *y pagizo*, & quando non expediuntur in forma dignum, quia examen, & collatio præcessit in Romana Curia; sed pro executione earum nominatur, seu petitur per impetrantem Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, vel alius in dignitate constitutus executor, & datur alia Bulla separata,
58& distincta sub eadem data † quæ dicitur executoria, & habet cordulas Canapi, ut firmat Garcia *dict. 6. part. cap.* 2. & *n.* 3. limitat, nisi fiat expeditio per Cameram, quia tunc ponit gratiosa, & executoria simul in una Bulla ex Hieronymo Paulo *in practica Cancellariæ in notabilibus super beneficiis reservatis*, *vers. Nota quod in litteris*, & Rebuffo *in praxi*, *in forma*, *& declaratione novæ provisionis in* 4. & Paris. *de resignat. lib.* 8. *q.* 7. *sub n.* 109. Mandosius ad Lapum *alleg.* 127. *littera D.* ubi ponit formam.

Aliud insuper sigillum adest in Romana Curia,
59† quod est plumbeum, quo sigillantur omnes Bullæ expeditæ per Cancellarium, aut per Cameram, & in illius plumbei sigilli uno latere adsunt facies S. Petri, & Pauli hic ad dexteram Crucis in medio eorum positæ, ille ad sinistram, juxta
60rationem text. † *in cap. Beati Petrus & Paulus.* 37. 2. *quæst.* 7. & de ratione hujus prælationis tractant Francisc. Mauricus *in lib. de S. Apostol. Petri & Pauli imaginibus.* Barbos. *in collect. ad Decreta. lib.* 1. *tit.* 33. *ad cap. fulcita. nu.* 8. Bellar. *de Rom. Pontifice*, *cap.* 27. Selb. *de beneficiis*, 1. *part quæst.* 5. *n.* 71. Gonzalez *ad reg.l.* 8. *glos.* 1. *n.* 37. & aliud sigilli latus litteris circumscribitur, quibus
61† legitur nomen Papæ, qui tunc Dei Ecclesiam gubernat, nomen tamen proprium ante creationem, sed nomen Pontificatus post eam assumptum.

Sed Bullarum hæc plumbatio diversimode fit,
62† nam si litteræ sunt gratiosæ in cordulis sericis crocei, rubique coloris, affigitur sigillum plumbeum, at in Bullis expeditis in forma rigorosa, contensiosa & commissaria (quæ idem sunt) ex quibus pendent cordulæ Canapi, illis affigitur sigillum plumbeum, & in hoc distinguuntur, & cognoscuntur Bullæ gratiosæ, & Bullæ rigorosæ, contentiosæ, Commissariæ, necnon justitiæ, in cordulis nempe sericis, aut Canapi, ut suprà diximus, & probant Marchesanus *de commissionib.* 1. *part. tit. de commissionib. apostol. ab executo brevi n.* 199. melius Petrus Gregorius *ad Decretales*, *tit. de rescriptis*, *lib.* 1. *cap.* 43. *nu.* 9. & experientia quotidiana docet.

Litteræ igitur postquam sunt plumbatæ, per-
63fecta dicitur gratia, † ex eis agere potest pars in judicio, & non antea, ut post alios probat Parisius *de resignat. benefic. lib.* 8. *q.* 2. *à numer.* 17. de praxi & stylo testatur in hæc. *Supplicatio enim postquam est signata à Summo Pontifice; ac revisa, datur à Datario, & postea mittitur ad registrum, deinde fit minuta, quæ videtur per Camerariam, postea scribuntur litteræ, in quibus apponuntur manus aliquorum officialium solatis consuetis: postremo in plumbo plumbantur, & tunc litteræ dicantur expeditæ cum fiat in plumbo juxta cap. licèt de crimine falsi, fuit resolutum in una Salmantina Parochialis de mense November.* 1539. *coram Crescent. teste Sarnerio dict. quæst.* 1. *n.* 5. *vers. Et tamen regula de non judicando juxta formam supplicationis; & postquam sunt plumbatæ registrantur, & dantur partibus, &c.*

Et iterum ipse Flaminius *lib.* 2. *quæst.* 25.
64*numero* 1. ibi: Pone quod † post signatam supplicationem litteræ expediantur in Cancellaria, & postea mittantur in officio ubi solet apponi plumbum, &c. An quando litteræ sunt in plumbo dicantur expeditæ, de quo fuit dubitatum in Rota *de mense November.* 1539. coram R. P. D. Marcello Crescentio *in una Salmantina Parochialis*, † in qua fuit conclusum pro affirmativa jux-
65ta *cap. licèt de crimine falsi.* Geminian. *in cap. sicut. de præbendis*, *lib.* 6. Sarner. *in q.* 1. *regula*, *de non judicando juxta formam supplicationis*, *colum.* 4. & ita servari in praxi testatur Felinus *in cap. diligenti*, *in fin. de Simonia*; undè cùm litteræ sunt expeditæ, sequitur posse fieri resignationem juxta ea quæ dicentur *in quæst. sequenti*: ex quo infertur, quod absque dubio quis potest resignare postquam Bullæ sunt plumbatæ, & in hoc concordant omnes communiter, ac ita servat stylus, &c.

Et iterum *lib.* 10. *quæst.* 1. *numero* 34. ibi: Quæ litteræ tunc expeditæ dicuntur cum sunt plumbatæ plumbo Summi Pontificis pro tempore existentis ut fuit resolutum in una, &c. idem post alios probat Mascard. *de probationibus*, *concl. f.* 1309. *sub. n.* 3.

Et generaliter etiam non valent aliæ commis-
66siones causarum, † nisi litteræ fuerint super eis expeditæ, ut probat Parisius ibidem *quæst.* 1. *numero* 27. in hæc: Hinc non valent aliæ commissiones causarum, nisi litteris expeditis, ut per aliam regulam Cancellariæ cautum est, quam habes in ordine 26. *inter regulas Sixti V.* &c. Constans est etenim conclusio, † ut licèt acquira-
67tur jurisdictio à tempore datæ commissionis, ad ejus tamen exercitium omnino necessariæ sunt litteræ originales, vel aliàs authenticatæ, & ante earum realem præsentationem judex nulliter procedit ex defectu jurisdictionis, ut latissimè diximus hac 2. *part. cap.* 26. *à numero* 67. *cum seqq.*

Igitur concludendum erit, circa Prædicta,
68quod per litteras justitiæ, & in forma commissaria quascunque & à quolibet Tribunali gratiæ, aut justitiæ, quocumquevè præfecto, aut Prælato signatas, & expedias non fuisse facti formæ Concil. Trid requirentis in hujusmodi commissionibus, & avocationibus in prima instantia actum personalissimum Domini N. Papæ, & subscriptionem propriæ manus ejusdem Sanctissimi, ut latiùs de litteris & commissionibus expeditis per illum duo Tribunalia amplissimæ signaturæ gratiæ, & justitiæ probavimus hac 2. *part. cap.* 6. *vers. Quarta exceptio à nu.* 14. *usque ad fin. cap. & iterum in §. unico*, *ejusdem cap.* 6.

Sed

Sed an ad evitandam in Senatu remissionem causæ in prima instantia sufficiat, † quod sola supplicatio (qua avocatio petitur) subscribatur à Sanctissimo juxta assertas declarationes adductas hac 2. *part. cap.* 6. *à num.* 44. vel perneceſſe sit ipsummet rescriptum subscribendum propria manu Sanctissimi, juxta Decretum *cap. causæ omnes*, latiùs examinandum erit hoc *cap.* 30. §. 3. *per totum.*

§. I.

Et an sub ipsa signatura manus Sanctissimi in gratia apposita, simul subscripta intelligatur commissio executionis in litteris lecta?

SUMMARIUM.

1 *Subscriptione propria manu Sanctissimi in supplicatione apposita, an comprehendatur commissio executoris in litteris postmodum expeditis lecta, et sqq.*
2 *Commissio, et supplicatio inter se habentur, sicut genus, et species, genus namque est supplicatio, et commissio sub suo genere inclusa.*
3 *Supplicatio continet meram gratiam, commissio ad ejus executionem continet justitiam.*
4 *Habens signaturam per placet à Papa, an censeatur habere signaturam commissionum.*
5 *Generalis dispositio idem operatur quoad omnes species, quod specialis quoad singulas.*
6 *Commissio est accessoria ad gratiam principalem.*
7 *Accessorium, sive tractetur de principali augendo, confirmando, aut destruendo sequitur suum principale.*
8 *Principali concesso intelligitur concessum, aut Delegatum accessorium.*
9 *Una determinatio respiciens plura determinabilia debet ea variformiter determinare.*
10 *Supplicatio habet duas partes, prima continet rem petitam, secunda absolutionem, et non obstantia.*
11 *In supplicatione nullatenus continetur executoris petitio.*
12 *Post supplicationem subscriptam à Papa, hoc est, gratiam concessam, impetrans, si vult, petit executorem, et illi commissionem.*
13 *Commissiones, sive subscriptas à Papa, sive à Prælato habente specialem facultatem ad id distribuit Vicecancellarius, vel ejus Regens.*
14 *Et de forma distribuendi.*
15 *Subscribens contenta omnia in scriptura dumtaxat videtur approbare.*
16 *Subscribens censetur propriè, et virtualiter omnia contenta in superiori scriptura scribere.*
17 *Subscriptio virtualiter quidquid in corpore scripturæ continetur, omniaque per subscribentem approbantur.*
18 *Subscriptio cum qualitate, aut limitatione cooperatur ultra eam.*
19 *Subscriptio, simpliciter relata ad scripturam, non comprehendit, quod in ea non apparet, nec continetur.*
20 *Subscriptio limitata limitatum producit effectum, ita ut in scriptura contenta, non limitata approbata intelligantur.*
21 *Commissio, et concessio generalis regulatur à supplicatione, et petitione limitata.*
Concessio licèt sit generalis restringitur ad limitationem petitionis, ibid.
Petitio licèt sit generalis restringitur ad concessionem limitatam, ibid.
22 *Commissa causa nullitatis adversus sententiam latam super una re, non potest Delegatus super alia pronuntiare.*
23 *In commissione non lecta minimè intelliguntur concessa.*
24 *Signatura, non petitio, attenditur, et quod commissum non legitur, dicitur esse neglectum.*
25 *Narrata, et petita restringuntur, et limitantur per concessionem, et signaturam.*
26 *Subscriptio generalis, et non limitata omnia in scriptura contenta comprehendit, nec singularis expressio singulorum necessaria est.*
27 *Subscriptio simplex, et generalis sufficit.*
28 *In commissione subscripta à Papa non limitata, omnia petita in supplicatione concessa intelliguntur.*
29 *Responsio simplex concedit omnia petita, quæ non sunt cancellata.*
30 *Clausula (justitiam facias prout de jure) addita per Regentem Cancellariæ non facit commissionem redactam ad terminos juris.*
31 *Clausula (justitiam facias) addita per Regentem, quid operatur.*
32 *Commissio per supplicationem simpliciter subscriptam à Papa in prima instantia comprehendit, quidquid in supplicatione non lacerata continetur.*
33 *Subscriptionem non extendi ad ea, quæ in scriptura non leguntur, determinavit Rota.*
34 *Subscriptio restricta ad superius expressa ultra non operatur.*
Si una pars supplicationis fuit admissa tantum, cætera in ea contenta censentur rejecta, et reprobata, ibid.
35 *Sub supplicationis subscriptione nullatenus comprehenditur commissio, et executoris ad gratiam seorsum, et postea datio.*
36 *Commissio petitur à Sanctissimo per supplicationem postulatur, quæ etiam dicitur supplicatio.*
37 *Supplicatio est nomen genericum comprehendens sub se omnes supplicationis species.*
38 *Commissio, et executoris datio gratiæ tunc illi est accessoria, postquam fuit concessa, non antea.*
39 *Subscriptio propriæ manus, in supplicatione ad rem petitam apposita, non influit, nec determinat executoris dationem in supplicatione non contentam, nec petitam, quia illam non respicit.*
40 *Subscriptio supplicationis rei petitæ in Senatu non attenditur, si executoris commissio, seorsum data, propria manu Sanctissimi non sit subscripta, quoniam Ordinario causa remittatur, si ejus prima peractatur instantia.*

QUibus sic ex hoc capite, quæ utilissima sunt, & quotidiana in hoc Senatu Supremo præcognitis, † ad quinque sing dariſſim quæſtiones 1
valde neceſſarias in hoc materia deveniendum erit per quinque §§. distributas: & sit prior, an sub signatura, & subscriptione propriæ manus Sanctissimi in supplicatione appoſita, comprehendatur commissio executoris in litteris poſtmodum expeditis lecta.

Et pro parte affirmativa plura urgent, † nam 2
commissio & supplicatio inter se habentur sicut genus & species: supplicatio est genus & commissio

missio species sub suo genere inclusa, ita probat Alphonsus Soto *in regula Cancell. 33. de non judicando juxta formam supplicationis, sed litterarum expeditionem*, aliàs 25. *Inocentii VIII. & 16. Pauli V. n.* 8. *&* 9. quem Authorem glossat noviter Joannes Cochier apud quem est, *fol.* 260. & ipse Alphonsus ita ait. Item colligo hic contra curiosos, quod supplicatio continet in se commissiones, ibi: *Nisi sint commissiones &c.*

Et sic supplicatio est genus, & commissio est spe-
3 cies: † proprio tamen sumpto vocabulo, supplicatio est quæ continet gratiam meram: commissio
4 quæ continet justitiam, & ex hoc infero, † si Papa committit signaturam supplicationum uni Episcopo per *placet*, quod etiam videtur ipsi committere signaturam commissionum per *placet* argumento hujus Regulæ, maximè in presentia Principis qui tolerat, &c. quod facit ad tollendum dubium curiosorum, an Dominus Alariensis, quæ habuit signaturam per *placet* à Domino Sixto censeretur habere etiam commissionem, quia R. D. Novariensis Cardin. habuit signaturam commissionum cum referendariis, & dixi aliàs, quod sic, & non oportet insistere in hoc, quia ipse habuit Bullam de hoc, ut audio: hactenus Soto.

Igitur generaliter subscripta supplicatio per sig-
5 naturam † manu propria Sanctissimi debet comprehendere commissionem tanquam ejus speciem, quia generalis dispositio idem operatur quoad omnes species, quod specialis quoad singulas. *l. si chorus, ff. de legat.* 3. *l. si duo, ff. de administrat. tutor.* Gonçalez *ad Regulam Cancellariæ, gloss. 9. in princip. num.* 22. Surdus *consil.* 2. *numer.* 44. *& consil.* 350. *num.* 20. Gratianus *discept. forens. tom.* 4. *cap.* 636. *num.* 30. *& cap.* 666. *num.* 11. Sesse *decis.* 248. *num.* 12. Franc. Molinus *de ritu nuptiarum, lib.* 3. *quæst.* 54. *n.* 4. Sebastian. de Medicis *de regul. jur. reg.* 1.

Secundò probatur, quia commissio est acces-
6 soria ad gratiam principalem † text. expressus *in cap. si super gratia, de officio Delegati, lib.* 6. plurimos citavimus hac *part. cap.* 10. *nu.* 12. *cum seqq. vers. Tum etiam quia commissio*, sed accessorium sive tractetur de principali augendo, † confirmando, aut destruendo, semper sequitur suum prin-
7 cipale, plurimos citavimus *dict. cap.* 26. *vers. Et quia accessorium sive, à n.* 41. *cum seqq.* & quia concesso principali, intelligitur concessum & Delegatum & accessorium, *cap. prudentiam, §. si verò, de officio Delegati:* igitur signatura apposita in supplicatione debet comprehendere omnia accessoria
8 ad supplicationem, † cùm principali concesso, censeatur simul accessorium concedi, Nos *de Regia protect.* 1. *part. cap.* 1. *n.* 295.

Tertiò, quia una determinatio respiciens plura
9 determinabilia, debet ea † pariformiter determinare, *l. jam hoc jure*, 4. *ff. de vulgari, & pupill. substit. leg. si legatarius. Paragraph.* 1. *ff. de reg. jur. l. quamvis. C. de impub & aliis substit.* Natta *consil.* 14. *num.* 19. Ruinus *consil.* 11. *num.* 37. Surd. *cons.* 31. *num.* 15. *& consil.* 45. *num.* 37. Menochius *consil.* 88. *num.* 19. Cafan. *cons.* 67. *nu.* 28. Gratianus *discept. tom.* 1. *cap.* 70. Castillo *controvers. lib.* 5. 2. *part. cap.* 97. *nu.* 4. *& per totum cap.* Marta *de succession. legat.* 1. *part. quæst.* 13. *artic.* 9. *num.* 91. Giurba *in consuet. Senat. Messanens. cap.* 3. *gloss.* 2. *num.* 12. *q.* 1. Fusarius *de substitutionib. quæ.* 57, *num.* 8. Navarrus *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 7. *num.* 6. Ergo cùm subscriptio & signatura propriæ manus Sanctissimi apponatur in principali supplicatione, debet intuere, & respicere commissionem ad gratiæ ipsius executionem.

Quibus tamen minimè obstantibus, contrariam
10 sententiam † procul dubio veriorem existimo, pro cujus resolutionis perfectioni claritate supponendus erit stylus Romanæ Curiæ in signatura supplicationis, & qualiter coram Sanctissimo præsentetur; supplicatio igitur (ut superius ad principium hujus cap. diximus) habet duas partes: in prima refertur id quod à Papa petitur, in secunda solutio & non obstantia, in nulla harum partium
11 mentio aliqua fit de commissione, nec executoris petitione, aut datione, prout ad litteram refert supplicationem ipsam ex variis causis, & diversis Parisius *de resignation. benefic. libr.* 8. *tom.* 2. *quæst.* 7. *à num.* 75. *cum multis seqq.* ubi tam de supplicationibus expediendis & signandis per *fiat*, quàm de signandis per *concessum*, in quarum formulis nulla fit mentio commissionis, nec in supplicatione alicujus rei infertur, nec petitur, ut ibidem apparet.

Imò potiùs post gratiam subscriptam, hoc est
12 supplicationem † propria manu Sanctissimi, seu alterius Prælati, ut superiùs latè diximus; pars petit in Cancellaria (si vult) committi gratiæ executionem alicui Canonico, &c. quem ipse nominat, ut hoc capite diximus sursum ex Nicolao Garcia *num.* 57. *versic. Litteræ tamen principales gratiæ:* & diximus (si pars vult) quia executoris datio est accidentalis, si à parte postuletur, non autem est necessaria, ut mox dicendum erit.

Quia Vicecancellarius, vel ejus Regens distri-
13 buit omnes † commissiones sive subscriptas à Papa sive à Prælato ad subscriptiones deputato, ut eleganter advertit Lud. Gomez *in compendio utriusque signaturæ* posito *sub reg. de non judicando juxtà formam supplicationis in quæst.* 16. *versic. Et illa potestas*, in hæc: Et illa potestas Vicecancellarii, ut dixi, vertitur circa causas quæ committuntur simpliciter in Curia, sed in causis quæ committuntur extra Curiam, non potest commissiones signare, juxta ea quæ dixit Ægidius *decis.* 46. *incip. exception.* Cardinalis verò hic, ut dicit una regulâ posita inter illa de potestate Vicecancellarii, & sive commissiones signentur per Papam sive per Vicecancellarium, aut Cardinalem habentem signaturam justitiæ; ipse idem Cancellarius, † vel ejus Regens
14 extendit scripturam, seu potiùs distribuit tales commissiones Auditoribus vel aliis Prælatis, quibus committuntur, per illa verba, quæ apponuntur post signaturam, videlicet; *de mandato D. N. Papæ audiat Magister N.* vel *& justitiam faciat, &c.*

Quo quidem cognitio sequitur manifestè, quod
15 subscriptio † propria manu Sanctissimi non potest aliud comprehendere, quàm id quod in supplicatione signata continetur, petitum, & expressum sit, nec ad aliud potest trahi, nec extenditur nam subscriptionis contenta in scriptura omnia dumtaxat videtur approbare, *l. emptor. §. Lucius, ff. de pactis, l. si ita stipulatus §. Christognus, ff. de verb. oblig. l. fidejussor §. ff. de fidejussoribus, l. sicut, §. non videtur, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca solvit. l. si quis ex legatariis, §. 1. vers. Subscribere, ff. de edendo. l. 1. versic. Subscriptionem. ff. de constitut. Principi. l. si per Epistolam, versic. Subscriptam, ff. de acquir. hæred. Authentic. quod sine. C. de testamentis, juncta Authentic. si modo, C. de similia excess. c. si quis Presbyterorum;* & ibi notat glossa in verbo, *subscripsit, de rebus Ecclesiæ non alien. gloss. in cap. quarto, de his quæ fiunt, à Prælat. & in cap. ex litteris, de transaction.* notant Bart. Bald. Angel. Fulgos. Castrens. Alexand. & Jas.

& Jaſ. *in dict.* §. *Chriſogonus*, *& in l. quæ dotis. ff. ſolut. matrimon.* & pluribus ex citatis legibus, Alexand. poſt alios *in l. cum antiquitas*, §. *cùm autem*, *C. de teſtamentis*, *& in conſ.* 147. *ponderatis*, *col.* 2. *&* 3. *vol.* 2. Felinus *in cap. quoniam contra*, *num.* 43. *de probationibus*, & ibidem Decius *num.* 45. Pariſius *conſil.* 47. *num.* 6. *& conſil.* 201. *num.* 57. *vol.* 1. Riminald. *conſil.* 162. *num.* 5. *vol.* 1. Decius *conſil.* 115. *col.* 2. *verſic. Comprobatur.* Bonavent. Stracha *in tract. de adject. part.* 4. *quæſt.* 10. *num.* 4. Natta *conſil.* 187. *num.* 4. *vol.* 2. Roland. à Valle *conſil.* 44. *num.* 30. *vol.* 1. Cephalus *conſil.* 272. *numer.* 8. *vol.* 1. Stephanus Lambertengi. *de contractibus eor. gloſſ.* 15. *in verb. jurante marito*, *numero* 3. *&* 5. ipſemet Natta *conſil.* 661. *num.* 4. *vol.* 4. Afflictis *deciſ.* 104. *num.* 3. Cravetta *conſil.* 73. *num.* 40. Sebaſtian. Medicis *in tract. de inventariis*, *cap.* 7. *num* 57. Caccialup. *de tranſaction. quæſt.* 102. *num* 25. Natta *in repetitione Authent. quod ſine*, *num.* 45. *C. de teſtament.* Guido Pancirol. *conſil.* 118. *num.* 4. *& conſil.* 175. *numero* 5. Tiberius Decianus *reſponſo* 29. *numero* 30. *vol.* 2. *& reſponſ.* 11. *numero* 48. *vol.* 1. *& reſponſo* 39. *numero* 89. *vol.* 1. cum aliis copioſè adductis per Ant. Gabriel. *communib. concluſ. tit. de præſumption. concluſ.* 3. *numero* 1. *& ſeqq.* abundè etiam per Maſcard. *de probationibus*, *concluſ.* 1347. *per totum*, qui *numero*
16 4. *& ſeqq.* probat, † quod ſubſcribens cenſetur propriè ſcribere, & qui ſcribit proinde habetur, ac ſi totam ſcripturam conſcripliſſet, & *numero* 5. quod ſubſcribens cenſetur propriè, & virtualiter ſcribere omnia contenta in ſuperiori ſcriptura, traddunt Natta *conſil.* 487. *num.* 4. Cephalus *conſil.* 272. *numer.* 87. Cachera. qui communem dicit, *in deciſ. Pedemontan.* 36. *numero* 3. Rebuffus *in tractatu de Chirographis*, *& litteris*, *tom.* 1. *conſtitut. in præfation. numero* 50. Ruinus *conſil.* 22. *num.* 4. *vol.* 4. Joachim. Damauder. *in Enchiridion. jurium*, *aut ſimil. in verſ. Subſcribere.* Cardin. Alban. *in lucubrat. ad Bar. in l. cujus*, *ff. de pignoratitia actione.* Burſat. con. 241. *num.* 2. *& conſil.* 39. *num.* 24. *vol.* 1. ubi de magis communi teſtatur, videndus etiam Tiraquell. *de retract. lib.* 1. §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 159. Petrus Barboſ. *in l. quæ dotis* 34. *num.* 171. (licèt obiter) *ff. ſolut. matrim.* Petrus Surdus *decis.* 171. *num.* 3. Rota ut per Farinacium *in poſthumis*, *tom.* 2. *deciſ.* 666. *nu.* 12. Igitur cùm commiſſio non ſit comprehenſa, contenta, nec adhuc petita in ſupplicatione rei principalis; ſubſcriptio non poteſt protrahi nec ad eam extendi.

Elegans eſt etiam rotæ deciſio *in una Bononien. fidejuſſionis*, 24. *Januarii* 1615. recollecta per Jacob. Caballerium *deciſ.* 133. quæ *à n.* 3. ita ait, nec
17 videbatur obſtare, quod apocha non eſſet ſcripta, † ſed tantum ſubſcripta manu Pompeii, quia placebat reſponſio; ſubſcriptionem operari approbationem & confirmationem omnium contentorum in ſcriptura, ita ut virtualiter ſubſcriptio dicatur continere quidquid in corpore ſcripturæ continetur, Angelus *in l. ſi ita ſtipulatus*, §. *Chryſogonus*, *n.* 3. *ff. de verb. obligat.* Barbacia *conſ.* 87. *n.* 17. *lib.* 3. Ruinus *conſ.* 193. *n.* 1. *vol.* 2. Decian. *conſ.* 11. *n.* 48. *vol.* 1. Aimon. *conſ.* 73. *n.* 40. Pariſius *conſ.* 77. *n.* 23. *lib.* 3. Rota Januenſis *deciſ.* 78. in princip. *& deciſ.* 177. *n.* & *deciſ.* 210. *n.* 2.

Minus Domini cenſuerunt ſuffragari replica-
18 tionem Pompeii, † quod ejus ſubſcriptio non erat ſimpliciter facta, ut videtur loqui Doctores prædallegati, ſeu qualificata; quo caſu non attenditur quidquid dictum fuit in corpore ſcripturæ; ſed ipſa ſubſcriptio, tanquam illa quæ dat robur, ut ex mente Innocentii dicit Felinus *in cap. quoniam contra n.* 43. *verſ. habes ergo doctrinam*, *de probationibus*, & Bald. *in Auth. qui proprium C. de non numerata pecunia*, cum aliis in deciſione allegatis.

Nam dicebant eſſe advertendum, ſubſcriptionem hanc non continere certam, & abſolutam obligationem Pompeii, ita ut non ſit facienda aliqua relatio ad corpus ſcripturæ, † cum in ſubſcriptione 19
non legatur expreſſum nomen perſonnæ, ad cujus favorem ſit obligatio, nec pro quo negotio, ideo neceſſariò dicta ſubſcriptio debet habere relationem ad corpus ſcripturæ, & continere omnia, quæ in ea continentur, exceptis tamen iis, quæ expreſſè per Pompeium in ſubſcriptione limitata fuerunt, prout fuit tempus, &c. Unde cùm quoad reliquarum dicta ſcriptura non fuerit aliquo modo limitata, domini concludebant, obligationem Pompeii quoad illum eſſe inteliigendam, prout in corpore ſcripturæ continetur, ac ſi ejus manu ſcripta eſſet, ex ſupra allegatis.

Tandem viſa fuit etiam ſufficiens reſponſio ad ea verba in fine ſubſcriptionis appoſita: † *Ma* 20
ſolament. come ho detto di ſopra: quaſi ſint limitata, & ideo limitatam pariant obligationem, quia ſunt poſita reſpectu prædictarum limitationum, appoſitarum in ſubſcriptione, ut colligitur ex totius ſubſcriptionis contextura, ſed non propterea excluditur relatio ad ſcripturam præcedentem in non limitatis ex ante dictis, &c. Hactenus de dict. deciſione: alia etiam adeſt deciſio in eadem cauſa, quam adducit ipſe Caballer. *deciſ.* 99. per totam, ubi plura videbis.

Ex qua deciſione mirabiliter deducitur, quod quando ſubſcriptio eſt limitata, † non attenduntur 21
omnia petita & contenta in ſupplicatione, & ſcriptura; igitur multò minus debet ſubintelligi nec extendi ad non ſcriptum in ſupplicatione, quia ut dictum eſt, commiſſio & conceſſio regulatur à ſupplicatione, & petitione ut per *cap. inter dilectos*, §. *cæterum*, ubi Gloſſ. & Bald. *c.* 16. *de fide inſtrument. l.* 1. & ibi Jaſ. *n.* 7. *de diverſis reſcriptis.* Decius *conſ.* 403. *n.* 15. Pariſium *conſ.* 9. *nu.* 43. *lib.* 1. dixit Rota ut per Farinacium *in poſthum. deciſ.* 448. *num.* 3.

Certiſſimum eſt etiam, quod † ſupplicatio, & 22
petitio generalis, & interminata reſtringitur per gratiam, & commiſſionem limitatam, & terminatam, ſeu reſtrictam, aut aliter qualificatam, ſicuti etiam è converſo, quando ſupplicatio, petitio aut interrogatio eſt limitata, reſtricta, aliter qualificata, & reſponſio, ſeu conceſſio ſit generalis, recipit eandem reſtrictionem, & limitationem, juxta quam intelligitur, declaratur, atque reſtricta pariter cenſetur, prout latiſſimè plures doctrinas, & exempla conferens probat Petrus Surdus *in conſ.* 281. *à num.* 67. *cum ſeqq.* & quod reſponſio indeterminata, abſoluta, & generalis reducatur, & intelligatur ſecundùm interrogationem reſtrictam, & limitatam, probat *l. ſi defenſor.* §. *qui interrogatus*, *ff. de interrogator. actionib.*, §. *præterea*, *inſt. de inutilibus ſtipulat. l. hæredes palam.* §. *in teſtamentis*, *ff. de teſtamentis.* Natta conſ. 98. nu. 22. Menoch. *conſ.* 47. *& conſ.* 53. citatus per Antonium *variar. reſolut. lib.* 3. *reſolut.* 44. *n.* 5. Menochius *de præſumptionibus*, *lib.* 2. *præſumpt.* 47. *n.* 2. & ſtipulationi vel petitioni conformis præſumitur, *l. Titia*, §. 1. *de verb. oblig. dict.* §. *præterea*, & idem Menochius *lib.* 2. *præſumpt.* 29. *num.* 3. ubi dicit procedere in reſponſione ſimpliciter facta;

ſecus

ſecus ſi determinatè, qualificatè, aut limitatè facta ſic reſponſio.

Pro quo eſt & alia ſingularis Rotæ deciſio *in una Alerienſ. benefic.* 19 *Decembris* 1614. quam
23† adducit Farinacius *in poſthum. tom.* 1. *deciſ.* 629. in hæc: Sæpiùs propoſito dubio ſuper eiſdem, Domini renuerunt pro revocatione ſententiæ Rotæ ex defectu juriſdictionis, ut fuerat *in fine deciſion.* conſideratum; primò, quia cùm eſſet commiſſa tantùm cauſa nullitatis, & reſtitutionis in integrum adverſus ſententiam latam ſuper Eccleſia Sancti Salvatoris; non potuit ſuper Eccleſia S. Petri pronuntiari *cap. P. & G. & cap. cum olim, el.* 1. ubi Abb. *n.* 11. & 12. poſt gloſ. in verb. *protinus*, in fin. *de officio Delegati*, Gleſ. *fin. in cap. edoceri de reſcriptis*, cum deductis in priori deciſione.

Et clauſula *quam, & quas*, non legitur in ſecun-
24da parte commiſſionis, † reſtricta ad cauſam nullitatis, & reſtitutionis, in integrum: ſignatura aulitatis, & reſtitutionis, in integrum: ſignatura autem, non petitio attenditur, & quod commiſſum non fuit dicitur fuiſſe neglectum, ut notant Doctores *in cap. ſuper litteris, de reſcriptis.* Baldus *in l.* 2. *nu.* 42. ubi Barbacia *in additionib. littera L. C. ſi contra jus vel util. public.* Alexand. *conſ.* 94. *num.* 3. *lib.* 2. Corneus *conſ.* 312. *in principio, lib.* 3. Rota *deciſ.* 28. ubi Papaz *n.* 3. *de reſcript. in noviſ.* Papaz *deciſ.* 9. *nu.* 5. *eodem titul.* Gabriel *conſ.* 27. *n.* 24. *lib.* 2. cum aliis per Decianum *conſ.* 86. *n.* 51. & *ſ qq. lib.* 3. narrata enim ac petita reſtrin-
25guntur, limitantur per conceſſionem, † & ſignaturam, Abbas *in cap.* 2. *verſ. Notabis, & verſ. Ex hoc notabis, tregua & pace.* Felinus *in dict. cap. ſuper litteris, ſub num.* 10. *verſ Limita, de reſcriptis* Jaſ. *conſ.* 173. *num.* 7. *lib.* 4. Ruinus *conſ.* 43. *num.* 3. *lib.* 1. Pariſius *conſ. ultimo, ſub n.* 53. *lib.* 3. *&c.* Igitur ſi in ſupplicatione non continetur (nec etiam virtualiter, ut ſtatim ad reſponſionem argumentorum) nec ſcripta reperitur commiſſionis petitio; ad illam non debet, nec poteſt extendi ſubſcriptio, & ſignatura Sanctiſſimi.

Secus autem ſi ſimul in ea ſupplicatione peta-
26tur † (adjecta juſta & urgente cauſa avocationis ab Ordinario) quia tunc indubiè ſubſcriptio Sanctiſſimi generalis, & non reſtricta ad aliquos caſus particulares, nec limitata, omnia comprehendet ex hactenus dictis, quia generalis ſubſcriptio omnia in ſcriptura contenta comprehendit, nec ſpecialis eſt neceſſaria, ut tenet Angelus, Caſtrenſis, Immola, Aretinus, Alexand. & reliqui *in dict. l. ſi ſtipulatus, Chryſogonus, ff. verbor. oblig.* Bald. *in Authent. ſi quis in aliquo documento, col.* 2. *verſic. Ulteriùs C. de edendo*, Ancharran. *conſil.* 234. Felin. *in dict. cap. quoniam contra num.* 48. *verſ. Limita ſexto de probationibus, & in cap. inter dilectos, num.* 27. *de fide inſtrument.* Jaſ. *in dict.* §. *Chryſogonus, num.* 9. di-
27cens ſufficere ſimplicem, † ſeu generalem ſubſcriptionem, nec requiri ſpecialem, idem voluit Alexand. *in l. quæ doctis, col. fin. verſ. Subdit ff. ſolut. matr. & in conſ.* 147. *nu.* 6. ubi dicit magis communem, *vol.* 2. communem dicunt Decius *in dict. cap. quoniam contra, num.* 48. Jaſ. *in dict* §. *Chryſogonus, n.* 9. Tiraquel. *in l. ſi unquam, in præfatione, nu.* 117. *C. de revocand. donat.* Bonavent. Stracha *in tract. de adjectis* 4. *p. q.* 10. & 13 Natta *in Authent. quod ſine, n.* 48. *C. de teſtamentis*, & alii relati, & ſequuti à Maſcard. *de probationib. concluſ.* 1347. *à n.* 11.

Eleganter hoc etiam magis in noſtris terminis
28probat poſt alios, † & Rotæ deciſiones Mareſcotus *var. reſolutionum, lib.* 1. *cap.* 98. à principio *in hæc*: Quæritur, ſi commiſſio ſit ſignata à Papa per verbum *placet*, nec ſit additum, prout de jure nec quid aliud, quod conceſſum videatur, & dicas omnia petita cenſeri conceſſa, Caſſiadorus *deciſ.* 7. *de reſcriptis*, & ratio eſt, † quia
29reſponſio ſimplex concedit omnia petita, quæ non ſunt cancellata. Rota *deciſ.* 1. *de reſcriptis in noviſ. & deciſ.* 1. *eod. tit. in antiquis*, Staphileus *de commiſſionib. liter. juſtitiæ, in princip. num.* 13. & verba *juſtitiam facies prout de jure*; & ſimilia appoſita † per Regentem Cancellariæ, non faciunt
30 cenſeri commiſſionem redactam ad terminos juris. Caſſiad. *dict. deciſ.* 7. *num.* 1. quia, ut dicit idem Caſſiadorus, regens non habet poteſtatem limitandi ſignaturam Papæ, Puteus *deciſ.* 1. *eod. tit.* Antonius Auguſtinus *in epitome, eod. tit.* §. 16. ideo
31 non facit deciſio Greſcentii 1. *de reſcriptis*, † quod ſcilicet clauſula (*ut juſtitiam faciat*) poſita in extenſione Regentis intelligatur, quatenus de jure ſit quod petitur, quia fuit intellecta per Rotam *in una Arimenſ. reſciſſionis*, 18. *Maii* 1590. *coram Cardinale Seraphino*, ut procedat tantùm in reſcriptis ſignaturæ juſtitiæ; non autem in commiſſionibus ſignaturæ gratiæ, quando Papa expreſsè, & ex certa ſcientia aliquid concedit, quod videatur eſſe contra juris communis diſpoſitionem, nam tunc cenſeatur facta conceſſio remoto juris obſtaculo, non obſtante clauſula prædicta, ea ſcilicet ratione, quia ſignatura Papæ præcipuè eſt attendenda, non autem extenſio Regentis; hactenus Mareſcotus.

Ex qua doctrina, & ex cæteris adductis huc uſque apparet † quod quando principaliter per ſup-
32 plicationem petitur commiſſio in prima inſtantia, eamque ſubſcribit, & ſignat Sanctiſſimus propria manu; tunc omnia in ſupplicatione petita comprehenduntur, & intelliguntur conceſſa, ſignatura non fuerit limitata, quod certiſſimum eſt de jure.

Et ulteriùs quod ſubſcriptio non extendatur ad
33 ea, † quæ in ſcriptura non leguntur, elegantèr probat Rota ut per Farinacium *in poſthu. tom.* 2. *deciſ.* 21. *n.* 8. in hæc: Et aliud deductum ex ſubſcriptione Marchionus fuit reſponſum, quod licèt ſubſcriptio operetur confeſſionem & approbationem eorum omnium, quæ in ſchedula ſub ſcripta continentur. Alexand. *conſil.* 147. *n.* 3. *lib.* 2. *conſil.* 132. *n.* 3. *verſ. Secundò, lib.* 5. Pariſius *conſil.* 90. *num.* 12. *lib.* 1. & tenuit Rota *in Roma. Pecuni. ſeu mercium* 8. *Novemb.* 1596. coram R. P. D. meo Penia, non tamen operatur confeſſionem, & approbationem eorum, quæ in dicta ſchedula non leguntur, maximè attenta ſubjecta materia renunciationis; quæ ſui natura ſtricti juris eſt, in qua non veniunt niſi expreſſa per renuntiationem Calderi. *conſ.* 5. *de præbendis* Zabarel. *conſ.* 5. Decius *conſ.*
197. *n.* 3. ultra quod dicta ſubſcriptio eſt reſtricta †34
ad ſuperiùs expreſſa tantùm, ibi: *Aſſermo, & mi obligo à quanto di ſopra*, ad tradita per Bartol. *in l.* 1. §. *hoc edictum, ff. de poſtulando.* quem ſequitur Pariſius *conſil.* 19. *n.* 68. & *conſil.* 48. *n.* 14. *lib.* 1. undè cùm in corpore dictæ apochæ nulla mentio fiat de donatione aut renuntiatione terrarum, de quibus agitur, nec alibi de ea conſtat, ideo, &c. quæ elegans eſt.

Confirmatur; nam una pars ſupplicationis fuiſſet admiſſa tantum, cætera in ſupplicatione contenta cenſentur rejecta & reprobata, Seraphinus *dec.* 467. ex Pariſ. *conſil.* 20. *n.* 15. *lib.* 1. vide plurimas doctrinas ſimiles infra hac 3. *p. c.* 31. *à n.* 100. & *ſeqq.* quo loco multas, & ſingulares congeſſimus ad propoſitum.

Atque ob hæc fundamenta tenendum erit conſtanter, commiſſionem, † quæ in ſupplicatione 35

non reperitur ſcripta, nec petita nullatenus poſteà expeditam ſub ſignatura, & ſubſcriptione propriæ manus Sanctiſſimi comprehendi poſſe.

Nec obſtant in contrarium adducta fundamen-
36 ta, † non primum ex Alphonſo Soto, quia ipſe non dicit, ſupplicationem, & commiſſionem haberi ſicut genus & ſpeciem, in ſenſu de quo Nos loquimur; ſed illud tractat per Regulam Cancellariæ *ibidem*, quod commiſſio à Sanctiſſimo petita etiam dicitur ſupplicatio, quia per ſupplicationem poſtulatur, eo quod ſupplicatio eſt nomen generícum comprehendens ſub ſe omnes ſpecies ſup-
37 plicationis † quod nos non diffitemur; imò & firmavimus ſuprà in diſcurſu hujus capitis pluries, & ſic nihil obſtat argumentum, cum non omnia, quæ poſſunt per ſupplicationem peti à Sanctiſſimo, incluſa intelligantur in aliqua ſupplicatione, quæ ad rem particularem coram eo proponitur ſignanda.

Nec obſtat ſecundum, quia reſpondetur, quod
38 commiſſio ad executionem † gratiæ data ad illam eſt acceſſoria: poſtquam conceſſa eſt commiſſio, & executoris nominatio, ut *in dict. cap. ſi ſuper gratia*; non tamen antea, quia datio executoris eſt quid accidentale, non naturale & eſſentiale ad executionem gratiæ cum coram judice competente poſſit peti ejuſdem executio, & ſic datur vel non datur, ſi petatur à parte ſupplicante, vel non petatur ut probat clarè text. *in c. ſi ſuper gratia de officio Delegati, lib. 6.* Nos latiſſimè in hac 2. parte, *c. 26. per totam*, à principio, & ſic cùm ante petitionem, & dationem executoris, & commiſſionis, non ſit nec poſſit conſiderari acceſſorium, quia non entis nullæ ſunt qualitates; non poteſt currere argumentum, ſed imò retorquetur.

Ex qua ratione deducitur etiam reſponſio ad ter-
39 tium argumentum, † quo dicitur, quod una determinatio reſpiciens plura determinabilia, ea debet pariformiter determinare: quoniam cum commiſſio nec expreſſè, nec virtualiter, nec principaliter, nec acceſſoriè contineatur in ſupplicatione ad rem principalem petitam; ſequitur quod ſignatura Sanctiſſimi illam non determinet, quia illam non reſpicit, nec poteſt, quia non eſt, nec adeſt, ex hactenus latiùs comprobatis.

Quare in Senatu non attenditur ſubſcriptio ſup-
40 plicationis ad rem principalem petitam à Papa, † ſi executoris commiſſio ſeorſum data ad ipſius gratiæ executionem non ſit pariter ſubſcripta propria manu Sanctiſſimi, quominus Ordinario cauſa remittatur, ſi ejus prima percutiatur inſtantia, ut ſæpè diximus.

§. II.

Et eſto quod litteras avocatorias non ſubſcribit Sanctiſſimus, nec in illis mentionatur ſubſcriptio ſupplicationis; an, & quomodo probanda erit in Senatu?

SUMMARIUM.

1 *Subscriptio propriæ manus Sanctissimi cum non apponitur in commissionibus missis, sed in supplicatione, qua petuntur, quonam modo in Senatu sit probanda, ut impediatur remissio ad Ordinarium in prima instantia, et seqq.*

2 *Et supplicatione subscripta per Papam, aliamve signaturam habentem, commissiones, quæ ad partes mittuntur, fabricantur per officiales.*

3 *Litterarum de fide, quæ magna est circa omnia in eis contenta, non est excitandum.*

4 *Et litteris desuper confectis non apparet subscriptio, nec à quo subscripta fuerit supplicatio, an à Papa, an ab alio habente signaturam, quia uniformiter omnes eodem modo scribuntur.*

5 *Litteræ omnes conficiuntur sub nomine Papæ, et ipso solo loquente, et de differentia inter gratiosas, et justitiæ*

6 *Litteris desuper fabricatis confunduntur signaturæ, ut eis nequit apparere à quo fuerit supplicatio subscripta.*

7 *Ex litteris non constat, an gratia sit per fiat, an per concessum.*

8 *Commissiones avocatoriæ in prima instantia, quæ mittuntur ad partes, non requirunt subscriptionem propriæ manus Sanctissimi, sed per supplicationem, ita subscriptam, satisfieri formæ Trident. declaravit S. Congregatio.*

9 *De subscriptione cum in commissione avocatoria non apparet, impetrans debet docere, et ostendere supplicationem subscriptam, ut commissio avocationem in prima instantia possit operari.*

10 *Litteræ fidem faciunt circa contenta, et lecta in eis, non circa non contenta.*

11 *Impetrans, qui se fundat in forma, et requisito ad avocationem, de eo debet docere, cum sit fundamentum suæ intentionis*

12 *Qualitas, qua fundatur jurisdictio, ante omnia debet probari, aliter processus nullus erit.*

13 *Subscriptio propriæ manus qualitas est formalis, et præcisa, qua fundatur commissio avocatoria non prima instantia.*

14 *Qualitatem fundamentalem, qui non probat dicitur carere jure.*

15 *Fundamentum suæ intentionis quilibet probare debet.*

16 *Subscriptionis solemnitas extrinseca, maximè consistens in facto, non præsumitur intervenisse.*

17 *Decretum judicis in alienatione tutoris citatio, et similia, tanquam solemnitates extrinsecæ, non præsumuntur.*

18 *Subscriptio propriæ manus consistit in facto, et manufactura Sanctissimi, quod minimè præsumitur nisi probetur.*

19 *Idem est nihil allegare, quod allegare, et allegata non probare.*

20 *Actor, quod asseverat probare tenetur.*

21 *Ordinariorum jurisdictio habet juris assistentiam.*

22 *Ordinarii potestas ex sola juris assistentia probatur, et conservatur.*

23 *Commissionem impetranti avocatoriam primæ instantiæ jus resistit.*

24 *Subscriptionis ampliori probatione adstringitur impetrans.*

25 *Actus si singulariter prohibitus sit, et ob aliquam causam permissus, debet causa exprimi, et verificari.*

26 *Pro judice carente potestate, excepto uno casu, non præsumitur.*

27 *Subscriptionem ex supplicatione originali, in Senatu exhibendam, debet impetrans probare, et seqq.*

28 *Supplicatio presentari debet in judicio si inter eam, et litteras desuper fabricatas allegatur differentia.*

29 *Signatura si discrepat à Bulla, creditur signaturæ.*

Signa-

30 *Signaturæ creditur quoad circumstantias gratiæ, puta tempus, vel qualitates.*

31 *Per quam signaturam, an per fiat, an per concessum litteræ fuerint expeditæ, dubitari contingat, supplicatio subscripta exhibenda, et ostendenda est.*

32 *Ex tenore litterarum non dignoscitur signatura, atque ideò hæc simul producenda ad eliciendam veritatem.*

33 *Subscripta supplicatio erit exhibenda Judici de partibus, coram quo apposita fuit differentia, et discrepatio inter ipsam, et litteras.*

34 *Signata supplicatio non probat, nisi litteris expeditis.*

35 *Signaturæ creditur quoad confectionem litterarum super ea.*

36 *Signatura ad verbum registratur per Abbreviatorem in libro, etsi de ea dubitatur ad ipsum, uti ad Protocollum recurritur.*

37 *Si dubitatur magis strictè, aut largè litteras fuisse scriptas, quàm à Papa concessum, recurritur ad signaturam originalem.*

38 *Signaturæ, quoad in ea contenta magis statur, quàm Bullæ desuper sumptæ.*

39 *Subscriptio originalis in Senatu Parisiensi fuit præsentata coram quo fuit exceptum, Bullas aliter cantare, quam in signatura continebatur, huicque datam fidem fuisse in facti contingentia, testatur Rebuffus, et Mascardus.*

40 *In commissione avocatoria, cùm nulla legatur, nec mentionetur subscriptio per impetrantem ei insistentem, et allegantem, probanda erit in Senatu.*

41 *Inter supplicationem subscriptam manu Sanctissimi, et litteras desuper confectas, ubi allegatur discrimen, est recurrendum ad ipsam subscriptionem, et signaturam.*

42 *Ex supplicationis subscriptæ inspectione, et lectura colligitur quid contineat, ad quam, tanquam ad matricem recurritur pro discrimine litterarum.*

43 *Supplicatio signata attenditur, licet aliter in litteris ponant officiales, qui nequeunt supplicanti præjudicium inferre.*

44 *Commissionis verba si obscura sint, opus est pro declaratione signaturam adire.*

45 *Supplicatio quoad effectum surreptionis potius attenditur, quàm litteræ expeditæ.*
Et ad id recurritur ad illam tanquam ad matricem, ibid.

46 *Litteræ à signatura oriuntur, sicuti instrumentum à Protocollo.*

47 *Litteræ, si à supplicatione discordent, remittendæ sunt ad correptionem.*

48 *Ad supplicationem, sicut ad matricem, recurritur pro discordia litterarum, nec expeditores possunt gratiam alterare, nec jus impetranti quæsitum tollere.*

49 *In correctione litterarum discrepantium à supplicatione subscripta, non requiritur partis citatio, quia ea invita corriguntur.*

50 *Supplicatio subscripta, postquam est registrata, litterisque confectis, facillimè Curiales attenti originalem nanciscuntur ab Officiali, soluto uno argenteo.*

51 *Si de subscriptione reali in Senatum non appareat, causa in prima instantia Ordinario indubiè remittetur.*

52 *In litteris si subscriptio mentionetur, et negetur, quis eam probare teneatur, et adstringatur supplicationem subscriptam in Senatu præsentare.*

53 *Ubi de differentia inter litteras ipsas, quibus Summus ipse Pontifex loquitur, et asserit suam subscriptionem, et litteras memoriales, et similes, in quibus Judex asserit subscriptionem.*

SEcunda quæstio, quæ circa prædictas signaturas se offert † tractanda erit (sub hoc tamen 1
supposito, quod ad avocationem primæ instantiæ sufficiat subscripta supplicatio; ita ut non sit necessaria subscriptio in ipsomet rescripto, quod examinabimus *infrà* §. 5.) Quomodo in Senatu debeat doceri & probari signatura propriæ manus Sanctissimi, esto quod litteræ avocatoriæ in prima instantia non subscribantur à Papa, nec in eisdem subscriptio mentionetur, ut impediatur causæ remissio ad Ordinarium, & insuper ut coram isto (ubi de incompetentia ex Concil. Trid. *dict. cap. causæ omnes*, opponitur) exceptionis repulsio sit probanda, certè res est admodum difficilis, & intricata valdè: pro cujus resolutione in mentem obiter sunt trahenda; quæ à principio hujus capitis diximus circa subscriptiones supplicationum, sive per *fiat* sive per *concessum*, aliterve ac circa modum Litterarum, Brevium, aut Bullarum desuper expediendarum. Etenim præsentatur supplicatio Sanctissimo † qui 2
propria manu subscribit, *fiat*, *ut petitur*. *M* vel *placet M. fiat M. &c.* Super hac supplicatione per Officiales Papæ conficiuntur litteræ. Non dubitamus nunc de fide earum, cùm magna sit & indubitabilis circa omnia in eis contenta, latissimè † doctissimus Supremi Senatus Consiliarius Valentinus nunc Præses Granatensis *in consil. 51. num. 1. & seq.* ubi plurimos allegat. Marescotus *variarum resolut. lib. 2. capitul. 9. nu. 4.* Et non solùm in actu tunc gesto, sed etiam in narratis per Papam text. elegans *in Clement. 1. de probationib.* in hæc: *Litteris nostris, quibus Nos dignitates quaslibet, seu beneficia collationi nostræ, vel Sedi Apostolicæ reservare, aut resignationem beneficii alicujus accepisse, vel recipiendi potestatem alii commisisse, vel aliquem excommunicasse, vel alia similia, super quibus gratia, vel intentio nostra fundatur, feciſſe narramus, censeamus super sic narratis, fidem plenariam adhibendam, &c.*

Sed difficultas consistit in eo, † quòd in litte- 4
ris desuper expeditis nulla sit mentio signaturæ, an supplicatio fuerit subscripta propria manu Sanctissimi, vel signata per *Concessum*, nec à quo fuerit signata aut subscripta, sed omnes litteræ postmodum eodem modo expediuntur, ut diximus hoc *cap. 30. num. 34. verf. Et postquam ad hoc præfecto, &c.* Scilicet omnes nomine Papæ, & ipso solo loquente, † hac differentia quod in Bullis 5
gratiosis totum nomen Pontificis, à quo incipit inscriptio Bullæ, apponitur cum litteris majusculis laboribus curiosè ornatis: *Urbanus Episcopus servus servorum Dei.* At in litteris justitiæ & in forma commissaria primum nomen duntaxat, *Urbanus*, litteris majusculis inscribitur.

Igitur cùm in litterarum † confectione confun- 6
dantur signaturæ, quia in eis non legitur à quo fuerit subscripta supplicatio, ut benè advertit Alphonsus à Soto, *Regul. Cancell.* qui super 31. *Innocentii 8. n. 33. Pauli V.* illam ampliat is super illis verbis: *Item voluit quod concurrentibus eadem die super quocumque beneficio per fiat, & per concessum, signaturis ex tit. per fiat habens alteri præferatur*, ipse Soto, *num. 1.* difficultatem practicandi dictam regulam, movet ex hoc, in hæc: *Sic ut in veritate esset dubium, quomodo deberet practicari hodie hæc regula, nam in Bullis non*

ponitur per fiat, vel per conceſſum, ſed in utraque Bulla ponitur nomen Papæ tantum, &c. Et iſte Author reperitur in ejus commentis Joannis à Cochier, *in Reg. Cancellar.* 31. *alien.* 33. & in eadem *Reg.* 33. teſtatur Mandoſius *in q.* 21. *num.* 72. ibi : *Ex quo in litteris non poteſt conſtare,* † *an gratia ſit facta per fiat, an per conceſſum, ut omnes ſciunt., &c.* Ideò aliter debet conſtare de ſubſcriptione & ſignatura Sanctiſſimi, ut cauſa in prima inſtantia per Senatum non remittatur Ordinario.

Et augetur hæc confuſio, & improbabilitas 8 ex duabus † declarationibus S. Congregationis Cardinalium editis ſuper *dict. cap. ſeſſ.* 24. *de reformation.* In quibus expreſsè dicitur, ſubſcriptionem propriæ manus Sanctiſſimi non requiri in litteris avocatoriis in prima inſtantia; ſed ſufficiat, quod ſupplicationes, per quas avocatio petitur à Sanctiſſimo, per ipſum propria manu ſubſcribantur; Prima ſic ait : *An cauſarum avocationes validæ ſint, ſi brevia Apoſtolica, quæ transmittuntur, manu propria Pontificis ſubſcripta non ſint? Congregatio cenſuit eſſe valida, cùm ſufficiat, ipſas ſupplicationes ſuper quibus brevia conficiuntur, manu Pontificis eſſe ſignatas.* Et iterum declaratio alia in hæc : *An cauſarum avocationes, commiſſioneſque minus validæ, aut contra decretum Concilii, cap.* 20. *ſeſſion.* 24. *judicari debeant ex eo, quòd brevia Apoſtolica, quæ ad partes tranſmittuntur, manu propria Sanctiſſimi ſubſcripta non ſint; an verò ſufficiat ipſas ſupplicationes, & commiſſiones, ſuper quibus brevia conficiuntur, manu Papæ ſignatas, & ſubſcriptas eſſe; Congregatio cenſuit, ſatisfactum eſſe decreto, ſi ipſa ſupplicatio, & commiſſio, ſuper qua breve fabricatur, manu Sanctitatis ſuæ ſubſcripta ſit, &c.* Quas declarationes latiùs exornavimus hac 2. *part. cap.* 6. *nu.* 44. *& ſeq. verſic. Atque advertendum tamen eſt, &c.* (Sed an Senatus dubitet de fide harum declarationum, latiùs examinatur *infrà* §. 5.)

Igitur ſi in brevibus ac litteris avocatoriis non 9 ſubſcribit † Sanctiſſimus, nec in eis de ejus ſubſcriptione menſio fiat ex ſupra dictis, ſi dubitatur, aut opponitur de hoc requiſito & forma ſubſtantiali, & ejus defectu, omninò debet impetrans docere de ea per oſtenſionem ſupplicationis ſubſcriptæ propriæ manu Sanctiſſimi, aliter enim litteræ ipſe judicari non debent, niſi pro ſimplici avocatione defectuoſa formæ à Concilio Trid. requiſitæ, ac per conſequens interim dum de ea non apparet, effectum ſuum avocativum operari non poſſunt, cum habeant juris reſiſtentiam.

Validiſſimis ad hoc moveor fundamentis; tunc 10 litteris fides maximè † adhibenda in iis, quæ in ea continentur, non tamen in non lectis in eiſdem, nec expreſſis, prout latiſſimè deduximus poſt magnam Doctorum catervam, & doctrinarum, *de Regia protect.* 4. *p. cap.* 8. *à num.* 46. *cum multis ſeq.* undè ortum habet vulgare axioma, de quo non cantat inſtrumentum, nec ego cantabo.

11 Deinde cùm ſubſcriptio † propria manu Sanctiſſimi in avocatoriis commiſſionibus ſit qualitas fundamentalis præciſa & neceſſaria avocationis; debet qui intentionem ſuam fundat in ea, omnino probare; gloſſa recepta *in l. ſi verò, §. qui pro rei qualitate, ff. qui ſatisdare cogantur*, Menoch. *conſ.* 301. *num.* 10. *& de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 49. Covarr. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 2. Gutierrez *de juramento confirmatorio* 1. *part. cap.* 1. *num.* 22. *& practicarum, lib.* 5. *quæſt.* 40. Brun. à Sole *in locis communib. verb. Qualitas* 6. Farinac. *in practic. crimin. quæſt.* 1. *n.* 23. Anton. *variarum reſolut. lib.* 2. *reſolut.* 48. *n.* 12. Imò tunc debet in ſpecie hanc qualitatem fundamentalem probare, Rota ut per Farinac. *in poſthum. tom.* 2. *deciſ.* 645. *num.* 2. Seraphinus *deciſ.* 332. *n.* 1. & 2.

Imò qualitas quæ dat fundamentum juriſdictio- 12 ni in primis, † & ante omnia probanda erit, aliàs nulliter & abſque illa procedit judex. Nos poſt plurimos Doctores *in tractatu de Regia protect. part. cap.* 2. *n.* 67. *& cap.* 2. §. 5. *n.* 52. *& n.* 58. *& 2. part. cap.* 4. *n.* 43. *&* 44. *cum ſeqq.* quibus diximus, quod qualitas attribuens juriſdictionem prius debet conſtare, alios quamplurimos citabimus *infrà hoc cap.* §. 4. *à n.* 36.

Sed ſubſcripto propriæ manus Sanctiſſimi eſt 13 qualitas & formalis, & eſſentialis, † qua fundatur avocatoria commiſſio in prima inſtantia, juxta textum expreſſum *in cap. cauſæ omnes* 20. *de reformation. ſeſſion.* 24. Et ſit qualitas à diſpoſitione ſeu lege requiſita, quæ ante omnia debet probari, Rota ut per Farinacium *in poſthum. tom.* 2. *deciſione* 225. *num.* 2. & *deciſ* 603. *num.* 1. Ubi quod aliter non procedit, nec locum habet diſpoſitio : † ergo ſi de ea non doceat impetrans, ob- 14 tinere non poteſt, quia dicitur carere jure, *l. Argentarius, §. cum autem, ff. de edendo.* Quia intentionis ſuæ fundamentum † quilibet probare te- 15 netur, *l. actor, C. de probationibus, l. qui accuſare, C. de edendo*, Joſeph. Ludoviſ. *tom.* 3. *communium opinionum, tit. de probationibus, concluſion. unica*, Bruno à Sole *in locis communibus, verbo, Actor.* 3. Antoninus *variarum reſolut. lib.* 1. *reſolution.* 70. *num.* 15. *& reſolut.* 106. *n.* 21. *& lib.* 3. *reſolut.* 1. *n.* 9. Argel. *de legitim. contradict. quæſt.* 13. *nu.* 64.

Nec hæc ſolemnitas extrinſeca, quæ in facto conſiſtit (maximè † cùm in litteris non ſit enun- 16 tiata eo modo, quo inferiùs *in* §. 4. latiùs dicitur) non præſumitur interveniſſe, textus optimus *in l. quæcumque*, §. *fin. ff. de publiciana actione*, ubi Juriſconſultus ait, non præſumi decretum, nec authoritatem tutoris interveniſſe in contractu pupilli; idem colligitur *ex leg. primus C. de contrahenda & committenda ſtipulat. & ex leg.* 1. *C. de advocatis diverſor. judicior.* Gloſſ. *in leg. ſciendum, ff. de verb. obligat. & in cap. ſicut de re judic.* Bartol *in l. cum de in rem verſo, col.* 3. *ff. de uſuris*, Gratus *reſponſo* 53. *n.* 16. *vol.* 3. Corneus *conſil.* 20. *vol.* 4. *col.* 2. Rolandus à Valle *conſil.* 26. *num.* 15. *vol.* 3. Anton. Gomez *variar. reſolut. tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 17. *verſic. Tertiò infertur*, Gratus *conſil.* 82. *num.* 2. *vol.* 1. Hieronymus Gabriel. *conſil.* 36. *num.* 24. Matheſila. *ſingul.* 11. Vantius *de nullitate ſententiæ ex defect. citationis*, & infiniti penè alii citati & per Maſcard. *de probationibus, concluſ.* 1321. *per totam*, ubi *n.* 8. poſt alios de † decreto 17 Judicis citatione, & ſimilibus tanquam extrinſecis non præſumi.

Deinde quia hæc ſubſcriptio † propriæ manus 18 Sanctiſſimi conſiſtit in facto, quia requiritur manufactura ejuſdem, prout abundè diximus hac *part. cap.* 6. *à n.* 25. *cum multis ſeq. &* à *n.* 55. *cum ſeqq.* Quibus quidem in locis manifeſtiſſimè probatur hæc manufactura Papæ in ſubſcribendo in complementum diſpoſitionis Tridentin. *in cap. cauſæ omnes, illud* minimè præſumitur, niſi probetur, *l. in bello*, §. *facta, ff. de captivis, l. ſi emancipati* 9. *de collationibus, l.* 1. *C. de probationibus, l. quæcumque, §. fin. ff. de publiciana, l. aſſertio C. de non numerata pecunia, cap. cum Joannes*; §. *verùm, de fide inſtrument. c. licet de conſtitutionibus in* 6. Ergo præciſè impetrans

tenetur

tenetur de subscriptione docere, ut locum habeat avocatio, atque possit impediri remissio Ordinario in Senatu petita, maximè, cùm illi, ejusque commissioni jus ipsum resistat.

19 Non enim sœpe simplici † affirmationi & allegationi, interveniisse subscriptionem standum est, nec fides danda, nisi probaverit, quia idem est nihil allegare, vel allegare & allegatum non probare, *l. 1. in principio, juncta glossa verbo, Decenter. ff. de dilationibus*, Bald. *in quæstione de schismaticis, n. 2. post titulum de edicto Divi Adriani toll.* Rolandus à Valle *consil. 35. num. 10. & nu. 20. lib. 1.* Tuschus *practicarum, lit. A. conclusion. 117. n. 19.* Pedemontan. *decision. 50. n. 12. in fin.* Aug. Barbosa *axiomat. 20. n. 2.* qui *n. 1.* post plurimos pro-
20 bat, quod partis allegatio † non facit jus, textus *in cap. directus 34. de præbendis.* & actor, quod asseverat probare debet, *l. actor. quod asseverat, C. de probation.*

Deinde quoniam Ordinariorum jurisdictio habet
21 juris † assistentiam, *cap. cum personæ in fin.* ubi notant omnes *de privilegiis, lib. 6. conquerente, de officiis Ordinarii, cap. cum Episcopus, eodem tit. lib. 6. cap. omnes Basilicæ 67. q. 7.* Ex quo sola sua
22 potestas probatur & conservatur, † plures determinavit Rota ut per Marescotum *variar. resol. l.*
23 *1. cap. 11. à principio*, & impetranti rescriptum † ut alius in prima instantia cognoscat; jus ipsum resistit ex sæpè relato Trident. *dict. cap. 20.* Atque
24 ideò non solum debet subscriptionem † probare; sed imò fortiori astringitur probatione, ut latè videre est ex ipso Marescoto *per totum cap.*

Et quia quando actus regulariter est prohibitus
25 (prout est commissio † avocatoria ab Ordinario in prima instantia) & in aliquo casu, & ob aliquam causam permissus, debet ipsa causa exprimi & verificari, plurimos citavimus *de Regia protect. 4. part. cap. 3. à n. 44. cum seq.* Ideò cùm istæ commissiones ob subscriptionem Sanctissimi sint permissæ, debet de ea impetrans docere, ut effectum suum avocativum valeant operari, & facit quod dicitur
26 non præsumi † pro judice in casibus in quibus regulariter non habet aliquam potestatem, nisi in certo casu, Alciatus *de præsumptionibus præsumpt. 9. n. 27.* Purpuratus *in leg. 1. nu. 548. ff. de officio ejus* sequitur Mascard. *de probationib. conclusion. 951. n. 9.*

Ac propterea cùm ex brevibus, aut litteris avo-
27 catoriis non apparet † hæc forma subscriptionis; omnino debet impetrans de ea docere in Senatu, quæ tunc apparere dicetur, cum de supplicatione ipsa originali subscripta propria manu Sanctissimi docuerit, siquidem constantissimum est in Romana Curia, quod quoties allegatur diversitas, aut con-
28 trarietas inter bullas, aut litteras expeditas, † & supplicationem signatam seu subscriptam, debet exhiberi & præsentari supplicatio subscripta, ut ex ea detegatur defectus Bullarum & litterarum expedirarum, vel quam sit necessaria est inspectio signaturæ, qua fuerit supplicatio subscripta.

Quam conclusionem probant multi, Alphonsus Soto. *in reg. Cancellariæ 25. aliàs 26. Pauli 5. de non judicando juxta formam supplicationum, sed litterarum expeditarum*, per quam à principio dicit, & Doctores etiam citandi; quòd licèt juxta supplicationem non sit judicandum, sed per litteras desuper expeditas, tamen *n. 14.* limitat, quando
29 litteras opponatur aliter expeditas fuisse, quàm sit in supplicatione contentum, † quia tunc supplicatio producitur coram judice, ut defectus detegatur; quem sequitur post Rebuffum, & Mandotium Joannes à Cochier ejus glossator, super eadem Regula, folio 276. sub *nu. 33.* ibi: *Tertiò limita, si signatura † discrepat à Bulla, crederetur* 30
enim signatura, quoad circumstantias gratiæ, putà temporis, vel qualitatis, Mandosius hic, quæst. 9. &c. probant etiam Rota decis. 332. licet Romana 27. de rescriptis in novis, Vuamesius *consil. 222. n. 5. tom. 10.* & iterum ipse Cochier post alios ibidem, *dict. nu. 33. in fine*, ibi: *Denique adverte, regulam hanc non procedere, quando litteræ sunt expeditæ & discordant à supplicatione, ut fuit decisum in Aretina Commendæ 19. Januarii 1597. coram Cardinale Seraphino teste Farinacio, decis. 455. n. 3. part. 2. diversorum.*

Et quod quando sit necesse discernere, & constare per quam signaturam † sint expeditæ litteræ, 31
an per signaturam per *fiat*, an per *concessum*; sit producenda supplicatio ipsa signata & subscripta, ut deducatur per quam signaturam fuerint expeditæ, cùm ex ipsis litteris non appareat, nec aliter apparere queat; † probat singulariter Mandosius 32
in Reg. Cancell. 33. de signatur per fiat & concessum, q. 1. prope finem, *sub nu. 2.* in hæc: *Ad Reveren. autem DD. de Rota, vel alios Judices competens spectat regulam hanc executioni mandare, hoc modo videlicet; quod productis Bullis hinc inde, ac supplicationibus super quibus litteræ expeditæ fuerunt, discernant, quæ expeditæ sint super gratiam per fiat, & quæ super gratiam per concessum, & si sub eadem datæ illas approbabunt, & canonizabunt, has verò super gratiam per concessum rejicient, & rejiciendas non suffragari in vim hujus regulæ, & ejus mentis discernent, & declarabunt; & hoc jure utimur, & hæc est vera & inconcussa praxis Romanæ Curiæ: & licet glossa in fine, in hac opinione inclinare videatur, tamen iis, quæ diversis in locis adducit, sibi ipsi non constat, nec viam rectam respondendi uni contrario, quod satis obstare videbatur invenire potuit; obstaculum erat regula de non judicando juxta formam supplicationis, cui breviter respondeo, quod regula illa non obstat, nec procedit, quando supplicatio producitur pro declaratione litterarum, & ad probandum circumstantias & qualitates gratiæ prout per Sarner in 7. quæst. & per me in 9. quæst. per totam dictæ regulæ, & in aliis casibus etiam (eadem regula non obstante) probatur seu probat, quos prosequor in diversis, quibus dictæ regulæ, &c.* Quod & idem probat expressè post *Rebuffum ipse Joannes à Cochier in regula 31. aliàs 33. de signatura per fiat præferenda habenti signaturam per concessum, folio 319.* in hæc: *Illa non obstat nec procedit quando supplicatio producitur pro declaratione litterarum, & ad probandas circumstantias, & gratiæ qualitates, & an illa sit per fiat, an per Concessum; ideoque bonum est, inquit R. buffus in praxi in 2. part. signaturæ, n. 13. producere signaturam, alioquin ex Bullæ tenore cognosci non potest, &c.* Et dat cautelam, ut quis tam Bullam, quàm signaturam producat, ibidem in hæc: *Undè quis cautus esse debet, ut tam Bullam, quàm signaturam conspiciat, & ex illis veritatem elicere poterit, &c.*

Et cùm prædicta *regula* † *Cancellariæ 26. de* 33
non judicando juxta supplicationem, patiatur istam limitationem, cùm Regula loquatur, † & habeat 34
locum in Curia, & extra Curiam, probat eadem regula, ibi, *in Romana Curia, & extra eam*, & notant expressè omnes glossatores citati, & alii, ideò limitatio, quæ regulam sequitur, locum om-

ninò obtinebit in Curia, & extra curiam in partibus, ubi contingat, & necessarium sit scire de qualitate & forma signaturæ, uti etiam expressè annotavit Mandosius loco proximè citato ibi: *Ad DD. Rotæ vel alios judices competentes spectant, &c.* Quod expressè probat post alios per eum citatos Cochier *in reg. Cancellariæ 25. aliàs 26. de non judicando juxta formam signaturæ, &c. n.* 40. in hæc: *Advertant Tyrones praxeos, si Bullæ fuerint melè formatæ, ut putà contra consuetas formas Cancellariæ, vel quando non sunt conceptæ juxta signaturam, eas remitti etiam de partibus solere ad Cancellariam, ut corrigantur, & reducantur ad formas debitas, quod non ante fiat, nisi producto signaturæ sumpto, ut ex eo videatur, an saltim in substantialibus discrepent, sicque Judex vel officialis videant an Bullæ reformari debeant, nec in hoc opus erit partis citatione ex opinione Rebuff. in praxi, tit. de reformatione, & correction. Bullæ n.* 8. Parisius *de resignat. benefic. lib.* 8. *quæst.* 7. *n.* 190. *& seq. &c.* Ubi ponit praxim correctionis hujusmodi, & annotat, quod iste Author citat Flaminium in *n.* 190. cùm sit in *n.* 180. *cum seq.*

Hinc Mascardus *de probationib. conclus.* 1309. *verbo, Signaturam à principio*, latè probat plurimis citatis; quod signata supplicatio non probat nisi litteris expeditis ex regula Cancellariæ, hanc tamen conclusionem mirabiliter ipse limitat post alios
35 *n.* 18. in hæc: *Tertiò limita, ut procedat quoad conficiendam Bullam de ea, † nam hoc casu creditur signaturæ, ita Rebuffus ubi suprà in praxi in* 3. *parte signaturæ, verficulo, Datum apud, &c. n.* 9. *Ubi*
36 *subjungit, quod Romæ † abbreviator solet signaturam ad verbum describere in uno libro, & si de ea dubitetur ad illum librum recurritur tanquam ad Prototypum, ut firmat Ant. de Butrio in dict. consil.* 2. *visis litteris, col.* 1. *per cap. cum P. Tabellio, & cap. fide de probationibus, quo in loco etiam ait,*
37 *quod quando apparet, † quod aliter est sumpta minuta per Vicecancellarium magis strictè, vel largè, quàm fuerat à Papa concessa, recurrendum est ad originale, nam non est in potestate Vicecancellarii litteras scribendo, restringere, vel dilatare gratiam à Papa concessam in reservatis Papæ, & non concessibilibus per Vicecancellarium, &c.* Hactenus Mascardus.

Et *in num.* 19. post Rebuffum hunc discursum prosequitur ipse Mascardus adducens casum multùm conducibilem nostro recursui, & proposito, quo versamur in hæc: *Et ideò Rebuffus ubi suprà*
38 *tenet, † quod magis statur signaturæ quoad contenta in ea, & reservata Papæ, non autem concessibilia à Vicecancellario, quàm Bullæ, quæ ex Cancellaria sumitur, & ita fuisse judicatum in Senatu Parisiensi, asserit; pro quadam signatura contra Bullam, nam in signatura erat concessio beneficii, provisio, quod non esset de collatione Episcopi Pictaviensis, & expedita erat Bulla sine illa clausula,*
39 *vel † conditione, sed producta fuit signatura continens illam clausulam conditionalem, provisio, quod non esset, &c. Et probatum beneficium esse de collatione Episcopi Pictaviensis, & fuit resolutum pro signatura, quod non valeret collatio, licèt in Bulla nihil diceretur.* Hactenus Mascard. & ipse Rebuff.

Infertur & à fortiori in nostro casu cùm in litteris
40 avocatoriis † (quæ potius simpliciter alteri in prima instantia causam committunt) nihil de subscriptione, & signatura propria manu Sanctissimi dicatur, nec mentio aliqua fiat, & nihilominus per impetrantem insistetur intervenisse in supplicatione, de necessitate tenetur in Senatu de ea docere.

Et generaliter, quando prætenditur differentia inter supplicationem subscriptam manu Sanctissimi, & litteras desuper expeditas, quia prætenditur † & opponitur magis, aut minus in eis- 41
dem scriptum, quod sit recurrendum ad supplicationem signatam, ita ut Judex de hac exceptione cognoscens ex ejus inspectione inferat veritatem; probant post alios & Rotæ decisiones Marescotus *variarum resolut. lib.* 1. *cap.* 98. *n.* 1. & 2. quem ad litteram retulimus suprà *in* §. 1. *vers. Eleganter hoc etiam à n.* 28.

Hoc idem probat Rota in una Pampilonens. benefic. 14. Januarii 1613. † adducta per Farinac. 42
in posthumis, tom. 1. *decision.* 436. *& in n.* 2. in hæc: Et quod in gratia Bartholomæi minimè adsit talis narrativa non dispensationis; satis colligi visum fuit ex lectura supplicationis Barthol mæi in qu nihil tale legitur, & tamen supplicatio tanquam matrix attenditur quidquid in litteris ponant † 43
expeditores, qui in hoc minimè possunt præjudicare supplicanti, Verrall. *decis.* 271. *part. in manuscriptis*, Rota *in causa Toletan. Parochialis* 10. *Maii* 1596. coram Illustrissimo Arigino cum aliis allegatis per Joan. Baptistam Millinum, quæ placuit dominis, &c.

Et alia est decisio ejusdem Farinacii *in tom.* 2. *posthum. decis.* 416. quæ *n.* 2. *& in fin. & n.* 3 ita ait: Unde cùm rescripti verba, quæ sunt † strictè in- 44
telligenda Glossa *in cap. significante, in fin. de rescriptis*, Abbas *in cap. Rodolphus, tom.* 1. *eodem titul.* loquantur de cautione, non videbantur extendenda ad depositum, vel sequestrum vel saltim negari non potest, quin saltem dubium esset, quomodo essent intelligenda verba rescripti, ita ut esset opus pro declaratione iterum adire signaturam, *cap. cùm contingat, de rescriptis, cap. cùm venissent, de judiciis, &c.*

Et quod ad effectum subreptionis supplicatio sit potius attendenda, † quàm litteræ expeditæ, 45
probat Rota, ut per Alex Ludovisium *decis.* 108 *num.* 11. ibi: *Et ad istum effectum attenditur supplicatio tanquam matrix, &c.* Et fuisse dictum *in Cæsar. Augustana pensionis* 16. *Februarii* 1590. coram Gipsio, *& in Bononien. Bonorem de Binarinis* 5. *Martii* 1618. coram D Andrea, ubi dicitur fuisse sæpius decisum à Rota, refert Beltramin. *in annotation. ad Ludovis. dict. decis.* 108. *n.* 16. ubi plurimas alias decisiones Rotæ allegat ad hoc, quod supplicatio, non litteræ sit attendenda, atque ulterius latè differit ad effectum justificationis litterarum, an hæ vel supplicatio signata sit attendenda, quo tandem cum fœdere distinctionis componit diversitatem decisionum, quæ circa hunc articulum, seu punctum reperiuntur, & ex hactenus latè ad luctis fundamentis satis comprobatum remanet, quod hæc qualitas & forma, qua funditur & mitti debet avocatoria commissio, debet verificari, & probari ab ipso impetrante, cùm sit fundamentum suæ intentionis, atque jurisdictionis mandatæ, nempe per productionem realem supplicationis subscriptæ propria manu Sanctissimi.

Quæ cùm sit protocollum, ut per Rebuffum, 46
† & alios firmat Mascardus *de probationibus, dict. conclusion.* 1309. *num* 18. & Alex. Ludovis. *dict. decision.* 108. *num.* 11. ultra quos idem probat ipse Rebuffus *in praxi tit. Bull. nov. provision. numer.* 1. *folio mihi* 131. quem referens sequitur Parisius *de resignat. benefic. lib.* 8. *quæst.* 7. *num.* 106.

&

& 107. dicentes, quod litteræ à signatura oriuntur, sicuti instrumentum à protocollo, juxta authentic. *de Tabellionibus*, §. 1. & *seqq. collation.* 4. Et propterea omnibus differentiis ad aliud erit recurrendum.

Circa quod eleganter loquutus fuit insuper Pa-
47 risius, *lib.* 8. *quæst.* 7. *à n.* 180. in hæc: quoties † litteræ discordant à supplicatione, remittendæ sunt ad corrigendum, & ita servat Rota ut fuit dictum 7. *Octobris* 1552. teste Caputaquens. *decis.* 270. *lib.* 1. *in manuscriptis*, Rebuffus *in praxi*, *titulo de reformatione*, *& correction. Bullar. col.* 1. & 2. Et sic de
48 stylo super discordantia † semper recurritur ad matricem, nam non possunt expeditores alterare gratiam, & jus quæsitum tollere, ut fuit tantum *in una Majoricens. benefic. coram Achille de Grassis* 15. *Maii* 1553. teste Caputaquens. *decision.* 273. *lib.* 1. *in manuscriptis*, ita recurri ad protocollum, quando instrumentum non est ita conceptum; §. 1. *Authentic. de Tabellionib. col.* 4. Doctores *in l. contractus*, *C. de fide instrumentorum.* Et reformantur ab officialibus Curiæ juxta *reg. Cancellar.* relatam à
49 Rebuffo loco citato, † nullam requiri ad hoc partis citationem, scribit Rebuffus *dict. tit. nu.* 8. Quia cùm invita parte fieri possit, multo magis ea ignorante, *l. qui potest invitis*, *ff. de reg. juris*, *l.* 4. §. 1. *ff. de fideicommiss. libertat. l. neque ignorante*, *de tutoribus & curatoribus datis*, *&c.* Quæ deserviunt ad plura in sequentibus §§. apponenda.

Maximè cùm postquam supplicatio subscripta
50 stat registrata † litteræque confectæ juxta stylum Romanæ Curiæ (de quo superiùs à principio hujus capitis latiùs diximus) Curiales curiosi & attenti ipsam originalem nanciscuntur ab officiali, prout mihi attestatur firmiter Augustinus Barbosa Curialis peritus, qui unam originalem supplicationem avocatoriam manu Urbani VIII. subscriptam in causa propria sua secum portans, mihi ostendit in uno folio papyri juxta stylum superius adscriptum.

Itaque hoc remedio uti debet, qui prætendit avocatam esse legitimè causam ab Ordinario in pri-
51 ma instantia, & servata forma Concilii Trid. aliàs † in Senatu, si de reali subscriptione Sanctissimi non constiterit, cautam remittendam esse Ordinario decernet, cum in litteris de dicta subscriptione nihil legatur.

Hanc nostram resolutionem, quod impetrans teneatur docere de subscriptione prædicta, limitabis juxta terminos de quibus hactenus fuimus lo-
52 quuti; quando nempè in ipsis litteris † mentio aliqua non fiat de subscriptione, prout ultra superius citatos Doctores, probat etiam Mandosius *in Regula* 33. *signatura per fiat*, *præferatur signaturæ per concessum*, *quæst.* 1. *n.* 2. Secus verò quando in eisdem post narrativam gratiæ, aut inter illam fiat de subscriptione & signatura propriæ manus Sanctissimi mentio aliqua, quia tunc cum pro litteris præsumatur, ut fidem faciant, & Papa (qui tunc loquitur ut superius annotavimus) asserat illam, standum erit eis juxta *Clementin. litteras de probationibus*; & ea quæ diximus ad principium hujus quæstionis, *&* §. 2. *n.* 3. *versic. certè res est admodum*, & pars, quæ nihilominus illam subscriptionem negaverit, probare tenetur, & docere de contrario per ostensionem in Senatu de hujusmodi supplicatione non signata: ita hanc limitationem expressè probat Cochier *in regula Cancellariæ* 25. *aliàs* 26. *de non judicando*, *juxta formam supplicationum*, *num.* 37. in hæc: *Sed an qui Bullas producit, possit cogi, ut ostendat signaturam, si fortè adversarius objiciat latius extensas, quàm signatura contineat? Cogi non posse respondit, seu decrevit Senatus Sabaudiæ teste Antonio Fabro, lib.* 10. *diffinit. foren. tit.* 3. *diffinit.* 5. *faciunt enim per se fidem, & ad eum qui vitium objicit, pertinet, ut signaturæ quæ in actis Curiæ remanet exemplum probatæ fidei proferat, ex cujus collatione constare possit, utrum amplior facta sit Bullarum expeditio, quàm fieri debuerit, ita Senatus in causa Philippi Chancellard. & Claudii Poysat.* 15. *Kalend. Januarii.* Hactenus Cochier, pulchrè ad propositum loquens, quod intellige, ut diximus, quando in ipsismet Bullis gratiosis Summus ipse Pontifex, qui in ipsis litteris loquitur (ut diximus ad principium hujus §.) asserat se subscripsisse, non tamen quando in monitorialibus, compulsoriis, aut inhibitoriis Judex, aut Notarius hoc asserit, juxta quæ latè adducta sunt *in* §. 4. *seqq.*

§. III.

Et an per exemplum supplicationis subscriptæ probatio sufficiat in Senatu, ne litteræ remittantur Ordinario.

SUMMARIUM.

1 *Subscriptio propria manu an per exemplum supplicationis subscriptæ in Senatu probata dicatur.*

2 *Supplicatio originalis subscripta, et signata in judicio nullam fidem facit, nec aliquam probationem inducit.*

3 *In supplicatione facilius falsitas committitur, quàm in litteris expeditis.*

4 *Originalis scriptura, ubi fidem non facit, multo minus exemplum ex ea, quantumvis solemniter desumptum.*

5 *Exemplum desumptum à Protocollo vitioso fidem non facit, uti productum à radice infecta.*

6 *Testes, et instrumenta æqualem probationem faciunt.*

7 *In supplicatione originali subscripta probanda mille testes adhibiti fidem nullam faciunt, et de ratione.*

8 *Verum esse non potest, quod falso principio nititur.*

9 *Rami majores vires non habent, quàm à radice susceperint.*

10 *Fundamento sublato, totum ruit ædificium. Origo rei semper attenditur, ibid.*

11 *Sumptum de Registro supplicationum subscriptarum nullam fidem facit.*

12 *Exemplum supplicationis subscriptæ, solemniter desumptum, integram fidem facit in Senatu ad docendum de subscriptione commissionis, et sequentibus.*

13 *Subscripta supplicatio non sufficit ad probandam substantiam gratiæ, sed litteræ, super ea expediendæ, illam probent.*

14 *Ad probandas circumstantias, et qualitates gratiæ, an fuerit subscripta in signatura per Fiat vel per concessum, ipsa supplicatio subscripta fidem facit.*

15 *Ad supplicationem subscriptam seu signatam recurritur tanquam ad matricem et protocollum.*

16 *Ex signatura, seu supplicatione subscripta in iis, in quibus in judicio fidem facit rectè desumitur exemplum ad eadem probanda.*

17 *Ex Protocollo nequit in judicio agi ad rem in contractu deductam, quia id destinatum non est.*

18 *Ex Protocollo probantur dubia, et defectus scripturæ ex eo desumptæ, ad quod magnam fidem facit.*

19 *Ex supplicatione signata, quæ est matrix, et Protocollum non agitur in judicio ad substantiam gratiæ, tamen ad ejus circumstantias, et qualitates, seu ad probationem defectuum litterarum fidem facit.*

20 *Supplicatio non probat substantiam gratiæ, sed qualitates ejusdem, pariter et hæ per testes probari possunt.*

21 *Sumptum ex supplicatione subscripta originali fidem facit ad probandum, per quam signaturam fuerit expedita, an per placet an per concessum.*

22 *Exemplum supplicationis originalis, probatio sufficiens est ad detegendos defectus litterarum, ex ea sumptarum.*

23 *Exemplo Scripturæ regulariter in judicio fides non datur.*

24 *Exemplum solemniter, et cum juris requisitis desumptum legitimè probat.*

25 *Exemplo supplicationis subscriptæ, solemniter transumpto, integra fides in Senatu danda ad effectum impediendi remissionem Ordinario.*

26 *Subscripta supplicatio, licet non probet in judicio substantiam gratiæ, probat ejus circumstantias, et qualitates, et à n. 12.*

27 *Sumptum de registro supplicationem non probat substantiam gratiæ, cum ad id litterarum expeditio sit necessaria, probat tamen qualitates ejusdem.*

28 *Sumptum de registro supplicationum fidem facit, postquam sunt expeditæ et impensæ solutæ.*

29 *Notarii testimonium, et fides legitimè deducta ex partitis librorum Datariæ, aut Cancellariæ, probat.*

30 *Sumptum de registro litterarum in vim compulsorialium fidem facit.*

31 *Sumptum de registro Bullarum fidem non facit extra Curiam Romanam, imò nec in Hispania admittitur.*

32 *Sumptum supplicationis subscriptæ, ne in Senatu redargui possit, quomodo corroborandum. Instrumentum à Regno extraneo, et longinquis partibus allatum quas firmitates habeat ne redarguatur, ibid.*

33 *Si habet fidem aliorum duorum, vel trium Notariorum, asserentium subscribentem esse Notarium fidelem, etc. redargui nequit.*

34 *Supplicationem subscriptam originalem si exhibeat impetrans in Senatu, causa tamen in ea ad movendum Sanctissimum falsa detegitur in Senatu, an ejus commissio sit retinenda.*

35 *Ob falsam causam in supplicatione appositam annullatur concessio, tam in gratiosis, quam in commissionibus justitiæ.*

36 *Ex avocatione nulla non tollitur jurisdictio Ordinarii, nec impedit remissionem ad ipsum.*

37 *Commissio avocatoria in prima instantia sub falsè supposito quod Ordinarius fuit recusatus, non impedit remissionem causæ per Senatum faciendam eidem.*

TErtia quæstio se offert disputanda, an per exemplum supplicationis subscriptæ propria manu Sanctissimi † (dato casu quod supplicatio subscripta sufficiat, sicuti examinamus infrà *hoc cap.* §. 5.) sufficiens probatio haberi debeat in hoc Senatu, seu etiam coram Ordinario, ut ad ipsum litterarum remissio evitetur; difficillimam continet resolutionem ex iis, quæ pro negativa consideravimus, primum quod ipsa originalis supplicatio subscripta, † & signata in judicio nullam fidem 2
facit, nec aliquam probationem inducit, nec eidem soli creditur, ut probat expressè *Regula Cancellar.* 26. *de non judicando juxta formam signaturæ supplicationis.* Quam amplissimè hanc conclusionem comprobantes exornant Mascardus *de probationibus, conclus.* 1309. *per totam.* Alphonsus à Soto, Gomezius. Joanes à Cochier, & alii super eadem Regula, Parisius *de resignat. benefic. lib.* 10. *tom.* 2. *quæst.* 1. *per totam, & lib.* 8. *tom.* 2. *quæst.* 2. *per tot.* Tamburinus *de jure Abbatum, qu.* 2. *dist.* 16. *per totam*, apud quos (qui infinitos penè alios allegant) abundè hunc articulum videbis, qui omnes inter alias rationes, hanc † reddunt; quia facilius 3
committitur falsitas in supplicationibus, quam in litteris expeditis propter appositionem manuum plurimorum officialium, arg. *l. ultimæ, C. de cocicillis.*

Igitur cùm ipsa principalis & originalis scriptura fidem † non faciat in judicio; multò minùs exemplum, & sumptum ex ea, quantumcumque solemniter sit exactum; ita argumentatur Curtius Junior, *in Authent. si quis in aliquo documento, n.* 41. *C. de edendo*, & ibi allegat Cumanum *consil.* 158. *visis in primo dubio*, Bertrand. *consil.* 3. *num.* 3. *vol.* 3. *& in consil.* 131. *scripturæ novissimæ, nu.* 7. *cum plurimis seq. lib.* 2. Mascard. *de probationib. conclusion.* 712. *n.* 3. & 4. dicentes, quod exemplum etiam solemniter desumptum, ab alio exemplo informi, & non probante, nullam fidem aut probationem inducit; conducunt quæ ipse Mascard. *conclus.* 711. *n.* 54. *& seq.*

Quod & rectè comprobatur, quod instrumentum desumptum ex protocollo seu registro vitioso, 5
† quod non est in forma probanti, nec solemni, nullam pariter fidem facit, tanquam exactum, & productum à radice infecta & vitiosa. Ancharranus *in consil.* 431. *col.* 1. Berojus *in consil.* 1. *n.* 12. *vol.* 2. Corneus *in consil.* 70. *col.* 2. *vol.* 4. Parisius *cons.* 57. *n.* 13. & 14. *vol.* 2. Roland. à Valle *consil.* 32. *n.* 26. & *n. fin. vol.* 2. & *in consil.* 44. *n.* 16. *lib.* 1. Purpurat. *cons.* 172. *in fin. lib.* 2. Cephalus *consil.* 409. Hippolytus Riminaldus *consil.* 109. *nu.* 2. Menochius *de arbitrariis, lib.* 2. *casu* 187. *n.* 17. Marcus Ant. Eugeni. *cons.* 51. *n.* 11. Castillo *controversiar. tom.* 2. *cap.* 16. *n.* 45. Igitur huic sumpto supplicationis fides aliqua danda non erit in Senatu, cum eidem principali originali penitus in judicio quovis denegetur.

Secundò; pro hac parte negativa facit, quia licet aliàs æqualem vim & probationem faciant † tes- 6
tes ac instrumentum *l. in exercendis, C. de testibus, l. pactum quod bona fide, C. de pactis*, & Nos latiùs hac 2. *part. cap.* 6. *propè finem*, tamen & similes testes adhibeantur probanda supplicatione subscripta, † 7
probationem nullam faciunt, ut in his terminis signaturæ originalis contra Rebuffum, (quem, tamen explicat) probat Mascardus *de probationibus, conclus.* 309. *à n.* 15. *& seq.* Ea ratione rectè motus; quia si supplicatio in sui esse quoad probationem est imperfecta, etiam mille testes recognoscentes rem imperfectam, & de ea testantes non poterunt facere, ut illa perfecta evadat.

Ter-

Tertiò facit, quia verum esse non potest quod
8 falso † principio infirmatur *l. cum filius*, §. *hæres*, *ff. de legat.* 2. Craveta *consil.* 1000. *pro genero*, *n.* 37. Ant. Monach. Florentin. *decis.* 48. *nu.* 6. Et
9 quia rami majores vires non habent † quàm à radice susceperint, nec radice infecta rami pullulare possunt & infecta primativa censentur infecta derivativa, multa congessimus *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 6. *n.* 35. *& seqq. & cap.* 14. *à n.* 19. Quip-
10 pè cùm principale † non subsistit, nec ea, quæ sequuntur locum habent, *l. cum principalis*, *ff. de regulis jur.* & sublato fundamento totum ædificium ruit, nec super eo ædificari potest *dict. cap.* 14. *à nu.* 13.

Ac insuper quia origo rei semper attenditur, *l. nam origo*, *ff. quod vi aut clam. l. filius familias*, *versic. Origo enim*, *ff. ad Macedon. l. clam possidere*, *in principio*, *ff. de acquir. possession. l.* 2. §. *parvique refert*, *ff. de privilegiis creditor. l. id quod* 34. *de donat. l. quod si maritus*, *ff. de constitut. pecun. l. & qui originem* 3. *ff. de muneribus & honoribus*, Gratian. *disceptation. forens. tom.* 4. *cap.* 749. *n.* 16. abundè Castillo *controversiarum*, *lib.* 5. *part.* 2. *cap.* 155. *per totum*; ergo si originalis scriptura fidem non facit in judicio, nec ejus exemplum.

Quartò & ultimò pro hac parte fortiter pugnat
11 in his terminis † elegans doctrina plurimorum dicentium, quod sumptum de registro supplicationum subscriptarum nullam fidem faciat in judicio expressè Bellamera *decis.* 252. Roman. *consil.* 336. Crescentius *decision.* 50. *in manuscriptis*, & per eos Parisius *de resignatione beneficiorum*, *lib.* 2. *quæst.* 24. *num.* 5. *in fin.* & iterum *lib.* 10. *tom.* 1. *n.* 18. ultra quos idem probat Gomezius *in Regula* 25. aliàs 26 *de non judicando juxta formam supplication. quæst.* 1. *num.* 4. Rota *decision.* 621. *nota sumptum de registro*, *& decisio* 681. *nota sumptum*, *& decis.* 686. *dic quod transumptum in antiquis*, Mascardus *de probationibus*, *conclus.* 1309. *à num.* 7. Ergo videtur quod circa rem hanc ulterius non sit hæsitandum, cùm adhuc nec registratæ jam supplicationis (quod omnem scrupulum & periculum falsitatis excludere videtur) sumptum aliquam fidem faciat in judicio.

Quibus tamen argumentis non obstantibus, con-
12 trariam sententiam † de jure veriorem opinor, nempè ut exemplum supplicationis subscriptæ legitimè desumptum fidem faciat in Senatu integram, aliove in Tribunali Ecclesiastico, ad satisfactionem tantùm formæ requisitæ per Concilium Trid *in cap. causæ omnes*, *sessione* 24. *de reformatione.* Moveor inevitabilibus fundamentis; primò quia licèt verum sit, quod ex sola signatura, & supplicatione subscripta non possit agi
13 in judicio, quia † litteræ sunt necessariæ ad eum effectum; id procedit, ad probandam substantiam gratiæ, quia aliter quàm per litterarum expeditionem probari est prohibitum, ut probant Doctores omnes, & alii plurimi ab eisdem citati, quorum meminimus in primo argumento contrariæ partis *nu.* 2. ex variis rationibus per eosdem consideratis.

Attamen ad probandas circumstantias, & qua-
14 litates gratiæ † videlicet an supplicatio fuerit subscripta in signatura per *fiat*, vel per *concessum*, vel à quo, & similia; ipsa supplicatio rectè probat, & fidem facit, imò aliter quàm per eandem rectè probari nequit, prout abundè probavimus *in* §. *antecedenti*, *per totum*, ad quem te remitto libenter. Insuper respectu circumstantiarum, seu qualitatum, atque omnium accidentalium gratiæ signatura sola fidem faciat; probant insuper Mandosius *in Regula* 25. aliàs 26. *de non judicando juxta formam supplicationis q æst.* 9. ubi loquitur de tempore, & aliis qualitatibus, Rota *decis.* 332. *licet Romana* 27. *de rescriptis in antiq. Vivius in cons.* 222. *n.* 5. *tom.* 10. ubi de probandis præcedenti vacatione, atque impetratione supplicatio signata fidem faciat, infinitos pene Doctores, & Rotæ decisiones in hujus doctrinæ comprobationem congessit Mascardus *de probation. conclus.* 945. n. 21. *cum seq.* ubi amplissimè videre poteris circa probandas circumstantias, & qualitates gratiæ, aliter posse fieri quàm ad probandam substantiam ejusdem. Quia ad eam tanquam ad matricem † recur-
15 rendum erit, ut hoc *cap.* 30. §. 2. *à n.* 45. *cum multis seqq.* altius firmavimus. Igitur si ad hunc saltim effectum plenam fidem faciat supplicatio originalis signata: † pariformiter eam debet inducere sump-
16 tum ex ea legitimè & solemniter deductum à ratione cessante, & per argumentum à contrario sensu eorum omnium, quæ remanent considerata *in* 1. 2. *& 3. fundamentis contrariæ partis*, quibus sic bene satisfactum remanet.

Secundò facit simile, † quia licèt virtute proto-
17 colli, seu matricis non possit in judicio agi ad rem in contractu deductam, seu promissam, nec obligatus ex ea conveniri nec exequi, qui ad hunc effectum fidem non facit, ut rectè post alios probat Parladorius *lib.* 2. *rerum quotidianar. cap. fin.* 1. *part.* §. 12. *à n.* 17. Ant. de Canario *de instrument. quæst.* 38. *num.* 77. Simon de Pretis *de interpretat. ultimarum volunt. lib.* 4. *resolut.* 2. *ex nu.* 60. *fol.* 195. Gallesius *ad formam Cameræ*, 3. *part. quæstion.* 1. Menochius *de arbitrariis*, *lib. centur.* 2. *casu* 187. *à num.* 3. Quia licèt protocollum maximam fidem faciat, magnamque in sui essentia authoritatem habeat, quippè ab eo cætera exemplaria fidem accipiunt, tamen in judicio fidem non facit, cùm illius usus ad id destinatus non sit, sed ut apud Tabellionem perpetuò servetur, tam ad deducenda exempla, quàm ut ad illud semper recurratur pro fide & veritate, quoties dubitatur de viribus instrumenti ex eo deducti,
18 † quia recurritur ad protocollum tanquam ad fontem & matricem, ad istum nempè effectum semper & principaliter ei creditur & fides datur, ut ex Parladorio ibidem *cap. quoniam contra*, *de probationibus*, *l.* 8. *&* 9. ibi: *E por esso la mandamos escribir en el registro*, *porque si la carta se perdiere*, *ò viniere alguna duda sobre ella que se pueda major probar por alli*, *titul.* 19. *part.* 3. *l.* 12. *&* 13. *&* 16. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recopil.* ut plenè annotantur per Covarr. *practicarum cap.* 22. Bertrand. *consil.* 415. *n.* 1. *vol.* 4. *& in consil.* 55. *nu.* 1. *vol.* 3. *& consil.* 219. *num.* 8. *vol.* 2. §. *penult. in. Authen. de Tabellionib.* & notant Bartol. Bald. Imol. & Cumanus *in l. Sempronio Proculo*, *ff. leg. de* 2. Marcus Ant. Eugen. *in consil.* 51. *n.* 10. *volum.* 1. Azeved. *in l.* 12. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recopil. n.* 9. *&* 10. Castillo. *controversiar. tom.* 2. *cap.* 16. *nu.* 47. *&* 48. quod & amplissimè comprobat Mascardus *de probationibus*, *conclusion.* 4. *à nu.* 13. *cum seq.* prout & vulgatissimum est.

Pariformiter dicendum erit in supplicatione signata, quæ ut matrix & protocollum habetur, ut inde litteræ † extrahantur, prout ex pluribus proba-
19 vimus *in* §. *anteced.* n. 46. *cum seq.* Ex qua licèt in judicio agi nequeat, nec fidem faciat ed rem principalem, & substantiam, quia aliud destinata non est;

eſt; tamen ad comprobationem qualitatum, & ad eruendam veritatem de quibus in litteris inde ſumptis dubitatur, plenam fidem facit, quia ad ejus uſum deſtinata eſt: igitur eodem modo ad ipſum effectum adhibenda erit fides exemplo ex ſubſcripta ſupplicatione legitimè, & ſolemniter deſumpto ad probationem, nempè qualitatum, & ſubſcriptionum, ut ſuprà diximus.

Comprobatur inſuper, quoniam licèt ad probationem ſubſtantiæ gratiæ ſupplicatio non ſufficiat
20 ſubſcripta, † ſed neceſſariò litterarum expeditio neceſſaria ſit: tamen probatio qualitatum, & circumſtantiarum aliundè ſumi poteſt, etiam per teſtes, Rota *deciſ.* 27. *de reſcriptis in novis.* Abb. per illum text. *in cap. auditis in 2. notab. de reſtitution. in integr.* Felin. *in rubric. de conſtitutionib. num.* 5. Sarnet. *in dict. reg. de non judicand. juxta formam ſupplication. quæſt.* 13. Marſill. *in rubric. de probat. n.* 26. Gigas *reſponſ.* 9. *n.* 5. *& reſponſ.* 34. *n.* 8. Millis *in repertor. in verbo*, *Probatio gratiæ*, Selva *de benefic. part.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 57. Boërius *de poteſtat. Legat. à Latere*, 78. Et eſt magis communis juxta quam judicavit Rota teſte Mandoſio *in additionib. ad Roman. conſil.* 327. *ſub n.* 8. *lit. G.* Maſcard. *de probationibus, concluſion.* 843. *n.* 23. Pariſius de *reſignation. benefic. lib.* 8. *tom.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 25. & 26. alios plurimos citavimus hac 2. *part. cap.* 26. *n.* 29. *verſic. Et quod gratia principalis.* Igitur pariformiter admittenda erit probatio ad hunc effectum per exemplum ſupplicationis legitimè ſumptum.

Et in terminis noſtris quod ſumptum ex ſuppli-
21 catione ſubſcripta, & ſignata, † aliàs in forma probanti ſufficiat, & facit fidem plenam, ut ex ea detegatur, & comprobetur, per quam ſignaturam litteræ fuerint expeditæ, an per *fiat*, an per *Conceſſum*, & aliæ circumſtantiæ ſimiles; determinavit Senatus Sabaudiæ teſte Antonio Fabro, *lib.* 10 *de-fin. forenſ. tit.* 3. *definit.* 5. quem, referens ſequitur Joann. à Cochier *in Regula Cancell.* 25. aliàs 26. *n.* 37. ibi: *Pertinet, ut ſignaturæ, quæ in actis Curiæ remanet, exemplum probatæ fidei proferat, ex cujus collatione probare poſſit, utrum amplior facta ſit Bullarum expeditio, quàm fieri debuerit, ita Senatus in cauſa Philip. Canelard. & Claudii Poyſat.* 13. *Kalend. Januarii* 1589:

Id ipſum quod ſumptum, ſeu exemplum ſuppli-
22 cationis ſubcriptæ ſufficiat † ad deducendam veritatem litterarum Apoſtolicarum, firmat ipſe Cochier *in eadem regula* 25. *aliàs* 26. *de non judicando, juxta formam ſupplication. n.* 4. *fol.* 270. ibi: *Vel quando non ſunt conceptæ juxta ſignaturam eas remitti, etiam de partibus ſolere, ad Cancellariam, ut corrigantur, & reducantur ad formas debitas, quod non ante fiet, niſi producto ſignaturæ ſumpto, ut ex eo videatur, an ſaltem, &c.* Sicut etiam ſumptum litterarum, de Regiſtro Apoſtolico fidem facere in Curia poſt Rotæ deciſiones, firmat Garcia *de benefic.* 1. *part. cop.* 5. *num.* 534. Igitur per ſignaturæ exemplum legitima fiet probatio in Senatu, quando aliàs ſolemniter, legitimeque & in forma probanti ſit exactum, ad effectum probandi modum ſignaturæ ipſius, à quo nempè fuerit ſupplicatio ſubſcripta, ut inde veritas deducatur an ſit deneganda Ordinario petita remiſſio.

23 Conſtans eſt enim in jure, † quod licèt regulariter exemplo ſumpto, vel tranſumpto (quæ ſynonyma ſunt idem ſignificantia) in judicio fides non detur, *cap.* 1. *de fide inſtrumentorum, l.* 2. *ff. eodem tit. l. Procurator. C. de edendo, leg.* 114. *in fin. & l.* 44. *tit.* 18. *part.* 3. *leg. tit.* 14. *part.* 6. latiſſimè Maſcardus *de probationibus, concluſion.* 711. *à principio*, Covarruvias *practicarum cap.* 19. *n.* 2. *& cap.* 21. *per totum*, Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidian. cap. fin.* 1. *part.* §. 12. *limitation.* 2. Morla *in emporio juris, tit.* 11. *de fide inſtrumentorum*, & plurimi alii.

Tamen quando ſumptum, ſeu exemplum ſolem-
24 niter deductum ſit, † vel ab eodem Tabellione rogato ad originale, vel ab alio cum juris requiſitis, putà authoritate judicis, & partis citatione, legitimè probat, eique in judicio & extra id fides integra adhibetur, ut latiùs explicarunt Covarruv. *dicto cap.* 21. *n.* 4. *& ſeq.* Parlador. loco citato, *n.* 18. *in fin. & n.* 19. Aviles, *cap.* 19. *prætorum*, *gloſſa traſladen. & cap.* 6. *gloſſa copia*, *n.* 4. Padilla *in l.* 3. *ex nu.* 5. *C. de diverſis reſcriptis*, Afflictis *deciſ.* 6. Natta *conſil.* 143. *lib.* 1. *Roland. conſil.* 69. *à num.* 57. *vol.* 3. & alii plurimi citati à Caſtillo *controverſiarum tom.* 2. *cap.* 16. *num.* 51. *& ſeqq.* Igitur ſi in hoc ſumpto ſeu exemplo ſubſcriptæ †
25 ſupplicationis ſolemnia requiſita interveniant, nullum dubium eſſe poterit; quod ad effectum probandi ſignaturæ modum, & à quo ſit ſubſcripta ſupplicatio, integra ſit huic exemplo danda fides, ut remiſſio ad Ordinarium cauſæ penitùs impediatur, cùm legitimè fuiſſe avocatam & alteri commiſſam, appareat ex ſupplicationis tranſumpto ſolemniter deducto, & apparente in forma probanti.

Quâ vera hac retenta † reſolutione, non obſ-
26 tant fundamenta pro contraria parte conſiderata: non primum, ſecundum, nec tertium, quibus jam ad principium hujus ſecundæ partis ſufficienter ſatisfecimus, *à n.* 12. diſtinguentes inter probationem ſubſtantiæ gratiæ, ut ad illam non detur fides ſupplicationi ſignatæ; & probationem circa qualitates, & accidentalia, ut tunc vera ex ſupplicatione deducatur probatio, ac per conſequens quod ad iſtum effectum dumtaxat ſumptum ſeu exemplum fideliter probet, & ſufficiens haberi debet in Senatu, prout latè comprobavimus in hac 2. *part. quæſtionis.*

Nec obſtat quartum & ultimum magis difficile, de quo ſuprà, *num.* 11. Quòd ſumptum
27 de regiſtro † ſupplicationum nullam fidem faciat; cui reſpondetur ſimiliter; deciſiones & Doctores in eo citatos loqui ad effectum probationis ſubſtantiæ gratiæ, ut ex tali tranſumpto non valeat impetrans in judicio agere, nec immitti in poſſeſſionem, cùm omnino id illi prohibitum ſit per Regulas Cancellariæ, ut aliter non poſſit eam apprehendere, quàm per litterarum expeditionem, quæ tunc perfectæ ſunt, quando ſunt plumbatæ, & regiſtratæ in Cancellaria, ut ſurſum ſuo loco diximus, quæ reſponſio clarè colligitur ex contextura Doctorum *in dict.* 4. *fundamento* citatorum, cùm prædictam doctrinam ponant pro extenſione regulæ Cancellariæ prohibentis agi ex ſupplicatione: ſed tantùm ex litteris deſuper expeditis.

Colligitur etiam ex eiſdem † firmantibus ſump-
28 tum ex regiſtro Bullarum expeditarum fidem facere, cum tam litteræ ſint expeditæ, & ſolutæ expenſæ, Bellam. *dict. deciſ.* 621. Rota *deciſ.* 28. *de præbendis*, *in antiquis.* Barthol. Belen. *in tract. de charitat. ſubſid. q.* 113. Ant. de Butr. *conſil.* 2. *viſis litteris*, *num.* 3. Mandoſ. *dict. reg.* 26. *q.* 6. *nu.* 2. *cum ſeqq.* Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 10. *tom.* 2. *q.* 1. *nu.* 18. & 19. & *lib.* 2. *q.* 14. *in fin.*

Rebuff.

Rebuf. *In praxi in 3. p. signat. verb. datum apud. &c. n. 5.* Const. *conf. 346. in præsenti, vol. 1.* & post Rotam *decis. 621. & decis. 681.* firmat. Mascard. *de probation. conclus. 1305. n. 7. 8. & 9.* Wamesius *consil. 340. n. 11.* & per eum Joan. Coch. *in reg. Cancel. 25.* aliàs *26. de non judicando juxta formam supplicat. n. 33. fol. 267.*

Et comprobatur, quoniam fides, seu sumptum,
29† aut testimonium Notarii datum super partitis librorum, & registrorum Datariæ & Cancellariæ fidem faciunt (si legitimè deducantur) in judicio, ac extra illud. Seraphin. *dec. 1088. n. 4. & dec. 1208. n. 2.* Grat. *disceptat. forens. tom. 4. c. 727. n. 4.* ad quod stylus Romanæ Curiæ obtinuit, ut non aliter possint hæ fides & exempla librorum registri dari à Notariis, nisi speciale adsit Decretum Sanctissimi.

Et iterum limitat Mascard. *ubi proximè num. 9.*
30† ut valeat sumptum de registro litteratum Apostolicarum Bullatarum, quando sit deductum in vim compulsorialium ex Rotæ *decis. 686. in antiquis.*

Limitatur etiam secundò, ut non habeat locum
31 hoc sumptum, † nec fidem faciat extra Romanam Curiam, quia tunc litteræ sunt necessariæ originales, ut limitat Mandos. *in dict. Regula de non judicando, q. 6. n. 4.* sequitur Coch. *in eadem regula, sub n. 33. vers. Sublimitanda tamen, fol. 267.* & conducunt nonnullæ Rotæ decisiones adductæ per Garc. *de benefic. 1. p. c. 5. n. 534.* dum loquendo de hoc sumpto litterarum ex registro Apostolico fidem facere procedunt limitatè, nempe in eadem Curia Romana, ita ut sentire videantur, aliud esse extra eam juxta doctrinam modò scriptam, quod verissimum puto in Hispania, ut nullus permittatur agere & possessionem petere absque litteris originalibus, non autem per transumptum registri Bullarum, cum ob tam longam distantiam maximis fraudibus occasio præberetur omninò præcavendis, & facilius committitur falsitas in sumpto ex registro, quàm in litteris ipsis, ut expressè probant Doctores citati *suprà n. 2. & 3.*

Unum tamen necessarium animadvertendum erit
32 impetrans commissionem † in prima instantia alteri, quàm Ordinario rei conveniendi; quod si ad comprobationem supscriptionis propria manu Sanctissimi afferat è Romana Curia transumptum (ut dictum est) supplicationis signatæ confectum ab aliquo Notario Romanæ Curiæ cautus sit, ne redarguatur; quod post signum Tabellionis litteras testimoniales legalitatis Notarii, à quo est confectum, & signatum sumptum ab Ordinario judice loci domicilii Notarii concessas, ac sua subscriptione, & sigillo munitas, prout apponi solet; nam tunc etiam parte in partibus his seu Senatu apponente, non erit necessaria aliqua cognitio, & comprobatio, quando nullum vitium visibile ex ipsius instrumenti facie apparet, Bald. *in l. comparationes, num. 14. C. de. fide instrum.* Cephal. *cautel. 54.* Hippol. de Marsil. *in l. si quis ne quæstio. nu. 144. ff. de quæstionibus*, dicens hunc modum per totam Italiam, imò quasi per totum Orbem practicari. Boër. *decis. 154. num. 4.* Stephan. Aufrer. *in addition. ad Capel. Tholosan. decis. 330.* Mascard. *de probation. concl. 1098. num. 5. &* Vestrius *in praxi Rom. Cur. lib. 6. c. 1. num. 8. in fin.* Parlad. *lib. 2. rer. quotid. cap. fin. p. 1. §. 11. num. 17.* Rebuff. *de litterar. oblig. art. 1. gloss. 7. num. 8.* Gonçal. *in reg. 8. de alternativis glos. 64. num. 15.*

Vel procuret, quod tale sumptum simul habeat fidem & testimonium aliorum duorum aut trium Notariorum asserentium, † subscribentem 33
verè esse Notarium, & fidelem, legalemque, ac suis scriptis, & signis plenam semper adhibitam fuisse fidem, Glos. singular. *in auth. de Tabellionib. §. Nos autem verb. ipsis in fin.* ubi Angel. *col. 3. vers. Nota instrumentum, collat. 4.* Cepolla *dict. cautela, 54.* alias *88.* incipit, *si aliquis habet.* Lanfranc. *in cap. quoniam contra, num. 5. de probation.* Parlad. ubi sup. *n. 17. in princip.* Azeved. *in l. 1. n. 118. nu. 21. lib. 4. Recop.* Boër. *decis. 154. n. 5.* Felin. *in c. post cessionem, n. 16. vers. Fallit nono,* Gonçal. *dict. glos. 64. n. 16. cum seqq.* & quolibet duorum remedio potest impetrans tutus esse, ne redargui possit exemplum signaturæ è longinquis adductum, integramque fidem faciat, si aliàs solemniter sumptum, & hoc jure utimur, quæ omnia in hoc §. dicta procedunt sub hoc supposito, quòd sufficiat supplicatio subscripta avocatoria primæ instantiæ juxta assertas declarationes S. C. suprà §. 2. n. 8. prout abundè apparebit ex iis quæ Senatus considerat, & Nos retulimus *infrà §. 5. per totum.*

Sed quid? si adducta supplicatione subscripta originali, † seu ejus transumpto solemniter deduc- 34
to (ex qua tamen appareat, falsam fuisse causam propositam in supplicatione eadem Sanctissimo oblata per impetrantem commissionem, de cujus simistra, & falsa relatione in Senatu docetur; an subscriptio impetranti prodesse poterit, ut impediatur causæ remissio Ordinario? & dicendum erit, nihil prodesse dictam subscriptionem sub falsa causa extortam à Sanctissimo,) text. est optimus *in l. si obrepserit, ff. ad legem Corneliam de falsis*, ibi: *Si libello oblato adversarius tuus veritatem in precibus ab eo datis non adjecit, subscriptione uti non potest*; text. etiam *in cap. dicenti, 25. q. 2.* ibi: *Illa sacra uniuscujusque supplicantis desiderio concessa prævalere, quæ cum juris, & legum ratione concordant; ea verò, quæ subscriptione, vel falsis precibus forsitan impetrantur, nullum supplicantibus ferre remedium &c.* quæ jura exornat Butr. & Imol. *n. 5. vers. Et pro hoc facit* Felin. *n. 10. vers. Limitatur tertio, in cap. super litteris, de rescriptis* Joan. Andr. *in cap. delecto, nu. 7. vers. Privilegium verò, de rescriptis* Suarez *de legibus, lib. 8. cap. 22. n. 6.* Farinac. *de falsitate q. 150. n. 146.* qui videndus erit. Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 21. à n. 31. cum seqq.* Gironda *de privileg. n. 736.* ubi probant † ob falsitatis causam in 35
supplicatione appositam, esse nullam concessionem tam in gratiosis, quàm in commissionibus justitiæ, atque ideo, cum ex Trid. urgens causa requiratur in hujusmodi avocationibus, qua moveri possit Sanctissimus ad subscribendum; sequitur, quod cùm falsa sibi proponatur, † nihil potest op- 36
rari nec prodesse subscriptio, cum ipsa commissio sit nulla ipso jure, & non impedit remissionem Ordinario, à quo per actum nullum non fuit avocata ex regula juris: *Non præstat impedimentum, quod de jure non fortitur effectum*, conducunt quæ infrà *c. fin. hac. 2. p. à num. 168. cum seqq. vers. Denique fundamento verissimo*, conducunt etiam quæ diximus *1. p. c. fin. à num. 23. cum seqq. vers. Tum etiam quia in hac cognitione, &c.* quoniam tunc deficit voluntas, & consensus Papæ ex traditis suprà *à n. 811.* & omninò videnda quæ latè deduximus *p. c. 3. §. unico, à n. 26. cum seqq.* & sursum.

Conducunt etiam † quæ de commissione avocatoria impetrata in prima instantia sub falso supposito, quod Ordinarius fuit recusatus, ut nulla sit, ita ut non impediat remissionem ipsi

Ordi-

Ordinario causæ faciendam per Senatum, coram quo de falsa suppositione docetur, prout abundè probavimus hac 2. p. c. 5. §. 1. *per totum*, præcipuè *à n. 45. cum multis seqq.*

§. IV.

Et nunquid monitorialibus, ex quibus per relationem judicis, vel Notarii apparet de subscriptione Sanctissimi sit adhibenda fides, ut nec Ordinario causæ fiat per Senatum remissio?

SUMMARIUM.

1 *Ex subscriptionis relatione facta per Judicem vel Notarium in monitorialibus magna oritur, etiam peritissimis, confusio, ut credant commissionem fuisse subscriptam manu Sanctissimi.*

2 *In monitorialibus inseruntur litteræ gratiosæ, et quandoque immediatè fit per Judicem relatio subscriptionis manu Sanctissimi.*

3 *In supplicatione, qua impetratur beneficium, nullatenus petitur commissio executoris, nec mentionatur, sed post gratiam factam postulatur ab impetrante, si voluerit.*

4 *Subscriptionem simpliciter relatam in monitorialibus post insertas litteras gratiæ incautè aliqui referunt ad commissionem, cum non respiciant, nisi ipsam gratiam dumtaxat, per Papam subscriptam.*

5 *Subscriptionis relationi in monitorialibus, respicienti clarè partem executivam, et commissionem factam à judice, an per senatum danda sit fides, ut impediat remissionem Ordinario.*

6 *Negativè resolvit Author, et seqq.*

7 *Qualitas subscriptionis, qua fundatur commissio avocatoria in prima instantia, ante omnia probari debet.*

8 *Relationi Judicis in iis quæ non dependent à mera potestate sua standum non est, nec credendum.*
Aut in iis, quæ requiruntur pro fundamento suæ jurisdictionis, ibid.

9 *Judici asserenti in sententia libellum, litis contestationem, testium examen, et similia non creditur.*

10 *Judici asserenti subscriptionem Papæ, ex qua non aliter sibi adquirit jurisdictionem in prima instantia, non creditur.*

11 *Delegato asserenti mandatum suæ commissionis non creditur.*

12 *Delegatio Papæ, aut alterius Principis probanda erit per litteras.*

13 *Delegatus nequit procedere in causa, nisi priùs ostensis litteris suæ commissionis.*

14 *Commissionem ostendere, sed inutilem et carentem forma solemni, et non ostendere idem est.*

15 *Subscriptioni, de qua per judicis relationem in monitorialibus apparet, fides non datur in Senatu, quominus Ordinario causa remittatur.*

16 *Subscriptio, quæ per relationem Notarii constat in monitorialibus, non impedit remissionem per Senatum Ordinario faciendam, et seqq.*

17 *Instrumentum relatum à Notario, etiam in alio instrumento, nihil probat, nisi de originali appareat.*

18 *Notario referenti mandatum in instrumento, à se confecto, non creditur, nisi ipsum mandatum ostendatur.*

19 *Verba narrativa, seu enuntiativa mandati in aliquo instrumento, non probant mandatum, nisi de eo appareat.*

20 *Sententia qua enuntiatur, quem esse procuratorem, non probat esse procuratorem.*

21 *Idem si annuntietur in alio instrumento per relationem Notarii.*

22 *Instrumentum, de quo per relationem Notarii apparet in alio instrumento non probat, nisi de relato appareat.*

23 *Etiamsi Notarius referat se vidisse, et legisse sine aliquo vitio, vel rasura.*

24 *Subscriptio propria manu Sanctissimi, quæ per solam relationem Notarii in monitorialibus, aliisve similibus litteris apparet, fidem non facit in Senatu, quò minus remittatur causa Ordinario.*

25 *Supplicatio subscripta, præsentata coram Delegato, inserta per Notarium de verbo ad verbum in monitorialibus ex Decreto Judicis, fidem facit in Senatu, et seqq.*

26 *Mandatum, instrumentum, sententia, et similia inserta de verbo ad verbum in executorialibus de mandato Judicis legitimè ubilibet probant.*

27 *Instrumenti registrati in actis exemplum, ut fidem faciat, requirit etiam partis citationem.*

28 *Tenor supplicationis subscriptæ præsentatus Delegato, et de ejus mandato insertus de verbo ad verbum in monitorialibus, etiam parte non citata ad effectum arctandi citandum, huicque illius jurisdictione constet, fidem facit.*

29 *Tenor commissionis de verbo ad verbum in monitorialibus arcta citatum ad comparendum, etsi ad insertionem non citetur.*

30 *Tenor commissionis insertus in citatorio sufficit, nec est necesse transmittere ipsam originalem.*

31 *Intellige quoad effectum comparendi coram citante, non autem respondendi in principali, quia reo opponenti debet originalis exhiberi ante omnia.*

32 *Citatus per monitoriales, quibus non est insertus tenor commissionis, non tenetur comparere, nec dicitur contumax.*

33 *Excommunicatio lata à Delegato, qui copiam suæ commissionis petenti non dedit, nulla est.*

34 *Citatio, quia non fuit insertus tenor commissionis non inducit contumaciam ad effectum ex communicandi, aut declarandi incurrisse censuras.*

35 *Supplicationis subscriptæ tenor insertus in monitorialibus absque citatione rei illum arctat, et sufficit, ut in Senatu impediatur remissio Ordinario.*
Præambula ad citationem in principali non exigunt citationem, ibid.

36 *Subscriptionis tenor insertus immemoriabilibus non probat si negetur à parte quousque originalis appareat.*
Qualitas expressa in libello, seu citatione, attribuit jurisdictionem pro tunc, revocabiliter tamen si contrarium appareat, ibid.

37 *Tenor subscriptæ supplicationis insertus in monitorialibus, licèt arctet reum ad comparendum, ipso tamen comparente, et contradicente, exhibenda erit originalis aliter ad suum Ordinarium remittendus.*

38 *Qualitas jurisdictionem attribuens, inserta in libello, impugnata postea reo citato, debet saltem summariè priùs apparere.*

39 *Qua-*

39 *Qualitas tribuens jurisdictionem quando sufficiat ad illius fundamentum, quod inferatur in libello.*

1 VULGARIS est quæstio, incognita tamen, † & minus digesta resolutio, de qua pluries à doctissimis Senatoribus, nec non peritissimis Advocatis hujus Supremi Regii Consilii sui consultus, in qua discretivè agendo, prænuntianda erit terminorum conclusio, qua uti solent Judices & Notarii Apostolici in assertione, relatione signaturæ manus Sanctissimi, apposita in suis monitorialibus, qua quidem facillimè decipiuntur multi, vel decipi possunt etiam docti.

Dupliciter fit subscriptionis relatio, & assertio 2 in monitorialibus † litteris expeditis per aliquem judicem Romanæ Curiæ, cui fuit causa commissa in prima instantia: uno modo inserta gratia principali (ut fieri assolet) & consecutivè, seu immediatè dicitur interveniisse suscriptionem, seu signaturam propria manu Sanctissimi, ex qua relatione, & assertione multi peritissimi confunduntur, & nec immeritò sine ratione & fundamento legitimo decipiantur, ob apparentiam subscriptionis relatæ, ut sic sentiant, commissionem super gratiæ executione fuisse subscriptam & signatam manu Sanctissimi, satisfactumque inde esse Decreto Concilii Trid. *in session. 24. de reformatione, cap. 20. causæ omnes.*

Sed pro hoc vitando supponendum erit, quod 3 quando impetratur beneficium, † in supplicatione nulla mentio fit, nec postulatur commissio, nec executoris gratiæ fit petitio, & Sanctissimus subscribit propria manu supplicationem, quæ aliud non continet, quàm gratiam principalem, & ipsa sola censetur subscripta, ut abundè deduximus superius *in §. 1. per totum;* commissio autem executoris postmodum postulatur per impetrantem (quem ipse eligit) in Cancellaria, in qua pro executione gratiæ expeditur commissio subscripta per Præfatam hujus Tribunalis, ut latè animadvertimus *in dictis §§. 1. & 2.* hujus commissionis virtute recurrit pars ad judicem sibi da- 4 tum †, & ipse accepta commissione expedit monitoriales in quibus semper inseruntur litteræ gratiæ, mentionaræ quandoque per relationem subscriptionis Sanctissimi, quæ quidem minimè intervenit in commissionis concessione seorsum petita, sed dumtaxat in supplicatione gratiæ principalis, itaque facillimè indiscreta & confusa illa subscriptionis assertio decipit lectores monitorialium, putantes referendam esse ad commissionem, cùm re vera ad ipsam referri nullo modo debeat; sed tantùm ad gratiam principalem, quæ sola ante commissionis petitionem & concessionem fuit subscripta à Sanctissimo, ut latiùs deduximus *in dict. 1.* quare cautè legendæ sunt litteræ monitoriales ipsæ, an specificè sit apposita subscriptionis relatio gratiæ principali, quæ inserta venit, & tunc cum non sit attendenda subscriptio in parte gratiæ apposita; sed in ejus parte executiva, & commissaria, ut si in hac non appareat, & constet, nihil est curandum de tali commissione in Senatu ad effectum avocandæ causæ ab Ordinario, cui de jure pertinet in prima instantia, cùm in tali commissione deficiat forma subscriptionis inviolabiliter petitæ per Concil. Trid. juxta quæ Nos latè in hac 2. *part. cap. 6. n. 14. & cap. 26.* & infrà *cap. 27. &* alibi passim.

Aut enim in dictis monitorialibus fit hujus 5 subscriptionis assertio specificè, † discretivè lecta & relata ad partem commissionis, & tunc non levis est difficultas; an tali assertioni danda sit fides, ut in Senatu impediatur remissio causæ Ordinaria aliàs ad illum pertinentis.

In qua quidem post exactum examen, & hinc 6 inde plura discurrentes, † & meditantes, partem negativam veriorem arbitramur, procul dubio tenendam: ut tali relationi non sit danda fides, sive fuerit facta à judice Delegato, sive à Notario per eum electo ad illius cautæ acta conficienda, sive ab utroque, & ab isto ad illius mandatum; non levibus movemur fundamentis.

Etenim qualitas, qua fundatur commissio & ju- 7 risdictio, † ante omnia debet evidenter constare, ut diximus *in §. 2. à numero 12. cum sequentibus, versicul. Imo qualitas*, ubi per totum §. quod ad fundamenti hujus probationem debet de subscriptione constare; sed per assertionem judicis de commissione sua solemniter expedita non potest constare, quia judicis relationi, * & assertioni non 8 credendum, nec standum in iis, quæ nec à sua potestate, nec à libera dispositione dependent, nec à voluntate partium; aut si sint de iis, quæ requiruntur pro fundamento potestatis suæ, ut docent Decius *in l. 1. in princip. numero. 69. versic. Concordando ff. de officio ejus*, & ibidem Curtius *in additionibus ad Alexandr. in consil. 65. in præludiis feudor.* per doc. Bal. ibi *& in l. fortè ff. de Castrensi pecul.* quod & voluit Jas. *in dict. l. 1. numero 60.* Decius *in cap. quæ in Ecclesiarum, col. 15. versic. Non obstat, de constitutionibus.* Alciatus *præsumption. num. 27.* Purpuratus *in dict. l. 1. num. 548. ff. de officio ejus.* Cardinalis *in consil. 128. col. 1.* Menoch. *de arbitr. judic. lib. 2. cent. 2. cas. 187. numer. 31.* Tiraquel. *de retract. consanguin. §. 8. gloss. 9. numer. 1. & seqq.* Campegius *de testibus, reg. 61. vers. 15.* & præ cæteris Mascardus *de probationib. conclus. 951. n. 7. cum seq.*

Hinc judici asserenti in sententia libellum, litis 9 contestationem, † testiumque examinationem non credi; firmant Innocent. & alii *in cap. quoniam, de probationib.* Decius *in l. is apud quem, C. de edendo.* Barbosa *in cap. cum in jure, de officio Delegati.* Abb. *consil. 18. in causa, & quæst. vol. 2.* & pro regula firmat Jacobus Novellus *regula 42.* ubi latè explicat Alex. *in cons. 6. in fin. vol. 4.* Decius *cons. 603. numer. 14.* Aimon. *cons. 49.* Marsil. *singul. 543.* Bartol. *in l. qui bona fide, §. huic stipulation. num. 1. de damno infecto.* Cuman. *consil. 50. numer.... col. 2. prope fin.* Decius *cons. 366.* Marsil. *in rubric. de probationib. num. 26.* Hieronymus à Monte *de finib. regund. cap. 31. num. 2.* Mascard. *dict. concl. 951. num. 16. & seqq.* Igitur cùm subscriptio, quæ à solo Sanctissimo fieri debet, & propria ejus manu signanda commissio, ut avocationem in prima instantia operetur, atque jurisdictionem Delegato tribuat, prout habetur expressè *in dict. c. 20. Conc. Trid.* quod nec à partis 10 voluntate dependet; judici propterea illam asserenti præcisè credi non potest, maxime cum asserat factum alienum, quo casu nec etiam Principis assertioni statur, argum. *C. ement. in litteris, de probationib.* latè Mascard. *de probationib. 159. n. 20. cum seqq.*

Deinde probatur, quia Delegato asserenti man- datum † suæ commissionis non creditur, *cap. cùm* 11 *in jure peritus, de officio Delegati, l. un. C. de mandatis Princip.* Decius *consil. 214. col. 2. vers. Ad tertium.* Mascard. *de probationib. conclus. 951. numer. 18.* ubi propterea infert, * & quod ipse Lega- 12

tus ante omnia debet oſtendere litteras delegationis. Riccius *in collectanea deciſ. p. 3. collectan.* 532. Didacus Perez *in l. 2. gloſſ. 1. lib. 8. ordinament.* Sanchez *de matrimon. lib. 8. diſp. 17. numero* 17. Tiraquel. *de nobil. cap. 29.* Menoch. *de arbitrariis, lib. 1. quæſt. 76. num. 8. & lib. 2. caſu* 112. *num. 8. & de præſumption. lib. præſumpt. 15. num.* 4. Decianus *conſil. 18. num. 157. vol. 1.* Alexand. Raudenſ. *reſp. 21. num. 135. numero. 1.* Bertrand. Gravæ *ad pract. Cameræ Imperial. lib. 1. concl. 148. conſider. 3. n. 9.* Menoch. *conſ. 100. n. 77. cum ſeqq.* Enriquez *in ſumma lib. 10. c. 28. n. 2.* Azorius *inſtit. moral. p. 2. lib. 4 cap. 3. q. 19. & lib. 5 cap. 27. quæſt.* qui multipliciter ampliant, vide alia plura utilia, quæ dicimus ad finem hujus §. 4. & ſic ſuam commiſſionem tenetur inferere in monitorialibus (ut inferiùs dicetur) uti illi credatur; maximè, quia Delegatio Summi Pontificis vel Principis debet probari per litteras, ut deciſum fuit à Rota *deciſ. 5.* aliàs 397. *incip. ſi Epiſcopatus, n. 3. verſ. De ſecundo dubio, de officio. Vicarii, in noviſ.* Bellamer. *deciſ. 10.* incip. *præſumitur.* Maſcar. *de probationib. concluſ. 392. n. 5.*

Atque ideò Delagatus nequit procedere in cauſa,
13 † niſi prius oſtendat litteras ſuæ delegationis, ut per *cap. 1. de fide inſt.* & Speculator. *de probation. §. videndum reſtat. num. 1. & delegato, §. ſupereſt, verſ. Quid ſi de delegati juriſdictione, n. 14. & 15.* notat ant. de Butrio *in c. venerabilis, ſub num. 10. col. 4. verſ. Quartus caſus de cenſibus.* Cephal. *conſil. 236. in princip.* & per *d. l. 1. C. de mandat. Principium.* Maſcardus *de probat. dict. concl. 492. n. 6. & 7. & n. 14. & ſeqq.* & latiùs dicetur inferiùs propè finem hujus §. 4.

Igitur cum iſte Delegatus verè & realiter non
14 oſtendat ſubſcriptionem Sanctiſſimi, † ex qua omninò pendet ſua juriſdictio Delegata, vel & ſi oſtendat commiſſionem, inutilem tamen & defectuoſam, vitioſam, & carentem forma ſolemni, idem eſt ac ſi non oſtendat, quia idem eſt aliquid non fieri, vel inutiliter, vel non ſolemniter, aut non debito modo fieri, *l. quoties, ff. qui ſatisdare cogatur, l. un. C. de rei uxoriæ actione, l. §. penult. ff. quorum legator.* Petrus Surdus *conſ. 359. num. 1.* Vincentius de Franchis *deciſ. 114. num. 2.* Menoch. *conſ. 351. n. 36.* Decianus *conſil. 21. n. 51. vol. 2.* Jo. Maria Novarius *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 12. num. 12.* Coſta *de facti & ſcient. ignorantia, inſpectione* 23. *per totam.*

Quare concludendum erit, quod judicis aſ-
15 ſertioni & relationi ſuper hac ſignatura, † & ſubſcriptione Sanctiſſimi nullatenus ſtandum erit in Senatu, nec illi fides danda, maximè in præjudicium juriſdictionis Ordinariæ, & partium, in quarum favorem fuit inducta diſpoſitio Concilii Trident. *dict. cap. 20.* ſubſcriptionem pro forma in commiſſionibus avocatoriis requirentis, ac per conſequens, vel ſupplicatio ſubſcripta originalis, ut diximus *in §. 2.* vel ejus ſumptum ſolemniter, & legitimè deductum, *ut latiùs in §. 3.* exhiberi debet in Senatu, ut de ſubſcriptione appareat, atque evitetur cauſæ remiſſio ad ordinarium facienda per Senatum, ut ibidem probavimus.

Si autem conſideramus relationem, & aſſer-
16 tionem ſubſcriptionis, † & ſignaturæ propria manu Sanctiſſimi repectu Notarii, & ab eo oriri: pari modo tali aſſertioni deneganda erit fides in Senatu ad effectum denegandæ remiſſionis Ordinario; tùm quia aſſertioni Notarii non creditur, nec ejus relationi fidem eſſe adhibendam, conſultum fuit à Socino Juniore *conſ.* 148. *vol. 2.* Pariſ. *conſ. 98. num. 9. vol. 1.* Maſcard. *de probationibus, concluſ. 143.*

Deinde quia inſtrumentum relatum à Notario 24
etiam in alio inſtrumento † non probat, nec fi- 17
dem facit, niſi de eo originaliter appareat, ut per *Auth. ſi quis in aliquo documento, C. de edendo*, ubi Doctores, præſertim Jaſ. Jacobus de ſan. Georg. & Purpurat. *num. 37.* Bellonus *conſil. 35. num. 3. ſic decidit in deciſ. 247. numer. 3.* Lanfranc. de Oriana in *praxi de inſtrumento product. cap. 9. num. 34. & ſeqq.* latè Berojus *in conſ.* 25
87. *n. 11. vol. 2.* Callaneus *in conſil. 63. num. 19. cum ſeq.* Petrus Folier. *in tractat. cenſual. verſic. Tenoris continentiæ ſequentis, num. 12. cum pluribus ſeq.* Maſcardus *de probationibus, concluſ. 924. n. 1. & ſeq.*

Hinc eſt, quod etſi Notarius faciat in inſtru-
mento, † à ſe confecto relationem de mandato, 18
non probatur mandatum per hanc relationem ſimplicem, niſi ipſum mandatum producatur, etiam ſi Notarius ſe referat ad mandatum, aliudve inſtrumentum ſimiliter à ſe confectum, ut cum Alexandro, & aliis probat Decius *in dict. Authent. ſi quis in aliquo numero* 32. & 33. Roland. à Valle *conſil. 15. numero 21. lib. 1.* Matth. de Afflictis *deciſ. Neapolit. 48. & 273.* Gutierrez *conſ. 23. à numero. 8.* quia verba narrativa † ſive 19
enuntiativa mandati in aliquo inſtrumento mandatum non probant aliter non productum, Caſtrenſis *in dict. Authent. ſi quis.* Felinus, *in cap. cum in jure, numero. 14. de officio Delegati*, ubi loquitur de ſententia enuntiante, † quem eſſe 20
procuratorem, cui ſubſcribunt Doctores omnes *in dict. Authent. ſi quis*, ubi Decius *numero 51.* Baldus *in Rubrica C. de fide inſtrument.* Oriana, & ibi addentes *in praxi de probationibus, ſub numero. 34.* Cardinalis *in cap. fin. de inſtrum.* Alexand. *conſ. 71. lecto & diſcuſſo, col. lib. 5. 4. & conſil. 70. in cauſa vertente, col. penult. lib. 2.* Bellamera *concluſ. 125. ſi appellatur*, plenè Maſcard. *de probationibus, concluſ. 108. à numero. 3. cum ſeq.* & fuit originalis doctrina Bald. *in dict. Authent. ſi quis, numero* 20 dicentis, † quod 21
ſi Tabellio dicat in inſtrumento; Titius procurator talis, ut conſtat ex tali inſtrumento, non per hoc probatur quod ſit procurator, niſi inſtrumentum mandati ſit deſuper productum.

Et generaliter quod inſtrumentum relatum per
Notarium † in alio inſtrumento non probet, nec 22
fides ei ſit adhibenda, niſi producatur originale inſtrumentum, de quo per relationem Notarii apparet, etiamſi Notarius ipſe atteſtatur à ſe confectum fuiſſe probant ultra relatos Doctores Angel. *in l. ſi donatio, verſ. Et ideo ſi Notarius, C. de donationib.* quem ſequitur Decius *in conſil* 503. *ſuperioribus dieb. numero. 2. in fin colum. 3.* Gratus *in conſil. 122. numero. 18. volum. 2.* ubi teſtatur omnes ſcribentes ita velle *in dict. Authent. ſi quis in aliquo.* Socinus *in conſ. 79. col. 1. vol. 2.* Alexand. *in conſil. 71. col. 4. in fin. lib. 3.* Bartol. Angel. Alberic. Alexand. & Jaſ. *in dict. Authent. ſi quis*, & ibi Caſtrenſ. dicit ſemper fuiſſe miratum de Speculatore contrarium dicente, Bocrius *deciſ. 281. numero 4.* Maſcard. *de probationib. dict. concluſ. 924. numero 4. & numero. 12.* 23
cum ſeq. & etiamſi referat Notarius, † ſe vidiſſe inſtrumentum, & legiſſe ſine aliquo vitio, cancellatione, vel raſura, quia adhuc relatio non probat, ut poſt infinitos Doctores probat elegantèr Maſcardus *in probationibus, concluſ. 1008. n. 7. cum ſeq.*

Ex

Ex his igitur concludendum firmiter erit, quod
24 † supplicatio subscripta de manu Sanctissimi, de qua aliter quàm per relationem Notarii factam in monitorialibus litteris non constat, nihil probet, nec fidem faciat in hoc Tribunali Regio, quominus causa in prima instantia remittatur Ordinario, ad quem de jure pertinet cognitio ex Concil. Trident.

Hanc tamen resolutionem uno modo limita-
25 bis, † ut non procedat quoties impetrans coram suo Judice Delegato simul cum commissione principali exhibuerit, & præsentaverit supplicationem subscriptam manu Sanctissimi, quam Notarius de mandato judicis de verbo ad verbum inseruerit in monitorialibus litteris, quia tunc rectè probabit, & fidem faciet in hoc Senatu tale sumptam, ita deductum à Notario actuario de mandato judicis juxta Angeli doctrinam *in dict. Authent. si quis in aliquo C. edendo*, atque ibidem Curtius *n.* 29. Bartol. quoque & Bald. *in l. ult. in primo notab. C. de fide instrumentorum*, & idem Bart. *in l. Chirographis, in princ. ff. de administratione tutor.* dixerat. Speculator *in tit. de reseriptis præsent. §. 1. versicul. Sed objicitur*, & idem Specular. *in tit. de instrument. §. nunc videamus*, §. *penult.* quem ad hoc adducit Jacob de sancto Gregorio *in d. Authentic. si quis*, *num.* 39. eleganter Decius *in cap. quoniam, col.* 25. *num.* 51. *versic. Expeditis, de probationibus.* Ancharran. *consil.* 40. Alexand. *cons.* 6. *col.* 4. Felin. *in cap. fin. de fide instrum.* Bald. *in l. si unus, C. de testament.* Bald. *in l. si unus, C. de testament.* Bart. *in l.* 1. *ff. si tabulæ testament. extab.* Felin. post alios *in cap. cum in jure peritus, num.* 8. *de officio delegat.* ubi multa cumulat. Curtius *in dict. Authent. si quis, n.* 29. latè Mascard. *de probationibus, concl.* 711. *à n.* 66. *cum seq.* qui *n.* 71. post Felin. Bartol. & Alexand. declarat, hoc procedere, tunc fidem facere, quando instrumentum præsentatum inscribitur de verbo ad verbum, & totius ejus tenor, non autem, quando ejus fit relatio tantùm, quod & probant suprà citati Doctores omnes.

Fit quod quando mandatum, instrumentum,
26 † sententia & similia inseruntur per Notarium in executorialibus ex Decreto Judicis à se conscriptis & confectis non per relationem, nec per enuntiationem simplicem; sed de verbo ad verbum transcriptus est totus eorum tenor, fidem faciant, & probationem legitimam aliùs comprobavimus *in tract. de Regia protect. 4. p. cap.* 1. *à n.* 52. *cum multis seqq.*

Et licèt hæc doctrina illam patiatur limitationem,
27 † quod ad hoc ut exemplum illud registratum in actis probet, quando instrumentum originale fuit præsentatum coram judice, adversario citato, & & nihil opponente, ita ut partis citatio ad hoc requiratur ut post Joan. Andr. *in additionibus, ad Speculator. in tit. de reseript. §. 1 vers. Sed objicitur*, sequutus ab Alexand. *in dict. Authent. si quis, n.* 9. & latè Covarr. *pract. cap.* 21. *sub n.* 3. & comprobarunt Imola, & Felin. *in cap. cum in jure peritus, n.* 9. *col.* 5. *de officio Delegati.* Mascard. *de probationib. dict. conclus.* 711. *n.* 72. & iterum *in conclus.* 919. *per totum*, ubi plures alios allegat.

Id procedere, dicendum erit ad effectum, ut
28 tali exemplo semper detur fides, † ac perpetua sit ejus probatio, tanquam instrumentum originale, prout ipsi Doctores affirmant; secus erit in nostro casu, quando dumtaxat ad hunc effectum citandi, in monitorialibus inseritur tenor jurisdictionis, ut hoc modo constet de jurisdictione Delegati teneatur citatus comparere, quia sicut commissio principalis inserta in monitorialibus (ut fieri assolet) fidem facit, & consequenter dicitur de jurisdictione Delegati, ad hoc ut citatus teneatur comparere, † ut diximus *à n.* 9. *cum seqq. vers. Hinc judice asserente*, &c. cum aliter citatus à Delegato non teneatur comparere, ni certus de jurisdictione Delegati ex sic inserto tenore, & copia commissionis, & delegationis in monitorialibus, seu citatione, qua legit, nè certioratus intelligitur, prout stylus vulgatissimus docet, & probant Marinta *de ordine judic. part.* 4. *distinct.* 3. *n.* 61. *vers. Trigesimo octavo differunt.* Mastrius *Contur.* 3. *object.* 1. Riccius *collect.* 532. *vers. Infertur tertio*, 3. *part.* Asicius *in praxi Forens. §.* 5. *cap.* 2. *n.* 3. Decianus *tract. criminum, lib.* 4. *cap.* 25. *n.* 12. Menoch. *cons.* 795. *n.* 6. *& in tract. de præs. l.* 2. *præs.* 15. *n.* 2. Lancellot. *de attentat. c.* 4. *in præfatio n.* 166. *cum seq. part.* 2. Raud nf. *consil.* 13. *vol.* 1. Camillus Borrellus *concil.* 68. *n.* 6. Petr. Barbosa *in l. si quis ex aliena, n.* 9. *ff. de judiciis.* Molina *de justitia & jure, tom.* 6. *tract.* 5. *disput.* 25. *n.* 1. Riccius *in practic. Aurea resolut.* 414.

Qui quidem *numero* 2. tenet sufficere, quod
in monitorialibus, † seu citatione Delegati inse- 30
ratur tenor delegationis; non tamen esse necessariam transmittere originalem commissionem; sequitur Augustinus Barbosa *in collectanea ad cap. cum in jure peritus, n.* 4. *de officio Delegati*, ubi post Riccium loco citato *n.* 3. dicit hoc intelligi quoad effectum comparendi, † non tamen respondi 31
in negotio principali; nam reo comparente & petente originale reseriptum, sibi debet exhiberi, antea verò non dicitur contumax, sicuti nec etiam dicetur, † quando non veniat citatus ipse per monito- 32
riales non inserto tenore commissionis Anna *allegat.* 147. Riccius *dict. collectanea* 432. *vers. Infertur secundò.* Rota *in Rom. seu Lateran. pensionis* 24. *Aprilis* 1619. *coram Ubaldo.* Achillis *decis.* 10. *de dolo & contumacia.* Rota *in Terraconens. Parochialis*, 4. *Februarii* 1604. *coram Litta.* apud Marquesan. *de commission. tom.* 1. *fol.* 465. *n.* 3. *& seq.* Lud. Post. *post tractatum de manutent. decis.* 275. *num* 9. ubi quod citatio sine insertione commissionis nec arctat ad comparendum, nec causat moram, nec pœnæ incursum; adeò ut hoc casu excommunicatio à Delegato lata, † qui copiam suæ 33
delegationis petenti non dedit, sit nulla. Nav. *consil.* 9. *in antiqua editione*, alias 5. *in noviss. de sententia excommunic.* Sayrus *in floribus decisionum, sub eod. tit. decis.* 10. licet nec etiam citatio Delegati, † in qua non fuit insertum originale reseriptum 34
suæ jurisdictionis; est potens ad declarandum illum incidisse in censuras, Riccius *dict. collectanea* 532. *in fin.* August. Barbos. *dict. collectan. n.* 5. Anna *alleg.* 24. idem probat Mascardus *de probationib. concl.* 492. *num.* 7.

Quare cùm ad hunc effectum citandi, & comparendi dumtaxat fides sit † danda tenori 35
commissionis, inserto de verbo ad verbum in monitorialibus absque eo, quod ad insertionem, & copiam prædictam citatur pars, ut probant omnes citati Doctores, nam in iis, quæ sunt præambula ad citationem peragendam ad negotium principale, citatio non requiritur Bald. *in l. ea quæ, C. quomodo & quando judex.* Oldrad. *in cons.* 120. *in fin.* Marian. Socinus *in tractat. de citation. in* 5. *cas.* Hipp. de Marsil. *in l. de unoquoque, in resp.* 29. *ff. de re judicata.* Baldus *in l. sed & si §. liberes, in fin. ff. de in jus vocando*, Joan. Andreas *in additionibus ad Speculator. in titulo de jure jurando super rubrica, in fin.* Decius *in l. venia, in fin. C. de in jus vocando.*

Aretinus *in conſil.* 117. Romanus *in l. quamvis, ff. de in jus vocando.* Corneus *in conſil.* 46. *col.* 2. Nicellus *in concordia, gloſſa fallent.* 57. plurimos refert Ant. Gabriel. *practic. concluſ. itulo de citationib. concluſ.* 1. *n.* 354. *& ſeqq.* ita taliter & eodem modo eadem fides danda erit tenori ſupplicationis ſubſcriptæ manu Sanctiſſimi in eiſdem litteris monitorialibus inſertæ de verbo ad verbum, & illis fides integra adhibenda erit in Senatu etiam non citata parte ad inſertionem hanc, quia cum ſit pars commiſſionis, & ad eundem finem tendat, idem dicendum erit de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, juxta vulgare axioma *l. quæ de tota, ff. de rei vindicatione.*

Quam veram reſolutionem intellige, interim dum ab adverſario non negetur; etenim ſi poſtmodum negatur, ceſſat fides inſertionis hujuſmodi, quæ alter non probat, quàm fuerit ipſa commiſſio originalis exhibita & præſentata, ut ſuperiùs diximus *à num.* 31. *& ſeqq.* & ſuprà *cap.* 26. *numero* 64. 65. *numero* 80. *& à numero* 90. itaque poſt negationem ſupplicatio ipſa originalis debet exhiberi.

Pro quibus omnibus & proximè ſcripta limita-
36 tione † rectè etiam urget Doctorum elegans doctrina, quam adducit Scaccia *in tractatu de ſentent. & re judic. gloſſ.* 4. *quæſt.* 6. *n.* 55. in hæc: nam ſi Florentinus citatus Peruſii ratione contractus, vel delicti, neget ſe illic contraxiſſe, deliquiſſeve; nihilominus Judex Peruſinus poteſt contra eum procedere, quia illa qualitas expreſſa in libello, ſeu citatione, quod contraxerit, ſeu deliquerit in territorio Peruſino tribuit juriſdictionem judici Peruſino, & habetur pro vera quantum ad fundandam pro tunc juriſdictionem; ſed eam tribuit revocabiliter, quia ſi poſtea non probabitur in proceſſu, Judex remittet cauſam ad competentem, condemnabit actorem in expenſis. Bartol. *in l.* 2. *numero* 9. *verſ. quæro aliquis ff. ſi quis in jus vocatus non ierit*, & alii, quos citant Marianus Socinus *in cap. ſi Clericus*, 5. *ſub n.* 12. *in* 3. *opinion. de foro competent.* Afflictis *deciſ.* 297. *pluries*, *n.* 2. & 3. Tiraquel. *de retract. lignagier.* §. 8. *gloſſ.* 5. *numero.* 18. *verſ. Illud autem*, & faciunt quæ dixi *cap. ſeq. de appellationib. quæſt.* 7. *limitat.* 6. *memb.* 9. *num.* 7. *&c.* Ex qua doctrina
37 ſequitur, † quod ut appareat revocabiliter ſaltim de juriſdictione Judicis Delegati; ſufficiat, quod in monitorialibus ſit inſertus ejus tenor de verbo ad verbum (ut diximus) cum aliter quàm per ſcripturam hæc qualitas non probetur, hoc eſt, per ſupplicationem ſubſcriptam manu Sanctiſſimi, ut diximus latiùs *in* §. 2. & §. 3. & ſic ad effectum adſtringendi citatum ad comparendum ſufficiet, quod qualitas attribuens juriſdictionem inſeratur in monitorialibus, ſicut & ipſa commiſſio principalis.

Tamen contradictione poſtmodum facta per
38 citatum comparentem † debet de ea qualitate doceri, & probari ante omnia, ut hactenus probatum eſt, atque iterum ipſe Scaccia poſt alios ubi proximè *numero* 58. in hæc: Quod reo negante qualitatem narratam in libello, Judex debeat prius capere informationem ſummariam, dicunt Jaſ. *in l. pen. cum quædam*, §. *quoties*, *ſub numero* 2. *ff. de juriſdict. omn. jud.* Felinus *in dict. cap. ſi Clericus*, *ſub numero* 2. *in prima concluſ. in fin. de foro competent.* ubi teſtatur de communi opinione, dicens, quod ſi reus conventus negat qualitatem negotio licet non excludat juriſdictionem; tamen operatur, quod præmitti debeat cognitio ſummaria de qualitatis veritate, imò hoc idem ſequutus eſt ſibimet contrarius Bartol. *in l. præſcriptione*, *ſub numero* 7. *verſic. Quæro quando*, *ibi pone Florentinus. C. ſi contra jus vel utilit. public.* dicens, quod ubi reus conventus negaverit ſe contraxiſſe, vel deliquiſſe in illo loco, debet ante litem conteſtatam ſummariè examinari, utrùm contradixerit vel non in illo territorio, & poſt litem conteſtatam, inquit, examinabitur plenè; & qui alii tenuerint hoc citantur à Marian. Socin. *in dict. cap. ſi Clericus, ſub. num.* 11. *in prima opinion.* & à Tiraquel. *de retract. linagier.* §. 8. *gloſſ.* 5. *n.* 19. *verſ. Verùm ſunt, &c.* Hactenus obſervatio Scacciæ, circa quæ vide eundem *in gloſſa* 7. *quæſt.* 3. *limit.* 1. *n.* 20. & optimè *in eadem gloſſa* 7. *quæſt.* 3. *limitat.* 4. *ſub num.* 163. ibi: Extende hanc reſtrictionem, ut licèt is, qui convenitur ratione loci contractus, ut in hac reſtrictione, vel ratione loci, quo committitur delictum, ut dixi ſuprà *limitat.* 1. *num.* 43. vel ratione deſtinatæ ſolutionis, ut & dixi hac eadem limitatione ſuprà *n.* 104. 109. & 122. neget ſe contraxiſſe, deliquiſſe aut deſtinaſſe ſolutione, & ideò apponat declinatoriam fori, & actor ſeu accuſator tunc non doceat de prædictis qualitatibus, quæ facerent judicem eſſe competentem; tamen quoad fundandam juriſdictionem ſufficit ſola ejus aſſertio in libello, ſed poſtea ſtante rei negatione, debet præmitti cognitio ſummaria de veritate prædictarum qualitatum, &c. videndus etiam ipſe Scaccia *lib.* 1. *cauſar. civil. & crimin. cap.* 9. *numero.* 97. *& cap.* 2. *numero.* 466. & circa hunc articulum valde controverſum, quando † & quibus 39
caſibus ſufficiat libellus, quo qualitas (qua juriſdictio judicis fundatur) ſufficiat ad judicii introductionem, ita ut ſi poſteà ab adverſario negetur, debeat de ea conſtare ſaltim ſummariè, videndi ſunt plures relati à Caſtillo *de tertiis*, *cap.* 12. *num.* 23. *verſic. Item*, ubi plures, Valençuela *conſil.* 191. *per totum*, *tom.* 2. Maſcard. *de probationibus*, *concluſ.* 949. *à num.* 7. Nos *in tractat. de Regia protect.* 2. *part. cap.* 10. *à num.* 68. latius 2. *part. cap.* 4. *à n.* 42. *cum ſeq.* & latiſſimè per contrarias opiniones, & foedere diſtinctionis reconciliatas. Pereira *de manu Regia*, *tom.* 2. *cap.* 27. 1 *princip.* & pro diſtinctione *à num.* 4. Bobadilla *in Politica lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 221. Maldonat. *reſponſ.* 15. *quæſt.* 6. *num.* 13. *& quæſt.* 7. *n.* 2. Menochius *conſil.* 2. *num.* 96. Vantius *juribus mod. ſententiæ null. reputetur*, *num.* 70. Rolland. *conſil.* 87. *num.* 5. *lib.* 2. Afflict. *deciſ.* 293. latè etiam Gratianus 226. *per totam.* Cancer. *variar. reſolut.* 2. *p. cap.* 1. *de juriſdictione*, *à n.* 182. *cum ſeq.* quos conſule pro veritate articuli.

§. V.

Senatus Regis, an potius litterali Tridentini diſpoſitioni (appetenti ſubſcriptionem Sanctiſſimi in ipſiſmet reſcriptis primæ inſtantiæ avocatoris) inhæreat, an verò ſola ſupplicatione (qua avocatio petitur) ſic ſubſcripta juxta aſſertas aliquot declarationes Cardinalium contentetur?

Et ex quibus earumdem fides vacillet, dubia necnon, & incerta reddatur?

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Supplicatio ſubſcripta manu Sanctiſſimi exhibita in prima inſtantia ſuppoſita fide, & vera exiſtentia Declarationum Cardinalium.*

2 *Declarationes Cardinalium aſſerentes ſufficere ſupplicationem ſubſcriptam, ut avocatio verè probetur, referuntur.*

3 *Senatus non admittit commiſſiones non ſubſcriptas manu Sanctiſſimi quantumvis de ſupplicatione ſubſcripta in eo doceatur, & ſeqq.*

4 *Declarationibus Cardinalium impreſſis non authenticis Urbanus Octavus fidem abſtulit.*

5 *Declarationibus Cardinalium, quæ authenticæ non apparent, Doctores paſſim fidem abnegant.*

6 *S. Congregationis indicis Decretum refertur fide exuens Declarationes, de quarum veritate authentico teſtimonio non conſtat.*

7 *Declarationes aſſertæ quibus dicitur ſufficere ſupplicationem, qua petitur avocatio in prima inſtantia ſubſcriptam ex multis ſuppoſitæ oſtenduntur, & ſequentibus.*

8 *Declarationes S. Congregationis authenticas ſemper Senatus Regius amplectitur in caſibus occurrentibus.*

9 *Declarationibus aſſertis dicantibus per ſubſcriptionem apponendam in ſola ſupplicatione ſatisfieri formæ Trident. uti non authenticis Senatus fidem negat.*

10 *Statutum prohibens exceptionem contra inſtrumentum authenticum poteſt opponi ipſum non eſſe authenticum.*

11 *Inſtrumentis informiter, & non ſolemniter exhibitis nemo credere tenetur.*

12 *Suſcriptionem propria manu Sanctiſſimi apponendam in ipſis reſcriptis ad partes miſſis, expreſè decrevit Concilium Trident.*

13 *Inter ſupplicationem præſentatam Papæ, & reſcriptum deſuper confectum miſſum ad partes magna datur differentia.*

14 *Reſcriptum mittendum ad partes ſubſcribendum eſſe, non caſualiter, ſed providè, decrevit Concilium Tridentinum, ut certus ſit Ordinarius de avocatione Papæ in prima inſtantia.*

15 *Ordinarius impunè hæſitat de avocatione in prima inſtantia ſi legitimè ſibi de ea non conſtat.*

16 *Si per ſupplicationem ſubſcriptam ſatisfieret formæ Trident. ingens damnum pateretur etiam ipſe impetrans, cum cogatur de ea docere coram Ordinario, & Senatu.*

17 *Lex nova quando ſpecialiter providet in uno caſu, contrarium videtur velle in aliis omiſſis.*

18 *A Concil. Trid. quod claris verbis diſcernit reſcriptum avocatorium ſubſcribendum, non eſt facilè recedendum per declarationes de quarum fide non conſtat contrarium dicentes.*

19 *Sancta Congregatio Cardinal. facultatem habet à Papa ad declaranda, & interpretanda dubia, & ambigua Concilii Trid.*

20 *Declarandi facultatem qui habet, ea caret in re clara, non dubia, nec ambigua.*

21 *Declaratio non fit niſi in re dubia.*

22 *Declaratio non cadit ſuper verbis claris, cum declarationes non egeant.*

23 *Declaratio, quæ verbis diſpoſitionis declaratæ repugnat, in nullo actu admittitur; cum potius peremptio, deſtructio, & alteratio ſubjecti dicatur.*

24 *Per declarationem quando mutatur, aut alteratur ſubjectum, non declaratio, ſed nova diſpoſitio dicitur.*

25 *Rex Catholicus non patitur, ut in aliquo ſubvertantur Decreta Concilii Tridentini.*

26 *Declaratio, ut admittatur debet eſſe congrua verborum ſignificationi.*

27 *Declaratio, quod per ſupplicationem ſubſcriptam ſatisfiat formæ Tridentini, evidenter ejuſdem verbis incongruit.*

28 *Senatus verbis claris Concil. Trid. decernentis ſubſcriptionem apponendam in reſcriptis adhæret, nec patitur uti reſcripto avocatorio primæ inſtantiæ, in quo ſubſcriptio viſibiliter non legitur.*

29 *Motus proprius Gregor. XIII. clarè intellexit Concil. Trident. decernentem formam ſubſcriptionis in reſcriptis ad partes miſſis apponendam.*

30 *Per ſupplicationem ſubſcriptam propria manu Sanctiſſimi præſentatam in Senatu non evitatur remiſſio ad Ordinarium in prima inſtantia.*

31 *Ad avocationem in prima inſtantia probandam novam probationis formam induxit Trident. à quo non recedendum, nec alius probandi modus admittendus.*

32 *Monitoriales ad partes miſſæ, quibus inferitur reſcriptum avocatorium ſubſcriptum manu Sanctiſſimi probant ſubſcriptionem ad effectum evitandi remiſſionem Ordinario.*

IN §§. antecedentibus plura non inutilia ſubtiliter conſideravimus, † quibus de ſupplicatione ſubſcripta propria manu Sanctiſſimi in Senatu conſtare inſinuavimus, ut inde evitari poſſit remiſſio cauſæ ſic avocatæ in prima inſtantia ad Ordinarium, fidem tamen duarum Declarationum Sacræ Congregationis uti authenticarum ſupponentes, & earumdem doctrinæ veſtigia imitantes, expreſsè declarantium ſatisfactum eſſe diſpoſitioni, & formæ Concil. Trid. *in cap.* 20. *ſeſſ.* 24. *de reformatione*, ex ſola ſupplicatione (qua avocatio petitur in prima inſtantia) ſubſcripta propria manu Sanctiſſimi. Quarum altera ſic ait: *An cauſarum avocationes validæ ſint* † 2 *ſi Brevia Apoſtolica, quæ tranſmittuntur manu propria Pontificis ſubſcripta non ſint? Congregatio cenſuit eſſe valida cùm ſufficiat ipſas ſupplicationes, ſuper quibus Brevia conficiuntur manu Pontificis eſſe ſignatas.* Altera verò declaratio ita pariter conſonat: *An cauſarum avocationes commiſſioneſque minus validæ, aut contra Decretum Concilii cap.* 20. *ſeſ.* 24. *judicari debeant, ex eo quod Brevia Apoſtolica, quæ ad partes tranſmittuntur manu propria Sanctiſſimi ſubſcripta non ſint, an verò ſufficiat ipſas ſupplicationes, & commiſſiones ſuper quibus Brevia conficiuntur manu Papæ ſignatas, & ſubſcriptas eſſe? Congregatio cenſuit ſatisfactum eſſe Decreto, ſi ipſa ſupplicatio, & commiſſio, ſuper qua Brevia fabricantur, manu Sanctitatis ſuæ ſubſcripta ſit.* Itaque ſub hoc ſuppoſito, quod hujuſmodi Declarationes verè, & realiter ab eadem S. Congregatione Cardinalium emanaverint, de quarum fide authenticè doceatur, in dubiumque minimè revocetur, indefeſſo pede currunt omnia, quæ in §§. antecedentibus reſolvimus circa probationem legitimam ſupplicationis ſubſcriptæ in Senatu oſtendendæ.

Sed adhuc agnoſcentes hujus Supremi Concilii ſtylum, † praximque uſitatam adverſus reſ- 3

cripta avocatoria primæ inſtantiæ (quibus ſubſcriptio propriæ manus Sanctiſſimi ocularitèr non legitur) reclamantem, ulteriùs in re hac ſubſiſtendum duximus, judicium noſtrum ſuſpendentes, & Senatus motiva enucleantes, tùm inſequuti voluntatem, & novam diſpoſitionem Sanctiſſimi D. N. P. Urbani VIII. negantem fidem adhiberi declarationibus S. Congreg. non authenticis. Tùm hærentis litterali ſenſui Concil. Trid. (cujus eſt acerrimus protector) cum quo aſſertas Declarationes manifeſtè pugnare Senatus oſtendit.

Primum igitur ejuſdem Senatus motivum eo
4 potiſſimum † oſtentatur, quod noſtris his temporibus publicari fecit Sanctitas Urbani VIII. per univerſalem Eccleſiam, ne de cætero à quoquam aliqua detur fides in judicio nec extra judicium Declarationibus Cardinalium, non tantùm manuſcriptis, verùm & impreſſis per aliquos Authores; ſed tantùm illis, quæ in authentica forma ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti S. Congregationis, ac Secretarii ejuſdem Congregat. pro tempore exiſtentium munitæ fuerint, quod eadem Sancta Congregatio ex ſpeciali Urbani divina providentia Papæ VIII. juſſu mandavit, & præcepit Romæ 2. Auguſti 1631. eo quod multæ falsò, ficteque S. Congregationi Cardinalium arrogantur, quæ re vera ſuppoſitæ ſunt apocriphæ, & ab ea non dimanaſſe eadem ſancta Congregatio inſinuat; cujus Breve ſimiliter publicare fecit Conſilium Supremum Sanctæ Inquiſitionis de mandato D. N. P. ab eodemque omnes fere libri impreſſi harum Declarationum fuerunt reconditi.

Cujus inſuper Brevis intuitu paſſim Doctores Declarationibus Cardinalium per alios citatis,
5 † eo quod authenticæ non ſunt, fidem abnegant, & carere affirmant ad cauſarum deciſionem, & ad quæſtionum reſolutiones, ut videre eſt ex Fagundez *de præceptis Eccleſiaſtic. tract. 2. lib. 8. cap. 8. num. 38. & 32.* Souſa *in Bulla Cœnæ cap. 23. diſp. 110. concl. 3. n. 7.* Fernandez *in Exameron. Rector. Moral. p. 4. §. 1. num. 5.* Granado *in 2. 2. D. Thom. controver. 1. tract. 15. diſput. 14. ſect. 2. numero 8. & ſeqq.* Diana *reſol. moral. 4. p. tract. 4. Miſcellan. reſolut. 235. ad medium, & iterum tom. 1. p. 1. tract. 5. de abſolut. ab hæreſi, reſolut. 2. verſ. Nec valet dicere Pium V. & pluribus alibi.*

Aliud etiam circa hoc ortum eſt Decretum S.
6 Congregationis indicis † ſuper prohibitione librorum, ſub *die 29. Aprilis* 1621. ſignatum à Domino Cardinali Ubaldino, cujus virtute de fide, & certitudine, quarundam Declarationum aſſertarum S. Congregatio merito dubitavit, *Doctiſſimus Præſes Granaterſis Joannes Baptiſta Valençuela Velazquez in conſ. 184. numero 27. tom. 2.* ibi: *Nam ultra quod dictæ Declarationes non ſunt certæ, an tales ſint Sacræ Congregationis, quia ſunt in lucem editæ ſine debita authoritate, & quod illis, nec ex ſola urbanitate poteſt fides adhiberi, & ſuper quo noviter eſt Decretum latum à Sacra Congregatione ſuper librorum prohibitione ſub die 29. Aprilis 1621. ſignatum à Cardinal. Ubaldino, &c.* Igitur dum Senatus, juſtè, & legitimè dubitat, an verè hæ aſſertæ Declarationes dimanarint à S. Congregation. Cardinal. cum authen-
7 ticæ à nemine oſtendantur; † licitè inharet Tridentin. diſpoſitioni appetentis ſubſcriptionem propriæ manus Sanctiſſimi in ipſis reſcriptis avocatoriis primæ inſtantiæ miſſis ad has partes, ita ut nec debeat contentari ſola ſupplicatione ſubſcripta, quantumvis de ea coram eodem Senatu doceatur per impetrantem juxta aſſertas Declarationes.

Semper enim Senatus agnovit authoritatem magnam S. Congregationis, † ejuſque veras, & 8
authenticas Declarationes libenter amplexus eſt, & juxta eas diſcernit aſſiduè in caſibus occurrentibus, ac ſi ab ipſo Summo Pontifice dimanaſſent, & velut ſi à principio cum ipſis Concil. Trid. Decretis à ſancta Synodo ſimul ortæ fuiſſent, prout latiùs oſtendimus hac 2. *part. cap. 2. per totum.*

Iſtis tamen aſſertis Declarationibus non authenticis, & tanquam informiter divulgatis, fidem negat; † tum ex breve Urbani VIII. tum ex juris 9
diſpoſitione: etenim licèt ſtatutum tantam attribuat authoritatem inſtrumento publico, & authentico, ut omnem contra illud prohibeat exceptionem, nihilominus poteſt licitè, liberèque opponi, † quod inſtrumentum non eſt authenti- 10
cum. Decius *in cap. ex parte, el 2. num. 40. de officio Delegat. & in conſ. 458. numer. 1.* Bald. *in l. 1. §. parvi, numero. 3. ff. quod vi, aut clam.* ubi dicit, quod hoc caſu debet conſtare inſtrumentum eſſe authenticum, DD. omnes *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic.* Cephal. *conſ 627. num. 4.* Affict. *deciſ. 283. numero. 1.* ubi Urſillus *in Annotat. num. 3.* Cravetta *conſ. 6. num. 12.* Millanenſ. *deciſ. 8. num. 5. lib. 2.* Bald. *in c. Paſtoral. num. 4. de appellationib.* Curtius Jun. *in l. juris gentium, §. quod ferè, ff. de pactis.* Lofredus *conſ. 6. n. 12.* Cavenſ. *ſuper Ritib. Mag Curiæ 5. Ritu. 193, num. 9. & 16.* Rebuff. *ſuper Conſtit. Gallic. tit. de litteris obligatoriis, art. 2. gloſ. 1. n. 34. & ſeq.* Frecia *in tract. prædio. p. 5. n. 5.* & ex aliis plurimis multas congerens ſimiles doctrinas probat Carol. de Graffis, *de exception. except. 2. princip.* & princip. *à n. 4.*

Nec enim quis credere tenetur inſtrumentis informibus non ſolemniter, † nec authenticè expe- 11
ditis, ſive judicialibus, ſive extrajudicialibus, prout abundè probavimus hac 2. *p. c. 24. à n. 14. cum multis ſeqq. & à n. 70. uſque ad fin. cap.* Igitur iſtis aſſertis Declarationibus (ſufficere nempè ſubſcriptionem Sanctiſſimi apponi in ſupplicatione, qua commiſſio avocatoria primæ inſtantiæ poſtulatur abſque eo quod in ipſis Reſcriptis apponatur accreſcentibus, & noviter inducentibus) juſtè veretur Senatus fidem adhibere, donec authenticæ non apparent juxta Breve S. D. N. Urbani; ac per conſequens Senatus ipſe Reſcripta hujuſmodi ad partes Hiſpaniæ miſſa ſine ſubſcriptione patente avocatoria primæ inſtantiæ, eo quod contra expreſſam S. Conc. Trid. (cujus eſt omni jure protector Rex noſter Catholicus) ſunt expedita, retinet, cauſa remiſſa Ordinario, cui de jure cognitio pertinet.

Secundum autem Senatus motivum provenit ex 12
litterali ſenſu, † manifeſtaque & clara diſpoſitione Concil. Trid. *in dict. cap. cauſæ omnes*, indubitanter appetentis hanc formam ſubſcriptionis in ipſis Reſcriptis & litteris avocatoriis, quæ ad partes mittuntur ibi: *Per ſpeciale Reſcriptum ſignaturæ Sanctitatis ſuæ manu propria ſubſcribendum.* Reſcriptum ſubſcribendum dixit, non ſupplicationem, qua avocatio petitur (uti cenſuere aſſertæ Declarationes relatæ) quod multum diſtat; imò finis, atque intentio principalis ipſius Conciliaris diſpoſitionis penitùs repugnat, ut ſtatim evidenter apparebit. Quare certior redditur Senatus ad facilius

cre-

credendum hujuſmodi Declarationes apocryphas, & ſuppoſitas eſſe, & falſò attribui S. Congregat. Cardinal.

Movetur Senatus ex nota differentia inter ſup-
13 plicationem & Reſcriptum, † illa informis eſt quædam ſcriptura, quæ nec in judicio, nec extra judicium fidem facit, niſi dumtaxat in Cancellaria ad hoc ſolùm, ut ex eadem conficiantur, & fabricentur Reſcripta, & aliæ litteræ Apoſtolicæ, ex quibus dumtaxat probatio gratiæ oritur, ut latiùs probavimus *ſuprà* hoc *cap.* 30. *per totum*, & etiam in omnibus §§. antecedentibus, *c.* 26. *à nu.* 24. *cum ſeqq.* Reſcripta autem ſunt illæ litteræ deſuper ex ſupplicatione confectæ, quæ ad partes mittuntur judicibus nominatis, *toto titulo de Reſcriptis, & de officio Delegati, cap. mandatum Apoſtolicum ad ſe directum*, 33. *litteris Apoſtolicis ad vos directis*, 39. *& c.* 2. ibi: *Quatenus inſpectis litteris, quæ Epiſcopo prædicto direximus, de reſcriptis*, probant etiam eadem adductæ Declarationes adductæ ſuperiùs *n.* 2. quæ etiam mittuntur clauſæ, ut poſt alios Gonzalez *in Reg. de alter. Gloſſ.* 59. *num.* 6. *c.* 5. *&* 6. & tandem inter ſupplicationem, & Reſcriptum illamet adeſt differentia; & quæ inter Protocollum, & inſtrumentum publicum, quorum quodlibet ad diverſa deſtinatum eſt à jure, prout latiùs ſcripſimus hoc *c.* 30. §. 2. *à numero* 32. *num. ſeqq. & in* §. 3. *à num.* 15. *cum ſeqq.* quod & cunctis perquam notiſſimum eſt, ex quibus apertè colligitur, aliud eſſe ſupplicationem, aliud & non idem litteræ, & reſcripta, & utrumque & nomine, & effectu diverſum.

Hinc non caſualiter, ſed provida attentione
14 Concil. Trid. decrevit, † ſubſcribendum Reſcriptum ipſum, quod mittendum eſt ad partes, ut certioretur Ordinarius, & ne dubitet de avocatione, ſed planè cognoſcat voluntatem Sanctiſſimi, ut abſque controverſia, & contentione aliqua cedat Delegato, avocationi & commiſſioni in prima inſtantia. Aliàs enim ſi Reſcriptum ipſum ſubſcriptum non ſit propria manu Sanctiſſimi, quomodo ſibi conſtare poterit de legitima avocatione? (cum reſcriptum ſubſcriptione qualificatum ſit à Trident. deſtinatum ad hujuſmodi avocationem probandam, ut ſtatim dicetur) nec à quo fuerit ſupplicatio ſubſcripta? Cum hæc penes Cancellariam remaneat impetranti non tradenda, atque ſubſcriptiones omnes in litteris deſuper expeditis penitus confundantur, ita ut ex illis diſcerni non poſſit, an à Sanctiſſimo, an ab alio fuerit ſubſcriptio emanata, ut abundè monſtramus hoc *cap.* §. 2. *per totum*, & maximè *à numero* 6. *& ſeqq.* quo caſu impunè ei reſiſtere poterit Ordinarius tutus Conciliari diſpoſitione ſibi præſervante primam inſtantiam, aliter validè non avocandam, quàm per ſpeciale reſcriptum propria manu Sanctiſſimo ſubſcribendum, juxta †
15 *dict. cap. cauſæ omnes*, juncto text. *in cap. cum in jure* 31. *de officio Delegat.* in illis verbis: *Ac tibi ſuper mandato Apoſtolico hæſitanti ab aliquo non ſit facta fides, an mandatum hujuſmodi exequi tenearis? ſuper quo tibi hujuſmodi damus reſponſum quod niſi de mandato Apoſtolico certus ex litteris, exequi non cogeris, quod mandatur, &c.* Certus dici non poteſt Ordinarius de avocatione ſuæ primæ inſtantiæ per reſcriptum non ſubſcriptum ſibi oſtenſum, cui forma probandi avocationem omnino deficit, ut latiſſimè diximus hac 2. *p. cap. c.* 6. *à numero* 14. *uſque ad finem, & in* §. *unico, à numero* 25. *cum multis ſeqq. & à numero* 18. quibus locis reperies, reſcriptum ſubſcriptum propria manu Sanctiſſimi pro forma deſignatum eſſe à Concilio Trid. ad probationem avocationis primæ, ita ut alius omnis modus id probandi ſit penitus excluſus. Nec quis tenetur credere ſcripturis non ſolemniter expeditis, prout remiſſivè abundè diximus, ſup. *n.* 10.

Deinde quia & impetranti ipſi valdè damnoſa
16 foret reſolutio aſſertarum † declarationum, cum ex novis litibus, immoderatis expenſis, & incerto fine involvi cogatur. Quippè ingenti labore, & ſumma difficultate premitur impetrans, novoque inde onere Romam redire præciſè gravatur, cùm tam coram Ordinario, quàm coram Senatu teneatur de ſupplicatione ſubſcripta docere, quam tamen oſtendere, & exhibere valdè difficillimum ſibi erit, eo quod ſemper conſervetur in Cancellaria, & impetranti minimè tradatur: prout latiùs conſideravimus hoc *c.* 30. *& in duobus* §§. *proximè antecedentibus.* Indeque impetrans ad quid ferè impoſſibile gravaretur, atque confuſio maxima ex ſui præcluſa probandi facultate (quam anguſtandam nulla juris ratio permittit) exoriretur.

Quæ omnia inconvenientia, & intolerabilia
17 damna præ oculis habens Concilium Trident. providè illis occurrit, † diſertè, & diſcretivè diſponens quod ſubſcriptio propriæ manus ſanctiſſimi in reſcripto ipſo apponatur, ut cuncta ceſſent, ſecurèque & ſine fraudibus negotia currant.

Et nihil dixit de ſupplicatione ſubſcribenda, quam ſi ſufficere Sancta Synodus putaret, & de eadem intelligere voluiſſet, facilè ſibi foret apponere juxta jura vulgaria, per Nos adducta *in tract. de Regia protect.* 1. *p. c.* 1. *num.* 229. Imò illam conſultò omiſiſſe, & neglexiſſe non obſcurè ſuadent qualitas rei, natura negotii, & ſubjecta materia. Cùm ex ſola ſupplicatione ſubſcripta non ſatisfieri principali ſuæ intentioni, & ſanctiſſimo fini, clarè agnoverit, ſicque ſpecialiter, noviter, & prudentialiter de reſcripto ſuſcribendo dumtaxat diſpoſuit, certò ſciens aliter ſuam intentionem effectum conſequi non valere. Quam idcirco pervertere, & à reſcripto ſupplantare, omnino incongruit, nec rationis diverſitas admittit. Etenim quando lex nova ſpecialiter provident in uno caſu; contrarium videtur velle in aliis omiſſis, ſicuti copioſè probavimus hac 2. *cap.* 10. *à num.* 42. *cum ſeqq.* maximè ubi deficit rationis identitas, & actuum ſeu caſuum ſimilitudo, ex vulgaribus doctrinis.

Undè cùm tam claris, perſpicuis, & indubita-
bilibus verbis conſtet † de diſpoſitione Concilii 18
Trid. deſiderante formam ſubſcriptionis propriæ manus Sanctiſſimi in ipſiſmet reſcriptis apponendæ, ut omnis ceſſet confuſio, difficultas, & inconveniens, & ut fraudes evitentur (prout *cap.* 3. *n.* 13. *& ſeqq.* latiùs diximus) non cogimur credere eam eſſe revocatam per aſſertas declarationes, quæ authenticæ non oſtenduntur, ut in ſimilibus omninò terminis dicit poſt alios Granado 2. 2. *D. Thom. controv.* 1. *tract.* 15. *diſp.* 14. *ſect.* 2. *n.* 8. *& ſeq.* circa facultatem à Concil. Trid. Epiſcopis conceſſam abſolvendi ab hæreſi occulta, ut non præſumatur ſublata per quaſdiam aſſertas declarationes Cardinalium, quæ authenticæ non docentur, ſequitur Diana 4. *p. tractat.* 4. *Miſcellan. reſolution.* 239. *qui in verſ. Ad ſecundum*, ità ait: *Ad ſecundum reſpondetur, nullibi afferri à prædictis Authoribus teſtimonium authenticum talis revocationis, aut declarationis, & cum aliunde tam perſpicuè conſtet de facultate Tridentin. non cogimur credere eam eſſe revocatam, &c. Et hæc omnia ad verbum docet Granado, &c.*

Ex quo meritò augetur Senatus noſtri proba-
19 bilis incredulitas circa † fidem harum declarationum aſſertarum, quoniam cùm verba Concilii clara ſint, quæ nullam admittunt ambiguitatem, nec controverſiam, non eſſe credibile, aſſerit, Sanctam Congregationem (quæ ſolùm ad tollenda, & declaranda dubia ejuſdem Concilii facultatem habet à Summo Pontifice, prout latius diximus hac 2. *p. cap.* 2. *à princip.*) talem declarationem feciſſe, nec ab eâ dimanaſſe, tùm quia habens facultatem ad declarandum, & interpretandum, ea caret penitùs, ubi verba ſunt clara, non ambigua, nec dubia, Tiraquel. *in l. ſi unquam, verbo, Liberis,*
20 † *n.* 12. *& ſeqq. C. ſeqq. C. de revocand. dona.* Ruinus *conſ.* 97. *num.* 5. *lib.* 5. Aldobrandinus *in conſ.* 27. *numero* 37. *cum tribus ſeqq.* ubi quod declaratio, & interpretatio locum habent quando verba ambigua ſunt, & poſſunt in alterutram partem, & ſenſum trahi, ſecùs quando clara ſunt, Marcobrunus *conſ.* 37. *num.* 138. *& num.* 177. Camill. Gallinus *de verb. ſignific. lib.* 10. *cap. ult. num.* 25. Hieronym. Gabriel. *in conſ.* 95. *numero* 12. *lib.* 1. Hondedeus *conſ.* 78. *num.* 48. *lib.* 1. Joan. Garcia *de nobilitate in præfatio. num.* 27. *&* 28. Surdus *in conſ.* 281. *num.* 30. *lib.* 2. *& in conſ.* 339. *num.* 11. *lib.* 3.
21 Ubi quod declaratio non fit niſi de re dubia, † idem Surdus *conſ.* 192. *num.* 31. *lib.* 2. *& in tribus ſeqq. lib.* 3. Ubi quod declaratio non cadit ſuper verbis claris, quia non indigent declaratione,
22 † Beccius *in conſ.* 3. *numer.* 44. *& ſeqq.* Caſanate *conſ.* 17. *numero* 26. Ubi quod declaratio non cadit ſuper certo, ſed ſuper dubio, ſaltim ubi eſt dubietas inter ſenſum proprium, & improprium. Et idem Caſanate *in conſ.* 50. *numer.* 23. *& in conſ.* 53. *num.* 56. Ubi quod declaratio refertur ad dubia, non ad clara, latè etiam Tuſchus *tom.* 2. *littera D. concluſ.* 88. *per totam*, plenè per Caſtellum *controverſiar. tom.* 6. *cap.* 182. *à numero.* 23. *cum ſeq. & à princip.* Igitur cùm verba Concilii Trid. *in dicto capitul. cauſæ omnes*, nullam patiantur dubietatem, confuſionem, nec ambiguitatem, cum clarè, & apertiſſimè diſponat de ſubſcriptione apponenda in reſcriptis avocatoriis; quæ ſunt litteræ illæ, quæ mittuntur ad Delegatos, ſequitur vehementiſſima quædam juris præſumptio, incredibile valdè eſſe, prædictas declarationes à S. Congregatione emanaſſe, maximè cum ad aliud penitùs diverſum à verbis Concilii, ſuadere intendant.

Tùm etiam eo movetur Senatus, quod hujuſmodi declaratio verbis Concilii (quæ ſunt
23 ſuæ intentionis † ſigna, & vera teſtimonia) expreſsè repugnat, quæ in nullo acta vel materia admittitur. Quia tunc magis dicitur deſtruere, perimere, mutare, ſeu alterare principalem diſpoſitionem, quod quidem nullo modo cadit in habente facultatem declarandi dumtaxat, & interpretandi diſpoſitionem aliquam, Menochius *conſil.* 110. *numero* 59. 60. & 61. *lib.* 2. & latius *conſil.* 160. *numero* 48. & 49. Mandell. de Alva *conſil.* 602. *numero* 9. *cum ſeq.* Surdus *conſil.* 380. *numero* 9. *lib.* 3. Decianus *conſil.* 84. *numero.* 50. *lib.* 1. Hondedeus *conſil.* 8. *numero* 71. *lib.* 1. Peregrinus *de fideicommiſſ. artic.* 14. *numero* 21. Caſanate *conſil.* 51. *numero.* 4. Giurba *ad conſuetu. Meſſanenſ. cap.* 2. *gloſſa* 1. *part.* 1. *numero.* 4. *fol.* 182. poſt Farami Rebaf. Rainum, Menoch. Maſcard. Seſſe., & alios plures ab eo
24 citatos. Sic ſanè † ubi alteratur, ſeu mutatur ſubjectum, non declaratio, ſed nova, & diverſa diſpoſitio dicitur ſicuti Menoch. ſcripſit *in dict. conſil.* 160. *num.* 48. & 49. Bimius *in Sox-*
fil. 235. *num.* 28. Maſcard. *tom.* 1. *concluſion.* 124. *n.* 32. & 34. Hondedeus *conſ.* 9. *num.* 6. & *conſil.* 51. *n.* 71. *vol.* 2. Mantica *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 14. & *lib.* 12. *tit.* 16. *n.* 8. & cum aliis multis, Giurba ubi proximè, *n.* 17. Ubi quod non declarat qui alterat ſubjectum ſed novum jus conſtituit, ſicuti tenent permulti ibidem commemorati; quod quidem S. Congregationis facultas non admittit, nec Rex noſter Catholicus patitur, † ut in aliquo ſubvertantur Conc. Trid. de- 25
creta, & diſpoſitiones, ſed ut ſemper illæſe in viridi ſint obſervantia; ut ſæpè diximus.

Tùm etiam, quia declaratio interpretativa, ut admittatur, debet eſſe congrua, & tunc talis dicitur, † quando verba diſpoſitionis declaratæ eam patiuntur, & eis convenit ſecundùm 26
propriam ſignificationem, uti poſt innumeros Doctores diximus *in tract. de Regia proſect. 4. p. cap.* 12. *à numero.* 35. *cum ſeqq.* plurima conducibilia videnda ibidem *à numero* 20. *cum ſeqq.* quibus adde Tuſchum *lit. D. concluſ.* 9. *à numero* 19. *cum ſeqq.* Anton. Sola. *ad Decreta Sabaud. tit. de clauſul. mandat. Princip. gloſſ.* 1. *numero* 10. Giurba *ad conſuet. Meſſanenſ. cap.* 2. *gloſſa* 1. *part.* 1. *numero* 18. & 19. *fol.* 189. qui plures alios laudat, & Caſtillo *controverſiarum tom.* 6. *cap.* 182. *numero* 23. *& ſeq.* Quam in congrua ſit hæc declaratio, & interpretatio verbis Concilii † ad 27
oculum patet ex hucuſque dictis, cum illud de ſubſcriptione apponenda in reſcripto diſponat. Declaratio autem in ſupplicatione, qua reſcriptum petitur (& ſic in alia re omnino diverſa) ſufficere aſſerit, quæ nullatenus adaptari poteſt ſubjectæ materiæ, fini, & intentioni ejuſdem Concilii, cùm illud ſic induxerit ut Ordinarius cognoſcat, quando cedere debeat commiſſioni avocatoriæ in prima inſtantia, quod quidem per ſupplicationem ſubſcriptam quæ Ordinario nec oſtenditur, ac nec vix oſtendi poteſt (cùm parti denegetur impetranti, & in Cancellaria ubi Brevia conficiuntur ex ea coacervetur) nullatenus ſibi conſtare poſſit, nec ceſſant inconvenientia conſiderata à Tridentin. Imo ex ea majora alia noviter inſurgunt, eò quod inter colligantes grandis ſit jurgiorum occaſio, & novarum expenſarum, & damnorum ſeminarium omni jure præcavendum.

Quapropter cùm Senatus † apertiſſimam ha- 28
beat, claram & inhabitatam diſpoſitionem Concil. Trid. decernentem ſubſcribendum eſſe reſcriptum avocatorium primæ inſtantiæ; nullatenus permittit hanc formam violari, detrahi, nec mutari, uti acerrimus ejuſdem protector, ſi que reſcripta avocatoria in prima inſtantia in quibus viſibiliter non legitur ſubſcriptio Sanctiſſimi, illis uti impetrantem non patitur, ſed cauſam remittit Ordinario, cui de jure competit. Conſiderat enim Senatus ipſe ex ſupra dictis, quod ſi aliquæ declarationes ſuſpectæ, & ſuppoſitæ præſumi poſſunt (uti in ſuo Brevi inſinuat Urbanus VIII. de quo ſuperius *à numero* 4.) nullæ tam incredibiles, & ſuſpectæ poſſunt inveniri quàm iſtæ, quæ totaliter perimunt Concilii claram diſpoſitionem, & verba ejus ſubvertunt, ac directè fini, & intentioni ejuſdem repugnant, quibus neque natura ipſa declarandi, & interpretandi facultas efficaciter reſiſtunt, uti ex conſiderationibus, & motivis ejuſdem Supremi Concilii Regii hactenus oſtendimus, quarum quilibet efficacem, & nimis ſufficientem præſtat præſumptionem ad redarguendum dictas declarationes, & apocryphas, atque ſuppoſitas judicandum.

Quæ

Quæ omnia ulterius fulciuntur ex Motu pro-
29 prio Gregorii XIII. † quem ad litteram adduximus hac 2. *part. cap.* 6. §. *unico à principio*, qui apertissimè ostendit sensum litteralem Concil. Trid. *in dict. cap. causæ omnes*, disponentis subscriptionem propriæ manus Sanctissimi esse juxta illud apponendam in ipso rescripto & litteris avocatoriis primæ instantiæ, quæ mittuntur ad partes Judicibus Delegatis, ibi: *Exequi per diversas in forma Brevis, & sub annulo Piscatoris confectas litteras mandet, &c. Nulla & invalida, nullius-que roboris, vel momenti esse, nec attendi debere contendunt sub prætextu quod in Decreto Concilii Trident. sess.* 24. *cap.* 20. *dispositum fuerit, quod causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet, &c. Vel quas ex urgenti rationabilique causa judicaverit Summus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ suæ ejus manu propria subscribendum, &c. Litteræ quoque in forma Brevis annulo Piscatoris munitæ non minoris sint efficaciæ quàm rescripta signaturæ Rom. Pontif. ejus manu propria subscripta, &c.* Quæ verba clarè indicant verum, & litteralem sensum Concilii Trident, non supplicationem, sed litteras, Brevia, & rescripta ex ea confecta esse subscribenda.

Ex hac igitur Senatus firma praxi, & funda-
30 mentali resolutione † infertur primò ad ea quæ *in* §. 1. 2. & 3. *hoc cap.* 30. resolvimus circa modum probandi in Senatu subscriptionem Sanctissimi, sive per ipsam supplicationem originalem, sive per ejus exemplum, aliàs legitimè, & authenticè desumptum, pro nunc cessent, cùm non sufficiat ipsa supplicatio subscripta, nec eam admittat Senatus hic Supremus, donec per verum & authenticum testimonium sibi non constiterit præfatas declarationes emanasse à S. Congregatione Cardinalium, sub quarum authenticæ fidei suppositione vera existentia illa omnia disputavimus, & resolvimus quæ per necesse cessabunt dum suppositæ & apocryphæ timentur, quia infecta primitiva, infecta censentur derivativa, & sic omnino inhærendum litterali sensui Trident.
31 quod pro forma novam induxit probationem † subscriptionis per ipsa rescripta, ita ut aliàs omnis probationis modus sit penitùs exclusus, prout abundè scripsimus *cap.* 6. *à n.* 15. *cum seqq. & per totum cap. hac* 2. *p.*

Infertur secundò ad ea quæ diximus *in* §. 4. *hoc eodem cap.* 30. Quòd si in monitorialibus ad
32 partes † missis inseratur rescriptum avocatorium primæ instantiæ subscriptum propriæ manus Sanctissimi, omnino in Senatu illis fides danda, & penitùs neganda causæ remissio ad Ordinarium, cùm legitimè probata dicatur ad hunc effectum subscriptio ipsa propriæ manus Sanctissimi. Sicque quæ ibidem resolvimus de supplicatione subscripta inserta de verbo ad verbum, quæ pro nunc ex supra dictis cessant, intelligendum de rescripto ipso subscripto, sic inserto de verbo ad verbum in monitorialibus, nempè ut fidem faciant in Senatu ad remissionem impediendam Ordinario.

CAPUT XXXI.

Inhibitiones Rotales, an, & quibus casibus sive in prima, aliisve instantiis Tridentini decreta dicantur offendere, ut in Senatu litteræ retineantur?

SUMMARIUM.

1 *Inhibitiones Rotales ob falsitatem narratam per impetrantes commissionem ingentia afferre damna Reipublicæ, quotidie experimur.*
2 *Inhibitiones in prima instantia ita sustulit Concilium Tridentinum, sicut & avocationes ex identitate rationis.*
3 *Interloquutoriæ, à quibus in prima instantia licet appellare, quales sint juxta Concilium, n.* 3. *remissivè.*
4 *Processus ab alio, quàm Ordinario gestus in prima instantia, nullus est ex defectu jurisdictionis.*
Item inhibitio per necessariam consequentiam, ib.
5 *Inhibitio in qualibet instantia expedita omissa forma juris, est nulla, & non arctat.*
6 *Inhibitionis ante expeditionem citatio partis requiritur.*
7 *Inhibitio, ut expediatur in via executiva, & aliis causis in appellabilibus, specialis cognitio requiritur, an appellatio sit admittenda.*
8 & 9. *Inhibitionibus expediendis juris forma fuit expressè renovata à Concilio Trid.*
10 *Inhibitionis expeditæ contra formam Concilii retentio datur in Senatu.*
11 *Casus defectio refertur, quo Senatus decrevit inhibitionem peccantem in forma Tridentini & intimatam, & ad Romam delatam esse trahendam originalem intra terminum sub pœna.*
12 *Stylus Rotæ induxit, ejus inhibitiones etiam minus Canonicè expeditas causare attentata.*
13 *Stylus contra formam inhibitionibus datam introductus expressè probatur à Tridentino.*
14 *Formam inhibitionibus datam esse observandam in appellationibus ad Sedem Apostolicam emissis decrevit S. Congregat.*
15 *Stylus Rotæ non observatur extra eam in partibus.*
16 *Stylum Rotæ contra Tridentini clarum decretum Senatus non patitur.*
17 *Inhibitio Rotalis in causa matrimoniali contra pauperem, aut aliam miserabilem personam in qualibet instantia retinetur à Senatu, ne illa extra provinciam cogatur litigare juxta Trident.*
18 *In Trident. loquente tantùm de paupere, comprehensa intelligitur quævis miserabilis persona ex identitate rationis.*
19 *Ratio subintellecta habetur pro expressa in dispositione, quando una tantum reddi potest, quæ omnes effectus operatur, ac si exprimeretur.*
20 *Pauper & miserabilis persona sunt casus à jure æquiparati, ne inviti extrahantur à provincia.*
21 *Miserabilium personarum appellatione veniunt pupillus, vidua, senes decrepiti.*
22 *Miserabilis persona sicut potest declinare proprium forum, & adire Principem, ita è converso.*
23 *Miserabiles personæ non possunt per rescriptum Principis extrahi à suo domicilio, nisi in eo fiat expressa mentio miserationis.*
24 *Duo casus quando sunt æquiparati à jure, noviter dispositum in uno, idem in alio censetur dispositum.*
25 *Æquiparatorum eadem est dispositio, & judicium.*
Etiam in odiosis, ibid.

26 Con-

26 *Concilium Trid. favens pauperi, ne in causa matrimoniali in qualibet instantia extrahatur à provincia, comprehendit quamlibet miserabilem personam ex identitate rationis.*

27 *Casus, quos nectit rationis identitas, non sunt quoad juris dispositionem separandi.*

28 *Plures casus quando habent eandem rationem licet de uno dumtaxat fiat mentio in dispositione, videtur fieri exemplariter, non restrictivè.*

29 *Exceptio à regula extenditur ad casus eandem rationem habentes.*

30 *Tridentinum non excipit pauperem taxativè, sive restrictivè.*

31 *Concilium Trid. favens miseriæ unius, non est credibile despicere miseriam aliorum pariter privilegiatorum.*

32 *Causa miserationis pauperis est accidentalis, minoris verò naturalis.*

33 *Pauper in causa matrimoniali potest extrahi à provincia sibi subministratis sumptibus ab adversario.*

34 *In minore orbato etiam divite semper durat causa miserationis.*

35 *In l. unica, C. quando Imperator, etiam loquente tantum de pupillo & vidua, quælibet miserabilis persona inclusa intelligitur ex identitate rationis.*

36 *In Trid. tantùm loquente de paupere includitur quælibet miserabilis persona.*

37 *Concilium Trid. non sustulit casus quibus de jure speciali & communi recedere licet ab Ordinario in prima instantia.*

Pupillus Clericus habet jus declinandi forum sui Ordinarii in prima instantia, & Curiam Apostolicam adire, sicuti de jure communi eidem licebat, ibidem.

38 *Concilium referens tres casus acquirendi jus patronatus non sustulit alios, ex quibus de jure communi adquiri permittitur.*

39 *Inhibitio in qualibet instantia expedita à Rota in causa matrimoniali, ut minor Orbatus ibidem litiget, retinetur à Senatu, uti impugnans Concilium Trid.*

40 *Qui ex privilegio juris non extrahitur à provincia, si de facto opprimatur, defenditur à Rege.*

41 *Duo Senatus decreta referuntur, quibus dixit, vim non fecisse Judicem nolentem deferre appellationi ad Curiam Romanam in causa matrimoniali contra quandam puellam minorem orbatam.*

42 *Inhibitiones Rotales directè impugnantes Regio recursui, & Senatus decretis aliàs incommutabilibus, uti detrahentes Regaliæ, & authoritati Regis, retinentur, & seqq.*

43 *Retentionis potior causa legitima judicatur detractio, & diminutio authoritatis, Majoritæ, & Regaliæ Regis.*

44 *Retentione omissa in prædicto casu, decreta Senatus manerent illusoria, & oppressus sub fide publica deceptus.*

45 *Victor potest appellare ab omissione condemnationis expensarum, si prævenerit victum in appellando.*

46 *Appellatio ab omissione expensarum anterior devolvit totam causam.*

47 *Arrecti dicantur connexi, si lata sententia in uno partit rem judicatam in alio.*

Et fuscit, ut unus ab alio dependeat, ibid.

48 *Hic appellationibus ab utraque parte, una ad Papam, alia ad inferiorem, regulariter una ad Papam prævalet.*

49 *Fallit in causa matrimoniali contra miserabilem personam, quæ à sua provincia in neutra instantia extrahatur invita.*

50 *Appellans ad Papam prorogans jurisdictionem inferioris ad quem adversarius appellaverit, renuntiare videtur devolutioni suæ appellationis ad Papam, & seqq.*

51 *Inferiori, ad quem unus appellavit, & alter ad Papam, adquiritur jurisdictio, elidibilis tamen ope exceptionis.*

52 *Quæ prorogari rectè potest.*

53 *Per comparationem appellantis coram inferiore sine potestatione renuntiatur appellationi.*

54 *Concurrentibus duabus appellationibus ad Papam, & ad inferiorem; si coram ipso compareat, renuntiare videtur suæ appellationi ad Papam.*

55 *Comparens coram alio judice prætendenti jurisdictionem videtur renuntiare commissioni à se impetratæ ante ejus præsentationem & executionem.*

56 *Appellans comparens coram alio judice non potest impetrare postea commissionem super appellatione jam resoluta.*

57 *Inhibitio expedita vigore commissionis super appellatione, quæ non fuit, corruit defectu jurisdictionis.*

58 *Commissio super non este nullam tribuit jurisdictionem.*

59 *Sublato fundamento principali, resolvitur tacitè inhibitio Rotalis.*

60 *Surreptio de per se sola non sufficit ad retentionem litterarum impartienda, nisi alia causa publica concurrat.*

61 *Commissio avocatoria ad Curiam contra miserabilem personam, est surreptitia non facta specifica relatione miserationis.*

62 *Inhibitio Rotalis expedita super appellatione à re judicata, aut tribus conformibus retinetur in Senatu.*

63 *Rescriptum impetrans in causa jam decisa repellitur à limine judicii.*

64 *Et à jure reprobatur super tertia appellatione.*

65 *Rescriptum contra rem judicatam tanquam incivile, & injustum non debet admitti.*

66 *Rescriptum super tertia appellatione nec tenet, nec à Principe potest concedi de Ordinaria potestate.*

67 *Nisi per speciale privilegium tertiam appellationem concedat Princeps de plenitudine potestatis.*

68 *Litteras Principis contra jus expeditas, & devviantes ab ejus tramite retinendas in Senatu; omnes Doctores pro tota conclusione affirmant.*

Ubi plura jura ponderantur idem dicentia, ibidem.

69 *Rescriptum Principis contra rem judicatam quatenus impedit ejus executionem, admitti non debet.*

70 *Idem contra tres sententias conformes.*

71 *Quia est contra jus.*

72 *Et est injustum, durum atque incivile.*

73 *Et est odiosum.*

74 *Rescriptum Principis durum, & asperum, seu injustum, nec debet admitti, & exequi, sed retineri, ne eo impetrans utatur.*

75 *Inhibitio Rotalis contra rem judicatam non evitat retentionem in Senatu.*

76 *Retentio litterarum principaliter nititur in præjudicio publico vitando.*

77 *Lites fieri immortales, & impedire effectum rei judicatæ contagium est Reipublicæ à Principe curandum.*

78 *Ad rei judicatæ ſuſpenſionem non ſufficit expreſſum Principis reſcriptum, quia detinetur.*

79 *Reſcriptum contra rem judicatam duo requirit, ut non detineatur, ſcientia Principis certa, & quod utatur ſua plenitudine poteſtatis.*

80 *Aliter nec etiam per directum valet.*

81 *Facta vera relatione rei judicatæ nunquam in Curia clauſulæ Ordinariæ præſervativæ executionis omittuntur.*

82 *De re judicata debet Papæ fieri expreſſa, & individua relatio, aliàs commiſſio non tenet, & eſt ſubreptitia.*

83 *Dependentia litis coram alio judice debet fieri relatio, aliàs avocatio non cenſetur facta à Principe ignorante illam.*

84 *Commiſſio ſpecialis facta in Curia non tenet, non facta relatione de dependentia cauſæ in partibus.*

85 *Et talis commiſſio abſque ſcientia certa Papæ eſt nulla ipſo jure.*

86 *Regalia Principis eſt avocatio cauſaram ſive incipiendarum, ſive jam cœptarum coram inferioribus.*

87 *Avocatio debet fieri certa ſcientia Principis de cauſa pendente, aliàs non intelligitur velle avocare.*

88 *Aliàs commiſſio non tenet, & omnia inde ſequuta ſunt nulla ipſo jure.*

89 *Ab avocatione cauſarum non de facili debent moveri Principes, ſed ex magna cauſa, & urgenti neceſſitate, quia Reipublicæ afferunt detrimentum, & parti.*

90 *Avocatio ſine magna cauſa cedit in contumeliam judicis, qui de cauſa cœpit cognoſcere.*

91 *Cauſæ ex quibus fiat avocatio, quæ remiſſivè.*

92 *Princeps inſcius litis pendentiæ, coram alio Judice non cenſetur avocare cauſam.*

93 *Avocatio eſt odioſa, & reſtringenda.*

94 *Relatio facta Papæ ſub involucro verborum idem eſt, ac ſi penitus veritas taceatur.*

95 *Sub involucro verborum facta relatio non poteſt apparere ejus deliberata voluntas.*

96 *Expreſſio ſub involucro verborum vitiat reſcriptum, ſicut omnimoda taciturnitas.*

97 *Idem per cautam loquelam, autironiam.*

98 *Veritatem tacens Principi, idem eſt ac ſi infirmus taceret vulnus Chirurgo.*

99 *In ſententiæ conceptione nulla eſt à jure deſcripta verborum forma, nec in ea requiritur expreſſa confirmatio, aut infirmatio alterius.*

100 *Nec refert quibus verbis utatur judex in pronunciando, dummodo ex illis mens ejus percipiatur.*

101 *Confirmatio, vel informatio ſententiæ tacitè ſufficit, ſi alia fertur idem, vel contrarium continens.*

102 *Sententia caſſata aut confirmata in parte, in cæteris confirmata, aut revocata cenſetur.*

103 *Sententiæ dicuntur conformes etſi diſcordent in formalitate verborum, dummodo in ſubſtantia & fine conveniant.*

104 *Tertia ſententia ſuper eodem conveniens cum prioribus, conformis dicitur, etſi illas non confirmat.*

105 *Sententiæ ut difformes dicantur, opus eſt, ut diſformitas adſit circa ſubſtantiam, & effectum ſeu qualitatem principalem.*

106 *Inhibitio Rotalis contra rem judicatam, vigore appellationis tertiæ retinetur in Senatu.*

107 *Et non relaxanda parti, ſed retentio ejus facienda, ne ex furtiva reproductione in Rota damna præcavenda oriantur.*

108 *Inhibitiones tangentes beneficia poſſeſſa, per exemptum retinentur in Senatu, cùm percutiant Trident. decreta.*

EXPERIMENTO comperimus, quanta & ingentia damna Reipublicæ afferant inhibitiones præſertim Rotales, & è Romana Curia ſubreptitiè obtentæ, & ad hæc Regna allatæ falſis ſuggeſtionibus † litigantium, & veritate tacita, ſtatu, natura, & qualitate cauſarum, vel omiſſis penitùs, vel ita ſub verborem involucro relatis, ut individua & ſpecifica veritas occultetur, ut facilè (indubiè tamen) obtineant in iis caſibus, quibus expediri jura vetant, ſolo animo impediendi curſum litium, utque adverſarii juſtitiam nunquam conſequantur, & ſumptibus, & laboribus fatigati illam deſerant, & jus amittant. Tandem pro remedio (cùm aliud longè ſit ob tantam Romanæ Curiæ diſtantiam, quod jam illato damno accedens prodeſſe non poteſt, ex iis quæ longa ſerie non inutiliter fuere per Nos conſiderata ſuprà 1. *part. cap.* 1. §. *unico per tot.*) ad Senatum hunc ſupremum confugiunt, ut ibi retineantur, ne cum tam intolerabili præjudicio Reipublicæ illis utatur impetrans, quibus igitur caſibus (ex iis quæ in facti contingentia habuimus) retentio hæc locum habeat, utile in unum annectere judicavimus. 1

Primum erit concluſio, in omnibus † caſibus in quibus prima inſtantia Ordinario tolli non poteſt, nec ab eo cauſas avocari: ita in iis ex identitate rationis, & neceſſaria conſequentia inhibitio à Concilio Trid. ſublata eſt, & interdicta, ut probat expreſsè idem Trid. decretum *in cap. cauſæ omnes.* 20. *ſeſſion.* 24. *de reformatione*, ibi: *Nec antea aliis committantur, nec avocentur, nec appellationes ab eiſdem interpoſitæ per ſuperiores quoſcumque recipiantur, eorumve commiſſio, aut inhibitio fiat, niſi à diffinitiva, vel à diffinitivæ vim habente, & cujus gravamen per appellationem à diffinitiva reparari nequeat, &c.* Idem etiam Papa Leo X. per quandam conſtitutionem, quam ad litteram retulimus hac 2. *part. cap.* 3. *à num.* 7. & ad medium, ibi: *Ita quod nulli ante diffinitivam ſententiam licet appellare, nec appellatio (ſi fuerit emiſſa) ullatenus admitti, niſi ab interlocutoria, &c. Alioquin appellationes, & illarum etiam aliarum cauſarum hujuſmodi commiſſiones in poſterum, & quidquid inde ſequutum fuerit, nullius ſit roboris, & momenti, &c.* Quæ autem † ſint iſtæ interlocutoriæ à quibus licitè appelletur in prima inſtantia, vide abundè *de Regia protect.* 2. *part. cap.* 1. *per tot.* 2 3

Igitur cùm totus proceſſus ab alio Judice, quàm ab Ordinario † factus ſubjiciatur vitio nullitatis ex defectu inſanabili, & notorio juriſdictionis, ut copioſè comprobavimus hac 2. *part. cap.* 17. *à numero* 14. *cum multis ſeq.* Et aliis variis locis relatis in *cap.* 26. *numero* 35. Sequitur manifeſtè, quod inhibitio, quatenus impediat primam Ordinarii inſtantiam, ſit non ſolùm expreſsè comprehenſa in dicto decreto Tridentin. ſed & virtualiter per neceſſariam conſequentiam, atque ideò retentio in Senatu obtinenda erit, ne illa in præjudicium Ordinarii & collitigantis impetrans utatur, quæ argumentatio indubitabilis eſt, & latè comprobata hac 2. *p. c.* 26. *numero* 35. *cum multis ſeqq.* 4

Secunda ſit concluſio; inhibitio quævis in qualibet inſtantia expedita ad ſolam ſimplicem petitionem † appellantis omiſſa forma juris quæ habet, quod non aliter expediri valeat, quam præce- 5

præcedente partis citatione, causæ cognitione, & visis actis, aliàs ipsa inhibitio sit nulla, & nec arctat, nec causat attentatum, nec Judicis inferioris suspendit, aut tollit jurisdictionem, sic decrevit Innocentius IV. *in c. Romana*, §. *si verò*, & §. *si autem*; cum aliis, *de appellationibus*, *lib.* 6. copiosè Nos *de Regia protect.* 2. *part. cap.* 10. *n.* 20. & 21. *hac* 2. *p. c.* 7. *n.* 18.

6 Et quod de essentia & forma præcisa inhibitionis citatio † partis ante ejus expeditionem, ulterius probant Michaël Grassis *communem opinionem. tom.* 2. *lib.* 7. *tit* 14. *n.* 159. *fol.* 279. Vantius *de nullitat. ex defectu jurisdiction. Ordinar. n.* 55. Avendan. *de exequendis mand. part.* 1. *cap.* 22. *numero* 10. Minsingerius *centur.* 3. *observatione* 87. Diaz *in regula* 376. Surdus *consil.* 424. *numer.* 41. Gratianus *in regula* 169. Guttierrez *de jurament. confirmator. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 31. Aug. Barbosa *in collectanea ad dictum c. Romana*, §. *si verò*, *n.* 5. quàm plurimos Doctores congessit Ant. Gabriel. *tit. de citationibus*, *conclusion. n.* 177.

7 Et quando causa est inappellabilis, vel quia sit via executiva, † vel sententia translata in rem judicatam, & similia ultra causæ cognitionem supra dictam, alia requiritur præcedere inhibitionem ipsam: nempè an appellatio sit recipienda vel non, textus expressus *in dict. cap. Romana*, §. *si autem. post sententiam in casibus à jure prohibitis*, &c. *de appellationibus*, *lib.* 6. copiosè Nos *de regia protect.* 2. *cap.* 10. *numero* 23. *cum multis seq.* & ultra Doctores ibidem citatos, idem probant Abbas *in cap. cum speciali*, §. *porro*, *num.* 6. *de appellationibus*, Octavianus Vestrius, *in praxi Romanæ Curiæ*, *lib.* 7. *c.* 3. *n.* 11. Aug. Barbos. *in collectan. ad dict. c. Romana*, *n.* 12.

8 Quam inhibitionis præcisam † formam cùm Concil. Trid. neglectam viderit, ob abusum superiorum ex potentia imperii, & manu jurisdictionis destruere ambientium, & anhelantium jurisdictionem alienam inferiorum, illam renovavit *in session.* 2. *cap.* 7. ibi: *In appellationibus ad eos interpositis in quibusvis, tam in admittendis appellationibus, quàm in concedendis inhibitionibus post appellationem servare teneantur formam, & tenorem sacrarum institutionum, & præsertim Innocentii IV. quæ incipit, Romana, &c. aliter inhibitiones & processus, & inde sequuta, quæcumque sint ipso jure nulla, &c.*

9 Et insuper hoc decretum † renovasse, *dictum cap. Romana, cum suis* §§. affirmant Gratianus *in regula* 40. *in principio*, Paz *in praxi*, 5. *part. tom.* 2. *cap. unico*, *numerò* 24. Lancellotus *de attentatis* 2. *part. cap.* 20. *in præfatione*, *quæst.* 5. *n.* 165. Marta *in compilation. decisionum*, *tom.* 1. *tit. l. de inhibitionibus*, *cap.* 10. *num.* 11. & alii quam plurimi à me ipso citati *in tract. de Regia protect.* 2. *part. cap.* 10. *à n.* 19. & Nos allegans, idem probat Aug. Barbosa *in collectanea ad Trident. in novissimè additis super dicto cap.* 17. *num.* 1. & 2. Sellesius *selectarum Canonicar. cap.* 23. *n.* 13. & 14.

Igitur concludenter infertur ad retentionem im-
10 partiendam hujus † inhibitionis Rotalis, quoties defecerit juris & Tridentini inviolabilis decreti *in dicto cap.* 7. forma decretum violetur ex ea, quod facere Rex Catholicus uti ejus protector nullo modo patitur, sicque retentionem ejusdem inhibitionis in Senatu expediendam fore ex hac causa in duobus negotiis nunc pendentibus res-
11 pondi, † eamque legitimam Senatus agnovit me acerrimè informante, & in uno decrevit, impetrantem compellendum originalem exhibere, replicantemque illam misisse Romam post intimationem executam, Senatus ipse iterum mandavit, ut obligaretur sub gravi pœna pecuniaria præstanda, si infra quatuor menses non attulerit originalem eandem. Motus Senatus ne ejus virtute per audientiam contradictarum procederetur in Rota contra recurrentem, & meritò, ut obviaret damnis inde speratis à rigore Rotæ; de quo abundè Nos *hac* 2. *p. c.* 17. *&* *c.* 20.

Nec obstabit quod ex adverso potest objici, † 12
Rotam modernam introduxisse, suas inhibitiones etiam injustas & minus Canonicè expeditis operari, & causare attentata, ut variæ decisiones ejusdem Rotæ affirmant, & sic stante hoc stylo 18
Rotæ, invaluisse formam Concilii Trid. *in dict. sess.* 22. *c.* 27.

Quia respondetur; stylum hunc expressè esse sublatum ab eodem Tridentini decreto, qui non
potest prævalere adversus formam juris † per il- 13
lud revocatam, & expressè reprobans stylum contrarium, quamlibetve consuetudinem etiam immemorialem, ibi: *Quacumque consuetudine etiam immemoriali, aut stylo, & privilegio in contrarium non obstantibus*, &c. Tum etiam ex aliis quamplurimis fundamentis, quæ contra hunc stylum consideravimus *c.* 7. *à n.* 17. *usque ad fin. hac.* 2. *p.*

Tum etiam, quia huic stylo, & inhibitionibus Apostolicis expeditis † absque forma & requi- 14
sitis Concilii Trid. adversatur Sacra Congregatio Cardinalium in hæc verba: *Capitulum Romana de appellationib. in* 6. *servari debet etiam in appellationibus ad Sedem Apostolicam interpositis.* Quam declarationem Cardinalium ad litteram in iis terminis impugnantes hunc Rotæ stylum adduximus *in tractatu de Regia protect. part.* 2. *cap.* 10. *n.* 41. eandem etiam noviter refert Sellesius *selectar. Canonicar. cap.* 23. *num.* 13. item eam refert Augustinus Barbosa *in collectan. noviter additis ad Trident. dicto cap.* 7. *numero* 1. & 2. qui Nos allegat, quo quidem destruitur Rotæ stylus fortè allegandus.

Tertiam etiam (quando talis stylus potuisset prævalere contra expressum Tridentini decretum, quod negamus) † Rotæ stylus non obligat extra eam 15
in partibus, maximè Hispaniæ tam remotis, nec attenditur, nec observatur, ut per Lancelotum impugnantem hunc stylum Rotæ, diximus *de Regia protect. dicto cap.* 10. *à num.* 27. & *seq.* & hacè 1. *part. cap* 2. §. 3. *à n.* 19. & *seq.* quàm plures Rotæ decisiones ad idem adducentes, quibus adde Zevallos & Rebuffum sequutos à Thoma Sanchez *de matrimonio*, *tom.* 3. *lib.* 8. *disput.* 21. *sub num.* 16. loquentes in rescriptis justitiæ expediendis in Curia.

Cæterùm quando de facto hic stylus observaretur in Rota, cùm tot præjudicialis sit, iis in
partibus † ad oculos Regis, & Senatus acerrimi 16
protectoris Concilii Trident, nequit prævalere in contraventionem tam clari, tamque expressi decreti illum nervosè impugnantis, idcòque nullo pacto evitari potest hujus inhibitionis Rotalis forma essentiali carentis retentio in Senatu, ne pars illa uti valeat.

Tertia sit conclusio. Inhibitio Rotalis expe-
dita in causa matrimoniali † contra paupercu- 17
vel aliam miserabilem personam, ut ad Curiam etiam in secunda, sive in tertia instantia vocetur litigaturus, à Senatu retinetur, ne extra provinciam suam cogatur litigare juxta decretum Concilii Trident. *session.* 24. *de reformatione*, *cap.* 20. *in*

20. *in §. ad hæc* ibi: *Coram quo, ſi pars verè pauperatem probaverit, non cogatur extra provinciam, nec in ſecunda, nec in tertia inſtantia in eadem cauſa matrimoniali litigare, &c.* Igitur ſi virtute appellationis emiſſæ ad Curiam Romanam ubi cauſa tractanda committitur, inhibitio emanaverit in cauſa matrimoniali contra pauperem, aut aliàs perſonam miſerabilem ea invita, & reclamante, & recurrente ad Senatum; ibidem retinebitur, cum adverſetur expreſſo Tridentini decreto, cujus Rex protector eſt miſerabilium perſonarum præcipuè, ut in *cap.* 1. *hoc tractatu* 1. *p.* latè dictum eſt.

Et licet hoc Tridentin. decretum dumtaxat
18 mentionem faciat de paupere; * omnis miſerabilis perſona, præcipuè minor patre orbatus (ut eſt vulgare, & Covarruvias explicat *practicarum cap.* 6. *numero* 2.) nihilo minus comprehenditur in ejus diſpoſitione ex identitate rationis, & æquiparatione juris, non per extenſionem, ſed per comprehenſionem, & incluſionem, ut in facti contingentia pro quadam divite puella minore, & utroque parente orbata viriliter defendi, ut contra eam inhibitio Rotalis in tertia inſtantia expedita retineretur à Senatu, motus fui ex ſequentibus.

Primò, quoniam hujus Conciliaris decreti ſolida & unica ratio reddi poteſt, miſerationis nempè cauſa, eo quòd pauper uti miſerabilis perſona
19 * non poteſt ſuam cauſam & jus legitimè defendere, ex plurimis Doctoribus mox citandis, nec alia ratio dari poteſt ultra hanc: ſic ſanè ratio ſubintellecta, & non expreſſa habetur pro expreſſa in diſpoſitione, quando una ſola aſſignari, ſeu reddi poteſt, quæ quidem ratio unica & ſubintellecta operatur indubiè omnes illos effectus, quos ratio expreſſa in quacumque lege, aut diſpoſitione operaretur; ut cum Tiraquello, Ant. Gabriel, Bruno, Molina, Deciano, Mandello, Mantica, Surdo, Simon de Pretis, Barboſa, Gratiano, Giurba, & aliis innumerabilibus penè latiſſimè comprobat & reſolvit Caſtillo *controverſiar. tom.* 6. *c.* 170. à princip. & per totum.

20 Sed ſic eſt ex juris nota * concluſione, quod quantum attinet hoc privilegium, ne quis extrahatur invitus à ſua provincia, aut ut poſſit alios invitos ad Curiam trahere, ſunt caſus in jure æquiparati minor orbatus, & pauper, *l. unica, C. quando Imperator inter pupillos, & viduas, l.* 5. ibi: *O por pleito que demandaſſe à guerfano, ò ſoui pobre, ò ſoui caitado*, Covarruvias *dict. cap.* 6. *à principio, & cap.* 7. præcipuè ſub *num.* 5. ibi; *Tametſi lex unica quando Imperator inter pupill. & viduas, ac leges Regiæ pari ratione & jure de omnibus tractaverint, &c.* Imò miſerabilium perſonarum
21 * appellatione veniunt Pupillus, vidua, ſenes decrepiti & continuo morbo fatigati, quàm plurimos ad idem congeſſit Auguſtinus Barboſa *de appellationibus, verbo, Utriuſque juris ſignificat. appellat.* 152. *n.* 4. videndus à principio.

22 Et in ſpecie Orphani, ſeu pupilli * eſt textus *in cap. quamvis*, & ibi Gloſſa, *verbo, Pueri infra pubertatem non mittuntur ad Curiam, quia ætas eos excuſat. & cap. fin. de ſententia excommunicat.* latè Maſcheſanus *de commiſſionibus avocato. cauſ.* §. 2. *à n.* 1. *cum ſeq.* Hoc idem comprobat Scaccia *de appellationibus, quæſt.* 2. *n.* 121. in hæc verba: Extenditur ſecundò, ut ſicut vidua, aliaque miſerabilis perſona poteſt declinare proprium Judicem Ordinarium, & adire Principem, ut dixi ſub ampliatione, ita etiam poſſit è controverſo declinare Judicium Principis, & petere ſe remitti ad Judicium ſui domicilii, Afflictis, *Conſtitut. Regni, rubrica* 37. *ſtatuimus, n.* 14. *verſicul. Primum, libro* 1. & Marcheſan, *tract. de commiſſionib. avocat. cauſar. capitul.* 4. §. 2. *ſub. num.* 16. *fol.* 475. *in* 2. *impreſſione;* dicens, quod ſignatura jure ſuadente, debet eis favorabilis eſſe, tam quando volunt aliquem trahere ad Romanam Curiam, quàm quando volunt remitti ad partes, & *numero* 37. *in fin. fol.* 478. dicens ita fuiſſe reſolutum in ſignatura ad favorem viduarum, ad quarum inſtantiam ait, fuiſſe avocatam cauſam à curia ad partes, quamvis ageretur de jure patronatus.

Et ratio hujus extenſionis (proſequitur ipſe
23 Scaccia) poteſt eſſe, * quia minor, vidua, pupillus, aliæque perſonæ miſerabiles non poſſunt per reſcriptum Principis trahi ad judicia extra domicilium ſuum, niſi in reſcripto fiat mentio expreſſa de qualitate perſonæ. Millis *in repertorio*, verbo, *Minor. in ultimo verbo*, &c. Hactenus Marcheſanus.

Ex quibus omnibus per neceſſariam conſe-
24 quentiam * infertur, quod Concilium Trid *in dicto. cap. cauſæ omnes, in* §. *ad hæc*, diſponens, pauperem in nulla inſtantia poſſe extrahi à provincia ſua in matrimoniali cauſa; idem diſpoſuiſſe intelligatur in minore orbato, ut pariter miſerabili perſona, (quantumvis divite, ut ſtatim) quia quando duo caſus ſunt æquiparati à jure, noviter diſpoſitum in uno, in alio ſimul cenſetur diſpoſitum; Gloſſ. *in l. Mancipia, verbo, Advocandum, C. de ſervis fugitivis*, Gloſſa fin. *in l. ſi quis ſervo, C. de furtis*, Gloſſ. *in cap. ſi poſtquam, de electione, lib.* 6. Tiraquell. *de retractu lign.* §. 15. *gloſſ.* 1. *num.* 20. Ant. Gomez. *variarum reſolut. tom.* 3. *cap.* 11. *à n.* 1. Surd. *de alimentis, tit.* 2. *quæſt.* 10. *n.* 2. Molin. *de primogeniis, lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 10. Flores de Mena *variarum, quæſt.* 3. *n.* 27. & 29. Caldas Pereira *de poteſtat. eligend. cap.* 7. *num.* 5. Qui in variis materiis adducunt plura exempla conducibilia; conſonat * axioma illud, quod 25
æquiparatorum eadem eſt diſpoſitio, & judicium, *l.* 1. *ff. de leg.* 1. etiam in odioſis. Nos *de Regia protect.* 2. *part. cap.* 6. *n.* 54. & *ſeqq.* Et in terminis privilegii fori circa pauperes, & minores orbatos, Jo. Maria Novarius *in praxi elect. & variar. fori. quæſt.* 8. *ſect.* 1. *n.* 9. & *quæſt. forenſ.* 143. *num.* 12. *lib.* 1. Velaſco. *de privilegiis pauper. & miſerabil. perſon.* 1. *p. q.* 36. *n.* 15.

Igitur cùm hi duo caſus * minoris orbati, & 26
pauperis ſint quoad hoc æqualiter æquiparati, & privilegiati à jure; diſpoſitum per Concil. Trid. reſpectu pauperis debet comprehendere alterum, quia hæc æqualitas & communicatio privilegii provenit ab unamet cauſa, radice, & ratione ex Doctoribus citatis ſuprà *à num.* 17. Et caſus, quos nectit * rationis identitas, non ſunt quoad juris 27
diſpoſitionem ſeparandi, quod plurimis exornavimus *de Regia protect.* 2. *part. cap.* 6. *n.* 22.

Diſcurſus iſte fortior redditur, quia quoties plures caſus habent eandem rationem, licèt de uno dumtaxat * lex loquatur, in eaque 28
tantùm fiat mentio; videtur fieri exemplariter, non reſtrictivè, ita ut cæteros etiam includat ſub ratione comprehenſos, non per extenſionem legis, ſed per comprehenſionem, & incluſionem, uti per plurimas congerentes doctrinas abundè diximus 1. *part. cap.* 9. *à numero* 13. *cum multis ſeqq.*

Et quia cùm Conilium Trid. à regula generali

poſita in principio ejuſdem *c. cauſæ omnes ;* pauperem * exceperit *in dict.* §. *ad hæc.* Eadem exceptio 29
debet extendi ad omnes caſus eandem rationem habentes, Gloſſ. *in l.* 1. *C. de cond. indebiti, verbo Judicati*, Parnomitanus *in cap. omnes, numero* 7. *de conſtitutionibus*, Parlador. *rerum quotid. libro* 2. *cap.* 5. *part.* §. 11. *num.* 7. Cùm decretum illud
non excipiat * cauſam pauperis taxativè, & exclu- 30
ſivè ad alios ſimiles caſus, ita Parladorius ubi proximè ex Bartolo *in l. ſi conſtante, quæſt.* 9. *ff. ſoluto matrim.* & illic reliqui. Baldus *in l.* 1. §. *excipiuntur, in fine, ff. de feriis*, Roman. *conſil.* 271. *num.* 3.

Nec foret credibile, Sanctam Sedem Apoſ- 31
tolicam ſpeculum miſericordiæ, * & fontem pietatis (ut meritò plura jura conclamant) velle occurrendo miſeriæ unius excludere cæterorum miſerationem in jure habentium ſimilem, & majorem favorem, imò potiùs in minore orbato prædictum decretum debet procedere ex majo- 32
ritate rationis, quia cauſa miſerationis * pauperis eſt accidentalis; orbati tamen naturalis, & uti potior præferenda, ut eleganter conſideravit Baldus *in l. qui habet, ff. de tutelis*, per text. ibi ſequitur Matthæus de Afflictis *in Conſtitutio. Neapolit. lib.* 1. *rubric.* 36. *numero* 35. Covarr. *practicar. dict. cap.* 8. *ſub num.* 4. *verſic. Primus etenim caſus.*

Et ad hoc idem ponderanda verba ejus decreti 33
* Conciliaris, ibi: *Coram quo ſi pars verè pauperiatem probaverit, non cogatur extra provinciam, nec in ſecunda, nec in tertia inſtantia in eadem cauſa matrimoniali litigare, niſi pars altera alimenta & expenſas litis velit ſubminiſtrare, &c.* Cùm jam ex hoc ſuccurſu ceſſet privilegium paupertatis nixum cauſæ accidentali, quod idem non diceret Concilium in minore orbato patre, in quo quamvis divite, cauſa miſerabilis perſo- 34
næ ſemper permanet, * cum præciſè ſit per alienam defendendus, non per ſuam, plurimos Doctores ad idem congerit Covarruvias *practicarum cap.* 6. *ſub numero* 2. ibi: *Obtinet tamen hoc privilegium in Orphanis, & viduis etiam divitibus, &c.* Andreas Gaillus *libro* 1. *obſervatio. cap.* 1. *num.* 39. ex doctrina Panormitan. *in cap. ſignificantibus, num.* 6. *de officio Delegati*, & ex Menochio, Baldo, Novello, Rolando, Rota, Patiano, Franchis, Theſauro, Gratiano, Marta, Petro Barbosa, Tiraquello, & aliis quamplurimis firmat Farinac. Barbosa de *appellation. verbor. utriuſque juris, appellatione* 152. *n.* 6.

Comprobatur ulteriùs, * nam eo modo quo 35
in l. unica, C. quando imperator inter pupillos & viduas (quæ tantùm loquitur de pupillo, & vidua) comprehenſus intelligitur virtualiter & tacitè pauper, & aliæ miſerabiles perſonæ, non ob aliud, quàm per identitatem rationis, ut ex Covarruvias loco citato, *n.* 3. *in principio*, & latius Scaccia *de appellationibus, quæſt.* 7. *à n.* 150. *cum ſeqq.* ibi: *Ratio hujus reſtrictionis potuit eſſe quia Eccleſia æquiparatur pupillo*, Covarr. *d. c.* 7. *n.* 3 *verſ. Verùm de Eccleſia. in fine.* Caravita *rita* 233. *p.* 1. *n.* 3. *&c.*

Pariformiter è converſo in hoc decreto Tri- 36
dentino ubi tantùm (ſine reſtrictione tamen) fit mentio * de pupere; debet includi orphanus ex identitate, imò majoritate rationis, habens à jure communi privilegium, cui nec Concilium derogavit, nec in derogatione præſentis juris comprehenderetur, plures Doctores allegat Salcedo *de majoratu* 1. *p. q.* 1. *n.* 78.

Iſte iterùm diſcurſus legitimus * magis reddi- 37
tur ex eodem Trident. *in d. cap. cauſæ omnes*, quòd licèt in principio abſolutè vetaverit, cauſas in prima inſtantia alibi tractari quàm coram Ordinariis; nihilo minùs non cenſentur excluſi caſus illi, in quibus aliàs de jure communi ab Ordinario licitè poterat recedi in prima inſtantia, imò illi amplùs intelligantur præſervati, ut plurimis citatis Doctoribus & declaratio S. Congregat. diximus hac *part. c.* 5. *n.* 8. *& per omnes ejus* §§. ubi quod per illam univerſalem prohibitionem non excludi legitimos juris communis modos, in quibus ex ſpeciali ratione recedebatur ab Ordinario in prima inſtantia.

Inter quos unus erit caſus miſerabilium & pupillorum, qui ſi habent cauſam in prima inſtantia coram ſuo Ordinario, vel alibi fuerint ſi fuerint; poſſunt iſtorum ſorum de linore, & eligere forum in Romana Curia, non tamen Neapolitani, ut jure communi determinatum fuit, *in l. unica, C. quando Imperator inter pupill. & viduam* (quam hactenus examinavimus) nonobſtante nova diſpoſitione Concilii Trid. *in dict. cap. cauſæ omnes*, ut in Clerico pupillo expreſsè tenet Aldan. *in compendio Canonicar. reſolut. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 15. ubi teſtatur ſic fuiſſe declaratum a Rota Barcin. 1. *Aprilis* 1628. quem ad id referens ſequitur Barbosa *in collectan. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *dict. c. cauſæ omnes* 20. *num.* 43. *in noviter additis.*

Nec per expreſſionem unius ex caſibus æqui- 38
paratis, & ſimilibus in jure, cenſetur excluſus alius eandem rationem habens, ut ſuperius extat probatum, quod aliis ejuſdem Concilii Trident. decretis contingit, ut eſt videre per Menochium *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 90. *à principio, & numero* 6. ibi: Et præter tres enumeratos modos acquiritur etiam jus patronatus conſtructione, reædificatione, & donatione, ſicut ſcribunt permulti, quos commemoravi, & ſequutus ſum *conſil.* 90. *n.* 28. *& 29. lib.* 1. Nec concilium Trid. tres hos poſtremos modos rejicit, etſi a jos tres commemorat, non enim inclusio unius eſt excluſio alterius, quando eadem eſt utriuſque ratio, ut declarando quam, *l. cùm prætor, ff. de judiciis*, ſcripſerunt Felinus, &c. idem docebant plurimi citati à Garcia *de benefic.* 5. *part. cap.* 9. *n.* 38. ibi Licèt concilium ſolùm præſervet jus patronatus competens ex fundatione, & donatione, non excludit jus patronatus ex conſtructione competens, &c. Quibus non abſimilis eſt intellectus *l.* 5. *tit.* 2. *part.* 1. quæ loquendo de probanda conſuetudine inquit: *Si en eſte tiempo miſmo fueren dados conſegeramente de juizios por ella.* Non excludit alios modos à jure approbatos probandi conſuetudinem, prout latè declarat & interpretatur Molina *de primogeniis, lib.* 2. *cap.* 6. *à n.* 24. *& ſeq. & n.* 18. ita loquitur: *Noſtra hoc partitarum, quæ de uno modo probandi conſuetudinem meminit, cæteros excludit idque advertit Gregorius Lopez in dicta l.* 2. *gloſſa verbo, Fueren, dados*, &c. qui latiùs proſequitur, & Burgos de Paz *in l.* 1. *Tauri, numero* 251. *cum ſeqq.* ex quorum decretorum Tridentin. vera intelligentia rectè infertur ad caſum præſentem, in quo licèt *dict. cap.* 20. §. *ad hæc*, diſponat & loquatur de pupere tantùm, non intelligitur excludi orphanum, & alias miſerabiles perſonas, in quibus identitas rationis militat, atque juris æquiparatio, imò diſpoſitum in pupere ſi fieri poſſet in cæteris miſerabilibus.

Ex quibus omnibus concludimus ad reſtrictionem inhibitionis Pauli * poſſe in caſu 39
matrimonii bonæ fidei, vel forte malæ fidei, cum uxor non ex ea excluſa non poſſit à jure pro-

vinciæ,

vincia ex *dict. cap.* 20. §. *ad hæc*, *sessione* 24. *de reformation.* cùm Regi pertinet Concil. Trid. protectio, atque ideò ne tale decretum violetur, retentio in Senatu expedienda.

Tùm etiam, quia, ut hactenus diximus, pau-
40 peres & orphani, * aliæque miserabiles personæ in nulla instantia possunt extrahi à provincia in causis matrimonialibus ex dict. Trid. at Rex ut protector suorum vassallorum non debet pati illas extrahi; quod si de facto extrahantur, & in privilegio suo opprimantur, à Rege sunt protegendi per retentionis remedium, ut expressè firmarunt Menchaca *controv. usu frequent. lib.* 1. *capit.* 41. Erasmus à Cochier *de jurisdict. Ordin. in exempt. tom.* 2. *in Scholiis ad Constit. Leonis X.* §. 13. *numer.* 184. *folio* 99. & alii, quos ad idem retulimus hac 2. *part. cap.* 11. *à num.* 79. *cum seq.*

41 Discursus iste novum recipit * spiritum ex duobus decretis hujus Senatus Supremi, qui cum à secunda sententia in eadem causa matrimoniali priùs appellaverat puella ab omissione condemnationis expensarum (ob calumniosam, & dolosam litem sibi ab adversario motam) cui judex detulerat, & comparuit puella statim coram R. Nuntio, & inhibitione obtenta & intimata & obtemperata, postmodum vir appellavit à sententia ad Sanctissimum nominatim, & conquestus per viam violentiæ in Senatu, judicem nulle suæ appellationi deferre, decrevit Senatus 26. *Januarii* 1534. quod *in non deferendo illi ad judicem, ad quem de jure deferre debebat, vim facit.* Detulit Judex ad Nuntium eundem (ad quem causa puellæ erat devoluta) duntaxat, & non ad alium; iterum conquesto adversario, noluisse deferre ad Sanctissimum, ad quem nominatim appellaverat, Senatus 4. *Aprilis* 1534. iterum decrevit *vim in hujusmodi delatione minimè intulisse.* Attendens causam matrimonialem puellæ orbatæ non esse extrahendam à provincia, juxta dict. Trident. *cap.* 20. §. *ad hæc.*

Ex quibus decretis Senatus aliam insuper de-
42 duximus * causam legitimam retentionis inhibitionis postmodum insuper allatæ, ex eo quod ista inhibitio directè repugnabat, impugnabatque Senatus decretum, & Regis authoritati detrahebat, Regiòque recursui, cum per inhibitionem totaliter destruebantur decreta, & eorum executio, & effectus impediebantur, cum de sui natura incommutabilia sunt non subjecta humanæ vicissitudini, commutationi, aut variationi, ut latiùs Nos *de Regia protect.* 1. *part. cap.* 4. *num.* 12.

Et cùm ista inhibitio opponatur authoritati,
43 & Regaliæ seu majoriæ Regis * (prout est recursus, ut abundè diximus 1. *p. cap.* 1. *per totum*, & precipuè *à n.* 102 *cum multis seqq.*) evidenter infertur ad ejusdem retentionem, cum inter causas legitimas ad illam impartiendam hæc sit potior, detractio nempè, & diminutio authoritatis, majoriæ, seu Regaliæ Regis, ut abundè suprà 1. *part. cap.* 5. *per totum.*

Et quia retentione omissa in hoc casu, decreta
44 Senatus * manerent inania & illusoria contra omnem juris publici utilitatem, & Senatus authoritatem, & ex eisdem potius damnificaretur oppressus, imò sub fide publica & Regia deceptus maneret in jure suo, qui tutus se recursu Regio judicabat, ex iis quæ latissimè consideravimus hac 2. *part. cap.* 20. *à num.* 39. *usque ad finem*, quæ omnia ibi dicta his applica.

Sicque defendimus ex prædictis causis legiti-

mis, retinendam fore in Senatu inhibitionem Rotalem, ne illa in dispendium puellæ alibi utatur impetrans, & ut causa pendens coram Nuncio vigore appellationis puellæ præcedentis prosequatur, quæ in Curia Romana tractari non debebat, tum ex dict. decreto Trid. tum etiam quia ex accidentibus ad illam devoluta non fuerit, tùm etiam quia jam introducta erat coram Nuntio ex utraque parte.

Ad cujus claritatem supponebamus, quod
45 quamvis victor regulariter * non possit appellare à sola immissione condemnationis expensarum; hoc tamen procedit postquam victus jam prius appellasset à sententia contra se lata; at si Victor ab omissione expensarum priùs appellasset, legitimè appellat, ita ut validitas hujus appellationis pendeat à prævention, & anterioritate, *l. fin.* & ibi Doctores *C quando appellare non est necesse*, latissimè prosequitur Scaccia *de appellationibus, quæst.* 17. *limitat.* 21. *per totam.*

Et cùm appellatio puellæ ab omissione expen-
46 sarum fuerit anterior, * devolvisse totam causam ad Nuntium, dicendum erit, ut probat Scaccia *dict. limitat.* 21. *n.* 12. nam cum prior appellatio devolveret causam legitimè expensarum omissarum, & coram Nuntio sit jam introducta; tota causa super principali devolvi debuit, ne ejus continentia dividatur, & inde contrariæ sententiæ spectentur, juxta quæ Nos latissimè suprà *cap.* 14. *per totum*; nam si judex causæ principalis revocaverit sententiam, & Judex expensarum illam confirmaverit; aut super solvendis solum pronuntiet; inane foret judicium, & per consequens etiam utrumque judicium, * cum articuli sint connexi, 47
& inseparabiles, quia unum parit exceptionem rei judicatæ alteri, ut nos *de regia protect.* 3. *p. cap.* 15. *num.* 43. *& hoc tractatu* 2. *part. cap.* 8. *num.* 12. *& seq.* Imò ut articulus dicatur annexus; sufficit quod ad alio dependeat, Rota ut per Alex. Ludovic. *decis.* 223. *per totam*, *& num.* 7. *& seq.* ibi: Quod autem simus in connexis dicebant Domini, non esse dubitandum, cum omnia pendeant ab articulo filiationis & legitimationis. Aimon. *consil.* 242. *num.* 1. & 2. latè Menochius *de arbitrariis*, *casu* 95. *numro* 15. *& seq.* imò unum reputatur, quando unum est propter aliud, *l. Julianus, ff. de cond. & demonstrat.* Bellamera *cons.* 4. *in fin.* facit quod habetur in decisione Rotæ 13. *sub. num.* 2. *vers. Quarto quando, de probationibus, in novis.* à dicto enim articulo pendet assignato legitimè, &c.

Supponebamus ulteriùs, quod licèt sit nota
48 conclusio * quod ex duabus appellationibus ab utraque parte interpositis ab eadem sententia, una ad inferiorem, altera ad Papam; ista prævaleat, & totam causam devolvat *ex cap. si duobus, de appellationibus.* Tamen ista conclusio in causa præsenti fallax reperiebatur dupliciter, * tum ex Concil. 49
Trid. *dict. cap.* 20. *ad hæc*, quod causa matrimonialis miserabilis personæ non debet extrahi à Provincia in qualibet instantia ex deductis à principio *hujus*; *conclusionis.* Tùm etiam; quia regula *dict. cap. si duobus*, non procedit, * quando appellans 50
ad Papam tacitè aut expressè prorogari jurisdictionem inferioris, quo se renuntiasse videtur devolutioni suæ appellationis quantum ad Papam, quoniam licèt verum sit quod ex duabus appellationibus ab utraque parte emissis, una ad Papam, altera ad inferiorem, illa prævaleat; tamen hæc prælatio, * & devolutio non est tantæ efficaciæ, 51
& tam absoluta, quin etiam inferiori adquiratur jurisdictio, licèt elidibilis ope exceptionis, text.

est *in dict. cap. si duobus*, ibi: *Tenebit excommunicationis sententia*, &c. optimè resolvunt Philippus Franch. ibidem sub *n.* 13. *& seqq. verf. in verbo tenebit.* Cardinal. Alexand. *in eod. cap. n.* 3. *verf. Nota ex text.* Decius *n.* 5. *nota* 3. Scaccia *de appellationib. quæst.* 10. *n.* 15. Barbosa *in collect. ad eundem textum*, *n.* 4. concludentes quod interim potest inferior procedere.

Quapropter ista jurisdictio cum sit elidibilis valet
52 prorogari, * ut in terminis Petrus Barbos. *in l.* 2. *art.* 1. *n.* 190. *ff. de judiciis*, & tenet Aug. Barbos. *in dict. cap. si duobus*, *n.* 4. & alii statim citandi.

Atque quemadmodum per comparitionem coram
53 inferiore absque protestatione * appellans intelligatur renuntiare suæ appellationi, & prorogare jurisdictionem ejusdem text. *in cap. solliciudinem, de appellationib.* quem latè exornat Scaccia *de appellationib. quæst.* 17. *limitat.* 2. *n.* 12. *& seqq.*

Eodem modo quando concurrunt hæ duæ appel-
54 lationes, una ad Papam * (quæ regulariter prævalet) altera ad inferiorem; si post modum appellans ad Papam comparcat coram inferiore; videtur renuntiare devolutioni ad Papam, & prorogare jurisdictionem aliàs elidibilem inferioris, qui impunè de cætero procedit in causa; ita post alios eleganter concludit Scaccia *de appellationib.* 2. *part. quæst.* 10. *sub num.* 13. *verf. Tertius casus*, ubi ita ait: Tertius casus est, quando appellans renuntiasset appellationi, quam interposuerat ad Papam, sive renuntiatio sit expressa, sive tacita per comparitionem coram Archiepiscopo sine protestatione Cardinalis Alexand. *sub eodem n.* 4. ibi: *Fallit tertio*, & egregiè Decius *n.* 13. *notab.* 6. *& sub num.* 17. sed de isto tertio casu satis abundè locutus sum *infr. q.* 17. *limit.* 2. *&c.* quod & probat uterque Barb. quos suprà civitavimus *n.* 51. *&* 52. dum in hoc casu prorogationem admittunt: de hac comparatione coram Nuntio Apostolico ex aliquibus actis à vero gestis constanter fuit compertum.

Insuper in comprobationem adduximus dictas
55 singulares Rotæ decisiones; * quas ad litteram retulimus hac 2. *part. cap.* 19. *n.* 42. quibus reperitur decisum, quod per comparitionem coram alio judice etiam prætendente jurisdictionem in causa videatur ei consentire, & renuntiare commissioni jam à se expeditæ ante ejus præsentationem, cujus virtute Delegatus jam non potest procedere validè in causa, sed nulliter & attentatè, & consonant omnia quæ à principio *dict. cap.* 19. scripta sunt.

Comparitionem appellantis ad Papam coram Nuntio in hac causa concludenter deduximus inferentes inde ad prorogationem jurisdictionis, & renuntiationem suæ appellationis, & devolutionis ad Papam, & per consequens ad renuntiationem suæ commissionis postmodum obtentæ, & inhibitionis subsequutæ; quæ Rotæ inhibenti jurisdictionem non contulerat.

Considerabamus etiam ad commissionis impe-
56 tratæ, * & inhibitionis subsequutæ nullitatem, quod cum ante impetrationem comparuerit appellans coram Nuntio, & suæ appellationi tacite inde renuntiasset, commissionem super appellatione resoluta, & quæ jam non stabat, nullam fuisse nec tribuisse jurisdictionem & per consequens omnem processum, & inde sequuta esse nulla & invalida ex defectu jurisdictionis, Bellamera *decis.* 22. Cæsar de Grassis *decis.* 8. *n.* 4. Marquisanus *de commiss.* 1. *part. cap.* 3. *numero* 220. *fol.* 170. *tom.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 17. *per totum.* Rugnelus *de appellation.* §. 6. *gloss.* 4. *sub num.* 7. *verf. Advertendum.* Scaccia *de appellationib. quæst.* 3. *à num.* 3. Farinacius *in posthum. tom.* 1. *decis.* 789. *num.* 2. *& seqq. & num.* 6. & loquendo in nullitate * inhi- 57
bitionis expeditæ hujus commissionis virtute, Lancellotus *de attentat.* 2. *part. cap.* 20. *limitat.* 12. *à num.* 1. *cum seq.* ubi aliquas Rotæ decisiones adducit, * & Gratianus ubi proximè *n.* 1. 58
reddentes omnes rationem, quia commissio, super non ante nullam tribuit jurisdictionem, & circa effectus hujus appellationis semel resolutæ, & renuntiatæ, vide plura quæ congessimus hac 2. *part. cap.* 19. *à n.* 12. *cum multis seq. & cap.* 26. *à n.* 38. ubi plura sunt cumulata.

Concordat Rotæ decisio Alex. Ludovis. *decis.* 417. à principio, ubi * quod sublata causa, & 59
fundamento principali, tacitè censetur sublata inhibitio Rotalis, & consonat Rotæ decisio, ut per Jacobum Caballerium *decis.* 2. *n.* 6. ibi: Quod autem Ordinarius Nerito nulliter processerit in hoc casu, patet; quia commissio sibi directa erat subreptitia, nam Joannes Andreas obtinuerat committi dict. Ordinario Nerito causam appellationis sub falso prætextu, quod Ordinarius Lituien. executor suarum litterarum declarasset, eas non esse executioni demandandas, de quo decreto non constat, & consequenter appellatio, & sic nec commissio subsistit. Cæsar de Grassis *decis.* 2. *n.* 1. *& sequentibus de rescriptis.* Hostiens. Felin. & alii, quos refert & sequitur Cassiad. *decis.* 1. *de rescript. &c.*

Deducebamus insuper in comprobationem retentionis prædictæ inhibitionis, * de qua in hac 60
concluf. 3. quod non tantùm ipsa, sed & commissio præcedens fuisset surreptitia; non quia surreptio de per se sola sit sufficiens causa ad retentionem litterarum, nisi concurrat alia ex relatis, 1. *part. cap.* 3. *& quatuor seq.* sed potiùs ad clariùs ostendendum defectum intentionis Papæ, quem ob surreptionem patiantur dictæ litteræ, ut latissimè diximus 1. *part. cap.* 8. *per totum.*

Cùm litteræ præfatæ commissionis dicantur sur-
reptitiæ * ob non factam relationem claram, & 61
specificam Sanctissimo, de minore, pupillo orbato, vidua & aliis miserabilibus personis, contra quos impetratur rescriptum, probant in terminis Marchesan. *de commissionibus, tom.* 2. *de commiss. avocatoriis, cauf.* §. 2. *à num.* 1. *& n.* 155. Scaccia *de appellationib. quæst.* 7. *sub num.* 171. videndi quia rectè loquuntur: debet enim omnium obstantium fieri Papæ specifica, vera, & clara relatio, ita ut veritas etiam relata, tamen sub involucro verborum non sufficiat, ut latiùs ad finem conclusionis 4. *à n.* 94. *& seqq.* & hæc surreptio influit in damnum publicum ex DD. citatis 1. *p. c.* 13. *n.* 65. & sic retentio procedit, ut *in dict. cap.* 8. probavimus.

Quarta conclusio erit, inhibitio Rotalis expe-
dita super re jam judicata, * aut tribus conformibus vigore tertiæ appellationis retinetur in Senatu, quia est contra jus, infertque præjudicium publicæ utilitati, quam conclusionem (cum in facti contingentia habuissemus,) validissimis fundamentis defendimus. 62

Impetrata rescripta (inquit Imperator) *non placet admitti, * si decisæ semel causæ fuerint judi-* 63
cati sententiæ, quam provocatio nulla suspendit, sed eos, qui talia rescripta meruerint; etiam limina judiciorum repelli, &c. in l. fin. C. sententiam rescindi non posse, & in l. cunctis vel lites transigentibus legitimis frenatas Imperatoris rescripto resuscitari non oportet. C. de transactionibus, text. etiam

etiam *in l. fi. C. de errorib. advocator. l. cum tibi, C. de judiciis, l. terminato, C. de fi. dubitas & hæc expensis.*

Reſcriptum enim contra rem judicatam, aut tres conformes, * quatenus eſt impeditivum execu-
64 tionis & effectus earum contra jus, & ab eo reprobatum, ut *in rubro & nigro, C. ne liceat tertio provocare*, & propterea tanquam injuſtum,
65 * & incivile admitti non debet. *l. reſcripta, & authentica, quæ ſupplication. C. de precibus Imperatori offerendis, l. probatorias, C. de diverſis officiis, Authentica, ut divinæ juſſiones, cap fin. collatione 8. cap. ſuper litteris, de reſcriptis.* Cabalinus *millelojaio* 992. Tepatus *lib. 1. variar. tit. de executione ſententiæ, colum. 9. in princip.* Ant. Sola *ad decret. Sabaud. tit. de concluſ. in cauſ. parte 3. gloſ. 1. n. 7.* Trentacinquius *lib. 1. tit. de reſcriptis, reſolut. 6 n. 1.* Ponte *conſil. 1. n. 72. & de poteſtate Proregis, tit. de abundantia civitatis. §. 3. numero 14.* Berdacius *conſ. criminal. 478. num. 20.*

Quia reſcriptum ſuper tertia appellatione nec
66 tenet, * nec illud poteſt Princeps, ſeu Papa de ordinaria poteſtate concedere, *cap. tua nobis, de appellationibus*, & aliis per Marchefanum *de commiſſionibus, part. c. 3. num. 30. fol. 30. & part. 2. cap. 1. vol. 4. num. 1. 2. & 3. fol. 315.* Cagnol. *in decret. Montisferrat. 14. quæſt. 9. fol. 224.* noviſſimè Amat. *variarum reſolut. 6. numero 4. & à num. 2.* niſi per ſpeciale privilegium tertiam
67 appellationem * concedat Princeps de plenitudine poteſtatis, Maſtril. *de magiſtratib. lib. 3. cap. 4. numero 388. & 391. volum. 1.* Scaccia *de appellationibus, quæſt. 17. limitat. 1. numero 3. & ſeq.* Rodulfin. *de abſoluta Principis poteſtat. cap. 3. num. 16.* Mora *deciſ. 42. num. 19.* Trentacinquius *variar. reſolut. lib. 2. reſolut. 15. de appellationibus, n. 11.* & alii plures citati ab Amato ubi proximè *à n. 5.*

Et hinc eſt, ut omnes Doctores de litterarum
68 retentione tractantes * pro notiſſima concluſione affirmant, eas retinendas fore, quæ contra jus fuerint expeditæ, devientque à tramite juris, cum talium executio ſuſpendi debeat, nec illæ adimplendæ juxta text. ſingularem *in l. reſcripta, 1. C. ſi contra jus vel utilitatem publicam, cap. reſcript. 25. quæſt. 2.* & in ſpecie eſt text. *in dict. l. fin. C. ſententiam reſcindi non poſſe*, ibi: *Non placet admitti, l. final. C. ſi contra jus vel utilitatem publicam*, ibi: *Ut nullum reſcriptum, nullam ſacram admonitionem, quæ generali juri vel utilitati publicæ adverſa eſſe videantur, in diſceptationem cujuſlibet litigii patiantur proferri*, textus optimus *in Authent. ut nulli judicum*, §. *hoc vero*, dum loquens de ſuſpenſione horum reſcriptorum inquit: *Si verò contra legem, aut contra publicum facta ſunt, hæc pro non ſcriptis eſſe jubemus.* Ripa & omnes *in cap. ſi quando, n. 16. de reſcriptis* Fabius Anna *conſil. 60. numero 42.* Berdazius *conſil. criminal. 478. num. 21.* Giurba. *deciſ. 7. numero 1. & ſub numero 6.* & nos abundè ſuprà *1. part. cap. 3. numero 1. cum ſeq.* & in terminis quod reſcriptum Principis ſuper re judi-
69 cata, * ex quo executionis ſit impeditivum, non debet admitti, probant Rebuffus *ad Regias conſtitut. titul. de ſupplicat. num. 41. & tit. de arreſtis artical. 1. gloſſ. num. 4.* Velaſcus *concluſion. 51. num. 29.* Anna *ſingulari 458.* Tuſchus *tom. 7. littera R. concluſion. 314. numero 7. & 12.* Petrus Gregor. Tholoſan. *de appellation. lib. 1. cap. 6. numero 5.* Sola *ad decreta Sabaudiæ, tit. de appellat. gloſſ. 15. n. 3.* Carolus Tapia *de jure Neapolit. lib. 2. tit. de officio Sacri Conſilii, pragmat. 5. numero 1.* Matill. *ad Capicium deciſ. 169. n. 4.* Tepatus *lib. 1. variar. tit. de execut. ſententiæ, col. 9. in princip.* Ponte *de poteſtate Proregis, tit. de abundantia civitatis*, §. 3. *num. 14.* planè Amato *reſolut. 6. num. 3. 6. 7. & 8.* qui per plurimos * lo- 70
quitur de reſcriptis contra tres conformes, * quia 71
eſt contra jus, Giurba *deciſ. 1. num. 2. & 3.* Fachineus *controverſiar. juris, lib. 3. cap. 49.* plenè Fabius Anna *conſ. 62. n. 36.* & quia injuſtum, durum, * & incivile eſt, Gallinul. *conſ. 27. n. 98.* 72
Baldus *conſil. 396. vol. 3.* Tuſch. *tom. 6. lit. R. concluſ. 219. n. 9.* Giurb. *dict. deciſ. 7. ſub n. 1.* & eſt odioſum; * ut per plures ipſe, *n. 2.* 73

Et quando reſcriptum Principis apparet injuſtum, * durum ſeu aſperum, nec debet exequi, 74
nec admitti; ſed potiùs ſuſpendi, & detineri, prout loquendo in bullarum retentione, affirmant ex Cardinal. *conſil. 142. Sanctiſſimus Dominus.* Palacios Rube. *de benefic. vacant in Curia, à princip.* Azeved. *in l. 14. ex n. 33. cum ſeq. tit. 3. lib. 1. Recopil.* Felin. *in cap. nonnulli, num. 9. & 14. de reſcriptis.* Didacus Perez *lib. 2. ordinam. tit. 4. l. 29. gloſſ. 1. verſicul. Unde contra prædictum reſcriptum, pag. 252.* Lancellotus Conradus *in Templo omnium judicum, lib. 1. cap. 1. §. 4. tit. de præſtantia & potentia Imperatoris, verſic. Obedire ei omnes debent, n. 16. fol. 51.* Covarruv. *practicar. cap. 35. num. 6.* Alphonſus Oyeda *de beneficiorum incompatibilitate 1. part. cap. 21. n. 5.* Segura Dabalos *in directorio judicum Eccleſiaſtico. 2. part. cap. 5. ex 3.* Hieronymus Portoles *in ſcholiis ad Molinum, in §. conſultation. & in n. 17.* & per plures quos congeſſimus *1. part. cap. 3. per totum.*

Igitur inevitabilis videtur retentio in Senatu inhibitionis expeditæ * in Rota ſuper re judicata, 75
& tribus conformibus, ſi contra jus exorbitans, injuſta, & dura, quatenus impedit effectum, & executionem earum.

Et ex hac cauſa legitima alia inſuper ſuboritur, * publici præjudicii & damni, quo principaliter 76
ſalubre hujus retentionis nititur refugium, ut per plura jura & Doctores probavimus *1. part. cap. 5. per totum*, velle enim rem judicatam carere effectu, * liteſque eſſe immortales, Reipublicæ eſt contra- 77
gium, quod omni conatu Princeps cavere tenetur, ne vaſſalli ſuis diſcordiis, & ſumptibus vexentur, ut docet Cicero *de legibus, lib. 1.* ibi: *Et ea ſalus litium multitudine maximopere læditur, ideo ad conſervationem illius multa quidem excogitarunt, &c.* Pariſius *de reſignat. beneficior. lib. 11. quæſt. 1. à n. 27.* ibi: Et ideo concernit publicam utilitatem ex eo, ut lites finiantur Bald. *in l. 1. in 5. notabili. C. de novo Codice componend. & in l. 1. ff. de furtis.* Alexand. *conſil. 190. col. 2. l. 2. & conſil. 171. col. 3. l. 7.* nam clari juris eſt, extinctionem litium ad conſervationem congregationis humanæ pertinere, &c. ad quod plura congeſſimus hac *2. part. c. 3. n. 7. cum ſeq.* omnino videnda, & applicanda.

Et enim ad rei judicatæ ſuſpenſionem expreſſum principis reſcriptum non ſufficit, * cum nihilo mi- 78
nus illud nec admittitur, nec exequitur, ſed potius ſuſpenditur, & retinetur, ut latè probant Doctores ſuperiùs citati *à num. 62. cum ſeq.* & copiosè Giurba *deciſ. 6. per totam*, cùm ad hoc * ut 79
tale reſcriptum admittatur, duo præciſè requirantur, nempè certa Principis ſcientia rei judicatæ, & quod ſimul ipſe plenitudine poteſtatis utatur cum clauſula *non obſtante*, ut notarunt Apeſtil. ad Guidonem Papæ *deciſion.*

420. post Baldum *in l. nam ita Divus, quæst. 1. ff. de adoptionib.* Alexand. *conf. 2. col. 5. vol. 1.* Tepatus *variar. resolut. tit. de executione sentent. versic. Senatus.* Tuschus *littera R. conclus. 314. n. 13.* Anna *allegat. 49. n. 8. 9. & 10.* Trentacinquius *l. 1. tit. de rescriptis, resolut. 6. 9. & 10.* Ant. Gabriel. *tit. de clausulis, conclus. 1. & 2. per totum.* Marilian. *decis. 20. & 25.* Ponte *consil. 59. numero 30. & consil. 55. num. 4.* Sola *ad decreta Sabaud. tit. de appell. gloss. 15. n. 3. & tit. conclus. in causa. part. 3. gloss. 1. num. 8.* Giurba *decis. 7. num. 7. cum seq.* Amato *variar. resolut 6. num. 10. & num. 3. cum*
80 *multis seq.* * aliter nec etiam per indirectum valet, ipse Giurba, *n. 6.*

Quanto igitur minus valebit rescriptum obten-
81 tum, * & impetratum super re judicata, aut tribus conformibus absque earum scientia Principis, cum ut plurimum subreptitiè, & falsa relatione soleat impetrari tacita veritate rei judicatæ, vel sub tot verborum involucro narrata, ut veritas Papæ occultetur, & inde dolosam suam intentionem consequatur impetrans impediendi & procrastinandi rei judicatæ executionem sinistra hac relatione utens, ne in commissione solitæ apponatur clausulæ executionis præservativæ *sine præjudicio legitimæ executionis*, aut *parito judicato*, quæ nullatenus omittuntur in Romana Curia, quando ex vera relatione impetrantis apparet de re judicata, tribus conformibus, aut via executiva, ut annotant Clausuliftæ omnes, & latissimè Marescotus *variar. resolut. lib. 1. cap. 86. per tot. & cap. 87.*

Debet etenim Sanctissimo fieri clara, specifica
82 & individua relatio rei judicatæ * aut trium conformium, aliàs rescriptum seu commissio est subreptitia, quia rem judicatam per rescriptum Principem evertere velle, non creditur, text. expressus *in cap. expositæ, de arbitr.* ubi glos. & Doctores, Felin. *in cap. super litteris, numero 14.* ubi Berojus *num. 72. de rescriptis*, alios recenset, Cravetta *consil. 79. num. 2.* Barbatia *consil. 46. col. 2. lib. 2. & consil. 10. col. 3. lib. 3.* Nevizan. *consil. 36. num. 13.* Menoch. *de arbitrariis, lib. 2. Centur. 2. cas. 102. n. 46.* alios citans *n. 45.* Marta *clausul. 174. in fin. part. 1.* & fuit dictum *in una Abulensi Capellaniæ 21. Aprilis 1602. coram Cardinal. Lancelloto Juniori*, *& *in alia Toletana Beneficii 14. Novembris 1605. coram Justo*, impressa penes Marchesanum *de commissionibus, tom. 1. fol. 384.* Beltramin. *in annotationib. ad Ludovis. decision 2. n. 17.*

Maximè, si ipsa tertia appellatio à tribus confor-
83 mibus emissa * fuisset jam introducta per eundem appellatum in alio Tribunali, putà Nuntii (ut in eadem lite vertente considerabamus) de qua introductione nisi Papæ fiat expressa relatio, commissio super appellatione impetrata est subreptitia, nec ex ea Auditoris Rotæ acquiritur jurisdictio, cum Papa ignarus dependentiæ litis coram alio judice eam avocare non censeatur; ita eleganter dixit Gloss. *in cap. prudentiam, §. sexta, de officio Delegati*, & ibi Abbas *num. 5.* Barbatia *consil. 20. col. 3. cap. 46. col. 2. lib. 3.* Felinus *cap. super litteris, num. 12. de rescriptis*, qui post Rotam *decis. 14. de rescriptis*, in antiquis, & Thomam Fatholum *dubio 64. eodem die*, scribit non valere com-
84 missionem specialem factam in Curia, * non facta mentione, quid causa alibi introducta esset, & vide infrà *numero 87. & seqq.* Bellamera *decis. 64.* dicens rescriptum committens causam Auditori in curia esse subreptitium, si non fiat mentio litem introductam in partibus, licèt & in gratiarum Menochius *de arbitrariis, d. casu 102. n. 34. cum seq.* probant insuper Rota Fatthol. *dec. 31. causa* Philip. Franch. *in c. ut dubitas n. 23. de præsumpt.* Ægidius *decis. 46. excep.* ubi mirabiliter dicit, * 85 quod talis commissio ipso jure sit nulla, nisi fiat ex certa scientia Papæ. Affl. *dec. 98. pulcherrum, & decis. 220. in causa, numero 14. & seq.* Millis *in verbo, si est impetrata.* Parisius *consil. 74.* Gratian. *numero 15. lib. 4.* Lancellotus *de attentat. 2. part. cap. 4. in præfatione, num. 631. & seq.* quia licèt Princeps tacitè, * & expressè valeat ad libitum 86 avocare ad se causas sive incipiendas, sive cœptas coram aliis judicibus inferioribus, cùm hæc sit sua Regula, ut post alios Rebuffus *in tract. de avocatione, quæst. 5. à num. 4. & seq.* Boërius *in tract. de ordine graduum, 2. part. à num. 57.* Belluga *in speculo Principum, rubric. 23. §. sed pone, n. 6. & seq.* Guido Papæ *decis. 440.* Jacobus Callitius *in margar. Curiarum, dubitat. 8. versic. 64. cum seq.* Avendan. *de exequend. mand. lib. 1. cap. 19.* Peguera *in practic. tit. de avocation. causar. ad Regem, ex num. 21. cum seq.* Ponte *de potestate Proregis, tit. de abundantia civitat. §. 1. n. 16. & 19 decision. 36. n. 12.* Cabedus *decision. 85. n. 5. & seq.* Fontanell. *de pactis nuptialibus, tom. 1. clausula 4. gloss. 10. part. 1. num. 155.* Cancerius *variar. resolut. tom. 3. cap. 10. numero 8.* Carolus de Tapia *decis. 1. ex n. 9. cum pluribus seq.* Azevel. *in l. 45. tit. 4. lib. 3. Recopilat. n. 3. & seq.* Marchesanus *de commissionib. part. 2. cap. 4. de commission. avocat. causar. fol. 461.* ubi latissimè Gonzalez *ad regulam 8. Cancellariæ gloss. 52. per totam* Cillicius *de stilo, dubitatione 8. prærogativa 64.* Seraphinus *decis. 948. per totam.* Bobadilla *in Politica lib. 2. cap. 16. num. 100. & quatuor seq.* Straccia *de judiciis, cap. 66. ex num. 11. cum seq.* magistraliter Covarr. *practicar. cap. 9. per totum*, Mastrillus *de magistratibus lib. 3 cap. 4. ex num. 248. usque ad 258. & in cap. 4. numero 160. & seq. & decis. 127. 128. per totam, & decis. 286. n. 9. & seq.* Calixtus Ramirez *de lege Regia. §. 25. ex n. 19. & 20. cum seq.* Narbona *in l. 59. tit. 4. lib. 2. Recopil. tom. 2. ex n. 195. usque ad 185.* ubi expressa & tacita Principis avocatione.

Hæc tamen quævis avocatio debet fieri sciente
Principe * pendentiam litis coram judice inferiori, 87
aliàs si litis status, & pendentia coram alio judice non narretur Principi, non præsumitur voluisse causam avocare, nec commissio alteri facta transfert jurisdictionem; ita per *cap. causam, de officio Delegati, cap. inter Monasterium, de re judicata*, per Rotam, Staphilæum, & Philippum Franch. probat Vestrius *in practic. Romanæ Curiæ lib. cap. 9. num. 5. & 6.* ubi inde rectè infert, * 88
nedum causam non conseri avocatam; sed & commissionem, & omnia inde sequuta coram novo judice esse nulla ipso jure * & in iltis etiam terminis 89
determinavit Rota *in una Laudens. pecuniæ coram Pamphilio*, adducta per Marchesanum *de commissionibus nullitatis Senato, post. §. 1. part. 3. tom. 3. folio 20.* ubi à principio dicitur, quod coram judicio coram Judice competente, & non facta litis relatione, commissio impetrata alteri judici, illius processus, & sententiæ sunt nulla ipso jure, adeò ut nullius hujus sententiæ influat in alias, quæ illam præcesserunt, quæ est singularis decisio, & ibi sunt plures res superiùs citatæ *à num. 81.* nam [illegible] hujusmodi avocationem non debeat, * nec solet Princeps moveri 90
nisi ex magna, & [illegible] causa, atque necessitate interveniente, nec de facili avocare licet; alioquin

offeret cum Reipublicæ magnum detrimentum, & merti intolerabile præjudicium, ut recte cum Cast. observavit Covarruv. *dict. cap.* 9. *ante finem*, & cum Avendano: Ponte & aliis Mastril. *de privilegiat. lib.* 3. *dict. c.* 4. *numero* 251. & 252. & *decis.* 286. *num.* 9. & 10. *part.* 2. Marchesan. *de causa l. c.* 4. *n.* 2. & *n.* 7. & 98. *n.* 3. 29. & 35. Tapia *dict. decis.* 1. *n.* 12. ubi quod avocatio
91 sine magna * causa partem lædit, & cedit in contumeliam judicis qui de causa cognoscere cœpit, prout ibi, *n.* 16. Scaccia, *de judiciis*, *lib.* 1. *dict. c.* 66. *à n.* 11. & 12. ubi congerit casus, ex quibus avocatio fieri potest, Narbona ubi proximè ex *n.* 195. doctè & eleganter plura congerens Castill. novissimè *de tertiis*, *c.* 41. *à n.* 123. videndus *à n.* 121.

Et quod Princeps inscius causæ pendentis coram judice inferiori * non censeatur avocare eandem, probat Tapia *dict. decis.* 1. *num.* 8. *& seqq. &*
92 *n.* 15. quod Princeps inscius non censetur præjudicare voluisse processui inter partes agitato, nec jurisdictioni ordinariæ impedimentum, & obstaculum apposuisse; sequitur Castillo ubi proximè *n.* 125.
93 *qui num.* 124. rectè ex Doctoribus infert, * avocationem esse odiosam, & propterea restringendam, quatenus tollit prævention em, & prohibet judicem pronuntiare de eo, de quo cognoscere cœpit, aut de quo jure Ordinario cognituras erat, quod cederet in injuriam judicis inferioris, ut dictum est.

Quare ex prædictis & aliis pluribus considerationibus diximus in facti contingentia; *
94 rationibus diximus in facti contingentia; * retentionem faciendum legitimè in Senatu inhibitionis Rotalis expeditæ virtute commissionis obtentæ super tertia appellatione à re judicata, & tribus conformibus emissa, non facta Papæ vera relatione earum, nec sufficiet sub involucro verborum facti, quoniam idem est omnino tacere veritatem Principi, vel eam obscurè, & sub involutione verborum narrare, juxta singularem doctrinam Innocentii *in cap. cum dilecta*, *num.* 3. *de rescriptis*, dicentis literas subreptitias dici quando per aliquorum operam factum est, quod effugiat plenam intelligentiam Papæ, quod menti tenendum dicit ibidem Alb. *numero* 7. afferens id fieri, quando sub involucro verborum effugiunt deliberatam Principis conscientiam, ubi Felin. *col.* 2. *vers. Tene menti.* Jas. *in l. præscriptione*, *numero* 2. *C. si contra jus vel utilitatem publicam*, Socin. Jun. *consil.* 77. & 97. *vers. Et si dicatur*, *vol.* 1. Curtius Sen. *consil.* 85. *numero* 27. 49. &
95 76. *vers. Nunquam esse*, ubi dicit, quod sub * involucro verborum non potest apparere de voluntate deliberata Principis. Grammaticus *decis.* 66. *numero* 18. Menochius *de arbitrariis*, *cas.* 202. *ex numero* 69. & *casu* 203. *ex numero* 3. Ripa *in cap. ad aures*, *numero* 15. *de rescriptis*, dicens,
96 * quod expressio facta sub involucro verborum rescriptum vitiat, sicut omnimoda taciturnitas. Sanchez *de matrim. tom.* 3. *lib.* 8. *disputat.* 21.
97 *numero* 1. ibi: *Obreptitiam verò*, * *quando per verborum involutionem, aut cautam loquelam, putà, ironicam, vel calliditam effugiunt deliberatam concedentis conscientiam, ac plenam ejus intelligentiam*, &c. aliquot quamplurimos Doctores congerit, & post, ibi: *Confertur subreptionem esse, quoties veritas tacetur, vel per confusam & perplexam ejus narrationem occultatur*, &c. & iterum *numero* 5. idem repetit, sic Nos intelligimus illa verba *l.* 36. *tit.* 8. *part.* 3. ibi: *Si cierta fuere ganada diziendo mentira, ò encubriendo la verdad, non debe valer*, &c. ut idem ut mentiri, vel veritatem cooperte, & obscurè narrare.

Conducit ad propositum doctrina Simonis *consil.* 68. *numero* 10 ibi: *ille impetrans* * *similis fuit in-* 98
firmo seu vulnerato, qui chirurgo vulnus detegere noluit, & ob id mortuus est, detegere enim debet impetrans vulnus omne Principi, id est, omnia objectantia ipsi impetrationi, ita quod appareret de voluntate referentis eum intellexisse rem omnem claram, & specificè, aliàs non intelligitur dispensasse, &c. ita similiter argumentatur Bald. *cons.* 204. *longum thema*, in finalibus verbis, *lib.* 3. ubi plura allegat.

Nec hanc subreptionem evitari posse, diximus in præfata negotii contingentia, * quod ab impe- 99
trante replicabatur, non adesse tres conformes ex eo, quod una non confirmabat expressè aliam, licèt quælibet mandaret exequi instrumentum guarentigiarum pro summa petita, cui satisfecimus, quia in sententia nulla est descripta certa forma verborum, nec requirit expressam revocationem, aut confirmationem sententiæ, sed potiùs sufficit clara judicis intentio super negotio de quo agitur, probant Paulus de Castro *consil.* 16. *n.* 6. ibi: *Sed ista non est bona allegatio, nam licèt Judex appellationis non pronuntiet benè, vel malè appellatum, vel pronuntiatum: si tamen ponit verba æquipollentia, & idem importantia, sufficit; putà, si Judex primæ causæ condemnavit, Judex verò appellationis absolvit; nam per hoc videtur pronuntiare malè judicatum, & benè appellatum, quia ista sunt æquipollentia; hoc probat primò, l. Præses juncta glossa non haberi C. de sentent. & interlocut. omn. jud. nam licèt sententia debeat continere condemnationem vel absolutionem, ut ibi dicitur in text. sufficit quod contineat æquipollens, ut ibi gloss. non enim refert quid ex æquipollentibus fieri, l. cum apud, ff. de minoribus; leg. Æmilius Lærianus, in quibus habetur quod dum Judex primus absolvisset, Judex appellationis condemnavit, nec aliquid dicitur, quod pronuntiaverit super justitiam, vel injustitiam appellati, & tamen valet*, &c. quod etiam comprobat Scaccia *de appellationibus*, *quæst.* 11. *num.* 112. ubi quod ex sola pronuntiatione superioris *benè appellatum* necessariò infertur ad malè judicatum.

Latè etiam prosequitur post plures alios Vantius * *de nullitatibus sentent. ex defectu processus*, 100
num. 92. Scala *de consilio sapientis*, *lib.* 4. *cap.* 13. *tom.* 3. *part.* 1. *fol.* 349. Scaccia *de appellat. quæst.* 4. *à num.* 19. *usque ad* 22. & magis ad longum *de sentent. & re judicat. gloss.* 14. *quæst.* 28. *à num.* 9. *cum seq.* & sub *num.* 10. ibi: *Quia non refert quibus verbis utatur Judex in pronuntiando, dummodo ipsius intentio ex illis percipiatur, quia mens est attendenda, ut ex Vantio & Paschali Scala sequutus sum dict. quæst.* 4. *num.* 21. *qui loquuntur in sententia*, &c. ubi plurima reddit exempla.

Et quod confirmatio aut revocatio sententiæ inferatur tacitè, * quando alia fertur idem con- 101
tinens, aut directè repugnans, licèt expressè non dicatur in ea, primam confirmari, aut infirmari; probant Innocentius *in cap. dilecta*, *in appellationibus*. Albericus *in l. hoc judicio*; *col.* 1. *in fin. vers. In judicio*, *ff. familiæ erciscundæ*. Felin *in cap. cum inter*, *numero* 12. *de appellationibus*. Nicellus *regul.* 191. *numero* 7. Rota *decis.* 12. *de appellationib. in antiquis*. Carrocius *exceptione* 130. *numero* 24. & 52. ubi etiam *n.* 45. dicit, * 101a
quod sententia casibus in parte, in alia censetur confirmata, sicuti si statuti casentur aliqua capitula, cætera remanent confirmata ex *l. Tribunus*, *§. fin. ff. de usufructu militis*, cujus textus singularem decisionem latè exornant Baldus ibi, quam infirmat: *Emendatio vel correctio*

in falsâ fidem est exterorum confirmatio, ibidem Baldus *in l. electio*, *n.* 14. *Cod. de edicto D. Adriani toll.* Joannes Monach. *in cap. statuto*, *n.* 5. *de rescriptis*, *in* 6. *& in cap. fol. t*, 10. *de sentent. excommunicat. l.* 6. Rota *decision.* 5. *de rescriptis*, *in antiquis*. Gonçal. z, *in regula de mens. & alternat. glos.* 54. *num.* 14. qui *num.* 15. dicit, quod correctio in quibusdam est in reliquis confirmatio : faciunt scripta per Bart. Bald. Angelum, Castrens. & Immolam *in leg. legata inutiliter*, *in fin.* ubi Florianus de S. Petro *n.* 23. *& seqq.* quod si fuit alicui data potestas, & commissio revidendi statuta, qui quædam improbat, cætera confirmare videtur, ex dict. *leg. Tribunus*, §. 1. Rolandus à Valle *consil.* 31. *n.* 21. qui alios laudat, & *n.* 22. & 25. *vol.* 4. plura congerit similia Valençuela *cons.* 151. *n.* 40. *cum seq. tom.* 2. & per eundem text. resolvitur, quod ubi feudum fuit in aliquibus ex partium, vel concedentis dispositione alteratum, non ideo novam in totum assumit formam ; sed imò in non alteratis antiquam retinet naturam, per Iserniam *in cap.* 1. *ut alii quoque de feudo non habent. prop. naturam.* Romanus *consil.* 70. *num.* 2. Decius *consil.* 193. *colum pen.* Curtius Senior. *in tractatu feudorum*, *part.* 1. *quæst.* 6. *col.* 6. Parisi. *consil.* 23. *num.* 26. *vol.* 1. Loffredus *consil.* 1. *num.* 168. Sardus *consil.* 445. *à num.* 58. *lib.* 3. *& consil.* 63. *numero* 29. post Bald. Socin. Neviza. Natta, Roland. Menoch. & Beccium, & si una pars supplicationis fuerit confirmata tantùm, & concessa, cæteræ intelliguntur reprobatæ & rejectæ, Seraphinus *decis.* 467. *num.* 6. ex Parisio *consil.* 20. *n.* 15. *lib.* 1.

Et ex hoc principio similiter oritur, quod ad
103 hoc ut sententiæ dicantur conformes, * non requiritur quod conveniant in formalitate, & identitate verborum, nec in modo, sed sufficit convenire in substantia, & effectu, & quod omnes tendant ad eundem finem, sicut nec est necesse, quod confirmentur expressè, ut post plurimos Doctores, & decisiones probat Rota *in una Montis Regalis jurisdictionis*, 1. *Julii* 1605. coram Penna, ibi : Rota de re judicata constare censuit, quia verè aderant tres sententiæ Rotales ad favorem Archiepiscopi Montis Regalis, quæ in omni materia constituunt rem judicatam, *l.* 1. *C. ne liceat tertio provocare*, & maximè in hoc casu ; in quo prædictæ tres sententiæ respiciebant idem jus, & eandem causam juris Metropolitici, ex quibus præcipuè constituitur res judicata, *l. cum quæritur*, *cum duabus seq. ff. de exceptione rei judicatæ.* Verallus *decis.* 93. *part.* 3. & erant conformes in substantia, & in effectu subjectionis ad favorem Archiepiscopi, quod sufficit ad effectum, ut sententiæ dicantur, & sint conformes, Socinus Junior. *consil.* 74. *num.* 1. & 2. *lib.* 2. Ruinus *consil.* 114. *numero* 10. & 13. *lib.* 3. Gabriel. *titulo de exceptione rei judicatæ*, *conclus.* 1. *numero* 33. Thesaurus *decis.* 112. & *decis.* 218. *num.* 2. & sæpè Rota censuit in pluribus causis, & signanter *in una Romana successionis coram P. M. Orano* 23. *Maii* 1597. atque inde mox inferebatur, locum fuisse executioni. *Clement.* 1. *de sentent. & re judicat.* nec ad rem pertinebat, quod tertia sententia lata non confirmat expressè
104 duas primas sententias ; * quia cum similiter esset ad favorem Archiepiscopi super jure Metropolitico, & in substantia continet idem, quod duæ priores ; cum conveniebat super facto principali valida fuit, & cum illis conformis, ut notabiliter dixit Baldus *in l. creditur*, §. *cum de fila*

tionibus, nam ad effectum, * ut sententiæ non
105 dicantur conformes, opus est, ut adsit difformitas circa substantiam, vel qualitatem principalem. Alexand. *consil.* 77. *num.* 3. *versic. Sicut ergo*, *lib.* 2. & fuit resolutum *in causa Romana successionis*, 23. *Maii* 1596. *coram B. M. Orano*, &c. quam decisionem integram adduximus hac 2. *part. cap.* 13. *à n.* 76.

Idem etiam affirmat Scaccia, & alii per Nos citati *in tract. de Regia protect.* 3. *part. cap.* 16. *à num.* 25. quibus adde Rotam, ut per Farinacium *in posthum. tom.* 1. *decis.* 552. *n.* 9. & Thesaurum in locis *in dict. decisione* allegatis.

Ex quibus concludenter resolvendum erit ; commissionem, * inhibitionem Regalem super tertia
106 appellatione à re judicata, aut tribus conformibus emissam retinendam in Senatu, cùm sit expedita contra utilitatem publicam, & præjudicium juris tertio quæsiti, ne illis utatur pars.

Et erit advertendum, quod inhibitiones (de quibus in singulis quatuor conclusionibus adscriptis à principio hujus cap.) * sunt retinendæ in
107 Senatu, ne illis aliquo modo utatur impetrans, juxta latè tradita *in* 2. *conclusione*, *cap.* 26. *à n.* 33. *cum seqq. hac.* 2. *part.* ne ex usu earum, & reproductione in Rota exoriantur damna intolerabilia præcavenda, & per Nos considerata ibid. *à n.* 51. *& seq.*

Tandem etiam annotandum erit, inter inhibitiones retinendas in Senatu * (quas hactenus à
108 principio hujus cap. retulimus) alia connumeranda erit, nempè inhibitio emanata super beneficio possesso & obtento ab aliquo exempto, cum in eo, & super omnibus litibus beneficii administrationem tangentibus jurisdictio privata sit Ordinarii, prout latè deduximus hac 2. *part. cap.* 15. *per totum ;* ubi à principio quod quævis commissio non subscripta propria manu Sanctissimi retinenda erit in Senatu causa hujusmodi Ordinario remissa. Et in specie quod inhibitio in hujusmodi casibus sit contra Decretum expressum Concilii Trid. ibidem videre poteris *à n.* 15 cujus verba retulimus.

CAPUT XXXII.

Delegato ex commissione non subscripta super appellatione (quæ verè non fuit emissa) procedenti in causa prout in prima vigore clausulæ (quam & quas) inclusa in eadem, vel super articulo separato, an obstet nova Tridentini dispositio, ita ut nihilo minus fiat per Senatum Ordinario remissio.

SUMMARIUM.

1 *Commissio impetrata super appellatione, quæ non fuit emissa, nulla est.*

2 *Ex commissione super appellatione, quæ non extat, potest procedi prout in prima instantia, si habeat clausulam* (quam, & quas.)

3 *Ita ut tunc sententia in gradu appellationis non existentis lata prout in prima, sit prima.*

4 *Clausula* (quam & quas) *amisit effectum suum ex Concilio Trid. ex qua non potest procedi prout in primâ, nisi commissio fuerit subscripta manu Sanctissimi.*

5 *Aliàs fraus Tridentin. Decreto, cùm facile foret impetranti extare legitimè appellatum asserere, ut obtineat commissionem cum clausula* (quam & quas) *& effugere judicium Ordinarii.*

6 *Clausula* (quam & quas) *sapit avocationem, & transfert in Delegatum tacitè jurisdictionem super tota causa principali.*

7 *Avocatio expressa non subscripta non tollit primam instantiam Ordinarii ex Concilio Trid.*

8 *Tacitum non potest plus operari quàm expressum, cum quo datur æqualitas tantùm.*

9 *Extentionis sive comprehensionis materia in rationis identitate fundatur, non in minoritate.*

10 *Ad superiorem nisi ex legitima appellatione non devolvitur causa ante diffinitivam, & appellatione non existente, perseverat Ordinarii instantia.*

11 *Clausulæ* (quam, & quas) *virtute non potest Judex procedere prout in prima, quando impetratur commissio super appellatione à diffinitiva, si de appellatione non constat, & de ratione fundamentali.*

12 *Rem judicatam non potest Princeps per rescriptum subvertere de ordinaria potestate.*

13 *Clausula* (quam, & quas) *Judex non procedit tanquam in prima etiam de jure communi, nisi deficiant appellatio, & sententia simul.*

14 *Clausula* (quam, & quas) *amittit effectum, quo procedebatur prout in prima, nisi commissio fuerit subscripta manu Sanctissimi ex novo Decreto Trident.*

15 *Per clausulam* (quam, & quas) *poterat Judex appellationis se intromittere in articulo separato & diverso, jure communi attento.*

16 *Hodie ex Trident. nullo modo, nisi commissio sit subscripta, quia requirit novum judicium, & novam instantiam tangentem Ordinario.*

17 *Clausula* (quam, & quas) *amittit suos effectus, si pars adversa non citetur ad dicendum contra commissionem.*

18 *Subscriptio manu Sanctissimi non præservat effectus clausulæ* (quam, & quas) *quibus in aliquo casu de jure privatur.*

19 *Clausula* (quam, & quas) *non tribuit jurisdictionem in causa principali, quando ab ea emissa fuit appellatio, quæ non apparet; secus quando fuit appellatum ab interloquutoria.*

20 *Et de ratione.*

INTER varios juris communis effectus à Neotericis attributos * huic clausulæ (*quam, & quas*) ille unus quod ejus virtute possit Delegatus ad causam appellationis datus nihilo minus procedere, prout in prima instantia, quando non constiterit appellationem fuisse emissam, quo casu licet regulariter commissio super appellatione (quæ re vera non extat, nec apparet interposita) sit nulla & inefficax, prout ex pluribus comprobavimus suprà *cap.* 31. *à n.* 56. *& seqq.* 1

Tamen quando in præfata commissione appellationis * non apparentis inest clausula (*quam, & quas*) posse insuper eundem judicem Delegatum procedere in causa prout in prima instantia, eo quod tacitè eandem primam instantiam Papa intelligitur avocasse ab inferiore, & in hunc Delegatum transfertur (ut statim *à nu.* 6. dicemus) affirmant nonnulli Doctores, & Rotæ decisiones, ut ex Sarnerio *in regula de infirmis resignant. quæst.* 34. *n.* 4. Achillis de Grassis *decis.* 14. aliàs 30. *commissa causa, n.* 1. *de rescriptis*, sequitur (licèt sub dubio, & scrupulo) Cæsar de Grassis *decis.* 8. *n.* 5. & Cæsar Barz. *decis. Bononiens.* 47. *in causa verten. te. n.* 37. & 38. Marchesan. *de commissionib. part.* 1. *de commission. appellat. in Rom. Curia, in verbo, nec non quam & quas, n.* 31. *in fin. & num.* 42. *fol.* 48. *in* 2. *præmissione.* Scaccia *de appellationib. quæst.* 3. *n.* 5. & 6. videndus *à n.* 3. August. Barbosa *clausula* 121. *nu.* 9. Maria *clausula* 120. *n.* 2. *part.* 1. Rota *in Romana Salviani interdict.* 14. *Decembris* 1596. coram Cardinale Lancelloto impressa per Marchesanum *de commissionib. part.* 1. *pag.* 62. & apud Seraph. *decis.* 124. *n.* 2. & 3. 2

Ita quod sententia lata in gradu appellationis, * quæ non apparet, nec extat, sustinetur tanquam in prima, & ac si in prima instantia lata fuerit, & uti prima sententia sustinetur, Achillis *dict. decis.* 14. Grassis *decis.* 5. *n.* 5. *de rescriptis.* Sarner. *dict. q.* 34. *n.* 5. *verf.* Et *hoc ulterius*; Seraphinus *decis.* 1241. *n.* 2. *& dec.* 1232. *n.* 3. Barbosa *dict. clausula* 121. *num.* 12. & fait dictum *in una Pacens. Canonicatus* 17. *Junii* 1615. coram Ubaldo Senior. impressa per Farinacium *decis.* 731. *n.* 5. *part.* 2. *recent.* declara tamen prout *à n.* 10. *& seqq.* 3

Hodie tamen ille nostræ clausulæ effectus penitus evanuit stante * nova dispositione Concilii Trid. *sess.* 24. *de reformatione, cap.* 20. quo expressè sublatæ sunt omnes avocationes in prima instantia, quæ propria manu Sanctissimi non sunt subscriptæ, adeoque si commissio appellationis legitimæ non subsistat, eo quod non constat de appellatione, aut de sententia interloquutoria continente gravamen irreparabile, vel diffinitivæ vim habente juxta determinationem ejusdem Tridentin. Judex ipse Delegatus non poterit se intromittere in causa, procedendo tanquam in prima, in præjudicium Ordinariæ jurisdictionis, & collitigantium ut diximus sæpè, nam ex hac via fieret notissima fraus Concilii Trid. Decreto * cum in facultate esset cujuslibet volentis effugere judicium, & hoc quæsito colore, primam Ordinarii instantiam evertere: quippe cùm agnoscat quod directè non potest id consequi, facilè ei foret fingere, & falsò supponere sententiam jam ab Ordinario latam, & appellationem à se emissam, ut obtineat commissionem cuilibet judici super ea; ad hoc ut virtute clausulæ (*quam, & quas*) liberè procedat, & cognoscat in prima instantia, quas fraudes jura non patiuntur, imò abhorrent; & quod una via prohibetur alicui, ad id alia admitti non debet, ex vulgari juris regula. 4 5

Tum etiam, quia si aliqua ratione Doctores citati, * *nu.* 2. & 4. hunc attribuunt effectum huic clausulæ (*quam, & quas*) ea potissimum; quia per eam tacita inducitur avocatio, & translatio jurisdictionis super tota causa & negotio principali, quia dicta clausula sapit avocationem à judice inferiori. Hondedeus *consil.* 27. *nu.* 44. & 45. Menochius *cons.* 787. *n.* 5. Aug. Barbosa *in clausula* 121. *n.* 14. & 15. & videndus *n.* 2. & 3. 6

Sed sic est quod nec expressa avocatio in prima instantia non subscripta * propria manu Sanctissimi potest hunc effectum operari, ut probat manifestè Concil. Trid. *dict. c.* 20. Ergo eo carere debet penitùs ista clausula, * quia tacitum non potest plus quam expressum operari, Beccius *consil.* 57. *num.* 24. Berojus *cons.* 134. *lib.* 1. Surdus *cons.* 28. *n.* 121. *post medium, lib.* 1. Gratianus *disceptation. forens. lib.* 5. *cap.* 133. *n.* 15. *& cap.* 649. *numero* 13. & *seqq. & cap.* 165. *nu.* 47. & 48. Surdus *decis.* 317. *à numero* 12. & *seqq.* 7 8

seqq. nonnullos alios citat Carleval. *in tract. de judiciis, disp. 2. sub num.* 600. Rota per Farinacium *in posthum. tom. 2. decis.* 495. licèt enim utri-
9 que effectus æqualis attribuatur, * non debemus tacitum ad majorem extendere, & protrahere, ut eleganter in similibus considerat Franchus *in cap. constit. super glos. fin. de election. lib. 6.* Immola *in l. si vero, §. de vero, ff. solut. matrim.* Socin. *conf. 9. n. 6. & seqq. lib. 3.* Aretin. *conf. 25. n. ult.* Cravet. *conf. 176. n. 2. l. 2.* Paz *de tenuta cap. 57. sub n. 283.* & est originale dictum Bald. *in cap. secundò requiris, n. 4. & 5. de appellat.* ut in qualibet materia comprehensibili nunquam fiat comprehensio casus, quo minor ratio versatur, cum tota materia extensionis sive compressionis in rationis identitate fundetur, non in minoritate: sicque majorem vim non debemus attribuere tacito, quàm expresso, cum ab hoc ut plurimum reguletur, ex vulgaribus, ac ideo sicut avocationem expressam non subscriptam reprobat Concil. Trid. in prima instantia; multò fortius tacitam subscriptione pariter carentem.

Tùm etiam, quia si ex Trident. *in dict. cap. 20.*
10 prohibitum est * adire superiorem ante diffinitivam nisi per viam appellationis legitimæ à diffinitivæ vim habente, vel damnum inferente irreparabile, ut ex eodem patet decreto; si non constat de appellatione legitima, necnon legitimè interjecta, nec item de sententia ipsa, ut intelligit Scaccia *de appellationib. cap. 3. num. 6.* cum Barzio *decis. 47. n. 37. & 38.* cùm hoc casu deficiat qualitas legitimans recessum, & sic adhuc jam maneamus in prima instantia Ordinarii, quæ nec etiam expresè advocanda erit absque subscriptione propriæ manus Sanctissimi; ergo nec per tacitam illa deficiente, & sic virtute dictæ clausulæ (*quam, & quas*) non poterit procedere in causa principali.

Quare obiter advertendum (in quo aliquan-
11 tulum confusè loquuntur citati DD.) * quod hujus clausulæ effectus relatus non potest ullo modo, etiam de jure communi verificari in commissione super appellatione à sententia diffinitiva, ut in eadem causa possit iterum procedi, tanquam in prima instantia, non constito de appellatione
12 emissa, quia si non fuit interposita; * sententia transtulit in rem judicatam ex juribus vulgaribus (quam nec Princeps de potestate Ordinaria potest evertere, nec per suum rescriptum resuscitare causam jam decisam, nec velle censetur, ut latè diximus suprà *cap. 31. à num. 63. cum seqq.*) igitur nec judex Delegatus poterit iterum se in causa finita intromittere; sed (de jure communi loquor) illa clausula deficiente appellatione, poterit sortiri effectum, quoad alias diversas causas, quæ ejus virtute intelliguntur Delegato commissæ, ut in prima instantia de illis cognoscat, latè Barbosa *claus. 121. à numer. 2. cum seqq.* At verò ad hoc ut in eamet causa operetur dicta clausula ad effectum procedendi in prima inst-
13 tantia, * præcisè requiritur quod simul deficiant appellatio, & sententia narratæ, in commissione; prout loquuntur & declarant Barzius & Scaccia *de appellat. cap. num. 6.* nam tunc de jure communi potest Judex cognoscere prout in prima instantia, & sic intelliguntur quæ suprà *n. 3.* aliàs non poterit procedere etiam de jure communi Judex juxta dictam declarationem, quæ jam de jure novo Concilii Trid. nequeunt prævalere,
14 nisi eadem commissio cum dicta clausula (*quam, & quas*) sit subscripta manu Pontificis, ut dictos effectus consequi & operari valeat prout dictum est, *num. 4.*

Inde etiam infertur quod licèt (jure communi attento) * ex commissione appellationis dictam 15
clausulam continente possit Delegatus cognoscere, & se intromittere super aliis articulis diversis, ut latè Barbosa *clausul. 121. n. 3.* hodie tamen nullatenus, nisi fuerit subscripta, quia cum articuli 16
diversi & separati à priori in judicium deducto pendente, & appellato, requirant novum, & diversum judicium, novam & diversam instantiam, hæc Ordinario omninò pertinet, à quo deficiente subscriptione propriæ manus Sanctissimi, nullatenus avocatur, ex eod. Trid. prout abundè diximus suprà hac 2. *p. c. 8. per totum, & c. 9. & c. 13.* quibus locis latè probata est hæc vera resolutio; igitur absolutè tenendum est quod in quolibet casu, quo detrahitur primæ Ordinarii instantiæ semper clausula (*quam & quas*) hodie amittit vires suas, suosque uberrimos effectus, eidem à jure communi attributos, quoties commissio, qua eadem clausula apponitur, non fuit subscripta propria manu Sanctissimi juxta noviorem dispositionem Concil. Trid. nec Judex Delegatus talis clausulæ virtute hodie potest extendere manus suas.

Notatur ulteriùs, quod etsi prædicta commis-
sio * cum dicta clausula (*quam, & quas*) sit sub- 17
scripta propria manu Sanctissimi, amittit suos effectus, & idem operatur, ac si non sit apposita; quando ad talis commissionis expeditionem non fuerit citata adversa pars, cujus interest, ad dicendum, & allegandum contra illam; prout etiam, quando non sunt servati termini substantiales soliti in judicio expeditionis, ut per Verall. *decis. 125. n. 2. part. 3.* Marchesan. *de commissionib. part. 1. pag. 201. n. 66. in ultima impressione.* Barbosa *dict. clauf. 122. nu. fin.* quoniam cum tunc etiam de jure communi * dicta clausula nihil operetur, 18
nec habeat dictos effectus, illi non supplentur per subscriptionem, quæ solùm solemnitatem adhibet illi, non autem immutat ejus naturam, nec in aliam novam influit, juxta quæ latissimè deduximus hac 2. *part. cap. 30. §. 2. à n. 15. cum seqq.* quia cùm sub dicta clausula, ii effectus non contineantur (ubi deficit ratio partis) illos non poterit attribuere, nec comprehendit subscriptio propria manu Sanctissimi, prout ibidem probavimus *à n. 17. usque ad finem.*

CAPUT XXXIII.

Litteras Apostolicas non subscriptas manu Sanctissimi avocatorias primæ instantiæ in causis tangentibus Tribunal Sanctæ Inquisitionis; an Senatus Regius examinet, ut eidem remittat Tribunali?

Et nunquid Rex Catholicus non solùm easdem litteras, sed & alias quaslibet expeditas in derogationem privilegiorum S. Inquisitionis retinere valeat tam ex sua Regalia generali, quam ex speciali indulto Apostolico munita?

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Senatus Regis nequit per viam violentiæ ad se trahere causas quomodolibet tangentes S. Inquisitionem.*

2 *Pro retentione litterarum ad Senatum recurritur per viam violentiæ.*

3 *Recursus pro retentione litterarum tangentium S. Inquisitionem comprehenditur in Decreto Regio prohibitivo.*

4 *Senatui Regio privativa datur facultas ex l. Regia examinandi litteras Apostol. in derogationem Conc. Trid.*

5 *Inquisitorum jurisdictio Delegata connexa est cum Ordinaria Episcoporum, quorum primam instantiam hæc præripuit.*

6 *Sub simplicibus casus mixtus comprehenditur, & quando, & seqq.*

7 *Senatus non privilegiatus pertinet foro privilegiato sui fori in rebus profanis.*

8 & 9. *Casus mixtus tunc in l. comprehenditur, quando de utroque simplici idem disponit, non quando de uno tantùm.*

10 *Leges Regiæ excitantes Senatum ad protectionem primæ instantiæ solum disponunt de ordinario, & non de instantia S. Inquisitionis.*

11 *Mixtum non comprehenditur sub simplici de quo lex disponat, si inter utrumque adest rationis diversitas.*

12 *Causa permissiva, & prohibitiva mixtim concurrentibus, hæc ut fortior ad se illam trahit, & attendit.*

13 *Generalis facultas data Senatui cognoscendi per viam violentiæ, patitur limitationem in causis S. Inquisitionis, quam Leges Regiæ novæ exceptas generaliter Senatum ad protectionem recipiunt.*

14 *Decretum Regium prohibens Senatui, & cæteris Cancellariis cognoscere per viam violentiæ de causis quomodolibet tangentibus Tribunal Inquisitionis, refertur ad litteram.*

15 *Concilium l. Inquisitionis cognoscit de violentiis illatis per sua Tribunalia, & judicem confiscationis ex Regio Decreto.*

16 *Regis Regalia est, minuere potestatem suis magistratibus datam, & ad libitum tollere, & alteri aggregare.*

17 *Regis immediata persona, an comprehendatur in suo Decreto prohibitivo causarum tangentium S. Inquisitionem, & an possit quaslibet litteras Apost. hujus generis retinere justa exsistente causa, & seqq.*

18 *Senatus personam Principis repræsentat.*

19 *Ad jus semel à se abdicatum & renuntiatum regressus denegatur.*

20 *Persona loquentis in dispositione non comprehenditur.*

21 *Nisi ibi subjecta materia aliud suadet.*

22 *Vel nisi eadem militet ratio in persona loquentis, quæ in alia.*

23 *Regis protectio cessat ubi Concil. Trid cessat & nec disposuit.*

24 *Inquisitores delegatam tantùm, non Ordinariam exercent jurisdictionem.*

25 *Delegata jurisdictio non comprehenditur in Tribunalibus præfatæ primam instantiam Ordinarii.*

Cautum convertunt verba legis, ejus dispositio colligatur, ibid. n.

26 *Rex Catholicus de jure, & ex recepto, munito indultis Apostolicis retinet, & examinat litteras infringentes jus & privilegia S. Inquisitionis, & seqq.*

27 *Regalia protectionis inseparabiliter inhæret Regiæ dignitati, maximè in tuenda fide.*

Rex Catholicus est protector unicus S. Inquisitionis, ibidem.

28 *Quam à se abdicare, aut renuntiare non potest, nisi simul Coronæ renuntiet.*

29 *Regaliam suam, & potestatem penes se residentem magis ostentat abdicatio, & avocatio causarum à suis magistratibus.*

30 *Tribunalia Regia nomine Regis, & precariò ab ipso exercent.*

31 *A Rege tanquam à fonte defluit potestas, & jurisdictio omnis, & ad eum refluit, & revertitur.*

32 *Rex non tam amplam potestatem aliis confert, quin sibi majorem non reservet.*

33 & 34. *Ex qua provenit sua Regalia abdicationis, & diminutionis exercitii à suis magistratibus.*

35 *In Decreto Regio prohibente causas S. Inquisitionis ad Senatum trahi per viam violentiæ excepta reperitur ipsa Regis persona.*

36 *Cui non adaptatur ratio prohibitionis ejusdem Decreti.*

37 *Ad examen litterarum Apostolicarum infringentium privilegia S. Inquisitionis Rex privatim exegit judentissimos Senatores, qui omni secreto Regem consulant de inconvenientiis.*

38 *Simanchas refertur, asserens Regem posse retinere litteras Apost. in præjudicium Inquisitionis, ex vi detentionis naturalis.*

39 *Regalia retentionis semper Rex utitur pro tuenda indultis S. Inquisitionis, ut ex pluribus exemplis hic infertis ostenditur, & seqq.*

40 *Pragmatica Regis Ferdinandi refertur, multis pœnis minatur quoslibet impetrantes litteras Apost. & illas etiam per Cedulones publicantes, infringentes jura S. Inquisitionis in quolibet instanti.*

41 *Provisio Regia refertur, qua mandat detineri litteras in causa S. officio pertinente, & ne publicentur, donec ab ipso Rege examinentur.*

42 *Ex Regis pragmaticis colligitur quondam retentionem litterarum tangentium S. Inquisitionem pertinere ad Senatum Regium.*

43 *Postea tamen dimanavit Decretum prohibitivum.*

44 *Rex Hispaniæ ubi absolutè nominat suum Consilium, sine alia demonstrativa, de Consilio justitiæ intelligit, ad differentiam aliorum Consiliorum, de quibus non loquitur sine speciali demonstratione cujuslibet.*

Analogum per se sumptum stat pro famosiori significato, ibid.

45 *Regiæ pragmaticæ insinuantes retentionem litterarum tangentium S. Inquisitionem pertinere ad Senatum Regium sunt anni 1527.*

Decretum autem prohibitivum, & abdicativum harum causarum, postmodum emanavit anno 1553. ibid.

51 *Referantur quamplurimæ provisiones Regis expeditæ in variis occasionibus ad impedendam executionem litterarum Apostolicarum expectatarum in Romana Curia in præjudicium primæ & superioris instantiæ S. Inquisitionis, vel infringentium ejus privilegia.*

52 *Rex Catholicus asserit se esse non solùm protectorem S. Inquisitionis Hispaniæ, sed patronum.*

Ejus Regis vox legis habet, & pro lege allegari potest, ibid.

53 *Epistola*

53 *Epistola Regis refertur directa Proregi Siciliæ, ne patiatur quaslibet litteras Apostol. contra Inquisitionem aut ministros exequi, donec ad se remissæ examinentur.*

54 *Rex Catholicus examinat & retinet litteras in derogationem privilegiorum Sanctæ Inquisitionis, non solùm ex vi suæ Regaliæ generalis, verùm ex indultis Apostol. jus ei attribuentibus, ut sine suo consensu nullæ hujus generis à Romana Curia expediantur, aut executioni detur.*

55 *Rex Catholicus uti protector Concilii Trid. in cap. causæ omnes, an poterit examinare litteras Apostolic. in derogationem primæ instantiæ S. Inquisitionis, & seqq.*

56 *Inquisitorum jurisdictio delegata conjuncta, est, & connexa cum jurisdictione Ordinarii, cujus participatione illa includitur in cap. causæ omnes, & seqq.*

57 *Causæ hæreticæ pravitatis Ecclesiasticæ sunt & ad Episcopum uti Ordinarium pertinentes.*

58 *Ordinariæ jurisdictioni per quaslibet delegationes generales, aut speciales in causis hæreticæ pravitatis Papa non intendit derogare, sed præservare, ut Delegatus cum Ordinario simul procedat.*

59 *Inquisitoribus non datur jurisdictio privativa, sed accumulativa cum Episcopo, ita ut unus sine altero procedere non possit.*

60 *Per delegationem causæ factam Inquisitori non derogatur jurisdictioni Ordinarii, & è contra.*

61 *Jurisdictiones duæ unitæ si sunt, una alterius naturam assumit.*

62 & 63. *Jurisdictio Ordinaria est naturalis, delegata accidentalis & odiosa, & utraque commixta, illa istam ad se trahit.*

64 *Natura actus si potest esse Ordinaria, & irregularis; fit interpretatio juxta naturam Ordinariam.*

65 *Ordinariæ jurisdictioni ne fiat præjudicium ex communione cum delegata Inquisitorum, utraque consideratur inclusa in cap. causæ omnes, quoad præservationem primæ instantiæ.*

66 *Revocabile ad nutum commixtum cum irrevocabili, efficitur irrevocabile.*

Ubi de mandato procuratoris dato in contractu irrevocabili, ibi.

67 *Procurator constitutus à Prælato in rebus suæ Prælaturæ, morte Prælati etiam re non integra extinguitur.*

68 *Secus si detur super re communi Prælati, & Capituli.*

69 *Jurisdictio revocabilis sui natura si cohæreat juri irrevocabili, efficitur irrevocabilis.*

70 *Inquisitorum jurisdictio avocabilis ex quo cohæret jurisdictioni Ordinarii, non avocabili, efficitur inavocabilis & per participationem includitur in cap. causæ omnes Trid.*

71 *Indultum Cardinalis Ordinarii de libera collatione in mensibus reservatis prodest Capitulo habenti simultaneam provisionem cum Cardinali.*

72 *Socius gaudet privilegio fori sui consocii in juribus inseparabilibus.*

73 *Minoris privilegio fori gaudet major consocius in inseparabilibus.*

74 *Privilegia Civitatis, seu Originis viri communicantur uxori ratione conjunctionis, & inseparabilitatis.*

75 *Persona inclusa in dispositione ratione connexitatis secum trahit personam exclusam, ut simul capiat.*

76 *In re individua quis non patitur præjudicium ratione communionis & societatis cum alio.*

77 *Jus patronatus Ecclesiasticum non comprehenditur in reservatione, aut avocatione quando reperitur mixtum cum patronatus laico.*

78 *Inquisitorum primæ instantiæ nullum afferri potest præjudicium, quin simul inferatur primæ instantiæ Ordinarii.*

79 *Propterea utrorumque avocatione non admittitur, cum uterque includatur in Trident.*

80 *Opinio sectantium jurisdictionem Inquisitorum esse Ordinariam reprobatur.*

81 *Opinio dicentium jurisdictionem Inquisitorum hodie accedere Ordinariæ, & carere imperfectionibus Delegatæ, & habere excellentias ipsius, ex connexione cum Ordinaria honestatur.*

82 *Inquisitorum cognitio tam in prima, quàm ulterioribus instantiis præservatur indultis Apostolicis vetantibus omnem recursum ad Romanam Curiam, sed solùm esse recurrendum ad Inquisitorem generalem Hispaniæ.*

83 *Rescriptum impetratum in quolibet instantia pertinente ad Inquisitionem Hispanam surreptitium declararunt Pontifices.*

Nisi ad ejus executionem, & impetrationem accedat consensus Regis Catholici, ibid.

84 *D. Joan. Alvarez de Caldas breve quoddam compendium fecit indultorum S. Inquisitionis, quæ tangunt ejus jurisdictionem.*

85 *Recensentur Bullæ Apostolicæ circa jurisdictionem Inquisitionis Hispaniæ tam in prima, quàm in aliis instantiis, & circa expurgationem librorum, cum seqq.*

86 *Alexand. III. eam extendit ad connexas, & dependentes ab hæretica pravitate.*

87 *Paulus III. declaravit suæ non fuisse intentionis derogare nec minuere, aut mutare de juribus antiquis pertinentibus Inquisitioni Hispanæ per suam novam erectionem Sanct. Inquisitionis Romanæ postmodum à se creatæ.*

88 *Julius III. omnem suam potestatem contulit Inquisitoribus Hispaniæ in causis quomodolibet eam tangentibus, ac si nihil in Sanct. Apostol. reservaretur.*

89 *Clemens VIII. ut indulta Apostol. Ad ea omnia extenderentur de quibus solita est cognoscere Hispana Inquisitio de jure, aut de consuetudine.*

Idem Pontifex commisit denuo Inquisitori Generali causam librorum expurgandorum, ibid.

90 *Litteras impetrandas in causis tangentibus Inquisitionem Hispaniæ declarat Alexand. VI. surreptitias & exequendas non esse.*

91 *Idem declaravit Clemens VII.*

92 *Consensus expressus Regis Catholici requiritur in impetratione, & executione litterarum obtentarum à Romana Curia contra jura Inquisitionis Hispanæ.*

94 *Sixtus V. tales litteras esse surreptitias deficiente consensu Regis, declaravit, & dat jurisdictionem Inquisitori Generali super examine librorum.*

95 *Paulus III. causam librorum cognoscendorum esse propriam Inquisitionis Hispaniæ in suo territorio, declaravit.*

Ubi quam plures aliæ Bullæ ad idem recensentur, ibidem.

96 *Bullæ Apostolicæ prohibentes recessum ab Inquisitione Hispaniæ in quolibet instantia, & recursum etiam ad Sed. Apostolic. in quibusvis negotiis.*

negotiis, & eorum dependentiis multæ recenſentur, & ubi inveniri poſſunt, à 96. uſque ad n. 109.

110 & 111. *Refertur Thuanus circa libertatem Eccleſiæ Gallicanæ.*

112 *Bulla Pauli III. multa ex ſupra dictis in unum redigens refertur ad litteram.*

113 *Rex Catholicus examinat, & retinet litteras impetratas contra indulta S. Inquiſitionis, & ejus primam, & uberiorem inſtantiam.*

114 *Regi Catholico ex Bullis Apoſtolicis datur privilegium, ut ſine ſuo conſenſu expreſſo, nec impetrentur, nec exequantur uti ſubreptitiæ litteræ in derogationem juris Sanct. Inquiſitionis Hiſpanæ.*

115 *Jus competens Regi de jure, & privilegio aut conſuetudine in rebus Eccleſiaſticis, Regalia ipſius eſt.*

116 *De qua cognoſcit inter Eccleſiaſticos.*

117. *Conſenſus Regis, ubi requiritur, litteræ ſine illo impetratæ in Senatu retinentur.*

118 *Rex Catholicus fatetur ſe patronum & protectorem Inquiſitionis Hiſpanæ eſſe.*

119 *Conſenſus per tertium præſtandus ex ſtatuto in actu minoris, aut mulieris eſt de forma & ſubſtantia actus.*

120 *Litteræ impetratæ in negotiis Inquiſitionis nullæ ſunt deficiente conſenſu Regis, ut declaravit Julius III.*

121 *Et ſunt ſurreptitiæ.*

122 *Surreptionem ſimplicem litterarum non agnoſcit Author pro legitima cauſa retentionis.*

123 *Surreptio litterarum influens in damnum publicum Regis, aut Regni, an Reipublicæ & Regiminis Eccleſiaſtici, legitima cauſa eſt ad retentionem earum.*

124 *Ex avocatione cauſarum maximè in prima inſtantia magnum infertur præjudicium Reipublicæ.*

125 *Ex avocatione cauſarum tangentium S. Inquiſitionem Hiſpanam oriri ſcandalum & novitatem aſſerit Rex.*

Regi aſſerenti de timore ſcandali ſtandum erit; ibid.

Ob ſcandalum vitandum, & novitatem litteræ Apoſtolicæ retinentur in Senatu, ibid.

126 *Reges Catholici ſemper occurrunt executioni litterarum Apoſtolic. in præjudicium S. Inquiſitionis, illaſque retinent.*

127 *Exemplaria quam plurima ad idem recitantur, uſque ad* 143.

144 *Libros à Sede Apoſtol. reprobatos Authorum Hiſpaniæ eo ſolo, quod tractent de juſtitia Regaliæ Regis in rebus Eccleſiaſticis; Rex non patitur ut in Hiſpania brevia publicentur, ſed retinet, ne exequantur, & ſeqq.*

145 *Inquiſitio Generalis Hiſpaniæ examinat & expurgat libros Hiſpanos independenter à Congregatione de indice Romano, & Magiſtro Sacri Palatii, quorum brevia pro libris expurgatis non exequitur, ſed novam expurgationem ſuo tantum nomine publicandam facit.*

146 *Per poſteriorem erectionem Sanct. Inquiſitionis Romanæ nihil detractum fuiſſe juribus competentibus Inquiſitionis Hiſpanæ, declaravit Paulus III.*

PRIOREM hujus difficultatis partem brevibus abſolvendam cenſeo, & abſque diſputatione negativè terminandam; Senatum nimirum Regium, (ſicut nec cæteras Cancellarias, & Audientias) minimè poſſe intromittere † per viam violentiæ in iis cauſis tangentibus S. Inquiſitionis Tribunal. His quippe Regio decreto inferius, *n.* 14. inferendum ad litteram, hoc expreſsè prohibitum, & vetitum ſtat, ne cauſæ hujus qualitatis, quæ omni ſecreto tractantur, & tractari licet, vulgo aſſiduè aſſiſtenti in Tribunalibus ſuperioribus Regalibus manifeſtè pandantur, quod non ſine maximo inconvenienti meritò cautèque vitando, fieri potuiſſet, prout ex aliis latiùs annotavimus *de Protect. Regia, 1. part. cap. 2. §. 5. à num. 5. cum ſeqq.* Et cùm pro litterarum retentione ad Senatum recurratur † per viam violentiæ, 2
ut probavimus ſup. 1. *part. cap. 16. à n. 23. cum multis ſequentibus.* Item & pro executione, & complemento Concilii Trident. adeſt expreſſa *l. 81. tit. 5. De los Preſidentes, lib. 2. Recopilation. in 3. tomo, & l. 62. titul. 4. del Conſejo del Rey, lib. 2. Recopil.* quas plenius exornavimus 1. *part. c. 14. à num. 26. cum ſeqq.* Sequitur, quod ſub generali prohibitione contineatur, ne Senatus; atque cæteræ Cancellariæ Regiæ, quibus vetitum eſt Regio decreto cognoſcere per viam violentiæ de quibuſvis cauſis quomodolibet tangentibus Tribunal S. Inquiſitionis; ſe intromittant in retentione litterarum Apoſtolicarum hujus generis, cùm pariter ad illas † per viam violentiæ ſimiliter de- 3
ferri expreſsè dicant dict. leges Regiæ, & Nos *dict. cap. 16. à numero* 32. Atque eadem militet ratio prohibitionis, & idem oriatur inconveniens ex harum litterarum delatione ad Tribunalia Regia.

Nec huic veriſſimæ reſolutioni univerſali, & conſtanti † praxi munitæ obeſt *l. Regia 79. tit. 4.* 4
lib. 2. Recopil. in 3. tomo. aliæque plures citatæ, & enucleatæ hac 2. *p. cap. 1. à num.* 28. Quibus ſpecialiter datur facultas Senatui huic ſupremo cognoſcendi, & examinandi litteras Apoſtolicas in contraventionem Conc. Tridentini præſervatis primam inſtantiam Ordinarii. Ex quarum diſpoſitione videtur inferendum, quod cum juriſdictio delegata Inquiſitorum ſimul ſit commixta cum juriſdictione Ordinarii in cauſis hæreticæ privatis, & propterea ratione connexitatis poſſe Regem † præ- 5
ſervare primam inſtantiam Inquiſitorum, ut altius examinatur, & reſolvitur inferiùs à *n.* 17. *& à n.* 55. *cum mult. ſeqq.*

Ita pariter idem attribuendum videtur Senatui Regio, cui licèt aliàs ſimpliciter Regio decreto vetitum ſit & prohibitum, & de cauſis tangentibus S. Inquiſitionem non per viam violentiæ cognoſcere; & permiſſum reſpectu Ordinarii, & ejus primæ inſtantiæ, tamen ratione connexitatis, & inſeparabilitatis poterit de eis per viam violentiæ, & retentionis cognoſcere, quia in caſibus mixtis, & connexis † cauſa permiſſiva trahit ad ſe cau- 6
ſam prohibitivam, & ſub ſimplicibus caſus mixtus comprehenditur, *l. 2.* & ibi Gloſ. in princip. *de verbor. obligat.* Gloſſa *in c. 1. Inſtit. de actionibus.* Et quia ſocius non † privilegiatus ratione cauſæ 7
individuæ potitur foro privilegiato ſui ſocii, ut inferiùs dicetur *à n.* 72. *& à n.* 62. *cum ſeqq.* Ergo Regius ſaltim ad præſervandam primam inſtantiam Tribunalis S. Inquiſitionis, ſicut Ordinarii, cui illa unita, & incorporata eſt (ut inferiùs dicetur) poterit litteras Apoſtolicas examinare non obſtante Regia generali prohibitione, in qua caſum mixtum non includi diximus.

Sed huic objectioni facilè occurres, ſi conſideres quòd dictæ leges Regiæ † dum excitant 8
Senatum ad protectionem Concilii Trid. & præſervationem primæ inſtantiæ Ordinarii; diſponunt duntaxat de uno caſu ſimplici, unde non procedit reguia ſupra dicta, quod ſub ſimplicibus caſi-

casibus mixtus comprehenditur; ut etenim illa locum habeat, necesse est, quod lex de utroque simplici, ex quibus mixtum componitur, idem disponat, text. est *in l. si ita facta, ff. de injusto*
9 *rupto testam.* ubi Bart. & Imola notarunt, † quos sequitur Jas. *in l. 2. in princip. n. 5. ff. de verbor. oblig.* ubi Alciatus *n.* 15. Gallula *n.* 21. Petrus Surdus *decis.* 53. *num.* 27. & idem Surdus quam plurimos DD. laudans *in decisio.* 329. *num.* 24. ita ait: *Præterea quod dicimus in favorabilibus contineri mixtum, procedit solùm, quando de utroque simplici facta est mentio in statuto, non quando statutum de uno tantum simplici disposuit, quia eo casu licèt statutum sit favorabile, non includit mixtum, ita loquitur l. ita scriptum in princip. ff. de liberis & posthum. nam de ambobus simplicibus fuit ibi dispositum, ut advertit Bartol. in princip. Imola in fin. & Jas. col. 1. in fin. & ita declarat Bart. in l. Gallus, §. & quid si tantum, col. 2. vers. Secundo casu, ff. de liberis & posth. ubi Angelus col. 2. vers. Secunda conclusio. Jasson. n. 24. versic. Quarto fallit Ruinus in ejus repetitione, n. 69. Crotus qui dicit communem, n. 68. Alexand. Socinus, & Claud. in leg. 2. in princip. ff. de verbor. obligat. Cumanus & Alexand. in l. Titia textores, ubi Jasson. in 5. notab. de ff. legatis 1. alios citat Craveta in cons. 942. n. 15. Lamberteng. de contractib. eorum qui sine certa solemnit. gloss. 2. n. 5. &c.*

Unde fit, quod cùm dictæ leges Regiæ solùm
10 de prima instantia † Ordinarii præservanda disponant, & sic de uno simplici duntaxat, & nihil loquantur de instantia S. Inquisitionis, manifestè sequitur; quod Senatus, cui est specialiter prohibitum Regio decreto se in iis causis intromittere, minimè poterit examinare litteras avocatorias primæ instantiæ S. Inquisitionis, quamtumvis sit connexa & commixta cum instantia Ordinarii, cùm, ut probavimus, leges Regiæ non extendantur ad casum mixtum. Et maximè
11 ubi inter casum mixtum, & simplicem, † de quo lex disponit, reperitur rationis diversitas, non identitas, quoniam ratio prohibitionis in causis S. Inquisitionis, atque inconveniens consideratum sup. *num.* 1. non militat, nec versatur in simplicibus causis solius Ordinarii, quo casu mixtum non comprehenditur sub lege de simplici loquente, Alexander *in l. si extraneus in fin. ff. de conditione ob causam*, *Decius cons.* 333. *n.* 2. Ruinus *cons.* 167. *n.* 20. *vel* Hieron. Gabriel *cons.* 197. *n.* 6. *volum* 1. Aymon Craveta *cons.* 941. *n.* 31. ubi alios citat. Petr. Surd. *dec.* 174. *à n.* 15. *& dec.* 329. *num.* 19.

Deinde quoniam leges Regiæ non solùm non disponunt idem in utroque simplici, sed imò contrarium, in uno prohibendo, & in altero per-
12 mittendo: † at quando causa prohibitiva, & permissiva mixtim, & inseparabiliter concurrunt in eodem subjecto, illa ut potentior, & fortior in totum operatur, & ad se trahit causam permissivam, abundè ex singularibus doctrinis comprobavimus *de protect. Regia. 2. p. c. 7. à n. 1. cum multis seqq. à n. 44. cum seqq.* Ideòque quantumvis prima instantia & jurisdictio S. Inquisitionis commixta sit cum jurisdictione & instantia Ordinarii; ad Senatum trahi nequit stante Regia prohibitione universaliter abdicativa, quæ ad se trahit permissivam admixtam.

13 Et denique fulcitur hæc † negativa pars, quia amplissima & universalis illa facultas competens Senatui, cæteris que Cancellariis, & Audientiis Regiis, cognoscendis per viam violentiæ (cujus genere includitur retentio litterarum Apostolicarum, ut sup. *n.* 2.) hanc patitur limitationem ex Regio decreto, nempè in omnibus causis tangentibus quomodolibet S. Inquisitionem, eamdem etiam patiuntur leges Regiæ prætatæ, generaliter & simpliciter atque indistinctè provocantes Senatum ad præservationem primæ instantiæ Ordinarii, ex pluribus doctrinis adductis 1. *part. cap.* 10. *sub num.* 68. *& hac* 2. *part. cap.* 5. §. 3. *num.* 5. Quod quidem decretum certissimum est, & præ oculis habet semper Supremus hic Senatus, qui nullo modo admittit, ne ad illum trahantur causæ quomodolibet tangentes S. Inquisitionem per viam violentiæ, nec ad retentionem, aut remissionem pertinentes in obsequium, & observationem Regii decreti, cujus licet plures Doctores à nobis laudati *de Regia protect.* 1. *part. cap.* 2. §. 5. *à n.* 5. meminerint, id tamen quia facilè quæ manibus non habetur, hìc inferere libuit, ut de cætero cunctis pateat.

El Principe.

PResidente, y los del Consejo del Emperador y Rey mi sennor, Presidentes y Oidores de sus Audiencias y Chancillerias, Alcaldes de su Casa Corte, y Chancillerias, Asistente, Governadores, Corregidores, Alcaldes, y otros qualesquier jue- 14
zes y justicias, de todas las Ciudades, Villas y lugares destos Reinos, y Sennorios, y otras qualesquier personas de qualquier estado y condicion que sean, à quien lo contenido en esta mi cedula toca, y atanne, y atanner puede en qualquier manera; salud y gracia. Sepades, que su Magestad fue informado, que estando proveido y mandado por muchas cedulas de los Reyes Catolicos de gloriosa memoria, y otras de su Magestad, que ningunas justicias seglares se entremetiessen directa, ni indirectamente à conoçer de cosa, ni negocios algunos tocantes al Sancto Oficio de la Inquisicion, y bienes confiscados, y incidentes y dependientes dellos, assi civiles como criminales: pues por su Santidad, y por su Magestad estan diputados Juezes, que en todas las instancias puedan conocer y conozcan de las dichas causas, y que las que dellas ante ellos veniessen, las remitiessen con las partes à los venerables Inquisidores y Juezes de bienes confiscados, à los quales pertenece el conocimiento dellas, y revocassen, y pusiessen qualquier provision, ò mandamiento que sobre la dicha razon huviessen dado, pues podian las partes que se sintiessen agraviados de los Inquisidores, ò Juezes de bienes, occurrir à los de su Consejo de la Santa y General Inquisicion, que en su Corte residen, adonde ses les haria entero cumplimiento de justicia. Agora de poco tiempo à esta parte no se guardava ni cumplia lo assi proveido, y mandado, y algunas de las justicias seglares se entrometian a conocer de los dichos negocios, è impedian à los Inquisidores, è juezes de bienes por diversas vias, que no pudiessen administrar en ellos justicia. De lo qual seguia mucho estorvo è impedimento al buen exercicio del Sancto Oficio, y desautoridad à sus Ministros, y continua competencia de jurisdicion: y queriendo su Magestad remediar y atajar todo lo sosodicho, y que no se haga agravio, ni impedimento alguno al Santo Oficio de la Inquisicion, y Ministros dél, mayormente en estos tiempos que es tan necessario; mandò que se viesse y platicasse sobre ello, y se proveyesse como cessasse de aqui adelante las dichas diferencias y competencias de jurisdicion, pues es

cosa

cosa que tanto importa al servicio de Dios y soyo. Para lo qual yo mandè juntar algunas personas, assi del Consejo Real, como del Consejo de la General Inquisicion; los quales aviendo visto las dichas cedulas que de suso se haze mencion, y platicado en lo que cerca dello convendria proveerse. Y aviendolo consultado conmigo, fue acordado, que debia mandar dar la presente para vos en la dicha razon, y yo tuvelo por bien. Por lo qual, ò por su translado signado de Escrivano publico, mando, que de aqui adelante, en ningun negocio, ò negocios, causa, ò causas civiles, ò criminales, de qualquier estado, ò condicion que sean, ò sean que al presente se traten, ò de aqui adelante se trataren, ante los Inquisidores, ò juezes de bienes destos Reinos y Senorios, è incidentes, è dependientes en alguna manera de los dichos negocios y causas, que ante los dichos Inquisidores y Juezes de bienes, ò alguno dellos al presente se traten, ò de aqui adelante se trataren, vos, ni alguno de vosotros se entrometa por via de agravio, ni por via de fuerça, ni por razon de dezir no aver sido algun delito en el Santo Oficio, ante los dichos Inquisidores suficientemente punido, ò que el conocimiento del dicho negocio no les pertenece, ni por otra via, causa, ni razon alguna, à conocer, ni conozca, ni dar mandamientos, cartas, cedulas ò provisiones contra los dichos Inquisidores, ò juezes de bienes sobre absolucion, ò alçamientos de censuras, ò entredichos, ò por otra causa, ò razon alguna, sino que dexeis, y cada uno de vos dexe proceder libremente à los dichos Inquisidores, y Juezes de bienes, à conocer y hazer justicia; y no les pongais impedimento, ni estorvo en manera alguna, pues si alguna persona, ò personas, pueblo, ò comunidades, se sientiere, ò sientieren agreviado, ò agraviados de los dichos Inquisidores y Juezes de bienes, ò de alguno dellos, pueden tener y tienen recurso à los del nuestro Consejo de la Santa y General Inquisicion que en la nuestra Corte reside, para deshazer y quitar los agravios que de los dichos Inquisidores y Juezes de bienes, ò alguno dellos huviessen hecho, desagraviando à los que hallaren ser agraviados, y absolviendo y alcando las censuras y entredichos conforme à justicia, y consultando con su Magestad y conmigo los negocios que convengan, y despachar para el buen expediente dellos las provisiones y cedulas Reales que sean necessarias: à los quales del dicho nuestro Consejo de la Santa y General Inquisicion, y no à otro Tribunal alguno, se ha de tener el dicho recurso, pues solos ellos tienen facultad en lo Apostolico de su Santidad, y Sede Apostolica, y en lo demas de su Magestad, y de los Reyes Catholicos nuestros visabuelos de glorioſa memoria, para conocer y deshazer los agravios que los dichos Inquisidores, y Juezes de bienes, ò alguno dellos hiziere, ò hizieren: y assi mandamos se guarde y cumpla de aqui adelante todo y por todo, segun y como dicho es; que si sobre los dichos negocios de que los dichos Inquisidores y Juezes huvieren empeçado à conocer, ò y yà que no ayan empeçado à conocer, perteneçca el conocimiento dellos à los dichos Inquisidores y Juezes alguna persona, ò personas, pueblos, ò comunidades, ò alguno de nuestros Fiscales, à vos, ò alguno de vos recurriere, lo remitais, y remitid, sin entrometeros à conocer dellos à los dichos Inquisidores y Juezes, con los del dicho nuestro Consejo de la General Inquisicion: y si hasta agora huvieredes en alguno de los dichos negocios procedido, ò hecho autos algunos, ò dado mandamiento, ò mandamientos, provision, ò provisiones, los repongais y deis por ningunas, y no fagades, ni alguno de vosotros faga ende al, porque assi conviene al servicio de nuestro Sennor, y de su Magestad; y esta es su voluntad y mia, y de lo contrario nos teniamos por desservidos; è derogamos, è revocamos todas y qualesquier cedulas que hasta aqui ayan sido dadas, que sean en algo contrarias à lo susodicho, ò que contengan otra orden y forma de lo en esta mi cedula contenido. Fecha en la Villa de Madrid à diez de Marnido. Fecha en la Villa de Madrid à diez de Março de mil y quinientos y cincuenta y tres annos. *Yo el Principe.* Por mandado de su Alteza. *Juan Vazquez.*

Ex hoc decreto unum obiter notabile, & ponderatione dignum non omittam, † colligendum 15
ex ejus verbis, ibi: *Vos, ni alguno de vosotros se entrometa por via de agravio, ni por via de fuerça;* junctis illis quæ consecutivè, & per viam rationis relativè ad proximè præcedentia subsequuntur: *Pues si alguna persona ò personas, pueblo, ò comunidades se sintiere, ò sintieren agraviado, ò agraviados de los dichos Inquisidores, ò juezes de bienes, ò de alguno dellos pueden tener y tienen recurso à los del nuestro Consejo de la Santa y General Inquisicion, que en la nuestra Corte reside, para deshazer y quitar los agravios, &c. A los quales dicho nuestro Consejo de la Santa y General Inquisicion, y no à otro Tribunal alguno se ha de tener el dicho recurso, pues solos ellos tienen facultad en lo Apostolico de su Santitad, y en lo demas de su Magestad, y de los Reyes Catolicos nuestros visabuelos de glorioſa memoria, para deshazer los agravios que los dichos Inquisidores, y Juezes de bienes hizieren, &c.* Quòd Rex Catholicus ab universali & generali facultate concessa suo Senatui Supremo cæterisque Cancellariis Regiis cognoscendi per viam violentiæ, ademit has causas quomodolibet tangentes Inquisitionem eamdemque facultatem transtulit in suum Consilium Supremum S. Inquisitionis; saltim in iis violentiis perpetratis ab Inquisitoribus inferioribus, & Judicibus bonorum confiscatorum. Omnia enim Regia Tribunalia precariò à Rege habent potestatem, † cujus est suprema Regalia 16
illam minuere, dismembrare, & ad libitum tolerare, & unum, vel alterum genus causarum, seu personarum ab uno adimere Magistratu, & alteri aggregare, & concedere. Cui ponderationi innumerabiles penè & singulares doctrinæ applicandæ erant, quas longa manu in his terminis accuratè congessimus suprà 1. *part. c.* 14. *per totum.*

Jam pedetentim labimur in secundam partem 17
nostræ principalis quæstionis, † quæ respicit personam immediatam Regis nostri Catholici: an saltim ipse poterit retinere litteras Apostolicas impetratas in contraventionem privilegiorum S. Inquisitionis, & avocatorias primæ ejus instantiæ, aliarumvè quarumlibet, in quibus justa, & legitima subsit causa ad earum executionem suspendendam, & supplicandum Sanctissimum, est quod ipse Rex Catholicus à suo Senatu Regiisque Cancellariis hanc facultatem penitus ademit, & abdicavit.

Hæc quæstio longiori, & accuratiori pro rei 18
qualitate, & gravitate † eget examine, in qua pro parte negativa plurima non contemnenda urgent. Primum, quoniam ex prohibitione harum causarum directa suo Senatui (Regis per-

ſonam repræſentanti ex juribus, & doctrinis abundè congeſtis 1. *p. cap.* 3. §. *unico*, *à nu.* 60. *cum ſeqq.*) infertur ad abdicationem totalem hujus Regaliæ à ſuamet perſona Regia, abſoluta enim eſt, & indiſtincta prohibitio; ergo ad jus ſemel à ſe abdicatum, † & renuntiatum amplius nequit redire, ad *l. quæritur*, §. *ſi venditor*, *ff. de ædilitio edicto*, *l. fin. ff. de remiſſione pignoris*, *ſi quis itaque inſtitut. de bonor. poſſeſſion. cap. ex tranſmiſſa*, *de renuntiatio. cap. ex ore de privilegiis*, *cap. quam periculoſum*, 6. *quæſt.* 1.

Secundò, quia licèt regulariter perſona loquentis
19 non comprehendatur † in generali diſpoſitione, *l. Inquiſitio. C. de ſolutionibus*, *cap.* 1. ubi Gloſſa ult. *de prohibita feudi alienat. per Federic.* & argum. *l. quidquid*, *ff. communia prædior.* Surdus *conſ.* 152. *n.* 5. Gratianus *diſceptatio. forenſ. to.* 4. *cap.* 771. *n.* 5. Menochius *conſ.* 142. *n.* 23. Sebaſtian. de Medicis *de reg. jur. regula* 1. *verb. Perſona loquentis*, *n.* 85. plenè Nicol. Vand. *ſingul.* 43. *per totum*, præcipuè *à n.* 7. *& ſeqq.*

20 Tamen ubi ſubjecta materia † aliud ſuadet, perſona loquentis incluſa cenſetur in eadem diſpoſitione, Cynus *in dict. l. Inquiſitio*, *C. de ſolutionib.* Craveta *conſil.* 274. *poſt. n.* 12. cum aliis per Menochium *de præſumptionibus*, *lib.* 3. *præſumpt.* 44. *n.* 27. Atque etiam comprehenditur, quando eadem
21 † militat ratio in perſona loquentis, quæ in alia, Salicetus *in dict. l. Inquiſitio.* Cagnolus *in l. frater à fratre*, *num.* 114. *ff. de condict. indebiti*, Antonius Gabriel. *commun. concluſion. tit. de verb. ſignificat. concluſ.* 9. *numer.* 7. Menochius *dict. præſumpt.* 44. *num.* 28.

In hoc igitur cauſarum genere, & ſubjecta
22 materia, & rationis identitas † id ipſum ſuadent, nam ſi prohibitio decreti, ne negotia tangentia S. Inquiſitionem (quæ omni ſigillo & ſecreto geruntur) ad Tribunalia Regia trahantur: ob id fit, ne arcana S. Tribunalis pandantur: idem inconveniens adaptatur Regio perſonali examini, maximè cùm in eiſdem nihil decernat ſine Conſilio ſapientium à ſe ſpecialiter electorum, ut inferiùs. Ergo idem jus ſtatuendum, & ad ipſum Regem extendenda erit ſua generalis ptohibitio, & ademptio.

Tertiò probatur, nam quidquid ſit de alio quo-
23 libet genere † retentionis litterarum Apoſtolicarum, urgente juſta, & rationabili cauſa ad earum ſuſpenſionem, tamen litteræ avocatoriæ primæ inſtantiæ S. Inquiſitionis, nec ab ipſo Rege ut protectore Concil. Trid. retineri poſſunt, nec cauſa S. Inquiſitioni remittenda, nam Regis protectio ceſſat, ubi Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 20. *cauſæ omnes*, ceſſat; & non diſponit prout abundè diximus ſup. hic 2. *p. c.* 4. *n.* 5. *& ſeqq.* & alibi ſæpè: ſed prædictum Trid. decretum Ordinarii duntaxat primam inſtantiam præſervat, ibi. *Cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes in prima inſtantia coram Ordinariis locorum duntaxat cognoſcatur*, *&c.*

Ergo excludit Inquiſitores, qui non Ordinarii
24 ſunt, ſed merè Delegati à Sede Apoſtolica, † & Delegatam duntaxat, non Ordinariam exercent juriſdictionem text. eſt *in cap. per hoc*, *de hæreticis*, *lib.* 6. Abbas *in cap. excommunicamus el.* 1. *n.* 13. *de hæreticis*, & ibi etiam Marian. Socin. *n.* 70. Decius *in c. cauſam*, *num.* 10. *de officio Delegati*, Alciat. *in rubrica*, *n.* 19. *officio Ordinar.* Simanchas *de Catholic. inſtitut. tit.* 34. *num.* 13. Director. Inquiſitor. *part.* 3. *quæſt.* 4. & ibidem Penia *commento.* 53. Paramus *de origine Officii S. Inquiſitionis*, *lib.* 3. *q.* 2. *nu.* 37. Molina *de juſtitia & jure*, *to.* 6. *diſp.* 28. *n.* 1. Petr. Barboſ. *in l. cum prætor.* §. 1. *n.* 44. & 51. *cum ſeqq. ff. de judiciis*, Aug. Barboſ. *in remiſſione ad c. per hoc*, *de hæreticis*, *à num.* 4. *cum ſeqq.* plurimos refert. Narbona *in tom.* 3. *Recopil. lib.* 4. *tit.* 1. *l.* 20. *gloſ.* 22. *n.* 79. Zanardus *in director. Theologo. part.* 2. *præcepto.* 1. *cap.* 6. Moſcovius *de majeſtate militantis Eccleſiæ lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 11. Homobonus *de ſtatibus*, *part.* 1. *cap.* 8. Torreblanca *de Magia*, *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 2. 11. & 12. cum Molina *de juſtitia & jure*, *tom.* 5. *tract.* 5. *diſputat.* 29. *n.* 7. Souſa *in Aphoriſmo Inquiſitor. lib.* 1. *cap.* 2. *per totum*, Diana *moral. reſolut.* 4. *part. tract.* 8. *reſolutio.* 1. Gloſſa *in cap. accuſatus*, §. *ſanè*, *verbo*, *Manifeſtè*, *de hæreticis*, *lib.* 6. ſumma Roſell. *verbo Hæretici*, *n.* 3. Sylveſter. *verbo*, *Hæreticus*, §. 2. *num.* 5. Squella cenſ. *de Fide cap.* 58. *n.* 1. Rojas *ſingular.* 110. *n.* 1. & 2. Decianus *in practica criminal. lib.* 5. *cap.* 23. *n.* 9. Pegna ad Eymericum. *in directorio*, *part.* 2. *quæſt.* 42. *commentario* 67. Torreblanca *de jure ſpirituali*, *tom.* 1. *lib.* 15. *cap.* 3. *à num.* 5. *cum ſeqq.* & ex nonnullis ex allegatis noviſſimè Eſcobar. *de puritate & nobilitat. probanda*, 1. *p. quæſt.* 6. §. 2. *n.* 24. & 25.

Ergo ſi Inquiſitores ſunt Delegati ſub diſpoſitione Concilii Trid. *in d. c. cauſæ omnes*, quòd tantum Ordinarium Judicium † primam præſervat 25
inſtantiam; non includuntur; & per conſequens Regis protectio ceſſare debet, cum litteræ Apoſtolicæ avocatoriæ cauſarum S. Inquiſitionis in prima inſtantia Tridentini decretum (cujus eſt protector) non percutiat, quia cui non conveniunt verba diſpoſitionis, diſpoſitio non adaptatur, *l.* 4. §. *toties*, *ff. de damno infecto*, *l. quod conſtitutum*, *ff. de militari teſtam.* Caſtillo *controverſ. lib.* 5. *cap.* 82. *à principio.*

Iis tamen & aliis minimè obſtantibus, contrarium erit conſtanter † affirmandum, nimirum de 26
jure munito quotidiana praxi, & uſu, necnon indulto Apoſtolico, poſſe Regem noſtrum Catholicum ſua Regalia retentionis litterarum uti in quibuſlibet cauſis tangentibus S. Inquiſitionem, 33
in quibus urgeat neceſſitas, & cauſa legitima ſubſiſtat, ita ut ſua Regalis perſona nullatenus ſit incluſa, nec aliter comprehenſa in ſuo decreto prohibitivo, & abdicativo harum cauſarum, de 34
quo ſupra *n.* 14. Conſtans eſt etenim † hujuſmodi 27
Regaliam protectionis inſeparabiliter inhærere Regiæ dignitati indiſtinctè quoad omnes ſuorum Regnorum vaſſallos, maximè Eccleſiaſticos, dogmata Orthodoxæ Fidei, & Catholicæ Religionis, 35
ſicuti abundè probavimus 1. *p. c.* 1. *per totum*, *&* 2. *p. c.* 2. *& de Regia protect. tom.* 1. *p.* 1. *c.* 1. *à principio.*

Et in ſpecie probatur ex Regio decreto infrà tranſcripto, *nu.* 51. quo ſe vocat Rex protectorem S. Inquiſitionis, & *in lib.* 4. *conſultationum Supremi Conſilii S. Inquiſitionis fol.* 114. adeſt decretum noſtri Regis Catholici ſuper apprehenſione Brevis Imperati per Capitulum Cathedralis Valentinæ, adverſus Inquiſitorem Generalem inter alia, ita Rex ait. *Porque como Protector que ſoy del Santo Oficio y que tanto debo attender à la conſervacion de ſu juriſdicion*, *&c.* Ac pariformiter ipſum Conſilium ſupremum in quamplurimis conſultationibus factis Regi eumdem aſſiduè fatetur protectorem unicum S. Inquiſitionis, ut ex *d. lib.* 4. *conſultationum*, *fol.* 17. *fol.* 59. *& fol.* 152. & aliis multis conſultationibus ejuſdem *lib.* 4. hoc idem apparebit. 36

Et idcò infixa eſt, & adhæret hæc protectio-
nis Regalia uniba[illegible] Regiæ Coronæ; ut ſit ab 28
ea

ea inſeparabilis, quam ipſe Rex à ſe abdicare nequit, nec renuntiare, niſi ſimul ipſi Coronæ renuntiet, & à ſe abdicet, ex copioſè per Nos ſcriptis ſup. 1. *p. cap.* 1. *à n.* 102. *cum multis ſeqq.* omnino videndis, & præſenti articulo applicandis.

Qua proper in ſuo decreto prohibitivo, & abdicativo harum cauſarum † à ſuo Senata, & Regalibus Cancellariis, Regia perſona includi non poteſt, quia ſubjecta materia protectionis, & recurſus id nec ſuadet, nec abdicationem hanc permittit: illa quippè abdicatio, ſeu inhibitio, & avocatio facultatis à ſuis Magiſtratibus, & Tribunalibus majorem ſuæ Regaliæ, juris, & poteſtatis penes ſe remanentis oſtentant, ad latè tradita, & ſignanter cumulata in propoſito, ſuperiùs 1. *p. cap.* 14. *per totum.* 29

Deinde quia omnia Tribunalia Regia, & Magiſtratus † nomine Regis, & precario ab ipſo Rege exercent, ut *in d. c.* 14. *n.* 30. *cum ſeqq.* Abſurdum quippè foret, quod dominus ex revocatione mandati amitteret jus ſuum in re mandata, non dominus precarium revocans, contra omnia juris principia. 30

Nam eodem modo, quo † ab ipſo Principe tanquam à fonte poteſtas defluit, ita ad eum refluit, & reverritur ex copioſè congeſtis per Gonçalez *de menſib. & alternat, in* §. 1. *proœmiali, à n.* 9. *cum ſeq.* Giurba *conſ.* 52. *n.* 24. & *conſ.* 59. *n.* 3. 31

Rex etenim non tam amplam facultatem ſuo Senatui, & Magiſtratibus concedit; quin ſibi † majorem reſervaverit poteſtatem, *c. ducum* & ibi Gemina. *n.* 5. *de præbendis in* 6. Bald. *conſ.* 326. *ad fin. vol.* 1. Anchar. *conſ.* 28. Pariſ. *conſ.* 83. *n.* 15. *vol.* 4. Camil. Bore. *conſ.* 86. *n.* 15. latè Covarr. *practic. quæſt.* 4. Natta. *conſ.* 405. & *conſ.* 408. *n.* 7. & copioſius *in conſ.* 487. Flami. Carta. *deciſ.* 68 *n.* 2. Jacob. Gall. *conſ.* 105. *n.* 25. Alba *conſ.* 61. *n.* 17. & *conſ.* 64. *n.* 87. Peregrin. *tract. varii, lib.* 1. *n.* 74. & *conſ.* 1. *n.* 12. *vol.* 1. Cephal. *conſ.* 539. *n.* 51. Berojus *conſ.* 74. *n.* 3. *vol.* 1. & *conſ.* 156. *n.* 8. *vol* 3. Giurba *conſil.* 59. *n.* 13. Inde inferens, quod ex poteſtate remanente, & perſeverante † in Rege provenit ſuppreſſio, & abdicatio, ſeu diminutio facultatis & exercitii à ſuis Magiſtratibus; ex Reuſnerio, *deciſ.* 21. *n.* 26. *p.* 4. 32

Quod ſi ex ipſa confeſſione † facultatis (quæ magis apta eſt ad abdicationem juris, & poteſtatis concedentis) Regis poteſtas præſervatur; quantò magis præſervata cenſebitur ex revocatione facultatis conceſſæ, & abdicatione, quæ ſui natura apta eſt & deſtinata ad juris attractionem, & conſolidationem. Quò tendunt & clarè judicant † illa verba ejuſdem Regii decreti prohibitivi paulò poſt medium: *Pueden tener y tienen recurſo à los del nueſtro Conſejo de la Santa general Inquiſicion, que en la nueſtra Corte reſide, para deshazer y quitar los agravios, que los dichos Inquiſidores, y Juezes de bienes, ò alguno dellos huvieſſen hecho, deſagraviando los que hallaren agraviandos, y abſolviendo y elcandolas cenſuras y entredichos, conforme à juſticia, y conſultando con ſu Mageſtad, y comigo los negocios que convengan, y deſpachar para el huén expediente dellos las proviſiones y cedulas Reales que ſean neceſſarias, &c.* Quibus oſtenditur apertè ſupremam illam majoriam, & Regaliam protectionis penes Regalem perſonam remanere, & præſervatam eſſe quæ nullo modo includi poteſt in prohibitione generali. 33 34 35

Nec ad id rationis, & inconvenientis identitas conſiderata † in ſecundo argumento, *n.* 21. & 22. perſonæ Regis, ſicut aliis, adaptari poteſt, nec attendi (ablit) quoniam in Regiis Tribu- 36

libus continuò aſſiſtit multitudo litigantium, & officialium, quarum præſentia infringit ſecretum harum cauſarum, & præbet occaſionem inconvenienti: at quando Rex ipſe uti vult hac retentionis Regalia, elegit graviſſimos doctores & fidentiſſimos Senatores, † qui omni ſigillo & ſecreto privatim congregati examinant litteras, & de inconvenientiis (ſi quæ ſunt) & legitima cauſa ad earum ſuſpenſionem Regem conſulunt, qui vel retinendas & Pontificem ſupplicandum humiliter, vel relaxandas, ut exequantur, decernit: & hæc eſt praxis, & ſtylus frequenter uſitatus in examine harum cauſarum, & negotiorum ad litterarum hujuſmodi retentionem. Cui procedendi modo ſecreto conſonant quæ ex aliis pluribus Doctoribus annotavimus hac 2. *part. cap.* 11. *à n.* 105. circa ſcandala vitanda, & tollendas violentias perpetratas per ſuperiores Religioſos. 37

Ex quibus & aliis inſuper dicendis directè ſatis fit primo, & ſecundo fundamentis in contrarium conſideratis.

Hinc rectè affirmat Simanchas *de Catholic. inſtitut. tit.* 45. *numero* 54. *& ſeqq.* Quòd ſi Summus Pontifex † conceſſerit reſcriptum, ſeu privilegium aliquod in præjudicium officii S. Inquiſitionis, illi eſſe obtemperandum, in executione autem ſuperſedendum, & quod jure defenſionis naturalis Princeps poteſt retinere has litteras Apoſtolicas. Quem ad litteram laudavimus ſup. 1. *part. cap.* 2. *à numero* 8. & alii plures Doctores ibidem citati ejuſdem Simanchæ verba recenſentes ſequuntur. 38

Hac ergo Regalia retentionis, & impeditiva executionis litterarum † Apoſtolicarum impetratas, aut aliter expeditas contra privilegia S. Inquiſitionis, ſemper modo prædicto uſi fuere Reges noſtri Catholici, & aſſiduè utuntur; quoties ſeſe offert occaſio, juxta caſuum varietatem colligendorum ex multis decretis, & epiſtolis Regum ſtatim ad litteram inſerendis, quas ex Regalibus regiſtris annotavi, & collegi, quæ etiam & plurimæ aliæ non deficiunt è regiſtro ſecreto ſupremi hujus Conſilii Sanctæ Inquiſitionis penes ejus meritiſſimum Secretarium Sebaſtianum de Huerta: & in primis referenda erit ad hoc ſingularis pragmatica Catholici Regis Ferdinandi, anno 1509. 39

Nos Ferdinando, &c. Sicuti dudum noſtras pervenit ad aures, † ſunt permulti qui de Orthodoxa fide ſuſpecti, & apoſtatica pravitate commaculati exterius in Hiſpaniarum Regnis, Ditioni & gubernationi noſtræ ſubjectis correptionem Sancti officii Inquiſitionis contra ipſum hæreticam pravitatem pertinentes ad partes Italiæ, aliaque diverſa loca profugerunt; quorum ſtatuta memoria & fama, etſi ob eorum crimina atque demerita in ipſorum contumaciam, per ſententiam Reverendorum Inquiſitorum contra crimen prædictum per Sedem Apoſt. deputatorum judicialiter atque juridicè deleti ſint, ignique traditi, ipſi tamen hæretici promulgati Romanam Curiam adhiberi, non erubuerunt, ubi cum miniſtris & falſis informationibus à Beatiſſimo noſtro Papa, ejuſque Pœnitentiariis, & aliis Judicibus Apoſtolicis nonnullas executionis, & abſolutionis Bullas, Brevia, Reſcripta, ſive litteras Apoſtolicas ſurreptitiè, & obreptitiè impetrare conati ſunt, quas certò ſcimus, Sanctitatem ſuam, ſi de rei veritate ſibi conſtaret minimè unquam conceſſiſſe, quibus quidem Bull's, Brevibus, ſeu Reſcriptis itaque utantur, & ut utentur ipſi hæretici denuntiati, 40

ut earum vigore & cognitione, & juriſdictione prædictorum Inquiſitorum omnino ſe liberos & immunes exiſtiment. Unde cum eidem S. Inquiſitionis Officio præter mentem, ac intentionem ſuæ Sanctitatis, vel maximum accedat impedimentum atque dedecus criminibus ipſis impunitis, & hæreticorum conſcientiis remanentibus, hujuſmodi verò innodati, cum de Chriſtianæ Religionis agatur argumento, opportunè conſulere perneceſſarium nobis viſum; & quam ob rem volentes ne de Bullis & aliis præmemoratis ſurreptitiè, ut præfertur, obtentis impetrantes utantur indebitè, & abſque priore cognitione ſurreptionis, aut validitatis earumdem tenore præſentis pragmaticæ ſanctionis cunctis futuris temporibus firmiter valituris de certa noſtra ſcientia & conſulto, motuque proprio ſtatuimus, ſancimus, providemus, & ordinamus, quod deinceps nulli hominum liceat in univerſis terris & Regnis ditionis noſtræ præſentare, ſeu exhibere Inquiſitoribus ſeu miniſtris dictis S. Inquiſitionis officii, aut aliis quibuſcumque Judicibus, vel perſonis. *Nec in valvis, aut per vicos, vel compita affigere, ſeu quoquo modo divulgare Bullas, Brevia, Reſcripta, proviſiones, commiſſiones, inhibitiones, ſive litteras per Sedem Apoſtolicam, aut ejus Legatos, Nuntios, vel Ordinarios indultas ſive conceſſas ſub quacumque verborum forma in favorem cujuſcumque perſonæ obtentas dictum Sanctæ Inquiſitionis officium directè vel indirectè tam agentes, aut impedientes, niſi primitus nobis oblatæ fuerint, & in noſtro Sacro Conſilio de ſurreptione & obreptione prædictis maturè recognitæ, vel ſi opus fuerit Sedes Apoſtolica ſuper ipſis conſulta, & de voluntate ipſius certiores facti fuerimus, & inde litteræ executoriæ à nobis fuerint emanatæ; quas juſtè & rectè impetratis concedere non dedignamur, cum quibus duntaxat, & nullo alio modo dictæ litteræ Apoſtolicæ impune præſentari poſſint, aut eis quiſquam uti, vel ſibi ſuffragari valeat, quod ſi quis auſu temerario dictas contra formam hujuſmodi noſtræ pragmaticæ ſanctionis* (quod non credimus) agere, venire, aut quomodolibet intentare præſumpſerit, cum ipſo facto inimicum noſtrum declarantes, in pœnam capitis bonorumque ſuorum confiſcationem, irremiſſibiliter incurſum decernimus, mandantes hac eadem ſerie, ac etiam inhibentes Notariis, & ſcribis univerſis ſub pœna prædicta, officiorum privatione, ne quamvis requiſiti fuerint in vim præſtiti juramenti quo eos tali caſu abſolvimus præſentationibus dictarum Bullarum & reſcriptorum dictum Sanctæ Inquiſitionis officium tangentium intereſſe, vel aſſiſtere, aut de ipſis, vel aliquo eorum actu inſtrumentum, vel ſcripturam aliquam recipere, vel teſtificari, aut ſcribere valeant, quam etiamſi fieri contigerit, contra hujuſmodi ordinationem noſtram irritam & nullam decernimus, omnique effectu & vigore in judicio, & extra carentem. Quocirca, univerſis & ſingulis officialibus noſtris majoribus & minoribus ubilibet Regnorum & terrarum Ditionis noſtræ conſtitutis, & conſtituendis, ad quem, ſeu quos ſpectet, *Quaſcumque etiam Eccleſiaſticas perſonas ſub pœna occupationis temporalitatum & perpetui exilii ab omni Ditione noſtra, requirentes & exhortantes, dicimus & diffinctè inhibemus ad incurſum noſtræ indignationis & iræ pœnamque florenorum auri quinque millium*, à bonis cujuſque contra facientes irremiſſibiliter exigendorum, noſtriſque inferendorum arariis, quod noſtrum hujuſmodi pragmaticam ſanctionem, ſtatutum, & ordinationem; ac omnia & ſingula in ea contenta ad unguem teneant, & obſervent, tenerique & obſervari faciant inviolabiliter per quoſcumque & contra præmiſſa non obſervantes, aut contra facientes rigidè procedant, uſque ad integram pœnarum prædictarum executionem, & in contrarium facta & proceſſa revocent ad præſtitumque ſtatum reducant, prout nos eo caſu reducimus, cum præſentibus cauti contrarium facere, quavis ratione ſeu cauſa, ſi gratiam noſtram earum habient; pœnamque patratam verentur incurrere, & ut de præmiſſis ignorantia prætendi, vel ignorari non poſſit: volumus atque mandamus præſentem noſtram pragmaticam ſanctionem per loca ſolita civitatum, oppidorum & terrarum dictorumque Regnorum noſtrorum ubi expediat, ſeu opus fuerit voce præconis publicari, atque nuntiari, in cujuſque rei teſtimonium præſentes expediri juſſimus, noſtro ſecreto ſigillo ſub quaque impreſſione negotia dicti Sacri Officii Inquiſitionis expediuntur, à tergo munitum: *Datum in Villa Valliſoleti, trigeſimo primo Auguſti indictione anno à Nativitate Domini* 1509.

Fue ſacado del libro de inſtruciones que eſta en la Camara del Secretario del Santo Oficio de la Inquiſicion de Valencia, regiſtrado *fol.* 127. Y concuerda condicho regiſtro, de que doy fe. *Yo Pedro Gaell. Secretario.*

El Rey.

NUeſtro Corregidor de la ciudad de Murcia, ò vueſtro Lugarteniente en el dicho oficio: yo he ſido informado, † que algunas 41
perſonas, no mirando al ſervicio de Dios, è mio, han avido ciertos deſpachos contra el Santo oficio de la Inquiſicion: por ende yo vos mando, que cada y quando vinieren à vuoſtra noticia los dichos deſpachos, *proveais como aquellos no ſe publiquen, ſin que primeramente ſean viſtos y examinados por los del nueſtro Conſejo, y ſe provea en ello lo que convenga à ſervicio de Dios, y bien del Santo Oficio*, è à las perſonas que vinieren à intimar, è publicar los tales deſpachos, los embiad à eſta Corte à buen 42
reca do, para que ſe proyea ſobre ello lo que convenga al bien del Santo Oficio. Fecha *en la Villa de Valladolid à quatro dias del mes de Mayo de mil è quinientos è veinte y ſiete annos. YO EL REY.* Por mandado de ſu Mageſtad, *Ugo de Urries.*

Ex his duabus Regiis Schedulis apertè colligitur, & retentionem litterarum † tangentium 43
S. Inquiſitionem pertinuiſſe etiam examini Senatus Supremi Regii, ut in prioris illis verbis, ibidem: *Niſi primitus nobis oblatæ fuerint, & in noſtro Sacro Conſilio de ſurreptione, & obreptione prædicta maturè recognitæ*, &c. in proximè præcedenti ibidem: *Proveais como aquellos no ſe publiquen ſin que primeramente ſean viſtos y examinados por los del nueſtro Conſejo*, &c. Quæ verba abſolutè & indiſtinctè prolata à Reg- † juxta 43
uſitatum ſtylum de ſupremo Conſilio juſtitiæ intelliguntur. Certum eſt enim & indubitabile, quod quando Rex loquitur de ſuo Conſilio juſtitiæ ſimpliciter id nominat, *mi Conſejo*, ad differentiam cæterorum; quæ ſignanter & ſpecificè nominat cùm adjectione nominis appellativi: *Mi Conſejo de Eſtado, mi Conſejo de la Camara, mi Conſejo de la Santa y General Inquiſicion.* Et hæc de ſingulis, ita ut ſimplex † & ab- 44
ſoluta

ſoluta Conſilii nominatio de Supremo Conſilio Regio juſtitiæ intelligatur, quia analogum per ſe ſumptum pro famoſiori ſignificato, *c. pudor. 32. q. 2. §. ſed jus quidem civile, inſtit. de jure natur. gent. & civil.*

Tamen cùm hæ ſchedulæ Regiæ ſint anteriores *de anno* 1509. *& de anno* 1527. tempore quo indiſtinctè omnium quarumlibet cauſarum recurſus pro retentione pertinebat ad Senatum Regium: poſtèà verò *anno* 1553. emanavit Regium decretum ſup. *n.* 14. relatum, quo à Senatu, & omnibus Tribunalibus Regiis abdicatæ fuerunt, & 45 diſmembratæ omnes † cauſæ tangentes S. Inquiſitionem, ne ad eà recurri poſſit per viam violentiæ, quod in viridi eſt obſervantia, & conſtanter cuſtodi.

Aliæ inſuper adſunt quàm plures proviſiones Regis ab ipſo immediatè emanatæ ad apprehendendas litteras à Romana Curia impetratas in variis negotiis tangentibus S. Inquiſitionem, & ejus indultis & privilegiis Apoſtolicis detrahentes, quæ Regis Regaliam hanc patenter oſtendunt.

El Rey.

46 JUlian de Reinoſo Alguazil del oficio de la Santa Inquiſicion: yo ſoy informado, † que ciertas perſonas han ganado algunas Letras ſurrepticiamente en perjuizio del Oficio de la Santa Inquiſition, è porque cumple ad bien del Santo Oficio: *Y vos mando, que à la perſona, ò perſonas, que las dichas letras preſentaren ante los devotos Inquiſidores de Sevilla, que los prendáis, è los tengais preſos, è à buen recaudo, en el lugar que os pareciere, facia que otra coſa por mi vos será mandado*, è no fagades ende al, ſo pena de la nueſtra merced Fecha *en la Villa de Madrid à diez y ſiete dias del mes de Marco de mil y quinientos y diez annos. YO EL REY.* Por mandado de ſu Alteza, *Juan Ruiz de Calcena.*

El Rey.

VEnerable inquiſicion no poco avemos ſentido el atrevimiento que ſe ha tenido en citar à las perſonas † contenidas en vueſtro me- 47 morial, que por parte de Miguel Sanchez del Romeral, dezis, que han ſido citadas, bien quiſieramos que nos embiarades traſlado de la dicha citacion, y el nombre del Notario, y de los teſtigos que fueron en fazer eſtos autos de la citacion, porque ſe pudiera en todo mejor proveer, ſi quando eſto ſe llegare fecho, non perdonies procurar por todas las vias que pudieredes, en ſaber el nombre del dicho Notario. y en aver el traſlado entero de todos autos, ſobre lo qual eſcribimos al Marques de Camares nueſtro Governador en el Reyno de Navarra; porque ſiendo por vos informado, faga prender al Notario, ſi ſe hallare en todo aquel Reyno; è que dè favor al Alguazil, è perſonas que vos embiarades para ello. Tambien eſcrebimos à Roma muy recio ſobre eſto; *porque ſin duda es coſa de eſcandalo, dar lugar à ſemejante deſorden;* parecenos, que demas ed lo que aora provemos, debeis luego ajuntar todos eſtos Letrados, y perſonas que han ſido citadas, y todos juntamente, vel las proviſiones que nos debemos fazer ſobre eſto, que todas ſe faràn con la diligencia y preſteza que ſe requiere. Y eſto ſe faga luego en todo caſo. Muy bien nos parecio la diligencia que pudiſtes con las perſonas à quien ſe avia fecho comiſſion, para declarar ſobre los biennes confiſcados en tierras de Cavalleros, que cierto es pues no ſe avia preſentado viviendo el Regente el poder era eſpirado, y aſſi no ay neceſſidad de fazer por aora ſobre eſto, proviſion alguna, pues aquellos à quien tocaron fueron negligentes. Dada *en Valladolid à tres dias del mes de Febrero del anno mil y quinientos y treze. YO EL REY. Galcena Secretario.*

El Rey.

ILuſtre y muy Reverendo Arçobiſpo, nueſtro muy caro y muy amado ſobrino hijo: y à aveis ſabido, † como à inſtancia de Miguel Sanchez, 48 de Romeral, han ſeido citados los Inquiſidores y perſonas que entrevinieron en les conſejar y determinar ſu proceſſo, ha ſeido coſa de muy mal exemplo, y digna de mucho caſtigo, por aora eſcribimos à Roma coma conviene, y tambien al Marques de Camares nueſtro Governador en Navarra, que con mucha diligencia intienda en prender al Notario, y las demas perſonas que han entrevenido en fazer los autos de la citacion; rogamos vos afectuoſamente, que vos como Lugarteniente General nueſtro, con conſejo de los Letrados que han ſeido citados, fagais ſobre eſto todas las recias proviſiones que vieredes que ſon meneſter, y ſe deben fazer para caſtigo de tan grande atrevimiento, y deſorden, faziendolo como de vos bien confiamos, y la neceſſidad del negocio lo requiere, que aſſi conviene àl ſervicio de Dios, y bien y conſervacion de eſſe Santo Oficio. Y de lo que ſe avra fecho, y vieredes que nos debemos de acà mas proveer, nos eſcrebid, que en acepto placer y ſervicio lo tendremos. E ſera Iluſtre, &c. De la Villa *de Valladolid à tres del mes de Febrero del anno mil y quinientos y treze. YO EL REY. Galcena Secretario.*

El Rey.

MArques Pariente, Lugarteniente à Capitan General en el Reyno de Navarra: faziendoſe el Oficio de la Inquiſicion en la Ciudad de Zaragoça, † fue pocos dias ha quemado en eſta 49 tua uno llamado Miguel Sanchez del Romeral, vezino de Zaragoça; el qual ſe fuyò à Roma, è parece ſer que ſe recogiò à la Rotta, è procura de aver una citacion contra los Inquiſidores, è oficial de Zaragoça, è contra los Letrados que entrevinieron en el Conſejo de la Inquiſicion dicha; è contra el Juez de biennes, è los Procuradores Fiſcales: *E eſta notification diz que ſe ha publicado en la citudad de Tudela; è en la Villa de Caſcante, coſa muy eſcandaloſa, è que faſta yo dende que la inquiſicion ſe comenco nadie tuvo tal atrevimiento.* De lo qual yo he avido mucho enojo, è porque es razon que ſe faga ſobre ello exemplar caſtigo: por ende yo vos encargo è mando, que trabajeis en ſaber, que Notarios è perſonas entrevinieron en fazer la dicha citacion, è los fagais prender, do quiera que en todo eſſe Reyno puedan ſer avidos, y preſſos, y bien guardados los tened, è me aviſad de ello, è al Alguazil è perſonas, que los dichos Inquiſidores de Zaragoça embiaren ſobre eſto, dareis todo el favor que ovieren meneſter, que yo ſerè dello muy bien ſervido. Fecha en *Valladolid à tres dias de Febrero de quinientos y treze annos. YO EL REY.* Por mandado de ſu Alteza, *Juan Ruiz de Calcena.*

El Rey.

COrregidores, Aſſiſtentes, Alcades, y otras juſticias, y Juezes qualeſquier, de todas las
50 Ciudades, † Villas, lugares de los nueſtros Reinos, y Sennorios, y à cada uno y qualquier de vos; en vueſtros lugares, y juriſdiciones, à quien eſta mi cedula fuere moſtrada, ò ſu tranſlado ſignado de Eſcrivano publico. Sabed, que yo ſoy informado, que los Venerables Inquiſidores contra la hereſia pravedad y apoſtaſia, que reſiden en la Villa de Valladolid, y ſu partido, mandaron prender por el delito de la Heregia al Doctor Ordas, &c. Y ſequeſtrar todos ſus biennes, y los frutos y rentas de ſus beneficios Eccleſiaſticos, è que trahiendole preſo el Alguazil de la Santa Inquiſicion ſe le ſolitò el, è diz que es ido à Corte de Roma, à procurar con ſinieſtras informaciones, Bullas, y proviſiones Apoſtolicas, para que los dichos ſus biennes, & frutos le ſean deſembargados, y reſtituidos: è porque ſegun me es fecha relacion, los dichos Inquiſidores proceden contra el dicho Doctor Ordas, en abſentia, è rebeldia ſobre el dicho delito; *Yo res mando, que ſi algunas Bullas, ò citaciones, ò Letras Apoſtolicas, ò executoriales, ò monitorios penales, fueren traidos è preſentados ſobre los dichos biennes, è frutos de beneficios del dicho Ordas, ſuppliqueis dellos para ante nueſtro muy Santo Padre, è fagais ſobre ello los autos y diligentias que fueren neceſſarias deber hazer* (y entretanto, y faſta que la cauſa criminal que contra el dicho Doctor Ordas ſe trata en el dicho Santo Oficio ſea determinada mediante juſticia, *è facla que ſu Santidad major informado, lo mande prover y remediar, no conſintais ni deis lugar que ſe alce el embargo, y ſecreſto*, que eſtà puesto en los dichos bienes y frutos, ni que hagan otros antras algunos ſobre ello. Fecha *en la ciudad de Toledo a quinze dies del mes de Junio, anno de Nacimiento de nueſtro Sennor Jeſu Chriſto de mil è quinientos è nueve annos. Yo la Reina.* Sor mandado de ſu Mageſtad, *Juan Vazquez. Iva ſenalada de los Sennores del Conſejo.*

Quæ Regia proviſio attentè legenda erit, ut expedita ad apprehendendas litteras Apoſtolicas impetratas contra primam Inquiſitorum inſtantiam.

El Rey.

ESpectable Don Fernando de Borja mi Lugarreniente y Capitan General. Por lo que eſcribe el Calbido de eſſa Santa Iglezia, † de que
51 và aqui copia, vereis los recurſos que ha intentado en Roma, ſecando Breves en apelacion de los dos autos que eſſe Santo Oficio pronunciò, el uno para la paga de la penſion que tiene el Inquiſidor General, Arçobiſpo de Damaſco mi Confeſſor, en el Audiencia de Xativa, y una Canongia de la miſma Igleſia; y el otro para que garde el Cabildo la coſtumbre en accompannar dos Canonigos, y dezir otro la Miſſa al Tribunal del Santo Oficio, el diz que va aquella Santa Igleſia à la publicacion del Edito de la Fe: dareiſſe luego mi carta, y a entender el vivo ſentimiento que me queda dello, comunicandos en la minuta con el Arçobiſpo à quien eſcribo tambien ſobre lo miſmo, procureis que luego al punto ſe aparte, y deſiſta el Cabildo de ſemejantes inſtancias en Roma, trayendo teſtimonio de averlo aſſi cumpliſo; *el que os han de entregar à vos con todas las Bullas ò Letras que en razon de lo referido ſe huvieren expedido ſin uſar dellas pues como les digo en mi carta, no ha de que dar conſequencia de exemplar tan dannoſo, ni permittir eſcuſa ni dilacion alguna, ſupueſto, que como Protector, y Patron que ſoy del Santo oficio, y que tanto debo attender à la autoridad y conſervacion de ſu juriſdicion, y prerogativas, he de llegar à uſar de los ultimos medios para defenderla:* Si bien eſpero de ſus obligaciones, qua no daran lugar à que execute todo lo que en eſta parte ſe podrà obrar, pues mandare mirar por ſu judicia en todo lo que la tuviere, y ſe le debiere. Encargoos, que vos y el Arçobiſpo dandole la carta que và con eſte, trateis la forma de aſſentar la materia, como ſea con entera ſatisfacion del Santo Oficio: y en caſo que el dicho Cabildo no reconozca ſuy erro (que no lo creo) ni ſe aiuſte à lo que le eſcribo, de que ſe aparte, y deſiſta de ſemejantes recurſos, y traiga teſtimonio autentico de Roma de averlo aſſi cumplido. *Entregandoos lue los Breves, ò Letras referidas, uſareis à inſtantia de mi Fiſcal del Banco Regio, pues como Protector y Patron del Santo Oficio me hallò interſſado, como queda dicho, en la conſervacion de ſu juriſdicion, y prerogativas, por ningun caſo he de conſentir coſa en contrario, ni dexar de amperar como debo à tan ſanto Tribunal*, y aviſareiſme lo que en ello ſe hiziere; porque quiero luego enerlo entendido. Dat *en Madrid à xxj. de Diziembre* 1600. *YO EL REY Femat. Secret.*

Illud obiter eſſentiale tamen ex hac Regia epiſtola notabis, Regem † noſtrum Catholicum aſ- 52
ſerere ſe non ſolùm protectorem Inquiſitionis ſuorum Regnorum, verùm & patronum, cui ſtatur ex *Clement.* 1. *de probationibus*, & Regis epiſtola, lex eſt, & legis vim habet, & pro lege poteſt allegari; ad tradita ſuprà 1. *part. cap.* 2. *num.* 194. Et in terminis quod Regi aſſerenti ſuum eſſe jus patronatum ſit ſtandum, altiùs comprobavimus in commentariis *de Protect. Regia*, 3. *part. cap.* 10. *à num.* 164. *& ſeq.* Quòd & quotidie etiam fatetur ſupremum hoc Conſilium S. Inquiſitionis, dum in multis conſultationibus factis Regi, illum Patronum, & Protectorem S. Inquiſitionis vocat ut ſuprà *numero* 27. recenſentur.

Juſque patronatûs non ſolùm adquiritur in beneficiis, ſed & aliis in pluribus rebus Eccleſiaſticis, prout in Hoſpitalibus, & in univerſitatibus, quarum Rex noſter eſt Patronus, & Protector; Bobadilla *Politica*, *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 114. Nos obiter *de Regia protect.* 3. *p. cap.* 10. *num.* 192. At quod jus regium patronatus argui poteſt ex nominatione & præſentatione Inquiſitoris Generalis in vacantibus, quam facit Rex noſter Sedi Apoſtolicæ, ut illum inſtituat. Quia nominatio & præſentatio ſunt fructus juris patronatus, Garçia *de benefic.* 5. *part. cap.* 5. *à n.* 1. Atque etiam quondam Rex independenter (ut audivi à diligentiſſimo Sebaſtiano de Huerta Secretario meritiſſimo Conſilii ſupremi Sanctæ Inquiſitionis) nominabat omnes Senatores ejuſdem Concilii, nunc verò ad propoſitionem & conſultationem Inquiſitoris Generalis, quæ omnia manifeſtè arguunt, ſignaque ſunt evidentia hujus Regii patronatus.

Prædictis convenit epiſtola †, Catholici noſ- 53
tri Regis, cujus protectione ſolent muniri ſinguli Inquiſitores noviter nominati & miſſi ad Tribunal S. Officii Regni Siciliæ directa Prorcgi,

ut

ut evigilet, nec patiatur exequi quaslibet litteras à Sede Apostolica emanatas contra S. Officium, aut ejus Ministros; sed prius illas ad Regem remittat examinandas, prout ex eadem epistola latiùs patet, quæ ita se habet.

El Rey.

ILlustre Principe de Paterno y Duque de Alcala primo nuestro Lugarteniente y Capitan General en el nuestro Reino de Sicilia. Ya sabeis lo mucho que Dios nuestro Sennor es servido, y nuestra Santa Fè Catholica ensalçada por el Santo Officio de la Inquisicion. Y assi es nuestra voluntad, que sus Officiales y Ministros sean sempre favorecidos. Y porque el muy Reverendo en Christo Padre Don Fray Antonio de Sotomayor Arçobispo de Damasco, Inquisidor General mi Confessor, y de nuestro Consejo de Estado: ha proveido por Inquisidor de esse Reino al Doctor Don Diego de Salazar, que lo era del de Murcia, persona de muchas letras, fidelidad y suficiencia, de quien tenemos buena relacion, y mucha confiança. Por ende encargamos vos, y mandamos, que assi al dicho Inquisidor, como à todos los Oficiales y Ministros de la Inquisicion de esse Reino, deis siempre favor, y hagais dar todo el favor que fuere menester, para que libremente y sin impedimento alguno puedan usar de sus cargos y oficios; como segun tenemos informacion lo aveis siempre acostumbrado hasta aqui, y de vos bien confiamos. *Y si algunas Letras, ò Breves Apostolicos se presentaren tocantes al Santo Oficio, y à sus Ministros, antes de dar la executoria dellas, nos lo consultareis embiandonos sus translados, para que visto en el nuestro Consejo de la General Inquisicion, se provea lo que fuere servicio de Dios nuestro Sennor, y buena administracion de la justicia.* Que demas de cumplir con lo que sois obligado como Catholico Christiano, y por el cargo que teneis en el Reino, por los dichos respetos nos hareis en ello acepto servicio. *Dada en Madrid à primero de Octubre de mil y seiscientos y treinta y ocho annos. YO EL REY.* Por mandado del Rey nuestro Sennor, *Don Antonio Hurtado de Mendoça.* Sennalada de su Sennoria Illustrissima, Sennores del Consejo, *Pacheco, Salazar, Sotomayor, Zarate, Palavesin, Ruedæ, Richo, Andrade.*

Ex iis & aliis authenticis documentis inferiùs referendis satis apertè constat, semper Reges Catholicos evigiles se præbuisse in protectione privilegiorum, & indultorum S. Inquisitionis, & in tunctis negotiis in quibus impetrantur litteræ, quæ illis detrahunt, aut derogant, festinanter occurrit sua utens Regalia, retentionis, ad impediendam executionem earum, & suspendendam, donec examinentur omni secreto, & sigillo eo modo, quo superiùs annotavimus, *à num.* 36. *vers. Nec ad id rationis, &c.* Et de inconvenientiis Sancta Sedes per humilem supplicationem consulatur. Quod faciunt Reges nostri non solùm
54 ex vi suæ Regaliæ † generalis, qua tenentur protegere, & defendere Ecclesiam, ejus ministros, & Catholicam Fidem, & œcumenica Concilia: verùm etiam virtute Indultorum Apostolicorum jus attribuentium Regis Hispaniæ, ut sine ejus consensu subreptitia sint omnia rescripta detrahentia indultis, & consuetudini S. Inquisitionis, quorum postmodum exactè mentionem faciemus.

55 Attingamus jam materiam † tertii argumenti superiùs fulminati, *à n.* 23. respicientis primam instantiam S. Inquisitionis; quo diximus, quod dato casu quod Rex Catholicus àliis in negotiis tangentibus S. Inquisitionem possit uti regalia retentionis justa & legitima existente causa: tamen quantum & uti protector Concil. Trid. non poterit retinere litteras Apostolicas avocatorias primæ instantiæ S. Inquisitionis, quæ nullatenus comprehenditur in dispositione, *cap. causæ omnes*, cum exerceat jurisdictionem delegatam, non Ordinariam, duntaxat præservatam *in dict. cap. causæ omnes*, cujus dispositio Tridentina cùm cesset in hoc casu, pariter & Regis protectio locum non habebit.

Cui difficultati facilè occurres, si subtiliter ponderas connexionem, & complicationem † 56
hujus jurisdictionis Delegatæ Inquisitorum cum jurisdictione Ordinarii, ex cujus commutatione, & participatione illa reperietur in præfato decreto Concilii Trid. præservante Ordinarii primam instantiam, ex quo capite, & ex innumerabilibus Indultis Apostolicis præservantibus Tribunalis S. Inquisitionis Hispaniæ, etiam secundas, & ulteriores instantias, Rex Catholicus Regalia uti potest, prout quotidie utitur, omni conatu reverenti impediens executionem, & intimationem litterarum Apostolicarum, per quas avocantur causæ quomodolibet tangentes cognitionem S. Officii sine Regis consensu, de quibus postmodum erit agendum.

Ad fundamentum igitur hujus inclusionis *in cap. causæ omnes*, supponendum erit causas † hæ- 57
reticæ pravitatis esse Ecclesiasticas, & ad forum Ecclesiasticum de jure pertinere, nempè ad Episcopum tanquam Ordinarium, text. est *in cap. qualiter & quando*, §. *jubemus de accusationibus, cap. ad abolendam, de hæreticis, cap. Inquisitionis*, ibi: *Cùm meritò sit Ecclesiasticum, cap. per hoc, de hæreticis, lib. 6. Clement. 1. eodem titulo*, quamplurimos Doctores ad id congerit Aug. Barbosa *in dict. cap. Inquisitionis, num.* 8. Cui jurisdictioni Ordi- 58
nariæ per generalem quamlibet, † aut specialem
delegationem harum causarum Papa nec vult, nec intendit derogare, sed potiùs præservare, ut simul cum Episcopo Ordinario Delegatus de his causis cognoscat, text. est expressus *in dict. cap. per hoc* 17. *de hæreticis, lib. 6. per hoc* (inquit Pontifex) *quod negotium hæreticæ pravitatis alicui, vel aliquibus ab Apostolica Sede generaliter in aliqua provincia, civitate, vel diœcesi delegatur; diœcesanis Episcopis, quin & ipsi authoritate Ordinaria, vel delegata (si habeant) in eodem procedere valeant, nolumus derogare*, cum quo concordat *Clement. 1. de hæreticis.*

Quia Inquisitoribus datur jurisdictio non pri- 59
vativè † sed accumulativè ad Episcopum Ordinarium, ita ut nec Episcopus sine Inquisitoribus, nec Inquisitores sine Episcopo causas hæreticæ pravitatis terminare possint, Abb. *in cap. excommunicatus el. 1. nu.* 13. *de hæreticis*, & ibidem Marin. Socin. *num.* 70. Joan. Andr. de Anania *in* §. *volumus, n.* 1. *in principio, & vers. Et propter hoc, & num.* 2. *vers. & prædictis, numer.* 3. & Felinus *num.* 4. *& in dict. cap. per hoc* adnotarunt in figuratione casus, in principio, Joan. Monach. *n.* 1. *in princip.* & in verbo *Derogare*, ubi apponit, & solvit, *& num.* 2. *& seqq.* Probus *ante num.* 1. in verbo, *Non derogat*, Archidiac. *ante secundum*, in verbo, *Volumus*, ubi opponit & solvit; Joan. Andr. *ante num.* 1. in verbo *Volumus & n.* 2. *ante finem vers. in glossa, licet ergo*, Germinian. *in sarmario, & nu.* 1. *vers. Oppono, quod Episco-*

pus,

fin. de civitate, foro, & origine, seu privilegio viri † communicantis uxori alienigenæ ratione hujus uniatis, & connexionis, ad quæ plures & singulares doctrinas applicat.

Hinc etiam ratione connexitatis persona inclusa † secum trahit personam exclusam, ut simul capiat, text. est *in l. 2. §. si sit consanguinea. ff. ad Trebellianum*, Petr. Surd. *cons.* 100. *n.* 7. *vol.* 1. ubi benè comprobat; plures Doctores congerit, & explicat Doctor Marta *cons.* 55. *à n.* 27. *& à n.* 22. *cum seqq.*

Aliàs enim Ordinarius (cujus jurisdictioni & primæ instantiæ jus ipsum, † & Trident. favent) magnum pateretur præjudicium ex communione cum quisitoribus, siquidem in favorabilibus qual Ordinarii attendenda sit, ne sum amittat vilegium & favorem, hoc enim m est in re individua non patiatur quis ium one communionis & societatis tian. *in cap. unico in fin. de jure* in. *in cap. multorum, n.* 3. *verf.* ns, Abb. *in cap. dilectus, n. de* Isiodorus *decis. fin. n.* 10. *de pro-* 7. *de jure patronat.* Selva *de be-* um. 11. Rochus de Curte *de jure* lus, *quæst.* 1. *accessoria.* 7. *quæst.* Lambertin. *eodem tract. p.* 3. *lib.* buffus *de nomination. q.* 15. *n.* 7. *cap.* 36. *sub n.* 5. Mandos. *in reg.* *n.* 8. Hojeda *de incompatibilitate* *p.* 24. *n.* 114. Gamber. *de Legato.* & plurimi alii post Rotæ decisio. *de benefi.* 5. *part. cap.* 1. *n.* 582. ernativis, *gloss.* 18. *à n.* 12. Inde vationem juris patronatus † Ec- catione, seu reservatione (quæ in est ad tradita per Gonzal. gloss. xtum reperitur cum jure patronatus

hac connexitate, & complicatione inter Inquisitores, & Ordina- ecusse fatenda erit inclusio utrarum- Concilii Trid. *in d. cap. causæ* consequens protectio Regis Ca- m nullum potest in prima instan- dicium Inquisitoribus, quin in- m Ordinario, & quin ejus prima antia (omni jure præservata per iam generalem factum Inquisitori, , cum similibus supra allegatis, Trid.) Itaque ut ejus † præjudi- non etiam admittitur quod Inquisi- tum ex avocatione non subscripta, mæ, & singularissimæ adsunt doctri- upra cumulatæ, 1. *part. c.* 13. *à n.* 23. *cum multis seqq. & hac* 2. *p. cap.* 3. §. 1. *à n.* 22. *& seqq.* omnino conducibiles, conducibiliaque huic articulo, videnda.

80 Ex hactenus abundè comprobatis, † & ex hac connexitate & complicatione jurisdictionum inter Inquisitores, & Ordinarium, robur recipit opinio (non dico illorum, qui absolutè sectarunt, magis adulationis gratiâ, quàm juris colore, & fundamento, quod jurisdictio Inquisitorum sit Ordinaria, Torreblanca *de jure spirituali, tom.* 1. *lib.* 15. *c.* 2. *à num.* 5. *seqq. & de Magia. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 11. *&* 22. Escobar. *de puritate, & nobilitate proban.* 1. *p. c.* 6. §. 2. *à n.* 24. & alii per eos citati.) Sed potius aliorum, qui difficultatem agnoscentes † magis attente opinantur, jurisdictionem Inquisitorum in se à principio Delegatam esse, & habere omnes excellentias Delegatæ jurisdictionis, atque etiam imperfectionibus Delegatæ jurisdictionis hodie carere, & ad Ordinariam valdè accedere, & cum illa ferè in omnibus convenire, quam tenent Molina *de justitia & jure, tom.* 6. *disputat*, 28. *numero* 1. *&* 4. Aug. Barbos. *in collect. ad cap. per hoc* 17. *n.* 11. *in fin. de hæreticis, lib.* 6. Diana *resolutio. moral.* 4. *part. tract.* 8. *resolut.* 1. *post medium ;* & novissimè Emanuel de Ovalle de Moura, *opusculo* 1. *de enfalmis & incantatio. sectione* 3. *cap.* 1. *numero* 6. Sanctarellus *de hæresi. cap.* 40. *dubio* 1. *numero* 5. Quorum assertio ex participatione, & communione, atque connexitate cum jurisdictione Ordinarii honestari, & fundari potest, non aliter, nec ipsi aliquod adducunt fundamentum pro se, quæ omnia rectè concludunt de jure ad inclusionem jurisdictionis Inquisitorum in decreto Triden. *in dict. c. causæ omnes*, & inferunt ad protectionem Regis nostri Catholici Concilii Trid. protectoris acerrimi.

Nunc tractandum de præservatione non solùm primæ, †, verùm & aliarum instantiarum 82
ex Indultis Apostolicis proveniente, indulgentibus, ut nullus recursus habeatur ad Sedem Apostolicam nec per viam gravaminis, nec appellationis à sententiis latis ab Inquisitoribus in causis quomodolibet expectantibus de jure, indultis, aut consuetudine ad ipsos sive in criminalibus, sive in civilibus in his Hispaniarum Regnis & Ditionibus; sed solùm esse recurrendum ad Inquisitorem Generalem, & Consilium Supremum Sanctæ Inquisitionis. Ita ut 83
si aliquæ litteræ à Sede Apostolica † in contrarium impetrentur, cum quibusvis clausulis derogatoriis surreptitiæ intelligentur, & executioni non dentur, nisi ad id, & earum impetrationem simul accesserit Regis nostri consensus. Ex quarum clausulis rectè infertur, ultra generalem, ac specialem protectionis Regaliam Regis, qua plurimis in occasionibus usus fuit, & utitur impediens executionem, & intimationem similium litterarum in contraventionem horum Indultorum S. Inquisitionis expeditarum, ut apparet ex Registris Regiis, de quibus per summarium mentionem faciemus, & nonnullas litteras Regias ad hoc ipsum retulimus ad litteram superiùs *à n.* 40.

Dominus Joannes Alvarez † de Caldas primùm in supremo Inquisitionis Senatu Decanus; 84
deinde Episcopus Oberensis, tandem Abulensis; occasione quarumdam assertionum Complutensis Academiæ, super quibus simul in Romana Curia, & in Hispania causa fuerat inchoata, Syllabum, seu breviculum fecit litterarum Apostolicarum circa jurisdictionem Inquisitionis Hispaniæ pro informando Catholico Rege Philippo III. *anno* 1602. eundem Syllabum prout stat in monumentis Consilii status Regii brevissimè perstringam.

Innocentius VII. tres litteras expedivit *anno* 1485. & 1486. in quibus † dicitur: *Non ad nos*, 85
seu Sedem Apost. sed ad te debeat appellari. Alexander VI. *anno* 1494. Superiores litteras confirmat, & ampliat, ut intelligantur † de quibuscum- 86
que causis, & negotiis officium Inquisitionis concernentibus, cum illorum dependentiis, & emergentiis. Julius II, *anno* 1507. & Leo X. *anno* 1518. & Adrianus VI. *anno* 1538. eisdem fere verbis superiores litteras confirmarunt. Clemens VII. *anno* 1532. & iterum *anno* 1529. & Paulus III. *anno* 1539. omnes anteriores præcessorum Bullas repetant, & confirmant.

Singu-

pus, ubi etiam opponit, & ſolvit, *& n. 3. col. 2. ante fin.* verſ. *In ea gloſſa*, & Franch. *in ſummario, & num. 3.* & extat conſtitutio Urbani IV, edita *anno* 1261. incipit: *Licet ex omnibus*, in verſ. *Nec prætextu*, relata per Franciſc. Pegn. *in Directo. Inquiſitor. inter litteras Apoſt. fol. mihi* 52. *& ſeqq.* Ubi ampliùs, quod ſicut per delegationem
60 cauſæ factam Inquiſitori, † non derogatur juriſdictioni Epiſcopi; ita nec etiam derogatum cenſetur juriſdictioni Inquiſitoris per delegationem factam Epiſcopo; Joan. Calder. *in tract. de hæret. rubr. de proceſſibus Inquiſit. ante numerum* 1. Roſel. *in ſumma, in verbo, Hæreticus. n.* 48. Summa Sylveſtrin. *in eodem verbo, Hæreticus*, §. 2. *num.* 10. *verſ. Quando negotium hæreſis.* Joann. à Roj s, *ſingular.* 28. *num.* 2. Repertor. Inquiſit. *in verbo Cognoſcere, verſ. Sed an faculias cognoſcendi*, Simanchas *Catholic. inſtitut. ti.* 25. *Rubric. de Epiſcopis, nu.* 4. Gandiſalv. *de hæreticis, quæſt. 7. num.* 6. Carrerius *de hæreticis, n.* 67. *verſ. Et operabitur talis delegatio.* Decian. *in tractatu crimin. lib. 5. cap.* 21. *num.* 10. Scacc. *de judicio cauſar. civil. crimin. & hæretic. cap.* 67. *num. 9.* Auguſtinus Barboſa *in remiſſ. ad dict. cap. per hoc n.* 3. *& n.* 13. Eſcobar. *de paritate probanda*, 1. *part. quæſt.* 6. §. 2. *n.* 24. *&* 25. Diana *in reſolut. morahb.* 4. *part. tractatu* 8. *reſolution.* 2. *& tract.* 6. *reſolut.* 17, *& tract.* 5. *reſolut.* 53. *& ſeq. & reſolut.* 33. *&* 104. *prope fin.* abundè tractat videndus Farinacius *in tractatu de hæreſi, quæſt.* 186. §. 3. *à n.* 6. *cum multis ſeqq.*

Et quoties duæ unitæ ſunt, & complicatæ ju-
61 riſdictiones, † una alterius naturam aſſumit. Ruinus *conſ.* 115. *nu.* 12. *vol.* 1. Paramo *in ſecundo reſponſo pro juriſdiction. Sanct. Officii n.* 146. Rovitus *tit. de militibus pragmatic.* 15. *num.* 25. Giurba *conſil.* 59. *n.* 26. Quia unitorum unum eſt judicium, & non debent diverſo jure cenſeri ex Giurba ibidem.

Et in hac unitate, & connexitate juriſdictio-
62 num † quarum altera ſcilicet, Ordinaria eſt naturalis, & altera Inquiſitorem uti delegata eſt accidentalis, ut ſcripſimus hac 2. *part. cap.* 3. §. 1. *à num.* 1. *cum ſeqq.* Illa ut naturalis, & favorabilis
63 præponderat, & attenditur † in utraramque concurſu, & ad ſe trahit delegatam ut odioſam & debiliorem, prout abundè *in noſtris commentariis de Regia protect.* 2. *p. c.* 7. *à n.* 1. *& ſeqq. & à n.* 44. *cum ſeqq.*

Deinde quia quando natura actus poteſt eſſe
64 Ordinaria & regularis, † & ſimul extraordinaria & irregularis; fit interpretatio ſecundùm naturam actus Ordinariam & regularem, plurimos Doctores congerit Caſtillo *controverſiarum, tom.* 5. *cap.* 86. *n.* 14.

Quapropter ne inferatur præjudicium juriſdictioni Ordinariæ, utraque ratione mixturæ inſeparabilis includitur *in dict. cap. cauſæ omnes*, ne
65 admittatur avocatio † juriſdictionis Inquiſitorum propter connexitatem cum Ordinarii juriſdictione non patiente avocationem in prima inſtantia ſubſcriptione propriæ manus Sanctiſſimi deficiente. Quia quando revocabile ad nutum admix-
66 tum eſt inſeparabiliter actui non revocabili, † pariter irrevocabile fit prout mandatum ſui natura revocabile ſi fiat in contractu irrevocabili redditur irrevocabile, & de variis aliis plurimis exemplis videndi ſunt, Mantica *de contractibus, l.* 7. *tit.* 21. *à num.* 14. Nos *de Regia protect.* 4. *p. c.* 12. *à n.* 47. *& c.* 6. *n.* 68. *& n.* 62. Nubloma *in l.* 39. *gloſ.* 1. *num.* 16. *tit.* 4. *l.* 2. *Recopil. to.* 3. Zevallos *commun. contr. commun. q.* 319. *à n.* 5. latè Mieres *de majoratu*, 1. *p. q.* 23. *à n.* 28. *& ſup. & à n.* 21. Rodriguez *de annuis redditib. l.* 1. *q.* 19. *à. n.* 9. & ſurſum Tiraquel. *de retract.* §. 1. *gloſ. num.* 116. Tellus Fernandez *in l.* 17. *Tauri, n.* 10. & 11. Flores de Mena *in addition. ad Gamam, deciſ.* 8. *col.* 3. *ad fin. fol.* 13. Scaccia *de appellationibus, q.* 19. *remedio* 1. *concluſ.* 6. *n.* 70. *& q.* 19. *limitatio.* 47. *membro*, 1. *n.* 35. Garcia *de beneficiis*, 6. *p. c.* 4. *n.* 31. Auguſt. Barb. *allegatio.* 72. *n.* 116. Tiraquel. *de jure primogenituræ, q.* 17. *opinione* 11. *n.* 5. Vivianus *de jure patronatus*, 2. *part. lib.* 10. *cap.* 1. *à n.* 25. *& ſeqq.* Petrus Surdus *conſ.* 150. *n.* 72. *cum ſeqq.* quos conſule pro ſingularibus exemplis hujus doctrinæ in variis materiis.

Rectè conſonat, quòd licèt procurator conſti-
tutus à Prælato † ratione dignitatis per mortem 67
Prælati etiam re non integra, revocetur, *Clem. fin. de procuratoribus:* tamen ſi procurator conſtituatur ſuper re communi Prælati & capituli (quod ſemper durat, & nunquam moritur) tunc morte Prælati † non revocatur, ita poſt Archidiaconum 68
in cap. ſi duo, de procuratoribus in 6. docet Gloſſa *in d. Clement. fin. verb. Revocari cenſemus*, cujus Author eſt Joan. Andreas, Innocentius *in cap. cum dilectus, ſuper gloſſa* 1. *de conſuetudine, & in cap.* 2. *de in integr. reſtitution.* Moneta *de commutation. ultimar. volunt. cap.* 6. *quæſt.* 6. *n.* 398.

Fulcitur hæc doctrina. Juriſdictio revocabilis
ſui natura † avocabilis cohærens jure perpetuo 69
irrevocabili, & ex hoc participat, & efficitur irrevocabilis, *cap. ſi ſuper gratia* 9. *de reſcriptis, lib.* 6. Covar. *in cap. cum in officiis, de teſtamentis, n.* 8. *& practic. quæſt.* 11. *à principio, & variar. reſolut. cap.* 15. *nu.* 2. Medicis *in tract. mors omnia ſolvit, part.* 2. *concluſ.* 64. *num.* 168. *& ſeqq.* Vincencius de Franchis *deciſ.* 405. Molina *de primogenitis, lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 63. *&* 64. Gonçalez *in Regula de menſib. gloſ.* 12. *in princip. n.* 23. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ.* 109. *& in collect. deciſ. collect.* 394. plures refert Cenedus *ad ſextum collect.* 1. Gutierrez *practicar. lib.* 2. *quæſt.* 74. *&* 75.

Quapropter licèt juriſdictio Inquiſitorum ſit
ſui natura revocabilis, † avocabilis; tamen quia 70
connexa & conjuncta inſeparabiliter reperitur cum juriſdictione Ordinarii invariabili, & inabdicabili, ejus naturam & favorem aſſumere debet, *& in Concilio Trid. in d. cap. cauſæ omnes*, includi ſaltem per participationem, & communicationem, conſonat etiam illa doctrina, † quod 71
licet beneficia pertinentia ad proviſionem capituli ſubjecta ſint avocationi, & reſervationi Papæ, tamen indultum Cardinalis Ordinarii de libera proviſione in menſibus avocatis & reſervatis prodeſt etiam Capitulo habenti ſimultaneam proviſionem cum Ordinario Cardinali, & eo gaudet propter communionem juris conferendi, ut per Rotam firmat Garcia *de beneficiis* 5. *cap.* 1. *num.* 35.

Hinc ratione communionis, & juris connexi
ſocius gaudet privilegio † fori ſocii: Nos *hac* 72
2. *part. cap.* 14. *à num.* 7. & plurimæ ſimiles Doctrinæ petendæ ſunt à *cap.* 11. *à num.* 42. *& ſeqq. & à num.* 61. *hac* 2. *p. & à cap.* 13. *num.* 52. *p.* 1. Et major in juribus individuis † gaudet privilegio fori minoris, & aliarum miſerabilium perſonarum, per participationem, & communionem, Covar. *practica. quæſt. part.* 7. *verſ. Nono adverſus alios*, Novarius *in praxi electionis & variatio. fori, q.* 6. *nu.* 3. Quibus conſonant quæ latè Surdus *deciſ.* 330. *à num.* 9. *uſque ad fin.*

fin. de civitate, foro, & origine, seu privil-gio
74 viri † communicantis uxori alienigenæ ratione hujus uniatis, & connexionis, ad quæ plures & singulares doctrinas applicat.

Hinc etiam ratione connexitatis persona inclusa
75 † secum trahit personam exclusam, ut simul capiat, text. est *in l.* 2. §. *si sit consanguinea. ff. ad Trebellianum*, Petr. Surd. *cons.* 100. *n.* 7. *vol.* 1. ubi benè comprobat; plures Doctores congerit, & explicat Doctor Marta *cons.* 55. *à n.* 27. *& à n.* 22. *cum seqq.*

Alias enim Ordinarius (cujus jurisdictioni &
76 primæ instantiæ jus ipsum, † & Trident. favent) magnum pateretur præjudicium ex communione cum Inquisitoribus, siquidem in favorabilibus qualitas Ordinarii attendenda sit, ne suum amittat privilegium & favorem, hoc enim æquum est quod in re individua non patiatur quis præjudicium ratione communionis & societatis cum alio, Geminian. *in cap. unico in fin. de jure patronat. in* 6. Felin. *in cap. multorum*, *n.* 3. *vers. Et ideò, de Judæis*, Abb. *in cap. dilectus*, *n. de officio Legati*, Cassiodorus *decis. fin. n.* 10. *de probationib. & decis.* 7. *de jure patronat.* Silva *de benefic. p.* 3. *q.* 11. *num.* 11. Rochus de Curte *de jure patronat. in verb. Jus*, *quæst.* 1. *accessoria.* 7. *quæst. princip. num.* 23. Lambertin. *eodem tract. p.* 3. *lib.* 2. *q.* 9. *art.* 9. Rebuffus *de nomination. q.* 15. *n.* 7. Covar. *practicar. cap.* 36. *sub n.* 5. Mandos. *in reg.* 1. *Cancellar. q.* 8. *n.* 8. Hojeda *de incompatibilitate benefic. part.* 1. *cap.* 24. *n.* 114. Gamber. *de Legato. lib.* 3. *n.* 240. qui & plurimi alii post Rotæ decisio. laudati à Garcia *de benefi.* 5. *part. cap.* 1. *n.* 582. & Gonçal. *de alternativis*, *gloss.* 18. *à n.* 12. Inde
77 inferunt præservationem juris patronatus † Ecclesiastici ab avocatione, seu reservatione (quæ in effectu avocatio est ad tradita per Gonzal. gloss. 52.) quando mixtum reperitur cum jure patronatus laico.

Data igitur hac connexitate, & complicatione jurisdictionum inter Inquisitores, & Ordina-
78 rium; † perneccsse fatenda erit inclusio utrarumque in decreto Concilii Trid. *in d. cap. causæ omnes;* & per consequens protectio Regis Catholici, quoniam nullum potest in prima instantia afferri præjudicium Inquisitoribus, quin inferat præjudicium Ordinario, & quin ejus prima percutiatur instantia (omni jure præservata per delegationem etiam generalem factam Inquisitori, ex *d. c. per hoc*, cum similibus supra allegatis,
79 & ex Concil. Trid.) Itaque ut ejus † præjudicium cesset, non etiam admittitur quod Inquisitoribus sit illatum ex avocatione non subscripta, pro quo plurimæ, & singularissimæ adsunt doctrinæ & jura supra cumulatæ, 1. *part. c.* 13. *à n.* 23. *cum multis seqq. & hac* 2. *p. cap.* 3. §. 1. *à n.* 22. *& seqq.* omnino conducibles, conducibiliaque huic articulo, videnda.

80 Ex hactenus abundè comprobatis, † & ex hac connexitate & complicatione jurisdictionum inter Inquisitores, & Ordinarium, robur recipit opinio (non dico illorum, qui absolutè sectarunt, magis adulationis gratiâ, quàm juris colore, & fundamento, quod jurisdictio Inquisitorum sit Ordinaria, Torreblanca *de jure spirituali*, *tom.* 1. *lib.* 15. *c.* 2. *à num.* 5. *seqq. & de Magia. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 11. & 22. Escobar. *de puritate*, *& nobilitate proban.* 1. *p. c.* 6. §. 2. *à n.* 24. & alii per eos citati.) Sed potius aliorum, qui difficultatem agnoscentes † magis attente opinantur, ju-
81 risdictionem Inquisitorum in se à principio Delegatam esse, & habere omnes excellentias Delegatæ jurisdictionis, atque etiam imperfectionibus Delegatæ jurisdictionis hodie carere, & ad Ordinariam valdè accedere, & cum illa ferè in omnibus convenire, quam tenent Molina *de justitia & jure*, *tom.* 6. *disputat*, 28. *numero* 1. & 4. Aug. Barbos. *in collect. ad cap. per hoc* 17. *n.* 11. *in fin. de hæreticis*, *lib.* 6. Diana *resolutio. moral.* 4. *part. tract.* 8. *resolut.* 1. *post medium*; & novissimè Emanuel de Ovalle de Moura, *opusculo* 1. *de enfalmis & incantatio. sectione* 3. *cap.* 1. *numero* 6. Sanctarellus *de hæresi. cap.* 40. *dubio* 1. *numero* 5. Quorum assertio ex participatione, & communione, atque connexitate cum jurisdictione Ordinarii honestari, & fundari potest, non aliter, nec ipsi aliquod adducunt fundamentum pro se, quæ omnia rectè concludunt de jure ad inclusionem jurisdictionis Inquisitorum in decreto Triden. *in dict. c. causæ omnes*, & inferunt ad protectionem Regis nostri Catholici Concilii Trid. protectoris acerrimi.

Nunc tractandum de præservatione non so-
lùm primæ, †, verùm & aliarum instantiarum 82
ex Indultis Apostolicis proveniente, indulgentibus, ut nullus recursus habeatur ad Sedem Apostolicam nec per viam gravaminis, nec appellationis à sententiis latis ab Inquisitoribus in causis quomodolibet expectantibus de jure, indultis, aut consuetudine ad ipsos sive in criminalibus, sive in civilibus in his Hispaniarum Regnis & Ditionibus; sed solùm esse recurrendum ad Inquisitorem Generalem, & Consilium Supremum Sanctæ Inquisitionis. Ita ut
si aliquæ litteræ à Sede Apostolica † in con- 83
trarium impetrentur, cum quibusvis clausulis derogatoriis surreptitiæ intelligantur, & executioni non dentur, nisi ad id, & earum impetrationem simul accesserit Regis nostri consensus. Ex quarum clausulis rectè infertur, ultra generalem, ac specialem protectionis Regaliam Regis, qua plurimis in occasionibus usus fuit, & utitur impediens executionem, & intimationem similium litterarum in contraventionem horum Indultorum S. Inquisitionis expeditarum, ut apparet ex Registris Regiis, de quibus per summarium mentionem faciemus, & nonnullas litteras Regias ad hoc ipsum retulimus ad litteram superiùs *à n.* 40.

Dominus Joannes Alvarez † de Caldas pri- 84
mùm in supremo Inquisitionis Senatu Decanus; deinde Episcopus Oberensis, tandem Abulensis; occasione quarumdam assertionum Complutensis Academiæ, super quibus simul in Romana Curia, & in Hispania causa fuerat inchoata, Syllabum, seu breviculum fecit litterarum Apostolicarum circa jurisdictionem Inquisitionis Hispaniæ pro informando Catholico Rege Philippo III. *anno* 1602. eundem Syllabum prout stat in monumentis Consilii status Regii brevissimè perstringam.

Innocentius VII. tres litteras expedivit *anno*
1485. & 1486. in quibus † dicitur: *Non ad nos*, 85
seu Sedem Apost. sed ad te debeat appellari. Alexander VI. *anno* 1494. Superiores litteras confirmat, & ampliat, ut intelligantur † de quibuscum- 86
que causis, & negotiis officium Inquisitionis concernentibus, cum illorum dependentiis, & emergentiis. Julius II, *anno* 1507. & Leo X. *anno* 1518. & Adrianus VI. *anno* 1538. eisdem fere verbis superiores litteras confirmarunt. Clemens VII. *anno* 1532. & iterum *anno* 1529. & Paulus III. *anno* 1539. omnes anteriores præcessorum Bullas repetant, & confirmant.

Singu-

Singulare illud est, quod Paulus III. *anno* 1544. postquam primus omnium erexerat Inquisitionem Romanam, dicit in verbo Romani Pon-
87 tificis † se nihil innovare, aut immutare voluisse de juribus antiquis Inquisitionis Hispaniæ propter erectionem Romanæ Inquisitionis, quam biennio ante fundaverat, ut præcedentibus expensum est, orta fuisset suspicio aut præsumptio, etsi levis, de privilegiis Inquisitionis Hispaniæ, aut derogatis, aut limitatis, aut in aliquo forsan immutatis: Idem Pontifex Paulus III. *anno* 1544. expedivit litteras, quarum initium est, *Circumspecta Romani providentia Pontificis.* Quibus firmiter attestatur Pontifex in his se nihil innovare, aut immutare voluisse de juribus antiquis Inquisitionis Hispaniæ propter erectionem Romanæ Inquisitionis, quam biennio ante fundaverat, ut præcedentibus expensum est, quarum litterarum verba sunt hæc: *Tenore præsentium in verbo Romani Pontificis attestamur nunquam intentionis nostræ fuisse, aut esse quod per constitutionem, aut deputationem nostram, aut super illas confectas litteras officium Inquisitionis in quibuscumque Regnis, Provinciis, & locis, aut aliquibus personis officium Inquisitionis hujusmodi dicta Apostolica autheritate exercentibus, seu facultatibus illis per quoscumque Romanos Pontifices antecessores nostros, ac Nos, & Sedem Apostolicam præjudicaretur, & quatenus per eandem constitutionem, aut deputationem nostram, aut desuper confectas litteras, quoad præjudicium attinet, per præsentes revocamus, cassamus, & pro nullis, & infectis haberi volumus;* cujus clausulæ tenore, semper jura S. inquisitionis Hispanæ præservata & immutata manere, ut antea, plus quàm manifestum est.

Julius III. *anno* 1551. omnes suprà relatas Apos-
88 tolicas denuò firmat, † & extendit ad quascumque causas quoquomodo pertinentes ad Inquisitionem Hispanam, & subdit se omnem suam potestatem in causis Sanctum Officium quoquomodo tangentibus Hispaniæ Inquisitioni tribuere, ac si nihil in Sancta Sede de jurisdictione reservaretur. Gregorius XIII. *anno* 1572. sigillatim prædictorum omnium brevium mentionem facit, & omnia in ipsis contentis denuò firmat.

Similia sunt, quæ habentur in litteris Clemen-
89 tis VIII. *anno.* 1556. & 1559. † expressè subdit, ut prædictæ litteræ ad ea omnia extendantur, de quibus solita est cognoscere Inquisitio Hispana, sive de jure, sive de consuetudine. In litteris *anni* 1595. idem Pontifex committit denuò Inquisitori Generali causam librorum cognoscendorum.

Addit prædictus Dominus de Caldas alias lit-
90 teras Apostolicas ad probandum surreptitias † fuisse litteras, quæ contra fautores assertionum Complutensium emanarunt à Romana Curia, nam Alexander VI. *anno* 1498. expedivit litteras declarantes, non esse acceptandas veluti surreptitias Bullas quaslibet, in quibus aliquid contineatur adversus jura Inquisitionis Hispaniæ. Similes alias
91 † dedit pro declaranda hac surreptione Clemens
92 VII. *anno* 1524. & addit nisi forsan consenserint † Reges Catholici. Sixtus V. in erectione quindecim congregationum ait, se nihil immutare velle de juribus Inquisitionis Hispaniæ, ut propterea
93 si in simili causa, † sive impressarum conclusionum, sive editorum librorum in Hispania, sive aliarum delationum ad hujusmodi Officium Inquisitionis pertinentium litteræ quæcumque in Romana Curia adversus Hispanum quemlibet impetrarentur, veluti surreptitiæ acceptandæ non sint, nisi cum prædictis conditionibus, & limitationibus.

Quæ conditiones ad duas potissimum reducuntur patentes ex dictis Bullis, & signanter ex illa Julii III. relata infrà *num.* 112. altera, quod ad avocationem hujusmodi non sufficiat derogatio Indultorum & Bullarum generalis, etiam par quaslibet exuberantes, & efficacissimas clausulas derogatorias, nisi de verbo ad verbum, & nihil de eorum tenore omisso specialiter, & expresè fuerint litteræ Julii III. insertæ: altera, quod simul adsit ad id consensus Regis expressus. Et utraque conditio per dictionem, *Ac*, copulativam exprimitur, & sic una conditio, & requisitum sine altero non sufficiet, sed utrumque simul concurrere, & adesse debet, ad validitatem derogationis hujusmodi, quia quando plura, vel plures conditiones copulantur in dispositione, omnium copulatarum requiritur concursus, aliàs non verificatur, nec procedit dispositio ipsa *l. si hæredi plures, ff. de condition. & demonstrat.* plures Doctores laudavimus *de Protect. Regia, part.* 1. *cap.* 6. *n.* 60. quibus adde novissimè Castellum, plura & plurimos congerentem *controvers. lib.* 6. *cap.* 136. præsertim *à num.* 34. ubi de duabus qualitatibus, conditionibus, & de substituto pluribus hæredibus. Ex quo sequitur manifestè, quòd ad subvertendam primam instantiam S. Inquisitionis unitam cum instantia Ordinarii, non sufficiat sola forma Concil. Trid. de eo loquentis, hoc est quod sit subscripta propria manu Sanctissimi, cum simul requiratur existentia prædictarum conditionum respectu Inquisitionis, cujus privilegio potiri etiam debet Ordinarius ratione, & intuitu inseparabilis connexitatis, & societatis, cum Inquisitione, de quo participat, & sibi communicatur, ex abundè comprobatis sup. *n.* 54. *cum seq.*

Ratione quippè mixturæ formalitas indultorum Inquisitionis superadditur formæ subscriptionis requisitæ à Tridentino, quæ sola sufficiet, quando solius Ordinarii instantia avocatur, sed non, quando eadem commixta reperitur cum alia habente à jure, aut statuto Canonico diversam, & specialem formam, quæ simul ad validitatem commissionis avocatoriæ debet concurrere, quia sola subscriptio non supplet, nec sanat nullitatem aliunde provenientem ex alio capite, & dispositione, uti singulariter ponderavimus hac 2. *c.* 5. §. 1. *n.* 34. ad quem locum te remitto pro latiori explicatione, & comprobatione.

Fulcitur hæc resolutio ex doctrina Baldi *in l. bonorum, quæst.* 3. *C. qui admitti*, quæ habet, quod solemnitas & decretum Judicis, quæ requiruntur in alienatione rerum immobilium minoris, trahuntur, & observari etiam debent in alienatione mobilium, quando simul commiscentur, ut in hæreditate delata pupillo, quæ est quoddam corpus universum, aptum comprehendere mobilia, & immobilia, & sic ratione mixturæ, & connexionis non potest tutor hæreditatem repudiare sine solemnitate requisita, & Judicis decreto quæ doctrina fuit Originalis Bart. *in l. tutor, ff. de bonor. possess.* Cornel. *cons.* 236. *diligenter, col. pen. vers. Nec etiam obstat, lib.* 4. *& cons.* 11. *lib.* 3. Nos *de Protect. Regia, tom.* 1. *p.* 2. *c.* 7. *n.* 18.

Tandem prædictus Dominus de Caldas † plures 95
litteras Apostolicas compilavit, ex vi quarum jam olim Inquisitio Hispana de quibuscumque libris scriptis, aut impressis, & de quibuscumque propositionibus, & assertionibus cognoscit.

Paulus III. anno 1559. specificat causam librorum cognoscendum, † ut propriam Hispaniæ 96
Inquisitionis in suo territorio. Julius III. semel

anno

anno 1550. & iterum *anno* 1554. Paulus IV. semel *anno* 1558. & iterum per alias litteras *anno* 1559. & iterum per alias *anno* 1562. Pius V. *anno* 1564. & Gregorius XIII. *anno* 1572. non paucæ ex litteris Apoſt. relatis ſunt in antiquiſſimis expurgatoriis Hiſpaniæ, aut referuntur à Jacobo Caſtellano in compendio, *fol.* 57. 62. 70. 92. 137. aut proponuntur in *Bullario magno*, aliæ verò ex monumentis Regiis conſtant, & ex arcanis tabulariis, tum Concilii ſtatus, tum Senatus Inquiſitionis Supremæ, quemadmodum ex prædicto ſyllabo, aut breviculo Domini de Caldas, omnes præmiſſas litteras Apoſt. & plures alias denuo contulit in unam Summam Dominus Joan. Dionyſius Portocarrero è Supremo Senatu Inquiſitionis Hiſpanæ, occaſione cujuſdam prohibitionis, quæ à Sacra Congregatione citationum Perſonalium, quas eadem Sacra Congregatio intimabat adversùs Hiſpanum quemdam Authorem Theologum, *anno* 1631. 1632. 1633. ipſum à nationalibus Judicibus in prima inſtantia ſeparare contendens. Propterea multis modis, & viis conſtat de fideli allegatione, & authentico robore brevium Apoſt. quæ produximus ſolùm recitativè.

96 Et inſuper ut prædictæ Bullæ facilè * reperiantur unde petendæ ſunt, inferere utile judicavimus.

Innocentius VIII. *anno* 1485. & 1486. tres litteras Apoſt. expedivit, quæ (ut refert Dominus de Caldas in ſummario, cujus meminimus, & Dominus Portocarrero) reperiuntur in archivis, & tabulariis Supremi Senatus Fidei. Hæ tres Bullæ habentur, *tit.* 1. *lib.* 1. *Bullarii manuſcripti*, *fol.* 5. & 6. & ſunt *quarta*, & *quinta*, & *ſexta*. In illis
97 autem * prohibetur recurſus appellationis à Supremo Inquiſitore etiam ad Sanctam Sedem illis verbis: *Non ad nos, ſeu Sedem Apoſtolic. ſed ad te debeat appellari.* Idem Pontifex *anno* 1487. aliud Breve expedivit, quod eſt *in tom.* 2. *Bullarii manuſcripti*, *lib.* 1. *Bulla.* 2. *fol.* 44. in eo decernit, quod ſi aliqua cauſa ſimul fuerit Inquiſitorum, & Epiſcoporum, à ſententia Inquiſitionis appellari non poſſit; bene tamen à ſententia Epiſcopi.

Alexander VI. *anno* 1494. uti conſtat *ex libro* 1. *Bulla.* prædicti, *tit.* 1. *Bulla.* 3. *folio* 3. con-
98 firmat quatuor * nuper relatas litteras Apoſt. Innocentii, & eas ita ampliat, ut dicat negandum eſſe recurſum appellationis: *Pro quibuſcumque cauſis, & negotiis officium hujuſmodi concernentibus, & illorum dependentiis* Idem Pontifex *anno* 1500. jubet per alias litteras nullam fieri appellationem
99 ab Inquiſitione Hiſpana ad Romanam Curiam, ſed omnem cognitionem, & recurſum in Supremo Inquiſitore terminari, ex *l.* 1. *Bullarii relati*, *tit.* 1. *Bulla.* 8. *fol.* 12. & *Bulla.* 9. idem ſtatuitur *anno* 1502. *Maii. die* 15. ut conſtat ex *lib.* 1. *Bullarii*, *tit.* 2. *Bulla.* 6 *fol.* 47.

Julius II. *anno* 1507. *die* 4. *Junii*, & *die* 9.
100 *Novembris*, expedivit * duas litteras Apoſtol. pro Generali Inquiſitore Aragoniæ Joanne Engerra, continentes proximè relatas clauſulas Innocentii, & Alexandri, & habentur *lib.* 1. *Bullarii*, *tit.* 1. *Bulla.* 10. *fol.* 13. & *tit.* 2. *Bulla.* 8. *fol.* 50. Et eadem jura, & privilegia tribuit Supremo Inquiſitori Caſtellæ Franciſco Ximenio, ut conſtat ex *lib. Bullarii*, *tit.* 2. *Bulla.* 8. *fol.* 49. Facta eſt ſeparatio duorum Generalium Inquiſitorum, ſtatim quod mortua Elizabetha Regina Ferdinandus hæreditarium Aragoniæ Regnum adiverit, &

Philippus I. gubernacula Caſtellæ tenere cœperit.

Leo X. *anno* 1513. *die* 31. *Maii*, expedivit litteras, quæ habentur *lib.* 1. *Bullarii*, *tit.* 2. *Bulla.* 9. *fol.* 50. in quibus prohibet * ſub pœna excom- 101
municationis, ne aliquod Tribunal Eccleſiæ, aut per viam appellationis, aut aliter cognoſcat de pertinentibus ad Inquiſitionem Hiſpanam in ulla inſtantia. *Eodem anno die* 15. *Junii*, *lib.* 1. *Bulla.* 102
tit. 12. *fol.* 18. idem Pontifex prohibet * omnem recurſum etiam appellationem ab Inquiſitione Hiſpana. Similes alias litteras Apoſtol. dedit *anno* 1516. idem Leo, *die* 13. *Novembris*, & *anno* 1519. *die* 4. *Martii*, quæ habentur *lib.* 1. *Bulla.* *tit.* 1. *Bulla.* 13. *fol.* 20. & *Bulla.* 14. *fol.* 23.

Adrianus VI. *anno* 1523. *die* 10. *Septembris*, ut conſtat ex *lib.* 1. *Bulla. tit.* 1. *Bulla* 15. *fol.* 26. In litteris Apoſtol. repetit, & confirmat quæcumque ex præcedentibus producta ſunt.

Clemens VIII. *anno* 1524. *die* 6. *Januarii*, dat litteras Apoſtolic. * quæ habentur *lib.* 1. *Bulla.* 103
tit. 2. *Bulla.* 25. *fol.* 74. In quibus prohibet, ne cauſas ad Inquiſitionem Hiſpanam pertinentes in ulla inſtantia, nec per viam appellationis ad Romanam Curiam deportet, niſi de conſenſu Regum Hiſpaniæ, dixerat nuper: *Quomodocumque appellari contigerit ad pro tempore exiſtentem Inquiſitorem Generalem: non autem Apoſt. ac ſi nihil de juriſdictione ſibi reſervaverit appellandum fore*, *anno* 1509. *die* 11. *Decembris*, iterùm proximè dictas litteras confirmat ex *lib.* 1. *Bulla. tit.* 1. *Bulla* 29. *fol.* 81.

Paulus III. *anno* 1534. *die* 21 *Decembris*, ut liquet ex *libro* 1. *Bulla. tit.* 2. *Bulla.* 31. *folio* 85. litteras expedivit confirmantes proximè relatas Bullas Clementis VII. cum omnibus & ſingulis, in eis contentis. Idem Pontifex * *anno* 1539. *Septem-* 104
bris die 7. ut habetur *lib.* 1. *Bulla* 18. *fol.* 32. per ſpeciale reſcriptum confirmat litteras Leonis, & Clementis, & inter alia ſubdit: *Appellationes, ac provocationes quaſcumque ad alium, vel alios, quàm ad te, etiam ad nos, & Sedem Apoſtolic. interponendas, ſit irritum, & inane, &c.* His in litteris Inquiſitioni Hiſpanæ expreſsè committit prohibitionem, correctionem, * & expurgationem 105
librorum. Aliæ hujus Pontificis litteræ habentur ad Præſens inſtitutum, *anno* 1540. *die* 18. *Februarii*, idem Pontifex alias dedit litteras, quæ omnes relatas hactenus confirmant, ut habetur *lib.* 1. *Bulla.* *tit.* 1. *Bulla* 19. *fol.* 35. ſimile reſcriptum produxit *anno* 1547. 20. *Januarii*, & liquet ex *lib.* 1. *Bulla* *tit.* 1. *Bulla.* 20. *fol.* 39.

Julius III. *anno* 1551. *Decembris die* 15. litteras expedivit Apoſtol * quæ habentur *in lib.* 1. *Bulla-* 106
rum tit. 2. *Bulla.* 32. *fol.* 88. quas ad litteram recenſemus *n.* 12. ubi omnes anteriorum Pontificum Bullas confirmat ad quæcumque negotia quomodolibet annexa, connexa, dependentia, & emergentia, & pertinentia ad Sanctum Officium.

Gregorius XIII. & Sixtus V. ſimiles alias litteras expedierunt; * verùm ſat eſt ex Clemente VIII. duas, aut tres Bullas producere, *anno* 107
1595. *die* 1. *Auguſt*; omnes præcedentium Pontificum litteras confirmat, & addit: *Statuentes, appellationes, ſeu provocationes, ſeu recurſus à quibuſvis ſententiis, & decretis per quoſcumque Inquiſitores promulgatis ad te ipſum ſolùm, & non ad alium, &c. anno* 1596. *die* 10. *Januarii*. Idem Pontifex, * & conſtat *ex lib.* 2. *Bullar. fol.* 142. 108
Bulla 46. Tribuit Inquiſitori Generali cognitionem

omnium, & singulorum pertinentium ad Sanctum Officium, privilegia, ac indulta à prædecessoribus concessa denuò confirmat, & tandem his verbis concludit: *Teque causas appellationum,*
109 *seu provocationum,* * *& recursuum hujusmodi unà cum omnibus, & singulis earum incidentibus, dependentibus, & emergentibus, annexis, & connexis per te, vel alios audire, cognoscere, & fine debito terminare posse, & debere.*

Hæc quæ à nobis recitativè sunt allata abundè
110 declararunt, * quid juris habeat Inquisitio Hispana in omnibus, & singulis instantiis, ex indultis, & privilegiis Apostolicæ Sedis. Longè aliud hoc est eo quod Thuanus, *lib.* 93. scribit de libertate Ecclesiæ Gallicanæ, iis verbis: *Licèt Galli Pontificem in rebus sacris supremam dispensationem habere fateantur; tamen in Gallia nunquam potentia absoluta, & infinita locum habuit, sed ea, quæ Canonibus, & priscorum Conciliorum in Regno receptorum diffinitionibus quasi intra terminos coercetur, & in hoc maximè consistere libertatem Ecclesiæ Gallicanæ.* Propterea Concilium Trident. eo in Regno admissum non est
111 Hispaniæ verò Reges nulla * non admittunt Concilia quoad reformationem ex iis, quæ Ecclesia celebravit. Non respuit Lateranense sub Leone X. nec Tridentinum, sed summo cultu veneratur, quod tamen noluit Ecclesia Gallicana.

Et ut cuncti præ manibus faciliùs habere possint multa, * quæ in prædictis Bullis Apostolicis
112 continentur, inferenda erit prædicta Bulla Julii III. quæ ut sequitur, disponit.

Julius Papa III.

VEnerabilis Frater, salutem, & Apostolicam benedictionem. Dudum postquam felic. recordat. Clementi Papæ VII. prædecessori nostro; *Pro charissimo in Christo filii nostri, tunc sui, Caroli Romanorum Imperatoris, semper Augusti, etiam tunc Regis, & charissimæ in Christo filiæ nostræ Joannæ Reginæ Hispaniarum Catholicæ expositum fuerit,* quòd licèt bonæ memoriæ Alphonsus Basilicæ Sanctorum 12. Apostolorum Presbyter Cardinalis Hispalens. nuncupatus, tunc Archiepiscopus Hispal. Inquisitor Generalis hæreticæ pravitatis in omnibus eorum Regnis & dominiis Hispaniarum, ac principatu Cathaloniæ, & utriusque Siciliæ Apostolica authoritate disputatus fuisset, & fideliter, ac potiùs ad humanitatem, & mansuetudinem, quàm ad rigorem juris declinans, per se ipsum, seu ab eo deputatum, vel deputatos, in Regnis, & dominiis, ac Principatu, & territoriis prædictis exercuisset, & exercet: *Tamen quam plures nomen, & legem Christi verbo profitentes, facto autem denegantes*, ac hæresim, & hæreticorum superstitionem à Fide Catholica deviantium sectantes; necnon hæresim, & hæreticorum defensores, & contra quos de hujusmodi hæresi vehementer suspectos per eum, seu ab eo deputatum, vel deputatos procedebatur, fingentes, seu asserentes se ab eo, seu deputatis ab eo in aliquibus gravari, vel ex confictis causis eum suspectum habere, causas appellationum interpositarum, necnon etiam simpliciter in nostro, tunc ipsius prædecessoris Rotæ auditorio aliquibus causarum Palatii Apostolici Auditoribus, seu loca tenentibus, aut Cardinalibus per ipsum Clementem seu prædecessores suos committi, *& prætextu appellationum, seu simplicis querelæ*, & commissionum hujusmodi, dicto Alphonso Cardinali, & Inquisitori, ac ab eo ad Officium Inquisitionis hujusmodi deputatis, ne contra ipsos Hæreticos; seu Apostatas, vel de hæresi suspectos, eorumque defensores, fautores procedere quoquomodo præsumeretur: *seu aliàs diversis, & exquisitis viis inhiberi fecerant, & obtinuerunt; ac hujusmodi inhibitionis prætextu tanti criminis punitionem effugiebant; seu saltem differebant, in Divinæ Majestatis offensam, & ejusdem Fidei Catholicæ oppressionem, & conculcationem, ac Christi fidelium quam plurimorum non modicum detrimentum: Dictus Clemens prædecessor vestigiis religios. memor Innocentii VIII. Alexandri VI. Julii II. & Leonis X. Romanorum Pontificum prædecessorum suorum*, qui similes advocationes causarum crimen hæresis hujusmodi concernentium in Romana Curia pendentium, fecerunt, inhærens: *Omnes & singulas causas crimen hæresis hujusmodi concernentes in dicta Curia vel extrà eam, ut præfertur, commissas, & coram quibusvis Auditoribus, seu loca tenentibus, & aliis judicibus, in quacumque instantia, sive per viam supplicationis, aut simplicis commissionis, & aliàs quomodolibet pendentes*, etiamsi instructè essent, & in illis forsan aliàs conclusum esset, ad se per quasdam suas litteras advocaverat. *Illasque ad eundem Alphonsum Cardinalem, & pro tempore Inquisitorem Generalem dictæ hæreticæ pravitatis in eisdem Regnis & dominiis deputatum per eum, seu alios ab eo deputandos in statu debito resumendas, audiendas, cognoscendas* per easdem concesserat, ac sibi omnes, & singulos, quorum interesset in dicta Curia, vel extra eam citandi, ac quibusvis Judicibus, & personis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & dicti Palatii Apostolici causarum Auditoribus, sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis inhibendi, necnon eos, qui suæ inhibitioni contravenerint, censuras, & pœnas hujusmodi incurrisse declarandi: ipsaque censuras, & pœnas, quoties opus foret aggravandi plenam, & liberam facultatem concesserat, *Districtiùs inhibendo præfatis Judicibus, ne ex tunc de cætero in hujusmodi causis quoquomodo se intromitterent*, ac decernens quidquid contra inhibitionem hujusmodi scienter, vel ignoranter attentari contingeret: *Necnon quascumque alias commissiones hujusmodi crimen hæresis concernentes*, quas per ipsum Clementem prædecessorem, & Sedem Apostolicam aliquibus in dicta Curia, vel extra eam *Præfatarum avocationis, & inhibitionis expressa derogatione, si absque Caroli Imperatoris & Regis necnon Reginæ prædictorum expresso consensu fieri contingeret, nullius roboris, vel momenti existere*: Etsi ab eodem Alphonso Cardinali, seu pro tempore existente Inquisitore Generali hæreticæ pravitatis in dictis Regnis & Dominiis, vel Subdelegatis, seu Deputatis ad Officium Inquisitionis hujusmodi; *Quomodocumque appelli contingeret ad eundem Alphonsum Cardinalem, seu pro tempore existentem Inquisitorem Generalem, in eisdem Regnis & dominiis, non autem ad Sedem præfatam, etiamsi nihil de jurisdictione reservaretur, appellandum foret, ac hujusmodi avocationi, remissioni, & decreto per quascumque commissiones, seu concessiones, & litteras Apost. quasvis etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores & insolitas clausulas in se continentes,*

nullatenus

nullatenus derogari posse, nec derogatum censeri, nisi avocationi, remissioni & decreto, ac de super confectis litteris prædictis de verbo ad verbum, & nihil de eorum tenore omisso specialiter, & expressè, ac de consensu prædictorum Caroli Imperatoris ac Regis & Joannæ Reginæ derogatum foret; ficque per quoscumque Judices, ac ejusdem Rom. Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, quavis aliter judicandi, & impetrandi facultate, & authoritate judicari, & deffiniri debere decreverat: *Et deinde pro ipsius Alphonsi Cardinalis* parte, similiter exposito, quòd dubitabat ne post concessionem litterarum Clementis prædecessoris hujusmodi, aliquæ aliæ concessiones, & gratiæ eisdem literis contrariæ, ad aliquarum prædictarum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum, secularium, & regularium, etiam Ordinum Mendicantium, *ab ipso Clemente prædecessore, præter & contra mentem ipsius surreptitiæ, & obreptitiæ involucro verborum exortæ emanassent*, præfatus Clemens prædecessor litteras prædictas cum avocationis, remissionis, commissionis, inhibitionis, & decreti, aliisque in eis contentis clausulis, adversus quascumque contrarias concessiones, & gratias, quæ etiam ad quorumvis Prælatorum vel aliarum personarum Ecclesiasticarum secularium, & quorumvis Ordinum, & congregationum regularium, aut laicorum instantiam, quomodolibet eatenus emanaverant, ac in pristinum, & eum, in quo antequam illa emanassent, quomodolibet erant, statum, *Per alias suas in forma Brevis litteras restituerat, reposuerat, & plenarie reintegraverat; ac quoties aliæ contrariæ concessiones, aut gratiæ in Regnis & dominus eidem Carolo Imperatori, & Regi subjectis emanarent, toties ex tunc, prout ex ea die, & è contra de novo concesserit, ac restitutas, repositas, & reintegratas, & de novo concessas esse decreverat, pro parte ejusdem Alphonsi Cardinalis*, piæ memoriæ Paulo Papa III. similiter prædecessori nostro, exposito quod postmodum diversæ causæ hæresim concernentes, aliisque eidem Alphonso Cardinali, aut cæteris Inquisitoribus, importunitate calumniosè petentium commissæ reperiebantur, ac humani generis inimico seminante damnata, & pestifera hæresis Lutherana pullulare incipiebat. Idem Paulus prædecessores tam Caroli Imperatoris, & Regis, quàm Alphonsi Cardinalis prædictorum in ea parte supplicationibus inclinatus litteras præfatas, cum omnibus, & singulis in eis contentis, etiam irritantibus clausulis, innovans omnes, & singulas causas hæresim hujusmodi sapientes, tam forsan in dicta Curia, quàm extra eam, aliisque eisdem Alphonso Cardinali, & prætextu quorumcumque rescriptorum Apostol. aliarumque litterarum quomodolibet commissas, etiam instructas, quarum status idem Paulus prædecessor haberi voluit pro expresso: *Ad se ipsum dicta authoritate per suas in forma Brevis litteras avocavit, & illas in statu debito resumendas, & ulterius, necnon quascumque alias, tam Lutherana, quàm alia quavis erronea occasione pro tempore exortas, & quas oriri contingeret, cum omnibus & singulis illis annexis, dependentibus, & emergentibus, audiendas, decidendas, & fine debito terminandas eidem Alphonso Cardinali, & pro tempore existenti Inquisitori Generali commisit*; sibique & eidem pro tempore existenti Inquisitori Generali, etiam quoscumque cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existentes, hujusmodi Lutheranæ, & erroneorum dogmatum sectatores, & sequaces, ac de illis suspectos, fautores, & impeditores; *capiendi, & carceribus mancipandi, & contra eos processus fulminandi, necnon sententia tam interlocutorias, quàm deffinitivas ferendi;* illosque juxta Canonicas sanctiones prout qualitas excessuum exegerit puniendi, & pœnis debitis plectendi, & aliàs prout Inquisitori existenti pro tempore concessum erat, ac procedere consueverat, procedendi, omniaque & singula alia in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, exequendi, & exercendi, ac gerendi; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, plenam, & liberam facultatem concessit, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur.

Nos, qui dicto Paulo prædecessore de medio sublato, divina favente clementia, Summi ad Apostolatus apicem assumpti fuimus, & quorum est, Jesu Christi Fidem, quæ nobis præcipua cura est, defendere: totisque viribus, & indefesso labore vias ipsam Fidem propagandi investigare, & Christi fideles ab erroribus quantum possumus, eripere, *Et eorum spirituali saluti intendere; ne effectus singularum litterarum prædictarum impediatur, tam Caroli Imperatoris, & Regis, ac Joannæ Reginæ prædictorum, quàm dilecti filii nobilis viri Philippi Principis Hispaniarum per dilectum filium Jacobum de Mendoça, prædicti Cæsaris apud nos oratorem, in hac parte supplicationibus inclinati, singulas litteras prædictas, cum decretorum, etiam irritantium, ac omnibus, & singulis aliis in eis contentis clausulis innovantes, ac innovatas esse decernentes, & de novo concedentes: ac omnes & singulas causas hæresim hujusmodi quomodolibet sapientes, vel Inquisitionis officium, in Regnis, dominiis, & locis prædictis quomodocumque & quavis occasione tangentes: Tam forsan in dicta Curia, quàm extra eam, aliis quàm tibi etiam prætextu quorumcumque rescriptorum Apostol. aliarumque litterarum in genere vel specie, ac alias quomodolibet concessas; quarum statuta, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & collitigantium præsentibus haberi volumus pro expressis, ad nos harum serie cumque alias pro tempore exortas, & quas oriri contigerit, cum omnibus & singulis dependentibus, emergentibus, & illis annexis, & connexis, audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas, tibi & pro tempore existenti Inquisitori Generali, authoritate Apostolic. tenore præsentium committimus*; Necnon tibi, & eidem pro tempore existenti Inquisitori Generali, etiam quoscumque cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existentes hujusmodi Lutheranæ, & erroneorum dogmatum sectatores, & sequaces, ac de illis suspectos, & impeditores, sub singulis litteris prædictis comprehensos, *Citandi, vel per viam requisitionis, si à quibusvis detineantur, petendi, & super remissione diligentias, quæslibet faciendi, & reos quoslibet legitimis præcedentibus judiciis, carceribus mancipandi, & contra eos processus fulminandi, necnon sententias, tam interlocutorias, quàm diffinitivas proferendi*, illosque juxta Canonicas sanctiones, prout qualitas excessuum exegerit puniendi, & pœnis debitis plectendi, ac aliàs prout Inquisitori existenti pro tempore concessum existit, ac procedere consuevit, procedendi, omniaque & singula alia in præmissis, & circà ea necessaria, seu quomodo-

modolibet opportuna faciendi, exequendi, gerendi, & exercendi: invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis plenam, & liberam facultatem concedimus. Non obſtant. relig. memor. Bonifacii Papæ VIII. ſimiliter prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dictis, dummodo ultra tres dictas aliquis authoritate præſentium ad Judicium non trahatur, ac aliis Apoſtolic. conſtitutionibus, quibuſcumque perſonis, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtentibus, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac quavis conſultatione, ac ex quibuſvis cauſis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam talibus, quòd illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo, & forma, in eis expreſſis, derogari poſſit, conceſſis, approbatis, & innovatis; quibus omnibus tenores illorum, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo, & forma in eis tradita obſervata inſertæ forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, quoad præmiſſa ſpecialiter, & expreſsè derogamus: necnon omnibus illis, & quæ præfati Clemens, & Paulus prædeceſſores in ſingulis litteris prædictis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die* 15. *Decembris* 1551. *Pontif. noſtri anno* 2. *Roman. Amaſæus.*

Quapropter tantis indultis, & privilegiis ſtantibus, ad eorum,* & Sanctæ Inquiſitionis pro- 113
tectionem Rex ſua Regalia retentionis utitur, quoties temerè à Sede Apoſtolica impetrantur litteræ avocatoriæ primæ, & ulteriorum inſtantiarum pertinentium ad Sanctam Inquiſitionem Hiſpaniæ; tum quia Rex Catholicus Fidei, & Catholicorum dogmatum protector eſt, ſicuti per plurima jura, & authoritates, variaque fundamenta apparet hac 2. *part. cap.* 1. *& etiam part.* 1. *cap.* 1. Quibus multa conducibilia videbuntur. At cum hæ litteræ avocatoriæ tam in prima inſtantia, quàm in cæteris ſit impeditivæ, vel ſaltem ſuſpenſivæ remedi contra contagium hæreticæ parvitatis, ut expreſsè, & ſignanter agnoſcunt, & motivant dictæ Bullæ, & indulta Apoſtol. ergo poterit Rex ſua Regalia protectionis uti impediendo earum executionem ad ſcandalum vitandum in Republica Chriſtiana.

Deinde quia ex clauſulis dictarum Bullarum maximè Clement. VII. & ex hac Julii III. jure &
114 privilegio* indulgetur Rex Catholicus, ne ſine ſuo conſenſu expediantur, nec exequantur hujuſmodi litteræ avocatoriæ, ibi: *ac de conſenſu prædictorum Caroli Imperatoris ac Regis, & Joannæ Reginæ derogatum foret, &c.* Et Paulo antè, ibi: *Præfatarum avocationis, & inhibitionis expreſſa derogatione ſi abſque Caroli Imperatoris, & Regis necnon Reginæ prædictorum expreſſo conſenſu fieri contingeret, nullius roboris & momenti exiſtere &c.*

Et jus competens Regi ex privilegio Apoſtoli-
115 co, aut conſuetudine* in rebus Eccleſiaſticis eſt Regalia ipſius, ut ſcripſimus 1. *part. cap.* 1. *num.* 116. *& ſeq.* De qua cognoſcere poſſe inter Eccleſiaſticos, abundè probatum remanet *in dict. cap.* 1. *à nu.* 132. *cum multis ſq.* Imò inter legitimas
116 & præcipuas cauſas* ad retentionem litterarum Apoſtolic. illa numeratur, quæ verſatur in tuendis Regaliis, & præeminentiis Regis, ne præjudicium, aut diminutionem patiantur, ut copiosè dictum fuit 1. *part. cap.* 5. *par totum*, & *cap.* 6. *præcipuè à n.* 39. *& ſeqq.*

Et inſuper quia ubi Regis conſenſus neceſſarius eſt, ſi ſine illo* litteræ Apoſtolicæ impetrantur, 117
in Senatu retinentur, ne exequantur, ut de jure Regio patronatus diximus ex Bulla Adriani, & Doctorum authoritate, ſup. 1. *part. cap.* 1. *à nu.* 137. *cum ſeqq.*

Præſertim cùm Rex Catholicus ſit patronus* 118
& ſimul protector Inquiſitionis Hiſpaniæ, ut ipſe fatetur ſecurè in ſuis litteris Regiis ſuprà tranſcriptis, *n.* 51. *&* 52. Et hoc jus patronatus ſine ſuo conſenſu expreſſo infringi, aut minui nunquam patitur Rex, atque etiam hoc Regium patronatum puto reſpicere Pontifices, qui ad hujuſmodi derogationes Regis noſtri conſenſum, & appetunt, & ad validitatem requirunt.

Tum etiam quia ſi conſenſus Regis eſt de ſubſtantia,* & forma horum reſcriptorum, prout eſt 119
quilibet conſenſus ab ſtatuto requiſitus præſtandus in actu per tertium, ut de ſtatuto requirente conſenſum conſanguineorum in contractu minoris, aut mulieris, ex Bald. *in l.* 1. *C. qui admiti, & in l. quacumque, C. de bonis quæ liberis*, quem ſequuntur communiter Doctores *in l. ſi quis mihi bona*, §. *juſſum, ff. de adquirend. hæredit.* latiſſimè proſequitur Tiraquellus *de legibus connub. gloſſa* 6. *à nu.* 5. *cum ſeq.* Simoncellus *de decretis in præfatione*, *n.* 54. & 55. Gomes Arias *in l.* 68. *Tauri*, *num.* 34. *& ſeq.* Et ibidem omnes Tauriſtæ. Aliàs litteræ* ipſæ nullæ ſunt, ut 120
docent Doctores citati, & eadem Julii III. ibi: *Si abſque Caroli Imperatoris & Regis, necnon Reginæ prædictorum expreſſo conſenſu fieri contingeret, nullius roboris, & momenti exiſtere:* neceſſarium erit ut occurratur earum executori & executioni, ne de facto cum ſcandalo, & violentia exequatur in præjudicium juris, & Regaliæ Regis.

Fulcitur deſuper hæc litterarum retentio, ex eo
* quod ex Bulla Alexandri VI. & Clementis VII. 121
apparet, & profiteretur Pontifices, litteras avocatorias expediendas ſine forma prædicta eſſe, & judicari debere ſurreptitias, in præjudicium Indultorum Sanctæ Inquiſitionis Hiſpaniæ. Et licèt Nos 1. *part. cap.* 8. (contra plurimos Doctores abſolutè* loquentes ſurreptionem eſſe cauſam legiti- 122
mam ad retentionem litterarum) negativè reſolvamus, ſimplicem quamlibet ſurreptionem non ſufficere: tamen quando ex ſurreptione infertur præjudicium Regi, aut Regno, aut Reipublicæ Eccleſiaſticæ, ſpirituali, aut temporali, & ejus recto regimini, retentionis legitimam eſſe cauſam ex communi Doctorum obſervantia reſolvimus *in dict. cap.* 8. *à num.* 10. *uſque ad fin.* Quæ omnes qualitates reperiuntur in hujuſmodi litterarum avocatoriarum ſuſceptione: præjudicium juris, & Regaliæ Regis Catholici apertè fuit oſtenſum in fundamentis antecedentibus: Reipublicæ autem Eccleſiaſticæ ejus regiminis ſpiritualis* clarè 123
patet, cùm Hiſpaniæ Inquiſitio ideò introducta fuit, ut conſuleretur animarum ſaluti, & occurreretur feſtinanter contagio hæreticæ pravitatis, quo etiam temporalis Reſpublica ſcandalis, inquietc, & ſeditionibus periclitatur, & facilè ad interitum, & ruinam pervenit. Igitur* ex hoc 124
capite legitimè retinentur litteræ in damnum Sanctæ Inquiſitionis.

Inducitur inſuper hoc Reipublicæ præjudicium ex avocantibus cauſarum maximè in prima inſtantia,

tia, quæ maximum patitur detrimentum in vaſſallis de provincia in provinciam alienam & longinquam vocaris, & coactis litigare, cujus damno occurrit Rex per protectionem, & retentionem litterarum, ſicuti copiosè ſcripſimus hac 2. *part. cap.* 3. *à. num.* 6. *cum multis ſeq. & in §. unic. per totum, & cap.* 11. *à nu.* 79. *cum ſeq.* Quibus locis plurimæ, & ſingulariſſimæ doctrinæ, nec non jura expreſſa in propoſito congeruntur. Quibus adde text. *in l. ſed & hæ, §.* 2 *ff. de procurat.* ubi Ulpianus poſtquam præmiſit, procuratorem debere defendere dominum abſentem in Tribunali competenti, & in eadem provincia, ſubdit: *Cæterum cogi etiam in provinciam de Roma abire, vel e contrario, vel à provincia in aliam provinciam defendere, durum eſt.*

Deinde quia ex hac litterarum avocatoriarum
125 impetratione, & executione* oriri ſcandalum maximum, & novitatem expreſsè aſſerit Rex Catholicus in ſuis litteris tranſcriptis ſuprà *n.* 47. *& n.* 49. (cujus Regis aſſertioni ſtandum eſſe, in terminis probavimus 1. *part. cap.* 3. *§. unico, num.* 65.) & tam ob vitandum ſcandalum quàm abuſum notorium Regem retentionis Regalia uti poſſe legitimè, abundè fundavimus 1. *part. cap.* 4. *& cap.* 6.

Quibus & aliis juris legitimis de cauſis moti
126 ſunt* hactenus Reges noſtri Catholici, litteras avocatorias à Curia Romana impetratas in qualibet inſtantia accuratè perquirere, proinde examinare, necnon retinere, ne executioni mandentur in ruinam populi, ut apparebit ex decretis, & epiſtolis Regum pro tempore exiſtentium, quas in unum comp.larunt prædictus Dominus de Caldas ſuperiùs relatus, & copioſiùs Dominus Portocarrero in Supremo Inquiſitionis Conſilio.

127 Ferdinandus Rex Catholicus* *anno* 1487. 21. *Decembris*, impedivit ne litteræ quædam è Romana Curia impetratæ ab Inquiſitoribus Barcinonenſibus acceptarentur, ut conſtat ex tabulariis prædictæ Inquiſitionis Barcinonenſis: id fecit Rex ne prima inſtantia, & alia jura à Sede Apoſtolic. Hiſpaniæ conceſſa læderentur ipſo inaudito, & Sede Apoſtolic. inconſulta; hoc fuit miniſterium executivum, aut executio miniſterialis omni juriſdictione ceſſituta, quam Eccleſia Principibus commendat ipſis jubens, ut ſic ſe gerant quemadmodum in ſequentibus innoteſcet, abundè fundatur 1. *p. cap.* 1. *&* 2. *part. cap.* 2.

128 *Anno* 1505. Ibidem Rex Catholicus Julio II.* ſcribit pro revocanda commiſſione, quæ à Sacra Rota emanarat circa cauſas nonnullas Sancti Officii in prima inſtantia, ut conſtat *ex lib.* 2. *de Regiis decretis in tabulariis Supremi Senatus Inquiſitionis, fol.* 244.

Anno 1509. Idem Rex pragmaticam ſanctio-
129 nem* ſub gravibus pœnis evulgat contra intimantes, aut ſingentes litteras è Curia Romana circa Inquiſitorum cauſas, ipſo non conſulto, ſi non prius conſtet ſurreptitias non fuiſſe, & abſque læſione ulla primæ inſtantiæ, & aliorum jurium ad Inquiſitores pertinentium. Sic ſe geſſit, quod quia ut tutor, & executor Sacrorum Canonum id ſibi licere exiſtimabat, & quia nonnullæ Apoſtolic. litteræ ita generaliter præſcripſerunt, & virtualiter indicarunt.

Anno 1510. Idem Rex Inquiſitoribus Hiſpalen-
130 ſibus jubet, ut cohibeant eum qui litteras* Romanæ Curiæ intimaverit ipſo non conſulto, ex *lib.* 2. *pro ſchedulis Regiis, fol.* 71. Id præſtiterit, ut protector, & executor Concilii Niceni, & Sacrorum Canonum, ne jura primæ inſtantiæ, & legitimæ aliæ litteræ violarentur.

Anno 1513. Idem Rex Archiepiſcopo, proregi, & inquiſitori Cæſarauguſtano mandat, ut Notarios, & Officiales impediat, * qui litteras è 131
Romana Curia intimaverint, pro citandis quibuſdam Inquiſitoribus ad Sanctam Urbem, ut conſtat ex *lib.* 3. *proximè relato, fol.* 208. Id fecit pro tuendo Canone Niceno, & intra Regnum conſervanda prima inſtantia. *Anno* 1510. *Carolus V. Imperator, & Rex*, plura ſimilia* exempla de- 132
dit, à Domino de Galdas relata, & reperiri, ait, *in libris decretorum Regalium, libro V. fol.* 36. 106. 107. 108. 109. *lib* 7. *fol.* 164. 169. 170. 178. 187. ubi de cauſa Epiſcopi Toletan. *& eodem lib.* 7. *fol.* 305. ubi de cauſa Epiſcopi Urigolenſis, *& lib.* 8. *part.* 1. *folio* 174. *& part.* 2. *fol.* 2. 28. 34. 61. 65. 66. 67. 81. 82. 87. Sed nonnulla in ſpecie declarare oportebit.

Leo X. ad ſe advocaverat per ſpeciale reſcriptum cauſam Didaci de las Caſas, & aliorum, quos Inquiſitio Hiſpaniæ ſecretis carceribus incluſerat,* conqueritur Carolus V. mandatum eſſe 133
novum, & Hiſpaniæ valdè noxium eſſe repreſentat, ac proinde ſurreptitiè impetratum contra decreta Conſilii Niceni, *lib.* 11. *pro Regis decretis, fol.* 55. *&* 56. Exiſtimavit Carolus cum Pelagio Papa ſimiles avocationes non fieri abſque degradatione, & dehonoratione Provinciarum, quam nunquam Romani Pontifices intenderunt.

Eodem anno idem Imperator,* & Rex Hiſ- 134
paniarum ſcribit Romano Pontifici, & Cardinalibus pluribus ſuper non avocanda cauſa Joannis Præt. ad Roman. Curiam, & monet ſe ea avocatione gravari, ut conſtat ex *lib.* 11. *pro decretis Regiis. fol.* 72. 74. 75. Id præſtitit ad conſervanda jura, & ne aut degradaretur; aut dehonoraretur Provincia Catholica, ac omnes illius Judices eſſent ſuſpecti, juxta mentem, & verba Pelagii Pontificis, & ut tueretur alios Sacros Canones Simile quod præſtitit* prædicto anno idem Carolus, ut 135
patet ex eodem libro nuper relato, *fol* 77. 78. 88. quod auditor Cameræ Apoſtol. aſſumpſerat in prima inſtantia cauſam Bernardini Diaz, qui abſens & fugitivus ab Inquiſitoribus Toletanis fuerat proſcriptus. Præterea graviſſimas proteſtationes coram Sanctitate ſua fieri juſſit idem Carolus, quod prædictos Inquiſitores Romani quidem judices ob eandem cauſam Bernardini Diaz excommunicaſſent. Idem Carolus *anno* 1519. cùm circà proteſtatem* Inquiſitorum Hiſpaniæ, & eo- 136
rum electionem, & nominationem novæ litteræ Apoſtol. contra priſca indulta, & jura primæ inſtantiæ poſtularentur, monuit illas à peritioribus habendas, & repugnandas, ut infructuoſas & noxias, quod notum fuit ex *lib.* 14. *Regalium decretorum, ſeu ſchedularum, fol.* 93. *& fol.* 98. Similia geſta referuntur ejuſdem Imperatoris, ex *anno* 1534. *lib.* 4. *Regalium decret. part.* 2. *fol.* 39. *& anno* 1534. *fol.* 172. *& anno* 1525. *lib.* 5. *fol.* 34. *& anno.* 1534. *fol.* 222. *lib.* 4. *p.* 2.

Philippus II. antequam legem illam de primis* 137
inſtantiis non avocandis, *anno* 1593. evulgaſſet, plura hujus rei documenta præſtitit.

Anno 1571. cùm Civitas quædam graviter læſiſſet jura Sancti Officii, juſſit, ut Orator Romanus Summum Pontificem adiret; ne ea in cauſa per reſcripta quidquam provideret, quod id fieri non poſſe ſine violatione jurium hujus Regni, & de honora-

tione Majeſtatis Catholicæ, patet ex *libro exemplarium Arragoniæ, fol.* 148. Atque id fecit, ut primas inſtantias tucretur.

Anno 1571. ut conſtat ex *lib.* 9. *Regalium decret. fol.* 14. Cùm litteræ * emanaſſent à Romana 138 Curia admittentes appellationem, & avocantes cauſas Inquiſitionis Hiſpaniæ ad Urbem, jubet Philippus II. ut prædictæ litteræ ad ſe mirantur; quod ex Julii III. & aliorum Pontificum voluntate abſque Regum Hiſpaniæ conſenſu, nihil ſimile præſtari valeret.

Anno 1582. & *anno* 1583. recurſus ad Roma. 139 nam Curiam * contra juriſdictionem Inquiſitorum Hiſpaniæ impedire curat Philippus, ut conſtat *ex regiſtro Inquiſitionis Aragonenſis, fol.* 11. 12. 13. & *ex lib.* 5. *Regalium decreto fol.* 200. 227. & 359. & *ex lib.* 6. *fol.* 157.

Anno 1583. cùm ex litteris Apoſtol. omnis cog- 140 nitio in cauſis * Fidei Hiſpaniæ Inquiſitioni committa fuerit, per omnes inſtantias, monuit Pontificem ne ullas pœnas illatas ab Inquiſitoribus, aut diſpenſatione, aut relaxatione, indulgeret ex *lib.* 10. *Regalium decret fol.* 176.

Anno 1587. Jubet ne Inquiſitor Sardiniæ ex ea 141 Provincia diſcedat, * etiam poſt præceptum de perſonaliter Romæ comparendo: & graves minas interveniant contra intimantes inhibitionem, aut citationem, *lib.* 2. *Regalium decretor. fol* 354. Id ita præſtitum, quia ex litteris Julii III. ſine conſenſu, & ſcientia Regum Hiſpaniæ ſimilis citatio non potuit executioni mandari: alii alios titulos hoc factum honeſtantes adducunt, quos in hoc tractatu variis in locis necnon hoc eodem cap retulimus.

Lib. 8. *Regalium decret. lib.* 11. Coronæ Ara- 142 gonenſis plures * ſunt litteræ ſupplices Philippi II. ad Pontificem, ne ullas appellationes admittat ab Inquiſitoribus Sardiniæ etiam in cauſis civilibus.

Lib. 10. *Regalium decret. fol.* 99. aliæ habentur 143 litteræ Philippi II. * pro non admittendis recurſibus ab Inquiſitione Hiſpana ad Romanam Curiam, quemadmodum conceſſum eſt in pluribus litteris Apoſtolicis.

Prædictis adjunge, quod aſſiduè practicari vi- 144 demus circa libros Catholicorum * Authorum horum Regnorum tractantes, & fundantes Regis noſtri juriſdictionem, aut Regalias, maximè in rebus Eccleſiaſticis ſibi competentes aut de jure, aut indultis Apoſtol. ſive etiam immemorabili conſuetudine à Sede Apoſt. diù tolerata, qui ob id ſolùm ſolent integraliter in Romana Curia prohiberi; & vetari, & ad hoc Brevia Apoſt. tranſmitti ad Inquiſitionem Supremam Hiſpaniæ publicanda. Rex tamen noſter omni conatu, cultu tamen reverenti, huic violentiæ ſuis Juribus Regularibus, & ſibi ipſi illatæ occurrit, agnoſcens hanc prohibitionem dumtaxat tendere ad infringenda ſua jura, nec non in grave, & intolerabile præjudicium ſuum, ac proinde impediens talis Brevis executionem ad evitanda ſcandala, penes ſe illud retinet, interim quod per ſupplicationem de damnis, & inconvenientiis conſulit Apoſtolic. Sedem, ut de remedio paternali clementer provideat. Quod ita ſe gerit Rex noſter illis niſus fundamentis, quæ ſurſum recenſentur *à num.* 113. *cum ſeq.* & plurimis Doctoribus ibidem per remiſſionem relatis.

Ac etiam protectioni à ſe debitæ tot indultis 145 Apoſtolic. * quibus munita eſt jam diù Inquiſitio Hiſpana ſuper prohibitione, & expurgatione librorum Authorum Hiſpanorum à ſe immediatè facienda, ut aſſolet independenter nempè à Congregatione de Indice, & Magiſtro Sacri Palatii, non permittens in iſtis Regnis, nec Sicilia expurgationem, & prohibitionem emanatam à Congregatione de Indice Romæ exiſtente publicari, niſi priùs per Conſilium ipſum Supremum Sanctæ Inquiſitionis Hiſpanæ illi libri prohibiti, expurgati noviter, & accuratè examinentur, & expurgentur, ita ut ſi quid prohibitionis, aut expurgationis dignum reperiat, ſub cenſura dumtaxat ſua, non attenta, quæ à Congregatione de Indice emittitur, publicantur, ſuper quo plurima exemplaria præ manibus habui ex Regiſtris hujus Supremi Conſilii, quæ facilè potuiſſem hic ſimul inſerere, niſi defeſſa calamus tam ingentem laborem recuſaret; ſufficit quippè Senatus praxim uſitatam tot Bullis Apoſtolic. ſalcitam attingere, & ad ejus juſtitiam lectorem memorem reddere illius memorabilis declarationis Pauli III. teſtentis, ſuæ non fuiſſe intentionis per creationem * Sanctæ 146 Inquiſitionis Romanæ aliquid minuere, detrahere, vel præjudicium afferre Juribus antiquis Inquiſitionis Hiſpanæ. De qua latius ſuprà *n.* 87. O quanta juris fundamenta, & doctrinas poſſem applicare huic independentiæ Inquiſitionis Generalis Hiſpanæ à Inquiſitione Generali Romæ exiſtente deductas, tum ex Bullis, & indultis Apoſtolicis, & conſuetudine; tum ex hac declaratione Pauli III. tum ex Regalia Sanct. Sedis Apoſtolicæ: ſi non timerem lectoris faſtidium, increpantis me extra proprii inſtituti ambitum vagantem. Quæ omnia ſcripta ſunt ſub cenſura, & correctione Sanctæ Matris Eccleſiæ, non aliter.

CAPUT XXXIV.

Utrum Ordinarius, cui fit per Senatum Bullarum Apoſtolicarum, aliorumve reſcriptorum in prima inſtantia cognitionis remiſſio; an uti Delegatus Ordinarius, & in via Ordinaria procedere debeat.

Et inſuper quibus in caſibus Bullarum executor cauſam Ordinario in prima inſtantia remittere teneatur.

Et ampliſſimè præ cæteris, qui dicatur legitimus contradictor ad impediendam executionem gratiæ Apoſtolicæ.

Et an, & quando in beneficiis reſervatis proviſus ab Ordinario immiſſionem poſſit impedire litterarum Apoſtolicarum.

Et per totum caput clara diſcretione, quando Bullarum virtute via executiva, ſeu via Ordinaria præcisè procedendum.

SUMMARIUM.

1 *Ordinarius, cui per Senatum ſit Bullarum remiſſio, an uti Delegatus, & in via executiva, an uti Ordinarius, & in via Ordinaria procedere debeat, grandis merito ſemper reputata fuit difficultas.*

2 *& seqq. Assertio opinantium absolutè uti Delegatum, & in via executiva procedere debere Ordinarium, facta sibi per Senatum Bullarum remissione; refertur, & ab Authore fundatur.*

3 *Ordinarium, cui Papa delegat causam, ei alias de jure competentem procedere uti Delegatum, & authoritate delegata, non Ordinaria, nonnulli tenuere.*

4 *Ordinarium, cui causa delegatur sibi de jure communi competens, utraque potestate procedere, qui firmarunt.*

5 *Author falsam probat opinionem (de qua n. 2.) sed antiquum Ordinarium, cui fit litterarum Apostolicarum remissio procedere ut Delegatum, & in via executiva.*

Senatus ideo causam Ordinario remittit in prima instantia, quia sibi uti tali, & potestate propria, non aliena de jure pertinet, non impedita per avocationem informem, ibid.

6 *Ex commissione quæ nulla est defecta formæ, Ordinarius procedere non potest, & sic sua Ordinaria potestate, procederet.*

7 *Nec delegatus ipse, cui specialiter talis commissio nulla fuit directa.*

8 *Commissionis virtute, alteri Judici directæ nominatum, Ordinarius procedere non potest, quia deficit intentio committentis.*

9 *Ordinario si causa uti tali & jure communi non competeret, eamdem illi Senatus non remitteret.*

10 *Commissione data & petita sua Ordinario, quem dixit Salmantinum, cum verè sit Cordubensis, neuter uti potest, quia unus non nominatur, in altero ex errore deficit intentio Papæ.*

11. *Error etiam inculpabilis non potest extendere rescriptum ad casum sub verbis non comprehensum.*

12 *Commissionem expedire non potest Judex non nominatus, nec à nominato recedere potest.*

13 *Commissionem uti directam nominato, si coram alio non nominato in eis impetrans præsentaverit, nihil agit, sed vitio nullitatis subjiciuntur, acta, & sententia.*

14 *Commissio directa uni personæ, in alium transferri non potest absque subdelegatione.*

15 *Commissio directa Vicario, seu Officiali Episcopi, nequit præsentari Episcopo in ea non nominato.*

16 *Nec è converso, quia de nominato ad non nominatum in commissione nequit valida fieri transitus.*

17 *Nisi mediante subdelegatione.*

18 *Subdelegatione tacita an ex scientia, & patientia Episcopi judicatur.*

19 *Ordinarius cui litterarum, alteri contra Trident. antea data sit per Senatum remissio, non delegata potestate, sed Ordinaria dumtaxat procedit.*

20 *Cessante avocatione causa revertitur ad potestatem Ordinarii.*

21 *Commissio ex defecta formæ nulla à principio, non potest in Ordinarium transire, quia de non ente ad ens non fit transitus.*

22 *Jurisdictionis ex commissione nulla umbra aliqua non remanet in nominato in ea.*

23 *Ordinario directa commissio, etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, an & quando, Ordinaria, vel delegata procedat potestate.*

24 *Ordinarius, cui dirigitur commissio, nequit procedere utraque potestate del gat., & Ordinaria simul, quia una semper confunditur, nisi expressè in commissione sibi ita dicatur.*

25 *Ordinarius per litterarum remissionem, factam à Senatu, non potest fieri Delegatus, quia non est nominatus in eis.*

26 *De non ente ad ens non potest fieri transitus.*

27 *Flores de Mena Ordinarium, cui fit à Senatu remissio Bullarum, in executione procedere uti Delegatum, quoad cætera uti Ordinarium declaratur.*

28 *Executio gratiæ super beneficio reservato, directa Ordinario, si alteretur ejus natura, & debeat procedere in via Ordinaria, jurisdictione tunc procedit Ordinaria.*

29 *Ordinarius procedit uti Delegatus in commissione, ergo debet procedere via executiva, falsa est propositio absolutè sumpta.*

30 *Ordinarium, cui per Senatum fit Bullarum remissio debere indistinctè via Ordinaria procedere, non executiva, qui solent contendere.*

31 *Et qua ratione moveatur, ad sic sentiendum.*

32 *Falsa, & impossibilis horum assertio ostenditur.*

Executoris datio ad gratiam cessavit, ergo gratia amisit privilegium executivum, falsa ostenditur argumentatio, ibidem, & n. seqq.

33 *Bullæ gratiosæ tres continent partes, rem postulatam, executionem quam de jure merentur, & executoris dationem.*

34 *Executoris datio ad gratiam, licèt cesset, cætera ejusdem intacta remanent.*

35 *Instrumenta guarentigiata, & alia exequibilia amittere executionis privilegium per usum eorum coram Ordinario, est absurdum.*

36 *In commissione pro executione gratiæ, non subscripta, per Senatum Ordinario remissa, tenetur iste regulariter via executiva procedere, aliter nempè non alterata privilegiata natura.*

37 *In omnibus casibus, in quibus litteræ gratiosæ, remissæ per Senatum Ordinario, amittunt privilegiatam executionis naturam, Ordinarius via ordinaria procedere tenetur, & in ea partes audire.*

38 *Instrumento guarintigiato inest qualitas executiva.*

39 *Litteræ Apostolicæ ob illarum reverentiam habent executionem paratam.*

40 *Vulneratis litteris per sententiam via executiva amittitur, quas nec superior ad quem est appellatum exequi potest.*

41 *Vulneratæ non dicuntur litteræ ob declaratum processum nullum, nisi etiam ipsæ annullentur,*

42 *Nec vulnerantur, etsi declaretur non esse justificatas, cùm postmodum justificatæ exequi valent.*

43 *Ex semel vulneratis litteris amplius executivè agi nequit.*

Sententia vulnerans instrumentum, si est nulla notoriè, non impedit ejus executionem, ibid.

44 *Executivum privilegium inhærens litteris Apostolicis aut instrumento guarintigiato, non alteratur, & nec mutatur per Judicum variationem, & mutationem.*

45 *Sed quocumque vadant, & coram quocumque Judice agatur, ex eisdem executionem viam retinent, non admittendam.*

46 *Instrumentum in alio Regno confectum, quod executionem meretur, ubilibet eam retinet coram quolibet Judice diversi Regni.*

47 *Instrumentum guarentigiatum inter laicos confectum coram Ecclesiastico Judice privilegium executionis non amittit.*

48 *Decretum Senatus, quo litteræ merentes sui*

natura executionem, remittantur Ordinario, nec immutat, nec perpetuam privilegiatam, ac ideo executive procedere debet Ordinarius.

49 *Executio petita coram alio Judice, & orta competentia per Ordinarium competentem declaratum, non alteratur, sed coram eo executio non amissa postulatur.*

50 *Ordinarius, cui fit litterarum remissio, quando in eis alias executionem merentibus valeat & debeat via ordinaria procedere latissimè ostenditur.*

51 *Tertii causa si executioni per Senatum remissa Ordinario opponentis in via ordinaria tractando erit, eademque tertius ab Ordinario audiendus.*

52 *Quod in quolibet tertio, cui res judicata non nocet, nec in instrumento guarentigiato, aut litteris Apostolicis est comprehensus.*

53 *Litteræ Apostolicæ pro executione gratiæ beneficio reservato quantum ad executionem, seu processum extrajudicialem subscriptione non egent, quia tunc non percutiunt Tridentin. decretum.*

54 *Contradictor legitimus, comparens coram executore litterarum super beneficio reservata, in via ordinaria audiri debet.*

55 *Nisi & contra ipsum commissio veniant subscripta.*

56 *Commissio non subscripta super executione gratiæ ad beneficium non reservatum percutit primam Ordinarii instantiam, ad quem pertinet, tam super executione, quàm super Judicio Ordinario.*

57 *Sed si tunc fuerit commissio subscripta executori pertinet, non Ordinario cognitio, tam in via executiva, quàm in via Ordinaria.*

58 *Causæ possessionis super beneficiis reservatis possunt à Delegato Apostolico cognosci.*

59 *In executione Bullarum magis extrajudicialiter, quàm judicialiter proceditur.*

60 *Contra executionem litterarum si allegetur aliquid requirens altiorem indaginem, in quo casu detur instantia, hæc ab Ordinario auferri nequit.*

61 *Executoris litterarum Jurisdictio ubi cessat, nequit gratiam exequi, sed per Senatum Ordinario remittenda.*

62 *Executor ad beneficium reservatum potest executivè procedere, nisi comparet legitimus contradictor, aut possessor, quorum causam executor remittit Ordinario, vel per Senatum remittendam.*

63 *Via executiva, etsi instantiam non habeat, ad Ordinarium pertinet.*

64 *Ex verbis gratiæ si executor tenetur assumere partes judicis, an possit cognoscere in prima instantia, etsi subscriptio deficiat : assertio Augustt. Barbosæ, & Novarii refertur.*

65 *Negativè resolvitur contra ipsos.*

66. *Avocatio sive tacita, sive expressa in prima instantia requirit pro forma subscriptionem manus Sanctissimi.*

97 *Ex gratiæ verbis, si executor tenetur assumere partes Judicis, si ejus commissio fuerit subscripta, potest cognoscere in prima instantia, nec tenetur cum Ordinario remittere.*

68 *Ex verbis gratiæ si executor tenetur assumere partes Judicis, ex is non assumet, si commissio non sit subscripta, sed causam remittit Ordinario.*

69 *Auditor Cameræ quamvis gratiam executus, non potest in via ordinaria cognoscere, sed illam Ordinario remittere.*

70 *Executor gratiæ, ut possit via ordinaria procedere duo requiruntur, quod ex verbis gratiæ teneatur assumere partes Judicis, & preces ejus commissio sit subscripta propria manu Sanctissimi.*

71 *Avocatio ab Ordinario de jure communi per solam commissionem, alteri factam fieri debebat, hodie ex Tridentin. etiam expressa nullatenus, nisi sit scripta.*

72 *Subscriptio propriæ manus Sanctissimi insistit in iis omnibus, quæ virtualiter in eo amissione de jure continentur.*

73 *Sigillum comprobat, confirmat, & robur addit iis, quæ in scriptura continentur.*

74 *Subscriptio propriæ manus Sanctissimi unicum, & solidum est signum ejus voluntatis ad cognoscendum, an velit avocare causam ab Ordinario, non aliud.*

75 *In omnibus, in quibus executor gratiæ poterat de jure communi ac debebat cognoscere in via ordinaria, in iis hodie ex Trident. pariter Ordinarius, cui fit per Senatum remissio, ordinariè procedere debet.*

76 *Et è converso, in quibus executor jure communi ac etiam via executiva procedere tenebatur, pariter hodie Ordinarius tenetur, cui fit per Senatum causæ remissio.*

77 *Executoris actus ad immittendum in possessionem ejus suapte natura merus executor, ita ut in eis non procedat dispositio, capit. Statutum de rescrip. lib. 6.*

78 *Si coram executore comparet legitimus contradictor, vel adest possessor, fiebat executor de jure communi, & tenebatur assumere partes judicis judicialiter procedere, & Ordinariè, & diffinitive pronuntiare.*

79 *Executor gratiæ ad immissionem regulariter extrajudicialiter procedit, nisi adsit possessor, vel legitimus contradictor compareat, quo casu judicialiter procedit.*

80 *Executor gratiæ nequit hodie ex Tridentin. assumere partes judicis in prima instantia, ubi aliàs de jure communi potest, cum hæc Ordinario pertinent, nisi sua commissio fuerit subscripta à Sanctissimo.*

81 *Executor gratiæ in Francia non habet aliquam causæ cognitionem, sed solam executionem puri, & meri facti, ita ut causæ cognitio Ordinario remittatur.*

82 *In Hispania executores cognoscunt de executione; requirente tamen altiorem indaginem Ordinario tenentur remittere.*

83 & 84. *Quod intellige in beneficiis reservatis, in quibus quoad executionem meram, & extrajudicialem cognitionem subscriptione non indiget, in cæteris tamen non reservatis, nec de executione cognoscere valent, nisi sua sit commissio subscripta.*

85 *Nicolaus Garcia dicens executorem gratiæ, ubi adest legitimus contradictor pronuntiare diffinitivè, procedit de jure communi, non ex Tridentin. nova dispositione juxta Flores de Mena, quem ipse improbat, & perperam.*

86 *A regula prohibitiva Trid. solum excipiuntur executores ad beneficium reservatum; ergo in cæteris inviolata manet, ita ut egeant subscript.*

87 *Contradictor legitimus non possidens, comparens re*

re integra coram Ordinario, cui Senatus remisit litteras ad immittendum, immissionem impedit, & in via Ordinaria ab Ordinario erit audiendus.

88 *Maximè litteris habentibus clausulam citatis citandis, aut amoto illicito detentore.*

89 *Executor gratiæ potest summariè cognoscere de legitimitate contradictoris, suspenso principali quod in via ordinaria pertinet Ordinario.*

90 *Legitimi contradictoris comparentis ad impediendam immissionem gratiæ causa Ordinario remittenda ordinariè, tractanda.*

91 *Ad effectum legitimandi contradictorem potest summariè cognoscere, & postea remittere causam ejus Ordinario.*

92 *Possessione vacante executor pro immittendo provisum Apostol. non tenetur aliquem citare.*

93 *Contradictor legitimus, re integra comparens, possessione vocante impedit immissionem, qui si non auditur appellat, & causat attentata.*

94 & 95. *Contradictor legitimus dicitur habens titulum coloratum, dummodo suum titulum coram executore gratiæ producat, & licitè appellat, & causat attentata, secus si non produxerit.*

Parem titulum habet provisus ab Ordinario, & provisus à Papa interim quod de reservatione probabiliter dubitatur. ibid.

96 *Præsentatus ante institutionem est legitimus contradictor ad impediendam immissionem provisi Apostol.*

97 *Capitulum licèt non possideat, est legitimus contradictor ratione articuli, puritatis sanguinis ad impediendam immissionem provisi Apostolici.*

98 *Resignans quando sit legitimus contradictor ad impediendum immissionem resignatarii.*

99 *Executiva via cessat, & ordinaria est agendum, ubi concurrit immissione paritas titulorum.*

100 *Secundus executor ad gratiam datus in defectum prioris, quando adquirat jurisdictionem, remissivè.*

101 *Secundo executore dato ad viam executivam in negligentiam prioris, hæc, atque jurisdictio illius cessant comparente legitimo contradictore, cujus causa ordinariè erit tractanda.*

Executor primus transactis triginta diebus, an possit re integra, etiam invita parte, exequi gratiam sibi commissam, ibid. remissivè.

Et quid quando post dictos triginta dies declaravit non posse procedere, ibid. remissivè.

102 *Legitimus contradictor comparens re non integra in via ordinaria, & coram Ordinario possessor auditur.*

103 *Legitimus contradictor non possidens legitimo tempore comparere dicitur, etiam post immissionem, quando ea fuit ex aliquo capite nulla.*

104 *Legitimus contradictor, comparens coram Ordinario, cui litterarum pro immissione provisi fit per Senatum remissio, debet in via ordinaria audiri sicuti jure communi attento poterat executor.*

105 *Executor ante immissionem tenetur quærere, & citare possessorem si adest, vel si litteræ sub intrusione sint expeditæ, & eum in via ordinaria, non executiva (quam rectè impedit) audire.*

106 *Possessor ubi adest, vel aliàs legitimus contradictor impediunt executionem litterarum, & judicium erit ordinariè tractandum cum eis.*

Quod procedit hodie in Ordinario, cui fit per Senatum litterarum remissio, ibid.

107 & 108. *Possessor beneficii, ab alio ob delictum, aliamvè causam juris impetrati, debet in via ordinaria, non executiva audiri, & vinci.*

109 *Aliàs executio est nulla, & attentata.*

110 *Ac etiam si executio fiat ante appellationem, vel post eam interposita à possessore, cujus beneficium fuit impetratum ob juris defectum, aut delictum.*

111 *Qui manutenendus est, non is, cui possessio per executorem attentata data fuit.*

112 *Possessore stante executor gratiæ debet assumere partes Judicis, eum citare, & via ordinaria audire, & datur appellatio suspensiva causans attentata.*

113 *Executor merus quando efficiatur mixtus, remissivè.*

114 *De nullitate unionis ante executionem est agendum, quando ab ea pendet justificatio nullitatis narratæ.*

115 *Ubi agitur de removendo possessore à sententia executoris datur appellatio suspensiva causans attentata.*

116 *Oppositio calumniosa non impedit immissio.*

117 *Ubi agitur de removendo possessore censuræ sunt nullæ, & attentatæ, quia ab executoris sententia datur appellatio suspensiva.*

118 *Citari debet, & audiri is, contra quem ob aliquod defectum fuit beneficium impetratum, etiamsi possideat.*

119 *Ordinarius, cui fit per Senatum remissio litterarum impetratarum contra aliquem ob defectum juris, seu delictum, debet illum in via Ordinaria audire.*

120 & *seqq. Provisus ab Ordinario, & possessor est legitimus contradictor ad impediendam immissionem provisi Apostolici ex causa reservationis, quando ista non est notoria, sed obscura, & dubia.*

Et impedit viam executivam litterarum, & in via Ordinaria debet audiri, ibid.

121 *Provisos ab Ordinariis agnoscit Papa pro legitimis contradictoribus.*

122 *In proviso per Ordinarium, ut in beneficiis reservatis dicatur legitimus contradictor ad introducendam viam Ordinariam, duo simul debent concurrere, titulus coloratus, & possessio.*

123 *Doctores, & Rotæ decisiones plurimæ ad idem recensentur.*

124 *Executor contra notoriè intrusos carentes titulo colorato, qui nec de jure, nec de facto possunt contradicere immissionem, procedit sine citatione, & causæ cognitione.*

125 *Intrusus non dicitur ille, qua habet titulum ab eo, qui dare potest, licet de ejus viribus disceptare valeat.*

126 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*

127 *Decretum irritans nihil operatur, dum clarè non apparet dispositionem, qua est appositum, intrare, sed interim possessor manutenetur.*

128 *Reservatio, & decretum irritans non producunt suos effectus, dum de reservatione non constat, nec probatur.*

129 *Decretum irritans, in reservatione appositum, nihil operatur, nisi clarè pateat, beneficium esse reservatum.*

130 *Decretum irritans tunc inficit possessionem, & titulum, quando intrat constitutio, cui adhæret.*

131 *De-*

131 *Decretum irritans non operatur, nisi clarè patet beneficium sub regula reservatoria comprehendi.*

132 *Causula irritans in privilegiis tanquam accessoria non operatur effectum, nisi clarè constet privilegia intrare.*

133 *Decretum irritans appositum in constitutione Gregor. de publicandis resignationibus non intrat, dum non fuit doctum de non publicatione.*

Nec impedit manutentionem, ibid.

134 *Decretum irritans tunc inficit possessionem, si certum est intrare, non quando est dubium, quia tunc manutentionem, nec impedit saltem virtute detentionis.*

135 *Sive reservatio sit generalis, sive specialis, ut non intret decretum, donec appareat dispositionem principalem percutere casum.*

136 *Decretum irritans inficit possessionem juris, non facit.*

137 *Manutentio datur pro sola detentione.*

138 *Decretum irritans tunc intrat, quando est justificata gratia ejus, qui de illo opponit, alioquin sufficit, possessori excludere actorem per non jus suum.*

139 *Possessionem provisi ab Ordinario non inficit reservatio, dum non docetur intrare, imò in eo manutenetur, & est legitimus contradictor.*

Ubi ad idem Rotæ decisiones adducuntur, ibid.

140 *Reservatio tunc impedit restitutionem spoliati, & ejus manutentionem, quando ea clarè constat, & non aliter.*

Paria sunt non probare, quod obscurè probare, ibid.

141 *Provisus, & possessor per Ordinarium manutenetur, uti legitimus contradictor, quando clarè non probatur intrare reservationem, & decretum irritans.*

142 *Reservatio clarè, & concludenter probari debet per provisum Apost. quando concurrit cum proviso per Ordinarium.*

143 & 144. *Reservationis probatio, si dubia reddatur provisus ab Ordinario impedit immissionem, & cessat via executiva litterarum Apostol. estque cum eo via Ordinaria agendum.*

145 *Clausula (contradictores Appellatione postposita compescendo) operatur contra contradicentem de facto, & non de jure.*

146 *Et intelligitur juris ordine servato, & citatis citandis.*

147 *Clausula (amoto quolibet illicito detentore) ubi nulla res judicata processit, facit executorem mixtum, & requirit ordinem judiciarium.*

148 *Quo casu licita est appellatio suspensiva causans attentata.*

149 *Reservatio ubi non est materialiter notoria, sed probabiliter de ea dubitatur, provisus ab Ordinario possidens, impedit viam executivam litterarum, & via Ordinaria aggreditur cum eo.*

150 *Rotæ decisio ad idem adducitur.*

151 *Provisus ab Ordinario possidens est legitimus contradictor, contra quem procedi nequit executivè; sed ordinariè agendum.*

152 *De immissione ex l. fin. C. de edicto Divi Adrian. ad immissionem virtute litterarum Apost. rectè argumentatur.*

153 *Titulus Ordinarium facit legitimum contradictorem contra immissionem ex Bullis gratiosis Apostolicis.*

154 *Subrogatio gratiosa non intrat, ubi non constat de beneficio legitioso.*

155 *Lis non dicitur introducta, ubi non constat de mandato impetrantis commissionem ad illam movendam.*

156 *Promissio de rato arguit defectum mandati*

157 *Inhibitio ante executionem non causat litigium in beneficio.*

158 *Exceptio Papam voluisse concurrere cum Ordinario, pertinet Judicio Ordinario, nec obest proviso per Ordinarium, quominus executionem impediat litterarum Apostolicarum.*

159 *Ad impediendam immissionem ex gratia Apostolic. par titulus requiritur, ubi uterque petit immissionem.*

160 *Secus si provisus ab Ordinario idem possideat, qui impedit immissionem petitam à proviso Apostolico, & à n. 166.*

161 *In immissione ex gratia Apostol. proceditur ad instar leg. fin. C. de edicto Divi Adrian.*

162 *In immissione & l. fin. C. de edicto D. Adrian. admittitur contradictor ab alio fonte, nempe ab alio testatore.*

163 *Possessor allegans titulum exclusivum juris provisi Apostolici, vel reddentem illum turbidum, impedit immissionem, cum Papa proviso ab Ordinario intendat præjudicare.*

164 *Et suspendit executionem, & cum eo agitur via Ordinaria.*

165 *Contradictor legitimus possidens impedit immissionem executivam litteratum, qui in via Ordinaria est audiendus.*

166 *Par titulus requiritur ad impediendam immissionem, quando nullus possidet, sed uterque eam prætendit.*

167 *Secus si provisus cum titulo Ordinario jam sit in possessione, quia ad impediendam executionem non requiritur titulus ex eodem fonte, & à n. 159. & 160.*

168 *Gratia concessa observationem prius de qualitate fundamentali debet constare.*

169 *Statuto prohibente omnem exceptionem contra instrumentum publicum, admittitur exceptio, quod instrumentum non sit publicum.*

170 *Etiamsi exceptio requirat altiorem indaginem.*

171 *Etsi obligatus sit executivè, cum sit exceptio proveniens ex ipso instrumento.*

172 *Ad impediendam immissionem litterarum pariter judicatur regulariter legitimus contradictor cum solo titulo, ac contradictor cum possessione, nam cum utroque via Ordinaria est agendum.*

173 *Cum quolibet tertio, se executioni opponente, debet agi via Ordinaria.*

174 *Et uterque contradictor debet coram exequente litteras suum titulum producere, quem si non produxit, non impedit immissionem.*

175 *Immissio semel legitimè facta non revocatur per novam tituli productionem, nisi in continenti appareat de bono jure producentis.*

176 *Contradictor possidens debet perquirere per executorem, & citari, aliàs executio erit nulla.*

177 *Contradictor possidens non citatus quandocumque compareat, eam re non integra, debet audiri repositâ ante omnia immissione jam facta.*

178 *Contradictori possessori non audito, aut non citato per executorem, datur manutentio.*

179 *Possessio*

179 *Poſſeſſio inſtrumentalis non eſt manutenibilis, non expulſo prius per executorem poſſeſſore.*

180 *Poſſeſſore non vocato executor nequit poſſeſſionem dare proviſo Apoſtolico.*

181 *Immiſſione data non citato poſſeſſore, ſi hunc velit executor denuo audire, & citare, ante omnia debet immiſſionem attentatam reponere, aliàs nulliter agit.*

182 *Anterioritas proviſionis reſpicit petitorium.*

183 *Simplex contradictor cum titulo abſque poſſeſſione debet comparere re integra ante actualem immiſſionem, licet poſt decretum.*

184 *Contradictor non dicitur legitimus proviſus ab Ordinario ſuper beneficio reſervato, quando non poſſidet.*

Quia tunc via executiva tantum auditur, ibid.

185 *Ad impediendam poſſeſſionem vacantem par titulus eſt neceſſarius.*

186 *Titulus, ab eodem fonte emanatus requiritur ad impediendam poſſeſſionem vacantem, quando uterque contendit ſuper ejus immiſſione: ſecus quando proviſus Ordinarius per prius illam occupavit.*

187 *Proviſus ab Ordinario providente bona fide beneficium vacans in ſuo menſe poſſidens, & proviſus Apoſtolicus ex reſervatione prætendens, uterque habet fundamentum de jure communi.*

188 *Reſervatio vivens ad annullandam collationem Ordinarii, & excludendum reum poſſeſſorem, debet plenè, & concludenter probari.*

189 *Nec eſt plures præſumptiones, ſed per plures probationes amovendus à ſua poſſeſſione.*

190 *Una præſumptio tollitur ex alia, & fortior vincit debiliorem.*

191 *Una probatio contraria probatione conquaſſatur.*

192 *Reſervatio non intrat quando contra eam aliquid coloratum apponitur.*

193 *In præſumptionum paritate præfertur reus, & poſſeſſor.*

194 *Probationum paritas cum poſſeſſione reducitur ad imparitatem.*

195 *Sequeſtrum beneficii de mandato Principis, donec cauſa cognoſcatur, non privat poſſeſſione.*

196 *Proviſus ab Ordinario, & poſſeſſor manutenetur, dum reſervatio redditur turbida.*

197 *& ſeq. Reſervatio ſi eſt notoria, quæ nulla poteſt tergiverſatione celari, inficit poſſeſſionem, & titulum proviſi ab Ordinario, qui tunc non dicitur legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem proviſo Apoſtolico.*

Et quando dicatur turbida, ibid.

198 *Reſervatio ſi reddatur turbida, miſſio denegatur proviſo Apoſtolico, niſi eadem ſit notoria.*

199 *Proviſus ab Ordinario manutenetur in ſua poſſeſſione, dum de reſervatione turbida contenditur.*

200 *Ordinarius, cui per Senatum Bullarum gratiæ remiſſio, ut cognoſcat quando executivè, vel Ordinaria via procedere teneatur, præ oculis habeat regulas immiſſionis ex l. fin. C. de edicto Divi Adrian.*

201 *Ordinarius in bullis ſibi per Senatum remiſſis executivè tunc procedet, ſicut & quando executor procederet, ſi ſua commiſſio fuiſſet ſubſcripta de manu Sanctiſſimi.*

202 *Executor quando in Bullarum executione debet aſſumere partes Judicis, & via Ordinaria audire ſi ſervata forma Tridentin. fuiſſet datus, ita & in caſibus Ordinarius procedere debet Ordinariè, facta ſibi per Senatum Bullarum remiſſione.*

203 *Senatus prudenter, juſtoque receſſit ab ſtylo, ex quo ſolebat in decretis remiſſionis Bullarum addere Ordinarium proceſſum executivè, vel Ordinariè juxta caſuum varietatem, & de ratione.*

QUam inextricabilis ſit & invincibilis * hæc difficultas, quamque ejus vera reſolutio occulta, & incomprehenſibilis, omnia ſuprema Tribunalia Regia, nec non Eccleſiaſtica, & utrorumque Advocati docti teſtantur, imò & litium hanc controverſiam continentium aſſidua diſſenſio clamat, ſiquidem inter omnes varias, atque etiam repugnantes ſententias, & opiniones in dies reperimus. 1

Quidam namque intrepidè ſectantur Ordinarium, cui à Senatu cognitio remittitur in prima inſtantia circa Bullas gratioſas, aut alias litteras * Apoſtolicas, & commiſſiones pro executione 2
gratiæ alteri commiſſas omnino indiſtinctè & abſolutè procedere debere, uti à delegato, & poteſtate delegata, & quemadmodum executor in eiſdem litteris nominatus expreſſim poterat, & de jure debebat executivè procedere, ita & ipſe (qui ejus locum ingreditur) & per Senatus decretum ſubrogatur.

Horum aſſertionem fundare poſſumus vel ex ea opinione Doctorum, quæ habet, quod quando Ordinario * committitur per Papam cognitio cauſæ, 3
quæ aliàs ſibi competebat de jure communi, non procedit uti Ordinarius, ſed uti delegatus, & authoritate, ſeu poteſtate delegata, non Ordinaria, cujus opinionis altiùs mentionem fecimus cum Doctorum plurium relatione hac 2. *p. cap.* 25. *à n.* 26. *verſ. Quando autem aliquorum caſuum, &c.*

Vel poteſt fundari potius hæc aſſertio alia Doctorum opinione ſectantium, * quod quando Or- 4
dinario remittitur cauſa per ſuperiorem (caſu, quo de jure communi ad ſe pertinebat cognitio) tunc procedat iſte Ordinarius utraque poteſtate ſimul, & delegata, & Ordinaria, & cum Ferdinando de Loazes *in allegation. pro oppido de Mula, n.* 54. Toma. Tribitia. *deciſ.* 1. *per totum; lib.* 1. Scaccia *de judiciis, part.* 1. *cap.* 16. *n.* 5. tenet Carolus de Graſſis *de effectibus Clerica. effect.* 1. *nu.* 758. à princip. Videndus Gratianus etiam, Felinus, & Avileſius, quos refert Cenedus *practicar. canon. quæſt.* 34. *n.* 8. Ubi quando Judex habens poteſtatem delegatam, & Ordinariam, videatur delegata potius, quàm Ordinaria proceſſiſſe. Igitur ſicut pro executione gratiæ poterat executivè procedere delegatus nominatim expreſſus in commiſſione; ita pariter, Ordinarius in ejus locum ſuccedens per Senatus remiſſionem, qui uti delegatus procedere in dubio videtur ex eiſdem Doctoribus, ac per conſequens via executiva.

Sed horum aſſertio in caſu noſtro principali procul dubio falſa eſt, * falſoque fundamento ni- 5
titur, ut cum evidentia clarè monſtrabimus. Etenim ideò Senatus Regius Ordinario cognitionem remittit, quia ſibi de jure communi privativè pertinet uti tali Ordinario jure & poteſtate propria, non aliena, quæ nec ablata ſibi, nec avocata cenſetur à Sede Apoſtolica per ſpecialem delegationem ejuſdem alteri factam, ſubſcriptione propriæ manus

manus Sanctiſſimi deficiente, tanquam commiſſam contra expreſſam determinationem, & formam eſſentialem Concil. Trid. *in cap.* 20. *cauſæ omnes*, *ſeſſ.* 24. *de reformatione*, de qua latius hac 2. *part. c.* 3. *c.* 16. & ſæpè alibi, atque ideò nulliter, quæ nullos juris effectus operatur, ut per idem Tri-
6 dent. decretum, * & quæ nos in dictis cap. quapropter prædicta commiſſio informiter facta reſolvitur, & evanuit, & per conſequens ejus virtute Ordinarius procedere nequit, nec delegata poteſtate uti, ſed dumtaxat Ordinaria.

Probatur ſecundò, quoniam ejuſdem commiſ-
7 ſionis virtute * nec Judex delegatus nominatim datus, nec Ordinarius procedere poteſt, non delegatus ipſe, cùm avocatio & datio executoris omiſſa Conſilii forma, ſit ipſo jure nulla, nec ejus vigore ſibi adquirit aliquam juriſdictionem ex proximè dictis.

Nec Ordinarius; tum quia cùm ipſa commiſſio
8 ſit nulla ipſo jure, ex ea Ordinarius * procedere non poteſt, quia de non ente ad ens non poteſt fieri tranſitus, *l.* 2. *ff. de uſufructu*, *l. Seiæ*, *ff. de tuto. & curat. l. ejus*, *ff. de reb. credit. l. ſi metu ff. de hæred. inſtit.* Ariſtotel. *lib.* 1. *de generat. & corrupt.* Caldas Pereira *de empt. & vendit. cap.* 3. *n.* 15. Farinac. *conſ.* 69. *num.* 90. *lib.* 1. Giurba *in conſuetud. Meſſanen. cap.* 16. *gloſ.* 1. *n.* 8. *p.* 1. Peregr. *conſ.* 21. *n.* 19. *vol.* 4. Montier. *deciſ.* 1. *num.* 54. & per *l. ſed ſi morente*, *ff. de precario. l. item quæritur*, §. *qui impleto*, *ff. locati*, *l. in rebus*, § *ult. ff. de precario.* obſervant Gloſſa communiter recepta *in c. ii qui*, *verb. Specialiter*, *de præbendis*, *lib.* 6. Bald. *in rubrica de cauſa poſſ. & propriet. n.* 11. & 13. *C. ad Trebel.* Tiraquel. *in. tract. le mort ſaiſit.* 5. *p. declarat.* 1. *n.* 7. Molina *de Hiſpan. primogen. lib.* 3. *c.* 14. *n.* 40. *& lib.* 4. *c.* 12. *à n.* 22. Paz *de tenuta cap.* 33. *à num.* 17. & 20. Tum etiam, quia Ordinarius non eſt in commiſſione datus, nec talem intentionem habuit Sancta Sedes Apoſtolica, nec per remiſſionem ſibi per Senatum factam cognitionis videtur ſubrogatio executoris fieri, ex eo, quia Senatus id facere non poteſt, cùm juriſdictione Eccleſiaſtica, & maximè ſpirituali tanquam incapax careat penitùs, nec juriſdictionem, quam non habet, dare poteſt, nec committere, aut Delegare ex juribus vulgaribus, nec talis fuit unquam Senatus intentio, nec in eo ſe intromittit, qui dumtaxat uti protector Concilii certat de ejus obſervantia; tum etiam, quia ſi cauſa Ordinaria * uti Ordi-
9 naria poteſtate utenti non competeret, illius cauſæ cognitionem eidem non remitteret Senatus, atque ita ut cognoſcat Ordinaria juriſdictione non Delegata; imò ſi de facto Senatus Ordinario cauſam remitteret, uti Delegato, nihil ageret, cùm nec commiſſionis facta præſentatio eidem valida eſt; ſed nullius momenti, nec aliquam acquirit juriſdictionem.

Diſcurſus iſte & legitimus eſt, & veriſſimo ni-
10 titur fundamento; * etenim ſi quis imperat commiſſionem pro executione gratiæ ſibi à Sede Apoſtolica factæ ſuo Ordinario errando in Dioceſi, ut ſi Salmanticæ, dixerit per errorem Cordubenſis, & huic fuerit delegata executio, & directa commiſſio, nec iſte Ordinarius Salmantinus poterit gratiam exequi, quia cum per errorem id factum ſit, deficit intentio Pontificis committentis: quæ imò fuit committere voluiſſe Ordinario impetrantis, nec verus iſte Ordinarius pariter poterit commiſſionem expedire, quia ſi ibi non fuit facta expreſſa Delegatio, nec in ea continetur, ſed alius (licèt inutiliter) & quamvis ſi petita eſſet commiſſio vera Ordinario Salmantino, illic committeretur; at ex quo nec illi petita fuit, nec executio commiſſa, in ea ſe intromittere nequit, quoniam error quantumvis culpa vacans non efficit, * 11
ut reſcriptum extendatur ad caſum, qui ſub ejuſdem verbis non comprehenditur, quamvis ſi is petitus eſſet, ei litteræ ſimiliter dirigerentur, ut elegantèr docet Innocent. *in c. ſuper litteris*, *n.* 3. *verſ. Et nota reſcriptis*, & ibi Joan. Andr. *n.* 5. Abb. *n.* 3. *in fin.* Dec. *n.* 3. alios referens idem Abb. *in cap. ſignificante*, *n.* 13. *eod. tit.* per gloſ. ibi. verb. *non de Remenſi.* per quos, & per doctrinam Bald. *in l. præſcriptione*, *n.* 15. *C. ſi contra jus*, doctiſſimè diſputat, & ſic reſolvit Sanchez *in tract. de matrim. tom.* 3. *lib.* 8. *diſp.* 21. *n.* 38. *per totum.*

Et quod iſto caſu, nec Ordinarius Cordubenſis, * cùm fuerit inutiliter nominatus, & per er- 12
rorem datus; nec Salmantinus verus Ordinarius cùm non ſit nominatus in commiſſione, nec ad illum habuerit intentionem Summus Pontifex; nequeant exequi dictam gratiam, ſecutus (& de verbo ad verbum tranſcribens Sanchez ubi proximè) latè comprobat, & reſolvit Moneta *de commut. ultim. volunt. cap.* 6. *à n.* 369. *cum ſeqq.* pro qua doctrina expendo ſingularia jura, *in l. quoties*, 9. *ff. de hæredibus inſtituend.* in hæc verba: *Quoties volens alium hæredem ſcribere, alium ſcripſerit in corpore hominis errans, veluti frater meus, patronus meus: placet, nec eum hæredem eſſe qui ſcriptus eſt, quoniam voluntate deficitur: nec eum quem voluit, quoniam ſcriptus non eſt.* Text. etiam *in l. in ambiguo ſermone non utrumque dicimus, ſed id duntaxat quod volumus. Itaque qui aliud dicit, quàm vult: neque id dicit, quod vox ſignificat, quia non vult, neque id quod vult, quia non loquitur*, *ff. de rebus dubiis.*

Comprobatur hæc pars ex reſolutione Garciæ * *de beneficiis*, 6. *part. cap.* 2. *ſub n.* 58. *verſ. Hinc ſibdubitatur*, ubi per tres columnas diſputat, an 13
Nuntius Apoſtolicus Hiſpaniæ poſſit exequi litteras gratioſas commiſſas à Sede Apoſtolica, & directas nominatim Ordinario, & poſtquam hinc inde plura dixiſſet; pro conſtanti reſolvit, nullatenus poſſe, qui *in verſ. Sed ego in contrarium*, ita ait ad noſtrum propoſitum: ſed ego in contraria fui, & ſum ſententia, nempè Nuntium non potuiſſe, nec poſſe nec per ſe, nec per alium exequi, & expedire dictas litteras, nec ſe in eo intromittere, quia commiſſio & litteræ de eo non cantant, & ex *cap.* 2. *de officio Delegati*, ubi quòd de cauſa ſpecialiter Delegata à Papa Legatus ſe intromittere non poteſt, & ibi Gloſ. Abb. alii, & Doctor Sahagum, *de officio Delegati*, *n.* 1. 2. & 3. *fallen. à n.* 15. *&c.*

Qui quidem Garcia iterum cum Franciſco Leone ſub *dict. nu.* 58. *ante finem*, *verſ. Tandem ſi ex dicto titulo*, in hæc proſequitur: Et meam ſententiam planè tenet Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſtici*, *cap.* 22. *n.* 60. 61. & 62. ubi ait, quod regulariter executio litterarum reſervationis penſionum committitur locorum Ordinariis, vel aliis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, etſi penſionarius litteras reſervationis penſionis præſentaret alteri, quàm in eiſdem pro executoribus nominatis cujuſcunque qualitatis & conditionis, etiam ſi Legati, vel Nuncii Apoſtolici forent; defectu juriſdictionis eorum ſententiæ vitio nullitatis ſubjacerent, quia in prima inſtantia nullam habent juriſdictionem obſtante S. Concilii Trid. diſpoſitione,

ut

ut *cap.* 20. §. *Legati quoque*, *seſſ.* 24. nec vigore
14 delegationis, * quæ facta in unam perſonam, in aliam ſine ſubdelegatione transferri poteſt. Hæc Leo relatus à Garcia *ubi proximè*. Ex quibus omnibus manifeſtè conſtat, quod Ordinarius, cui per Senatum Regium ſit cognitionis ſuper litteris Apoſtolicis remiſſio, nequit uti poteſtate Delegata, ſed Ordinaria duntaxat, cùm ipſe non veniat nominatus in eiſdem, & commiſſio uni facta, alteri præſentari nequit, quod ſi fiat proceſſus erit nullus ipſo jure ex defectu jurisdictionis, & poteſtatis Delegatæ ex jam dictis.

Quod & ulterius comprobatur, nam ideo commiſſio facta, * directa Vicario, ſeu Officiali Epiſ-
15 copi, præſentari nequit Epiſcopo, ipſi, ut eam exequatur, atque litteras expediat; quia Vicarius ſolus nominatus, & expreſſus fuit in delegatione, & commiſſione, & non Epiſcopus: & de nominato ad non nominatum non poteſt fieri tranſitus; atque ideo ſi ſe non nominatus Epiſcopus in commiſſione intromittat, nulla erunt à ſe geſta ex defectu jurisdictionis, probant Cardinalis *in Clement. & ſi principalis*, *de reſcriptis*, *quæſt.* 9. Bonifacius *num.* 13. Decius *in cap. qui* Abb. *num* 61. *de officio Delegati*. Ripa *in cap. eam te*, *n.* 46. *de reſcriptis*. Pavinus *de officio & poteſt. Capit. Sede vacante*, 2. *p. quæſt.* 10. *n.* 14. Bertach. *de Epiſcopo*, 7. *part. lib.* 4. *quæſt.* 4. Rebuffus *in praxi in forma Vicar. n.* 161. *& in concord. tit. de forma litterar. executor. verb. recuſaverint*, latè tractat Sbroſius *de Vicario Epiſcop. lib.* 2. *quæſt.* 136. *& lib.* 3. *quæſt.* 51. qui plurimos alios refert, & in additione *dict. q.* 136. id declarat; niſi Vicarius dictam cauſam Epiſcopo ſubdeleget. Zerola *in praxi Epiſcopali*, 1. *part. verb. Vicarius*, *dub.* 5. *&* 2. *part. eodem verbo.* §. 1. Marcus Ant. Genuenſis *in praxi Archiepiſcopali Curiæ Neapolit. cap.* 83. *ſub n.* 11. & Zechus *de Republic. Eccleſiaſtic. cap.* 29. *de Vicario Epiſcop.* §. 2. *n.* 4. *verſ.* 9. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſputat.* 27 *n.* 30. Lazarius *de monitoriis*, *ſection.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 8. Ugolinus *de officio Epiſcopi*, *cap.* 3. §. 7. *n.* 2. *verſ.* 12. Gratianus *diſceptation. forenſ. cap.* 92. *à nu.* 6. Piaſechius *in praxi Epiſcopali*, *part.* 2. *cap.* 4. *n.* 7. Salas de *legibus*, *diſputat.* 20. *ſect.* 17. *n.* 124. Navarrus *conſil.* 5. *de officio delegat.* optimè reſolvit, & ab aliquibus impugnationibus defendit Garcia *de beneficiis* 6. *p. c.* 2. *à, n.* 18. *& ſeqq.* ubi benè explicat.

Atque ex identitate rationis ad ipſum procedit
16 in caſu converſo, * ut nequeat Vicarius Epiſcopi ſe intromittere, & expedire litteras directas ſoli ipſi Epiſcopo, quia in eis Vicarius nominatus non eſt, nec de nominato judice Delegato ad non nominatum fieri poteſt jurisdictionis Delegatæ tranſitus, Decius ubi proximè *n.* 78. Felin. *in dict. cap. eam te*, *num.* 17. Rebuf. in locis proximè citatis, & ipſe iterum *in Regul. 13. Cancellariæ*, *in verb. aut Vicarios perpetuos*. Navarrus *dict. c.* 5. *n.* 1. *& in conſ.* 4. *de præcedentia*, *n.* 4. Avileſius *in capitib. prærogrum*, *c.* 4. *verb. juſtitia*, *n.* 5. Cuchus *inſtitut. major. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 116. & exactè Sbroſius *de Vicario Epiſcop. lib.* 2. *q.* 135. Gregor. Lop. *in l.* 47. *titul.* 18. *p.* 3. *gloſ.* 8. Curia Philippica 1. *p.* §. 4. *n.* 12. Lazarius *de monitoriis*, *ſect.* 1 *quæſt.* 6. *n.* 7. *& ſect.* 2 *quæſt.* 1. *n.* 18. Ugolinus *de officio Epiſcopi*, *c.* 4. §. 7. *n.* 2. *verſ.* 12. Zerola *in praxi Epiſcop.* 2. *p. cap.* 4. *n.* 7. Garcia *de beneficiis*, 6. *p. cap.* 2. *à n.* 22. *& ſeqq.* ubi latè Narbona *de appellation. de Vicario ad Epiſcopum*, 1. *p.*

* Salgado de Supplic. & Retent.

n. 243. Joannes Hieronym. Campanil. *diverſorium juris*, *rubric.* 11. *cap.* 23. *n.* 148.

Niſi hujuſmodi commiſſionis ſubdelegatio fiat per Epiſcopum ipſi Vicario, * ut probant Cam- 17
panilli, & Garcia ubi proximè, & plurimi alii per eoſdem citati, Sbroſius *de officio Vicarii*, *lib.* 2. *quæſt.* 34. *n.* 6. *quæſt.* 39 *n.* 4. *&* 5. *& quæſt.* 45. *&* 133. Grati. *diſceptat. forenſ. cap.* 145. *à nu.* 16. & quando Vicarius non poſſit exequi litteras directas Epiſcopo, niſi Epiſcopus ei ſubdelegaverit talem executionem; fuiſſe dictum *in cauſa Lucana optionis domus* 13. *Martii.* 1609. coram d. Manzanedo; teſtatur Garcia *d. cap.* 2. *n.* 23. *ubi ad finem*, quod hæc * ſubdelegatio à Vicario enuntiata, 18
& aſſerta præſumatur, atque reſultet ex ſcientia & patientia Epiſcopi, per argumentum *l.* 1. §. *magiſtratum autem*, ubi hoc affirmat Paulus, *ff. de exercitoria actione*, Vantius *de nullitatibus ſentent. tit. quibus modis ſententia nulla reparari poteſt.*, *n.* 44.

Ex quibus omnibus veriſſima & conſtans elici poteſt * ad noſtrum inſtitutum reſolutio; quod 19
quando Senatus impetranti tradi jubet litteras Apoſtolicas alteri directas, ut illis utatur præcisè coram Ordinario; quod tunc Ordinarius in cauſæ cognitione non procedit, nec poteſt uti Delegatus, quia ipſi non fuerunt directæ, ſed alteri, à quo in ipſum nequit fieri Delegatæ jurisdictionis tranſmiſſio, ſed duntaxat procedit jure, & poteſtate propria ordinaria, ideo etenim ſibi fit per Senatum remiſſio, quia cauſa de jure ad ipſum privativè, & excluſivè ad alios judices quoſcumque pertinet omnino, juxta determinationem Concilii Trid. in *c.* 20. *cauſæ omnes*, *ſeſſ.* 24. *de reformat.* ut ſæpè diximus.

Etenim eo ipſo ceſſet. avocatio ſubſcripta, * cauſa ipſo jure revertitur ad Ordinarium, & 20
cum ſua poteſtate Ordinaria fit conſolidatio, ut latiſſimè diximus hac 2. *part. cap.* 12. *à n.* 54. *cum multis ſeqq.* imò hoc caſu deficiente ſubſcriptione propriæ manus Sanctiſſimi, nunquam ablata cenſetur ex Trid. Decreto, & ex iis quæ ſuprà *cap.* 6. *à n.* 14. *cum ſeqq. & c.* 17. *per totum*, *& c.* 20. *à n.* 72.

Quapropter cùm hæc commiſſio fuerit à prin- 21
cipio * nulla ipſo jure ex defectu formæ ſubſcriptionis ex notatis in *d. c.* 6. *& cæteris*, ſequitur quod eodem modo, quo ea uti non potuit Delegatus, cui fuit directa; minus & Ordinarius non nominatus, in quem non poteſt convaleſcere, quia de non ente ad ens non poteſt fieri tranſitus, ut ſuperiùs probavimus *à n.* 6. *cum ſeqq.* & cum ex commiſſione nulla * & informiter fac- 22
ta nullum veſtigium nec umbra jurisdictionis in nominato Delegato remanſit, non ſubſiſtit extenſio, aut ejus prorogatio, *l. ſed ſi manente. ff. de precario*, & ex *cap. ſignificaſti*, *de foro compet. l.* 2. *C. de jurisdict. omn. jud.* plenè Carleval. *in tract. de judicis*, *diſp.* 2. *quæſt.* 8. *ſect.* 1. *n.* 291. *fol.* 407. quia ubi non eſt ſubjectum jurisdictionis, ibi non cadit prædicamentum prorogationis, aut extenſionis, Fulgoſ. *conſil.* 167. *n.* 1. Coſta *de ſcientia*, *cent.* 2. *diſtinct.* 66. *n.* 16. Tuſch. *littera P. concluſ.* 627. *n.* 83. Aldovin. *conſ.* 20. *n.* 160. Gurba *conſ.* 59. *n.* 114.

Quapropter non obſtant, quæ in contrarium * 23
conſideravimus ad principium *hujus cap.* pro fundamento præfatæ nonnullorum aſſertionis. Non primum, ex aliquorum Doctorum opinione ſectantium, quod quando Ordinario fit à Sede Apoſtolica

commiſſio procedit in ea poteſtate Delegata, quam altius examinavimus ſuprà hac 2. *part. cap.* 25. *à n.* 17. *cum ſeq.* quo loco tertiam elegimus ut veriorem, atque probabiliorem, diſtinguentium, quod quando Ordinario remittitur cauſa, quæ ſibi de jure communi non competebat, procedit uti Delegatus; at quando de jure communi ſibi aliàs competit non uti Delegatus, ſed ut Ordinarius & cum poteſtate Ordinaria duntaxat procedit, prout abundè ibidem explicavimus. At cùm Ordinario quando per Senatum fit remiſſio, eo duntaxat fundamento moveatur, quia cauſa de jure communi ad Ordinarium privativè pertinet, & ſic uti Ordinarius, & poteſtate Ordinaria in ea procedit, non uti Delegatus, quibus & adde in comprobationem, quæ hactenus diximus, quod Ordinarius non poteſt uti Delegatus procedere, quia de eo non fit mentio in commiſſione, nec in ea nominatus eſt, ac ideo juriſdictio Delegata ad eum tranſire ullo pacto nequit.

Ad ſecundum autem, quo diximus, Ordinarium
24 poſſe procedere utraque poteſtate, * & Delegata, & Ordinaria juxta multorum Doctorum aſſertionem; reſpondetur, intelligendos eſſe loqui, quando ita expreſſè in commiſſione ſibi directa dictum fuit. At ſecus, quando ſimpliciter ſibi Ordinario facta fuit commiſſio, quia tunc procedit illa diſtinctio, aut eſt facta commiſſio ſuper cauſa aliàs de jure Ordinario ipſi competente, & tunc non Delegata, ſed Ordinaria excitata intelligitur juriſdictio. At quando aliàs cognitio Ordinario non competebat; tunc Delegata ſimpliciter cenſetur, ut latè probavimus hac 2. *part. dict. cap.* 25. *à n.* 26. *cum ſeq. verſic. Sed verior & receptior opinio eſt;* etenim non eſt in hac commiſſione dare medium, procedit quippè uti Ordinarius duntaxat, aut uti Delegatus, ut abundè comprobavimus *in dict. cap.* 25. *à n.* 26. *& ſeqq. verſic. Ex toto hoc diſcurſu*, niſi ſibi à Sede Apoſtolica expreſsè data ſit facultas ſic procedendi poteſtate, & Ordinaria, & Delegata ſimul, ut ibidem *à n.* 29. pro quo eſt text. ſingularis in *cap. per hoc*, 17. *de hæreticis, lib.* 6. ibi: *Quin & ipſi authoritate Ordinaria, vel Delegata (ſi habent) in eiſdem procedere valent, &c.* Ponderando illam disjunctivam, *vel*, ut uno ex duobus modis procedit, quando uterque in eo concurrit.

Reſpondetur ſecundò, nam etiam caſu, quo
25 ſimpliciter, * & indiſtinctè foret vera Doctorum opinio in argumento citatorum: in noſtro caſu minimè poterat verificari, cum Ordinarius coram quo ex Decreto Senatus litteris Apoſtolicis utitur, non eſt, nec dici poteſt Delegatus, cùm ſibi non fuit facta à Sede Apoſtolica Delegatio, nec in ea nominatur, & ſic ſola remanet poteſtas Ordinaria duntaxat, qua ſola in ea cauſa procedere, abundè hactenus probatum remanet.

Et quia cùm & ipſa commiſſio ab initio ſit
26 nulla, * nec ex ea quæſita aliqua juriſdictionis umbra Delegato nominato, ex ea nec Ordinarius procedere poteſt, quia de non ente ad ens non poteſt fieri tranſitus, prout ſæpè probavimus *à n.* 6. *& à n.* 26.

Et hinc venit declarandus Flores de Mena *practicar. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 4. *n.* 35. dum
27 reſpondendo * ad Rotæ deciſionem dicentem, Ordinarium cui ſit cauſæ commiſſio, procedere poſſe utraque poteſtate dicit intelligi procedere poteſtate Delegata quoad executionem ſibi mandatam; quoad cætera autem, quæ reſpiciunt jus integrum partium, ipſe Ordinarius poteſtate ordinaria procedit, & ſententiam diffinitivam profert; quæ Doctoris aſſertio altiorem petit indaginem, prout diſtinctè, & per caſuum diverſitatem, & differentiam in diſcurſu hujus capituli altius pertingemus. Interim tamen dicas, * quod 28
quando in caſu permiſſo putà in beneficiis reſervatis committitur executio Ordinario, in qua ſi executionis natura alteretur, putà quia de executiva fit ordinaria (de quo latiùs infra in ſecunda concluſione apponenda) tunc benè procedet ejuſdem Doctoris aſſertio; at ſi ſit cauſa, quæ tam quoad viam executivam, quàm quoad viam ordinariam pertinet de jure judici Ordinario; tunc ipſe in totum procedet ordinaria poteſtate duntaxat ex hactenus latè dictis.

Et tandem ad aſſertionem Doctorum de qua ad principium * hujus cap. reſpondendum eſt, ut fal- 29
ſa inſuper evidentius apparear; nam etſi Ordinarius procedat uti Delegatus in cauſa ſibi per ſenatum remiſſa (quod impoſſibile eſt, ut diximus) non benè ſequitur, procedit uti Delegatus, ergo debet procedere via executiva; falſum eſt etenim argumentum, cùm etiam ipſe Delegatus in commiſſione nominatus, ſi ſervata forma Concilii Trid. cauſa fuit ſibi delegata, poterit & debebit juxta caſuum varietatem (de quibus ad ſecundam concluſionem inferius) procedere in via ordinaria, & plenario judicio audire partes, quoties alterari corrigerit naturam executionis litterarum Apoſtolicarum; & ſic multò fortiùs ipſe Ordinarius ſua juriſdictione, & jure Ordinario utens; quare horum opinio nec tuta, nec vera eſt abſolutè recepta.

Secunda fuit opinio in hoc articulo aliquorum, * maximè Ordinariorum judicum (quibus per 30
Senatum fit litterarum remiſſio) & advocatorum litteras Apoſtolicas impugnantes patrocinantium: ut eo ipſo quod eadem Senatus remittit Ordinario, iſte debeat abſolutè & indiſtinctè, ordinaria atque plenaria via inter partes procedere, non executivè: moventur hi contraria ratione eorum, * qui priorem 31
opinionem ſectebantur, & dicunt, quod remiſſio fit per Senatum Ordinario, uti Ordinario, & non uti Delegato executori, quia executoris nominati facultas jam expiravit, nam ex quo informiter atque nulliter contra diſpoſitionem Sacri Concilii Trid. putà abſque ſubſcriptione manu propria Sanctiſſimi, facta fuit executionis commiſſio; non fuit cauſa avocata ab Ordinario, atque ideo cum executor nominatus nequeat juriſdictionis defectu procedere ulterius, ut ſuprà poſt principium *hujus cap*, diximus: ſequitur, quod pars executiva gratiæ ſimiliter evanuerit, atque ideo quando Senatus Ordinario cauſam illam remittit, ea videatur intentione remiſiſſe, ut ordinaria via abſolutè, & indiſtinctè procedere debeat.

Sed procul dubio horum opinio pariformiter
falſa eſt, * & improbabilis, omnique deſtituta 32
fundamento, nec tale unquam intentum habuit ſapientiæ, & experientiæ fons ſublimis Senatus hic Supremus, non etenim ſequitur, judex executor datus deficit; ergo gratiæ & inſtrumenti executivi privilegium executionis & naturam amiſit: tres enim partes habent Bullæ gratioſæ; * ipſam gratiam, 33
quæ reſpicit rem principalem, putà beneficium impetratum; executionem, quam litteræ Apoſtolicæ merentur; judicis ſpecialis dationem ad illas exequendas. Si fortè ultima hæc pars deficit, cæteræ integræ manent, * & ad quemcumque judicem 34
ierint

ierint litteræ; qualitatem intrinsecam executivam retinent, nisi ex accidenti intrinseco alteretur juxta mox dicenda in conclusionibus) igitur non sola judicis mutatio potens esse poterit, nec sufficiens sola ad hujusmodi alterationem causandam. Et quia non sequitur, Ordinarius uti Ordinarius procedit causa, * ergo semper debet procedere vita ordinaria, non executiva; sequeretur quippe absurdum nutissimum, quod coram Ordinario non posset peti executio instrumenti guarintigiati, in forma Cameræ conscripti, nec sententiæ transactæ in rem judicatam, aut executorialem, & quod per earum ulum coram Ordinario amitterent suum intrinsecum privilegium viæ executivæ, quod quàm falsum sit, nemo est, qui nesciat, atque latiùs ostendemus in conclusionibus sequentibus.

Vides igitur, quàm clausæ sint in hac difficultatis plena controversia viæ veritati; mihi quidem in ea diù anxiè meditanti vera atque certa resolutio procul dubio emicuit, ad cujus præclaram cognitionem duplex venit affigenda conclusio, distincta caliam varietate murienda, ut quod deinceps sit servandum, cunctis pateat.

CONCLUSIO I.

36 *Quoties litteræ Apostolicæ* impetratæ alteri judici pro executione instrumenti guarentigiati, aut gratiæ Apostolicæ absque tamen subscriptione propriæ manus Sanctissimi, fuerint per Senatum Ordinario remissæ, ipse in earum expeditione tenetur via executiva procedere, aliter earumdem privilegia non altera natura.*

CONCLUSIO II.

In omnibus casibus in quibus litteræ gratiæ Apostolicæ amittent privilegiatam naturam, ita ut*
37 *in eisdem omnino sit via ordinaria de jure procedendum, vel aliquis comperet legitimus contradictor, vel quia adest professor, aut aliàs sub intrusione sunt expeditæ: eisdem omnibus Ordinarius, cui à Senatu fuit negotii facta remissio, in via ordinaria tenetur procedere, & partes audire, & definitivè sententiare.*

Pro illarum conclusionum enucleatione nonnulla
38 indicanda erunt, * quæ ipsarum veritatem, justificationem, & comprobationem ostendant. Ad prioris igitur fundamentum ita moveor: nam sicut instrumentum guarentigiatum, aut cum clausula in forma Cameræ Apostolicæ habeat de jure executionem paratam, & hæc privilegiata qualitas eo insit, & sit activa, ut patet vulgo juxta communia Parlador. *rerum quotidianarum lib 2. cap. fin. 1. part.* §. 11. *cum multis seq.* quibus multa in propositio recenset, & potius alibi. Pariformiter litteræ Apostolicæ ob illarum executionem
39 tiam * hanc qualitatem privilegiatam intrinsecè retinent, atque eodem modo executionem merentur, *l. 1. sine consensu C. si quis a, de rescript.* ubi Felin *lib. 5. cap. 18. part. 3.* Rebuff. *in prax. benefic. tit. forma & de executione rescriptis, verb. quatenus ipse, vel eius, n. 3.* Mobedanus *decis. 35.* Mandosius *de scriptis, part. cap. 4. de communi opinione, n. 29.* Persius *cons. 4. vol. 1.* Cæpar de Grass. *in §. 8. fel. veter. q. 9. in anno 22. ex num. 12.* Garcia *de refer. 6. part. c. p. 2. num. 14.* Pallad. *etiam alii supra §. 7. per tot.* & infiniti alii, quos enumero, & ubies dixit Rota, ut per Jacobum Caballe-

rium *decis. 148. n. 1. & decis. 633. n. 1. & decis. 278. n. 2.* Argel. *de acquir. possessione quæst. 8. artic. 1. à n. 2* & alibi passim.

Nisi fuerint per sententiam vulneratæ, quia tunc appellationem recipiunt, * nec per furcro- 40
rem exequi possunt fiante appellatione, Cavaller. *decis. 2. nu. 7.* Gonçal. *sup. reg. Cancell. glos. 6. n. 202. cum seq.* Rota Romana diversor. *decis. 132. in principio, & n. 1. lib. 2.* Cardinal. Seraphin. *decision. 674. n. 2.* Rota apud Coccinum *decision. 78.* Giurba *decis. 100. sub. n. 34* Sylvester Sachia *in additionibus ad Autorium Massen. Gallesi. de obligation. Camerali quæst. 37. n. 16. & 17.* Rota Romana *decis. 73. nu. 2. decis. 74. n. 1. decis. 45. n. 1. decis. 58. n. 2. decis. 59. n. 1. decis. 76. n. 2.* impressæ sunt Callesium *dict. tractat. de obligat. Camerali*, ab ejus additionatore, Hondedeus *consil. 17. n. 45. vol. 2.* Gratian. *in disceptationib. forens. cap. 664. n. 21.* Amato *variar. resolut. lib 2. resol. 81. à n. 24. & seq.* idem Gratianus latè *in disceptat. 968. à n. 2. cum seq. tom. 5.* idem Jacobus Cavallerius *in decision. 11. n. 5.* ubi, *quod non cen- 41
sentur litteræ vulneratæ ex annullatione processus super earum justificatione facti, nisi etiam ipsæ litteræ annullentur: nec etiam dicuntur vulneratæ litteræ Apostolicæ, etiamsi fuerint pronuntiatum, non esse justificatas; * imò si posteà justificentur 42
execui possunt, Cavallerius *decis. 11. n. 6.* Nos *de regia protect. 3. part. cap. 4. n. 44. & 45.* ubi de hac executionis vulneratione, & quando vulnerata intelligatur post alios Doctores, probant insuper Coccinus *decis. 78. n. 11. in fin.* Rota Romana *decision. 132. n. 11. in fin. part. 2. diversorum.* Marchesanus *de commissionib. appellation. à* Camera *obligat. 1. part. cap. 16. n. 19.* Scaccia *de appellationib. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limitat. 9. n. 58. versic. Subextende.* Rota apud Gallesium *de obligat. Camerat. decis. 96. n. 7.* Amato *resol. 81. n. 25. & 26.*

Et quando litteræ Apostolicæ vulneratæ sunt, cessat via executiva, * & agitur in via Ordina- 43
ria super vulneratione, Caballer. *decision. 158. à num. 1. cum. seqq.* adeò ut interim dum pendet appellatio à vulneratione exequi litteræ non possint, prout abundè probavimus *in dict. cap. 4. à num. 4. & seqq. & sursum per totum illud caput*, Scaccia *de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 9. sub num. 58.* Rota Roman. *in una census impress. per Gallesi. ubi proximè decis. 96 num 34.* licèt contrarium senserit Amato ubi proximè *nu. 28.* verum tamen est quod ipse affirmat *in num. 27.* quod si sententia vulnerans litteras, & instrumenta guarentigiata sit notoriè nulla, non præstat impedimentum, quominus via executiva litterarum locum habeat per viam replicationis contra vulnus oppositæ, ex Coccino *decis. 78. & decis. 96. n. 3.* impressa post tractat Gallesii per ejus Additionator.

Igitur si hæc qualitas privilegiata insit instru- 44
mento guarentigiato, * litterisque Apostolicis, & illas comitatur quocumque vadant præcisè, nec judicum mutatio, & variatio illam potest variare, nec alterare, ubilibet quippè suum privilegium executivum retinent: qualitas enim quæ adhæret rei, illam sequitur, quocumque vadat, quam res non amittit per variationem personarum, juxta *l. Imperatores, ff. de vectigalib. & commissis, l. fin. C. sine censu vel reliquis.*

Et quod instrumentum guarentigiatum, aut sen- 45
tentia * qualibet privilegiata habens privilegium

executionis quocumque vadat, & coram quocumque judice ejus executio petatur, retineant suum privilegium executivum, nullatenus alterata nec variata natura per variationem, aut mutationem judicum: latissimè comprobavimus plurimis doctrinis, & juris fundamentis, necnon Doctorum plurium authoritate *de Regia protect. 3. part. cap. 4. à n. 27. usque ad n. 43. inclusivè*, quæ omnia mirificè comprobant hujus conclusionis verissimam resolutionem videnda omnia, quia ulterius non repeto.

Quibus adde, quod instrumentum confectum
46 in alio Regno, * quod de jure executionem meretur, quocumque vadat idem privilegium retinet, & coram cujuscumque Regni judice ejus virtute executio petatur, executivè proceditur. Baldus *in l. 1. quæst. 4. C. ne filius pro patre*, Palacius Rubeus *in rubrica de donat. inter virum & uxorem, in principio, n. 23.* Gregorius Lopez *in l. 8. tit. 18. part. 3. glos. fin.* Suarez *in l. post rem, quæst. 5. n. 15.* Ant. Gomez *in l. 64. Taur. n. 8.* Didacus Perez *in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordinamenti.* Paladorius *lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. §. 11. ampliation. 3. à num. 13.* ubi de solemnitate, ne redarguatur, quamplurimos aliòs Doctores referens sequitur Cartharius *decis. 26. per totam.*

Comprobatur etiam, quoniam instrumentum
47 guarintigiatum sive inter laicos, * sive inter Ecclesiasticas personas confectum, etiam coram judice Ecclesiastico suam vim executivam, & privilegiatam qualitatem retinet, juxta Bartoli sententiam *in l. cunctos populos, n. 29. C. de summa Trinit.* cujus opinionem sequitur Lapus *allegat. 81.* & Calcaneus *consil. 7.* Rodericus Suarez *in l. post rem judicatam ampliatione 8.* Covarr. *practicar. quæst. cap. 8. concl. 5. n. 5.* Avilesius *in capitibus correctorum cap. 10. n. 56.* Benedictus de Barzis *in tractat. guarentigiæ, 1. part. quæst. 4.* Paladorius *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 1. part. §. 11. ampliatione 7. n. 28. & 29.*

Igitur non erit hæsitandum, quod per Decre-
48 tum Senatus, * quo traduntur litteræ parti, ut illis coram ordinario utatur, debeat iste executivè procedere virtute instrumenti guarentigiati, aut litterarum Apostolicæ gratiæ, quæ sui natura retenta ubilibet merentur executionem, & hujus privilegium omnino retinent, nihil extrinsecus accedente: sequeretur enim aliàs absurdum notissimum; coram judice Ordinario non posse agi via executiva virtute instrumenti executionem merentis, quod quàm falsum sit, ostendimus superius in reprobatione secundæ quorumdam opinionis; nam de Ordinario judicandum erit hoc casu, ac si à principio, & cessante commissione Apostolica, & remissione Senatus coram ipso eorum instrumentorum executio peteretur, hæc autem nihil immutare possunt circa naturam, & privilegium executionis, quia ad id nec tendunt, nec respiciunt; sed tantum ut causa coram vero & competenti judice tractetur, quod singulariter post Rotæ decisiones observet Ludov. Post. *de manutenz. observ. 12. n. 62. & 63.*

Non secus, ac si coram judice incompetente
49 fuisset instrumenti petita executio, * & orta inter eum, & Ordinarium competentia, causa isti fuisset remissa, ac sibi cognitionem competere declaratam, nonne ex hac orta competentia mutatur in aliquo, ut amittatur privilegium executivum instrumenti? Aut prohiberur ne actori denuò coram competenti judice Ordinario agenti instrumenti executionem apponere, & attentare? Quis dubitat, nisi fortè ex aliquo accidenti instrumentum, aut litteræ Apostolicæ viam executivam amittas, ita ut præcisè in via ordinaria sit agendum, juxta latè probanda ad secundam conclusionem.

Quantum attinet ad secundam conclusionem superius affixam * multa dicenda erunt, quæ hanc materiam primæ instantiæ Ordinarii tanguut, mirèque exornant, ex quibus facilè colliges quando ipse ordinaria via procedere queat tam in litteris Apostolicis gratiosis, quam instrumentis guarentigiatis, quæ omnia ita indistinctè tractantur à Doctoribus, quæ tùm dispositionem S. C. Trident. *in cap. causæ omnes*, tùm praxim veram hujus Senatus Supremi penitus confundant.

Quantum autem ad instrumenta guarentigiata
* pro quorum executione à Romana Curia alteri 51
fuit commissio impetrata per creditorem absque subscriptione manu propria Sanctissimi, & ideo per Senatum Ordinario fuit facta remissio: iste omnino via ordinaria contra tertium non comprehensum in dicto instrumento procedere debet, non via executiva, ut vulgatissimum est, juxta quæ Parladorius *lib. 2. rerum quotidian. lib. 2. cap. fin. 4. part. 5. §. per totum*, & Nos latissimè *in tract. de Regia protectione, 4. part. cap. 8. per totum*, vel aliter quando * tertius oppositor non 52
comprehensus in instrumento se executioni opposuit, cujus causa via ordinaria erit tractanda, & in contentioso judicio prius erit vincendus juxta latè per Nos tradita *in d. cap. 8.* in quo articulo tam vulgatissimo amplius nobis immorari non licet.

Quantum autem attinet ad litteras Apostolicas pro executione gratiæ impeditæ, quando vel executor datus teneatur Ordinario causam remittere vel facta per Senatum remissione, ipse Ordinarius via ordinaria ii eisdem procedere debeat; major est difficultas orta ex confusione Doctorum, luce tamen meridiana clariorem (Deo dante) reddam, ne in posterum in minimo dubitetur.

Litteræ Apostolicæ, quæ pro executione gra-
tiæ * expediuntur, dupliciter considerandæ sunt, 53
nam aut dantur super beneficio, reservato, vel aliàs affecto Sedi Apostolicæ; & tunc quantum attinet ad viam executivam, seu potius extrajudicialem, cùm non egeant subscriptione propria manu Sanctissimi; cuilibet licitè committuntur, qui quidem quantum ad executionem faciendam liberè procedit absque percussione primæ instantiæ Ordinarii, & absque ejus jurisdictionis læsione, nec tunc locum habet dispositio S. C. Trident. *in cap. 20. causæ omnes, sess. 24. de reformatione*, declaratum sic per Sanct. Congregationem Cardinalium, atque Brevem Gregorii XIII. prout latè diximus suprà hac 2. *part. cap. 10. in princip.*

Si tamen in hujusmodi litterarum executione
aliquis compareat * legitimus contradictor de jure 54
suo docens, vel sit aliquis possessor beneficii, aut aliter sub instructione litteræ ipsæ expediantur, tunc possessor, vel intrusus de sua possessione opponens, præcisè audiendus, & convincendus erit in via Ordinaria; nam cùm iste in judicium deducat coram executore quid omnino, causæ cognitionem, & examen appetens, atque altiorem indaginem requirens, & viam appetens ordinariam, cum nondum fuerit conventus, citatus, & vietus, nec aliter de juribus suis discussum, nec ipse legitimus contradictor ad solam voluntatem executoris teneatur jura & possessionem dimittere: hæc causa omnino Ordinario pertinet via ordinaria tractanda

ad

ad quem illam Senatus hic Supremus remittit cognos-
55 cendam, nisi aliter contra istum tertium, * aut intru-
sum commissio executoris propria manu Sanctissimi
sit subscripta, quia tunc in his beneficiis reservatis
tam super executione, quàm super via ordinaria
rectè procedere executorem dicetur, prout Nos
suprà 1. *p. c.* 6. *n.* 4. *exceptione*, latiùs ostendimus
d. n. 14. *cum seqq.*

Aut etenim litteræ hæ pro executione gratiæ
56 non expediuntur * super beneficio reservato, aut
aliter Sedi Apostolicæ affecto, et tunc si manu
propria Sanctissimi non sint subscriptæ, penitùs Or-
dinario tam super executione, quàm super judicio
plenario et via ordinaria (ad quem omnium cau-
sarum ad forum Ecclesiasticum quomodolibet per-
tinentium, etiamsi beneficiales sint, cognitio de
jure communi per Decretum Concilii Trid. com-
petit) per Senatum, aut etiam ipsum executorem
fit remissio, quoniam deficiente forma essentiali
prædicti Concilii Trident. nec tacita avocatio nec
expressa, locum habet, nec in prima instantia his
in causis præjudicium illi fieri intelligitur, nec sua
Sanctitas intendit, ut latè probavimus hac 2. *part.*
cap. 6. *et cap.* 20. et pluries alibi.

Aut enim istæ litteræ pro executione gratiæ alte-
57 ri, * quàm Ordinario directæ sint manu San-
tissimi subscriptæ: et tunc non Ordinarius, sed
ipse executor Delegatus tam in via executiva, quàm
in via ordinaria, ubi vel comparet ligitimus con-
tradictor, vel possessor adest, cognoscer rectè po-
test, ex d. Conc. Trid. Decreto, nec tunc ullo
pacto Ordinario talem causam Senatus remittit *in*
d. cap. 6. *in* 4. *exceptione*, *à n.* 14. et mox compro-
babitur *à n.* 63. *cum sequentibus*, *versicul. Quan-*
tum autem ipsi Doctores.

Hanc distinctam resolutionem (licèt non ita expli-
58 citè et discretivè) * deduces ex nonnullorum
Doctorum assertione, et in primis Augustinus
Barbosa *in tract. de offic. et potestat. Episcopi*, *tom.*
2. *allegat.* 81. *num. fin.* sic ait in hæc: Sextò limi-
ta in causis possessionis beneficiorum reservatorum
Sedi Apostolicæ: possunt enim immediatè ab Au-
ditore Cameræ, seu alio Delegato Apostolico cogno-
sci, quod praxi quotidiana signaturæ servatur,
et declaravit Gregor. XIII. super executione litte-
rarum in forma Brevis, ad expectandam possessio-
nem in constitutione sua inquit: *Ad Romani Pon-*
tificis providentiam, *data Romæ*, *die* 10 *Julii*,
1574. quam refert praxis Episcopalis *dict. cap.* 4.
n. 3. et sæpè diffiniisse Sacr. Cardin. Congregatio-
nem attestatur Leo *dict. cap.* 1. *n.* 76. *et* 77. et pro-
cedere in beneficiis reservatis ratione manus appo-
sitionis, refert decisum Gonçalez *ad Reg.* 8. *Can-*
cellariæ, *glos.* 52. *nu.* 36. *et* 37. nam Concilium
Trid. *dict. c.* 20. non inteligitur in executioni-
bus; sed solùm in litibus, et causis Ordinariis,
et requirentibus altiorem indaginem, quia in his
datur instantia, in executione verò Bullarum Apos-
59 tolicarum, cum magis extrajudicialis sit, * et extra-
judicialibus non detur instantia, ut cum Soci-
no, Jasone, et aliis resolvit Menochius *de arbi-*
trariis lib. 1. *quæst.* 22. *n.* 6. non habet locum dis-
positio *dict. cap.* 20. verùm (inquit ipse Barbo-
60 sa) * si adversùs executionem gratiæ Apostolicæ
allegetur aliqua exceptio, altiorem indaginem re-
quirat, et gratiam efficiat nullam, vel subrepti-
tiam, aut obreptitiam, vel Bullam falsam, aut si-
mile, quia tunc datur instantia, non potest au-
ferri jurisdictio ab Ordinario in prima instantia
ex *dict. cap.* 20. idque confirmat dicta constitutio

Gregorii XII. ibi: *illarum tamen forma servata*, *etc.* ubi vult, quod executor in prima instantia non potest procedere omissa forma gratiæ; at verò in gratia semper ponitur, aut subintelligitur clausula, *si preces veritate nitantur*, aut aliæ æquipollentes, ut teneo ego ipse in meis remissionibus *de dictionibus*, *et clausulis*, *clausula* 97. *à num.* 2. undè si narrata vera non sunt, aut aliquid ex necessariis omittatur, cessat jurisdictio executoris, et non potest exequi gratiam, teneturque summariè audire super exceptionibus allegatis, aliàs declarabitur *vim inferre*, * et pos- 61
teà remittere causam Ordinario in prima instantia terminandam, quia cessat omnino via executiva. Si tamen ex verbis gratiæ tenetur executor assumere partes judicis, vel gratia sit signata manu Summi Pontificis, talis executor potest cognoscere causam in prima instantia ad effectum executionis, et non tenetur eam remittere Ordinario, quia ex appositione manus Summi Pontificis censetur cautè avocata ex text. *in cap. ut nostrum*, *de appellatione*. ubi Abbas, Franch. et alii. Riccius *in praxi aurea resolutione* 339. Hæc Barbosa.

Et idem quod Barbosa, nihil addito, vel mutato; sed imò eadem sermonis et verborum præmeditatione illum transcribendo (eo tamen non citato Autore) affirmat novissimè Novarius *in novi juris Pontific. practic. conclus. tit. de causis primæ instantiæ*, *conclus.* 1. aliàs 54. *n.* 15. 16. 17. *fol.* 142.

Et ante eos dixerat Dius de Mena *variar. quæst.* *lib.* 1. *quæst.* 12. *num.* 17. *et sequentibus* * quem 62
ipse Barbosa transcripsit, illum tamen authorem tacens, (neutrum autem recenset Novar. ubi proximè:) omnes igitur conveniunt, quod executor in beneficiis reservatis datus, potest executivè procedere, nisi compareat legitimus contradictor, aut possessor (ut latiùs explicat ibidem Mena) quia tunc cùm horum causa requirat altiorem indaginem, Ordinario debet executor illam remittere, aliàs vim facere declarabit Senatus, et causa ipsa per Senatum Ordinario remittetur.

Quantum autem ipsi Doctores moti ex constitutione Gregorii XIII. * viam executivam, et pro- 63
cessum extrajudicialem non comprehendi in Decreto Concilii *dict. cap.* 20. quia non habent instantiam, perperam, et inadvertenter profecto loquuti fuere, contra omnia juris principia, prout contra ipsos latiùs ostendimus hac 2. *part. cap.* 10. *ferè per tot.*

Quatenus autem ipse Barbosa ibidem *dict. alle-* 64
gatione 81. *in fin.* * Novarius ubi proximè *num.* *17.* (Barbosa non citato) uterque tamen per eadem verba inquit in hæc; Ubicumque ex gratiæ verbis tenetur executor assumere judicis partes, vel gratia reperiatur manu Sanctissimi signata, hujusmodi executor causam in prima instantia ad effectum executionis cognoscere valebit, nec illam remittere Ordinario debebit, cum ex manus Papæ appositione censeantur avocatæ causæ, ut constat, etc. Falluntur quidem, et sibi ipsis repugnant, nam ipsimet Doctores fatentur, * quod in beneficiis 65
reservatis executor dumtaxat potest procedere in executione, quod si accedat aliquid requirens altiorem indaginem, Ordinario remittitur, de quo executor cognoscere nequit, quia fit præjudicium Ordinariæ jurisdictioni. Igitur sequitur manifestè, quod ad hoc ut ipse possit executor cognoscere, debet

adesse subscriptio propria manu Sanctissimi juxta Concil. Trid.

Nec avocatio etiam expressa aliter facta tollit
66 jurisdictionem Ordinario ex dicto Decreto, * ut sæpiùs diximus, quia ad hoc ipsum disponendum, et præveniendum in specie inductum fuit Decretum Concil. Trid. ad excludendas nempè tacitas, et etiam expressas avocationes in prima causarum instantia, absque justa et rationabili causa et personali Pontificis subscriptione factas; ergo minùs debet sufficere avocatio tacita, et non subscripta, prout abundè argumentamur suprà *cap.* 32. *à n.* 6. *et seq.* et si illa disjunctiva, *vel*, qua utuntur ipsi Doctores, incautè, et inadverteneur est apposita, et omnino vel delenda, vel in conjunctivam resolvenda.

Imò Diaz de Mena *dict. lib.* 1. *quæst.* 12. *num.*
67 19. * (à quo illam doctrinam (authore tacito) de verbo ad verbum surripuit Barbosa, et ab isto Novariùs, eum non referens) expressè loquitur absque illa disjunctiva, in hæc: *Infertur tertiò, quod si ex verbis gratiæ, de quibus in dicta quæstione executor tenetur assumere partes judicis, ut per Felinum in dict. cap. si gratia sit signata manu Summi Pontificis, talis executor potest cognoscere de causa in prima instantia ad effectum executionis, et non tenetur remittere causam Ordinario, quia ex appositione manus Summi Pontificis censetur tacitè avocata ex text. et ibi Dbb. Franch. et alii in cap. ut nostrum, de appellationib. etc.* Vides igitur, quod Flores de Mena (à quo ipsi Doctores doctrinam et verba sumpserunt) non solùm non fuit loquutus per disjunctivam, *vel*; sed imò potiùs per dictionem conditionalem (si) nempè, *si gratia sit signata manu Summi Pontificis, etc.* atque ideo ipse Barbosa minùs fideliter illud transcripsit.

Imò potiùs ipse Flores de Mena ulteriùs seip-
68 sum clariùs explicuit, * qui quidem consecutivè, et immediatè ad sup. dicta ita prosequitur: *Quod si non sit signata, et executor tenetur ex verbis gratiæ assumere partes judicis, causa Ordinario remittenda est, ex dicta decisione Concilii; si verò gratia requirat aliquam liquidationem, aut verificationem narrativè (non tamen executor si non vult, tenetur assumere partes judicis, et citare partes, ut in casibus notatis à Felino et Menochio ubi suprà) si assumat partes judicis, debet partes summariè audire, et procedere executivè, aliàs si ordinariè audiat, excedit à mandato et malè facit, teneturque remittere Ordinario, ab eo tanquam executore excedente potest appellari, ut in dict. quæst. diximus, etc.* Qui ulteriùs prosequitur in hæc: *Infer-*
69 *tur quartò,* * *quod omnia supra dicta habent locum in Auditore Cameræ, quando exequitur gratiam Apostolicam ex identitate rationis, quia ipse non potest in prima instantia de causa Ordinaria cognoscere, ut dictum est.* Hactenus Mena.

Igitur utrumque requiritur præcisè, quod execu-
70 tor * ipse ex forma commissionis recipiat facultatem assumendi partes judicis, ut quia in ea dicitur *citatis citandis*, vel *citato N.* vel expedita sit sub intrusione, vel in forma dignum: et quod simul sit subscripta de propria manu Sanctissimi, ad hoc ut ipse executor possit cognoscere de juribus partium se opponentium excluso Ordinario, etiam in prima instantia, ut cum judicio rectè perpendit (licèt obiter) Flores de Mena citatus.

71 Et hujus doctrinæ fundamentum est efficax. * Nam cùm jure communi attento, et semota nova dispositione Tridentini, in prædictis casibus ideo procedere poterat executor, quia tacitè intelligebatur facta avocatio ab Ordinario, et data per hujusmodi commissionem executori jurisdictio cognoscendi in prima instantia de viribus jurium partium (prout latiùs mox videndum erit) sequitur quod hodie nihil operetur hæc commissio ex Decreto Concilii, quo nec expressa avocatio sufficit; nisi subscripta sit manu Sanctissimi ex sæpè dictis, ideirco ipsa subscriptio sufficit, ut etiam intelligantur in commissione concessa, quæ de jure communi uti tacitè avocata comprehendebantur.

Etenim interveniente dicta Pontificis subscrip-
tione avocatio firma remanet, * circa ea quæ in scrip- 72*
tura, et commissione etiam virtualiter continentur aliàs de jure communi, subscribens namque approbat omnia in scriptura contenta, *l. si ita stipulatus*, 126. §. *Chrysogonus*, *ff. de verb. obligat.* ubi post omnes latè tractat Jason. *n.* 2. *cum seq. l. emptor*, §. *Lucius*, *ff. de pactis*, *l. fidejussor*, §. *ff. pignorib. l.* 1. *versic. Et subscriptionem*, *ff. de constituta pecunia*, *l. si per epistolam*, *versic. Subscriptam*, *ff. de acquir. hæredit. cap. si quis Presbyterorum*, et ibi Glos. in verb. *subscripsit*, *de rebus Ecclesiæ non alienand.* Felin. *in cap. quoniam contra num.* 13. *de probationib.* Natta *cons.* 287. *n.* 8. *vol.* 2. Roland. à Valle *cons.* 44. *n.* 30. *vol.* 2. Affictis *decision.* 104. *n.* 3. Tiberius Decian. *respons.* 29. *n.* 30. *vol.* 2. Ant. Gabriel. *tit. de præscriptionib. conclus.* 3. *n.* 1. *cum seq.* Mascardus *de probationib. conclus.* 1347. *n.* 2. Azevedius *in l.* 3. *n.* 55. *et* 56. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recopil.* Puteus *decision.* 226. *num.* 3. *lib.* 1. Caputaquensis *decision.* 360. *num.* 7. *part.* 2. Gonçalez *in Reg.* 8. *de alternativis*, *glos.* 60. *n.* 3. *et* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 66. *n.* 7.

Sicuti et dicimus de sigillo, quod comprobat,
confirmat, * supplet, et robur addit iis, quæ in 73
scriptura continentur, Bald. *in l. bonæ fidei*, *ante n.* 6. *C. de rebus credit.* Jas. *in l. pacta novissima*, *n.* 9. *C. de pactis* Romanus *consil.* 305. *hac scriptura*, *n.* 2. Marsil. *in rubric. C. de probationib. num.* 300. Vestrius *in praxi lib.* 6. *c.* 1. *n.* 9. Rota *decis.* 535. *n.* 2. *part.* 1. *diversor.* Gonçalez ubi proximè *Glossa* 61. *nu.* 2. ac propterea cum subscriptio de manu propria Pontificis sit unicum, * et soli- 74
dum signum ad cognoscendam, et detegendam ejusdem voluntatem, voluisse avocare causam ab Ordinario juxta Trident. Decretum, cum de ea appareat omnia aliàs de jure communi virtualiter in commissione contenta intelligitur concessisse, et avocasse, quare procul dubio opinor, his casibus subscriptione adhibita propria manu Sanctissimi posse executorem de juribus partium in via Ordinaria cognoscere in prima etiam instantia excluso Ordinario.

Quibus sic generaliter præcognitis ad casus particulares deveniendum duximus, quibus de jure executor gratiæ tenetur causam in prima instantia Ordinario remittere, ut iste via Ordinaria, qua executor ipse uti nequit, cognoscat præcisè.

Et imprimis pro necessario, et scitu dignissimo
fundamento * accuratè attendere debebis, ut in 75
omnibus iis casibus in quibus executor ad executionem gratiæ datus poterat, et debebat cognoscere in via Ordinaria juxta mox dicenda in his omnibus Ordinarius hodie, cui per Senatum fit Bullarum remissio, quia in commissione deficit subscriptio Sanctissimi, et forma noviter tradita per Concil. Trid. in his omnibus debebit Ordinarius

in

in via Ordinaria partes audire; atque iterum in
76 his omnibus, * in quibus executor poterat cognoscere via executiva, et non tenebatur citare partes, in iis etiam omnibus Ordinarius, cui per Senatum fit Bullarum remissio (quia vel deficit subscriptio, vel aliter beneficium non sit reservatum, quia in istis quoad meram executionem subscriptio non requiritur, ut superiùs diximus) debet pariter executivè procedere, et in via executiva, non Ordinaria partes audire, cùm litteræ Apostolicæ executionem habeant sua primæva natura attenta, aliter non alterata, nec alio extrinsecus accedente, ut superiùs in hac conclusione secunda supposuimus, quia isto casu tam quoad executionem, quàm quoad viam Ordinariam (ubi eam causa requirit) fit Ordinario per Senatum remissio.

Executores igitur gratiarum ad immittendum aliquem provisum * in possessionem beneficii, sunt
77 suapte natura meri executores, ita ut in eis non habeat locum dispositio, *cap. statutum, de rescriptis, lib.* 6. uti latè per Garciam *de beneficiis*, 6. *part. cap.* 2. *à n.* 106. Vivianus *de jure patronat.* 2. *part. lib.* 13. *cap.* 5. *n.* 19. *et* 20.

Si autem adest intrusus, aut aliter possessor,
78 vel comparet legitimus contradictor * (ante immissionem actualem regulariter) allegans de jure suo, tunc gratiæ executores mixti fiunt, et de jure communi tenebantur assumere partes judicis, et judicialiter procedere cum causæ cognitione, et diffinitivè pronuntiare, ac plenariè de viribus jurium possessoris, aut intrusi, seu aliàs contradictoris legitimi in via Ordinaria cognoscere, et diffinitivam pronuntiare, jura notata per Doctores communiter *in cap. fin. de præsumptionib.* ubi Eutrius *nu.* 7. Abb. *ex n.* 1. *usque ad* 15. et Felin. *n.* 16. 24. 27. 33. *et* 34. Berojus *consil.* 13. *vol.* 1. Parisius *lib.* 11. *quæst.* 19. *n.* 15. 21. 23. *et* 24. Marcus Ant. Genuensis *in praxi Archiepiscop. cap.* 83. *n.* 4. *seu cap.* 85. *n.* 4. *et in annotation. n.* 16. Mandosius *de inhibition. quæst.* 46. Garcia *de beneficiis*, 6. *part. cap.* 2. *à n.* 110. *et seqq.* Leo *in Thesaur. fori Ecclesiast. cap.* 17. *à n.* 8. *et* 18. Tiberius Salustius *in praxi lib.* 3. *cap.* 12. *aliàs* 7. et post Rotam, Mandos. et Felinum, Flores de Mena *practicar. quæst. lib.* 1. *quæst.* 4. *à n.* 33. Vivianus *de jure patronatus*, 2. *part. lib.* 13. *cap.* 5. *à n.* 19. *et seq.* et latiùs Nos *de Regia protect.* 2. *part. cap.* 13.
79 *n.* 57. *cum seq.* ubi quod licèt * isti executores respectu executionis procedant extrajudicialiter ad immissionem, si tamen comparet legitimus contradictor, vel adest intrusus et possessor, omnino tenentur assumere partes judicis, et judicialiter cognoscere atque diffinitivè pronuntiare, ut latiùs ibi videbis.

At hæc doctrina verissima est de jure commu-
80 ni, * quo attento per simplicem delegationem, et commissionem cuilibet factam inducebatur avocatio jurisdictionis ab Ordinario. At verò hodie attenta noviori dispositione Sacrosancti Concilii Trid. *in dict. causæ omnes*, cùm non valeat commissio absque subscriptione manu propria Sanctissimi, nec avocatio ab Ordinario etiam expressè facta non servata forma dict. Concil. Trid. sequitur, ut iste executor non potest assumere partes judicis, ubi adest intrusus et possessor, aut aliàs legitimus contradictor, et ubi sit necesse via Ordinaria cognoscere de juribus partium, vel aliter sit adhibenda causæ cognitio, quia hæc pertinet ad Ordinarium, cui in Hispania (ubi ad unguem servatur dict. Concil. Trid.) Senatus hujusmodi litteras Apostolicas remittit Ordinario, ex hactenus comprobatis in hac secunda conclusione.

Nam sicuti in Francia non admittitur *ex concordatis, in tit. de causis*, * quod executores gra- 81
tiarum habeant aliquam causæ cognitionem, sed solùm executionem puram et meri facti, ita ut causæ cognitio remittatur Ordinariis, ut per Franciscum Marcum *decis.* 159. *part.* 1. *et decis.* 1157. *n.* 3. *eadem* 1. *part.* docent enim cum plurimis Rebuffus *in forma novæ provisionis, verbo, contradictores, et verbo, et defendant inductum in glossa ad dicta concordata in forma mandati, fol.* 744. *et* 645. *in parvis, et in cap. nulla, de concessione præbendæ*, 29. 30. *et* 31. *clausulis mandatorum.* Menochius *de retin. possessione, remed.* 1. *à n.* 85. *cum seqq.*

Ita pariter in Hispania ex observatione Concilii Trid. * nequit executor ultra merum factum 82
executionis cognoscere, sed ubi via Ordinaria requiritur cognitio Ordinario remittitur, ut probat Flores de Mena *pract. quæst. lib.* 1. *quæst.* 4. *n.* 35. in hæc: in Hispania tamen licèt habeant causarum cognitionem, et possint assumere partes judicis, et ita praxis observet; tamen intelligo in quantum, id est necessarium ad exequendam gratiam, vel suspendendam ejus executionem; non tamen ad cognoscendum Ordinariè, et integrè de juribus partium, et proferendam sententiam diffinitivam, hoc enim solum judicibus Ordinariis competit in prima instantia secundùm determinationem Concilii Trid. *sess.* 24. *cap.* 10. *de reformatione*, cujus protector est noster Rex Philippus, et ejus Regale Consilium quotidie se intromittit circa ejus observationem.

Istum tamen authorem intellige (prout suprà diximus) * quando executor datur pro executione 83
gratiæ in beneficiis reservatis, et aliàs affectis sanctæ Sedi Apostolicæ, quia tunc etiam sine aliqua speciali subscriptione propria manu Sanctissimi potest cognoscere in via executiva, et extrajudicialiter juxta Breve Gregorii XIII. at ubi adest intrusus, aut legitimus contradictor appareat, cum horum causa sit in via Ordinaria tractanda; remittitur per Senatum Ordinario, cui ex Concilio pertinet cognitio in prima instantia, ut ex Augustino Barbosa *de officio et potestat. Episcop. tom.* 2. *allegat.* 81. *num. fin.* Novar. *in novi juris Pontificii practic. conclus. tit. de causis primæ instantiæ, conclus.* 1. *aliàs* 54. *n.* 15. 16. *et* 17. *fol.* 142. latiùs annotavimus suprà in comprobatione hujus secundæ conclusionis à principio, et præcipuè *à n.* 53. *cum seq. versic. Litteræ Apostolicæ, etc.*

At verò ubi datur executor super beneficio non reservato; * tunc si non adest subscriptio propria 84
manu Sanctissimi tam super executione ipsa, quàm super via Ordinaria; Ordinario pertinet cognitio in prima instantia, ut ibidem latissimè comprobavimus, et ita praxis quotidiana hujus Supremi Senatus Regii incunctanter observat.

Et licèt Garcia *de beneficiis*, 6. *part. cap.* 2. *n.* 110. dicat, quod executor gratiæ, ubi legitimus contradictor comparet, * vel adest intrusus, 85
possit diffinitivè pronuntiare plures Doctores contra Flores de Mena ubi proximè *à num.* 35. 42. 44. *et* 59. *et quæst.* 12. *à n.* 9. *et* 17. dicentem non ipsum, sed Ordinarium cognituram; declara, ut ipse Garcia, et ab eo citati rectè procedant de jure communi; At Flores de Mena dictis locis apertè loquitur motus noviori dispositione Concilii Trid. *c.* 20. et rectè quidem, * cum certissimo juris 86

fundamento. Etenim à regula generali prohibitiva, *cap. causæ omnes*, dumtaxat excipiuntur executores ad beneficium reservatum Sedi Apostolicæ, prout hac 2. *part. cap.* 10. *per totum*, scripsimus. Ergo in cæteris executoribus gratiarum firma remanet, et intacta ad hoc, ut eorum commissiones præcisè requirant subscriptionem propriæ manus Sanctissimi, ne percutiatur prima Ordinariorum instantia contra Concilii dispositionem, quam pariter in viis executivis procedere clarè ostendimus *in dict. cap.* 10. *à n.* 12. *cum multis seq.* qui Doctores Garcia et Mena etiam de praxi hujus Supremi Tribunalis simul attestantur.

Igitur ad cognoscendum, quando Ordinario fit
87 per Senatum remissio * litterarum Apostolicarum pro immittendo proviso, an debeat procedere in via executiva, aut in via Ordinaria ad dictarum litterarum complementum, distinctè procedendum erit : aut enim legitimus contradictor comparens coram executore (aut coram Ordinario facta remissione) vult immissionem et executionem impedire non vigore possessionis, quia non possidet ; sed vigore alicujus legitimi tituli, vel saltem colorati, et tunc si comparet ante immissionem realiter factam, etiam si compareat post Decretum, et sententiam de immittendo ; et sic re adhuc integra, tunc si alleget aliquam legitimam exceptionem, omnino audiendus erit in via ordinaria per ipsum Ordinarium (sicut de jure communi tenebatur executor nominatus) et diffinitivè pronunciare ; ita post plurimos Doctores probat in hoc æquiparans possessorem, et legitimum contradictorem cum solo titulo, Garcia *de beneficiis*, 6. *part. cap.* 2. *à n.* 110. et superiùs diximus, et fuit resolutum *in Pampilonens. beneficii de Allo.* 1576. quæ habetur 2. *part. diversorum decis.* 35. *et in Pacensi.* seu *nullius Capit. anno* 1578. quæ habetur, 1. *part. decision.* 202. *diversorum.* Cardinal. *consil.* 63. *et* 64. Felinus *in cap. exhibita*, *n.* 4. *de judiciis*, *et in cap. de cætero*, *n.* 10. *de re judicat. et in cap. fin. n.* 23. *de præsumptionibus.* Staphileus 8. *forma mandat. de providend. n.* 8. additio Rotæ *decision.* 12. *de officio Delegati*, *in novis. n.* 2. Marchesan. *de commissionibus*, 2. *part. cap.* 3. *de commissione appellatio. ex n.* 21. Gomes. *in cap. statutum*, *n.* 77. *de rescriptis*, *in* 6. maximè
88 * si litteræ habeant clausulam *citatis citandis*, seu clausulam *amoto quolibet illicito detentore*, ut probant ipsi Doctores, et Garcia ubi proximè *n.* 111. latè Vivianus *de jure patronat. part.* 2. *lib.* 13. *cap.* 5. *num.* 19. *cum seq.* Flores de Mena *quæstione* 4. *n.* 31. de hoc tertio comparente re integra.

Quatenus autem ipse Garcia inferiùs 143. id in-
89 telligat, * quod quando compareat legitimus contradictor pro suo interesse et præjudicio, de quo si negetur, teneatur summariè, et in continenti doceri per Covarru. et Menochium, declara, ut intelligatur, ad effectum legitimandi oppositionem, et personam, et ut excludatur calumniosa exceptio, ut Covar. et Menoch. ab eo citati loquuntur, et latè Marchesan. *de commissionib.* 2. *part. cap.* 6. *commission. quando tert. ad caus. admitt.* §. *unic. à n.* 12. *et seq.* non tamen, ut de ea cognoscatur summariè ad effectum impediendi executionem, quia tunc in via ordinaria, et per sententiam diffinitivam terminanda erit causa, ut ipsemet Garcia post plurimos Doctores firmaverat antea *n.* 110.

Et quando comparet legitimus contradictor ad
90 impediendam * immissionem provisi virtute litterarum Apostolicarum, ut tunc via ordinaria sit agendum, quæ Judici Ordinario in prima instantia sit cognitio remittenda ; probant in terminis Aug. Barbosa *de officio Episcopi*, *tom.* 2. *allegat.* 81. *n.*.... Novarius *in novi juris Pontific. practic. conclus. tit. de causis primæ instantiæ*, *conclu.* 1. alias 54. *n.* 15. *cum seq. fol.* 142. et ante eos Flores de Mena *variar. quæst. lib.* 1. *quæst.* 12. *à n.* 17. *cum seq.*

Et juxta hos terminos declarandum erit, quod *
91 ipse dixerat *quæst.* 4. *n.* 31. in hæc : Sexta conclusio, executor gratiæ sive cum clausulis sonantibus monitionem, sive clausulis sonantibus conditionem; si tertius compareat ante perfectam executionem, tenetur eum audire saltem in via summaria, et assumere partes judicis, etc. ut intelligatur quoad prædictum effectum, nempè excludendi calumniosam oppositionem, legitimandi personam comparentis, et ut executori constet, an foveat legitimas oppositoris partes, ut possit supersedere, et causam illius ad Ordinarium remittere, ne sibi ipsi videatur repugnare, prout et seipsum declarat ulterius in eadem *quæst.* 4. *n.* 42. ut ad effectum vel supersedendi in executione, vel remittendi possit iste executor summariè cognoscere de jure hujus tertii oppositoris.

Et quamvis possessione vacante, et à nemine occupata, judex * non teneatur aliquem citare pro im- 92
mittendo proviso Apostolico, ut tenent Flores de Mena *à q.* 4. *n.* 52. Rota *in Auriens. Parochia de Pao* 17. *Aprilis* 1600. coram Lancelloto, quæ est decisio 179. *n.* 3. *et* 4. novissimè Farinac. Garcia *de beneficiis*, 6. *p. c.* 2. *n.* 141. *et* 142. Vivianus *de jure patronatus*, 2. *p. lib.* 13. *c.* 5. *n.* 23.

Tamen si re integra ipse legitimus contradictor
compareat, * audiri debet, et de suis juribus dis- 93
cutiendum, ut hactenus probavimus, et licite appellat, et causat attentata, novissimè Vivianus *ubi sup.* et latiùs Garcia loco citato, latissimè *à n.* 110. *et* 112. *cum seqq.* qui *n.* 132. adducit ad litteram bonam in proposito decisionem Rotæ *in causa Tirasonens. eleemosynaria* 28. *Januarii* 1602. *coram Lancelloto*, ibi maximè cum Petrus comparuerit ; et dederit de surreptione, et obreptione litterarum Apostolicarum, et petierit admitti ad justificandum, ut fuit resolutum *in causa Salmantina pensionis* 18. *Aprilis* 1578. *coram Cardinale Lancelloto*, etc. Nec etiam obstare, quod possessio esset vacua, nec ostenderetur titulus Apostolicus, quia cùm in gratia adest clausula (*dummodo non sit alteri jus quæsitum*) sufficit quod Petrus ostenderet, se præsentatum, ut diceretur legitimus contradictor, cùm Papa non præsumatur voluisse præjudicare et derogare præsentationi, etc.

Et ulteriùs ipsa Rota *in una Coloniensi Canonicatus* 4. *Febr.* 1598. ubi fuit dictum, * quod ha- 94
bens titulum coloratum sit legitimus contradictor, et possit appellare à decreto, seu sententia prolata ab executore litterarum Apostolicarum ad favorem provisi Apostolici, dummodo tamen provisus ab Ordinario coram executore produxerit suum titulum, sed si suum titulum non produxisset, fuerunt in contrario voto, quod nullum censeatur illatum gravamen per executorem, et non posset appellare ad effectum suspensivum, dixerunt insuper supra dicta absque difficultate procedere, quando Ordinarius contulit, quia beneficium vacaverit in mense ipsius Ordinarii, etc. quam refert Garcia ubi proximè, *n.* 139.

Atque pluries determinavit * Rota *ut in una* 95
Piens. benefic. 13. *Aprilis* 1576. coram Domin. Seraphin.

plin. quam ponit Saluſtius Tiberius *lib.* 3. *ſub cap.* 9 *pag.* 147. *deciſion.* 112. *& in cauſa Elnenſ. beneficii S. Salvatoris* 16. *Decembris* 1602. coram Domin. Penna qua fuit dictum; quod Rota obſervat habentem titulum coloratum eſſe legitimum contradictorem, & poteſt appellare à decreto, ſeu ſententia prolata ſuper executione litterarum Apoſtolicarum ad favorem proviſi Apoſtolici, dummodo proviſus ab Ordinario coram executore produxerit ſuum titulum, ut *in dicta cauſa Colonienſ. Canonicatus* 4. *Febr.* 1588. Et quod etiam poſterior in data ſit legitimus contradictor, ſi poſſidet ad impediendum proceſſum executivum, Puteus *deciſion.* 135. *lib.* 2. Nam ceſſantibus reſervationibus Ordinarii habent poteſtatem conferendi, & Papa proviſos ab Ordinariis cognoſcit pro legitimis contradictoribus, &c. ut & refert Garcia 6. *part. cap.* 2. *n.* 140. ad finem.

Idem obſervat Argellus *acquirenda poſſeſſione, quæſt.* 20. *artic.* 2. *n.* 12. *& ſeq.* qui *n.* 14. inquit, quod quando duo hinc inde veniunt cum pari titulo ad perendam immiſſionem, via Ordinaria erit aggredienda, quod etiam latiùs dixerit *in tract. de legitimo contradictore, quæſt.* 2. *artic.* 1. dicit etiam, in re hac titulos eſſe pares, tum quando adſunt duæ collationes diverſorum Ordinariorum; tum etiam quando concurrunt proviſio Apoſtolic. putà ob cauſam & ſuppoſitum reſervationis, & proviſio Ordinarii: nam quando ex una parte prætenditur beneficium eſſe reſervatum, & ex alia prætendatur non eſſe reſervatum, anteaquam de reſervatione appareat, nulla iſtarum proviſionum poteſt dici potentior, ideo pro paribus interim judicabuntur juxta quæ ipſe Argel. dixerat *in tract. de legitim. contra. quæſt.* 15. *artic.* 1. 2. & 3. qui *in dicto tract. de acquir. poſſeſſion. dicta quæſt* 20. *artic.* 2. *n.* 14. dicit, quod proviſio Papæ in reſervatis æqualis eſt collationi Epiſcopi in non reſervatis, nam ad excluſionem proviſi per Ordinarium debet de reſervatione conſtare, & apparere notoriè ut abundè inferiùs dicemus. Interim tamen dum in dubium vertitur, & probabiliter dubitatur ſive de jure, ſive de facto, titulus Ordinarii legitimè impedit immiſſionem.

Hæc tamen doctrina licèt vera ſit ad effectum audiendi proviſum ab Ordinario in via executiva, non tamen ad viam Ordinariam aggrediendam, quia tum cum titulo Ordinarii requiritur ſimul poſſeſſio, ut infrà *n.* 121. Et ſupponunt plures Doctores, & Rotæ deciſiones infrà laudandæ *à n.* 110. *cum multis ſeqq.* Itaque ut in continenti audiatur, & in via executiva, rectè proviſus ab Ordinario admittitur, juxta Rotæ deciſionem infrà adductam, *n.* 139. *& ſeqq.* & vide inferiùs *n.* 184.

96 Comprobatur hæc * doctrina ex traditis noviſſimè à Viviano *d. jure patronatus* 2. *part. lib.* 13. *cap.* 5. *n.* 23. & 24. ubi dicit, quod ſi poſſeſſio beneficii ſit vacans, executor non tenetur aliquem citare, nec aſſumere partes Judicis, niſi compareat legitimus contradictor, & tunc dici legitimum contradictorem præſentatum ante inſtitutionem ad impediendam executionem gratiæ *in forma dignum*, & inſit clauſula (*dummodo alteri non ſit jus quæſitum*) per Rotam *de Jure.* 17. *de prebendis*, & per *Veraſcenſ. deciſionem electionis* 20. *Januarii* 1602. coram Cardinale Lancellotto ſupra adducta & per *Conſenſ. beneficii* 24. *Novemb.* 1614. Ubaldo, & per *Calagurritan. beneficii* 17. *Junii* 1602. coram Lita, quam allegat etiam Vivianus ubi proximè.

Quod & idem dixit Arglus *tractatud. acquir. poſſeſſione, quæſt.* 19. *artic.* 1. *n.* 58. & 59. Quod patronus ex ſolo titulo ſui patronatus, quando de eo docet coram executore litterarum Apoſtolicarum impedit earum executionem, & remiſſionem in beneficium, ſecus ſi non docet de ſuo jure patronatus ad illud beneficium, per Rotam *in una Jacenſ. Parochialis* 27. *Junii* 1603. *coram Cardin. Pamphilio, & in alia Apontina benefic.* 5. *Decembris* 1618. *coram Domboldo*, quas ipſe Argellus allegat ad idem.

Hinc eſt quod licèt capitulum ex eo quod non poſſidet * Canonicatum aut Præbendam, non poſ- 97
ſit dici legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem illorum, cum ad illud ſolùm pertineat obedire, obtemperare, & complere litteras Apoſtolicas, ut pluries determinavit Rota, ut per Alex. Ludoviſium *deciſione* 221. & Beltraminius *in adnotation. n.* 11. alias quatuor deciſiones Rotæ concordantes congerit; & latiſſimè poſt magnam copiam deciſionum Rotæ, & Doctorum allegationem firmat Argellus *de legitimo contradictore, quæſt.* 14. *artic.* 5. *per tot.* & variis doctrinis exornavit.

Tamen ratione ſui proprii Juris ſibi competentis virtute ſuorum ſtatutorum confirmatorum à Sede Apoſtolica, putà puritatis ſanguinis, & ſimilium; legitimus dicitur contradictor, & ut talis audiri debet, ſi compareat coram executore litteratum Apoſtolicarum, ut ſæpè determinavit Rota *in una Pacenſ. puritatis* 11. *Decembris* 1609. coram Manzanedo per quam ſic limitavit præfatam regulam Argellus *dicto artic.* 5. *n.* 47. *& per aliam Ratisbonenſ.* 23. *Junii* 1617. coram Pirovano, pariter limitat Beltraminius *in dicto deciſion.* 221. *n.* 11. *in fin.* quam etiam limitationem adducit Garcia *de beneficiis* 6. *part. cap.* 2. *n.* 161. Qui omnes affirmant, tunc executorem teneri aſſumere partes Judicis circa articulum puritatis ſanguinis, & alios tangentes ſtatuta alia capituli ſe opponentis. Quæ omnes deciſiones, & doctrinæ procedunt in capitulo non poſſidente, agnoſcunt tamen illum legitimum contradictorem in iis, quæ tangunt ſua ſtatuta confirmata & obſervata.

Hinc venit intelligendum quod tradit * Pariſius 98
de reſignation. benefic. lib. 10. *quæſt.* 6. *n.* 63. Reſignantem reſervata penſione, non poſſe impedire reſignatarium, ne capiat poſſeſſionem beneficii reſignati, & poſſeſſionem captam per dictum reſignatarium pendente appellatione interpoſita per reſignantem, non eſſe attentatam, quia à mero executore litterarum Apoſtolicarum non datur appellatio; nam accipiendum erit, quando reſignans impedit de facto, & ſine cauſa, ne reſignatarius capiat poſſeſſionem, atque etiam in appellatione interpoſita à reſignante, qui nunquam comparuit coram executore ad dicendum contra reſignationem, quia tunc executor non debuit aſſumere partes Judicis, nec eum etiam citare, ex quo conſenſit reſignationi ſponte, ac facto ſuo à ſe jus & poſſeſſionem abdicavit; & cum nec poſſideat, nec comparuerit, executor non gravabit eundem, facit *deciſio* 639. *n.* 4. *part.* 1. *diverſorum.* Et latè proſequitur Garcia *dict. cap.* 2. *n.* 133. *cum ſeqq.*

Et quando concurrit paritas titulorum, * ut 99
tunc impediatur via executiva litterarum Apoſtolicarum, & via Ordinaria ſit agendum; vide in terminis deciſiones Rotæ adductas per Garciam *de beneficiis* 6. *part. cap.* 4. *n.* 16. & *n.* 21. & *cap.* 2. *n.*

& 125. Et quando duo tunc inde veniunt cum pari titulo ad petendam immissionem, quo via ordinaria sit agendum, abundè per Argel. *de legitimo contradictore, quæst.* 2. *artic.* 1. & *quæst.* 15. *artic.* 1. 2. & 3. & *de acquir. possession. quæst.* 20. *artic.* 2. *à n.* 12. *cum aliis seq.* vide Superius *n.* 95. & in discursu hujus capitis clariùs apparebit.

100 Hinc etiam fit, quòd quando * datur in executione gratiæ secundus executor, quod si primus intra triginta dies non exequatur gratiam, secundus executor possit exequi, de quo latissimè videndus Garcia *de beneficiis* 6. *part. cap.* 2. *n.* 59. *cum*

101 *seq.* At quando comparet * legitimus contradictor se executioni opponens; tunc cessat potestas secundi executoris, & est ratio, quoniam tunc cessat via executiva (ad quam secundus datur in negligentiam prioris) & via ordinaria agitur cum ipso legitimo contradictore, ita probat Garcia ibidem, *n.* 71. per Rotæ decisionem, quam ipse citat ad litteram, *n.* 63. quem *à n.* 88. vide, an tractatis 30. diebus, possit ipse primus executor re integra exequi etiam consentiente parte, & quid quando post dictos 30. dies declaravit non posse procedere; vide latiùs ibidem.

102 Si autem iste legitimus * contradictor, qui non possidet, comparet post captam realiter possessionem, non auditur in contradictione executionis, sed debet recurrere ad Ordinarium contra possessorem, & coram eo contra possidentem agere, quia tunc est nova actio, & novum judicium, ut probat in his terminis Garcia *de benef. 6. part. cap.* 2. *à n.* 43. & post alios Doctores probat Parladorius *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 5. *part.* §. 10. *v.* 24. & Nos suprà 1. *part. cap.* 10 *n.* 44. *versic. Hinc est quod legitimus contradictor*, vide quæ dixi 2. *part. cap.* 18. *per tot.* Quod & sustinent omnes Doctores, & Rotæ decisiones hactenus allegatæ *à n.* 93. *cum seq.*

Hæc tamen doctrina fallit quando sententia im-

103 missionis, * aut decretum ex aliquo capite nullum appareat, vel resolvatur, & reddatur ad casum nullitatis, quia tunc cum res per actum præcedens nullum non desinat esse integra, etiam post illud comparens legitimus contradictor, legitimè comparere dicitur, prout hanc doctrinam & limitationem aliis pluribus exornavimus, & fundavimus suprà 1. *part. cap.* 10. *à n.* 101. *cum seq. & à n.* 109. *cum seq. versic. Si contradictor sit possessor*, ubi per aliquot columnas videbis hanc limitationem, & theoricam novè & mirè comprobatam.

Prædictis igitur casibus, in quibus legitimus

104 comparet * contradictor non possidens, facit cessare viam executivam, & transire ad ordinariam, si se opponeret coram executore, ita pariter in eisdem erit dicendum, quando comparet coram Ordinario, postquam Senatus litteras Apostolicas tradi jussit impetranti, ut illis coram Ordinario, non alibi utatur, ut tunc etiam ordinarius in via Ordinaria teneatur partes audire, juxta conclusionem secundam superiùs appositam, & quæ in ejus comprobationem longius deduximus.

Quando autem alicujus adest possessor, aut intrusus, vel alias expeditæ sunt litteræ Apostolicæ

105 sub intrusione, * faciendo relationem, aliquem esse intrusum, tunc executor omnino debet quærere possessorem, & illum citare, & audire debet in via ordinaria, quia tunc cum illo possessore judicium non debet esse executivum, sed ordinarium, & in via ordinaria erit vincendus, ita expressè probat Gonçalez *in Reg.* 8. *de alternativis, glos.* 9. *in ampliatione 18. n.* 126. ubi ait, ita fuisse resolutum à Rota *in una Burchinonens. parochial.* 10. *Decembris* 1601. coram D. Sacrato, quod etiam tradit Gloss. 15. § 1. *nu.* 70. sequitur Garcia *de benefic. 6. part. cap.* 2. *sub n.* 140. ante medium, & plurimos refert *num.* 110. & *seq.* Nos multos citavimus superius *à n.* 54. *versic. Si autem adest intrusus*, &c. Et quod quando vel adest possessor, vel aliàs legitimus contradictor, qui producunt suum titulum; debeat judicium tractari in via ordinaria, & non executiva; iterum firmat ipse Garcia ibidem, *n.* 150. *ad finem*, & *n.* 139. & *n.* 161. plures adducit Rotæ decisiones, & signanter ita dictum fuisse *in una Legionensi denegationis possessionis* 26. *Martii* 1593. coram Illustrissimo Blanchetto. Quod quando non adest legitimus contradictor procedatur executivè, ut secus si contradictor comparet, sicque dum etiam hodie Ordinarius, cui fit litterarum remissio, in via ordinaria procedere debet, ut hactenus est probatum.

Et generaliter, quando * litteræ Apostolicæ 106 habent clausulam *vocato N.* vel *vocatis vocandis*, vel *amoto quolibet illicito detentore*, aut *si constiterit*, vel *constituto*, aut *verificato*, seu ut *ipse judex se informet*, faciunt executorem de mero mixtum, & tenetur assumere partes Judicis, & possessorem citare, ac procedere cum causæ cognitione, ac discussione, & servatis servandis, auditisque possessores defensionibus, & ab ejus sententia datur appellatio suspensiva, ut post plurimas Rotæ decisiones observat Postius *de manutentione, observation.* 12. *à n.* 62. & superius, qui *n* 63. singulariter intellexit, & in hac scicit: Intelligendo tamen, ut mixtus executor debeat procedere via ordinaria, & ab illius decreto datur appellatio; ubi alias causa de sui natura est ordinaria, & decretum appellabile; secus è contra, Rota *in Hispalens. præeminentiarum Cardin. Sacrato*, penes Marchesan. *de commissionibus* 2. *part. fol.* 498. *n.* 3. & *seq.* quæ est etiam inter *recent. part.* 1. *decision.* 558. *n.* 3. & *seq.* & *in Terracinen. attentator. coram A. P. D. Durano*, quæ decisio apud eumdem Post. *est* 259. *n.* 4. & 5. Quæ declaratio recè conducit ad ea quæ hactenus dicta sunt, quod si causa non sit executiva sui natura, nec sententia sit aliàs privilegiata: debeat executor, vel Ordinarius (ad quem Senatus remittit causam & litteras Apostolicas) procedere in via ordinaria, ubi legitimus comparet contradictor, vel aliàs adest; secus è contra, quia semper est attendenda qualitas & natura causæ juxta quam gubernari debet, an procedere debeat via executiva, vel ordinaria.

Hinc fit, quod quando * beneficium ab aliquo 107 possessum impetratur à Sancta Sede Apostolica ob aliquod delictum, vel defectum, ut puta ob simoniam, & ob irregularitatem, ob non publicationem litterarum resignationis intra tempus, ob non expressum verum valorem, vel aliam falsam relationem, ob incompatibilitatem, & similia, quia tunc postquam jus in beneficio acquisitum fuit alicui, & ob prædictas causas, vel defectus removeri tentatur, omnino debet vinci in via ordinaria, & juris ordine servato, atque tunc omnino cessat via executiva, quia in contradictorio judicio condemnandus erit, Abbas *in cons.* 2. *n* 7. *in fine*, *versic. Et intelige hic.* Et ibi etiam Arerinus *n.* 9. *versic. Secundò fallit*, *junctis n.* 10.

Felinus

Felinus *n.* 8. *verſic. Non credas quod iſtis, & c. de teſtibus*, uti etiam Decius, *n.* 35. *& ſeq.* Maſcard. *de probationibus, lib.* 2. *concluſion.* 682. *n.* 17. & 18. Farinacius *in præt. criminal. in tract. de teſtibus, quæſt.* 72. *n.* 51 & 52. Qui omnes conveniunt, quod quando ob aliquem defectum agitur de removendo à beneficio jam electum, vel titulatum; omnino debeat ſervari forma judicii, & cum cauſa cognitione condemnari.

Idem probat Flores de Mena *practicar quæſt.* 4. *n.* 26. ubi rectè dicit, quod ſi gratia directè ten-
108 dat * in præjudicium alicujus intrinſecum, quando ſcilicet directè gratia ipſa aufert alicui jus, vel declarat auferendum, aut ablatum quod habet, vel habere poteſt, vel prætendit in poſſeſſione, & proprietate, ut puta de clauſula, ſi poſſeſſor tale dilectum commiſerit, ex quo veniat privandus, vel ſi habeat duo incompatibilia, vel ſi collator negligens fuerit, vel ſi fuit ſimoniacus, quam etiam vide declarantem, *n.* 27. Tunc iſte talis audiendus erit, & præcisè citandus, & in contradictorio judicio vincendus, Abb. *in cap. fin.* & *ibi* Felinus, *n.* 25. *de præſumptionibus*, Auguſt. Beroius *in cap. conquerente, n.* 11. *de reſtitution. ſpoliator.* Cavalcanus *deciſ.* 22. *n.* 3. *part.* 1. Et poſt Lapum, Pariſium, Alexand. & Mandoſium tenet Mena *ubi ſupr. d. quæſt.* 4. *n.* 88. videndus *n.* 42. *& n.* 44. *cum ſeq.* ubi benè, *& ſ. n.* 21. *& quæſt.* 12. *n.* 8. *& ſup.*

Et ita fuiſſe declaratum *in una Trident.* 5. *Julii*
109 1593. coram D. Seraphino, * quam ad litteram refert Garcia *de beneficiis*, 6. *part. cap.* 2. *n.* 116. ubi executio litterarum impetratarum ob defectus varios ætatis, & non publicationis, oculi, Canonis, & malæ valoris fructuum expreſſionis, fuit executio attentata, quia debuit citari habens jus ad beneficium, contra quem impetratur, quia debebat citari, & audiri, ut alibi latiùs.

Et iterum *in una Alexien. attentatorum* 20.
110 *Decembr.* 1593. coram D. Seraphino, * fuit reſolutum in hæc. Geſta per Epiſcopum ad favorem Jacobi tam intra decem dies ad appellandum, quàm poſt appellationem Alexandri eſſe attentata, cum enim eſſet deputatus executor in gratia Jacobi, ut citato Alexandro, & verificata falſitate valoris per eum expreſſi, conferret parochialem Jacobo; tenebatur tanquam mixtus aſſumere partes judicis, præſertim ſtante clauſula (*vocato Alexandro & amoto quolibet illicito detentore*) & ideo ab ejus ſententia licuit appellare, &c. Et ideò Ja-
111 cobus non eſt manutenendus, * ſed Alexander ſi de ejus poſſeſſione conſtat, aliàs poſſeſſio eſt ſequeſtranda, &c. quam refert Garcia ubi proximè, *n.* 119. qui *n.* 115. aliam refert, quod poſſeſſor beneficii debuit citari, & contra eum aſſumere executor partes Judicis, aliàs poſſeſſio data eſt attentata, quia ab executore tunc datur appellatio ſuſpenſiva, quia non debuit poſſeſſor dimittere poſſeſſionem ad ſolum verbum executoris; & aliam deciſionem ad idem refert, *n.* 117.

Probat Rota, ut per Alex. Ludoviſ. *deciſ.* 69. *per totam;* ubi aliæ plures deciſiones recenſentur
112 * ad hoc, quod ſtante poſſeſſore, executor debuit aſſumere partes judicis, & eum citare & audire, ac ideò ab eo fuit licita appellatio, & executio attentata & nulla, atque iterum *in deciſione* 500. *n.* 6. *& deciſ.* 335. *num.* 7. *& deciſ.* 413. *n.* 1. & 4.
113 Et quando mixtus efficiatur * executor plenè per Beltraminium *in annot. ibi num.* 4. Et quod hoc caſu datur ab executore appellatio eſt *deciſ.* 91. *numero* 3. ejuſdem Ludoviſii.

Aliam ad litteram pariter recenſet Garcia *dict.* 6. *part. cap.* 2. *num.* 130. & ad finem ibi: Neq * 114
obſtabat, quod unio eſſet nulla, quia de illius validitate erat agendum ante executionem, cum ab ea dependeret juſtificatio vacationis narratæ. Deinde cùm executor eſſet mixtus propter formam (*dignum*) & quia agebatur de removendo * poſ- 115
ſeſſore; ab ejus ſententia dabatur appellatio, & non poterat procedi ad immiſſionem; ut fuit dictum coram me *in una Sanctæ Agatæ Gotorum juris patronatus* 4. *Julii* 1597. Neq iis obſtabat deciſio Bursalli *in cauſa hiporregiæ;* Quia loquitur de mero executore, & ubi contradictio * erat me- 116
rè calumnioſa & frivola: minus obſtabat Bulla Pii V. ſuper collatione Beneficiorum, quia non procedit, quando conceditur gratia per Sanctiſſimum de Parochiali in forma commiſſaria, & adeſt certus poſſeſſor.

Et eſt alia Rotæ deciſio *in cauſa Bracharenſi beneficii* 5. *Decembris* 1601. coram D. Corduba, quæ ita inquit: Fuit reſolutum una parte informante, * cenſuras ſcilicet ab Officiali Bracharenſi tan- 117
quam executore Apoſtolico fulminatas, fuiſſe nullas & attentatas, nam à ſententia illius dabatur appellatio, cùm ageretur contra poſſeſſorem, & de eum removendo, caſu executor debet aſſumere partes Judicis, & dicitur mixtus, ac appellatione pendente non potuit cenſuras fulminare, &c. quam recenſet integrè Garcia *d. cap.* 2. *n.* 131.

Et *n.* 142. *& ſeq.* alias deciſiones refert, quod quando contra * aliquem facta fuit impetratio be- 118
neficii certo modo ob aliquem defectum ſuæ proviſionis, etiam ſi non poſſideat debet citari, & audiri, cum impetratio fiat directè contra eum per deciſionem *Alexienſ. attentatorum*, quam ad litteram retulerat antea, *n.* 119.

Prædictis itaque caſibus, in quibus jure communi attento poterat, * debebat executor via ordinaria 119
procedere, in iis omnibus hodie Ordinarius, cui per Senatum in prima inſtantia ſit litterarum remiſſio ex nova Tridentini diſpoſitione, eo quod commiſſio non venit ſubſcripta propria manu Sanctiſſimi; debet & tenetur ſimiliter Ordinariè procedere, & partes audire, quia in iis ceſſat privilegium viæ executivæ aliàs litteris Apoſtolicis attributum, ut abundè probatum relinquimus.

Ex his omnibus rectè infertur, quod facta à Sede Apoſtolica impetratione beneficii ex cauſa reſervationis, * proviſus per Ordinarium, & 120
poſſeſſor ſit legitimus contradictor ad impediendam executionem litterarum Apoſtolicarum, qui omnino audiendus erit in via Ordinaria, & judicio plenario cum cauſæ cognitione amovendus erit à poſſeſſione, non aliàs, quando ſcilicet de reſervatione clarè non conſtat, ſed dubitationem in jure, vel in facto patitur; nam tunc titulus proviſi ab Ordinario eſt coloratus, & ſufficiens ad impediendam viam executivam, ſi de ſuo titulo doceat coram executore, vel Ordinario (coram quo impetrans virtute decreti Senatus uſus fuit ſuis litteris Apoſtolicis) ut *in una Elnenſ. beneficii Sancti. Salvatoris* 16. *Decembris* 1692. *coram Penna*, fuit dictum, quod Rota tenet, habentem titulum coloratum, eſſe legitimum contradictorem, & poſſe appellare à decreto, ſeu ſententia prolata ſuper executione litterarum Apoſtolicarum, ad favorem proviſi Apoſtolici, dummodo proviſus, ab Ordinario coram executore produxerit ſuum titulum, * 121
quia proviſos ab Ordinariis agnoſcit Papa pro

legitimis

legitimis contradictoribus, ut benè probat Garcia *de beneficiis*, 6. *part. cap.* 2. *num.* 140. *ad finem*, qui & *num.* 139. aliam adducit decisionem ad litteram *in una Colonien. Canonicatus* 4. *Februarii* 1589. Quæ decisiones licèt expresè non loquantur, quando provisus ab
122 Ordinario se opponit per titulum coloratum, * & possessionem simul; non sunt intelligendæ de beneficiis reservatis vel affectis; vel si de iis beneficiis reservatis loquatur, tunc sunt intelligendæ quando de eorum reservatione non dubitatur; sed est notoriè, & clarè probata, ex his quæ suprà diximus *à num.* 95. & sursum, quia dum dubitatur de reservatione, solus titulus Ordinarii sufficiet ad hoc ut audiatur in sua contradictione in via executiva, ut advertimus sursum *dict. num.* 95. Tamen ad effectum reducendi causam ad viam Ordinariam, & caulandi attentatum, debet cum titulo colorato Ordinarii concurrere possessio simul in provisio per Ordinarium. Vide specialiter inferiùs *n.* 184. *versic. Secunda erit differentia*, ubi *à num.* 172. *cum seq. versic. Tandem igitur concludendum*, ubi latè de paritate, & differentia inter contradictorem cum solo titulo, & contradictorem cum titulo & possessione simul, ubi latissimè & distinctè præ cæteris videbis. Attamen quantum ad beneficia reservata de Ordinarii
123 * titulo & possessione simul loquuntur apertè Doctores, doctrinæ & Rotæ decisiones sequentes ad effectum agendi cum eo in via Ordinaria, & mirabiliter hoc probat Flores de Mena *practicarum quæstionum, lib.* 1. *quæst.* 4. *num.* 41. in hæc: Ex quo etiam infertur, quod si duo litigarent in Rota super aliquo beneficio reservato, & tertius aliquis, qui non erat in lite provisus à Papa haberet possessionem, executor brevis non posset eum non auditum spoliare, dummodo haberet titulum coloratum, quia tunc benè constat esse surreptitium, & defenderetur in Regali Consilio in sua possessione, si tamen titulus esset habitus ab Ordinario, ut lite pendente in Rota super eo vel stante reservatione beneficii, qua durante vacavit
124 (ut putà in mensibus * reservatis, nec Ordinarius habuerit aliquam justam, aut coloratam rationem providendi non obstante reservatione, ut quia est de jure patronatus laicorum) tunc provisus erit notoriè intrusus, & absque ejus citatione potest executor exequi dictum breve, &c. ubi latiùs comprobat.

Igitur ubi Ordinarius habet aliquem colorem & juridicam rationem, ita ut reservatio non sit clara, sed dubia, tunc erit ab eo provisus legitimus contradictor.

125 Nam licèt contra notoriè * intrusos (qui carent titulo colorato, nec possunt de jure, sed de facto contradicere) possit executor exequi absque citatione & causæ cognitione, ut latè per ipsum Mena, *dicta quæst.* 4. *à n.* 44. *& seq.* tamen intrusus non dicetur ille, qui habet titulum ab eo qui dare potest, licèt de viribus tituli disputetur, ut per Parisium *consil.* 125. *n.* 25. *lib.* 4. Et ideò executor non potest contra eum procedere, nec eum spoliare à sua possessione, imò vim faciet, ut expresè tenet & latiùs probat Mena *in dict. quæst.* 4. *n.* 47. ut aliter sit dicendum, quando de reservatione non dubitatur, nec dubia & obscura redditur, ut Flores ibi, *n.* 49.

Etenim licèt decretum irritans inclusum in re-
126 servatione inficiat * non solum titulum, sed & possessionem, ita ut ea se tueri nequit possessor, juxta quæ Nos latè *de Regia protect.* 3. *part. cap.* 10. *à n.* 64. *cum multis seqq.*

Tamen id verum est, * quando constat intrare 127
reservationem, interim tamen dum non constat intrare reservationem, & decretum irritans; nullum operatur effectum, nec possessor inquietatur in sua possessione, nec ea privatur, sed imo manuteneretur, quandiu de reservatione dubitatur: ita post Gonzalez *in regula* 8. *de alternativis, glossa* 31. *à n.* 8. *& n.* 4. *n.* 21. *&* 22. & Garciam *de beneficiis* 5. *part. cap.* 1. *à n.* 430. *cum seq.* & aliis pluribus latè probavimus *in dict. cap.* 10. *à n.* 161. *cum seq.*

Garcia verò *in dict. cap.* 1. *à n.* 413. plenè pro-
bat, quod reservatio * & decretum irritans non 128
producunt suos effectus, donec reservatione non constat, nec est probata, ubi plures Rotæ decisiones recensetjuxta decisionem Putei 190. & 197. *lib.* 3. Et quod decretum irritans * nihil operatur, 129
nisi clarè pateat beneficium esse reservatum, plurimos Doctores, & Rotæ decisiones congerit Barbosa, *clausula* 40. *à n.* 10. *cum seq.* & iterum *n.* 29. Alexander Moneta *de communat. ultimar. c.* 7. *nu* 240. & in his terminis determinavit Rota, ut per Cavallerium *decis.* 8. *n.* 3. ubi alia recensentur.

Et tunc decretum irritans inficit titulum & pos-
sessionem juxta * quam plurimas Rotæ decisiones, 130
& Doctores adductos per Barbosam, *clausula* 40. *n.* 18. quando intrat constitutio cui cohæret tanquam accessoriam, ut per Geminian. & Franch. *in cap. præsenti, in principio, de officio Delegati, lib.* 6. Rota *in Umbratensa. Paroch.* 1. *Julii* 1613. coram Sacrato, *& in Castrens. beneficio.* 27. *Junii* 1614. coram Verospio impressa penes Farinac. *decision.* 852. *n.* 3 *part.* 1. *recent.* Upi etiam * fuit 131
dictum, decretum irritans nihil operari, nisi clarè pateat beneficium esse reservatum, & comprehensum sub regula 8. undè etiam in una *Tirasonens. decimar.* 17. *Junii* 1611. coram Pirovano impressa per Farinacium *decis.* 341. *n.* 3. *part.* 1. 132
recent. fuit dictum, hoc decretum in privilegiis tanquam accessorium non operari effectum, nisi postquam cognitum fuerit privilegia intrare, & *in alia Acerrana Canonicatus* 1. *Julii* 1613. coram Patriarch. Manzanedo, impressa per Farinac. *decis.* 516. *num* 4. *part.* 1. *recent.* fuit pariter dictum: decretum irritans appositum in constitutione Gregoriana XIII. de modo & forma publicandi, * 133
resignationes non intrare interim, dum non fuerit dictum de non publicatione. Et sic quando constat quod intrat dicta constitutio: interim tamen nihil operari, nec impediri in manutentionem, citat decisionem 121. *lib.* 2. *part.* 3. *diversor.* Et quod decretum irritans tunc inficit possessionem, quando certum est illud intrare, & percutere casum. Et quod donec dubium est
an intret, * vel non; interim sit manutenendus 134
ratione saltem suæ detentionis, tenet Lancelotus *de attentatis part.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 1. *num* 80. Seraphin. *decis.* 1471. *num.* 5. & 7. Et fuisse resolutum *in Salernitana præbendæ* 10. *Novembris* 1617. coram Ubaldo Juniori, testatur Barbosa *dict. clausula* 40. *num.* 21. qui *n.* 22. post alios à se laudatos hoc procedere affirmat; sive reservatio sit generalis; * sive specialis, ut non in- 135
tret decretum, donec appareat dispositionem principalem percutere casum; *& n.* 27. quod decretum solùm inficit possessionem juris, * non facti 136
simplicis, & nudi, per Alexandr. *in l. n.* 11. *& seqq. ff. de acquirend. possess.* & fuisse dictum *in*

Lucien.

Luciens. beneficiorum 4. *Junii* 1607. coram Cavalerio.

Quoniam ante justificationem narratorum, et quod clarè pateat decretum intrare, non tollit de-
137 tentationem, * seu insistentiam facti, ex qua manutentio datur detentatori; ut per Lancellotum *de attentatis*, *part.* 3. *cap.* 24. *tit. de reo*, *quæst.* 1. *n.* 77. et fuit resolutum *in Parmanens. Prioratus* 16. *Januarii*, *et* 26. *Februarii* 1598, coram Orano, *et Cifontana Capellaniæ* 26. *Octobris* 1602. coram Merlino, *et in Mellitens. Parochialis* 27. *Junii* 1603. coram Coccino Decano, *et in Tudertina Assignæ.* 18. *Junii* 1607. coram Burato impressa per Farinac. *decis.* 72. *n.* 6. *part.* 2. *recent.* testatur Barbosa *dict. clausula* 40. *n.* 25. videndus novissimè Post. *de manuten. observatione* 42. *à n.* 74. et post tractatum *decis.* 173. *n.* 6. *et decis.* 76. *num.* 1. *et decis.* 120. *num.* 4. *et decis.* 153. *n.* 4. *et observation.* 43. *n.* 76. *et decis.* 295. *nu.* 18. Nisi detentori resistat jus vehementer, nec doceat de legitimo titulo. Rota *decis.* 5. *nu.* 22. post tractat. Lud. Post. Alioquin sufficit reo de-
138 tentori excludere actorem * per non jus suum, juxta *l. fin. ff. de rei vendication.* Rota *decis. de re judicat. in antiquis et decis.* 4. *eodem tit. in novis. et Laodicens. Canonicatus* 22. *Aprilis* 1611. coram Pirovano, *et in alia Tuciens. et Tudertin.* allegatis per Barbos. *n.* 29.

Et fuisse dictum *in una Seguntina*, adducta per
139 Garciam * *de beneficiis* 5. *part. cap.* 1. *num.* 249. ibi: *Nam eadem est ratio, quando decretum est justificatum probata videlicet vacatione in mense reservato, tunc enim decretum notorium dicitur, ex quo in continenti probatur, et discolorat titulum, etc.* et alia decision. *in causa Aversana beneficiorum* 24. *Novembris* 1555. in qua fuit resolutum; quod in casu, quo constat de protonotariatu defuncti, reservatio ista obstat spoliato in spolio, non tamen esset reus admittendus ad probandum. Aliqui tamen dicebant; quod deberet admitti, si vellet probare in continenti, ut in decisionibus Ordini manuscriptis, quæ decisio est coram D. Quiroga, et aliàs in ea dicitur; quod præsupposito quod in actis constat beneficium vacasse per obitum Protonotarii, licet non de numero participantium, sed ex privilegio; deneganda est restitutio in spolio, juxta *decisionem* 1. *de restitut. spoliatorum*, *in antiquis*, si nihil opponitur in actis, quod elideret, et obumbrasset Protonotariatum, Romanus *consil.* 499. *num.* 4. Sarnerius *de annali. quæst.* 52. Cassiadorus *decis.* 1. *de restitutione spoliatorum*, Beroius *quæst.* 80. docent Mascardus *dicta conclus.* 1276. *num.* 22. *et sequentibus*, Germonius *de indultis Cardin.* §. *volumus*, *à num.* 17. ubi ait: Quòd possessio capta vigore provisionis factæ ab Ordinario in mense reservato est vitiosa, et irrestituibilis semel in continenti probata vacatione in mense reservato, *decisio Orani.* 250. *et* 160. *in manuscriptis*, *etc.* refert Nicolaus Garcia *in* 5. *part. cap.* 1. *num.* 417. et de hac decisione Orani fit mentio *in decis.* 67. *num.* 3. Farinacii *lib.* 1. Marcheranus *de commissionibus* 2. *part. cap.* 3. *de commissionibus restitution. in integrum*, *n.* 49. Gonçalez *in glossa* 31. *ex. n.* 7.

Quia omnia prædicta intelligenda esse firmat,
140 quando reservatio clarè, * et concludenter probatur, aliàs secus; nam tunc spoliatus et attentatus passus deberet ante omnia restitui, et in sua possessione defendi, quia pars sunt non probare, et male, benè, ac obscurè probare; idem Gonçalez *in glossa fin. à n.* 29. sequitur Garcia *de beneficiis dict.* 5. *part. cap.* 1. *n.* 417. et comprobat ipse 6. *part. cap.* 4. *à n.* 24.

Qui quidem Garcia *dict. cap.* 1. *num.* 435. *et seqq.* ait, in hac materia tandem dicendum, * 141 quod ad effectum impediendi manutentionem, tunc dici probatam reservationem, et decretum justificatum; quando constat de ipsa reservatione, et possessor dicit se provisum ab Ordinario, nec alium titulum allegat; aliàs secus, quia in beneficialibus datur multiplicatio titulorum, adducit ad litteram *in num.* 436. Rotæ decisionem *in una Reginens. beneficii* 16. *Februarii* 1596. coram D. Litta, in qua resolutum fuit, dandum esse mandatum de manutenendo proviso ab Ordinario existenti in possessione beneficii, ut constat ex instrumento adeptæ possessionis, non obstante reservatione opposita et decreto irritante contento in regulis, etc. Vide latiùs ibidem.

Et quod ista reservatio clarè et concludenter sit probanda per * impetrantem, quando concurrit 142 cum proviso per Ordinarium; latè et optimè per plures Rotæ decisiones, et Doctores comprobat, et declarat ipse Garcia 6. *part. cap.* 2. *sub num.* 128. *versic. Tandem quando agitur de probanda vacatione in certo mense*, *etc.* Et videndus *à. n.* 156. ubi quando adest legitimus contradictor, quando et quomodo sit narrativa probanda, et quomodo quando nullus contradictor adest.

Et quando probatio reservationis redditur dubia et obscura, * impediatur per provisum ab Or- 143
dinario immissio, et via executiva, quia requiritur quod sit clara reservatio, et taliter quod inter partes controverti non possit, vide quamplurimas Rotæ decisiones per eundem Garciam 6. *part. cap.* 4. *à n.* 21. *cum multis seqq.* Et quod provisus ab Ordinario, et possessor sit legitimus contradictor ad impediendam immissionem provisi Apostolici, quando dubitatur, an intret reservatio, ita ut notoriè de ea non constet; elegans est Rotæ *decisio* 124. per Coccinum, et aliæ plures inferiùs citandæ.

Et quod possessor, et titulatus ab Ordinario sit manutenendus contra provisum Apostolicum ad beneficium reservatum, quando de reservatione non constat clarè, adeò ut interim cum reservatio dubia et turbida controvertitur, sit legitimus contradictor, et immissionem provisi Apostolici impediat, probat Post. *de manutentione*, *observation.* 71. *à num.* 71. *et observatione* 46. *à num.* 18. *et seqq.* ubi *num.* 19. Quòd hæc controversia sit discutienda in via ordinaria, et judicio petitorio, ex Seraphino *decis.* 287. *num.* 4. Ubi quando dubitatur an beneficium sit regulare, aut collativum, et possideatur à secolari, de quo exemplo videnda *decis.* 47. inter impressas per Marchesan. *de commission. appellation. in possession.* §. 1. *fol.* 991. et ipse Post. ibidem, *n.* 20. constituit regulam generalem: quod possessio, quæ est contra dispositionem Legis, constitutionis, vel statuti, manutenibilis est interim, si illius dispositio dubia sit, vel validitas controversa, licet secus è contra, ad quam plures Rotæ decisiones applicat.

Ex quibus omnibus clarè patet intrusum provi-
sum ab Ordinario * habentem titulum coloratum, 144
et non clarè injustum, sed aliqua ratione fundatum, et rationem, quia est dubium de reservatione, et quia ea probabiliter controvertitur in jure, vel in facto; esse legitimum contradicto-

rem ad impediendam immissionem, et viam executivam vigore litterarum Apostolicarum ob reservationem obtentarum, si sit in possessione, quia ab ea absque judicio Ordinario, nec amovendus, nec privandus est, quoniam clausula (*contradictores * appellatione postia compescendo*) in litteris
• 145 apposita solùm habet locum contra contradicentes de facto, non contra contradicentes de jure, id est per viam juris, aut Judicis; plurimos citant Gonçalez *in glossa* 9. *in attentation. n.* 242. Garcia 6. *part. cap.* 2. *nu.* 115. Barbosa *in tractatu de clausulis*, *clausula* 7. *per tot.* infinitos Doctores citat videndus Barbosa *clausula* 33. *à n.* 2. *et seqq.*

Quia ista clausula intelligitur juris ordine ser-
& 146 vato, * et citatis citandis, Felinus *in cap. de cætero*, *n.* 9. *de sententia et re judicata*, Achillis *decision.* 6. *nu.* 2. *super reg. de triennal.* Mohedanus *decision.* 7. *n.* 7. *de restitution. spoliator.* et post alios plurimos Barbosa *clausula* 7. *n.* 5.

Etenim etiam clausula (*amoto quolibet illicito detentore*)
• 147 apposita * in litteris beneficialibus, quando nulla res judicata præcessit, nec fuit negotium discussum, facit executorem mixtum, et requirit ordinem judiciarium; ita post Abbas et alios *in cap. de cætero*, maximè Felinus *nu.* 9. *de sententia et re judicata*, Mohedanus *decis.* 7. *num.* 5. *de restitutione spoliatorum*, alibi 57. *n.* 5. Achillis *decision.* 6. *num.* 5. *super Regul. Cancellar. de triennal.* Marchesanus *de commissionibus*, *part.* 2. *cap.* 3. *n.* 35. *in prima impressione*, Lancellotus *de attentatis part.* 2. *cap.* 4. *in præfatione*, *n.* 470. *et* 514. Garcia *de beneficiis*, 6. *part. cap.* 1. *à num.* 48. Gonçalez *ad Reg.* 8. *Cancellar. glossa* 9. §. 1. *in annotationibus*, *n.* 236. Moneta *de commutat. ultimarum volunt. cap.* 11. *num.* 467. et fuisse dictum *in Ravennaten. juris patronatus* 27. *Januarii* 1606. coram Patriarch. Mançanedo, ut per Farinacium *decision.* 159. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* Et *in Tiraconens. Eleemosinariæ* 28. *Januarii* 1602. coram Cardinal. Lancelloto, ut per eundem Farinacium *decision.* 52. *n.* 2. *part.* 2. *recent.* Barbosa *dicta clausula* 7. *n.* 7. ubi bene et *n.* 8.
& 148 Quod tunc * licet appellare, et appellatio causat attentata, Scaccia *de appellationib. quæst.* 12. *limitat.* 11. *n.* 11. Seraphin. *decis.* 116. Mantica *decis.* 314. *n.* 3.

Ubi etenim reservatio materialiter accepta non
¶ 149 est notoria, † sed justè de ea dubitari potest, ut quia non constet de obitu in quo mense; provisus ab Ordinario possidens est legitimus contradictor ad effectum, ut gratia justificetur, et ut in ejus justificatione Ordinaria via, non executiva agatur, quia Papa non intendit præjudicare Ordinariis, aut provisis per illos, ut *per* Rotæ decisionem *in una Ostien. Archipresbyteratus* 19. *Junii* 1599. coram Cerdula, tenet in his terminis Vivianus *de jure Patronat.* 2. *part. lib.* 11. *cap.* 4. *sub n.* 114. *versic. Verùm, ubi numerosè*, videndus ad idem, *versic. Quarto, et versic. Quinto*, ubi optimè.

Ubi *in hoc versic. Quintò*, dicit ad finem, quòd quando se opponit, qui est legitimus contradictor possidens cum pari titulo, vel saltem tali, qui possit esse par, et possit excludi ex titulum provisi Apostolici, ut tunc Ordinaria via, non executiva erit agendum, ex Mohedano *decis.* 2. *ut pendente*, Puteus *decis.* 302. *et decis.* 3. *lib.* 1. *et decis.* 135. *lib.* 2. Verdi *decis.* 329. *n.* 2. *part.* 1. Gonçalez *in* §. 6. *prænotab.*, *n.* 243.

150 Ad quæ est in terminis * alia elegans Rotæ decisio *in una Paderborn. de Canonicatus Veneris* 29. *Novembr.* 1608. coram Cocino in hæc: Domini resolverunt, intrare arbitrium ad effectum supersedendi in executione litterarum Apostolicarum, et ad effectum illas exequendi, quia cùm arbitrium concessum sit simpliciter Judici, non debet ledere jus partis, Bartol. *in consil.* 112. *cap. final. versic. Unde sciendum est*, *lib.* 4. Et propterea cùm D. Theodorus sit in possessione vigore collationis sibi
facta à Canonico Turnario, * est legitimus con- 151
tradictor, et contra eum non potest procedi executivè, sed Ordinariè est agendum, et ille obtinere debet, qui potiora jura habet, vel probavit, Bartolus *in leg. final. num.* 21. *versic. Aut comparet aliquis qui dicit possidere*, *Cod. de edicto Divi Adriani toll.* Decius ibidem, *n.* 41. Roland. *consil.* 78. *n.* 5. *et seq. lib.* 3. qui licèt loquantur in terminis *leg. final.* Tamen eadem est ratio * in no- 152
stris terminis, Mohedanus *decision.* 13. *ante finem*, *ut lite pendent.* et in his terminis fuit resolutum coram me *in una Civitaten. Canonicatus* 1. *Junii* 1607. et alibi sæpissimè.

Non obstat quod D. Theodorus * habet titu- 153
lum à Canonico Turnario, D. verò Guilielmus habet titulum à Papa, et subrogationem gratiosam; quia nihilominus D. Theodorus est legitimus contradictor ad effectum impediendi processum executivum juxta notata *in cap. si à Nobis*, *de prebendis*, *lib.* 6. et fuit resolutum *in una Cluens. beneficii Sanct. Salvatoris* 16. *Decembris* 1602. coram R. D. meo Deciano.

Et quoad subrogationem * gratiosam, quidquid 154
dicendum esset, si subrogatio gratiosa in casu isto intraret, in hoc casu non est habenda ratio dictæ subrogationis, cum non possit, nisi quando beneficium esset litigiosum, Vitall. *in Clementin.* 1. *n.* 41. *versic. Et ideo, ut lite pendent.* vel aliàs reservatum, et infectum, prout Rota servat, nam licet prætendat adiisse litem, tamen * ea 155
non probatur, cùm non constet de mandato expresso, aut tacito filius, qui commissionem impetravit.

Et licèt obtinuerit * etiam inhibitionem cum 156
promissione de rato, ex hoc magis arguit, cum non constet de merito, quia de stylo Rotæ inhibitiones solent concedi, asserto procuratori etiam parte opponente, dummodo intra duos menses docuerit de merito, ut per Veralli, *decision.* 386. *lib.* 1. *in manuscriptis.* Ultra quod ante executam inhibitionem non datur * lis intro- 157
ducta ad effectum, quod beneficium efficiatur litigiosum, ut per Achillem *decision.* 5. *de revocatis*, Vitall. *in Clementin.* 2. *num.* 14. *et* 15. *ut lite pendent.*

Denique non afficit, quod voluit Papa cognoscere cum Ordinario * (quod præterea non est fa- 158
tè ductis *in causa Montis. Canonicatus*, *Novembris* 1597. coram Lancellotto Relatore) quia de his cognoscit in primo Gradu, sed, quia est, quod Papa cognoscat per prævenientiam, cum ipse, Ordinarius, et alius quicumque, qui habeat de illo cognoscere, adeant Farinacius *in Praxi*, *part.* 1. *cap.* 15.

Et alia est bona ratio decidendi, ut per Farinac. *in præfatione*, *num.* 1. *versic. Quæ in hoc*: Dixerunt Domini, * Papa non esse legitimum 159
contradictorem vel saltem tantum, quia Jacobo; cum ad hoc ut aliquis pro tali legitimetur, ut per Bartol. *in leg. final. num.* 21. *Cod. de edicto Divi Adr. toll.* Paleot. *decis.* 302. *lib.* 8. Menoch. *de adipiscenda*, *remedio* 4. *nu.* 19.

Pe-

Petrus, qui est provisus ab Abbat. S. Antonin. Ordinario collatore, non potest concurrere cum Jacobo, qui habet à Sede Apostolica provisionem, etc. sequitur et facit.

Et licèt ista regula, quæ est indubitata inter
160 duos provisos, quorum; uterque petit immissionem fallit aliquando, quando contra provisum Apostolicum instantem pro immissione apponit se provisus ab Ordinario in possessione existens, sicuti etiam in remedio *dict. l. final.* Cujus ad instar pro-
161 cediur * in hac materia executionis litterarum
162 Apostolicarum, admittitur etiam contradictor * ab alio fonte, putà ab alio testatore, ut per Ruinum *consil.* 28. *num.* 1. *versic. Subdit*, Barthol. *lib.* 5. Tamen illa procedit fallentia, quando ille posses-
163 sor * allegat titulum, qui vel excludit provisionem Papæ, vel illam reddit admodum turbidam, tunc enim quia Papa per subrogationes gratiosas, aut alias provisiones non intendit facere Ordinariis, vel illis qui ab ipsis provisi sunt, aliquod præjudicium, ut dixit Rota *in Burgen. de Pancorvo*, et in aliis causis; ideò in aliquo spe-
164 ciali casu, * vel processum fuit Ordinariè, vel certè data fuit possessori aliqua dilatio ad docendum de validitate dicti tituli, ut interim fuit supersessum paulisper in executione litterarum Apostolicarum, et sic procedunt decisiones coram Orano, et aliæ quæ possunt allegari, etc. concordat cum hac decisione alia ejusdem Farinac. *in posthum. eodem tom.* 1. *decis.* 336. *n.* 2. Ubi
165 etiam, quod hoc casu * procedendum erit via Ordinaria.

Et quando possessio est vacans, tunc quia nullus
166 possidet, * paritas titulorum requiritur, diximus sup. *n.* 95.

167 Quod secus est quando provisus * per Ordinarium jam fuerit in possessione, quia tunc ad impediendam immissionem petitam à proviso Apostolico in beneficium ex causa reservationis impetratum non requiritur titulus ex eodem fonte, imò cum hoc proviso per Ordinarium via Ordinaria erit agendum ex supra dictis, et ulterius comprobandis.

Denique fundamento verissimo comprobatur
168 quoniam gratia fit de beneficio reservato, * ergo præcisè hæc qualitas fundamentalis debet constare, et probari, ita ut provisus ab Ordinario et possessor possit, et debeat audiri super hac exceptione legitima, non esse reservatum; ita in terminis argumentatur Argellus *de acquir. possessione, quæst.* 18. *artic.* 3. *num.* 110. ubi plurimas ad idem decisiones Rotæ recenset. Nam si
169 statutum diceret, * quod contra instrumentum publicum nulla possit opponi exceptio: poterit licitè opponi, quod instrumentum non est publicum, Decius *in cap. ex parte el segundo, num.* 40. *de officio Delegati, et in consil.* 458. *num.* 1. Barthol. *in leg.* 4. §. *portui, n.* 3. *ff. quod vi aut clam.* Ubi dicit, quod hoc casu debet constare instrumentum esse publicum. Doctores omnes *in leg.* 3. §. *condemnatum, ff. de re judicata* Cephalus *consil.* 627. *num.* 4. Afflictis *decision.* 283. *num.* 1. ubi Ursillus *in annotatione, num.* 3. Craveta *consil.* 6. *num.* 72. Milanens. *decision.* 8. *num.* 5. *lib.* 2. Baldus *in cap. Pastoralis, n.* 4. *de appellation.* Curtius Junior. *in leg. juris gentium*, §. *quod fere, ff. de pactis*, Lofredus *consil.* 6. *num.* 12. Caravita *super Ritu magn. Curiæ, V. Ritu* 163. *num.* 9. *et* 16. Rebuffus *super constitut. Galliæ, tit. de litterar. obligation. artic.* 2. *glossa* 1. *num.* 34. *et seqq.* Freccia *in tractatu de feudis, part.* 5. *num.* 5. et ex aliis plurimis multas congerens doctrinas similes probat Grassis *de exceptionib. excep.* 2. *à princip.* et præcipuè *n.* 4.

Qui *n.* 5. ampliat hanc doctrinam, ut procedat * 170
etiamsi hæc qualitas requisita ab statuto requireret altiorem indaginem, Milanens. *decis.* 3. *n.* 26. *et decis.* 8. *n.* 5. *lib.* 2. Socinus Junior. *consil.* 67. *n.* 19. *vol.* 1. Procedere dicentes in executione, cum sit exceptio proveniens ex ipso instrumento, multa scitu digna concessit. Grassis *excep.* 3. *per totam*, et iterum *exceptione* 13.

Tandem igitur generaliter concludendum erit, 171
* quod ad impediendam viam executivam litterarum Apostolicarum, et ut in via Ordinaria causa tractetur; parem vim habet regulariter quilibet legitimus contradictor ratione sui juris exclusivi impetrantis absque possessione, sicut et contradictor possidens, quia uterque est tertius contra quos non habet locum via executiva, et ut ab illis si suum jus, aut possessio auferatur, de- 172
bet juris ordo servari, * et in via Ordinaria vinci, ut hactenus latissimè probavimus post magnam Doctorum catervam *à num.* 90. *et à num.* 77. *et seqq. versic. Executores igitur gratiarum ad immittendum, etc.* Usque nunc, et Rotæ decisiones, quæ promiscuè omnes ad impediendam executionem, et agendum via Ordinaria utuntur legitimo contradictore, aut intruso et possessose comparente.

Et uterque contradictor, tam qui non possidet, 173
quàm qui possidet, tenetur suum titulum præsentare coram executore (aut Ordinario ad quem Senatus executionem litterarum remisit) ut de primo simplici contradictore diximus sup. *à num.* 93. *cum seqq. versic. Tamen si re integra etc.* et de possessore pariter diximus suprà *à nu.* 78. *cum seqq. vers. Quando autem aliquis est possessor etc.* Et iterum *à num.* 120. *vers. Ex iis omnibus rectè infertur.*

Et ulteriùs probatur ex Rotæ * decisione *in una* 174
Nicien. Paroch. 20. *Maii* 1624. inter recollectas per Vivianum *in praxi juris Patronatus* 46. *in ordine*, quæ *n.* 11. *et* 12. in hæc ait: non obstat demum, quod Orarius haberet titulum et possessionem, et ideò esset legitimus contradictor; et non posse contra eum agi via executiva immissionis adnotata per Barthol. *in l. final. n.* 21. *C. de edicto Divi Adr. toll.* Quia fuit responsum, in primis non constare * quod dictus titulus fuerit productus co- 175
ram executore, quo casu non videtur revocanda immissio data ex nova productione, nisi appareat in continenti de bono jure producentis, cujus contrarium hic apparet ex suprà deductis, Seraphinus in puncto, *decis.* 357. *n.* 5. Rota *in Elvensis beneficio* 5. *Novembris* 1602. coram bonæ Memoriæ Penna, quæ est apud Marchesanum *de commissionibus, part.* 1. *fol.* 350. *n.* 5. *etc.*

Differunt tamen illi duo contradictores: quia intrusus * seu possessor semper, et indistinctè de- 176
bet quæri per executorem, et eum citare, et audire, aliàs executio erit nulla, et attentata: Rota ut per Coccinum *decision.* 378. *à principio.* Ita ut quandocumque * compareat, sive ante immissionem, 177
sive post re non integra; debet executor eum audire, et reponere ante omnia immissionem, antequam de causa, et juribus possessoris ulterius cognoscat ut superius probavi: et ulterius est elegans Rotæ decisio *in una Majoricensi Parochialis de Campanero* 23. *Januarii* 1591. coram Domino Bubalo, quæ sic ait: Fuit resolutum dandum * esse 178

mandatum de manutenendo in possessione parochialis, de qua agitur, Jacobo Torres, non autem Joanni Fellen. Quia constat de ejus anteriori possessione, quæ fuit capta 18. *Augusti* 1588. vigore provisionis Apostolicæ, et possessio Joannis fuit capta 29. *et* 30. *Novembris* anni sequentis,
179 et sic instrumentalis, quæ non est * manutenibilis, nisi possessore expulso, Rota *decis.* 21. *de restitutione spoliatorum in novissim.* Caputaquens. *decision.* 396. *lib.* 1. Debuit executor Jacobo possidente, eo non citato non dare possessionem Joanni, *cap. licet*, *de præbendis*, *lib.* 6. Nam sem-
180 per in traditione * possessionis debet vocari possessor, cui potest competere jus in possessione, ut per Cardinalem *consilio* 75. Felinus *in cap. final. num* 24. *de præsumptionibus.* Nec satisfacit Judex citando postea Jacobum, et juribus hinc inde discussis pronuntiando, ipsum à prætensa possessione amovendum, et amotum esse, et Joannem in sua possessione debere remanere, quia juxta dict. Concil. Cardinal. debuit prius revocare traditionem
181 * possessionis factam Joanni, et illam restituere Jacobo, et postea iterùm pronuntiare ad favorem Joannis, et illi possessionem denuò tradere. Quæ in præsenti facta non fuerunt, ex quo redditur injusta declaratio Judicis, et possessio capta non est considerabilis, nisi expulso possessore, et fuit resolutum coram Illustrissimo D. Lancelloto *in illa Romana domo ad imaginem pontis.* Nec obstat, quod non fuerit in tempore appellatum ab ultimo decreto; quia non ex hoc redditur valida, et manutenibilis possessio capta possessore non citato, et illo non expulso, quia sententia notoriè injusta nunquam transit in judicatum.
182 Non obstat * quod Joannes sit provisus Apostolicus, et quod ejus provisio sit anterior provisione Jacobi: quia hoc respicit petitorium, etc. quam mirabilem decisionem refert Garcia *de beneficiis*, 6. *part. cap.* 2. *nu.* 125. alios citavimus suprà 1. *part. cap.* 10. *n.* 109. *versic. Et in primis si contradictor*, *etc.*

183 At legitimus contradictor * simplex absque possessione non impedit executivam viam, nisi compareat, re integra etiam post decretum immissionis, dummodo missio ipsa actualis data non sit, nec executa, ut diximus suprà *n.* 93. *versicul.* *Tamen si re integra*, *et à n.* 77. *cum seqq. versic. Executores igitur gratiæ*, et *à n.* 87. *cum multis seq. versic. Igitur ad cognoscendum*, *etc. et à n.* 102. *vers. Et quando comparet.*

Secunda erit differentia inter istos legitimos contradictores, ut licet ad impediendam executionem
184 * gratiæ regulariter æquiparentur, ad hoc ut in via Ordinaria uterque audiatur; tamen in beneficiis reservatis simplex contradictor cum titulo colorato absque possessione per Ordinarium provisus non impedit viam executivam: Quia dumtaxat auditor de suo jure docens in continenti, non alterata via executiva litteris Apostolicis debita, uti expressè dixit Rota, cujus decisionem adduximus ad litteram superius, *num.* 133. *cum seq.* et annotavimus *num.* 95. Sed ut in via Ordinaria audiatur, debet cum titulo colorato concurrere simul possessio antea ab ipso proviso Ordinario occupata, post alios Vivianus *de jure patronatus* 2. *part. lib.* 11. *cap.* 4. *num. final. versic. penultimo*, in hæc: Denique est sciendum, quod habens titulum ab Ordinario, et non possidens non est legitimus contradictor ad impediendam immissionem provisi Apostolici stante reservatio-
185 ne, * quia ad impediendam par titulus est necessarius, Menoch. *de adipiscendis*, *remedio* 4. *n.* 581: et fuit dictum *in Caputaquens. beneficii* 22. *Martii* 1609. coram Cardin. Marcomontio, et *in Novariens. beneficii* 5. *Junii* 1610. coram Coccino Decano, etc.

Elegans est Rotæ decisio *in una Burgens. Abbatiæ de Salas*, * 20. *Novembris* 1615. adducta per 186
Farinacium *in posthumis*, *tom.* 1. *decision.* 706. in hæc à principio: Et Rota utraque parte informante censuit, dictam gratiam non esse justificatam quoad reservationem. Fundamentum præcipuum fuit, quia hoc casu agitur de reservatione contra provisum ab Ordinario, qui bona fide contulit beneficium vacans in suo mense. Et provisus reperitur in possessione, * quo casu uterque 187
dicitur habere intentionem fundatam de jure communi, *cap. ex frequentibus*, *de institutionibus.* Felinus *cap. cum venerabilis*, *n.* 32. *de exceptionibus*, Decius *consil.* 117. *pro tenui*, *n.* 1. Rota *decis.* 4. *in princip. de concession. præbendæ*, cum aliis per Modern. *ad regul.* 8. §. 1. *proœmia*, *n.* 22. *et glos.* 11. *n.* 37. *et* 38.

Ex quo sequitur, ut tali casu, quia reservatio venit ad annullandam anteriorem collationem Ordinarii, * et excludendum reum, et possessorem; 188
debet penè et concludenter probari, Ægidius *decis.* 612. Puteus *decis.* 266. *lib.* 3. Rota *diversorum*, *decision.* 146. *n.* 3. *et* 4. *part.* 2. Verall. *decision.* 10. *part.* 2. et fuit dictum *in Cuienen. Canonicat.* 11. *Martii* 1587. coram Robusterio: Ubi expressè dicitur, quod quia agebatur contra possessorem * 189
provisum ab Ordinario bona fide, non erat per plures præsumptiones amovendus à possessione, sed per plures reprobationes, et fuit etiam dictum *in Hispalens. Archidiacona.* 20. *Febr. et* 26. *Junii*, coram Justo, *in Calaguritana de Ocon.* 30. *Januarii* 1606. coram R. Lugdunens. *et in Burgen. de Pancorvo* 24. *Octobris* 1585. coram Ciptio, et alias decisiones allegat Modernus *ad Reg.* 8. *glossa* 11. *n.* 100. *et seqq.* etc. et latè prosequitur ad plura elegantia.

Et *n.* 20. ita ait: Et aliæ conjecturæ * adducun- 190
tur per informantes pro Gabriele, ex quibus videtur satis debilitari, et enervari probatio, seu præsumptio provisi Apostolici deducta ex solo sumpto supplicationis signatæ: et intrant vulgatæ regulæ, quod una præsumptio tollitur ex alia, et fortior vincit debiliorem, *l. Divus*, *ff. de in integrum restitut. cap. litteris*, *de præsumptionibus.* Et una pro- 191
batio contraria * probatione conquassatur, Surdus *consil.* 135. *n.* 93. *et seqq.* Et in terminis reserva- 192
tionis, quod illa non intret, * quando contra eam aliquid coloratum apponitur; fuit per doctrinam Socini *in l. rem quæ nobis*, *ff. de acquirenda possess.* decisum coram Paleoto *decis.* 258. *in manuscriptis*, ut in copia data.

Et quatenus præsumptiones redderentur pares, 193
* in paritate præsumptionum præferendus est reus et possessor, Speculator. *in titulo de jure dela.* §. 1. *n.* 9. Cephal. *consil.* 152. *n.* 30. Felin. *in cap. ex litteris. n.* 4. *de probationibus*, Alciatus *reg.* 3. *præsumption.* 44. *n.* 1. Chaquell. *de iure primogeni. quæst.* 17. *opin.* 11. *n.* 2. et ut dicit Aretin. *in cap. in nostra de rescriptis*, cum possessione paritas probationum relinquitur * ad imparitatem, et fuit 194
dictum *in una Portugalen. unionis* 9. *Martii* 1593. coram Orano. Nec est dubitandum Gabriel * 195
possidere etiamsi fuerit appositum sequestrum de mandato Principis, donec causa cognoscatur, ut per Alexandrum *cons.* 112. *n.* 5. *lib.* 6. Hactenus de mirabili decisione.

Ad

Ad idem adest alia elegans Rotæ decisio, ut per
196 Coccinum Rotæ Decanum 124. ubi possessor * et provisus ab Ordinario manuteneatur, dum turbida redditur reservatio, quæ si notoria non fuerit (ut
197 statim) non conceditur * immissio proviso Apostolico; eadem Rota *in una Barcin.* coram Sacrato recollecta per Marchesan. *decommission. appellation. in possession.* 1. *part.* §. 1. *ad finem*, quæ est decisio 4ª. *fol.* 931. in qua latè dicitur, quod executio litterarum impetratur, quando non constat de reservatione, quæ decisio *in n.* 3. ita ait: Minus facit, quod beneficium fuisset reservatum, et proinde intret jus decreti irritantis, de quo in Regula reservatoria, quod quidem decretum influit in possessione, Cassiodor. *decis.* 1. *n.* 2. *de restitutione spoliator. etc.* Et sic possessio Octavii tanquam infecta minimè sit manutenenda *ad l. improba.* cum ibi notatis, *ff. de acquir. possession.* Puteus *decis.* 332. *lib.* 2. Quia fuit responsum, decretum irritans ita demum viziare possessionem, si est certum quod intret; alias dum dubitatur, an intret, vel non, possessor est manutenendus in sua possessione, sive detentatione, ut fuit dictum *in Parmens. Prioratus*, 16. *Januarii* 1598. coram Orano, *et in Tarentina Capellanie*, 26. *Octobris* 1601. coram Molino, et coram Coccino, et *in Iodun. Canonicatus*, 22. *Aprilis*, coram Pirovano, in proposito autem casu est satis controversum, an beneficium sit regulare, et manuale, vel potius collativum, à quo pendet an intret reservatio, necne, etc. Et ultra cæteras decisiones elegans est in terminis decisio Rotæ Coccini suprà addocta à *n.* 55. *vers. At quæ est in terminis*, *etc.*

Hæc tamen doctrina limitatur, quando reserva-
198 tio est notoria * et patens, quæ nullia potest tergiversatione, et colore celari: nam hoc casu non habetur in consideratione titulus, et possessio per provisum ab Ordinario, quam merito inficit reservatio evidens, et notoria; quam limitationem ad præfatam regulam probat eleganter Rota apud Farinacium *in posthumis*, *tom.* 1. *decision.* 362. *n.* 3. et de Regula *à n.* 1 *et* 2. hoc idem probat Rota ut per Coccinum *decision.*. 124. *n.* 7. in hæc: Quia
199 cùm reservatio sit turbida * ex jam deductis, immissio non solet concedi, quando reservatio non est notoria, et indubitata, ut fuit resolutum coram R. Dom. meo Decano *in causa Neapolitan. Rectoriæ*, 15. *Febr.* 1598. et coram R. Dom. meo Ludovisio in *Sanct. Angeli Lombardor.* 13. *Junii* 1602. ubi aliæ decisiones allegantur, et ideo donec cognoscatur, Stephanus debet manuteneri, etc. Est eadem in terminis prod. *decis.* 124. apud Coccinum. Probant etiam aliæ Rotæ decisiones adductæ per Angel. *de ascrib. possess. quæst.* 18. *art.* 3. *n.* 110. *et* 111. *et de beneficio contra. q.* 25. *n.* 128.

In eodem animi vertere debes, quod ut sciat
200 Ordinarius * cui per Senatum remittuntur * litteræ Apostolicæ impetratæ instantia * quando in eis executivè, aut via Ordinaria procedere debeat, præ oculis semper habeat Regulam immissionis ex l. *fin.* C. *Possessor. Pet. Adrian. coll.* Quia immissio possessionis bonâ fide similiter est agi solita tenendum, et regulis *de re l. fin.* C. *eod.* et secundum easdem regulariter regulatur; prout ex variis Rotæ decisionibus, doctorumque authoritate supra [illegible] vimus 1. *part. cap.* 20. *à n.* 121. [illegible] *trina Manchiæ*, quas singulas videre poteris, [illegible] omnes rectè conducunt hic inserere [illegible] ex iis, et aliis congeris ad idem, Angelus [illegible] *tino contractu.* 2. *dub.* 1. [illegible] tamen quæ specialiter in hoc capite annotavimus, quia ita distinctè alibi non reperies.

Concludendum est igitur, quod quando Senatus decernit, tradi litteras Apostolicas impetranti, * ut 201
illis utatur coram Ordinario, eo quod recognovit percuti ejus primam instantiam, et jurisdictionem; tunc attendat Ordinarius ipse ad supra dicta, ut quando executor nominatus de jure communi debebat procedere in earum litterarum executione executivè, et via executiva; ita pariter ipse Ordinarius viam executivam debet observare, quia litteræ Apostolicæ regulariter executionem merentur ob earum reverentiam.

At vero * quando ipse executor de jure non exe- 202
cutivè, sed via Ordinaria tenetur procedere assumendo partes Judicis, quia vel adest intrusus, aut alias possessor, vel simplex legitimus contradictor pro suo jure, et interesse juxta casuum varietatem, et distinctionem hactenus descriptam in hoc cap. tunc pariter ipse Ordinarius, cui per Senatum fit litterarum cognitionis in primo instantia remissio, debet, et tenetur in via Ordinaria, non executiva procedere.

Et quamvis (ut audio) Senatus hic Supremus
203 aliquando in decreti conceptione, * quo remissio harum litterarum fiebat Ordinario, solebat aliquando specificè, addere et exprimere, quod Ordinarius, vel via executiva (juxta casuum varietatem) in cognitione procedere; tamen hodie ab hac conceptione providè et prudenter recessit, quoniam non integrè, nec probabili certitudine Senatus ipse potest recognoscere à principio, quando sit, vel non Ordinariè, aut executivè procedendum; per Ordinarium etenim multoties litteræ ipsæ trahuntur ad Senatum anteaquam executor illis usus fuerit, et antequam pars aliqua comparuerit, ut et plurimum ad petitionem Regii Fiscalis, vel quandoque ad petitionem alicujus partis, cùm aliæ adsint interesse habentes, qui legitimi sint contradictores, qui postmodum possunt comparere coram Ordinario, per quorum comparitionem, et jurium deductionem alteratur natura, et via executiva litterarum Apostolicarum, ac sic minimè constanter Senatus in omnibus causis poterit uti simili conceptione decreti; multoties quippè potest esse incerta, cum maximo periculo jurium partium. Quare rectiùs his temporibus Ordinarii discretioni jure munitæ relinquitur, ut juxta juris regulas provideat, quando Ordinaria via, vel executiva procedere teneatur, præ oculis nunc habens, quæ non parvo labore in hoc cap. adnotavimus, ad tollendas deinceps intolerabiles controversias his casibus contingentes quotidie, cum quibus requievimus jam ab hoc Opere hodie 25. Februarii anni 1622. quo Sancta Mater Ecclesia festivitatem Cathedræ S. Petri Principis totis orbis concelebrat.

FINIS

INDEX

RERUM ET VERBORUM,

Quæ in hoc Volumine continentur.

Prior Numerus Paginam, posterior articulum seu sectionem indicabit.

A.

Abbas, Abbatia. Vide *Prælatus.*

ABBAS non potest renuntiare exemptioni ab Ordinario absque sui conventus consensu. *Pag.* 160. *num.* 31. *et seqq.*

Abbates etiam non exempti habentes jurisdictionem Ordinariam hodie sua uti valent jurisdictione, non obstante Trid. decreto. *pag.* 203. *num.* 14.

Saravia, et Cænedus convincuntur supponentes posse Abbatem exemptioni renuntiare cum consensu sui conventus. *p.* 253. *num.* 23. *et seqq.*

Absens, Absentia. Vide *Judex.*

Absens à loco rei sitæ citatus ad litteras requisitorias, et non comparens patitur primum decretum, ex quo actor mittitur in possessionem ejusdem rei. *p.* 216. *n.* 18.

Absenti potest dari curator per judicem rei sitæ ad effectum decernendi primum decretum. *ibid. n.* 19. *et* 20.

Absenti dare curatorem potest judex, qui in causa habet juri dictionem. *ib. n.* 14.

Absenti non subdito, non potest dari curator per judicem rei sitæ ibi non reperto. *ib. n.* 25.

Absentia judicis notabilis non solùm est justum impedimentum, ad eum excusandum à munere judicandi, verùm ad jurisdictionem in alium transferendam. *p.* 141. *n.* 37.

Absolutio. Vide, *Excommunicatio.*

Absolutionem à censuris quando impetrans, et quomodo compellitur à Senatu suis trahere expensis. *p.* 183. *n.* 86. *p.* 349. *à n.* 53. *cum seqq. et p.* 350. *n.* 63.

Absoluta. Vide *Potestas, Plenitudo, Princeps.*

Absoluta Principis potestas æquo, et bono temperanda est. *p.* 92. *n.* 9.

Absolutæ potestatis mentio aliqua non habetur in toto jure. *p.* 93. *n.* 16.

Abundans. Vide *Cautela.*

Abundantia verba tolerantur, quando ad meliorem declarationem apponuntur, et tollendæ cavillationis gratia. *p.* 332. *n.* 10.

Abusus.

Abusui notorio Ecclesiasticæ potestatis Princeps obviet cum moderamine inculpatæ tutelæ, ne pax publica turbetur. *p.* 30. *n.* 9.

Abusus dicitur perperam contra jus, et rationem uti *p.* 88. *n.* 27.

Abusus in jure vocatur perniciosus, detestabilis, et illicitus. *ib.*

Abusus notorius in materia retentionis ille dicitur, quoties in illo actu nullus usus stat. *p.* 89. *n.* 28.

In Regno Franciæ ab abusu appellatur ad Senatum, notoriè facto per Ecclesiasticos contra sancta decreta, et concordata. *ib. n.* 29.

De abusu notorio potest Curia cognoscere quando veniat quis contra authoritatem Regiam. *ib.*

Abusus notorius est trahere Regnicolam extra Regnum, à quo in Francia appellatur ad Curiam. *ib. n.* 32.

Ex abusu, et novitate scandali genitrice, et perturbationis status, retentionem litterarum Apostolicarum licitè fieri, legitimamque esse causam, multi affirmant. *ib. n.* 34.

Abusus notorius, et novitas violentia quædam est. *ib. n.* 35.

Abusui notorio, et novitati potest Princeps obviare inter personas Ecclesiasticas, ne pax publica turbetur, et commune bonum detrimentum patiatur. *ib. n.* 37.

Abusibus resistere maximè laude dignum est. *p.* 70. *n.* 73.

Accessorium. Vide *Principale, Connexum, Commissio.*

Accessoria est ad gratiam principalem executoris datio, et commissio. *p.* 362. *n.* 12.

Accessorii effectus nihil detrahit suæ principali dispositioni. *ib. n.* 13. *et seqq.*

Accessorium sive tractetur de principali augendo, sive destruendo, aut conservando eamdem hujus naturam sequitur. *p.* 365. *n.* 41. *et seqq. et p.* 395. *n.* 7.

Accessorium corruit sublato principali, quia eodem modo resolvitur, quo creatur. *p.* 365. *n.* 43. *et seqq.*

Accidentia, Accidentalis.

Executoris datio ad gratiam est qualitatis accidentalis, et extrinseca gratiæ, ejus substantiam non tangit. *p.* 362. *n.* 8.

Accidentalia possunt mutari et variari, non vitiata substantia rei principalis, secus è contra. *ib. num.* 9.

Acci-

Accidentalia opponuntur, et veniunt post dispositionis esse perfectum. *ib. n.* 10.

Accidentalia extrinseca possunt adesse, et abesse præter subjecti corruptionem. *ib. n.* 11.

Actio, Actor, Agere, Agens. Vide *Causa, Acta.*

Agenti ex una causa, et prosequuta, non obstat res judicata, quominus ex alia diversa ulterius agere queat. *p.* 153. *à n.* 7. *et seqq.*

Agens ex causa falsa non obtinet in eodem judicio ex alia vera, etsi tunc existente, in alio tamen judicio noviter intentata obtinebit. *p.* 155. *n.* 25 *et seqq.*

Actionem mutari in instantia appellationis licere, qui teneant Doctores. *p.* 238. *n.* 4.

Agens in prima instantia de bove non potest in secunda agere de equo, cùm tunc libellus nequeat mutari. *ib. n.* 11.

Lancellotus dicens actionem posse mutari in gradu appellationis, reprobatur. *p.* 240. *nu.* 31. *et seqq.*

Actio tutelæ et negotiorum gestorum, est individua, et inseparabilis. *p.* 289. *n.* 11. *cum seqq.*

Actione primæva (cùm fuerit per adjudicationem extincta) non potest creditor agere, postquam sibi evicta fuit res in solutum data. *p.* 314. *n.* 20.

Agens ex una causa, falsa tamen, et invalida, non sustinetur judicium ex alia verè tunc existente. *p.* 273. *n.* 15. *et seqq.*

Agendi modus inspicitur, ut inde finis colligatur. *p.* 336. *n.* 16.

Agentis intentio regulat omnes actus ad finem intentionis. *p.* 337. *n.* 21.

Acta omnia emanata à commissione non subscripta, et sic nulla ex defectu formæ, pariter nulla sunt, cum procedant à radice infecta. *p.* 365. *n.* 38. *cum seqq.*

Acta gesta à judice carente jurisdictione, nulla sunt ipso jure. *ib. n.* 46.

Acta gesta per delegatum, aut Legatum contra formam Trid. in cap. causæ omnes, sunt nulla ipso jure. *ib. n.* 47. *et seqq.*

Filius in adventitiis, quorum pater noluit adquirere usumfructum, non potest agere in judicio sine ejus consensu. *p.* 348. *n.* 52.

Si ex actis utriuſque querelæ jam executio litterarum peracta appareat utrumque remedium legitimè intentatum, ſuper utroque decernit Senatus affirmativè, litteras retinendas, & executorem deferre teneri, & reponere attentata. p. 150. n. 26.
Si ex actis reperiat Senatus juſtam cauſam retentionis, & vim non fieri denegata appellatione, conſultius erit, decernere tantùm ſuper retentione, omiſſa declaratione ſuper violentia, de efficaci ratione. ibid. n. 27.
Decretum violentiæ quomodolibet conceptum ſive affirmativè, ſive negativè, ſemper eſt præjudiciale executioni decreti retentionis, quando ab utraque parte utrumque intentatur remedium. ib. n. 30. & 31.
Per decretum retentionis affirmativum totaliter excluditur decretum violentiæ negativum, ſcilicet vim non facere executorem. ib. n. 32.
Si per inſpectionem actorum utriuſque remedii ab utraque parte intentati reperiatur rationi locum fore, ſuper ea decernit Senatus, nihil tamen ſuper articulo violentiæ, & quare. p. 151. num. 36.
Ab utraque parte intentatis remediis retentionis, & violentiæ, ſi retentio legitima non reperitur, denegatur, & ſi juſta reperiatur violentiæ querela, decernit Senatus vim facere executorem. ibid. n. 37.
Super ſimultaneis remediis violentiæ, & retentionis non eſt neceſſarium ſimultaneum decretum, ſed ſingula decreta pro ſingulis remediis ſeparatim ſufficiunt. ibid. n. 38.
Flores de Mena, & Auguſtinus Barboſa cautè legendi dicentes, quod ſi à judicibus Apoſtol. appelletur, eò quod procedunt in prima inſtantia, dari in Cancellaria decretum vim fieri cum cauſæ remiſſione ad Ordinarium. p. 170. n. 50. cum ſeqq.
Decreto violentiæ (de conocer, y proceder) an uti queant Cancellariæ ultra Conſilium Supremum. p. 171. n. 56.
Decretorum retentionis formulæ. p. 181. n. 36. & ſeqq.
Cauſa retinendi ſi reperiatur legitima diverſimodè dantur in Senatu decreta juxta caſuum varietatem. ibid. n. 57.
Nam alii pertinent ad retentionem litterarum, alii ad remiſſionem Ordinario, & de utrorumque decretorum conceptione. ibid. n. 58.
Decretum quomodo concipiendum, orta competentia inter Ordinarium certantem cauſam in prima inſtantia ſibi pertinere, & Nuncium, Archiepiſcopumve. ib. n. 59.
Decreto (de conocer, y proceder,) dumtaxat utitur Senatus Supremus, cujus eſt privativa cognitio ſuper executione Concil. Trid. ibid. num. 60.
Et de ratione hujus conceptionis decreti. ibid. num 61.
Decreto (de conocer, y proceder) in violentia judicis Eccleſiaſtici cognoſcentis de Reo laico, & re merè profana omnia tribunalia Regia indiſtinctè utuntur. ibid. n. 62.
Decreto (de conocer, y proceder) in competentia orta inter Ordinarium & Superiorem ſuper prima inſtantia Ordinario reſervata per Trid. Cancellariæ nequeunt uti. ibid. num. 64. & ſeqq.
Error aliquorum putantium in Audientiis Regiis uti poſſe decreto (de conocer, y proceder) ſuper quocumque genere competentiæ, ad-

adnotatur. ibid. n. 66.
Decreta variis modis concipiuntur in Senatu, quando duo remedia retentionis, & violentiæ ob non delatam appellationem emissam ab executore litterarum simul cumulantur. ibid. n. 67.
Cumulato utroque remedio remissionis ad Ordinarium, & violentiæ ob negatam delationem, appellationi emissæ ab executore, diversimodè decernunt Cancellariæ. p. 182. numero 69. & seqq.
Nam si reperiant vim fecisse executorem, ita decernunt ut deferat & reponat, & articulum remissionis ad Ordinarium remittunt ad Supremum Consilium terminandum, & de ratione. ibid. n. 70. & 71.
Si autem vim non facere executorem repererint, super utroque remedio cumulato subsistendum, utrumque remittendo ad Consilium Supremum. ibid. num. 72.
Flores de Mena, & Barbosa cautè legendi erga conceptionem decreti in contraventione Concil. Trid. p. 198. n. 25.
Decretum Senatus refertur inter impressa 66. quo exempti prohibentur eligere conservatorem extra Regnum. p. 259. n. 97.
Decreto Senatus prohibetur naturales impetrare commissiones judicibus extra Regnum degentibus, & in Senatu datur provisio ordinaria, ut afferant judicem in Regno. ibid. n. 98. & seqq.
Cum hoc decreto Senatus consonat Ordinatio Lusitana. p. 260. n. 100.
Decretum Senatus, 25. in ordine, anni 1562. ad litteram refertur, quo Episcopis Aragoniæ habentibus loca sibi subjecta in Castella ordinatum fuit, ut in illis creent judices ad evitanda maxima inconvenientia. ibid. num. 101. & seqq.
Decretum judicis in alienatione tutoris, citatio, & similia tanquam solemnitates intrinsecæ non præsumuntur. p. 400. n. 17.
Duo decreta referuntur Senatus circa minorem orbatam litigantem in causa matrimoniali non patiens deferri appellationi ad Curiam Romanam interponi, sed ad Nuntium. pag. 423. num. 1.
Decretum Senatus quo litteræ merentes sui natura executionem remittuntur Ordinario, nec immutat, nec potest naturam privilegiatam, ac ideò executivè procedere dedet Ordinarius. p. 460. n. 48.
Litterarum executionem jam peractam Senatus virtute decreti retentionis per seipsum reponere nequit. p. 137. num. 1.
Per decretum violentiæ executorem vim facere, & reponere, intimatum executori, & facta repositione, decretum retentionis plenum consequitur effectum. ib. n. 2.
Judex successor in jurisdictione omnino tenetur adimplere Regium decretum violentiæ, etiam suo antecessori directum. ibid. n. 4.
Superstes ut successori in causa tenetur adimplere decretum Senatus (de otorgar, y reponer) etiam directum suo antecessori mortuo, vel absenti. p. 158. n. 8.
Qui si reponere recuset, secunda jussio per Senatum expeditur in ipsum. ibid. n. 9.
Si plures sint superstites executores nominati, qui eorum adimplere teneatur decretum Regium violentiæ. ib. n. 10. & seqq.
Mortuo, vel extra Regnum absente executore, qui vim intulit, decretum violentiæ cuilibet ex superstitibus intimari potest, sive à vim patiente, sive ab impetrante, & is tenetur reponere. p. 141. n. 33.
Ut idem Regium decretum retentionis suum consequatur effectum impeditur per executionem litterarum peractam. ibid. n. 34.
Superstite executore (cui decretum Regium fuit intimatum) recusante reponere, secunda jussio per Senatum erit expedienda. ibid. n. 35.
Mortuo, vel absente executore, qui vim intulit, decretum violentiæ etiam ei directum comprehendit unum ex superstitibus, cui fuerit intimatum. ibid. n. 39.
Potest etiam concipi specificè, complemento directo ad unum ex superstitibus, cui fuerit intimatum. ibid. n. 40. & 41.
Decretum violentiæ decretum ad unum ex superstitibus, cui intimetur, non continet incertitudinem considerabilem, cum facilè ex intimatione ad specificam certitudinem reducatur. ibid. n. 41.
Si in decreto violentiæ Senatus non fecerit mentionem judicis superstitis, poterit seorsum in alio decreto id continente tollendæ dubitationis gratia. p. 142. n. 50.
Decretum violentiæ etiam directum judici mortuo, vel absenti, qui vim intulit, & etiam non facta mentione superstitis semper huic intimatum adstringitur. ibid. n. 51.
Inter decreta retinendi litteras, & remissiones ad Ordinarium ad finem reponendi nulla repugnantia reperitur, nisi in sonitu verborum, cum in fine, & effectu conveniant. pag. 144. num. 76.
S. Congregat. Judicis decretum refertur file exuens declarationes, de quarum virtute authentico testimonio non constat. pag. 414. numer. 6.
Decretum Regium prohibens Senatui, & cæteris Cancellariis cognoscere per viam violentiæ de causis quomodolibet tangentibus Tribunal S. Inquisitionis, refertur ad litteram. p. 434. n. 14.
Regis immediata persona an comprehendatur in suo decreto prohibitivo causarum tangentium S. Inquisitionem, & an possit quaslibet litteras hujus generis retinere, juxta existente causa. p. 435. n. 17. & seqq.
In decreto Regio prohibente causas S. Inquisitionis ad Senatum trahi per viam violentiæ excepta reperitur ipsa Regis persona. pag. 437. num. 35.
Cui non adaptatur ratio prohibitionis. Ibidem num. 36.
Decretum etiam prohitivum, & abdicativum harum causarum postmodum emanavit anno 1553. p. 439. n. 44.
Defectus. Vide *Jurisdictio*, *Commissio*, *Clausula*, *Nullitas*.
Defectus intentionis, vel facti annullat litteras Apostolicas. p. 59. n. 29.
Defectus intentionis Papæ, & subreptio æquiparantur. p. 60. n. 32.
De defectu intentionis papæ, qui latè tractent. ibid. n. 36. remissivè.
Defectus, & facti exceptio non censetur excluſa ab statuto requirente omnes exceptiones. ibid. n. 37. & seqq.
Defectus intentionis, vel facti non tam est exceptio, quam defensio. ibid. n. 39. & seqq.

Defenſio. Vide *Rex*, *Princeps*, *Violentia*, *Senatus*, *Moderamen*, *Exemptio.*
Defenſio vi oppreſſorum cum ipſo eſt Regno ab origine orta, & Regni objectum. pag. 12. n. 102.
Homines vel ſola naturali humanitatis ratione cogente tenentur hominum mores ad bonum dirigere, & oppreſſionibus ſub tyrannorum jugo paſſis defendere. p. 19. n. 188.
Communis ſocietatis vinculo cogimur defendere vim patientes. ibid. n. 189.
Non defendere ab injuria ſi poteſt tam in culpa eſt, ac ſi patrem, & patriam deſerat. ib. n. 190.
Fortitudinis virtus eſt obviare injuriis, & vim patientem defendere. ibid. n. 191.
Defenſio vi oppreſſis non prohibetur in Bulla Cœnæ per Principes legitimè impertienda, & omni jure debita. p. 41. n. 101.
Defenſio ut tollatur à nulla conſtitutione ſumenda erit interpretatio. p. 45. n. 103.
Defenſio præſtita à Rege vi oppreſſis provenit à fonte perenni juris naturalis. p. 329. n. 82. cum ſeqq.
Nulla eſt creatura in terra quæ non aliqua habeat naturæ adjumenta quibus ſe vindicet, & defendat ab externis offenſionibus. pag. 330. num. 88.
Defenſio nec in ſpecie tolli poteſt per aliquam diſpoſitionem. p. 41. n. 104.
Defenſio differri, modificari, & variari poteſt. ib. n. 105.
Defenſio provenit à Jure Naturali, Divino, Canonico, & Civili. ib. n. 106.
Defenſio à nemine poteſt tolli proveniens à Jure Naturali. ib. n. 107.
Defenſio nec à Principe tolli poteſt. ib. n. 108.
Defenſio nec per Papam tolli poteſt. ib. n. 109.
Defenſio nec directè, nec indirectè poteſt tolli. ib. n. 110.
Lex tollens defenſionem interpretatur de defenſione frivola, non de legitima. p. 42. n. 112.
Et intelligitur tollere defenſionem civilem non naturalem. ib. n. 113.
Defendere ſi non poteſt aliquem, niſi lædatur alius, commodius eſt neutrum juvare. p. 127. n. 82.
Ad ſui defenſionem cuilibet permittitur contraria allegare. p. 150. n. 25.
Defenſio vaſſallorum ad quam Rex tenetur, an illorum principaliter interſit. p. 158. n. 2. & ſeqq.
Nullum eſt animal cui non ſit ira, injuriæ impatiens, & prompta ad defendendum alacritas. p. 329. à n. 85. cum ſeqq.
Defenſione licitè quis utitur probabiliter dubitans de offenſione inferenda. p. 176. n. 5.
Etiamſi effectus defenſionis non ſequantur. ibid. n. 6.
Ut defenſione quis uti valeat, non requiritur initium offenſionis expectare. p. 177. n. 7.
Et ſufficit viſus armorum, licèt illis non utatur minans. ib. n. 8.
Remedium retentionis Bullarum fuit ad defenſionem inventum, & magis conſiſtit in injuriis inferendis quàm in jam illatis. ibid. n. 9.
Defenſionis juſta cauſa eſt violentiæ inferendæ timor. ibid. n. 11.
Ad defenſionem ſuam dicitur factum verificato probabili timore, & periculo. ibid. n. 12. & ſeqq.
Defenſionem poteſt quis licitè prævenire contra paratum ad offenſionem. ibid. n. 14.
Offenſam actualem non tenetur quis expectare, ut ſe defendat ad periculum obviandum. ibid. n. 15.
Defenſionem præſtare, impoſſibile foret Principi non inquirenti an adſit violentia, cùm de juribus, & factis ſingulorum nequeat Senatus habere notitiam. p. 179. n. 42.
Defenſionis modus debet commenſurari cum genere violentiæ, ut ſi hæc ſit judicialis, defenſio etiam judicialiter erit præſtanda, quam abſque ejus notitia Princeps prævenire nequit. ibid. num. 49.
Defenſio vi oppreſſorum præſtanda eſt, ſervata ſemper reverentia Sedis Apoſtolicæ. p. 182. num. 75.
Defenſio omnis tunc dicitur permiſſa jure naturali, ſi præſtetur cum moderamine inculpatæ tutelæ, aliter ſit culpabilis. ibid. n. 76.
Moderamen in defenſione procedit ab eodem principio juris naturalis, à quo & ipſa defenſio ibid. n. 77.
Ad defenſionem juſtam conditio neceſſaria eſt moderamen inculpatæ tutelæ. p. 23. n. 25.

Deferre. Vide *Appellatio*, *Recurſus*, *Violentia.*
Delegatus. Vide *Commiſſio*, *Juriſdictio*, *Reſcriptum*, *Subreptio*, *Subſcriptio*, *Supplicatio.*

Delegatam poteſtatem à Deo cum Reges habeant Deum debent imitari. p. 6. n. 25. & 26.
Delegatus non adquirit exercitium juriſdictionis antequam ſibi præſententur litteræ. pag. 128. num. 88.
Delegatus ex reſcripto manu Sanctiſſimi ſubſcripto novum jus ſeparatum, & non contentum in cauſa ſibi commiſſa remittit Ordinario, cum nova egeat inſtantia, aut Senatui illud remittit vigore Conc. Trid. p. 240. n. 30.
Delegatus ad univerſitatem cauſarum loco Ordinarii habetur. p. 258. n. 91.
Delegatus caret juriſdictione, imò nec data videtur ante nominationem eorum, qui ſunt in clauſula (omneſque alios) comprehenſi, & citandi. p. 264. n. 9. & ſeqq.
Poteſtas Delegati dependet, & regulatur à poteſtate delegantis. p. 270. n. 84.
Delegati juriſdictio expedientis ad partes monitorialium contra nominatum in commiſſione expirat, iſto interim mortuo, nec contra hæredes exequitur. ibid. n. 85.
Delegantis juriſdictione reſolutâ reſolvitur etiam Delegati re integra, qui nulliter deinceps procedet. ibid. n. 86.
Monitorialium, aut compulſorialium Delegati partibus dati commiſſio, & poteſtas finitur ceſſante juriſdictione deleganits Romana Curia. p. 271. n. 87. & ſeqq.
Delegati juriſdictio ut prorogetur neceſſarius eſt conſenſus expreſſus non tacitus. p. 131. n. 76.
Delegatus ex commiſſione ſubſcripta manu Sanctiſſimi nequit cognoſcere de controverſia mota tertio emptori rei ab eo ſubhaſtatæ vigore ſuæ commiſſionis. p. 312. n. cum ſeqq.
Delegati juriſdictione nondum præventa per ejus exercitium res adhuc dicitur integra. p. 318. n. 23.
Nec litterarum præſentatio coram Delegato dicitur præventa.
Delegatam, & ordinariam poteſtatem habeant ſimpliciter agens videtur proceſſiſſe ex ea, ex qua actus valet. p. 273. n. 11. & ſeqq.
Delegatus non acceptans commiſſionem poteſt

ante repudiationis acceptationem, iterum illam acceptare, & validè procedere. p. 273. n. 40.
Delegata cauſa uni ſpecialiter, ſi coram alio non nominato commiſſio præſentetur, nulla eſt ſententia, & omnia acta ex defectu juriſdictionis. p. 334. n. 36. cum ſeqq.
A delegato citatus non inſerta copia ſuæ commiſſionis in monitorialibus, non tenetur comparere. p. 349. n. 45. & ſeqq.
Delegatus non adquirit juriſdictionis exercitium ante litterarum originalium præſentationem, ita ut tranſſumptum Notarii aliàs non authenticum nihil probet. p. 368. n. 73. cum ſeqq.
Delegato aſſerenti mandatum ſuæ commiſſionis non creditur. p. 409. n. 9. & 10.
Delegatio Papæ, aut alterius Principis probanda erit per litteras. ibid. n. 12.
Delegatus nequit procedere in cauſa niſi prius oſtenſis litteris ſuæ commiſſionis. p. 410. n. 13.
Delegatus ante litterarum præſentationem ſubdelegans agit, quia ſubdelegatio eſt actus juriſdictionis. p. 318. n. 24.
Delegato vim inferente & poſtea mortuo, vel habente ſalubre remedium, eſt quærere unum ex ſuperſtitibus conjudicibus nominatis in commiſſione cui decretum violentiæ intimetur. p. 141. n. 38.
Delegatus certus eſſe debet ſua commiſſione non aliter quàm per litterarum originalium oſtentationem, & ſibi factam præſentionem. p. 42. n. 53.
Ita ut tranſumpta earum non ſufficiant ad exercitium juriſdictionis. ibid. n. 54.
Per delegationem cauſæ factam Inquiſitori non derogatur juriſdictioni Ordinarii, & è contra. p. 442. n. 60.

Depoſitum. Vide *Sequeſtrum.*

Depoſitario legata liberatio intelligitur, & reſtringitur de debito orto ex cauſa depoſiti. p. 219. à n. 6. cum ſeqq.

Derogatio, Derogare. Vide *Jus patronat. Alienigena, Retentio.*

Derogatio ſpecifica Concil. Trident. requiritur. p. 191. n. 59.
Expreſſam derogationem requirit Conciliaris conſtitutio. p. 192. n. 60.
Concil. Generale modernum ſpecificam requirit derogationem, & non ſufficit generalis cujuſque Concilii. ibid. n. 62.
Derogatione generali, nec ſpeciali Conc. Trid. indigent conceſſiones Apoſtol. propria manu Sanctiſſimi juxta motum proprium Pii V. ibid. n. 63.
Derogationem Trident. etiam ſpecificam non admitti in Hiſpania, qui teſtantur. ibid. n. 64.
Ex litteris ſubſcriptis propria manu Sanctiſſimi infertur derogatio Concilii in uno caſu cap. cauſæ omnes, 20. quia in eo ſic ſpecialiter decrevit quaſi in cæteris videatur noluiſſe ſufficere. ibid. n. 65.
Litteræ impetratæ in derogationem, & contraventionem Trident. examinantur in Senatu, qui variis modis diſcernit. ibid. n. 66. & ſeq.

Deſtinatio. Vide *Solutio, Contractus, Locus, Ratio, Obligatio.*

Ad effectum ſortiendi forum alienum idem operatur locus contractus, & locus deſtinatæ ſolutionis. p. 376. n. 43. & ſeqq.
Ideò in loco deſtinatæ ſolutionis non fortitur quis forum, niſi ibidem fuerit repertus. p. 377. n. 45. & ſeqq.
In loco deſtinatæ ſolutionis Clericus venire poteſt abſque conſenſu Epiſcopi ſi ibi reperiatur, quia eſt prorogatio tacita, & à lege inducta. ibid. n. 47.
Covarruv. obſervatio ad idem adducitur. ibid. num. 48.

Detentio. Vide *Retentio, Litteræ.*

Determinatio.

Determinatio reſpiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare. p. 395. n. 9.

Devolutio. Vide *Commiſſio, Juriſdictio.*

Deus. Vide *Angelus.*

Deus miſeretur ejus, qui liberat miſeros ab oppreſſionibus potentium. p. 5. n. 7.
Deus eſt protector generis humani, uti pluribus ſacræ Scripturæ authoritatibus comprobatur. ibid. n. 8.
Deum protectorem paſſim Rex Propheta invocat. ibid. n. 9.
Deus liberat vi oppreſſos de manu potentium. ibid. n. 10.
Deus ab origine creationis de hominis tutela curavit. ibid. n. 11.
Deus uti verus protector præſto adeſt acclamantibus vi oppreſſis tacitis, & expreſſis. ibid. n. 12.
Multa Scripturæ loca ad idem recenſentur. ibid.
Dei exemplo Principes viduas habere debent ſub ſua protectione. p. 6. n. 13.
Deus cuncta ordinavit ad defenſionem Reipublicæ. ibid. n. 19.
Deus reges creavit, ut protegant vi oppreſſos à violentiis. ibid. n. 20.
Deus abhorret violentias, & ſcandala. ibid. n. 18.
Protectionem (cùm ſæpè ſit neceſſaria) non eſt veroſimile, ſibi reſervare Deum, ſed Regibus commiſiſſe. ibid. n. 27.
Ad Deum recurſus immediatè in ſingulis oppreſſionibus non eſt homini poſſibilis. ibidem numer. 28.
Deus defenſionem Eccleſiæ Regibus commendavit. p. 8. n. 43.
Et ſtatum Eccleſiæ cuſtodire, & ejus tranquillitatem curare. ibid. à n. 44. cum ſeqq.
Deo replicare, & argumentari Abraham, Job, & Moyſem pluribus ſacræ Scripturæ locis legimus. p. 63. n. 14.
Dei incommutabilem naturam pro miſericordia mutaſſe & temperaſſe ſuam ſententiam, ſæpè in ſacris litteris legitur. p. 68. n. 52.
Deus non dedit Principi juriſdictionem peccandi, nec auferendi alienum. p. 92. n. 10. & ſeqq.
Dei protectionem invocat Propheta Rex contra laqueum ſibi abſconditum. p. 327. n. 48.

Dictio.

Dictio (ſub prætextu) includit dolum quando pars malitioſè utitur recurſu retentionis contra jus ad finem differendi, & impediendi executionem litterarum Apoſt. p. 37. n. 77. & n. 111. cum ſeqq.
Plurimi Doctores graviſſimi Salmantini, & Complutenſes, qui ſic intellexerunt verbum (ſub prætextu,) Bullæ Cœnæ, recenſentur. ibid. n. 78.
Dictionis (ſub prætextu) declaratio. ibid. n. 79. remiſſivè

Dictio (aut) eſt alternativa, & ſufficit alterum adimpleri. p. 38. n. 85.
Sive diſpoſitio, quæ apponitur ſit affirmativè, ſive negativè concepta. ibid. n. 86.
Dictio (omnes) comprehendit omnes caſus etiam non comprehenſos in proprietate vocabuli. p. 246. n. 28. & 29.
Dictio (quomodolibet) qua utitur Tridentin. comprehendit omnem modum agendi. ibid. n. 30.
Dictio (dumtaxat) qua utitur Trident. reſtringit & excludit omnes alios caſus, & perſonas præter expreſſas. p. 303. n. 15.
Et eſt reſtrictiva, & taxativa, & concludit negationem in aliis perſonis. ibid. n. 16.
Dictio (dumtaxat) & aliæ taxativæ in diſpoſitione de aliquid faciendo inducunt formam, & ſolemnitatem, ita ut aliter actus vitietur. ibid. n. 17.
Habet vim prohibitionis, tacitæ, & expreſſæ. p. 304. n. 18.
Dictiones taxativæ exponuntur negativè. ibid. n. 19. & ſeqq.
Dictio (dumtaxat) qua utitur Tridentin. in cap. cauſæ omnes, exponitur tanquam taxativa, ut ſolus Ordinarius. ibid. n. 21. & ſeq.
Dictio (niſi) inter alios effectus limitativos, ſeu negativos importat conditionem, maximè relata ad tempus futurum. ibid. n. 25.
Dictio (niſi) importat formam. ibid. n. 26.

Dignitas.

Dignitas unaquæque ſua jura retinet ſeparabiliter, & juxta quam contrahitur, attenditur qualitas non alterius dignitatis. p. 295. n. 37. & ſeqq.
Dignitati ſi ex privilegio aliquis caſus datur eſt perpetuus, & non eligitur induſtria perſonæ, quia ſucceſſores ſunt incerti. pag. 355. n. 9. & ſeqq.

Dilatio Vide *Terminus.*

Dilatio, tempus, aliave conditio reſpiciens executionem contractus dumtaxat non reddit conditionalem principalem diſpoſitionem, ſed pura remanet. p. 363. n. 15.

Diſpenſare, Diſpenſatus. Vide *Licentia.*

Diſpenſatio Principis, ut alienigena poſſit in Regno beneficia obtinere, habet locum in beneficio jam obtento. p. 119. n. 8.
Diſpenſatio ad obtinendum beneficia incompatibilia, prodeſt ab jam obtenta retinenda. ibid. n. 9.
Diſbenſationes committuntur Ordinariis ex decreto Trid. p. 205. n. 33.
Diſpenſationes matrimoniales committuntur inferioribus Ordinariis habentibus quaſi Epiſcopalem juriſdictionem. ibid. n. 35.

Diſpoſitio, Diſponere.

Diſpoſitio in futurum ordinata multoties operatur in præterito, & in jam facto. p. 118. n. 3. & ſeqq.
Diſpoſitio diſcretiva ſeparat, & arguit diverſitatem, & ſeparationem, ita ut unum cum alio non confundatur. p. 294. n. 43.
Diſpoſitio omnis tacitam conditionem habet, rebus ſic ſtantibus, ut ab ea recedatur nova ſuperveniente cauſa. p. 321. n. 50.
Diſpoſitio non poteſt verificaveri niſi prius verificetur ſuppoſitio. p. 346. n. 18.
Si præceſſit diſpoſitio diſtributiva inter aliquos, & poſteà ſequatur generalis copulativa inter illos, intelligitur juxta diſtributionem præcedentem ſingula ſingulis referendo p. 38. n. 84. & ſeqq.
Ubi aliquid diſponitur ſub aliquo ſuppoſito, prius debet de iſto conſtare. p. 211. n. 28.
Diſpoſitioni priori quando aliquod additur, vel detrahitur in ſubſtantia, tempore aut qualitate, quando nova dicatur diſpoſitio. p. 239. num. 27.
Diſpoſitio omnis recipit reſtrictionem ad ſignificationem, & comprehenſionem adjuncti. p. 219. n. 6.
Et de exemplis. ibid. à n. 7. cum ſeqq.

Dives. Vide *Pauper.*

Diviſio Confinium, Diœceſum & Provinciarum. Vide *Princeps, Regalia, Papa.*

Diviſio hæreditatis facienda inter cohæredes provocatos, ſi unus ſit Clericus, uni judici, nempe Eccleſiaſtico pertinet. p. 289. n. 11. & ſeqq.

Dominus, Dominium. Vide *Rex.*

Imperator non habet dominium in rebus particularium ſubditorum. p. 93. n. 23. & ſeqq.
Dominium rei non transfertur ex re judicata ante ejus executionem, & poſſeſſionis apprehenſionem. p. 313. n. 12.

Donatio.

Donationem à ſe factam, privilegium, aut contractum, quando ob publicam utilitatem poſſit Rex revocare, vel ejus ſucceſſor. p. 95. n. 35. & ſeqq.
Donatio tacitè inducta à lege non requirit acceptationem. p. 373. n. 10.

E.

Eccleſia, Eccleſiaſticus. Vide *Reſpublica, Rex, Princeps.*

AD Eccleſiæ præſidium, & dogmatum, præcipuè dirigi debet Principis officium. p 7 n. 29. & ſeqq.
Ad Eccleſiaſticam functionem quæ ſpectant, boni Principis eſt tueri. ibid. n. 39.
Eccleſiæ tranquillitas, & Religionis Principi intereſt. ibid. n. 40.
Eccleſiæ defenſionem Principibus commendavit Deus. p. 8. n. 43.
Eccleſiæ res tueri debet Princeps ſpeciali ſtudio. ibid. n. 49. & ſeqq.
Et cultum Divinum. ibid.
Eccleſiam ut juvarent Principes, principaliter à Deo poteſtatem acceperunt ibid. n. 52. & 53. ibidem.
Ab Eccleſia debet Princeps vim, fraudes, turbas, & externa mala arcere. ibid. n. 54. & 55.
Eccleſiam defendere Principes in coronatione jurant, cujus ſunt protectores. ibid. n. 58.
Eccleſiæ murus eſt Regis manus. p. 9. n. 61.
Eccleſiæ protector vocatur Rex. ibid. n. 64.
In Eccleſiarum pace conſiſtit Imperii ſecuritas. ibid. n. 71.
Inter Eccleſiaſticos cognoſcit Rex de Regalibus. p. 14. n. 132. & ſeqq.
Eccleſiaſtici ratione regalium, quæ tenent ſequuntur forum Regis temporalem. p. 15. n. 136.
Inter Eccleſiaſticos poteſt Rex cognoſcere ſuper protectione vi oppreſſorum, quæ Regi competit de jure uti Regalia, cum aliter ſuum auxilium præſtare non poſſit. ibid. n. 148.
Eccleſia Orientalis Jus Canonicum non recepit

ob morum diverſitatem. p. 44. n. 132.
Eccleſia complectitur varia Regna habentia varios ritus, & modos vivendi. p. 46. n. 151.
Eccleſiaſtica Inſtituta, & Concilia laudabiliter in Regno obſervata, & moribus Provinciarum recepta, ſemper conſervanda ſunt. p. 86. n. 4.
Eccleſiæ univerſalis concordia cuſtoditur, ſi quæ à patribus inſtituta ſunt, ætas ſubſequens reverenter obſervet. p. 87. n. 10.
Eccleſia multa debet tolerare ob ſcandali timorem. p. 88. n. 16. & ſeqq.
Eccleſiam, ejuſque libertatem, & immunitatem tueri Principum Chriſtianorum officium eſt. p. 187. n. 11. & ſeqq.
In Eccleſia nonnunquam Principes ſæculi culmina tenent, ut diſciplinam Eccleſiaſticam muniant, & ſeditiones rigore Principum conterantur. ibid. n. 12.
Ad Eccleſiæ tuitionem tenentur Principes ex debito regalis officii, etiam non poſtulatam, cum ipſorum ſtudii, & religionis intereſſe. ibid. n. 13.
Eccleſiæ mos eſt antiquus, ut Imperatores interſint Conciliis, ut neceſſaria Reipublicæ ſpiritualis liberè proponantur, & modis omnibus exequantur, & Principum terrore impedimenta avellantur, p. 183. num. 22. & ſeqq.
Eccleſiæ protectores fecit Deus Principes juxta decretum Trid. ibid. n. 26. & ſeqq.
Eccleſiaſticæ perſonæ, quæ interveniunt in executione litterarum Apoſtolicarum contravenientium privilegiis, & conſuetudinibus horum Regnorum, amittunt naturalitatem, & ſuorum beneficiorum fructus ſequeſtrantur. p. 350. n. 60. & ſeqq.
Quid ſi ſint laïci? ibid. à n. 57. & ſeqq. & à n. 62.
Edicta. Vide *Citatio*, *Cedulones*, *Declaratoria.*
Edicta publicis locis affigenda ob timorem, & potentiam adverſarii debent eſſe publica inſtrumenta confecta per Notarium cauſæ cum teſtibus, & à judice ſigillata. p. 347. n. 32. & ſeqq.
Effectus.
De variis effectibus rei redactæ ad priorem ſtatum, & naturam. p. 130. n. 105. remiſſivè, & p. 341. n. 38. & ſeqq.
Effectum infinitum non poteſt producere cauſa finita, quia ſicut limitatur potentia cauſæ, ſic ejus effectus.
Electio. Vide *Nominatio*, *Capitulum*, *Extrajudicialiter.*
Eligere quando quis cogatur unum ex titulis, ſeu juribus incompatibilibus ad agendum, & ſe defendendum. p. 37. n. 71. & ſeqq.
Electio mero jure valida, ſi inde oriatur, vel timeatur ſcandalum, executioni non traditur. p. 100. n. 14. & ſeqq.
Electione ſemel facta ſublata poteſtas eſt iterum eligendi. p. 293. n. 21.
Electio ſemel facta irrevocabilis, & incommutabilis redditur. ibid. n. 22. & ſeqq.
Electus repudians electionem de ſe factam poteſt ante acceptationem ſuæ repudiationis iterum acceptare. p. 275. n. 38 & ſeqq.
Electio competens ex teſtamento fit irrevocabilis, ex contractu autem variari ſemel poteſt. p. 276. n. 45.
Electio nulla non impedit variare, & iterum validè eligere. ibid. n. 46.
Electionibus aſſiſtit Prælatus uti Prælatus juriſdictionem habens. p. 339. n. 7. & ſeqq.
Quomodolibet inter electionem faciendam à Capitulo oppoſito recedat pro ſuis examinandis objectionibus ad Ordinarium erit recurrendum, qui juriſdictionem habet, & primam inſtantiam. ibid. n. 16 cum ſeqq.
Electionibus & Capitularibus Prælatus ideò aſſiſtit uti talis, quia de incidentibus inter eligendum judicialem cognitionem requirentibus cognoſcit, quo ſua prima inſtantia conſumitur. p. 340. n. 18. & ſeqq.
Senatus remittit cauſam Ordinario quomodòlibet ante perfectam electionem oppoſitor excipiens à Capitulo recedat. ibidem num. 21. & ſeqq.
Ad quem pertinet jus conferendi electionem, aut faciendi collationem electo expectat cognoſcere ſuper defectibus electionis, aut electi oppoſitis. ibid. n. 22.
Ab electione, & collatione jam facta per Capitulum, & Prælatum aſſiſtentem uti talem, non ad iſtum, ſed ejus Superiorem erit appellandum. ibid. n. 23. & ſeqq.
Commiſſio impetrata ſuper appellatione ab electione jam peracta per Capitulum, cui Prælatus uti talis aſſiſtit, per Senatum tradenda eſt parti, ut ea coram delegato utatur. p. 341. n. 29.
Ab electione appellans opponendo defectus contra eam, aut electum, tenetur ſervare formam juramenti, cap. ut circa, de elect. lib. 6. aliàs corruit appellatio. ibid. n. 33. cum ſeqq.
Ab electione appellans non ſervata forma juramenti nequit iterum cum ea eandem viam appellationis proſequi coram Superiore, ſed altera via jus proprium deducere coram Ordinario. p. 342. n. 36. & ſeqq.
Electionem unius ex ſuperſtitibus executoribus nominatis pertinere impetranti privativè, mortuo primo præoccupante juriſdictionem, ſectatur Chriſtophorus de Paz. pag. 138. numer. 11.
In impetrantis poteſtate ſicuti fuit à principio, uti, vel non uti reſcripto, ita ad eum privativè ſpectat eligere unum ex ſuperſtitibus, mortuo eo, qui cauſam cœpit, argumentatur ipſe Paz. ibid. n. 12.
Mortuo executore, electionem privativam unius ex ſuperſtitibus nominatis pertinere utrique parti, conſtanter tuetur Author contra Paz. ibid. n. 14. & ſeqq.
Commiſſione facta communi, & jure æqualiter quæſito utrique parti electio ex ſuperſtitibus æqualiter utrique competit præventivè. p. 139. n. 16.
Eligendi jus, aut nominandi ſi competit pluribus in ſolidum, inter eos admittitur præventio, & prævalet præoccupans. ibid. n. 18.
Ut in procuratoribus in ſolidum datis. ibid. n. 19.
Judicum plurium competentium electio, competit prius provocanti, etiam invito adverſario. ibid. n. 21.
Impetrantis facultas eligendi à principio unum ex executoribus nominatis in ſua commiſſione, extincta fuit per primam electionem validè à ſe factam. ibid. n. 22.
Eligendi facultas, ſive competens ex teſtamento, ſive ex contractu, extinguitur, ſi fiat per contractum inter vivos. ibid. n. 23.
Electio unius judicis ex nominatis facta ab initio per

per impetrantem per contractum facta intelligitur, cum in judicio quasi contra habeatur. ibid. 24.
Eligendi facultas semper consumitur, quoties ab electione semel facta jus fuit alicui quæsitum. ibid. n. 25.
Re non integra per commissionis præsentationem, commissio fit communis utrique parti, & æqualiter jus quæsitum, ac pariter jus elegendi unum ex superstitibus. p. 140. n. 48.
Eligendi unum ex superstitibus executoribus facultas si competeret impetranti privativè, gravè foret inconveniens, qui vel tardius, vel nunquam eligeret. ibid. n. 30.
Impetrans mortuo judice Delegato, non habet judicem, qui ei possit præfigere terminum, ad eligendum alium ex superstitibus in sua commissione nominatis. ibid. n. 32.
In duobus malis minus est eligendum p. 142. n. 59.
Ad examen litterarum Apostol. infringentium privilegia S Inquisitionis Rex privatim eligit fidentissimos Senatores, qui omni secreto Regem consulant de inconvenientiis p. 437. n. 37.

Emphyteusis.

Emphyteuticum jus Prælatus emens ab emphyteuta sua pecunia non consolidatur cum proprietate Ecclesiæ, nec Prælati hæres illud tenetur restituere successori dignitati. p. 295. n. 39. & 40.

Empio, Emptor. Vide *Venditio, Delegatus.*

Emptor pignoris subhastati legitimo efficitur titulo possessor. p. 313. n. 2.
Contra emptorem pignoris subhastati possessorem judicium motum novum est intentandum coram suo judice Ordinario ex Trident. ibid. n. 3. & seq.
Emptio pro persona nominanda per emptorem sustinetur, ita ut facta nominatione retrotrahatur, ac si à principio ipsa contraheret. p. 142. n. 46.

Ens.

De non ente ad ens non potest fieri transitus. p. 457. n. 21. & 26.

Episcopus. Vide *Ordinarius.*

Episcopus intra cujus Diœcesim Prælatus inferior prætendit jurisdictionem in matrimonialibus, & criminalibus, exercet jurisdictionem privativè anteaquam probetur immemorialis. p. 205. n. 43. cum seqq.
Probari tamen debet immemorialis per tres conformes. p. 206. n. 47. & seqq.
Episcopus quando debeat, vel non manuteneri in jurisdictione prætensa per inferiores. ib. n. 53. remissivè.
Episcopus potest esse judex in causa suæ Ecclesiæ. p. 210. n. 13. & seqq.
Episcopus in causa suæ Ecclesiæ reputatur legitimus judex, at si causa tangat jus suum personale nullo modo. ibid. n. 15. & 16.
Episcopus in criminalibus pro offensa sibi illata potest malefactores punire. ibid. n. 17.
Episcopi possunt esse judices in causis suæ Ecclesiæ. ibid. n. 18.
Episcopus in iis in quibus potest esse judex, quæ non spectant ad sui, vel suorum principale commodum, potest etiam convocare Capitulum. ib. n. 19.
Episcopus licèt non prohibeatur de jure esse judicem in causa suæ Ecclesiæ, aut dignitatis, potest tamen ob id recusari. ibid. num. 21. & 22.
Episcopus licèt in causa suæ Ecclesiæ queat ut suspectus recusari, ante recusationem tamen est judex competens, & sententiæ tenet. p. 211. n. 23.
Episcopus si sit de aliquo Collegio sortitur locum non secundum dignitatem Episcopalem, sed secundum antiquitatem dignitatis Collegialis. p. 294. n. 21. & seqq.
Episcopus an sit competens in prima instantia super jurisdictione prætensa per Prælatos inferiores. p. 299. n. 23. cum seqq.
Episcopus cognoscit in prima instantia super jurisdictione prætensa per Decanum, & Archidiaconos in criminalibus, & matrimonialibus ex immemoriali. p. 297. n. 7.
Et interim quod per tres conformes immemorialis probatur, Episcopus exercet, & manutenetur. p. 298. n. 14.
Episcopus licèt in causa tangente suum personale interesse judex esse nequeat, potest tamen in tangente suam dignitatem, & Ecclesiam. ibid. n. 8. cum seqq.
Episcopus in causa suæ Ecclesiæ potest allegari suspectus, dummodo recusationis causa ante omnia proponatur. ibid n. 11.
Episcopus manutenetur in jurisdictione prætensa per Decanum, & Archidiaconos ex immemoriali, interim quod ista per tres conformes probatur. ibid. n. 14. cum seqq.
Ad Episcopum non ad alium inferiorem de jure pertinet omnium causarum cognitio. p. 299. n. 20.
Episcopus ex juris assistentia manutenetur in jurisdictione per alium prætensa. ibid. n. 26.
Episcopus habet in jurisdictione intentionem fundatam de jure. ibid. n. 31.
Maximè in criminalibus, & matrimonialibus vigore Concilii, in quibus etsi inferior alleget immemorialem, Ordinarius manutenetur donec per tres conformes cognoscatur pag. 300. n. 30.
Episcopus sola assistentia juris nitens non manutenetur in jurisdictione constito de privilegio, & quasi possessione contraria. ibid. n. 41. cum seqq.

Epistola. Vide *Imperator.*

Ex aliquot epistolis Pontificum, & Regum Catholicorum ad invicem missis colligitur animus Papæ approbativus recursus ad Regem. p. 52. n. 192.
Quas concordata vocavit Diania. ibid. n. 193.
Epistolæ Papæ, & Principis legis vim habent, & pro lege possunt allegari ibid. n. 194. & 440. n. 52.
Epistola Regis refertur directa Proregi Siciliæ ne patiatur quaslibet litteras Apostol. contra S. Inquisitionem, aut Ministros exequi, donec ad se remissæ examinentur. p. 440. n. 53.

Error.

Error etiam inculpabilis non potest extendere rescriptum ad casum sub verbis non comprehensum. p. 456. n. 10. & seqq.

Eventus.

Quod secundum legem factum est, ex eventu non retractatur. p. 40. n. 96. & seqq. ubi de variis doctrinis.

Victus.

Evicta re data in solutum creditori, nequit creditor agere primæva actione per adjudicatio-

nem jam extinctam, ſed alia nova agere debet. p. 314. n. 20.

Examen. Vide *Cauſa*, *Breve.*

Declaratio S. Congregationis refertur, quæ ad evitanda ſcandala inter Ordinarios, & Religioſos oriuntur propter novum confeſſorum examen. p. 25. n. 42.

Et Doctores, qui videndi circa hoc novum Religioſum examen ad contrahendum. ib. n. 43. & ſeqq.

Examen litterarum Apoſtol. ad retentionem non eget juriſdictione, ſed extrajudiciali cognitione. p. 102. n. 21. & ſeqq.

Examen altius requirit remedium retentionis querela violentiæ, cum hæc actorum inſpectione terminetur. p. 149. nu. 14.

Examen litterarum obtentarum per alienigenam horum Regnorum cadit ſuper mero facto temporali, an ſit originarius, vel extraneus, quod incapax eſt ſpiritualitatis. p. 179. n. 32. & ſeqq.

Examen litterarum in derogationem juriſpatronatus laicorum, aut Regis, cadit ſuper mero facto, an quis ſit in quaſi poſſeſſione juriſpatronatus necne. p. 180. n. 53. & ſeqq.

Exceptio. Vide *Res judicata.*

Exceptio defectus intentionis, vel facti non cenſetur excluſa ab ſtatuto rejiciente omnes exceptiones. p. 60. n. 37.

Exceptio iſta rejecta per pactum de non opponendo, non cenſetur, & admittitur contra executionem. ib. n. 38.

Exceptio defectus intentionis, vel facti poſt terminum datum à judice ad opponendum admittitur. ib. n. 41.

Exceptio defectus intentionis, & facti ex illis eſt, quas judex ſupplere tenetur parte non opponente. ib. n. 42.

De hac exceptione defectus intentionis, qui tractent, & explicent. p. 61. n. 43. remiſſivè.

Exceptio, quæ non debuit admitti, admiſſa tamen nocet. p. 124. n. 58.

Exceptio dilatoria, ſi ſit talis naturæ, ut reddat proceſſum retro nullum, etiam poſt litem conteſtatam admittitur. p. 131. n. 116.

Exceptio modificativa ad unum finem oppoſita ad diverſum in executione opponi poteſt. pag. 369. n. 96.

Exceptio, Papam voluiſſe concurrere cum Ordinario, pertinet judicio ordinario, nec obeſt proviſo per Ordinarium, quominus executionem impediat litterarum Apoſt. p. 470. num. 158.

Statuto prohibente exceptionem omnem contra inſtrumentum publicum, admittitur exceptio, quod inſtrumentum non ſit publicum. ibidem. num. 169.

Etiamſi hæc exceptio requirat altiorem indaginem p. 472. nu. 170.

Et etſi agatur executivè, cum ſit exceptio proveniens ex ipſo inſtrumento. ib. n. 71.

Exceſſus.

Exceſſus viam aliis aperimus, ſi negligenter, quæ uſurpantur omittimus. p. 81. nu. 27.

Exceſſus executoris ſicut eſt nullus, ita pariter, & ſuperioris ſententia illum confirmans. p. 326. n. 42. & ſeqq.

Excluſus.

Excluſus ab agendo, ſeu excipiendo non excluditur à retinendo. p. 124. n. 60.

Excommunicatio. Vide *Cedulones*, *Cenſura.*

Excommunicati ſive per cedulones, ſive alio quovis modo cauſam Senatus remittit Ordinario, quando conſtat ejus percuſſa prima inſtantia contra formam Trident. pag. 349. numer. 53.

Et inſuper adſtringit Senatus partem adducentem cedulones, aut declaratorias, vel ejus agentes, & notarium intimantem, ut ad cautelam ſuis afferant expenſis abſolutionem. ibid. num 54.

Executor, qui violenter excommunicavit, & aufugit, vel præſens, merus tamen carens juriſdictione ad abſolvendum, cogitur pars, aut ejus agentes, ut afferant abſolutionem ad cautelam. ib. n. 55.

P. Enriquez obſervatio circa hoc refertur. p. 350. num. 56.

Si in cauſis violentiæ adeſt excommunicatio oppreſſi emanata è Romana Curia; compelluntur complices in Senatu comparere, & laici detruduntur in carcerem, Clerici verò detenti in civitate coguntur abſolutionem tradere. p. 351. n. 63.

Idem pariter obſervatur, quando violentia facta, aut excommunicatione intimata executor, vel aufugit, vel litteras, & acta miſit Romam. ib. n. 64.

Nemo poteſt ſe obligare, ut abſque contumacia, & cauſæ cognitione poſſit excommunicari, nec ſtylus valet, ut omittatur citatio in executione requiſita. p. 378. n. 54.

Excommunicatio non arctat nec declarat incurſus in eam, ſi in citatione non fuerit inſertus tenor commiſſionis. pag. 411. n. 32. cum ſeqq.

Excommunicationem non incidunt juſta exiſtente cauſa ſuſpendentes executionem litterarum Apoſtol. ad effectum meliùs informandi Sanctiſſimum. pag. 36. n. 66. & à n. 62.

Excommunicatio Papæ contra ſibi legitimè reſiſtentem non ligat quoad Deum. ib. n. 67.

Ab excommunicatione immunis eſt recurrens ad Regem pro Bullarum retentione, cum fiat jure, & Papa permittentibus, accedente legitima retinendi cauſa. ib. n. 68.

Excommunicatio non probanda in Regem, quoties timetur ſcandalum, refertur caſus Zabarellæ. p. 67. n. 43. & ſeqq.

Excommunicatio contra non obtemperantes non ligat non obtemperantem ex cauſa vitandi ſcandali. pag. 75. numero 14. & ſeqq. & numer. 18.

Excommunicationem debet præcedere formalis monitio ad ejus incurſum, aliàs excommunicatio nulla eſt. p. 346. n. 10.

Excommunicatio, & declaratoria ſententia ſunt actus judiciales non probandi, niſi per ſcripturam ſolemniter ſubſcriptam. p. 347. nu. 26. & ſeqq.

Excommunicatio quando alibi conſtare debet neceſſarium eſt inſtrumentum authenticum. p. ib. num. 30.

Excommunicati publicatio fit per lecturam ipſius ſententiæ, ſi per affixionem ſit facienda, affigitur ſententia ipſa. ib. n. 31.

Excommunicationis ſententia lata à judice carente juriſdictione nulla eſt ipſo jure, nec excommunicatum ligat. p. 348. n. 43.

Excommunicatio lata à Delegato ante litterarum præſentationem, vel etiam factam non inſerto tenore earum in monitorialibus eſt ipſo jure nulla ex defectu juriſdictionis. pag. 349. num. 46.

Nec Delegatus poteſt procedere ad ulteriora, de latando incurſum cenſurarum. ibidem numero 47.
Excommunicatio lata per Ordinarium in exemptum nulla eſt ex defectu juriſdictionis. ibid. num. 48.
Excommunicatio lata à judice appellatione pendente eſt nulla ipſo jure juriſdictionis defectu. ib. n. 49.
Excommunicatio, & declaratio nulla ex defectu juriſdictionis non impedit Clerico celebrare, & divinis ſe immiſcere. ib. n. 50.
Excommunicatio lata recuſatione pendente nulla eſt ipſo jure. ib. n. 51. & ſeqq.
Excommunicationem conſtitutionis non incurrit contraveniens, dubitans an ſit recepta. p. 43. num. 122.
Executio, *Executor*, *Executivum*, *Executoriales*. Vide *Adminiſtrator*, *Decretum*, *Via*, *Gratia*, *Contradictor*.
Executor merus carens juriſdictione licitè ſuperſedet in litterarum executione ad effectum reſcribendi ob ſcandalum, aliudve notabile damnum. p. 102. n. 21. & ſeqq.
Executione litterarum jam peracta, an poſſit retentionis remedio oppreſſus uti. p. 118. n. 1. cum ſeqq.
Exequi decretum retentionis litterarum non poteſt directè in repoſitione executionis earum jam facta. p. 121. n. 33. & ſeqq.
Leges Regni loquentes de retentione litterarum Apoſtol. tractant dumtaxat de illarum executione prohibenda, ne fiat, poſt factam tamen nihil ultra diſponunt circa executionis repoſitionem. p. 124. n. 26.
Executio litterarum facta ante recurſum poſtulatum tangi nequit virtute decreti Senatus poſtea adepti. ib. n. 59.
Executor merus intimato proceſſu fulminato ſi non comparet, Senatus nihil agit, executoriales tamen contra inauditum obtentas, poſtea retinet, ut denuò audiatur. pag. 125. numer. 65.
Executionem litterarum jam factam infringere repugnet naturæ recurſus retentionis. p. 127. n. 80. & ſeqq.
Executor licet non poſſit labefactare ſententiam Superioris, ubi tamen adeſt nullitas notoria, tenetur ſuperſedere. p. 129. n. 96.
Ab executore poteſtate carente, licita eſt appellatio ſuſpenſiva. ib. n. 100.
Executore nulliter procedente ad petitionem contradictoris legitimè comparentis, cuncta ante omnia reponuntur in priſtinum ſtatum. ibid. n. 101.
Executio ſicut & ipſæ litteræ impetratæ ad horum Regnorum beneficium per alienigenam ſunt nullæ ipſo jure, cum ſit inhabilis, & incapax. p. 130 n. 111.
Et ideò reponenda ſtatim per executorem quandocunque compareat fiſcalis, vel alius originarius. ib. n. 112.
Per executionem præcedentem, nulliter factam res non deſinit eſſe integra. p. 131. num 113. & ſeqq.
Executio, & immiſſio in poſſeſſionem beneficii juriſpatronatus nequit fieri, quæ inferat præjudicium poſſeſſioni patroni data non præſentato. p. 132. n. 125 & ſeqq.
Executionem litterarum attentatam, & nullam declaravit Rota, eò quod non fuit facta cum prælentato per patronum ad idem beneficium. ib. n. 128.
Executione litterarum jam facta utilius erit ante recurſum retentionis intentandum comparere coram executore, allegando exceptionem, & petendo repoſitionem à quo denegata appellare, & in Senatu uti utroque remedio retentionis, & vim fieri, ut reponat. p. 134. num. 142.
Executionem ſententiæ latæ contra ſuum auctorem regulariter non impedit ſucceſſor, impedit tamen ſi ſuccedat alio jure, quàm hæreditario niſi fuiſſet citatus. p. 154. num. 14. & ſeqq. à n. 11.
Executio non ſit in renuntiantem juri connexo & inſeparabili, quin refert inſeparabili præjudicium alteri non renuncianti. p. 160. num. 37. cum ſeqq.
Executio ſententiæ latæ contra unum ſuſpenditur in totum ejus reſpectu, ſicut omnium habentium jus complicatum, & continens inſeparabile præjudicium. pag. 162. num. 48. & ſeqq.
Secus proportione condemnati admittente diviſionem, & ſeparabilitatem. ib. n. 50.
Qui non exequitur bona diſtrictè cœpta ex negligentia, manum deſtruentis imitatur. p. 191. n. 49. & 50.
In juribus complicatis executio ſententiæ tam reſpectu condemnati, quàm non condemnati ceſſat p. 201. n. 24. & ſeqq.
In executivis percuti etiam dicitur prima inſtantia Ordinarii. p. 216. nu. 10.
Ex conſtitutione Gregorii XIII. loquente in caſu ſpecialiſſimo Brevis Cameralis nonnulli occaſionem ſumpſere, firmare in viis executivis generaliter non lædi Trident. etſi executio alibi quam coram Ordinario petatur, & decipi oſtenditur. p. 245. num. 12. cum ſeqq.
D. conſtitutio noluit affigere regulam generalem, quod in omnibus viis executivis ceſſet Trident. diſpoſitio, cùm extra executionem Brevis in aliis procedatur judicialiter, & ceſſet reſervationis ratio. ib. n. 15.
Executio extrajudicialis Brevis Cameralis quando in judicialem mutatur ob oppoſitionem legitimi contradictoris; mutatur etiam diſpoſitio Gregoriana, ita ut Ordinario pertineat in prima inſtantia cognitio. ib. n. 16.
In executivis forus debitoris attenditur, ſicut in cæteris cauſis Ordinariis. ib. nu. 18.
Executio peti nequit ex obligatione Camerali coram Metropolitano abſque conſenſu Ordinarii debitoris. ib. n. 19.
Executio obligationis ſi coram non Ordinario petatur contra uſitatum ſtylum univerſalem Senatus cauſam Ordinario remittit. p. 146. num. 20.
Ratio, qua movetur Trident. ad præſervandam primam inſtantiam Ordinario militat in viis executivis, ſicut & in aliis Ordinariis. ib. n. 21.
Ratio finalis Trid. in favorem ſubditorum inducta, ne extrahantur in prima inſtantia à ſuis Provinciis, pariter militat in viis executivis. ib n. 36.
Conſtitutionis Greg. XIII. principalis intentio fuit, declarare caſum ſpecialiſſimum in executione Brevis Cameralis non lædi formam Trident. ratione reſervationis beneficii, quæ ultra illum ad alia executiva omiſſa, & relicta ſub regula univerſali Trident. attendi non debet. p. 247. nu. 37.

Executionem coram alio judice petitam Senatus in dies remittit Ordinario in prima inſtantia. ib. n. 38.
Conſtitutio Gregoriana limitate conſuluit Brevi Camerali, non extendenda ad cæteros caſus executivos omiſſos. ib. n. 41. & ſeqq.
Executio ſententiæ latæ contra unum ex habentibus jus complicatum, & inſeparabile impeditur etiam reſpectu condemnati. p. 256. n. 66. remiſſivè.
Executionem poteſt impedire Prælatus, aut poſſeſſor majoratus condemnatus tanquam talis, ex jure proprio particulari non tangente dignitatem. p. 295. n. 39. & 40.
Executionem executorialium obtentarum ablata prima Ordinarii inſtantiâ, an poſſit evitare prorogans ex hoc capite. pag 326. à num. 44. & ſeqq.
Eraſm. à Cochier in propoſito refertur. ibid. numer. 45.
Executio executorialium obtentarum contra formam Tridentin. in cap. cauſæ omnes, nec in prorogantem fit conſentiente Ordinario, quam in totum excludit jurium complicatio, & connexitas. ib. n. 46. & ſeqq.
Mandatum de exequendo poſt rem judicatam realiter non executum poſſeſſorem condemnatum poſſeſſionem non privat, nec lis finitur. p. 313. n. cum ſeqq.
Executio rei judicatæ peti poteſt uſque ad triginta annos actione in factum, vel officio judicis. p. 314. n. 15.
Executio rei judicatæ requiritur, ut lis dicatur finita. ib. n. 17. & à n. 10. cum ſeqq.
Executis ſemel litteris gratioſis, vel executorialibus in Rota obtentis, controverſia ſuper poſſeſſione mota immiſſio pertinet Ordinario non executori. ib. n. 21. cum ſeqq.
Executione litterarum, vel executorialium facta expirat Delegati juriſdictio. ib. nu. 22. & ſeqq.
Executione ſemel peracta, ſuper controverſia activa, vel paſſiva, ad Ordinarium erit recurrendum. ib. n. 28. & ſeqq.
Executor gratiæ cum clauſula (inducentes, & defendentes) habet juriſdictionem ad defendendum jam immiſſum à moleſtiis. pag. 215. num. 29.
Quod in Gallia non admittitur, ſed quia expiravit juriſdictio per actualem executionem, ad Ordinarium recurrendum. ib. n. 30.
Quod & idem ſervatur in Hiſpania in diſpoſitione Concil. Trident. in Senatu dari reſcriptum, ut cauſa remittatur Ordinario, firmat Riccius. ib. nu. 31.
Executores meri cum clauſula (cæterum) nequeunt poſt peractam executionem juriſdictionem amplius exercere obſtante Tridentini decreto, ſed ad ordinarium erit recurrendum. ib. n. 32.
Executoris ſpecialis datio ad gratiam redditur nulla ex defectu formæ Trident. & executor juriſdictione caret. p. 362. num. 6. cum ſequentibus.
Executoris datio, & commiſſio eſt acceſſoria ad gratiam principalem. ib. n. 12. ſeqq.
Executoris datio ad gratiam, & ipſa gratia ſeparationem habent inter ſe, & ſeparabilitatem. p. 363. n. 16. & ſeqq.
Executoris datio licèt ſit inefficax, & nulla ob defectum Tridentin. gratia principalis intacta remanet quoad ſubſtantiam, tradenda impetranti per Senatum, ut illa utatur coram ordinario, cui cauſæ ſit remiſſio. ibidem numero 22.
Executor certus eſſe debet de ſua juriſdictione per originales litteras non per exemplum minus ſolemniter deductum. p. 368. n. 75.
Executor nequit ante litterarum præſentationem exercere actum juriſdictionalem. ib. n. 81.
Executor executorialium contra creditorem obtentarum nequit exequi ejus debitorem à quo aliàs debitum via executiva conſequi non poteſt, niſi prius convento coram ſuo Ordinario. p. 383. n. 11. & 12.
Ab executione contra neminem eſt incipiendum, ſed judicium, & condemnatio debet præcedere. ib. n. 15.
Executio, & executorialium expeditio pertinet judici, qui ultimam ſententiam tulit confirmando, vel infirmando priores. p. 385. num. 2. cum ſeqq.
Executio expeditur à judice, qui ſententiam executivam tollit non ab Ordinario, nec ab alio, niſi ad ejus commiſſionem. ibidem numero 5.
Qui præoccupavit juriſdictionem in cognoſcendo præoccupat in exequendo. p. 384. n. 15.
Executio realis non perſonalis pertinet judici ſæculari, ubi competens fuit ad cognoſcendum de cauſa clerici. ib. n. 16.
Antonius Diana contrarium inadvertenter tenens contra Authorem carpitur. ibidem numero 17.
Executionis cauſam remittit Senatus Ordinario quando tacitè, vel expreſsè ejus ſententia tranſivit in rem judicatam. pag. 386. num. 37. & 38.
Executionis cauſa quando eſt remittenda ordinario, executoriales legitimæ expeditæ per judicem appellationis tradendæ ſunt parti, ut illis coram Ordinario utatur. ib. n. 38.
At ſecus quando ſententia Ordinarii ex aliquo accidente tranſivit in rem judicatam, quia tunc cùm ad ipſum pertineat executio, ita & executoriales expedire; quod ſi fecerit ſuperior executoriales ſuæ retinentur in Senatu tanquam nulliter, & ſine juriſdictione fabricata, & cauſæ ſimpliciter fit Ordinario remiſſio. ib. n. 39.
Executio gratiæ ſuper beneficio reſervato directa Ordinario, ſi ejus alteretur natura, & debeat procedere in via ordinaria, tunc juriſdictione ordinaria procedit. pag. 458. numero 28.
Executoris datio ad gratiam ceſſavit, ergo gratia amiſit privilegium executivum, falſa oſtenditur argumentatio. ib. num. 32. & ſeqq.
Bullæ gratioſæ tres continent partes, rem poſtulatam, & conceſſam, executionem, quam de jure merentur, & executoris dationem. ibid. n. 33.
Executoris datio ad gratiam, ſi ſit nulla, cætera ejuſdem intacta remanent. ib. n. 34.
In omnibus caſibus in quibus litteræ gratioſæ remiſſæ Ordinario per Senatum amittunt privilegiatam executionis naturam, Ordinarius via ordinaria tenetur procedere, & hac via partes audire. p. 459. n. 37.
Executionem paratam habent litteræ Apoſtol. ob illam reverentiam. ib. n. 39.
Executivum privilegium inhærens litteris Apoſtolicis, aut inſtrumento guarentigiato non alteratur,

alteratur, & nec mutatur per Judicum variationem, & mutationem. ibid. n. 44.
Sed quocumque vadant, & coram quocumque judice agatur ex eisdem executivam viam retinent non admittendam. ibid. n. 45.
In executione litterarum gratiæ magis extrajudicialiter, quàm judicialiter proceditur. p. 461. num, 59.
Ad executionem litterarum si allegetur aliquid requirens altiorem indaginem, in quo cum detur instantia, hæc ab Ordinario auferri nequit. ibid. n. 60.
Executoris litterarum jurisdictio ubi cessat, nequit gratiam exequi, sed per Senatum Ordinario remittendam. ib. n. 61.
Executor ad beneficium reservatum potest executivè procedere, nisi compareat legitimus contradictor, aut possessor, quorum causam executor remittit Ordinario, vel per Senatum remittendam. ib. n. 62.
Executiva via etsi instantiam non habeat, Ordinario pertinet. ib. n. 63.
Executio petita coram alio judice, & orta competentia per Ordinarium declaratum competentem, non alteratur, sed coram eo eadem executio postulatur. p. 460. n. 49.
Executor si ex verbis gratiæ tenetur assumere partes judicis, an possit cognoscere in prima instantia, etsi subscriptio deficiat; assertio Augustini Barbos. & Novarii refertur. p. 462. num. 64.
Negativè resolvitur contra ipsos. ibid. num. 65. & seqq.
Si executor tenetur assumere partes judicis ex verbis gratiæ si ejus commissio fuerit subscripta, potest cognoscere in prima instantia, nec tenetur eam Ordinario remittere, ibid. num. 67.
Si autem subscripta non sit, partes judicis non assumit, sed causam Ordinario remittit. ibid. n. 68. & seqq.
Executor gratiæ, ut possit via Ordinaria procedere duo requiruntur, quod ex verbis gratiæ teneatur judicis partes assumere, & quod ejus commissio sit subscripta propria manu Sanctissimi. ib. n. 70.
In omnibus in quibus executor gratiæ poterat de jure communi, & debebat cognoscere in via Ordinaria, in iis hodie ex Tridentin. pariter Ordinarius (cui fit per Senatum remissio) Ordinariè procedere debet. ibid. num. 75.
Et è converso in quibus executor jure communi attento in via executiva procedere tenebatur, pariter hodie Ordinarius tenetur, quando ei fit per Senatum remissio. ibid. n. 76.
Executor grariæ ad immittendum in possessionem est suapte natura merus executor, ita ut in eo non procedat dispositio c. statutum, de rescript lib. 6. p. 463. n. 77.
Et quando tunc fiat mixtus per comparitionem legitimi contradictoris. ib. n. 78. & seqq.
Executor gratiæ ad immittendum regulariter procedit extrajudicialiter, nisi adsit possessor, aut legitimus contradictor compareat, quo casu judicialiter procedit. ibidem numero 79.
Executor gratiæ nequit hodie ex Trident. assumere partes judicis in prima instantia (ubi aliàs de jure communi poterat) cùm hæc Ordinario pertineat, nisi sua commissio fuerit subscripta. n. 80.
Executor gratiæ in Francia non habet aliquam causæ cognitionem, sed solam executionem puri & nulli facti, ita ut causæ cognitio Ordinario remittatur. ib. n. 81.
In Hispania executores cognoscunt de executione, requirentia tamen altiorem indaginem Ordinario tenentur remittere. ibidem numer. 82.
Quod intellige in beneficiis reservatis, in quibus quoad executionem meram, & extrajudicialem cognitionem subscriptione non indigent, in cæteris tamen non reservatis nec de executione cognoscere valent, nisi sua sit commissio subscripta. ibid. n. 83. & seqq.
Nicolaus Garcia asserens executorem gratiæ, ubi adest legitimus contradictor, pronunciare diffinitè, procedit de jure communi non ex Trident. juxta Flores de Mena, quem ipse perperam reprobat. ib. n. 85.
A regula prohibitiva Trident. solum excipiuntur executores ad beneficia reservata; ergo in cæteris inviolata manet, ita ut egeant subscriptione. p. 464. n. 86.
Executor gratiæ potest summariè cognoscere de legitimitate contradictoris, suspensa principali cognitione, quæ in via Ordinaria pertinet Ordinario. ibid. n. 89. 90. & 91.
Executor pro immittendo provisum Apostol. possessione vacante, non tenetur aliquem citare. ib. n. 92.
Executiva via cessat, & Ordinaria agendum erit, ubi ad immissionem concurrit paritas titulorum. p. 465. n. 99.
Secundus executor ad gratiam datus in defectum prioris quando acquirit jurisdictionem. p. 466. n. 100. remissivè.
Secundus executor datur ad viam executivam in negligentiam prioris, quæ atque ejus jurisdictio cessant, comparente legitimo contradictore, cujus causa ordinariè erit tractanda. ib. n. 101.
Executor primus transactis triginta diebus, an possit re integra etiam invito impetrante exequi gratiam sibi commissam. ib. n. 102.
Et quid quando post triginta dictos dies declaravit non posse procedere. ibid.
Executor ante immissionem tenetur quærere, & citare possessionem, si adest, vel si litteræ sub intrusione sint expeditæ, & eum in via Ordinaria, non executiva (quam rectè impedit) audire. ib. n. 105.
Executor merus quando efficiatur mixtus. p. 467. num. 113.
Executor quando in Pullarum executione debet assumere partes judicis, & via Ordinaria audire si servata forma Trident. fuisset datus, ita & iis casibus Ordinarius procedere debet Ordinariè, facta sibi per Senatum Bullarum remissione. p 473. n. 202.
Sententia vulnerans instrumentum executivum, si fuit nulla, non impedit ejus executionem. p. 131. n. 116.
Executiones omnes sunt comprehensæ sub dispositione universali Trident. in c. causæ omnes. ib. à n. 39.
Nec aliud disposuit constitutio Gregor. XIII. ut ostenditur. ib. n. 41. usque ad 57.
Litterarum executionem jam peractam Senatus virtute decreti retentionis per se ipsum reponere nequit. p. 137. n. 1.
Ad litterarum Apostol. executionem nunquam

unus

unus solus nominatur executor, ut sic provideatur impedimentis contingentibus. p. 138. num. 5.
Litterarum Apostol. executio directa judicibus particularibus per Senatum remittitur Ordinario, cui prima instantia competit deficiente subscriptione propriæ manus Sanctissimi. p. 143. n. 61.
Sicuti in substantialibus idem est dispositum in patrimonialibus, quod in beneficiis patronatus laicorum, idem quoad executionem dispositum est intelligendum. p. 146. num. 105.
Executor specialiter datus à Sede Apostolica ad executionem litterarum nullum habet in Regno Superiorem, ad quem recurratur pro earum suspensione. p. 137. n. 1.
Per decretum violentiæ executorem vim facere, & reponere intimatum executori, & facta repositione, decretum retentionis plenum consequitur effectum. ib. n. 2.
Executore mortuo, vel absente extra Regnum, à quo repositio peractæ executionis fit facienda virtute decreti violentiæ? ibid. numer 3.
Executoribus pluribus in solidum nominatis per præventionem unius cæteri non excluduntur perpetuo, sed illo mortuo, aut absente unus ex superstitibus prosequitur causam in eodem statu. p. 138. n. 6.
Cap. cum plures, 8. de officio Deleg. lib. 6. expenditur, & latè exornatur. ibid. & numer. seqq.
Si plures sint superstites executores nominati, quis eorum adimplere tenetur decretum Regium violentiæ. ibid. n. 10 & seqq.
Executore mortuo, electionem præventivam unius ex superstitibus nominatis pertinere utrique parti, constanter tuetur Author contra Paz. ib. n. 14. & seqq.
Executore, qui cœpit causam, longè absente potest unus ex superstitibus in commissione nominatis eam reassumere in eodem statu, & prosequi. p. 141. n. 36.
Executore mortuo, vel absente, qui vim intulit, quando poterit recurri ad Ordinarium pro repositione possessionis, & attentatæ executionis. p. 143. n. 60.
Referuntur quamplurimæ provisiones Regis expeditæ in variis occasionibus ad impediendam executionem Litterarum Apostol. expeditarum in Romana Curia in præjudicium primæ, & ulterioris instantiæ S. Inquisitionis, vel aliter infringentium sua privilegia. p. 4,9. n. 46. usque ad n. 51.

Executoriales. Vide *Tertius.*

Executoriales obtentæ in Rota, ubi causa cœpta fuit in prima instantia non concurrente consensu partium, & Ordinarii, tanquam nullæ non præstant impedimentum, quominus retentæ in Senatu, causa denuo tranctanda Ordinario remittatur. pag. 303. à num. 13. cum seqq.
Executoriales contra formam Concilii obtentæ sunt nullæ ex defectu jurisdictionis. ibid. n. 14. cum seqq.
Executoriales obtentæ ablata prima instantia Ordinario absque ejus simultaneo consensu retinentur in Senatu illi remissa causa denuo cognoscenda. p. 326. n. 43. & seqq.
Executoriales obtentæ in prima instantia contra formam Tridentin. super articulo incidenti, puta, manutentione, multo magis retinentur in Senatu. p. 327. n. 57. & seqq.
Executoriales obtentæ in Rota per contradictas, pendente recursu retentionis, aut remissionis monitorialium percutientium primam instantiam, an sub decreto retentionis, aut remissionis lato, aut ferendo per Senatum comprehendantur. p. 323. num. 1. cum seq.
Executoriales obtentas non comprehendi sub decreto Tridentin. in cap. causæ omnes pluries, & S. Congregatio, & Rota declararunt. ibid. num. 2.
Executoriales obtentæ in Rota termino monitorialium suspenso per recursum pendente in Senato nullæ sunt. p. 325. n. 31.
Executoriales in Rota nulliter obtentæ nullum præstant impedimentum protectioni Trid. ibid. num. 32.
Executoriales contra indefensum utentem sub severo Regis recursu fraudulenter obtentas, ipso pendente super monitorialibus percutientibus primam instantiam retinet Senatus, ut causa noviter coram Ordinario incipiatur. p. 328. n. 63. & seqq.
Declarationes S. Congregat. dicentes per cap. causæ omnes non excludi executoriales obtentas pertinent tantum ad inferiorum jurisdictionem prætensam, de quo in §. ad hæc ejusdem. ibid. n. 72.
Executoriales obtentæ contra formam Trid. præservantis primam instantiam Ordinariis sunt nullæ ipso jure ex defectu jurisdictionis. ibid. num. 73.
Executoriales contra formam Trid ante recursum ad Regem obtentas, si retinet Senatus, multo magis eo pendente obtentas retinebit. ibid. n. 74.
Executoriales legitimè per Superiorem expeditæ quo actio in factum ex eis proponitur contra debitorem condemnatum ibidem tamen non repertum, traduntur vincenti, ut illis utatur coram Ordinario. p. 366. n. 55.
Executoriales expediuntur in Rota ad quam causa legitimè fuerat devoluta, in partibus exequendæ, & committendæ. p. 380. n. 1. cum seqq.
Executoriales Romæ expeditæ contra creditorem, an in ejus debitorem licitè diriganter, ita ut iste recurrens nequeat in Senatu obtinere remissionem Ordinario. ibid. num. 2. & seqq.
Executoriales contra creditorem expeditæ exequuntur contra ejus debitorem adstrictum ex guarentigia, aut debitum confitentem. ibid. num. 3.
Nec tunc causa ejusdem recurrentis ad Senatum Ordinario remittenda. ibid. n. 4.
Executoriales contra creditorem Romæ expeditæ non diriguntur contra ejus debitorem Clericum non adstrictum guarentigia, sed ejus causa remittenda Ordinario per Senatum. ib. n. 5. & seqq.
Executoriales obtentæ contra unum quæ tertio non nocent, licet istius causam Ordinario remittat Senatus executoriales non retinet, sed vincenti tradit; ut contra comprehensos illis utatur coram executore. p. 382. n. 24.
Quod procedit in similibus aliis litteris in prima instantia contra unum licitè expeditis, contra alios verò non, sed horum causam Senatus remittit Ordinario. ibid. n. 25.

Executoriales an ſint expediendæ à judice ad quem vel à judice à quo valdè controverſum eſt. p. 383. n. 1. cum ſeqq.
Executorialium expeditarum per Superiorem (ad quem legitimè devoluta fuit cauſa) remiſſio non fit per Senatum Ordinario, quia ejus prima inſtantia percuſſa non dicitur. p. 384. num. 18.
Niſi in duobus caſibus in quibus limitationem patitur regula generalis. ib. n. 19.
Cauſa executionis quando eſt remittenda Ordinario, executoriales legitimæ expeditæ per judicem appellationis tradendæ ſunt vincenti, ut illis coram Ordinario utatur. p. 386. num 38.
At ſecus quando ſententia Ordinarii ex aliquo accidenti tranſivit in rem judicatam, quia tunc cum ad ipſum pertineat executio, ita & executoriales expedire, quod ſi fecerit Superior, ſuæ executoriales retinentur in Senatu tanquam nulliter, & ſine juriſdictione fabricatæ, & cauſæ ſimpliciter ſit Ordinario remiſſio.

Exemplum, exempla. Vide *Tranſſumptum. Sumptum.*

Exemplo apum & gruum Reges dantur ad regimen, & protectionem Vaſſallorum. p. 10. num 74.
Deciſio Rotæ ſingularis refertur circa fidem adhibendam exemplo litterarum Apoſtol. plura continens. p. 368. n. 84.
Exemplum ſupplicationis ſubſcriptæ an in Senatu probet ſubſcriptionem propriæ manus. p. 484. n. 1. cum ſeqq.
Exemplum deſumptum à protocollo vitiato fidem non facit, uti productum à radice infecta. ibid. n. 5.
Exemplum ſupplicationis ſubſcriptæ ſolemniter deſumptum integram fidem facit in Senatu ad docendum de ſubſcriptione commiſſionis. p. 405. n 12. cum ſeqq.
Exemplum rectè deſumitur ex ſignatura, & ſupplicatione ſubſcripta in iis in quibus in judicio fidem facit. ibid. n. 6.
Exemplum redditur de Cardinali expulſo à Regno Franciæ turbante Regni ſtatum. p. 83. numer. 56.
Aliud ſimile exemplum reperitur in Hiſpania ex qua Nuncius Apoſtolicus fuit expulſus eadem cauſa. tbid.

Exemptus, Exemptio. Vide *Religio.*

Exemptus citatus, ut extra ſuum Regnum, vel Provinciam, in qua ſuum Conſervatorem habet, reſpondeat an uti poterit Regalia protectionis, ut Senatus cauſam ſuo conſervatori remittat. p. 257. n. 79.
Exempti in prima inſtantia nequeunt revocari ad Curiam Roman. juxta pacta inter Papam, & Reges Hiſpaniæ, Franciæ, Belgiique Principes. p. 258. n. 80.
Exempti evocati extra Regnum habent jus revocandi domum ad Judices ſuos Conſervatores ex privilegio. ibid. n. 81.
Exemptis evocatis extra Regnum licet querela ſupplicare Pontificem, imò etiam Conſervatoris officium invocare, quibus favet Trident. in cap. cauſæ omnes. ibid. num. 82. & ſeq.
Exemptorum protectio evocatorum ad Romanam Curiam in prima inſtantia provenit tàm ex protectione univerſali Regis, quàm ex ratione Trident. ib. n. 86.
Exempto ſimul conceditur facultas eligendi Conſervatorem, ne cum tanto diſpendio cogatur litigare in Romana Curia. ibidem numero 87.
Exempti quibus ad majorem favorem datur Conſervator in ſua Provincia, amitterent privilegium Juris Communis, ſi per reſcriptum non ſubſcriptum ab eo avocarentur cauſæ in prima inſtantia, vel ſi illi vocarentur ad Curiam Romanam. pag. 259. num. 96.
Exempti ſunt prohibiti extra Regnum eligere Conſervatorem, ne naturales moleſtentur ex decreto Senatus impreſſo 66. in ordine ibid. n. 97. cum ſeqq.
Exempti Religioſi, & alii licitè uti poſſunt protectionis Regalia, & recurſu, ſi contra eos impetretur commiſſio non ſubſcripta propria manu Sanctiſſimi in prima inſtantia, ut retineantur in Senatu, remiſſa cauſa Conſervatoribus ſuis. p. 260. n. 102.
Exemptio quantumvis ampliſſima nihil prodeſt exempto aſſumenti qualitates, ob quas ſubeſt Ordinario. p. 294. n. 20. & ſeqq.
Qualitates diverſæ poſſunt concurrere in eodem corpore, ita ut ratione unius detur exemptio, ſecus reſpectu alterius. ibid. n. 23. cum multis ſeqq.
Exemptio à ſolutione conceſſa per Regem alicui privato cedit in damnum Regis, non Regni concedentis certam ſummam. pag. 96. à num. 55.
Exemptio à juriſdictione ordinaria non inducitur, quando Eccleſia, aut Hoſpitalis alterius protectioni committitur. p. 16. n. 158.
Exemptus nequit prorogare juriſdictionem alterius in præjudicium ſuperioris. p. 159. n. 24. & ſeqq.
Exemptioni ab Ordinario non poteſt Abbas renuntiare abſque ſui Conventus conſenſu. pag. 160. n. 30.
Exemptus licet poſſit prorogare juriſdictionem Ordinarii, id procedit, quando non redundat in alterius præjudicium, ſed prorogantis tantùm. ib. n. 32. & ſeqq.
Exemptio Vicorum ab aliqua civitate ad Regem pertinet, & loco exempto aſſignare. p. 167. num. 10.
Locus exemptus Prælati à juriſdictione Epiſcopi, non deſinit eſſe de Diœceſi, & in Diœceſi Epiſcopi. p. 205. n. 35. & 36.
Eximere appellantem ab inferioris juriſdictione quoad alias cauſas ſeparatas, nequit ſuperior. p. 213. n. 6.
Exempti Religioſi etſi ſuæ renuntient exemptioni, & in Ordinarium conſentiant, Senatus eorum cauſas Ordinario non remittit. p. 253. n. 15. & ſeqq.
Exempti ab Ordinario, & immediatè ſubjecti Papæ abſque ejus conſenſu nequeunt exemptioni renunciare. ib. n. 16.
Quia in Papæ præjudicium renunciare nequeunt. ib. n. 17. cum ſeqq.
Exemptum ab Ordinario abſque Pontificis (cujus exemptio intereſt) licentia renunciare nequit exemptioni. ib. n. 19. & ſeq.
Per exemptionis privilegium regulares efficiuntur immediatè ſubjecti Sedi Apoſtolicæ abſque cujus licentia in aliam nequeunt conſentire juriſdictionem in illius præjudicium. pag 254. num. 36.

Exem-

Exemptionis privilegium qua ratione concedi ſoleat Religioſis. ib. n. 37.
Exemptionis jus ita eſt conjunctum cum jure ſuperioris, ut commodè ſeparari nequeat. ibid. num. 38.
In exemptionibus Eccleſiaſticis non datur ſeparatio inter exemptos, & Sedem Apoſtolicam; in aliis verò in præjudicium ſolius renuntiantis, non tamen ſuperioris. ibidem numero 39.
Exemptioni ab Ordinario in favorem privati & ſingulorum liberè qui renunciat. p. 256. numero 67.
Per exemptionis renunciationem validam Ordinarius ipſo jure recuperat juriſdictonem. ibid. num 68.
Exemptus non ſubmiſſus immediatè Sedi Apoſtolicæ poteſt prorogare juriſdictionem Ordinarii, & eidem ſe ſubmittere. p. 257. num. 70. & ſeqq.
Exempti renuntiatione invalidè facta Senatus non utitur regalia protectionis in favorem Ordinarii, cum Tridentin. in cap. cauſæ omnes in exemptis non procedat ibidem numero 75.
Paulus Piaſequius reprobatur, dicens, Religioſos maximè cum toto Conventu poſſe renunciare exemptioni, & ſe ſubmittere Ordinario. ib. n. 76. & ſeqq.
Contra reos exemptos in judiciis mixtis Nuncius validè expedit commiſſionem in prima inſtantia. p. 290. n. 30. cum ſeqq.
De exemptorum cauſis cognoſcit Legatus à latere. p. 291. n. 33.
Cognitio de exemptis eſt de reſervatis Sedi Apoſtolicæ, quam repreſentat Legatus de latere. ibid n. 34.
Inter plures Reos conveniendos in actionibus mixtis ſive Clericos, ſive laicos ſi adſit exemptus, Nuncius uti omnium ſuperior Eccleſiaſticus licitè expedit commiſſionem in prima inſtantia per Senatum non retinendam. ibid. num 36.
Exempti ſubſunt immediatè Sedi Apoſtol. de quorum cauſis Conſervatores, non Ordinarii cognoſcunt. p. 292. n. 1.
Exemptus ad parochialem, munus vel non exemptum promotus coram Ordinario conveniunt in tangentibus parochialem, vel munus. ibid. num. 2.
Religioſus vel alius exemptus promotus ad parochialem non ſubjectam Prælato Monaſterii eximitur à Prælati poteſtate, & ſubintrat juriſdictionem Ordinarii reſpectu parochialis, ibid. num. 3.
Exemptus ob Religionem ſi ratione parochialis ſubjectæ Ordinario contrahat, vel delinquat, etiam familiares Cardinalium ſubſunt juriſdictioni Ordinarii. p. 293. n. 5.
Etſi ſit familiaris Papæ. ib. n. 6.
Niſi poſſeſſio beneficii nondum ſit exempto quæſita. ibid. n. 7.
Exemptus ratione rei non exemptæ Ordinario ſubeſt, quamdiu in ejus adminiſtratione deget. ibid. n. 9.
Exemptus effectus prior Monaſterii coram Ordinario convenitur. ibid. n. 10.
Exemptus ſubeſt Ordinario ratione officii, vel publicæ functionis. ib. n. 11.
Contra exemptum commiſſio non ſubſcripta in tangentibus adminiſtrationem non exemptam retinetur in Senatu remiſſa cauſa Ordinario. ib. num. 12.
Concilii Trident. decretum refertur, quo diſponitur, exemptum quemlibet ratione beneficii ſubeſſe Ordinario. ibid. n. 13.
Quod exornatur ſingulari Rotæ deciſione continente plurimas mirabiles doctrinas. ibidem numero 14.
Exemptioni ex privilegio prævalet qualitas ſuperveniens habens à Jure communi certam determinationem quando utraque concurrit. p. 294. n. 24. cum multis ſeqq.
Qualitates diverſæ poſſunt concurrere in eodem corpore, ita ut ratione unius quis ſit exemptus, ratione verò alterius ſit Ordinario ſubjectus. ibid. n. 23.
Super exemptionis exceptione Ordinarium non poſſe cognoſcere, qui teneant. pag. 297. numero 4.
Super exemptione oppoſita coram Ordinario iſte cognoſcere nequit. ibid. n. 6.
De exemptione competente ex privilegio non ex conſuetudine Ordinarius cognoſcit. p. 298. num. 12.
Exemptionem allegans ſupponit per neceſſe antecedentem ſubjectionem, & Diœceſim. pag. 299. num. 25.
Exemptio ab Epiſcopo conceſſa, an valeat in præjudicium ſucceſſorum. ib. n. 29.
Exemptionem prætendens ab Ordinario ex immemoriali poſſeſſione ſola non obtinet manutentionem contra Ordinarium. pag. 300. num. 44. & 45.
Secus ſi cum poſſeſſione oſtendat ſimul privilegium. ib. n. 57.
Nuncius virtute clauſulæ (cum poteſtate Legati de latere) cognoſcit de cauſis exemptorum Sedi Apoſtol. immediatè ſubjectorum. p. 253. numero 17.
Eraſmus à Cochier confusè loquens de Legatis miſſis non habentibus juriſdictionem in exemptos, declaratur. ibid. n. 19. & 20.
In exemptorum cauſis facta commiſſio Ordinario à Canone etiam tanquam S. Apoſtol. delegato, an uti Ordinarius, an uti delegatus procedat. p. 358. n. 32. & ſeqq..
Ab Epiſcopo procedente Juriſdictione delegata contra exemptos ad Papam appellatur. ibidem numero 33.
In cauſa commiſſa Ordinario contra exemptos uti delegatum procedere, dixit Eraſmus à Cochier. ibid. n. 34.
Contrarium, ut verius defendit Author ib. nu. 35. & ſeqq.
Exemptio ſupponit anteriorem ſubjectionem Ordinario de jure communi. ib. n. 37.
Exemptionis impedimentum tollitur, data Ordinario facultate à Canone, ut liberè procedat in cauſa exempti. ib. nu. 38.
Semel exemptionis, & avocationis impedimento ſublato, & ceſſante, in aliquo caſu Ordinarius ipſo jure recuperat juriſdictionem in exemptum. ib. n. 39.
Auguſtin. Barboſ. obſervatio, quod facta commiſſio Ordinario à Canone in exemptos procedat in eos poteſtate ordinaria, cum ſemel ſublatum ſit impedimentum, & ſubintret jus commune recuperatum. p. 359. n. 47.
Eraſmus à Cochier contrarium ſentiens manifeſtè convincitur. ib. n. 48.
In cauſis exemptorum in quibus à jure datur Ordinario cognitio etiam tanquam S. Apoſtol. delegato commiſſio non ſubſcripta retinetur

per

per Senatum, Ordinario remiſſa cauſa in prima inſtantia. ib. n. 49.
Caſus in quibus Ordinarius procedit in exemptos. ibid. n. 50. remiſſivè.
Exemptio Clericorum, & eorum bonorum non extenditur ad neceſſitatem naturalis defenſionis. p. 27. n. 66. & ſeqq.
Exempti ſi non habent judicem in Regno, apud Regem conveniuntur, ne in eo deficiat juſtitiæ adminiſtratio contra commune, & publicum bonum. ibid. n. 68.

Exhibitio, Exhibere.

Sola exhibitio privilegii abſque poſſeſſione exemptionis non violenta, nec clandeſtina non ſufficit ad excludendum Ordinarium à manutentione. p. 299. numero. 30.
Ex ſola exhibitione privilegii (quod reſpicit petitorium) non privatur Ordinarius poſſeſſione ibid. n. 33.

Expenſæ.

Ad expenſarum refectionem non teneri, qui una via omiſſa, aliam aggreditur, paſſim obſervat Rota. p. 153. n. 7. & 9.
In expenſis condemnare debet Senatus frivolè & calumniosè utentem ſalubri remedio retentionis litterarum Apoſtol. p. 182. n. 82.
Fidejuſſorem de ſolvendis expenſis impetranti, præſtare prius decet oppreſſus, antequam ſibi tradatur proviſio ordinaria retentionis petitæ, & procuratorem Senatu dimittere juxta duo decreta Senatus relata. ibidem numero 83. cum ſeqq.
Victor poteſt appellare ab omnione condemnationis expenſarum, ſi prævenerit victum in appellando. pag. 423. numero 45. & ſeqq.

Expreſſum, Expreſſio. Vide *Avocatio.*
Extrajudicialiter. Vide *Executor.*

Extrajudicialem inſtructionem tantum, non judicialem indagationem requirit examen litterarum ad retentionem. p. 177. n. 17. & ſeqq.
Senatui ad ſolam ſui inſtructionem ſufficeret extrajudicialis informatio ſine partis citatione etiam per teſtes ſumenda ad retentionem bullarum. ibid n. 20. & ſeqq.
Extrajudicialiter geruntur ea, quæ ſunt voluntariæ juriſdictionis, ſed coram judice competenti. p. 246. n. 35.
Commiſſio de diſpenſando ubi nullus adeſt contradictor, non requirit judicium contentioſum, ſed extrajudicialem cognitionem. p. 205. numero 37.
Ab extrajudiciali actu geſſo per Ordinarium per viam appellationis, an licitè ab eo recedatur in prima inſtantia. p. 214. n. 10.
Extrajudicialiter proceditur in executione Brevis Cameralis in qua nec datur judicium, nec inſtantia. p. 245. n. 14.
Extrajudicialis executio Brevis Cameralis quando in judicialem mutatur per oppoſitionem legitimi contradictoris, mutatur etiam diſpoſitio Gregor. XIII. ita ut Ordinario pertineat in prima inſtantia cognitio. ibid. num. 16. & ſeqq.
Extrajudicialis actus non habet inſtantiam. pag. 246. numero 34.
Extrajudicialis actus prima cognitio proponenda coram Ordinario, aliter offenditur diſpoſitio Trident. uti declaravit S. Congreg. ibid. numero 35.
Extrajudiciales ſunt actus capitulares, cum capitulum juriſdictione careat. p. 338. n. 1. cum ſeqq.
Extrajudiciales actus quamdiu ſuam retineant primam naturam, & ex quibus cognoſcatur fuiſſe in eis extrajudicialiter proceſſum. ibid. numero 4.
Extrajudiciales actus ut ſunt electio, collatio, & omnis beneficiorum proviſio, examen ſcientiæ, & habilitatum, ſeu incapacitatum eligentium, ſeu eligendorum, ſua primæva natura attenta, & extrajudicialiter tractantur. ibid. n. 3.
Extrajudicialis actus per oppoſitionem contra perſonas eligentium, aut eligendorum, vel jam electorum factam à legitimo contradictore amittit ſuam naturam, & fit judicialis. ib. num. 5.
Extrajudicialiter gravatus à capitulo, aut comparet ſimpliciter dicendo electionem nullam, aut eligentes eligendum, ſeu electum juris defectum pati. p. 339. n. 9.
Aut ſimul cum oppoſitione contra electum, aut eligendum appellationem emittit. ibidem numer. 10.
Contra extrajudiciale gravamen duo ſunt deſcripta remedia, querela ſimplex, quæ quandocumque intentatur; & appellatio intra decendium emittenda. ib. n. 11. & ſeqq.
Duæ declarationes Sacræ Congregationis recenſentur, quibus dicitur à gravamine extrajudicialiter illato per Ordinarium appellationem emittendam ad ejus Superiorem non obſtante Trident. in cap. cauſæ omnes. pag. 340. numer. 26.
Per actum extrajudicialem, nempe collationem factam ab Ordinario, ejus conſumitur prima inſtantia. p. 341.

Extraneus. Vide *Alienigena.*
Extremum. Vide *Media, Ratificatio, Fictio.*

F.

Facilis, Facilius, Vide *Falſitas.*

FAcilius toleratur jus quæſitum, quàm jus quærendum. p. 124. n. 49.
Facilius impeditur jus competiturum quàm extinguatur adquiſitum. ibid. n. 50.
Facilius impeditur introductio, quàm productum in eſſe. ibid. n. 51.

Factum. Vide *Spirituale, Retentio, Cognitio. Examen.*

Non omnia, quæ poſſunt fieri ſunt facienda, ubi adeſt inconveniens. p. 76. n. 55.
Multa facienda prohibentur dum ſunt in ſuo creationis principio, quæ facta tamen tenent. p. 124. g. 52.
Licentia obtenta ad faciendum porrigitur ad jam factum, ubi actus dependet à voluntate, & poteſtate concedentis. pag. 127. num. 74. & 76.
Permittens aliquid de novo fieri, videtur confirmare jam factum, niſi alia ratio in contrarium ſuadeat. ibid. n. 79. & ſeqq.
Media proportionata adhibita per Senatum ad detegendam cauſam ſunt merè temporalia, & mero facto nitentia. p. 179 n. 31.
Examen Senatus ſuper commiſſionibus contra primam inſtantiam Ordinarii vertitur ſuper mero facto, an adſit ſubſcriptio propriæ ma-

nus Sanctiſſimi, necne. ibid. n. 36.
Subſcripta an ſit commiſſio facti quæſtio eſt, cum ſubſcriptio in manufactura conſiſtat. ibidem. num. 37.
De facto rei ſpiritualis incidente in principalem cauſam quilibet ſecularis cognoscit. ibid. numer 39.
Controverſia incidens quando dicatur meri facti, aut juris. ibid. n. 40.
Quem poſſidere, vel in poſſeſſione eſſe quæſtio eſt meri facti, non juris. ib. n. 34.
Factum quod non relevat, fieri non debet. p. 180. num. 54.
Factum legitimè retractari non debet, licet caſus poſtea eveniat, à quo non poſſit inchoari. p. 317. n. 8.
Ex duobus factis, de quorum anterioritate non apparet fingitur præciſè, quod facit actum valere. p. 272. n. 4.
Quod communiter fit, legitimè factum cenſetur p. 316. n. 44.
Pactum quod non relevat, fieri non debet. p. 365. num. 50.
In facto conſiſtit ſubſcriptio propriæ manus Sanctiſſimi cum ejus manufacturam requirat. p. 400. n. 16. & ſeqq.

Facultas. Vide *Licentia*, *Nuntius*, *Res.*

Facultates tollendi violentias Principi competit ex conſuetudine immemoriali. p. 108. n. 6.
Facultates Nuntiorum Sedis Apoſtol. exhibentur in Senatu, ut ibidem examinentur. p. 111. num. 37.

Falſitas, *Falſum.* Vide *Verum.*

Falſitas litterarum Apoſt. & ſubreptio ſimplex non pertinent ad retentionem earum, nec cauſæ legitimæ retentionis ſunt. p. 105. n. 37. uſque ad n. 40.
Falſitas facilius committitur in ſupplicatione, quàm in litteris expeditis. p. 404. n. 3.
Ob falſam cauſam in ſupplicatione appoſitam, & relatam annullatur conceſſio tam in gratioſis, quàm in commiſſionibus juſtitiæ. p. 407. n. 34. & 35.

Fatalia.

Fatalia non currunt pendente cauſa in conſiſtorio Principis. p. 173. n. 19.

Favor, *Favorabilis.*

Favorabilis debet judicari recurſus retentionis, quatenus tendit in utilitatem Reipublicæ. p. 85. n. 72.
Favorem Ordinarii, & ſubditorum ſimul reſpicit diſpoſitio Trident. in cap. cauſæ omnes, ideò unius conſenſu non valet renunciatio. p. 159. n. 25. & ſeqq.
Decretum Tridentin. in cap. cauſæ omnes, an fuerit inductum in favorem ſolius Ordinarii, cujus juriſdictio favorabilis, & naturalis dicitur. p. 199. n. 1. cum ſeqq.
Vel in favorem litigantium potius ſit inductum, ne cum tanto diſpendio extra ſuas Provincias litigare cogantur. ibid. num. 4. & ſeq.
In favorem tam Ordinarii, quàm ſubditorum ſimul fuit inductum decretum, capit. cauſæ omnes, cum damna ſint communia: ubi adducitur declaratio S. Congreg. numero 5. & ſeqq.
Favore plurium introductum unius renunciatione non tollitur. ib. n. 10.
Favor, aut privilegium commune unius renunciatione non ceſſat. p. 201. num. 20. cum ſeqq.

Fictio, *Fingere.*

Fictio in caſu ficto idem operatur, quod veritas in caſu vero. p. 377. n. 45.
Fictio tranſlata requirit utrorumque extremorum habilitatem. p. 327. ſub n. 52.

Fidejuſſor, *Fidejuſſio.*

Fidejuſſorem de ſolvendis expenſis impetranti, & procuratorem ad proſequendam cauſam prius relinquere debet oppreſſus in Senatu, anteaquam tradatur proviſio ordinaria retentionis petitæ. Ubi duo decreta Senatus ad hoc ipſum recenſentur. p. 183. n. 84.
Fidejuſſio judicialis de reſtituenda re, vel pecunia præſtita Reo condemnato fingit rem & pecuniam penes reum eſſe. p. 280. n. 11.

Filius, Vide *Agens*, *Judicium*, *Finis.*

Cui competit tractare de fine convenit etiam tractare de mediis neceſſariis ad finem. p. 180. num 43.
Potentia omnis tanquam virtus ad finem diſponit de iis, quæ ſunt ad finem. ibid. num. 44. & ſeqq.
Ad finem boni ordinata non debent mala operari. p. 327. n. 32.
Finis Reges creandi eſt tuitio Regni. p. 11. n. 93.
Finis creandorum Regnorum is eſt, ut vaſſalli in pace conſerventur. p. 85. n. 71.
Finibus certis concluditur Regalia retentionis, & injuncta ad finem impediendi executionem faciendam, ultra progredi non poteſt p. 121. n. 35. & ſeqq.
Habens jus cognoſcendi circa finem pro bono communi, habet ad media proportionata, ut auferatur vis. p. 179. n. 29. & ſeqq.

Fiſcalis, *Fiſcus.* Vide *Concordia*, *Tranſactio.*

Fiſcales Regios non comprehendi in Bulla Cœnæ ſupplicantes à litteris Apoſtolic. ob bonum publicum Regni, aut Regis. p. 36. n. 62. & ſeqq.
Fiſcalis Regius non adſtringitur ex Bulla Cœnæ, ut ſuis expenſis, aut Regis proſequatur ſupplicationes emiſſas à litteris Apoſtolicis retentas. p. 38 n. 82.
Fiſcalis Regius in his, quæ tangunt publicum Regis, aut Regni præjudicium legitimus eſt contradictor. p. 44. n. 123.
Fiſcalis interventus an ſit neceſſarius in concordia inita inter collitigantes pendente recurſu retentionis, ita ut inſciper illum proſequi valeat. p. 158. à n. 1. & ſeqq.

Forma, Vide *Subreptio*, *Subſcriptio.*

Novam formam induxit Tridentin. duo ſpecialia continentem contra ſtylum Romanæ Curiæ, ne facilè cum tanto partium, & ordinarii diſpendio, curialiumque ſuggeſtionibus cauſæ avocentur in prima inſtantia. pag. 224. n. 16. & ſeqq.
Forma ſubſcriptionis propriæ manus cum ſit perſonaliſſima, à perſona Papæ non recedituf. ib. n. 17.
Forma nova, & irregularis contra ſtylum fuit inducta à Trident. in commiſſionibus avocatoriis in prima inſtantia expediendis nempe ſubſcriptio propriæ manus Sanctiſſimi. ibidem numer. 19.
Formam inducere cenſetur lex quando aliquid denuo diſponit cum certis modificationibus. p. 225. n. 23. & 24.
Quando per additionem mutata dicatur forma, aut

aut insuper antiqua maneat. pag. 239. n. 27. remissivè.
Formam inducit lex quando in actu requirit ad ejus probationem certas qualitates, & modificationes. p. 225. n. 24.
Forma & ordo substantialis datur, ubi adest prius, ac posterius. p. 211. n. 28.
Forma subscriptionis de qua in Trident. nec sonat, nec supplet cæteras nullitates, & requisita in commissionibus aliunde provenientia de jure communi, aut alio statuto. p. 212. n. 34.
Forma est quando sic eam lex vocat. p. 225. n. 24.
Forma continet solemnitatem. p. 226. n. 34.
Solemnitas requisita à lege forma dicitur. ibid.
Formæ nihil addi, vel detrahi potest. ibid.
Formæ subscriptionis defectus vitiat non tantum commissionem, sed & omnia inde derivativa, citationem, inhibitionem, processum, & sententiam. ibid. sub. n. 34.

Forus.

Plures sunt casus, quibus de Jure Canonico fortitur quis forum alienum. p. 203. n. 8.
Trident. in cap causæ omnes, præservans primam Ordinarii instantiam non sustulit legitimos modos, quibus de jure alienum forum sortiri poterat. ibid. n. 9.
Adducitur ad idem declaratio S. Congregat. ibid.
Ratione contractus fortitur quis formam, quia judex loci contractus dicitur competens. p. 215. n. 2. cum seqq
Forum quando fortiatur quis ratione contractus; & quando ad forum contractus facienda erit remissio, & an requiratur ut ibidem reperiatur obligatus, & de aliis remissivè. ibidem. n. 3.
Forum sui Ordinarii in prima instantia declinare, & Curiam Papæ adire potest, etiam hodie Clericus pupillus, & cæteræ miserabiles personæ. p. 422. n. 37.
Forum quando quis dicatur sortiri, & in quibus casibus, & de tota materia. p. 216. n. 11. remissivè.
Forum alienum qui sortitur ratione dilecti, & judex loci ubi perpetratur, est competens in prima instantia. ibid. n 12.
Nec ejus causam Senatus remittit Ordinario. ibid. n 13.
Forus debitoris in executivis attenditur, sicut in cæteris causis Ordinariis. p. 245. n. 18.
Forus mutatur per privilegium superveniens lite cœpta per citationem nullam. pag. 269. numer. 69.
Rei diversorum fororum sunt conveniendi coram unò judice omnium superiore ratione causæ individuæ. p. 289. n. 14. & 15.
Forum sortitur quis ratione contractus, quia de jure judex loci contractus dicitur competens. p. 372. n. 3.
Fori proprii renunciatio expressa in contractu alibi celebrato tribuit jurisdictionem judici loci contractus contra obligatum etiam ibi non repertum. p. 373. n. 11.
Fori renunciatio non valet in præjudicium superioris nec etiam ejusdem renunciantis ratione juris complicati. p. 376. n. 41.
Ad effectum sortiendi forum alienum, idem operatur locus contractus, & locus destinatæ solutionis. ibid n. 43. & seqq.
Forum Regis sequuntur Ecclesiastici ratione Regalium, quæ ab eo tenent. p. 15. n. 136. & seqq.
Forum quis non sortitur in loco destinatæ solutionis, nisi ibidem debitor sit repertus. p. 377. n. 45. & seqq.
Ad forum sortiendum ratione contractus non sufficit, quod eo in loco reperiatur procurator debitoris obligati, sed hujus propria persona. ibid. n. 49. & 50.
Forum quis sortitur ratione rei sitæ. p. 216. n. 13. & seqq.
Clericus conventus ratione beneficii residentiam non requirentis forum fortitur in loco beneficii. ibid. n. 14.
Ratione rei sitæ quis sortitur forum si ibi reperiatur. ibid n. 16.
In omni foro præter forum domicilii requiritur præsentia rei. ibid. n. 17.
Forus ratione rei sitæ non est fortior foro contractus. ibid.
Domini temporales eo conveniuntur foro etiam absentes, ubi suum habent statum, & caput majoratus tanquam domiciliarii. p. 217. n. 26.
Forus ubi caput majoratus cujus bona in diversis Regnis, aut districtibus sunt, attenditur si majoratus petatur. ibid. n 27. & seq.
Secus si non habet majoratus caput, cui bona adhæreant, quia forus ubi major eorum pars sit, attenditur. ibid. n. 32.
Socius non privilegiatus potitur foro privilegiato socii in rebus individuis. p. 433. n. 7.

Fraus.

Fraudibus occurrere, publicæ, & privatæ authoritati convenit. p. 121. n. 24.
Recursus ad Regem si non permitteretur post peractam executionem Bullarum in damnum Reipubl. magnæ fraudes orirentur. ibid. numero 25.
Fraudibus via non est aperienda. ibid n. 26.
Fraudibus ut occurratur, latam jus admittit interpretationem. ibid. n. 27.
Fraus dicitur fieri legi, quoties per indirectum, & cautelam redditur illusoria. ibid n. 28.
Fraudibus nervosè occurrendum est. ibidem numero 29.
Fraudibus obviandum, quando potest si principaliter fiant, non quando secundario, & in potentiam consecutivam. p. 147. n. 83.
Fraudibus ut occurratur debet impetrans commissionem conveniendorum virtute clausulæ (omnesque alios) nomina expressè dare. p. 263. n. 7. & seqq.
Fraudibus non est via aperienda. p. 328. n. 64.
Fraudibus ut occurratur jus admittit latam interpretationem, redditque dispositionem favorabilem. ibid. n. 65.
Fraudata ne remaneat pars nec decepta, semper est facienda interpretatio, ibidem numero 57.
Fraus dolosi litigantis ne suo lucro cedat, retinentur in Senatu executoriales furtivè, dolosè, & occultè obtentæ contra recurrentem indefensum. ibid. n. 69.
Fraus & dolus nemini debet patrocinari. ibid. n. 70.

Fructus.

Fructus beneficii vacantis, an possit Principes ad munus sua reducere, ubi timor adest scandali ne dissipentur. p. 120. n. 20. & p. 115. n. 64. cum seqq.

Ubi de praxi, & regalia Regis Franciæ. ibid.
Fructus beneficii impetrati ab alienigena, & super quo naturalis consentit pensionem, quando sequestrantur ex ll. Regni. p. 120. n. 21. & seqq.
Fructus beneficii sequestrantur pro executione decreti retentionis quoties litteræ reperiuntur executæ jam. pag. 125. à n. 64. cum multis seqq
Fructuum beneficiorum sequestrum apponitur quando litteræ Apost. quas retinere decernitur, jam sunt executæ ob timorem scandali. p. 145. n. 90.
Per sequestrum fructuum beneficii impetrati, licèt ex integro non satisfiat vi oppressis litteris jam executis, in aliquo tamen coadjuvat, & detrahit fraudi impetrantis. ibid. n. 91.
Fructus beneficii impetrati per alienigenitas horum Regnorum sequestrantur, lato decreto retentionis, litteris jam executis. ibidem numer. 92.
Impetrantes beneficia patronatus Regii, aut laicorum, ac patrimonialia, Magistralem, aut Doctoralem, & executioni de facto dante litteras ipso facto sunt effecti alienigenæ, & amittunt naturalitatem, & fructus beneficiorum sequestrantur per Senatum. ibid. n. 93.
Fructus beneficii patrimonialis sequestrantur impetratis litteris executis, nam impetrans ipso facto amisit naturalitatem. ibid. n. 94.
Quod ex identitate, & majoritate rationis dispositum intelligitur in beneficiis juris patronatus laicorum. ibid. n. 95.
Fructus beneficii sunt bona temporalia, & sequestrantur ob executionem factam litterarum, quæ retineri mandantur. p. 146. n. 107.

Frustra, Frustatorium.

Frustra expectatur id, cujus eventus nullius est effectus. p. 180 n. 53.
Frustra remitterentur Ordinario litteræ justitiæ ejus percutientes primam instantiam, cum penitus sint inutiles, & inefficaces ad causam illi remissam initiandam coram eo. p. 365. n. 48.
Frustra expectatur eventus, cujus nullus est effectus. ibid. n. 49. & seqq.

Fundamentum.

Fundamentum suæ intentionis quilibet probare debet. p. 400. n. 15. cum seqq.
Fundamentum commissionis avocatoriæ in prima instantia, & subscriptio propriæ manus, de qua docere tenetur impetrans in Senatu. ibid. n. 13. cum seqq.
Fundamento sublato corruit ædificium. p. 405. n. 10.

G

Genus, Generaliter. Vide *species.*

GEnus non taxatur in enumeratione specierum cum loco exempli appositæ intelligantur. p. 14. n. 131.
Genus præcedens non restringitur per speciei appositionem cum fiat loco exempli. p. 82. n. 43. & seqq.
Genus restringitur, & limitatur per enumerationem specierum. p. 108. n. 5. & p 113. n. 54.
Genus in dubio non restringitur per enumerationem specierum, nisi aliter appareat de clara voluntate disponentis. p. 113. n. 56. & seqq.
Genus & species ubi non sunt contrariæ, non restringitur genus. p. 114. n. 61.
Genus restringitur, quando species apponuntur per dictiones declarativas, scilicet, videlicet. ibid. n. 62.
Genus sicut includit omnes species, ita ratio generalis omnes casus p. 244. n. 22. & seqq.
Generalis dispositio idem operatur quoad omnes species, quod specialis quoad singulas. p. 395. n. 5. & seqq.

Gratia. Vide *Litteræ, Subscriptio, Commissio.*

Ex gratia Apostol. fit immissio in possessionem ad instar l. fin. Cod. de edicto Divi Adriani tollendo, & juxta hujus regulas tradanda. p. 130. n. 110. & 142.
Gratia in forma dignum, & dispensationes matrimoniales Ordinariis, non aliis dirigi solent de stylo Roman. Curiæ. p. 333. n. 28.
Item etiam dispensationes aliæ, absolutiones, & monitoriales, nec non criminalium commissiones Ordinario solent dirigi. ibid n. 29.
Gratiam, aut dispensationes, seu commissiones aliis directas, an Nuncius possit exequi. ibid. à n. 31. cum seqq.
Gratia principalis intacta remanet, & valida licèt executoris commissio ob defectum subscriptionis nulla sit. p. 362. n. 6. & 7. & seqq.
Gratia corruens in una parte sustinetur in alia separata. p 363. n. 18. & seqq.
Gratia subrogationis si corruat quoad litem, quia nulla adest, non corruit quoad possessionis partem. ibid. n. 20.
Gratia pro parte nulla, & pro parte separabili valida, pro ista sustinetur. ibid. n. 21.
Gratia perficitur per fiat quoad substantiam ante litterarum expeditionem, quibus ad substantiam sui non eget. ibid. n 24.
Ad gratiæ probationem, ut ex ea in judicio agi valeat, litteræ necessariæ sunt, & ad earum expeditionem adstringitur impetrans. ibidem n. 25.
Gratia fiat in lingua Principis, in Scriptura testimonium, in executione commodum. ibid. n. 26.
Gratia absque litteris non potest probari. p. 364. n. 27.
Gratia ante litterarum expeditionem non expirat per mortem Principis re integra. ibidem n. 28.
Gratia requirit scripturam ad probationem, ita ut nec testes sufficiant. ibid. n. 9.
Gratia per *fiat* prafertur gratiæ per *concessum*, quando utraque eadem die facta, & de anterioritate non constet. p. 388. n. 43. & p. 391. n. 10. & n. 4. & seqq.

Gravamen, Gravatus.

Gravamen quando dicatur habere vim diffinitivæ damnum irreparabile, vel præjudiciale causæ principali. p. 213. n. 7.
Gravamine, quo fundantur appellatio, commissio, & inhibitio. cessante & resoluto, resolvuntur cætera ei nitentia, & causa ad inferiorem redit. p. 319. n. 34. & seqq.

Guarentigia, Guarentigiatum. Vide. *Executio, Instrumentum, Obligatio.*

H

H

Habiles.

OMnis diſpoſitio recipit reſtrictionem de habilitate actus, quæ ſuppoſita intelligitur. p. 345. n. 7.

Cùm de uno diſputamus, cætera ſupponuntur habilia.

Hæres. Vide *Succeſſor, Inſtantia, Commiſſio.*

Commiſſio impetrata contra defunctum mortuum re integra ante citationem, & præventum judicium, quando expiret contra hæredem, aut ſucceſſorem, vel non. p. 264. à n. 12. cum multis ſeqq.

Lis cœpta cum defuncto ex commiſſione ſubſcripta, ſi nulla fuit, in hæredem delegatus juriſdictionem præveniſſe non dicitur, ſed coram Ordinario noviter conveniendus. p. 269. n. 65. cum ſeqq.

Delegatus ex commiſſione ſubſcripta volens proſequi contra hæredem litem cœptam cum defuncto nullam, Senatus remittit cauſam Ordinario. ibid. n. 72.

Inter hæredes tutoris, & adminiſtratoris ſi unus ſit Clericus, omnium cauſa coram uno judice, & Eccleſiaſtico tractatur. p. 290. n. 21. & 22.

Redditio rationis promiſſa à defuncto cum ſit in origine individua, ita inter mille hæredes talis conſervatur, & omnes in ſolidum tenentur. ibid. n. 23.

Hiſpania. Vide *Rex, Roma, Papa, Senatus.*

Hiſpaniæ conſuetudo refertur antiqua circa majoriam Regis in cuſtodiendis, & tuendis bonis Eccleſiæ Cathedralis vacantis mortuo Prælato. p. 13. n. 117.

In Hiſpania ſcandala, & ſeditiones magnæ ortæ fuere anno 64. ob admiſſionem alienigenarum ad beneficia. p. 26. 74. n. 28. & 29.

Hiſpani ob longam Romæ diſtantiam difficillimè poſſunt adire Papam, ac ideò contumelias inter Eccleſiaſticos Senatus modeſtè compeſcit. p. 76. n. 49.

Rex per ſuos Legatos Romam miſſos ſcandala paſſa ab Eccleſia impedit. ibid. n. 50.

In Hiſpania communiter reprobatur opinio Flores de Mena habentis Auditorem Cameræ in prima inſtantia poſſe avocare cauſas pendentes in partibus ex obligatione Camerali. p. 215. n. 6. cum ſeqq.

Cujus tamen aſſertio declaratur. ibid.

Textus ſingularis in c. cum longè, 93. diſt. adducitur, expreſsè probans longè diſtare Hiſp. Regna à Curia Roman. & ſignanter Regnum Galleciæ, eſſeque difficilem aditum. p. 22. n. 8.

Conditiones petitæ à Diana pro juſtitia recurſus ad Regem concurrant omnes in violentiis illatis per Judices Eccleſiaſticos in Regnis Hiſpaniæ longiſſimè diſtantibus à Sede Apoſtol. p. 23. n. 26. & ſeqq.

Rationes longæ diſtantiæ, difficilis aditus, periculum minantis, & urgentis neceſſitatis efficaciter urgent in Hiſpan. Regnis ob executionem litterarum Apoſtolicarum in damnum Reipublicæ utilitatis obtentarum. ibid. n. 29.

Hiſpaniam in extremis terrarum ſedere, eſſeque principium, & finem Europæ, & univerſi Orbis, apud omnes Geographos conſtans eſt. p. 24. n. 32. & ſeqq.

Spania (nomen Hebraicum ſignificans quid abſconditum) fuit appellata Hiſpania ob ejus remotiſſimum ſitum. ibid. n. 34.

Prophetiam Iſaiæ cap. 18. loquentem de extremitate terrarum in Hiſpania verificari declarant plures Doctores. ibid. n. 33.

Inſula Cadiz vocabatur *Gadeira* Græcè ſignificans extremitatem terræ. ibid. n. 35.

Epitaphia notabilia ſepulcrorum recenſentur. quibus Hiſpania extremitas Orbis appellatur. ibid. n. 37. 38. & 39.

Cantabria ſita eſt in extremitate terræ, & orbis. p. 25. n. 40.

Item Provincia Hiſpalenſis. ibid. n. 41.

Item Regnum Galleciæ (Authoris nobiliſſima Patria) ubi adeſt promontorium *Finis terræ*, ſic dictum ob terræ univerſæ finem. ibid. n. 42. & ſeqq.

Sedes Apoſt. ſemper agnovit extremitatem Hiſpaniæ, longum iter, & difficilem aditum, quam ideò excuſavit in multis non recipientibus dilationem. ibid. n. 46.

Hiſpania nunquam deſinit recognoſcere Chriſti Vicarium uti caput Eccleſiæ univerſalis. ibid. n. 47.

Hiſpani Catholici antiquiſſimi gubernabantur cum aliqua dependentia à Sede Apoſt. ob terrarum diſtantiam, & inconvenientia in tardæ expeditione negotiorum, & recurſu ad eam. ibid. n. 48. & ſeqq.

Plurima Concilia celebrata fuere in Hiſpania ad quorum Congregationem & decretorum obſervationem numquam adita fuit Sedes Apoſtol. ob longam diſtantiam, & tardam negotiorum expeditionem. ibid. n. 50.

Aſſertio Gerberti Epiſcop. Rhemenſis dicentis, interiora Hiſpaniæ Papæ judicia neſcire declaratur. ibid. n. 52.

Homo.

Homo ligatus manibus, & ab aliquo diſſolutus ſi ſcribat, non diſſolventis miniſterio, ſed ex ſe ipſo facit. p. 268. n. 56. & ſeqq.

Honor. Vide *Rex.*

Humilitas. Vide *Supplicatio, Senatus.*

Jactatio, Jactans. Vide *Commiſſio.*

JActationis commiſſio ſubſcripta an ſit retinenda in Senatu ad preces ejus, qui aliàs comprehenſus ſub clauſula (omneſque alios) citatur à Delegato. p. 269. n. 73. & ſeqq.

Jactationis Commiſſio uti à jure exorbitans præjudicialis parti, & Ordinario recipit reſtrictionem, ita ut ultra perſonam jactantem in ea nominatim expreſſam non extendatur. p. 270. n. 76.

In Jactationis commiſſione non permittitur apponi clauſulam (omneſque alios) imò deletur, quia contra incertos denegatur. ibid. n. 77.

Jactationem ante omnia debet probare impetrans tanquam fundamentum contra jactantem nominatum. ibid. n. 78 & ſeqq.

Delegatus ex commiſſione jactationis ſubſcripta non adquirit juriſdictionem, niſi in jactantem nominatum, qui alios ex clauſula (omneſque alios) citet, Senatus horum cauſam remittit Ordinario. ibid. n. 81.

Auditor Rotæ cui commiſſio jactationis in prima inſtantia datur cum clauſula (omneſque alios) non

non adquirit jurisdictionem ultra principalem jactantem nominatum, & nequit in monitorialibus ad partes missis eam apponere. ibid. n. 83. & seqq.

Jacobus.

Divi Jacobi Hispaniarum unici patronici authoritas refertur. p. 6. n. 14.

Identitas. Vide *Ratio.*

Ignorantia. Vide *Mores.*

Immemorialis. Vide *Consuetudo*, *Præscriptio*, *Observatio.*

Immemorialis super jurisdictione in criminalibus, & matrimonialibus prætensa per inferiorem probanda erit coram Episcopo, qui interim illam exercet privativè ex declaratione S. Cong. p. 205. n. 43. & seqq.

Immissio.

Immissio virtute gratiæ Apostol. fit ad instar l. fin. de edicto D. Adrian. toll. & juxta hujus regulas tractatur. p. 130. n. 110.

Miſerationis pauperum cauſa eſt accidentalis, minoris orbati tamen naturalis, quæ alteri præfertur. ib. n. 32. & ſeqq.

Mixtura. Vide *Connexa*, *Patronus.*

Sub ſimplicibus caſus mixtus comprehenditur, & quando. p. 433. n. 6. & ſeqq.
Caſus mixtus tunc in ſimplici comprehenditur quando de utroque ſimplici idem diſponit, non quando de uno tantum. ib. n. 8. & 9.
Mixtum non comprehenditur ſub ſimplici, de quo lex diſponit ſi inter utrumque adeſt rationis diverſitas. p. 434. n. 11.

Moderamen. Vide *Defenſio*, *Retentio*, *Violentia.*

Moderamine inculpatæ tutelæ non adhibito in defenſione, hæc juri repugnat naturali, & gentium. p. 182. n. 78.
Moderamen inculpatæ tutelæ tunc in defenſione adhibetur, ſi id fiat, ſine quo violentia tolli nequit. ib. n. 79.
Moderamen inculpatæ tutelæ conſiſtit in tribus, circa modum, tempus, & cauſam. ib. n. 80.

Modus. Vide *Concil. Trident.*

Modus defenſionis debet commenſurari cum genere violentiæ, ut ſi hæc ſit judicialis defenſio etiam judicialiter præſtanda, quam abſque ejus notitia Princeps non poteſt. p. 180. num 49.

Monarchia.

Monarcha Siciliæ dicitur Rex Catholicus ex conceſſione Apoſtol. qua exercet juriſdictionem Eccleſiaſticam in Prælatos Regni, & exemptos. p. 35. n. 42. & ſeqq.
Monarcha Siciliæ cognoſcit etiam in prima inſtantia in cauſis Eccleſiaſticis, & exemptorum, non obſtante Trident. in cap. cauſæ omnes. ib. n. 43.
Concilium Tridentinum in cap. cauſæ omnes non fuit uſu receptum in Regno Siciliæ quoad Tribunal Monarchiæ; & de rationibus. ibid.
Legati de latere licèt comprehendantur in Concil. Trident. non tamen Rex Siciliæ Monarcha, ut Legatus S. Apoſtol cum de eo ſpecifica debuit fieri mentio. ibidem numero 44.
Author eſt Judex Tribunalis Monarchiæ à Rege Catholico nominatus. p. 34. n. 47.
Contra Monarchiæ juriſdictionem exagitavit Cæſar Baronius. ib. n. 48.
Et qui DD. illum impugnarunt. ib. n. 49.

Monaſterium, *Moniales*, *Monachus.* Vide *Religio*, *Exemptus.*

Moniales exemptæ ab Ordinario, & immediatè ſubjectæ Sedi Apoſtolicæ etiam Generalis, aut Provincialis interventu nequeunt exemptioni renuntiare. p. 253. n. 25.
Commiſſarius Generalis cujus gubernio Papa ſubmiſit Moniales ſibi immediatè ſubjectas abſque Papali ſcientia eas dimittere nequit. p. 254. n. 26. & ſeqq. & n. 29.
Moniales exemptæ ab Ordinario immediatè ſubjectæ Sedi Apoſtolicæ abſque hujus licentia nequeunt exemptioni renuntiare. ibid. n. 34. & ſeqq.

Monitorium, *Monitoriales.* Vide *Citatio.*

Monitoriales, aliævæ litteræ ſuper novo jure noviter deducto in Rota, non contento in priori inſtantia, an à Senatu retineantur. p. 237. n. 1. cum ſeqq.
Monitoriales expeditæ ſuper reconventione oppoſita in Rota, ad quam cauſa conventionis legitimè fuit per appellationem devoluta, an ſint in Senatu retinendæ, remiſſa reconventione Ordinario. pag. 241. n. 1. cum ſeq.
Monitorialibus, & compulſorialibus ablatis ex Regia proviſione Rota dat fidem probationibus infirmiter, & nulliter factis. p. 324. n. 12. & ſeqq.
Monitoriales litteræ, & aliæ quæcumque derivativæ à commiſſione principali non ſubſcriptæ, & ſic nullæ ex defecta formæ, pariter nullæ, ſunt, quia procedunt à radice infecta. p. 364. n. 38. cum ſeqq.
Monitoriales, &c. ſunt à ſua principali commiſſione inſeparabiles, de cujus vitio participant. p. 365. n. 42.
Monitoriales, & alia reſcripta contra plures, quæ reſpectu aliquorum percutiunt Tridentin. & eorum cauſa Ordinario remittitur, aliorum verò nullatenus, parti tradentur, ut illis utatur coram ſuo Delegato contra non remiſſos Ordinario. pag. 360. num. 53. & ſequentibus.
Monitoriales, & aliæ litteræ meræ juſtitiæ, in quibus inſertæ veniunt litteræ gratioſæ, an ſint

ſint indiſtinctè tradendæ parti, ut illis uratur coram Ordinario, cui cauſa remittitur. ibid. n. 55. cum ſeqq.
Monitoriales principaliter ſunt litteræ juſtitiæ, quibus incidenter inſeruntur gratioſæ, quæ ut exemplum informiter deductum nec fidem, nec probationem faciunt. ibid. n. 58. & ſeqq.
Monitoriales litteræ non ſubſcriptæ cum ſint nullæ ob defectum formæ, quæ fidem non faciunt, multò minus litteræ gratioſæ in eiſdem acceſſoriè inſertæ. p. 367. n. 63. & ſeqq.
In Monitorialibus inſertæ litteræ gratioſæ authoritate judicis carentis tamen juriſdictione fidem non faciunt. ibid. n. 65.
Monitoriales percutientes primam inſtantiam Ordinarii quibus gratia inſerta venit indiſtinctè retinentur in Senatu, remiſſa ſimpliciter cauſa Ordinario. ibid. n. 66.
In Monitorialibus inſertæ litteræ ad finem probandæ juriſdictionis, in diverſo fine fidem non faciunt, niſi originales appareant. p. 369. n. 95. & 96.
In Monitorialibus inſerunt litteræ gratioſæ, & quandoque immediatè fit per judicem relatio ſubſcriptionis manu Sanctiſſimi. p. 409. n. 1. cum ſeqq.
In Monitorialibus inſertus tenor ſupplicationis ſubſcriptæ de verbo ad verbum de mandato judicis ſufficit ad excludendam remiſſionem Ordinario in Senatu, etſi citandus ad inſertionem non citetur. p. 411. n. 29. cum. ſeqq.

Mora. Vide *Plurimum.*

In Mora ubi eſt periculum, multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. p. 23. n. 18.
Periculum ubi eſt in mora, poſſe Clericum pro auferenda violentia recurrere ad Regem, quando ejus Prælatus longè diſtat, & inſtans eſt gravamen, vel cœptum ſit jam. ibid. n. 20. & 21.
Ob longam diſtantiam, & imminens periculum in mora poſſe Regem Prælatos inobedientes à Regno expellere, agnovit Diana. ibid. n. 22. & 23.
Si ob Moræ periculum, & damnum publicum inevitabile conſenſus Papæ haberi non poteſt præſtitus à Papa intelligitur. p. 26. n. 63. & ſeqq.

Mores. Vide *Lex*, *Papa*, *Provincia.*

Pontifex Univerſo præeſt Orbi, & ſingulorum Regnorum mores facilè ignorat. pag. 48. n. 126.
Moribus patriæ multæ leges non conveniunt. ibid. n. 128.
De Moribus Regni ignorantia Papæ in dubio præſumenda. ibid. n. 129.
Mores ſingulares gentium ſequi debemus. ibid. n. 130.
Mores Regni conſuetudines, & privilegia agnoſcunt Senatores Regii. p. 84. n. 65. & ſeqq.
A conſtitutionibus maximè Pontificalibus, eo quod non conveniunt moribus Regni, & Provinciæ, valet ſupplicari. p. 88. n. 19.
Mos eſt antiquus Eccleſiæ Imperatores adeſſe Conciliis, ut neceſſaria Reipublicæ ſpirituali liberè proponantur, & modis omnibus exequantur, impedimentaque Principum terrore avellantur. p. 188. n. 22. & ſeqq.
Mores gentium agnoſcere, Imperatoribus conducibile eſt. p. 71. n. 76.

Mors, Mortuus. Vide *Hæres*, *Commiſſio.*

Executore mortuo, vel abſente extra Regnum, à quo repoſitio peractæ executionis ſit facienda *Salgado de Supplic. & Retent.* virtute Decreti violentiæ. p. 137. n. 3.
Superſtites ut ſucceſſor in cauſa tenetur adimplere Decretum Senatus (de otorgar y reponer) etiam Decretum ſuo anteceſſori mortuo, vel abſenti. p. 138. n. 8.
Qui ſi reponere recuſet, ſecunda juſſio per Senatum expeditur in ipſum. ibid. n. 9.
Mortuo executore, electionem præventivam unius ex ſuperſtitibus nominatis pertinere utrique parti conſtanter tuetur Author contra Paz. ibid. n. 14. & ſeqq.
Impetrans mortuo judice Delegato, non habet judicem, qui ei poſſit perficere terminum ad eligendum alium ex ſuperſtitibus in ſua commiſſione nominatis. p. 140. n. 32.
Mortuo vel extra Regnum abſente executore, qui vim intulit, Decretum violentiæ cuilibet ex ſuperſtitibus intimari poteſt, ſive à patiente, ſive ab impatiente, & is tenetur reponere. p. 141. n. 33.
Delegato vim inferente, & poſteà mortuo, vel habente, ſalubre remedium eſt quærere unum ex ſuperſtitibus conjudicibus nominatis in commiſſione, cui Decretum violentiæ intimetur, ibid. n. 38.
Mortuo, vel abſente executore, qui vim intulit, Decretum violentiæ etiam ei directum comprehendit unum ex ſuperſtitibus, cui fuerit intimatum. ibid. n. 39.
Mortuo vel abſente executore litterarum, qui vim intulit, quando poterit recurri ad Ordinarium pro repoſitione poſſeſſionis, & attentæ executionis. p. 143. n. 60. & ſeq.
Mortuo executore (qui vim intulit) ex commiſſione non ſubſcripta, Senatus remittit cauſam Ordinario, non ad effectum procedendi perpetuo, cum id impediat Decretum retentionis, ſed reponendi tantum. ibid. n. 63.
Ordinarius, cui fit litterarum remiſſio mortuo executore ad finem reponendi, an ad petitionem ſolam partis, an etiam ad intimationem Decreti violentiæ reponere poteſt. p. 144. n. 80. & ſeqq.
Procurator conſtitutus à Prælato in rebus ſuæ Prælaturæ, morte Prælati etiam re non integra extinguitur. p. 442. n. 67.
Secus ſi detur ſuper re communi Prælati, & Capituli. ibid. n. 68.

Mutatio, Mutare. Vide *Novitas*, *Abuſus.*

Mutatio ipſa conſuetudinis etiam, quæ adjuvat utilitate novitate perturbat.
Mutatione nulla varianda ſunt, quæ ad perpetuam, & communem utilitatem fuerunt introducta. p. 87. n. 6.
Mutanda non erit conſuetudo, qua Princeps diu contulit beneficia, ne ex novitate, & mutatione oriatur ſcandalum. ibid. n. 11.
Mutare actionem in inſtantia appellationis licere, qui teneant DD. p. 237. n. 2.
Mutari in ſecunda inſtantia non poteſt libellus. ibid. n. 11.
Et quando mutari poſſit vel non. p. 239. n. 21. & 25.
Quando per additionem mutata dicatur forma, aut inſuper antiqua maneat. ibid. n. 27. remiſſivè.
Lancellotus afferens poſſe mutari actionem in cauſa appellationis, reprobatur, cum loquatur contra jus, & communem Doctorum. p. 240. n. 31.

Motus proprius. Vide *Conſtitutio*, *Bulla.*
Motus proprius Pii IV. de profeſſione fidei in aliquibus Religionibus non ligat, quia non receptus. p. 45. n. 140.
Motus proprius Pii V. de cenſibus in Neapoli non fuit receptus. p. 47. n. 160. nec in Sicilia. ibid.
A Motu proprio Pii V. de cenſibus in Hiſpania non recepto ad Papam fuit ſupplicatum nomine Regis. ibid. n. 159.
Motus proprius Gregorii XIII. quo diſponitur per annulum Piſcatoris ſatisfieri formæ ſubſcriptionis à Trident. petitæ, refertur. p. 228. n. 1. cum ſeqq.
Motus proprius Gregorii XIII. tanquam reſtrictivus Decreti Conſiliariis ultra caſum Brevium Cameralium, de quo loquitur, ad alias commiſſiones, & litteras trahi nequit. p. 229. n. 5.
Dictus Motus proprius in Hiſpania nunquam fuit receptus; imò ab eo humiliter ſupplicatum ex pluribus conſideratis rationibus. ibid. n. 7. & ſeqq.

N

Narrativa. Vide *Relatio*, *Princeps*, *Commiſſio.*

NArrativa & petita reſtringuntur, & limitantur per conceſſionem & ſignaturam. p. 397. n. 25.
Narrativa ſeu annuntiativa verba mandati in aliquo inſtrumento non probant mandatum, niſi eo oſtenſo. p. 410. n. 19.
Idem de ſententia, & alio inſtrumento narratis. ibid. n. 20. & ſeqq.
Narrativa vera facta rei judicatæ nunquam in Curia omittuntur clauſulæ Ordinariæ præſervativæ executionis. p. 426. n. 81. & ſeqq. & à n. 78.
Natura, Naturalis. Vide *Jus*, *Originarius.*
Natura ipſa, nec gens, nec mundus ſtare poterat abſque Imperio. p. 10. n. 78.
Naturæ retentionis repugnat infringere executionem litterarum jam factam. p. 127. n. 80. & ſeqq.
Naturales prohibentur impetrare commiſſiones extra illud, & in Senatu datur proviſio Ordinaria, ut illi afferant judicem in Regno ex Senatus Decreto. p. 295. n. 97. & 98. & ſeqq.
Natura actus ſi poteſt eſſe Ordinaria, & irregularis, fit interpretatio juxta naturam Ordinariam. p. 442. n. 64.
Neceſſitas. Vide *Rex.*
Neceſſitas publica ubi poſcit, permittitur Pontifici in ditionem Regis, & è converſo ſuum Imperium exercere. p. 74. n. 30.
Ob Neceſſitatem publicam urgentem, & periculum imminens, jura tranſgredi licet, & licita judicantur aliàs prohibita. p. 26. n. 57.
Ob neceſſitatem urgentem actus fieri poſſunt omiſſa ſolemnitate, & conſenſu alteriùs alias requiſiti. ibid. n. 58.
Neceſſitas habet ſecum diſpenſationem annexam, cujuſcumque prohibitionis. ibid. n. 61.
Neceſſitas quando urget, & periculum eſt in mora, facultateſque laicorum non ſuppetunt notoriè, non conſulitur Sedes Apoſtolica pro imponenda contributione. ibid. n. 62.
Neceſſitas, & periculum in mora tribuit juriſdictionem non habenti. p. 27. n. 67. & ſeqq.
In Neceſſitatibus urgentibus extra ordinem Princeps ſubvenit. p. 141. n. 42.
In Neceſſitatibus admittitur incertitudo, & non vitiat. ibid. n. 43.
In conſequentiam trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa. p. 143. n. 68.
Neceſſitate inſtante, & deficiente remedio ad reponendam poſſeſſionem, & executionem litterarum, quæ retineri mandantur, omninò verificatur opinio Doctorum aſſerentium ſequeſtrandos fructus beneficii per Principem ob vitanda ſcandala. p. 146. n. 168.
Neceſſitas urgens legi non ſubjicitur. ibid. n. 169.
Neceſſitas facit licitum, quod aliàs erat illicitum.

Negligentia, Negligens.

Si Negligenter quæ uſurpantur omittimus, exceſſus viam aliis aperimus. p. 81. n. 27. & ſeqq. & p. 90. n. 40.
Ob Negligentiam Ordinarii non terminantis cauſam infra biennium partes liberè poſſunt adire ſuperiorem, aut impetrare commiſſionem alteri in prima inſtantia. p. 222. n. 2. cum ſeqq.
Niſi negligentia à partibus tantum, non ab Ordinario procedat, vel ob gravitatem cauſæ. p. 223. n. 6. cum ſeqq.
Negligentia Ordinarii in lapſu biennii ut appareat, tenetur pars pluries proteſtari coram eo, ut cauſam terminet. ibid. n. 8.

Nomen, Nominatus, & Nominare.
Vide *Electio*, *Papa.*

Nomen proprium non eſt alteri communicabile. p. 226. n. 38. & ſeqq.
Nomen ſuum proprium apponit Papa quando ſubſcribit ſupplicationem manu propria, quia actum privati hominis, & induſtriam perſonalem denotantem facit. p. 227. n. 43.
Nominatus ad officium per inferiorem, & confirmatus à Principe, ab hoc nominatus dicitur, & officium habere, non à nominante. p. 333. n. 3.
Non ſecundum nomen fictum, ſed ſecundum ejus effectum contractus, & quælibet diſpoſitio judicanda erit. p. 235. n. 24. & ſeqq.
Ad cognoſcendum contractum non attenditur nominis impoſitio, ſed forma, & effectus. ibid. n. 25.
Nomen contractus attenditur per contrahentes impoſitum, ſi ejus effectus illi non repugnet. ibid. n. 26.
Ad quæ ſingularis Theorica Burgos de Paz adducitur. ibid. n. 27.
De nominato ad non nominatum in commiſſione non poteſt fieri tranſitus. p. 457. n. 16. & ſeqq.
Conceſſio facta nomini per contemplationem nominis putà Imperiatori, hæredi, &c. reſtringitur ad nomen, & eo deficiente deficit, & extinguitur. p. 119. n. 5. cum ſeqq.
Nomen rei convenire debet. p. 25. n. 42. & 43.
A nomine argumentamur, cum talis quis præſumatur, qualis denominatio demonſtrat. ibid. n. 44.
Emptio pro perſona nominanda per emptorem ſuſtinetur, ita ut facta nominatione retrotrahatur, ac ſi à principio ipſa contraheret. p. 142. n. 46.

Clau-

Clauſula (omneſque alios) ſuſtinetur per nominationem impetrantis circa conveniendos poſtea factam. ibid. n. 47.

Notarius. Vide *Tabellio*, *Aſſertio.*

Notarii ſolita verba non inducunt realitatem nec probant. p. 368. n. 77.

Notario atteſtanti in monitorialibus commiſſionem fuiſſe ſubſcriptam propria manu Sanctiſſimi, an fit in Senatu fides danda. p. 370. n. 101. remiſſivè.

Notarii teſtimonium, & fides legitimè deducta ex partitis librorum Datariæ, aut Cancellariæ probat. p. 407. n. 29.

Notario referenti mandatum in inſtrumento à ſe confectum non creditur, niſi ipſum mandatum oſtendatur. p. 430. n. 18. & ſeqq.

Notarius officium conceſſum ab Epiſcopo duraturum dumtaxat per Epiſcopi vitam confirmatum à Papa, poſt mortem Epiſcopi durat. ibid. n. 23. vide ibi de aliis ſimilibus.

Notitia. Vide *Scientia.*

Notorium, *Notorietas.* Vide *Abuſus*, *Reſervatio.*

Novitas, *Novum.* Vide *Judex*, *Articulus*, *Abuſus*, *Jus.*

Ex novitate magna oriri aſſolent ſcandala inter Religiones & Clerum, omnino vitanda. p. 75. n. 41. & ſeqq.

Mutatio ipſa conſuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat. p. 86. n. 2.

Novitatis, & abuſus effectus eſt turbare Rempublicam, & publicum ſtatum inquietare. ibid. n. 3.

Ex novitate, & abuſu turbatio populorum oritur. ibid. n. 5.

Ex novitate, & mutatione circa ea quæ à patribus noſtris admiſſa ſunt juri publico detrahitur. p. 87. n. 8.

Ex novitate, & mutatione circa ea, quæ ab antiquo ſunt obſervata oritur ſcandalum tanquam cauſa à cauſato. ibid. n. 9. & ſeqq.

Novitates, & abuſus cum ſint genitrices ſcandali in damnum publicæ utilitatis, juſta cauſa eſt ad Bullarum retentionem. p. 88. n. 20.

Novitates, & abuſus valdè duri vulgo apparent. ibid. n. 21.

Pro novitatibus Imperiale implorandum auxilium. p. 89. n. 38.

Novum jus omninò diverſum à deducto in libello, & prima inſtantia non dicitur pronuntiatum, nec appellatum; ergo nec devoluta juriſdictio. p. 238. n. 4. cum ſeqq.

Novum jus deductum in inſtantia appellationis diverſum à deducto in primo libello novo indiget inſtantia, & novo judicio. ibid n. 3. cum multis ſeqq.

Ex novo jure diverſo ab jam deducto non poteſt quis obtinere in eadem inſtantia, cum nova egeat, novo judicio, & novis defenſionibus. p. 239. n. 20. & ſeqq.

Novitates per legem introductæ ſcandalo, & ſeditioni occaſio ſunt. p. 73. n. 17.

Non novatur primus contractus, nec liberantur pignora, aut fidejuſſores per ſecundum in majorem firmitatem potioris factam. p. 143. n. 74.

Secus ſi ſecundus fiat animo novandi, & à primo recedendi. ibid. n. 75.

Novitius.

Senatus praxis refertur, quo expeditur proviſio, ut novitius conſtituatur in tuto, & libertate, ejuſque exploretur voluntas ad profitendum, quoties adeſt ſuſpicio de morali violentia per importunas preces, aut fraudes. p. 19. n. 197.

Nullitas, *Nullum.* Vide *Commiſſio*, *Proceſſus*, *Subſcriptio.*

Nullam profeſſionem non ratificat exercens actus profeſſi, dum eſt ignarus cauſæ nullitatis ſuæ profeſſionis. p. 65. n. 28. & ſeq.

Nullitas nulla major in jure defectu poteſtatis. p. 129. n. 95.

Nullitas notoria ubi adeſt, executor tenetur ſuperſedere, licet labefactare ſententiam ſuperioris non poſſit. ibid. n. 96.

Nulla ſunt ipſo jure geſta à judice tempore, quo debet conquieſcere. ibid. n. 98.

Nulla ſunt ipſo jure litteræ ad beneficium horum Regnorum, impetratæ per alienigenam, inhabilem & incapacem, ac etiam earum executio. p. 130. n. 111. & ſeqq.

Per actum nullum non perpetuatur juriſdictio, non inducitur litis pendentia, non interrumpitur præſcriptio, nec expirat poteſtas. p. 131. n. 114. & ſeqq.

Per executionem præcedentem nulliter factam res non definit eſſe integra, quoad omnes juris effectus. ibid. n. 113. & à n. 67. cum multis ſeqq.

Nulla eſt ipſo jure proviſio beneficii patrimonialis obtenta per filium non patrimonialem. ibid. n. 117.

Nullitas & appellatio, etſi contrariæ, poſſunt ſimul conditionaliter proponi. p. 148. n. 10.

Et idem de quolibet alio actu, aut contractu. p. 149. n. 11. & ſeqq.

Nullitatem unam intentans, & ſuccumbens non prohibetur aliam nullitatem intentare ex alio capite. p. 155. n. 28.

Super nullitate ſententiæ dum diſceptatur, non currit terminus cauſæ principalis, quouſque finiatur nullitatis quæſtio. p. 173. n. 23.

Quandò probabilis ſaltim fuit nullitatis exceptio. ibid. n. 24.

Nullitatis judicio pendente, terminus ad appellandum non currit, dum non calumnioſa, ſed probabilis ſit nullitas. ibid. n. 25.

Nullitatis judicio pendente non curruut fatalia. ibid. n. 26.

Nulla ſunt omnia geſta ab alio, quàm ab Ordinario in prima inſtantia, juxta cap. cauſæ omnes. p. 196. n. 4.

Nullitatis vitio ſubjiciuntur commiſſiones, proceſſus, & inde ſequuta, ſi in prima inſtantia committatur, abſque juſta cauſa. pag. 197. n. 12.

Nullæ ſunt ipſo jure inhibitiones, proceſſus, & inde ſequuta ex avocatione facta ab Ordinariis, in prima inſtantia. ibid. n. 19.

Nullitatis vitio ſubjiciuntur proceſſus, & ſententia, ſi Ordinarius recuſatus procedat in cauſa. p. 209. n. 6. & p. 210. n. 21.

Si recuſans de nullitate opponat. ibid. n. 7.

Nullum fuit à principio reſcriptum ſine ſubſcriptione Sanctiſſimi impetratum prætextu recuſationis, quæ nondum fuerat propoſita coram Ordinario, nec ab arbitris approbata. p. 211. n. 28. & ſeqq.

Nullus eſt actus, ſi qualitas requiſita tempore actus vel ante non intervenerit, ſed ſubſequatur. ibid. n. 29. & ſeqq.

Nulla si fuit lis cœpta cum defuncto ex commissione subscripta, Delegatus præveniſſe non videtur jurisdictionem contra hæredem, qui noviter conveniendus erit coram suo judice Ordinario. p. 269. n. 65. cum seq.
Citatio nulla non inducit litis pendentiam. ibid. n. 67. & seqq.
Trident. & constitutio Leonis X. annullant processum factum in prima instantia non servata forma Tridentin. p. 304. n. 26. & seqq.
Nullitatem commissionis provenientem aliunde de jure communi, aut alio statuto non sanat, nec supplet subscriptio in commissione apposita. p. 212. n. 34.
Verba nullius sint momenti, vel aliter annullativa inducunt Decretum irritans expressum. p. 304. n. 27.
Nulla sententia est data à Nuncio in prima instantia contra formam Trident. juxta Rotam. ibid. n. 31. & 32.
Nulla est sententia, aliam nullam confirmans ex defectu fundamenti. p. 326. n. 24. cum seqq.
Nullitas actus in favorem alicujus inducta, intelligitur, si ipse velit. p. 327. n. 48.
Ex actu etiam nullo jus parti quæritur, cui detrahere adversarius non potest. ibid. n. 52.
Nullæ sunt ipso jure executoriales obtentæ contra formam Trident. præservatis primam instantiam Ordinariis, ex defectu jurisdictionis. p. 328. n. 73. & seqq.
Nullæ sunt litteræ justitiæ non subscriptæ ex defectu formæ, nec illis Delegatus uti potest ex defectu jurisdictionis. p. 364. n. 35.
Nulla si est commissio principalis ex defectu subscriptionis Sanctissimi, nullæ etiam sunt monitoriales, & executoriales, &c. quia procedunt à radice infecta. ibid. n. 38. cum seqq.
Annullata principali dispositione, omne clausulæ in ea contentæ resolvuntur. p. 365. n. 44. & seqq.
Nulla sunt omnia gesta per judicem jurisdictione carentem. ibid. n. 46.
Nullæ cum sint monitoriales non subscriptæ ob defectum formæ, & nullam fidem faciant, multo minus litteræ gratiosæ in eisdem accessoriè insertæ. p. 367. n. 63.
Annullato principali instrumento, resolvuntur omnes clausulæ in eo contentæ. ibidem n. 64.
Nullus processus ob non præsentatam commissionem originalem non revalidatur per consensum partis. p. 369. n. 99. & seqq.
Nullitatis vitio subjacet totus processus gestus in prima instantia ab alio, quàm ab Ordinario. p. 419. n. 4.
Nulla si est commissio à principio ex defectu formæ non potest in Ordinarium transire ex remissione Senatus, quia de non ente ad ens non potest fieri transitus. p. 457. n. 21. & seqq.
Nulla si fuit immissio ex aliquo capite, potest legitimus contradictor non possidens comparare post eam. p. 466. n. 103.
De nullitate unionis ante executionem est agendum, quando ab ea pendet justificatio nullitatis narratæ. p. 467. n. 114.
Nullitatis primæ sententiæ ex defectu jurisdictionis influit in cæteris illam confirmantibus. p. 305. n. 37. cum seqq.
Nullitas proveniens ex defectu jurisdictionis non convalescit per consensum partis accedentem post jam causatam nullitatem. p. 307. sub n. 52.
Nullitas actorum influit in sententiam ad quam sunt vehiculum. p. 375. n. 32.
Processus gestus per executorem ex commissione non subscripta vitio attentatorum, & nullitatis subjicitur ex defectu notorio jurisdictionis. p. 143. n. 62.
Litteræ impetratæ in negotiis S. Inquisitionis nullæ sunt deficiente consensu Regis ex Bulla Julii III. p. 448. n. 120.

Nuntius. Vide *Exemptus*, *Legatus*.

Nuntiorum facultates ad Senatum Regium deferuntur, ut illic examinentur, & quibus debeat uti in Hispania, admoneantur per Senatum. p. 34. n. 51. & p. 111. n. 37.
Nuntiorum litteræ pro negotii gravitate examinantur in Senatu ante earum usum, ne contrà eorum Regnorum mores, eis utatur, & ad idem Pontifex consulatur. p. 34. n. 51.
Nuntiorum Sedis Apostolicæ litteræ non vehuntur ad Senatum ad effectum examinandi idoneitatem personæ, sed ut cognoscatur ex eorum ostentatione, an verè sit Nuntius, & quibus facultatibus ne illis abutatur, & excedat. p. 35. n. 53.
Nuntii aut Legati de latere nequeunt avocare causas ab Ordinariis in prima instantia, nisi legitimè ad se per appellationem devolvantur. p. 197. n. 18. & seqq.
Nuntius cognoscere potest in prima instantia accedente partis, & Ordinarii consensu. p. 200. n. 11.
Nuntius Apostolicus potest procedere in primæ instantia suspecto allegato Ordinario. p. 209. n. 9. & seqq.
Nuntii, & Legati de latere non possunt se intromittere in causis Ordinariorum, nisi ad se sint legitimè per appellationem devolutæ. p. 213. n. 1. & 2. cum. seqq.
Nuntii nec Archiepiscopi possunt cognoscere de causis pendentibus coram Ordinariis quibuslibet inferioribus, nisi per viam legitimæ appellationis, nec eas avocare. ibid. n. 5.
Nuntii & Legati non possunt se intromittere in causis coram Ordinario pendentibus ob ejus negligentiam infra biennium non terminatis, nisi de negligentia constet. p. 222. n. 9.
Nuntius in judiciis mixtis validè contra reos exemptos expedit commissionem in prima instantia. p. 290. n. 30. & seqq.
Nuntius Hispaniæ datur à Sede Apostolica cum potestate Legati de latere. ibid. n. 31.
Nuntio cum potestate Legati, cuncta quæ iste potest sibi commissa censentur, nisi aliter per secretam instructionem sua limitetur potestas. ibid. n. 32.
Inter plures reos conveniendos in actionibus mixtis sive Clericos, sive Laicos, si adsit exemptus, Nuntius uti omnium superior Ecclesiasticus, licitè expedit commissionem in prima instantia per Senatum non retinendam. p. 291. n. 36.
Erasmi Cochier opinio falsa ostenditur, dicens, quod Nuntius habens facultatem cognoscendi de appellationibus à Delegatis Papæ ad Sedem Apostolicam interpositis non possit cognoscere de emissis à conservatoribus exemptorum. ibid. n. 37. & seqq.

A Nun-

A Nuntio latam ſententiam procedente in prima inſtantia contra formam Trident. eſſe nullam ex defectu juriſdictionis, declaravit Rota. p. 304. n. 31. & ſeqq.
Nuntios ad partes miſſos non Ordinariam, ſed Delegatam juriſdictionem habere, qui teneant. p. 331. n. 1.
Nuntii Apoſtol. Hiſpaniæ cum poteſtate Legati de latere miſſi poteſtate Legati de latere funguntur. ib. n. 3.
Nuncii facultas cum facultate Legati de latere ſuperflua foret, ſi idem non operaretur quod conceditur. p. 332. n. 9. & ſeqq.
Nuntiorum facultates cum poteſtate Legati de lattere partim ſunt Ordinariæ, partim extraordinariæ. ibid. n. 12.
Nuntius Apoſtol. cum poteſtate Legati de latere abſque alia facultate eandem habet facultatem, & privilegia, quæ Legatus de latere, ib. n. 15.
De Legato de latere ad Nuntium cum poteſtate Legati à latere valet argumentum. ibid. numer. 16.
Nuntius cum poteſtate Legati à latere appellationem ad Sedem Apoſtolicam emiſſam committit ſicut & Legatus. ib. n. 15.
Nuntii cum facultate Legati de latere non ſunt Legati verè, ſed ſimilitudinariè reſpectu exercitii. p. 333. n. 21.
Nuntii & Legati de latere noviori Trident. poſitione in prima inſtantia juriſdictionem aliquam non habent, nec cum Ordinariis concurrunt. ibid. n. 24.
Nuntius ſi ſe intromittat cognoſcere in prima inſtantia, Senatus cauſam remittit Ordinario. ib. num. 25.
Nuntius Apoſtolic. an Delegatam, vel Ordinariam juriſdictionem habeat. ibid. num. 26. remiſſivè.
Nuntius Hiſpaniæ, an valeat exequi litteras directas Ordinariis in prima inſtantia. ibid. num. 27. & ſeqq.
Nuntius aliquando admiſit executionem diſpenſationum, aut in forma dignum, commiſſam Ordinario, aliquando reluctavit. ibidem numer. 31.
Nicol. Garciæ obſervatio, tenentis Nuntium non poſſe exequi diſpenſationes, & gratiam dignum, cum non ſit in commiſſione nominatus. ibid. n. 32.
Nuntium eſſe executorem univerſalem litterarum Apoſtolicarum nullo jure probatur, nec in ſuis titulis legitur facultas. ibidem numero 33.
Et quando foret talis executor, intelligeretur litterarum in forma gratioſa, non in commiſſoria, maximè in forma dignum expeditarum ibid. n. 34.
In omnibus tamen poſt factam executionem per Delegatum nominatum in commiſſone poteſt Nuntius. ibid. n. 35.
Reſolutio Nicol. Garc. & Franciſc. Luvis, quod nunquam practicatur Nuntium poſſe ſe intromittere in cauſa aliis Delegata. p. 334. nu. 36. & ſeqq.
Nuntius ſi ſe intromittat in commiſſionibus, quæ de ſtylo Curiæ ſolent, & committuntur Ordinariis in prima inſtantia Senatus Ordinario remittit. ibid. n. 39.
Jura loquentia de Legati à latere juriſdictione. Salgado de Supplic. & Retent.
procedunt & in Nuntio cum poteſtate Legati de latere miſſo. ibid. n. 40.
Nuntius ad quem occurrit oppoſitor contra gravamen extrajudiciale geſtum à Capitulo, quo fundamento ſuam tueatur juriſdictionem contra primam inſtantiam Ordinarii. p. 338. n. 6. & ſeqq.
Exemplum reperitur in Hiſpania, à qua Nuntius Apoſtolicus fuit expulſus inobediens Regii Senatus Decreto violentiæ. pag. 83. numer. 56.
Ubi aliud adducitur ſimile de Cardinale ejecto è Regno Franciæ turbante ſtatum Regni. ibidem.

O

Obediens. Vide *Inobediens.*

Obligatio, Obligatus. Vide *Repertus, Forus, contractus.*

OBligatus in Curia Romana, ibidem regulariter convenitur etiam aliunde oriundus. p. 215. n. 4.
Ex obligatione Camerali peti nequit executio coram Metropolitano abſque conſenſu Ordinarii debitoris. p. 245. n. 19. & ſeqq.
Obligatio rationis reddendæ continet factum individuum. p. 290. n. 24.
Rei quandoque conjunguntur ratione indiviſibilis inſtantiæ, ut in Clerico, & laico ſimul in ſolidum obligatis. ibid. n. 25.
Obligatus Rom. in forma Cameræ per ſe vel procuratorem in partibus degens, an exequi poſſit ab Auditore Cameræ, vel an uti poſſit Regalia protectionis, ut monitoria ſibi intimata, ſive litteræ declaratoriæ incurſus cenſurarum retineantur, & cauſa Ordinario remittatur. p. 372. à n. 1. & ſeqq.
Obligatione alicui prohibita, non intelligitur, quæ à lege tacitè, & incidenter deducitur ex actu permiſſo. p. 373. n. 7. & ſeqq.
Obligatum Romæ ad ſolutionem penſionis, & in partibus degentem, poſſe uti recurſu retentionis contra litteras declaratorias aliaſve Auditoris Cameræ, probat Gabriel Pereira, p. 378. n. 54. & ſeqq.

Objectus, Objiciens, Oppoſita. Vide. *Tertius, Contra Electio, Contradictor, Executio.*

Objiciens, opponens, vel dicens de nullitate ſimpliciter contra electionem jam factam coram Ordinario jus ſuum deducere debet, cum lis & inſtantia ex tunc incipiatur. p. 340. n. 21. & ſeqq.
Objectiva materia in jure eſt odioſiſſima, & pleniſſimam ideò requirit probationem. p. 342. num. 42.
In materia objectiva minori denegatur reſtitutio ob opponendum defectus contra electum. ib. num 43.
Objiciens contra electum omiſſa via appellationis, ſi jus ſuum velit proſequi, aliam ingredi debet coram Ordinario. ibid. n. 44.
Idem erit in appellatione abſque objectione quæ ſi aliquo juris defectu nulla fuerit, & nec intra decem dies validè reiteretur, ſi velit appellans jus ſuum proſequi coram Ordinario debet illud deducere, aliter Senatus illi cauſam remittet. ib. n. 45.

Index Rerum

Forma capit. ut circa de electionibus, lib. 6. in appellatione objectiva ab electione, an possit adimpleri per procuratorem specialiter constitutum. ibid. à n. 46. & seqq.

Oblivio.

Oblivionem in Papa propter multitudinem negotiorum etiam in solitis expediri præsumi pluries decidit Rota. p. 230. n. 15.

Observantia. Vide *Consuetudo, Præscriptio.*

Observantia contraria paulatim tollit vires legis, & censuras, etsi ab initio cum peccato fuerit introducta. p. 43. n. 122. & seqq.

Ex observantia optima insurgit legis, & cujusllibet alterius dispositionis declaratio, & interpretatio. p. 108. n. 11. & seqq.

Observantia interpretativa non admittitur in dispositione clara, sed in dubia. pag. 115. numer. 73.

Observantia publica excusat & facit actum licitum, aliàs de jure illicitum. pag. 326. numer. 41.

Odium, Odiosum. Vide *Zelum, Recursus, Citatio.*

Officium. Vide *Munus. Notarius.*

Officium temporale provisum à Prorege durante ejus officio confirmatum à Rege durat per vitam possessoris. p. 335. n. 3.

Officium Vicariatus amovibile ad nutum Episcopi confirmatum à Papa non potest removeri. ibid.

Officium Vicarii regularis confirmatum à Provinciali non expirat per mortem Guardiani. ibid.

Officio Regali pertinet statum Ecclesiasticum, spiritualem, cultum Divinum, Dogmata, & Religionem in pace custodire, & in tuto conservare. p. 16. n. 162. & seqq.

Officium regale est Principum Christianorum, evigiles esse in tuitione Reipublicæ, præcipuè spiritualis, dogmatum, & Conciliorum. p. 187. n. 1. & seqq.

Electus ab inferiore ad officium, & confirmatus à Principe ab hoc electus dicitur, & ab eo officium recipere. p. 335. n. 3.

Officia vel beneficia pura per unum occupari vergit in damnum publici, & politici regiminis Ecclesiastici, & tunc ob surreptionem litteræ retinentur. p. 104. n. 35. & seqq.

Duo Officia simul concurrentia in eadem persona quodlibet retinet separatim jura sua. p. 293. 33. cum seqq.

Officium Notariatus concessum ab Episcopo (quod regulariter durat durante Episcopi vita) confirmatum à Papa, durat post illius mortem. p. 335. n. 3.

Omissum. Vide *Casus.*

Opinio.

Homo qui non habet rerum evidentiam ut Angelus, regitur opinionibus, probabilior in praxi censetur moraliter evidens. p. 111. n. 44.

Oppressus. Vide *Recursus, Retentio.*

Ordinaria Provisio. Vide *Provisio Regia.*

Ordinaria via. Vide *Via.*

In examine retentionis proceditur via ordinaria, & per sententiam diffinitivam, & admittuntur partes ad probandum, si negotium in probatione consistat. p. 180. n. 55.

Ordinarius. Vide *Episcopus, Remissio, Instantia, Prælatus, Retentio, Conc. Trident. Jurisdictio, Provisus.*

Utilitati publicæ ut provideret Leo X. constitutionem promulgavit favendo jurisdictionem Ordinariam, quæ refertur. p. 196. numer. 7. & seqq.

Ordo confunditur Ecclesiasticus, si sua unicuique Ordinario non servetur jurisdictio. ibid. num. 8.

Ab Ordinario nequit ante diffinitivam appellatio emitti, nec à superiore admitti, nisi sit à gravamine qualificato, ut in constitutione Leonis. ibid. n. 10.

An in favorem Ordinarii cujus jurisdictio naturalis, & favorabilis dicitur, vel etiam litigantium subditorum sit inductum, cap. causæ omnes, sess. 24. de reformation. cap. 20. p. 199. n. 1. cum seqq.

Ordinarius si est collitigans, ex solo suo consensu non committitur causa in Curia, sed viciniori. p. 200. n. 12. & 17.

Ordinario inhibere nequit Legatus etiam de consensu partis cujus renuntiatio non valet in illius prajudicium. ibid. n. 18.

Trident. in cap. causæ omnes, loquitur generaliter de Ordinariis, sub cujus verbis omnes indistinctè Ordinariam jurisdictionem habentes comprehenduntur. p. 203. n. 8. & seqq.

Ordinarii appellatione venit etiam quilibet Prælatus inferior Episcopo Ordinariam habens jurisdictionem. ibid. n. 11.

Ordinarii facta mentio in Decreto aliquo, nisi subjecta materia aliud poscat includuntur inferiores Ordinariam jurisdictionem habentes. ibid n. 12.

Ordinario commissio directa etiam Ordinario inferiori directa intelligitur. ibid. n. 13.

Observatio Flaminii Parisii refertur, ut Ordinarii appellatione etiam inferiores Ordinarii comprehendantur; quem Barbosa pro contraria opinione citavit. p. 204. n. 15.

Ordinarii appellatione non soli Episcopi comprehensi intelliguntur. ibid. n. 16.

Sub Trident. injungente Ordinariis visitationem Ecclesiarum etiam exemptarum, comprehenditur Ordinarius inferior habens quasi episcopalia jura. ibid. n. 20.

Trident. permittens Ordinario remittere denuntiationes ad matrimonium procedit in Ordinario habente quasi Episcopalem jurisdictionem. ibid. n. 21. & 22.

Ordinarii appellatione venit Prior Sanct. Joannis Hierosolymitani. ibid. n. 23.

Ordinarii appellatione in materia adaptabili venit Archidiaconus habens ex re judicata jurisdictionem Ordinariam in suo districtu. ibid. num. 29.

Ordinarii appellatione venit Archidiaconus habens jurisdictionem Ordinariam in materia adaptabili. p. 205. n. 34. & seqq.

Ab Ordinario recedendi in prima instantia legitimus modus est recusatio legitima. p. 209. n. 1. cum seqq.

Ordinarius legitimè recusatus causam de consensu recusantis committit alteri, vel ad superiorem remittit. ibid. n. 3. & n. 5.

Ordinarius recusatus procedens in causa, processus & sententia vitio nullitatis subjiciuntur. ibid. n. 6. & 7.

Ordinarii recusatione existente, cessat protectio Concilii commendata Regi, cum & ipsius cesset dispositio. ibid. n. 8. & 10.

Inter Ordinarium & ſubditum lite orta cauſa committitur viciniori juxta ſtylum Roman. Cur. & declarationes ſacræ Congregationis. ibid. n. 11.
Quod declaratur. p. 210. n. 12.
Ad Ordinario ob recuſationem receſſus non eſt licitus ante propoſitam recuſationem, & legitimam declaratam ac ideò reſcriptum alteri eſt nullum, nec ceſſat Ttid. nec Regis protectio. p. 212. n. 34. & ſeqq.
Ob Ordinarii negligentiam non terminantis cauſam infra biennium poteſt pars liberè adire ſuperiorem, vel commiſſionem alteri impetrare. p. 222. n. 1. cum ſeqq.
Et quomodo arguenda, aut probanda ejus culpa & negligentia, & quid ſi ob culpam partium, vel gravitatem negotii. p. 223. num. 6. cum ſeqq.
Ordinarius ipſo jure recuperat juriſdictionem in exemptos per exemptionis validam renunciationem. p. 256. n. 68. & ſeqq.
Ordinarii juriſdictio eſt naturalis, & favorabilis. p. 268. n. 52. & ſeqq.
Avocatione juriſdictionis Ordinariæ ceſſante, ſtatim & ipſo jure illam Ordinarius recuperat. ibid. n. 54. 55. 56. & 57.
Ordinario datur à Senatu protectio quando in Monaſteriis virorum vel mulierum adeſt Parochialis fæcularium, ſi ejus reſpectu impetretur commiſſio in prima inſtantia pertinente Ordinario ex Trident. alio Decreto. p. 294. n. 27.
Limita ut per idem Trident. Decretum relatum. ibid.
Ordinarium non poſſe cognoſcere ſuper exemptione oppoſita qui teneant. p. 297. n. 4.
Contrarium. n. 6.
Ordinarius non cognoſcit de exemptione competente ex privilegio, ſecus ex conſuetudine. p. 298. n. 12. & ſeqq.
Ordinarium non excludit à manutentione ex juris aſſiſtentia ſola privilegii oſtenſio, abſque poſſeſſione exemptionis non violenta, nec clandeſtina. p. 299. n. 30.
C. cum perſonæ de privilegiis, in 6. emanavit ad favorem ordinariæ juriſdictionis. ibidem n. 31.
Ordinarius non privatur poſſeſſione ex ſola exhibitione privilegii exemptionis, quod reſpicit petitorium. ibid. n. 33.
Nec impedit ejus manutentionem. ibidem numer. 34.
Secus ſi cum privilegii exhibitione doceat de quaſi poſſeſſione exemptionis. pag. 300. numer. 37.
Ordinarius judex emptoris rei ſubhaſtatæ, vel creditoris, cui pignus addictum adjudicatum fuit, cognoſcit ſuper controverſia illis noviter mota. p. 313. n. 6. & ſeqq.
Ordinario pertinet controverſia noviter mota immiſſo in poſſeſſionem, vigore gratiæ, aut executorialium in Rota obtentarum. p. 314. n. 21. cum ſeqq.
Item quando emptori pignori ſubhaſtati vel adjudicati creditori, nova movetur controverſia; non ad ſubhaſtantem, ſed ad Ordinarium recurri debet, ibidem num. 2. cum ſeqq.
Ad Ordinarium debet recurri ſuper controverſia activa vel paſſiva mota poſt peractam ſemel executionem litterarum, aut executorialium. ibid. n. 28. cum ſeqq.
Ordinarii recuſati ſucceſſori remittit Senatus cauſam in prima inſtantia, non Delegato, qui anteceſſum vel deceſſum recuſati commiſſione ſibi per recuſantem impetrata non fuit uſus. p. 322. n. 49. & p. 317. n. 1. cum ſeqq.
Ab Ordinario ob reſervationem licitè receditur in prima inſtantia durante impedimento recuſationis, & non ſublato re integra. p. 321. n. 49.
Ordinariam & Delegatam habens juriſdictionem, ſi ſe ad alteram, & inutilem reſtrinxit proceſſus non ſuſtinetur ex valida p. 273. n. 6. & ſeqq.
Ordinarius gratiæ in forma dignum diſpenſationes, abſolutiones, monitoriales, necnon commiſſiones criminalium ſolent de ſtylo Romanæ Curiæ dirigi, non aliis. p. 333. à n. 28. & ſeqq.
Ordinarium habere juriſdictionem ſuper renuntiatione permutationis factæ in manibus Papæ, determinavit Rota. pagin. 333. numero 9.
Ordinarius poteſt revovare unionem factam à Papa, cauſa legitima exiſtente, aut ſuperveniente, quia Papa uniendo non vult tollere juriſdictionem Ordinario. ibid. n. 10.
Limita in unione facta per Papam de plenitudine poteſtatis. ibid. n. 11.
Ordinarius poteſt privare beneficio, uti reſervato à Papa collato, licet à principio illud conferre non potuerit. ibid. n. 12.
Ordinarius cognoſcere poteſt de ſurreptione confirmationis factæ per Papam. ibidem numer. 13.
Inter Ordinarium & Nuntium ſuper cognitione gravaminis illati à Capitulo, controverſiam Author cum fœdere diſtinctionis componit. p. 339. n. 9. & ſeqq.
Quomodolibet inter electionem faciendam à Capitulo recedat oppoſitor pro exceptionibus, & objectionibus, ad Ordinarium recurrere debet, qui juriſdictionem habet, & primam inſtantiam. ibid.
Ordinario Senatus remittit cauſam quomodolibet oppoſitor excipiens ante electionem perfectam teneant à Capitulo. p. 340. n. 20. & ſeqq.
Juriſdictio perpetuò data, ex privilegio, vel jure ſpeciali Ordinario non perſonæ, ſed dignitati, ordinaria eſt, non Delegata. p. 354. n. 1.
Ordinario commiſſum certum genus cauſarum, ordinaria juriſdictio extenſa intelligitur, non delegata. p. 355. n. 2.
Ordinario commiſſa juriſdictione certi generis cauſarum univerſaliter, ipſe Ordinaria poteſtate utitur. ibid. n. 3.
Ordinario perpetuo certa cauſa commiſſa habito reſpectu ad officium, ſub Ordinario poteſtate comprehenditur. ibid. n. 4.
Ordinariam juriſdictionem generalem etiam Ordinariam ſpecialem poteſt habere idem judex. ibid. n. 5.
Ordinario perpetuo facta conceſſio alicujus particularis caſus, ordinaria juriſdictio eſt. ibid. n. 6.
Quando Ordinarius poteſt diſponere ſuper ali-

quibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis ob imminentem necessitatem, aut difficilem ad eam recursum, uti Ordinarius ordinariaque jurisdictione procedit. ibidem numero 7.

Ordinariæ dignitati quando aliquis casus perpetuo competit ex privilegio Principis, non personæ, Ordinariæ est jurisdictionis. ibidem numer. 8.

In casibus specialiter perpetuo concessis dignitati Ordinariæ, si in prima instantia commissio non subscriptâ manu Sanctissimi impetrata retinetur in Senatu, causa Ordinario remissa. ibid. n. 11.

In casibus à Trident. commissis Ordinario cum clausula (etiam tanquam Sedi Apostolicæ Delegato) an commissio alteri impetrata absque subscriptione percutere dicitur Ordinarii instantiam. ibid. à n. 12. cum seqq.

Referuntur Tridentin. Decreta, quibus Ordinario casus aliqui committuntur cùm clausula (etiam tanquam Sedi Apostolicæ Deleg.) ibid.

Ordinarium, cui causa à Canone committitur etiam tanquam Delegato, non procedere jurisdictione Ordinaria sed Delegata, qui tenuerint. p. 356. n. 13.

Ubi prima opinio refertur. ibid.

Ordinarium à Canone Delegatum Ordinaria procedere jurisdictione, qui absolutè tenuerint. ibid. n. 15.

Ordinario commissa causa à Canone aliquid addente, vel detrahente de jurisdictione ordinaria antea sibi competente, tunc uti Delegatus procedit, & ad Delegantem, non ad Metropolitanum appellatur. ibidem numer. 16.

Si causa noviter Ordinario à Canone commissa etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, quæ ei de jure communi etiam competebat, excitata censetur sua jurisdictio ordinaria, non autem translata in Delegatum. ibid. numer. 17.

Et tunc ab Ordinario ad Metropolitanum appellatur. ibid.

Qui hanc tertiam opinionem teneant, recensentur. ibid. n. 18.

Ordinario facta commissio per Papam addita clausula (tanquam Delegato) vel potestate Nostra, &c. in casu aliàs de jure communi Ordinario pertinente, transfertur jurisdictio in Delegatum. ibid. n. 19.

Secus quando à Canone committitur etiam cum aliqua ex dictis clausulis. ibid. n. 20. & 21. & seqq.

Et tunc non ad Papam, sed ad Metropolitanum appellatur. p. 357. n. 22. & seqq.

Episcopus in visitatione commissa ex Trid. procedit ut Ordinarius, cum sibi de jure communi pertineat. ibid. n. 25.

Doctores simpliciter firmantes, Ordinarium procedentem ab ordinaria, & Delegata potestate, præsumendum ordinaria processisse, conferuntur. ibid. n. 26. & seqq.

Ordinarius in causis sibi à lege, aut à Principe commissis, aut uti Ordinarius dumtaxat, aut uti Delegatus tantùm, non utraque simul eo tempore procedere potest. ibid. numer. 27.

In commissionibus, per quas non excitata intelligitur Ordinarii jurisdictio, statim brevi manu jurisque ministerio avocata in delegatam transfunditur. ibid. n. 28.

Ordinario si facta commissio in casu aliàs de jure communi sibi pertinente, cum clausula, quod simul utraque potestate Ordinaria, & Delagata procedat, tunc in dubio ex Ordinaria processisse intelligitur. p. 358. n. 29.

In casibus à lege vel Principe Ordinario commissis, in quibus non alteratur Ordinaria potestas, commissio non subscripta manu Sanctissimi alteri impetrata retinetur per Senatum, causa remissa Ordinario. ibid. n. 30.

Secus in casibus, qui denuo Ordinario committuntur cum clausula significante avocationem, qui de jure communi sibi non competebant. ibid. n. 31.

Ordinario facta commissio in causis exemptorum à Canone etiam tanquam Delegato, an ut Delegatus, an uti Ordinarius procedat. ibid. n. 32. & seqq.

Ordinarius ipso jure recuperat jurisdictionem in exemptum semel sublato impedimento exemptionis in aliquo casu, aut avocationis. ibid. p. 29. & seqq.

In casibus exemptorum in quibus Ordinario datur à jure cognitio etiam tanquam S. Apostol. Delegato, commissio non subscripta retinetur per Senatum, causa Ordinario remissa in prima instantia. p. 359. n. 49.

Casus in quibus Ordinarius potest procedere in exemptos. ibid. n. 50. remissivè.

Ordinarius (cui Senatus primam instantiam remisit) non potest procedere in ea, virtute commissionis non subscriptæ alteri directæ, sub sua jurisdictione Ordinaria. pag. 364. numer. 37.

Ordinarius suam sententiam exequitur, quæ per desertionem, vel ob non appellationem in rem judicatam transivit. p. 385. n. 33. & 34. cum seqq.

Ordinariorum jurisdictio habet juris assistentiam. p. 401. n. 21.

Ordinarii potestas ex sola juris assistentia probatur & conservatur. ibid. n. 23.

Ordinarius cui per Senatum fit Bullarum remissio in prima instantia, an uti Delegatus, & in via executiva, an uti Ordinarius, & in via Ordinaria procedere debeat, grandis meritò super fuit reputata difficultas. p. 455. à n. 1. cum seqq.

Assertio affirmantium absolutè uti Delegatum, & in via executiva procedere debere Ordinarium; refertur ab Authore fundata. ibid. n. 2. & seqq.

Ordinarium, cui Papa delegat causam ei aliàs de jure competentem procedere uti Delegatum, & authoritate Delegata, non Ordinaria nonnulli tenuere. ibid. n. 3.

Ordinarium, cui causa delegatur sibi de jure communi competens utraque potestate procedere qui firmarunt. ibid. n. 4.

Author falsam probat opinionem de qua in numero 2. sectantium, Ordinarium, cui fit litterarum Apostolicarum remissio, procedere uti Delegatum, & in via executiva. ibid. n. 5. cum seqq.

Ordinario ideò Senatus remittit causam in prima instantia, quia sibi uti Ordinario, & potestate

teſtate propria, non aliena de jure pertinet, non impeditur per avocationem informem. ibid.

Ordinarius non poteſt procedere virtute commiſſionis alteri ſpecialiter judici directæ nominatim, quia deficit intentio committentis. p. 456. n. 6.

Ordinario ſi cauſa uti tali, & de jure non competeret, Senatus eam illi non remitteret. ibidem. num. 8.

Ordinarius, cui litterarum alteri contra formam Trident. Decretum fit per Senatum remiſſio, non Delegata poteſtate, ſed Ordinaria dumtaxat procedit. pag. 457. num. 19. & ſeqq.

Ad Ordinarii poteſtatem revertitur cauſa ceſſante avocatione ibid. n. 20.

Ordinario cui directa eſt commiſſio etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato, an & quando Delegata, vel Ordinaria procedat poteſtate. ibid. n. 23.

Ordinarius, cui directa eſt commiſſio, nequit procedere utraque poteſtate Delegata, & Ordinaria ſimul, quia una ſemper confunditur, niſi expreſsè in commiſſione utraque præſervetur. p. 458. n. 24.

Flores de Mena dicens, Ordinarium, cui fit à Senatu remiſſio Bullarum, in executione procedere uti Delegatum, quoad cætera uti Ordinarium, declaratur. ibidem num 27. & ſeqq.

Ordinarius procedit uti Delegatus ex commiſſione; ergo debet procedere via executiva, falſa eſt propoſitio abſolute ſumpta. ibidem num. 29.

Ordinarium, cui fit per Senatum Bullarum remiſſio, debere procedere indiſtinctè via Ordinaria, qui ſoleant contendere. ibid. n. 30.

Et qua ratione moveantur ad ſic ſentiendum. ibid. num. 31.

Falſa & improbabilis horum aſſertio oſtenditur. p. 459. n. 35.

Ordinarius cui fit litterarum remiſſio, quando in eis aliàs executionem merentibus valeat, & debeat via ordinaria procedere? latiſſimè oſtenditur. p. 460. à n. 50. & ſeqq.

In iis omnibus in quibus executor gratiæ poterat de jure communi, & debeat cognoſcere in via ordinaria; in his hodie ex Trident. pariter Ordinarius (cui fit per Senatum remiſſio) Ordinariè procedere debet. p. 462. mer. 75.

Et è converſo in quibus executor de jure communi in via ordinaria procedere tenebatur, pariter & hodie Ordinarius tenetur, quando ei fit per Senatum remiſſio. ibidem numer. 76.

Ordinarius qui fit per Senatum remiſſio litterarum impetratarum contra aliquem ob defectum juris ſeu delictum, debet illum in via ordinaria audire. p. 467. num. 119. à num. 107. cum ſeqq.

Ordinarius in Bullis ſibi per Senatum remiſſis executivè tunc procedet, ſicut & quando executor procederet, ſi ſua commiſſio fuiſſet ſubſcripta propria manu Sanctiſſimi. p. 473. num. 201.

Ordinarius non poteſt à ſe abdicare juriſdictonem in prima inſtantia parte reclamante. p. 219. nu. 11. cum ſeqq.

Ordinarius non poteſt ſolo verbo, & ſua ſponte à ſe abdicare juriſdictionem uti judex neceſſarius, quam præcisè tenetur ſubditis adminiſtrare. ibid. n. 13. & 14.

Ordinarius qui uti Delegatus (commiſſione carente) præceſſit, non ſuſtinentur acta ex qualitate Ordinarii, quia uti talis poterat cognoſcere. p. 220. n. 15.

Ordinarius nequit à ſe abdicare juriſdictionem Ordinariam. ibid. n. 16.

Ordinarius non poteſt ſubjicere Clericum ſubditum invitum & renitentem alteri judici. ibid. num. 17.

Ordinarius remittens cauſam ad ſuperiorem in prima inſtantia nec amiſit juriſdictionem, nec ad ſuperiorem fuit devoluta. ibid. n. 18. cum ſeqq.

Pars gravata per remiſſionem voluntariè factam ab Ordinario cauſæ in prima inſtantia licitè utitur recurſu ad Regem, ut iterum remittatur eidem Ordinario. ibid. n. 22.

Ordinarii cenſentur omnes illi qui officium perpetuum judicandi habent. p. 259. n. 93.

Litterarum Apoſtol. executio directa judicibus particularibus per Senatum, remittitur Ordinario, cui prima inſtantia competit deficiente ſubſcriptione propriæ manus Sanctiſſimi. p. 143. num. 61.

Probatio denegatur, quando cauſa, ſuper qua oppreſſus retentionem petitam fundat, confiteatur ab adverſario. ibid. n. 52.
Si in probatione conſiſtat cauſa retentionis deducta, partes ad probandum admittuntur, & cauſa tractatur via ordinaria. ibid. n. 55.
Probatio per inſtrumentum, & partes æquales fidem regulariter facit. p. 230. n. 21.
Probatio per teſtes ſolos nihil prodeſt, ubi lex ſcripturam requirit pro forma. ibid. n. 22.
Et quales caſus requirant ſcripturam. ibidem n. 23.
Probatio dubia in temporis perfecutione non relevat. p. 300. n. 42.
Ad probationem gratiæ neceſſario requirit litterarum expeditionem, nec teſtes ſufficiunt. p. 363. à n. 23. cum ſeqq.
Probanda quomodo ſit ſubſcriptio propriæ manus Sanctiſ. in Senatu cum in commiſſionibus miſſis ad partes non opponatur, ſed tantum in ſupplicatione qua commiſſio petitur ad evitandam remiſſionem Ordinario in prima inſtantia. p. 386. cum ſeqq. Vide cap. 30. §. 5. per totum.
Paria ſunt non probare, quod obſcurè probare. p. 469. n. 140.
Ad probationem actus quando lex novum aliquem introducit modum cum certis qualitatibus, & modificationibus forma inducitur. p. 225. n. 24. & ſeqq.
Ad avocationem in prima inſtantia probandam, novam probationis formam inducit Tridentinum, à quo non recedendum, nec alius probandi modus admittendus. p. 417. n. 31.
Monitoriales ad partes miſſas, quibus inſeritur reſcriptum avocatorium ſubſcriptum manu Sanctiſ. probant ſubſcriptionem ad effectum evitandi remiſſionem Ordinario. ibid. n. 32.

Proceſſus fulminatus, *Proceſſus*, *Procedere*. Vide *Nullitas*, *Commiſſio*, *Subſcriptio*.

A judice procedente tempore, quo debet conquieſcere, legitimè appellatur, & vim facere decernit Senatus. p. 139. n. 96. & ſeqq.
Proceſſus eſt nullus etiam reſpectu citati, ſi omnes conſortes non citentur, ſtante connexitate juris ex eadem cauſa proveniendis, pluries determinavit Rota. p. 161. n. 41. & ſeqq.
Proceſſus inhibitiones, & inde ſequuta ſunt nulla ipſo jure ex avocatione facta cauſarum ab Ordinariis in prima inſtantia. p. 201. n. 19. & ſeqq.
Proceſſum factum in prima inſtantia contra formam & tenorem Trident. ipſum, & conſtitutio Leonis X. annullant. p. 304. n. 26.
Proceſſus appellatione veniunt omnes Scripturæ in judicio factæ coram judice, & Notario deputato. ibid n. 28.
Proceſſus appellatione venit ſententia. ibid. n. 29.
Proceſſus, & acta nulla ſunt facta prorogatione abſque ſuperioris conſenſu. p. 305. n. 36.
Proceſſus nullus geſtus à judice carente juriſdictione in radice, & à principio, nequit per partis conſenſum revalidari. p. 327. n. 52.
Procedere qui potuit ex utraque poteſtate, ſi ſe reſtrinxit ad invalidam, proceſſus non ſuſtinetur ex valida. p. 273. n. 8. & ſeqq.
Proceſſus omnis factus vigore commiſſionis nullæ ex defectu formæ ſubſcriptionis, pariter nullus eſt, uti procedens à radice infecta. p. 364. n. 38. cum ſeqq.
Proceſſu fulminato inſertæ litteræ gratiæ non probant, parte opponente, niſi exhibitis originalibus. p. 367. n. 83.
Idem de privilegio. ibid. n. 66.
In Proceſſu fulminato tranſſumptæ litteræ cum authoritate judicis, & non contradicente parte (quæ non adeſt ubi extrajudicialiter proceditur) & cum aliis adminiculis probat. p. 369. n. 89.
Proceſſus nullus ob non præſentatam commiſſionem originalem revalidari non poteſt per conſenſum partis. ibid. n. 90. & ſeqq.
Cauſa, ob quam proceſſus eſt nullus, inſtuit in ſententiam, ad quam eſt vehiculum. p. 375. n. 32.

Procurator. Vide *Mandatum*.

Procuratorem conſtituens, ad contrahendum matrimonium videtur conſentire, & ratificare jam factum. p. 119. n. 14.
Procuratorem, & fidejuſſorem reliquit oppreſſus in Senatu, antequam ei tradatur proviſio ordinaria retentionis intentatæ, de quo recenſentur duo decreta Senatus. p. 182. n. 83. cum ſeqq.
Procuratoris finitur mandatum per ſolam rem judicatam, qui nec deinceps executionem impedire poteſt. p. 313. n. 14.
Per procuratorem ſpecialiter conſtitutum, an poſſit adimpleri forma juramenti, *c. ut circa*, *de electione* 9. l. 6. p. 342. n. 46.
Negativè. p. 343. n. 47.
Affirmativè reſolvitur. ibid. n. 48.
Procurator ubi contraxit, attenditur ad forum fortiendum, non ubi mandatum fuit confectum ad contrahendum. pag. 377. num. 49. & ſeqq.
Procurator conſtitutus à Prælato in rebus ſuæ Prælaturæ, morte Prælati etiam re non integra extinguitur. p. 442. n. 67.
Secus ſi detur in re communi Prælati, & Capituli. ibid. n. 68.

Profeſſio.

Profeſſionem nullam non retificat exercens actus profeſſi, dum eſt ignarus cauſæ nullitatis ſuæ profeſſionis. p. 65. n. 28.
Profeſſionis nullæ cauſam infrà biennium terminandam declaravit S. Congregatio. p. 223. n. 5.

Prohibitio, *Prohibitum*.

Prohibitum ad tempus poſt illud cenſetur permiſſum. p. 233. n. 4.
Prohibita obligatione alicui, non intelligitur, quæ à lege tacitè, & incidenter ex actu permiſſo inducitur. p. 373. n. 7. & ſeqq.
Prohibitus ſi ſit regulariter actus, & ob aliquam cauſam permiſſus, debet cauſa exprimi, & verificari. p. 401. n. 25. & ſeqq.
Cauſa permiſſiva, & prohibitiva mixtim concurrentia, hæc ut fortior ad ſe illam trahit. p. 434. n. 12.

Promontorium.
Sacrum promontorium (*cabo de S. Vincente*) Europæ, & Orbis terminus eſt remotiſſimus. p. 24. n. 36.
In Regno Galleciæ (Authoris nobiliſſimæ Patriæ) adeſt promontorium (*finis terræ*) ſic dictum ob terræ Univerſæ finem. p. 25. n. 42. & ſeqq.
Quod uſque nunc retinet hoc nomen. ibidem n. 44.
Prorogatio. Vide *Juriſdictio, Clericus. Forus.*
Exemptus nequit prorogare juriſdictionem alterius in præjudicium ſuperioris. p. 159. n. 24. & ſeqq.
Prorogare poteſt exemptus juriſdictionem Ordinarii quando non redundat in alterius præjudicium, ſed tantum prorogantis. p. 160. n. 33. & ſeqq.
Prorogatio alienæ juriſdictionis hodie ex Trid. præſervante primam inſtantiam Ordinarii non ita facilè eſt permiſſa. pag. 207. num. 1. & ſeqq.
Prorogatio alienæ juriſdictionis ut licitè fiat concurrere debet conſenſus partium, & Ordinarii habentis ſimul jus complicatum ex Trid. ibid. n. 2. & ſeqq.
Prorogare juriſdictionem alterius nequit Clericus abſque ſui Epiſcopi conſenſu. ibid. n. 5. & p. 372. n. 4.
Nec ſufficit conſenſus ſolus Epiſcopi. ibid.
Prorogatio alienæ juriſdictions in prima inſtantia nequit fieri abſque conſenſu Ordinarii ex nova diſpoſitione Concilii Trident. pag. 240. n. 33.
Prorogatio exempti non redundans in præjudicium alterius, ſed ſui tantùm valet, juxta Rotam. p. 257. n. 69. & ſeqq.
Prorogatio redundans tantùm in præjudicium prorogantis, non alterius valet. ibid. n. 71.
Prorogatio eſt extenſio juriſdictionis ad caſum ſeu perſonam in ea non expreſſam. p. 311. n. 65. & 66.
Prorogatio non fit juriſdictionis non exiſtentis. ibid. n. 7.
De prorogationis ſubſtantia eſt conſenſus partium litigantium. ibid. n. 72.
Prorogationem alienæ juriſdictionis tacitæ inductam à lege ratione contractus, aut delicti Clericus facit ſine licentia Ordinarii, licèt expreſſa, & in pactum deducta non teneat. p. 372. n. 5.
Prorogatio ex juris neceſſitate, & tacitè inducta à lege non requirit conſenſum Epiſcopi. p. 373. n. 6. & ſeqq.
Proſequutio. Vide *Supplicatio, Cauſa.*
Proſequi ſupplicationem à litteris Apoſtol. emiſſam quis teneatur, & an ob non proſequutionem retentio præcedens illicita reddatur. p. 40. n. 95. cum ſeqq. & à n. 82.
Proſequutio ex uno capite non tollit aliud, licèt omnis à principio deduxerit actor, juxta Rotam. p. 153. n. 6.
Proſequutio ex una actione non impedit quominus ad aliam poſſit convolari. ibid. n. 7. & ſeqq.
Agenti ex una cauſa, & proſequuta non obſtat res judicata, quominus ex alia diverſa ulterius agere queat. ibid. n. 10.
Marius Giurba dicens, proponentem nullitatem generaliter, & proſequentem unam cauſam tantum ſibi in cæteris præjudicare reprobatur, & Tuſchus, quem pro ſe allegat, contrarium tenet. p. 155. n. 26. & ſeqq.
Res judicata non obſtat quoad omnia deducta in judicio, ſi ſolum aliqua ſint proſequuta. ibid. n. 28.
Et de exemplo. ibid. n. 29.
Plura deducens in judicio, aliqua tamen ſolum malitioſè proſequatur, ratione doli ſibi in omnibus præjudicat. p. 156. n. 30.
Proſequutio ſupplicationis, ſicut & ipſa ſupplicatio à litteris incumbit parti, non Regi. p. 150. n. 5. & ſeqq.
Protectio. Vide *Princips, Rex, Recurſus, Vaſſallus, Retentio.*
Protectore carens Reſpublica vi oppreſſa infelix judicatur. p. 5. n. 3.
Protectore omnia indigent & miſera, & felicia. ibid. n. 4.
Plures authoritates Sacræ Scripturæ referuntur concludentes infelicitatem vi oppreſſi carentis protectore. ibid. n. 5. & ſeqq.
Protectionem (cum ſæpè ſit neceſſaria) non eſt verosimile ſibi reſervaſſe Deum, ſed ſui vicem gerentibus commiſiſſe. p. 6. n. 27.
Pro protectione præſtanda tributum datum Regi. ibid. n. 41.
Protectio eſt de Regalibus Principi competens in ſignum ſupremæ poteſtatis. p. 12. n. 103. cum ſeqq.
Protectio vi oppreſſorum proprium Regis officium eſt, aliis alienum, non precario, ſed proprietate ſuum. p. 13. n. 120.
Ubi Regalia abſolutè nominatur, præcipuè intelligitur de protectione vi oppreſſorum. ibid. n. 122.
Super protectione vi oppreſſorum (quæ Regi competit de jure uti Regalia) poteſt Rex cognoſcere inter Eccleſiaſticos; cum aliter ſuum auxilium præſtare non poſſit. pag. 15. n. 148.
Protectio Eccleſiæ aut perſona, cui commendata eſt, defenſio extrajudicialis, non juriſdictio attributa intelligitur. p. 16. n. 153.
Protector, cui protectio commendata eſt, poteſt etiam armis commendatam defendere. ibid. n. 154.
Protectione alicujus commendatus ad inſtar forenſis habetur, in quem protector non adquirit juriſdictionem. ibid. n. 155.
Protectio vi oppreſſorum, aut patriæ fortitudinis virtus eſt plena juſtitiæ. p. 19. n. 193.
Imperator quoad protectionem Dominus eſt ſubditorum, non tamen rerum particularium. p. 93. n. 23. & ſeqq.
Protectio vi oppreſſorum, ne ſcandalum patiatur Reſpublica, propria eſt Principis Regalia. p. 158. n. 7. & ſeqq.
Epiſtola Bonifacii Papæ refertur miſſa Imperatori Honorio, ut protectionem, & auxilium Eccleſiæ, & Religioni oppreſſæ præſtaret. p. 187. n. 3. & 4. & ſeqq.
Protectio Trident. commendata Principibus nullis eorum magis convenit, quàm Regi Catholico & de ratione. p. 190. n. 42. & ſeqq.
Protectio Concilii adhibita per Regem menſuratur cum declarationibus ejuſdem S. Congregat. p. 194. n. 14. & ſeqq.
Protectio Trident. in c. cauſæ omnes, non ceſſat cum ejus diſpoſitio unius renuntiatione non tollatur,

tollatur, ſed ad preces recurrentis à Rege præſtanda eſt. p. 201. n. 26. & ſeqq.
Protectionis Regalia uti nequit Rex ſuper non contentis, nec comprehenſis in decretis Concil. Trid. p. 203. n. 3. & ſeqq.
Protectionis Regalia denegatur ſuper caſu non comprehenſo in diſpoſitione Trident. p. 303. n. 9. & ſeqq.
Protectionis Regalia inſeparabiliter inhæret Regiæ dignitati, maximè in tuenda fide. p. 436. n. 26.
Quam à ſe abdicare, aut renuntiare non poteſt, niſi ſimul Coronæ renuntiet. p. 437. n. 28.
Rex Catholicus aſſerit, ſe eſſe non ſolùm protectorem S. Inquiſitionis Hiſpan. ſed patronum. p. 440. n. 52.

Proteſtatio.

Proteſtari pluries debet pars coram Ordinario, ut ob negligentiam poſt biennium lapſum poſſit cauſa ab eo avocari. p. 223. n. 8. & ſeqq.
Et an hæc proteſtatio facta coram anteceſſore conſtituat ſucceſſorem in negligentia. ibidem n. 10.

Protocollum.

Ex protocollo nequit agi in judicio ad rem in contradium deductum, quia .d id deſtinatum non eſt. p. 405. n. 17.
Ex protocollo probantur dubia, & defectu ſcripturæ, ad quod magnam fidem facit. ibid. n. 18.
Supplicatio ſubſcripta eſt matrix, & protocollum, ex qua non agitur in judicio ad ſubſtantiam gratiæ, tamen ad ejus circonſtantias, & qualitates, ſeu ad probandum defectum litterarum fidem facit. ibid. n. 19.

Provincia. Vide *Italia.*

Singularum Provinciarum mores Papa facilè ignorat. p. 44. n. 126.
Unaquæque Provincia abundat ſuo ſenſu, & variis corporis, & animi inclinationibus ducitur. ibid. n. 127.
Decretalis non conveniens juri communiter obſervato in Provincia, non admittitur in litibus, ſed ad Papam reſcribendum. pag 47. n. 164.
Provincias, & diœceſes dividere, alterare, mutare poteſt Princeps, faciendo de una duas, & de duabus unam. p. 167. n. 7.
Provincias inter ſuas Cancellarias diviſit Rex, ut quælibet agnoſceret, de quibus violentiis Judicum Eccleſiaſticorum cognoſcere valeat. p. 168. n. 18. & ſeqq.
Qui ex privilegio non extrahitur à provincia, ſi delicto opprimatur defenditur à Rege. p. 437. n. 40. & ſeqq.

Proviſio.

Generalis proviſio non extenditur ad caſus, qui habent ſpecialem providentiam. p. 51. n. 187.
Proviſio Regia refertur, qua mandat retinere litteras, & ne publicentur donec ab ipſo Rege examinentur. p. 438. n. 41.
Referuntur quamplurimæ proviſiones Regis expeditæ in variis occaſionibus ad impediendam executionem litterarum Apoſtol. expeditarum in Romana Curia in præjudicium primæ, & ulterioris inſtantiæ S. Inquiſitionis, vel aliter infringentium ſua privilegia. p. 439. n. 46. uſque ad n. 51.

Proviſio Regia. Vide *Juſſio.*

Proviſio Regia expeditur à Senatu Supremo, novitius conſtituatur in tuto, & libertate ad profitendum, quoties timetur violentia per importunas preces, aut fraudes. p. 19. n. 197.
Proviſio Ordinaria datur proponenti in Senatu querimoniam retentionis, ut Regii miniſtri litteras perquirant, & ad Senatum remittant cum cæteris actis per executorem geſtis ut ibidem examinentur, an publicum lædant. p. 176. n. 1.
Ordinaria proviſione poteſt quis ſe munire ante damnum, quod timetur inferendum. ibid. n. 2. & ſeqq.
Proviſio ordinaria nullatenus traditur oppreſſo petenti retentionem, niſi prius præſtet fidejuſſorem de ſolvendis expenſis impetranti, atque ſimul relinquat procuratorem, cum quo cauſa valeat proſequi ad effugiendam dilatationis ſuſpicionem. p. 182. n. 83. & ſeqq.
Ubi de hoc duo referuntur decreta Senatus. ib.
Proviſio ordinaria datur à Senatu, ut impetrans aut eligens judicem extra Regna Coronæ Caſtellæ commiſſione non utatur. p. 198. n. 23.
Proviſio ordinaria datur in Senatu, ut naturales hujus Regni afferant judicem in Regno, ſuntque prohibiti impetrare commiſſiones judicibus extra illud degentibus. pag. 259. num. 98. cum ſeqq.

Proviſus. Vide *Ordinarius*, *Reſervatio*, *Via*, *Executio*, *Contradictor.*

Proviſus ab Ordinario, & poſſeſſor eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem proviſi Apoſtolici ex cauſa reſervationis, quando iſta non eſt notoria, ſed dubia, & obſcura. p. 467. n. 120.
Et impedit viam executivam litterarum, & in via ordinaria debet audiri. ibid.
Proviſos ab Ordinario agnoſcit Papa ut legiſimos contradictores. ibid. n. 121.
In proviſo per Ordinarium duo concurrere debent ut legitimus dicatur contradictor, titulus coloratus, & poſſeſſio. p. 468. n. 122.
DD. & Rotæ deciſiones plurimæ ad idem referuntur. ibid. n. 123.
Proviſi ab Ordinario poſſeſſionem non inficit reſervatio, dum non docetur intraſſe, imò in ea manutenetur, & eſt legitimus contradictor. p. 469. n. 139.
Proviſus, & poſſeſſor per Ordinarium manutenetur uti legitimus contradictor, quando clarè non probatur intrare reſervationem, & decretum irritans. ibid. n. 141.
Et via ordinaria erit audiendus. ibid. n. 143. & ſeqq.
Proviſus ab Ordinario poſſidens eſt legitimus contradictor, contra quem procedi nequit executivè, ſed Ordinariè. p. 470. n. 149. & ſeqq.
Proviſus ab Ordinario ſi poſſideat non adſtringitur titulum ex eodem fonte oſtendere, ad impediendam immiſſionem proviſi Apoſtol. p. 471, n. 167. cum ſeqq. n. 159.
Proviſionum anterioritas, reſpicit petitorium. p. 472. n. 182.
Proviſus ab Ordinario providente bona fide beneficium vacans in ſuo menſe, poſſidens, & proviſus Apoſtol. ex reſervatione, prætendentes immiſſionem, uterque habet fundamentum de jure communi. ibid. n. 187.
Proviſus ab Ordinario & poſſeſſor manutenetur, dum reſervatio redditur turbida. ibid. n. 196.

Proviſus

Provisus ab Ordinario manutenetur in sua possessione, donec de reservatione turbida contenditur. p. 473. n. 199.

Prudentia, Providentia.

Prudentia est cavere, quæ non putantur emergere. p. 84. n. 68.

Et est providentia & notio futurorum, & advenientium calamitatum munimen. ibid. n. 69.

Publica utilitas. Vide *Respublica, Utilitas, Damnum, Retentio, Violentia, Litteræ.*

Publicus rerum status ex privato sæpiùs turbatur & ex eo publica oritur pernicies. p. 11. n 99.

Publica utilitas Regni, & utilitas Regis. ibid. n. 88.

Ad publicæ utilitatis commodum plura specialia Regia reservantur in præmium summi laboris p. 14. n. 128.

Ob publicam utilitatem res aliena auferri potest data recompensa, vel pretio soluto, juxta l. partitæ. p. 93. n. 22. & 23.

Publicæ utilitatis causa legitima dicitur, ut Princeps tollat dominium proveniens à jure naturali, aut gentium. p. 95. n. 32.

Data tamen recompensa. ibid. n. 33.

Utilitatem publicam concernit, lites abbreviari. p. 197. n. 14 & seqq.

Publicatio. Vide *Cedulones, Edicta, Terminus, Tempus.*

Post publicationem testes non sunt admittendi, admissi tamen parte non impugnante probant. p. 124. n. 57.

Publicatio Bullarum resignationis intra quod tempus fieri debet: juxta regulas Cancellariæ. p. 172. n. 1. & seqq.

Publicatio Bullarum resignationis à quo tempore incipiat. ibid n. 2.

Pupillus. Vide *Minor, Pauper, Persona, Miserabilis.*

Pupilli non mittuntur ad Curiam, quia ætas eos excusat, & possunt judicium Principis declinare, ut ad suam provinciam remittantur, item & cæteræ miserabiles personæ. p. 421. n. 22. & seqq.

Pupillus Clericus hodie potest declinare forum Ordinarii in prima instantia, & Curiam Papæ adire sicuti de jure communi. p. 422. n. 37.

Q

Qualitas. Vide *Jurisdictio.*

QUalitas expressa in libello, seu citatione attribuit jurisdictionem pro tunc, revocabiliter tamen, si contrarium appareat. p. 412. n. 36. & seqq.

An & quando qualitas attribuere jurisdictionem sufficiat ad illam fundandam quod inseratur in libello. ibid n. 39. remissivè.

Qualitas adjecta verbo, vel participio restringitur ad tempus verbi participii nec antea operatur dispositio. p. 121. n. 34.

Ad qualitatem adjectam in dispositione debent restringi ejus verba quantumvis universalia. p. 171. n. 53.

Qualitas seu solemnitas requisita tempore actus, vel ante ipsum si tunc non adsit, actus est nullus, licet, postea sequatur. p. 212. n. 29. & seqq.

Non entis nullæ sunt qualitates, nec qualitas potest esse sine subjecto. pag. 267. n. 45. & seqq.

Qualitas subscriptionis contenta in commissione resolvitur, resoluta ipsa principali commissione. ibid. n. 46.

Qualitas qua fundatur jurisdictio ante omnia debet probari. p. 270. n. 79. & seqq.

Qualitate superveniente in qua aliud diversum jus reperitur, prior qualitas non impedit juris operationem respectu secundæ. p. 293. n. 16. cum seqq.

Qualitas officii prævalet in iis, quæ tangunt officium subjectum Ordinario. p. 294. n. 19.

Qualitas quæ prævalet respectu jurisdictionis attenditur. ibid. n. 22.

Qualitates diversæ possunt concurrere in eodem corpore, ita ut ratione unius detur exemptio, secus respectu alterius. ibid. n. 23.

Qualitas superveniens à jure communi habens certam determinationem, prævalet exemptioni ex privilegio, quando utraque concurrit. ibid. n. 24.

Sub una contrahens qualitate tanquam talis censetur contrahere, & non tanquam alteri ex alia qualitate, quam simul habet. ibid. n. 25. & seqq.

Nec alteri qualitati, cujus respectu non contraxit, contractus prodest nec nocet. ibid. n. 26. cum multis seqq.

Qualitates diversæ in eadem persona possunt simul concurrere, ita ut ratione unius quis sit exemptus, alterius verò sit Ordinario subjectus. p. 295. n. 44.

Ad probandas qualitates, & circumstantias gratiæ testes admittuntur, licet ad substantiæ probationem, nequaquam. p. 364. n. 31.

Qualitas, qua fundatur jurisdictio ante omnia debet probari, aliter processus nullus est. p. 400. n. 12. & seqq.

Qualitatem fundamentalem qui non probat, dicitur carere jure. ibid. n. 14.

Ad qualitates, & circumstantias gratiæ probandas sufficit supplicatio subscripta. p. 405. n. 14. & seqq.

Quasi contractus.

Quasi contractus ratione sortitur quis forum, sicuti ratione contractus. p. 385. n. 25. cum seqq.

Querela. Vide *Retentio, Recursus, Decreta.*

Querela retentionis & violentiæ ob non delatam appellationem emissam ab executore litterarum variis modis concurrere simul assolent in Senatu. p. 184. n. 1. & seqq.

Utraque conditionaliter intentari potest ab eadem parte: ibid. n. 9. cum seqq.

Querelæ retentionis, & violentiæ peracta jam executione litterarum tendunt ad eundem finem. p. 150. n. 23. & seqq.

Querela & appellatio sunt remedia contra gravamen extrajudiciale, querela quandocumque interponitur, appellatio intra decennium tantum. ibid. n. 10. & seqq.

R

Radix, Ramus.

RAmi majores vires non habent, quam à radice susceperint. p. 405. n. 9. & à n. 5. cum seqq.

Ratio,

Ratio, Rationalibis, Ratio reddenda.
Vide *Cauſa. Avocatio, Commiſſio.*

Quoties plura habent eandem rationem licèt de uno tantùm fiat mentio, cenſetur fieri exemplariter. p. 82. n. 44.
Caſus plures, quoties habent eandem rationem licèt de uno tantum fiat mentio, intelligitur fieri exemplariter non reſtrictivè. p. 109. n. 15. cum ſeqq.
Ratio legis generalis attenditur, tanquam virtus intrinſeca ad incluſionem omnium caſuum emergentium, in quibus militat. ibid. n. 19.
Ratio expreſſa in diſpoſitione comprehendit omnes caſus illi convenientes non per viam extenſivam, ſed potius incluſivam. ibid. n. 20.
Sub ratione diſpoſitionis comprehenſus caſus omiſſus expreſſus dicitur. ibid. n. 21.
Quod ſub ratione legis expreſſa venit, non dicitur extenſio ſed comprehenſio. ibid. n. 22.
Plures Doctores recenſentur admittentes rationis identitatem ad retentionem litterarum Apoſtol. in caſibus non expreſſis. p. 111. n. 31. & ſeqq.
Litteræ aliæ expreſſæ non comprehenſæ in l. Regia, quibus tamen militat legis ratio, retinentur à Senatu, ibidem exemplificatur. ib. n. 35. & 36.
Retentionis omnes caſus unicà tantùm ratione & fundamento nituntur, præjudicio, ſcilicet, publicæ utilitatis. p. 158. n. 13.
Ratio finalis Concilii in cap. cauſæ omnes, militat in litigantibus cuilibet juriſdictioni Ordinariæ ſubjectis. p. 203. n. 6.
Verba generalia diſpoſitionis reſtringuntur ad rationem & cauſam ejus. ibid. n. 7.
Ratio qua movetur Trident. in cap. cauſæ omnes, ad præſervandam primam inſtantiam, æqualiter militat in viis executivis, ſicuti & in aliis Ordinariis. p. 246. n. 21. & ſeqq.
Ratio legis magis quàm verba eſt attendenda. ibid. n. 24.
Dictum per rationem ampliatur, & limitatur, quæ magis quàm dictum attenditur. ibid. n. 25. & ſeqq.
Genus ſicut continet omnes ſpecies, ita ratio generalis omnes caſus. ibid. n. 2.
Ratio ſimilis Trident. in favorem ſubditorum inducta, ne extrahantur in prima inſtantia à ſuis provinciis, pariter militat in viis executivis. p. 246. n. 36.
Rationis redditio tutelæ, curæ, vel alterius adminiſtrationis eſt individua, quæ nullam ſeparationem recipit. p. 289. n. 12. & ſeqq.
Ratio ſubintellecta, & non expreſſa pro expreſſa habetur in diſpoſitione, quando una ſola reddi poteſt, & omnes effectus expreſsè operatur. p. 421. n. 19.
Quoties plures caſus habent eandem rationem, licet de uno dumtaxat lex loquatur, & fiat mentio, videtur fieri exemplariter, non reſtrictivè. n. 28. & ſeqq.
Extenſionis ſive comprehenſionis materia in rationis identitate fundatur, non in minoritate. p. 430. n. 9.
A majoritate rationis valet argumentum. p. 146. n. 105.
Rationes plures, & validiſſimæ redduntur cur Trid. in cap. cauſæ omnes, comprehendens Legatos de Latere non comprehendat Regem Siliciæ, etſi Legatum de Latere ſui Regni. p. 33. n. 44. cum ſeqq.

Ratificans, Ratificare.

Ratificare videtur matrimonium jam factum qui conſtituit procuratorem ad illud contrahendum. p. 119. n. 14.
Ratificatio proceſſus nullius debet intervenire ante ſententiam, quia poſtea non ſit tempore congruo. p. 327. ſub. n. 52.
Ratificatio non retrotrahitur data vel à principio vel medio tempore inhabilitate alicujus extremi. ibid. ſub n. 52.
Ratificatio non cadit ſuper actu nullo, ubi declatur. ibid. ſub n. 52.

Recognitio. Vide *Scriptura.*

Reconventio, Reconvenire.

Litteræ monitoriales expeditæ ſuper reconventione oppoſita in Rota, ad quam cauſa conventionis legitimè fuit per appellationem devoluta, an ſint in Senatu retinendæ remiſſa reconventione Ordinario. p. 241. n. 1. cum ſeqq.
Reconventio non admittitur in cauſa appellationis à diffinitiva devolutæ ad Nuntium, vel Rotam. ibid. n. 2.
Reconventio eſt nova petitio, quæ expeditur eiſdem juris terminis ſervatis, quibus & conventio. ibid. n. 3.
Reconventio coram Judice appellationis propoſitæ in Rota, ad quam fuit conventio devoluta per appellationem à diffinitiva, litteræ aut commiſſiones expeditæ retinentur in Senatu reconventione remiſſa Ordinario. ibid. n. 8. & ſeqq.
Reconventio an fieri valeat coram Judice appellationis devolutæ ante diffinitivam, diſcordant DD. ibid. n. 9. & ſeqq.
Jacobi Cancerii diſtinctio refertur, quod admiſſio reconventionis, coram Judice appellationis ante diffinitivam pendeat, an ipſe malè vel benè appellatum feciſſe declaret. ibid. n. 10. & 11.
Scaccia refertur idem in effectu tenens, & Judex appellationis à gravamine an litem conteſtatam poſſit admittere reconventionem. p. 242. n. 12.
Ipſe Scaccia clarè ſibi ipſi contrarius adnotatur. ibid. n. 13.
Reconventionem in qualibet parte judicii ante diffinitivam poſſe opponi veriorem reſolvit Author. ibid. n. 14. cum ſeqq.
Reconventio etiam poſt concluſionem in cauſa & in articulo ferendæ ſententiæ, & nondum latæ, rectè opponitur. ibid. n. 15.
Reconventio quoad effectum prorogandi juriſdictionem ante diffinitivam quandocumque admittitur. ibid. n. 16.
Secus autem quoad effectum ſimultaneæ cognitionis, & terminationis, quia tunc requiritur, ut ante litem conteſtatam, vel ſtatim poſt eam opponatur reconventio, ut conventionis cognito pari paſſu ambulet, & eadem ſententia utraque terminetur. ibid. n. 17.
Reconventio jure Regio intra viginti dies opponenda. ibid n. 18.
Reconventio in cauſa appellationis à diffinitiva non habet locum. ibid. n. 19.
Judex appellationis à gravamine ante diffinitivam, ſi malè appellatum declaret, nequit reconventionem admittere, ſed inferior, ad

quem

quem conventionis causa redit. ibid. n. 20.
Judex appellationis à gravamine ante diffinitivam declarans benè appellatum, licitè admittit reconventionem cum causa principalis coram se remaneat. ibid. n. 21.
Litteræ super reconventione coram Judice appellationis, ante diffinitivam, cum licitè causam principalem retinet, in Senatu non retineatur, cum jam non pertineat Ordinario, remissio. n. 22.
Judex appellationis à gravamine extrajudiciali indistinctè admittit reconventionem, super qua litteræ à se expeditæ minimè retinentur in Senatu, sed parti traduntur ut illis coram Ordinario utatur. ibid. n. 25.
Reconventio opposita ante litis contestationem, vel paulò post obtinet privilegium simultaneæ cognitionis, & diffinitionis cum conventione, non secus. p. 283. n. 38.
Recursus, Recurrens. Vide *Retentio, Rex, Princeps, Senatus, Rota, Tolerantia.*
Recursus ad Deum immediatè in cunctis oppressionibus non est homini possibilis. p. 6. n. 28.
Recursus ad Regem est Regalia ipsius inalienabilis, & inseparabilis à Corona. pag. 12. numero 109.
Quam à se abdicare non potest Rex, nisi renunciando Regno. ibid. n. 10. & seqq.
Recursus ad Regem est de Regalibus majoribus ei competentibus in signum supremæ potestatis. ibid. n. 111.
Recursus ad Regem est Regalia à Rege inabdicabilis. ibid. n. 122.
Et Principi reservata in signum supremæ Majestatis, inalienabilis, & imprescriptibilis. ibid. n. 113.
Recursus ad Regem fundatur in jure naturali. p. 18. n. 185. & seqq.
Augustini Barbosæ, & Dianæ fundamenta contra recursum noviter statuentium destruuntur. p. 20. n. 198. remissivè.
Recursum ad Regem impugnans nullus hactenus Authoris invincibilibus fundamentis satisfecit, sed consulto omissis illis devictibus. ibid.
Recursus ad Regem ob tollendam violentiam ex litterar. Apostolicar. executione oriunda non comprehendi in Bulla Cœnæ, nec ejus censuris, qui affirment. p. 36. n. 65. & seqq. & à n. 55.
Recursus ad Regem ad Bullarum retentionem immunis est à censuris, cum fiat jure & Papa permittentibus accedente legitima retinendi, causa. ibid. n. 68.
Recursus retentionis quatenus tendit utilitatem Reipublicæ favorabilis est. p. 85. n. 72.
Recursus usum impedire vergit in damnum authoritatis & præeminentiæ Regis. p. 108. n. 3.
Recursus retentionis omnibus remediis aptior paci & gubernationi Regnorum. ibid. n. 4.
Pendente recursu retentionis in Senatu, si impetrans exequatur litteras rectè Senatus reponit hoc attentatum violentum, & ratione. p. 127. n. 84. & seqq.
Recursu pendente ad Regem suspendi terminum pluries determinavit Rota. p. 172. n. 9. & seqq.
Recursus omnis ad Principem regulariter suspendit terminum. p. 173. n. 18.
Contra recurrentem ad Consilium Regium pro impediendis monitorialibus proceditur in Rota per judicium contradictarum, & executoriales expediuntur, quomodolibet constet recurrentem habuisse notitiam citationis faciendæ. p. 323. n. 4. & seqq.
In odium recurrentis ad Regem in Rota admittitur omnis interpretatio ad favorem alterius, ita ut simplici copiæ fidem habeat. ibid. n. 7.
Recursu utens, quominus citetur, habetur in Rota pro citato. p. 324. n. 8. & 9. & seqq.
Et datur fides simplici copiæ. ibid. n. 10.
Et etiam testibus nulliter examinatis ibidem numer. 11.
In odium recurrentis acta habentur in Rota pro transportatis. ibid. n. 16.
Recurrens nequit prævenire malitiam adversarii, quod dum monitoriales fiat in Senatu (quæ de necessitate sunt in Rota reproducendæ) causa in Rota contra eum defensum & interdum nondum citatum prosequatur. p. 325. n. 24.
Nec interim dum pendet recursus ad Regem potest dici contumax. ibid.
Recurrens ad Regem nec dicitur contumax, nec fugitivus ibidem, nec ob id debet molestari. ibid. n. 28. & 29.
Recursus ad Regem pendens legitimum est impedimentum ut terminus à jure, vel Judice datus in causa principali suspendatur. ibid. n. 30.
Recursu ad Regem omnes oppressi Prælati, & Religiones indistinctè frequentes utuntur. p 326. n. 39.
Recursus utens ubilibet inculpabilis, & excusatus haberi debet, cum faciat actum jure licitum, vel saltim publicè usitatum. ibid. n. 40. & seqq.
Recursu ad præsidium innocentium inventus, foret vinculum iniquitatis, si Senatus pateretur exequi executoriales alibi obtentas contra recurrentem indefensum, pendente recursu super monitorialibus. ibid. n. 45.
Foretque potius laqueus ad jugulandam justitiam recurrentis oppressi, & in remedio, & securitate reperiret periculum, & venenum. ibid. n. 46. & seqq.
Recursus cum suo fine pugnaret, & Regis authoritas foret umbra ad captionem, & dolum, si eo pendente in Senatu, alibi executoriales expeditas contra recurrentem exequi permitteretur. p. 327. n. 49. & seq.
Recursus vel à Rege penitus denegandus, ne sub ejus securitate oppressi justitia pereat, vel in causa principali est subsistendum. ibidem n. 55.
Recursus est in mortalibus valdè necessarius. ibid. n. 56.
Recurrenti condemnato in Romana Curia recursu pendente super monitorialibus Rex magis debet protectionem, cum sub sua securitate, & fide publica fuerit deceptus. ibid. n. 59. & seqq.
Recursus ad Regem pendens legitimum est impedimentum suspendendi terminum monitorialium, ita ut citatus non dicatur contumax, quia non adstringitur comparere. pag. 329. n. 75.
Bulla Cœnæ ponderatur contra rigorem Rotæ, quæ nihil loquitur contra recurrentem. ibid. n. 76. & 77.
Bulla Cœnæ in cap. 14. & cap. 15. loquens de

de recurrente expreſsè diſponit in eo appellante à litteris Apoſtolic. ad Senatum, non de recurrente pro ſola tollenda vi. p. 329. n. 78.
Bulla in cap. 14. Non dirigit verba in recurrentem ex juxta cauſa pro tollenda vi & ad finem ſupplicandi, immo ſupponit tunc licitè recurrere. ibid. n. 79. & ſeqq.
Recurſum vi oppreſſis velle Papam tollere non eſt credibile, cum alio remedio penitùs ſint deſtituti longè abſentes à Sede Apoſtol. ibid. n. 82.
Recurrentem ad Principem pro tollenda vi & juſta cauſa omnes viri docti à cenſurarum incurſu excuſant. p. 330. n. 89.
Si in Italiæ ditionibus prope Romam exiſtentibus recurſus ad Principes licitus eſt, multò magis in Regnis Hiſpaniæ procul ab ea diſtantibus. p. 22. n. 6.
Obſervatio Borelli ad id annotatur. ibid.
Ea Provincia longè diſtare à Curia Romana dicitur, quæ extra confines Italiæ ſita eſt. ibid. n. 7.
Recurſus quando ita facilè haberi nequit ad Sedem Apoſtolicam poteſt recurri ad Regem pro litterarum ſuſpenſione, donec Pontifex conſulatur. ibid. n. 11.
Jacobi de Graſſis ſingularis obſervatio ad id refertur, diſtinguens inter regna remota, & proxima Curiæ Romanæ. ibid.
Ob difficilem adhuc ad Sedem Apoſtol. & loci diſtantiam recurſus habetur ad Principem ſæcularem, obſervatio Martæ refertur. p. 23. n. 17.
Ob difficilem aditum ad Sedem Apoſtolicam licitus redditur recurſus pro ſuſpendenda interim executione litterarum. ibid. n. 19.
Periculum ubi eſt in mora poſſe Clericus pro auferenda violentia recurrere ad Regem abſque metu cenſurarum, agnovit Diana. ibid. n. 21.
Conditiones petitæ à Diana pro juſtitia recurſus ad Regem concurrunt omnes in violentiis illatis per Judices Eccleſiaſticos in Regnis Hiſpaniæ longiſſimè diſtantibus à Sede Apoſtol. ibid. n. 26.
Si ad Sedem Apoſtol. tunc recurri deberet, & ad ea remedium expectandum, numquam vis illatæ defenſio naturalis prodeſſet, ob tam longam diſtantiam, & difficilem aditum. ibid. n. 27.
Deterioribuſque inconvenientibus, ſumptibus, & vexationibus anſa, & occaſio præberetur. ibid. n. 28.
Ex noviſſima difficultate aditus ad Sedem Apoſt. ob tam longam, & remotam diſtantiam, & iter non tutum, ſed plenum maris, & revæ periculis juſtitia legitimi recurſus ad Regem pro interim retinendis litteris Apoſtol. probabiliter, & ſecurè deducitur. p. 26. n. 53. & ſeqq.
Recurſus pro tollenda violentiæ, qui non eſt contentus in Bulla Cœnæ, per quamlibet ejus publicationem non inficiatur. p. 51. n. 185.
Recurſus pro tollenda violentia, etſi comprehenderetur in Bulla Cœnæ ſtante tolerantia per tot ſæcula, ejus publicatione ſubſequuta non includeretur, ſed foret præſervatus. ibid. n. 186.
Recurſus pro retentione litterarum nunquam impugnavit Rota. p. 52. n. 202. & 203.
Recurſus pro tollenda violentia, ſunt conformes juri naturali, & Divino, & in favorem libertatis Eccleſiaſticæ. p. 54. n. 215.
Recurſus pro tollenda violentia, ſi Pontifices judicarent juri naturali, aut Divino, nec non libertati Eccleſiaſt. obviare, viriliter reſiſterent, & non tolerarent. p. 54. n. 217.
Sicuti in ſimilibus feciſſe, & paſſim facere pro ſalute animarum, & Paſtorali officio, oſtenditur ex multis Canonicis decretis. ibid. n. 218.
Inquiſitorum cognitio tam in primis, quàm in ulterioribus inſtantiis preſervatur in multis Apoſtol. vetantibus omnem recurſum ad Romanam Curiam, ſed ſolùm eſſe recurrendum ad Inquiſitorem Generalem Hiſpaniæ. p. 443. n. 82.
Bullæ Apoſt. prohibentes receſſum ab Inquiſitione Hiſpaniæ in qualibet inſtantia, & recurſum etiam ad Sedem Apoſtolic. in quibuſvis negotiis, & eorum dependentiis multæ recenſentur, & ubi inveniri poſſunt. p. 445. n. 96. uſque ad n. 109.
Refertur Thuanus circa libertatem Eccleſiæ Gallicanæ. ibid.

Recuſatio, *Recuſatus*. Vide *Suſpectus*, *Ordinarius*, *Commiſſio*.

Recuſationis cauſa legitimus eſt modus recedendi ab Ordinario in prima inſtantia. p. 209. n. 1.
Recuſationis cauſa probata coram Ordinario recuſato, omninò ſuperſedere debet in negotio principali. ibid. n. 2.
Recuſatus legitimè Ordinarius cauſam de conſenſu recuſantis alter committit, vel ad Superiorem remittit. ibid n. 3. & 5.
Recuſationis cauſa coram recuſato proponenda, & quomodo, & à quibus arbitri eligendi ad cognoſcendum de ea. ibid. n. 4.
Recuſatus Ordinarius procedens in cauſa, proceſſus & ſententia vitio nullitatis ſubjiciuntur. ibid. n. 6.
Si recuſans opponat de nullitate. ibid. n. 7.
Per recuſationem legitimè factam ceſſat diſpoſitio Trident. in cap. omnes, præſervantis primam inſtantiam Ordinaris. ibid n. 8.
Recuſatione Ordinarii exiſtente ceſſat protectio Concil. Trid. commendata Regi, cum & ipſius ceſſet diſpoſitio. ibid n. 10.
Epiſcopus in cauſa ſuæ Eccleſiæ poteſt recuſari ut ſuſpectus. p. 211. n. 22.
Recuſari licet poſſit Epiſcopus in cauſa ſuæ Eccleſiæ, ante recuſationem tamen judex eſt competens, & ejus ſententia tenet. ibid. n. 23.
Sed poſt actus geſtos videtur in eum conſentire, & amplius eum non poteſt recuſare. ibid. n. 25.
De recuſatione Ordinarii debet legitimè in Senatu conſtare, ut ceſſet Regia protectio Trident. ibid. n. 26.
Et de ea conſtabit, ſi illam aſſerat Papa in reſcripto legitimè præceſſiſſe. ibid. n. 26.
Recuſationis cauſa Ordinarii reſcripto impetrato, an quis poſſit uti, ſi non antea poſt recuſationem propoſuerit coram Ordinario. ib. n. 27. & ſeqq.
Tale reſcriptum ante recuſationem Ordinarii propoſitam, ſine ſubſcriptione Sanctiſſimi fuit nullum à principio. ibid. n. 28. cum ſeqq.
Recuſatione propoſita Ordinarii poſt impetratam commiſſionem, & legitima per arbitros inventa poteſt Ordinarius cauſam alteri committere, vel ad Superiorem remittere. p. 212. n. 33.
Ob recuſationem receſſus ab Ordinario non eſt licitus ante recuſationem propoſitam, & legitimam declaratam, ac ideò reſcriptum alteri eſt nullum, nec ceſſat Trid. diſpoſitio, nec Regis protectio. ibid. n. 34.

Et facta per Senatum remissione Ordinario non impeditur impetrans illum recusare ante omnia, & ob recusationem declaratam aliam alteri commissionem impetrare. ibid. n. 35.
Recusari potest Episcopus in causa suæ Ecclesiæ, dummodo recusationis causa ante omnia proponatur. p. 298. n. 11. cum seqq.
Commissio impetrata ob recusationem Ordinarii postmodum, re integra, recedentis, aut decedentis, an à Senatu retinenda, ut causam remittat Ordinarii successori. p. 317. n. 1. cum seqq.
Recusatio legitimus est modus recedendi ab Ordinario in prima instantia. ibid. n. 3.
Recusatio Ordinarii facit cessare Trident. dispositionem, & per consequens Senatus protectionem. ibid. n. 4.
Recusationis causa licet cesset ex mutatione Ordinarii recusati; non tamen ejus cessat effectus jam consummatus, & in esse productus. ibid. n. 7.
Ob recusationem Ordinarii commissio impetrata, illo decedente, vel recedente re integra (nempe ante jurisdictionem in delegato radicatam) retinetur in Senatu, remissa causa cognotionis Ordinarii successori. ibid. n. 12.
Recusationis causa cessante, cessat ipsa recusatio. ibid. n. 13.
Recusatio cessat mortuo reo recusato. p. 318. n. 14. & 15.
Quod intellige, si recusationis causa sit personalis, non realis, quæ tangat dignitatem, cum hæc in successore durat. ibid. n. 16.
Recusationis causa resoluta, Ordinario recusato, recedente, vel decedente re integra, res redit ad priorem statum, & intacta prima instantia pertinens successori recusati. p. 319. n. 33. & seqq.
Recusatio & appellatio ad effectum suspendendi jurisdictionem à pari procedunt. p. 320. n. 41.
Recusationem cessare per mutationem Ordinarii recusati ante commissionis ob id impetratæ exercitium, & ad ejus successorem devolvi jurisdictionem determinavit Rota. ibid. n. 42. & seqq.
Per comparationem coram recusato sine protestatione tollitur recusatio, & rescriptum ejus occasione obtentum. ibid. n. 43.
Ob recusationem commissio impetrata ante ejus exercitium non habet statum perfectum, sed est re integra resolubilis, & variationi subjecta. p. 321. n. 51.
Recusatione pendente jurisdictionis exercitium conquiescit. p. 349. n. 51. & 52.
Recusationis causa cessante post præventam jurisdictionem à Delegato cessat ejus commissio. p. 318. n. 17.

Reædificare.

Reædificare Ecclesias, & contritas reparare boni Principis est. pag. 9. num. 60. & 65. pag. 7. n. 32.

Regalia. Vide *Princeps, Rex, Senatus, Retentio.*

De Regalibus est protectio vassallorum Principi competens in signum supremæ potestatis. p. 12. n. 103. & seqq.
Piscatorum reditus inter Regalia computantur. ibid. n. 104. & seqq.
Regalia Principis est piscatio quantum ad protectionem. ibid. n. 106.
Litora maris sunt Regalia Principis respectu protectionis. p. 12. n. 107.
Suprema Principis potestas (quæ Regalia dicitur) versatur in vigilantia subditorum. ibid. n. 108.
Recursus ad Regem est Regalia ipsius inalienabilis & inseparabilis à Corona. ibid. n. 109.
Regaliam recusus Rex non potest à se abdicare, nisi renuntiante Regno. ibid. n. 110. & seqq.
De Regalibus majoribus Regi competentibus in signum Supremæ Majestatis est recursus ad Regem. ibid. n. 111.
Et est Regalia ab eo inabdicabilis, inalienabilis, & impræscriptibilis. ibid. n. 113.
De regaliis solus judicat Senatus interdicta aliis judicibus cognitione. ibid. n. 115. & seqq.
Jus competens Regi ex privilegio, aut consuetudine in Ecclesiis est Regalia ipsius. p. 13. n. 116.
Majoria Regis Regalia ipsius dicitur. ibid. n. 117. & seqq.
Regaliæ eo dicuntur, quia aliqua specialiter Regi magis conveniunt. ibid. n. 121.
Regalia ubi absolutè nominatur, præcipuè intelligitur de protectione vi oppressorum. ibid. n. 122.
Honor Regius, quæ est ipsa Majestas, dicitur majoria Regis inabdicabilis. p. 14. n. 123.
Majoria Regia dicitur Regalia de ipsi reservatis in signum supremæ Majestatis. ibid. n. 124.
Regaliæ enumeratæ in cap. 1. quæ sint Regalia non excludunt alias Regalias ibid. n. 130.
De Regalibus potest Princeps cognoscere, etiam inter Ecclesiasticas personas. ibid. n. 132.
Super Regalia protectionis cognoscit Rex inter Ecclesiasticos. ibid. n. 133.
Super jurium Regalium controversia Rex cognoscit etiam inter Ecclesiasticos, cujus jurisdictionem nemo declinat. ibid. 134.
Uti de jure patronatus suo. p. 15. n. 135.
Regalium ratione quæ tenent Ecclesiastici sequuntur forum Regis temporale. ibid. n. 136.
Regalia Regis est jus Regium patronatus. ibid. n. 137.
Jus percipiendi decimas Regi concessas à Sede Apostol. ipsius Regalia est. ibid. n. 141.
De quibus cognoscit Rex. ibid. n. 142. & seqq.
Regaliis, & subditorum privilegiis quæ obsunt, debet Rex obviare ad Reipublicæ conservationem. p. 81. n. 26. seqq.
Regaliorum tanta est vis, ut si quis aliquid impetret in diminutionem juris Regii Curia rescindit. p. 89. n. 33. & seqq.
Regaliam protectionis indistincte, & absolutè attribuunt cuncta jura Regi non distinguentia inter casum, & casum. p. 109. n. 14. & seqq.
Regalia protectionis vi oppressorum Regi competit principaliter de jure corroborato etiam immemoriali. p. 144. n. 63.
Regalia tollendi violentias jus est universale complectens omnes species, & casus violentiæ. ibid. n. 66. & seqq.
Regalia protectionis Princeps utens in aliquibus casibus non impeditur etiam uti in aliis sub suo jure universali comprehensis. ibid. n. 71. & seqq.
De Regalia Regis Franciæ in reducendis fructibus beneficii vacantis ad manus suas, ne decipiatur. p. 128. n. 20.
Regalia retentionis pertinet Regi, & cognitio de

de jure, & consuetudine immemoriali, cui Papa detrahere non intendit. p. 49. n. 172.
Regalia propria Regis est protectio vi oppressorum, ne scandalum Respublica patiatur. p. 158. n. 7.
Regaliæ protectionis in præjudicium Regiæ dignitatis nemo potest renunciare, quominus ea insuper Rex utatur. ibid. n. 8.
Regalia est Principi reservata creare Senatus, & Magistratus. p. 166. n. 2.
Augere vel minuere ad libitum suæ voluntatis. ibid. n. 3.
Etiamsi sine causa. ibid. n. 4.
Et absque citatione, cum totum pendeat à mera gratia. p. 167. n. 5.
Regalia Principis est dividere Provincias, dismembrare assignatas, & aliis Tribunalibus unire. ibid. n. 6. & seqq.
Regalia Principis est in signum supremæ potestatis, & jurisdictionis, dividere Provincias quoad temporalitatem. ibid. n. 16. & seqq.
Ex Regalia Principis provenit dismembratio cognitionis causarum ab uno Tribunali. p. 169. n. 32. & seqq.
Regalias Principi reservatas nemo exercet, nisi sibi à Principe concedantur. ibid. n. 38.
In Regalium generali concessione non veniunt Principi reservata. ibid. n. 39.
Regalia Principis est avocatio causarum, sive inceptarum, sive jam ceptarum coram Judicibus inferioribus. p. 426. n. 86. cum seqq.
Regalium recursus pro tollenda violentia plurimi Theologi vocarunt privilegium. p. 52. n. 196.
Regaliis multum deferunt Pontifices, & consuetudinibus immemorialibus Principum Christianorum, circa res spirituales, maximè in Regno Hispaniæ tam remoto. ibid. n. 199.
Supplicatio ad Papam humilitatis, & reverentiæ indicativa, ostentat potentiam Supremæ Majestatis S. A. quam hac Regalia privare velle non est virisimile. ibid. n. 201.
Regis Regalia est minuere potestatem suis Magistratibus datam, & ad libitum tollere, & alteri aggregare. p. 435. n. 16.
Regalia protectionis inseparabiliter inhæret Regiæ dignitati, maximè in tuenda fide. p. 436. n. 27.
Quam à se abdicare, ac renuntiare non potest, nisi simul Coronæ renunciet. ibid. n. 28.
Regaliam suam, & potestatem penes se residentem magis ostentat abdicatio, & avocatio causarum à suis Magistratibus. p. 437. n. 29.
Jus competens Regi de jure, privilegio, aut consuetudine in rebus Ecclesiasticis Regalia ipsius est. p. 448. n. 115.
De qua cognoscit inter Ecclesiasticos. ibid. n. 116.
Regnum, *Regimen*. Vide *Respublica*, *Rex*, *Præjudicium*, *Princeps*, *Retentio*, *Vassallus*, *Violentia*.
Regnum non tam ad Regis, quàm ad vassallorum utilitatem est introductum. p. 10. n. 76.
Regni cor, ut est Rex, vigilat dormiente Regno. ibid. n. 73.
Regni utilitas & opulentia, est utilitas Regis. p. 11. n. 88.
Regni tuitio finis est & objectum creandi Reges. ibid. n. 93.
Regnum non propter Regem, sed propter protectionem vi oppressorum à Deo fuit creatum. p. 12. 102.
Regnum nihil aliud est, quàm nobilis servitus. p. 14. n. 127.
In Regno Hispaniæ jam diu inolevit praxis retinendi litteras, ut si adversentur Sacris Conciliis generalibus, informatus Pontifex de veritate, quod Ecclesiæ saluti, fidelium utilitati, Reipublicæ quieti disponat. p. 32. n. 35. & 36.
In Regno Neapolitano, non exequuntur litteræ Apostol. donec interponatur brachium Regium vulgo dictum (exequatur.) ibid. n. 37.
In Regno Siliciæ non permittitur litteras Apostol. executioni dari, donec examinatæ à Regio Magistratu, emanet decretum (exequatur.) p. 33. n. 41. & seqq.
Monarchiæ Siciliæ praxis examinandi litteras Apostol. originem habet à privilegio Apostol. Regerio primo Regi dato, qui constitutus fuit Legatus Apostol. Sedis in suo Regno. ib. n. 44. cum seqq.
Cæsar Baro. contra Monarchiam Regni Siciliæ in spiritualibus nonnulla scripsit. p. 34. n. 48.
Contra quem tamen nonnullæ prodierunt in publicum Apologiæ, nec non Regia edicta. ib. n. 49.
Regni & Regis damnum ad invicem compatiuntur, cum unum faciant indivisibile corpus. p. 78. n. 1. & seqq.
Custodiri Regem à malis, nihil prodest, si & Regnum non custodiatur. ibid. n. 3.
Regnum uti corpus mysticum infirmitatibus, & accidentibus est subjectum. p. 79. n. 6.
Regna sicuti corpora humana florent & interitum patiunrur. ibid. n. 7.
Regnantis est gloria subditorum otiosa tranquillitas. p. 80. n. 14. & seqq.
Ex bono regimine Reipublicæ simultaneum oritur utile Regi, & Regno. ibid. n. 13.
Regni utilitas est commodum Regis. ibid. n. 17.
Regem divitiis & auro abundare, nihil prodest, si Regnum sit tributis lacessitum, & oppressionibus infirmum. ibid. n. 19.
Regi nihil magis nocivum, quàm semel amittere suam majoriam. p. 81. n. 28.
Regni & Regis damnum, seu utilitas ad invicem convertuntur, quia non dabimus damnum Regnis, quin vergat in damnum Regis. p. 82. n. 42.
Regnorum creandorum finis est, ut vassali in pace conserventur. p. 85. n. 71.
Extra Regnum trahere regnicolam abusus est notorius, à quo in Francia appellatur ad Curiam p. 89. n. 32. & seqq.
Regnum stabile non est, ubi non est pietas, fides, & cura juris. n. 6. & seqq.
Extra Regnum conventus in prima instantia uti potest retentionis remedio. p. 111. n. 34.
Regno Galeciæ dedit Philippus IV. Hispaniarum Rex votum in comitiis, illud dismembrans à Civitate Cameræ, quæ precario illud detinebat à dicto Regno. p. 168. n. 17.
Ad Regnorum suorum protectionem adstringuntur Principes, ne violentiam, aut scandala patiantur in perniciem Reipublicæ Ecclesiasticæ, spiritualis, & temporalis. p. 187. n. 2.
Regnorum conservationi nihil præstantius vigilantia in cultus Divini, & status Ecclesiastici tuitione, qua nititur stabilimentum omnium rerum publicarum. p. 188. n. 17.
Quod Imperator Theodosius in agone mortis suis filiis præceptum reliquit. p. 188. n. 17.
Ordinaria provisio datur à Senatu, ut impetrans

aut eligens judicem extra Regna Coronæ Caſtellæ commiſſione non utatur. p 198. n. 23.
In Regno Galleciæ judices non admittuntur Delegati in prima inſtantia, nec executores gratiarum conficiunt proceſſum, ſed de nudo tantum facto permittuntur cognoſcere, ſed Ordinarii. ibid. n. 27.
In diverſis Regnis etſi ſint bona & villæ unitæ majoratui exiſtenti in alio Regno judicium movetur, ubi caput ſit majoratus. p. 217. n. 27. & ſeqq.
Hujus Regni naturales prohibentur impetrare commiſſiones judicibus extra illud, & in Senatu datur proviſio ordinaria, ut illi afferant judicem in Regno, ex Decreto Senatus. p. 259. n. 98. cum ſeqq.
Extra Regnum eligere Conſervatores prohibiti ſunt exempti ad fugiendas moleſtias naturalium. ibid. n. 97. & ſeqq.
Regni Aragoniæ Prælatis habentibus loca ſibi ſubjecta in Caſtella ordinatum fuit per Senatum, ut illis judices creent, ob magna damna vitanda. p. 260. n. 101. & ſeqq.
Rex uti Legatus de latere Regni Siliciæ non comprehenditur in diſpoſitione, cap. cauſæ omnes, & ſi inhibeat omnes Legatos de latere in prima inſtantia, validis fulcitur rationibus. p. 33. n. 42. & ſeqq.

Reiterare.

Ab electione appellans objiciendo non ſervata forma juramenti, de qua in capit. ut circa de electionibus, lib. 6. an poſſit aliam appellationem utilem, validam reiterare, & viam appellationis ſemel aſſumpta proſequi. p. 341. n. 33. & ſeqq.
Facultas conficiendi actum non conſumitur per actum informem, & inutilem, ſed poteſt illo iterum utiliter reiterare. ibid. n. 35.
Reiterari non poteſt appellatio objectiva informiter, & nulliter ſemel ab electione oppoſita. p. 342. à n. 37. & ſeqq.
Actus ſemel nulliter geſtus nequit validè reiterari poſtquam ex primo fuerit jus tertio quæſitum. ibid. n. 39. & 40.

Relatio, Referens. Vide *Senatus, Princeps, Papa, Narrativa Juſſio.*

Pontifex ad relationem tanti Senatus damna delet, certus aliter non moveri, quàm poſcat publica ſubditorum ſalus. p. 69. n. 58. & ſeqq.
Relationi Senatus ſuper legitimitate cauſæ ſuſpendendarum litterarum Papam tantam fidem adhibet, multo magis executor earum. p. 134. n. 141.
Relatione ſubſcriptionis facta in monitorialibus per Delegatum, aut Notarium, an ſit danda fides in Senatu, ita ut probata dicatur ſubſcriptio commiſſionis. p. 409. n. 1. cum ſeqq.
Relationi judicis in iis, quæ non dependent à mera ſua poteſtate, ſtandum non eſt, nec credendum. ibid. n. 8.
Nec in iis quæ requiruntur pro fundamento ſuæ juriſdictionis. ibid.
Relatio facta Papæ ſub involucro verborum, idem eſt ac ſi veritas penitùs taceatur. p. 427. n. 94.
Sub involucro verborum facta Principi relatio non poteſt apparere ejus deliberata voluntas. ibid. n. 96.
Idem per cautam loquelam, aut ironiam. ib. n. 97.

Relaxare. Vide *Litteræ, Decreta, Retentio.*

Litteræ ſtatim relaxantur impetranti, ubi Senatus juſtam cauſam non reperit. p. 31. n. 29.
Si examine litterarum facto per Senatum repeſitur legitimam deficere cauſam retinendi, ſtatim relaxantur literæ, ut illis pars utatur. p. 181. n. 56.

Religio, Regulares, Religioſus. Vide *Cultus, Monaſterium, Examen, Scandalum.*

Religioſus vel alius exemptus promotus ad Parochialem non ſubjectam Prælato Regulari, eximitur à poteſtate Prælati; & ſubintrat juriſdictionem Ordinarii reſpectu Parochialis. p. 292. n. 3. & ſeqq.
Ob Religionem exemptus, ſi intuitu Parochialis ſubjectæ Ordinario delinquet, vel contrahat, cognitio pertinet Ordinario. p. 293. n. 4.
Regularis, ſi præeſt Curæ animarum ſubeſt Ordinarii juriſdictioni, quod non obſtantibus quibuſvis exemptionibus pluries declaravit Rota. ib. n. 17.
Religio non mendicantium, cui datur privilegium ad inſtar mendicantium, non eſt mendicantium, licèt ejus privilegiis fruatur. p. 333. n. 22.
Religioſi, & alii exempti ſunt prohibiti extra Regnum eligere Conſervatores, ne naturales moleſtentur ex Decreto Senatus. 66. inter impreſſos. p. 259. n. 97. & ſeqq.
Religioſi, & alii exempti licitè uti poſſunt protectionis Regalia, & recurſu, ſi contra eos impetretur commiſſio ſubſcripta propria manu Sanctiſſimi in prima inſtantia, ut retineatur in Senatu, remiſſa cauſa Conſervatoribus ſuis. p. 260. n. 102.
Religioſorum cauſæ non trahuntur ad Senatum per viam violentiæ, ſi coram ſuo Prælato regulariter tractentur. ibid. n. 104.
Religioſorum cauſæ, quæ tractantur coram judice Delegato, Ordinario, aut Conſervare, rectè ad Tribunalia trahuntur per viam violentiæ. ibid. n. 105.
Ubi gubernaculum diſciplinæ contemnitur, reſtat ut Religio naufragetur. p. 7. n. 37.
Religionis tranquillitas Principi intereſt. ibid. n. 40.
Religionis Catholicæ Principes ſunt Protectores. p. 9. n. 67. & 68.
Religionis tutela, & conſervatio, ac timor Dei ſolus eſt cuſtos ſocietatis hominum intereſſe. ibid. n. 70.
Breve Pii V. de iterum examinandis Religioſis. Confeſſoribus, & de ſcandalo ſedato propter hoc à Rege Catholico. p. 75. n. 40. cum ſeqq.
Religioſæ res aliter tutæ eſſe non poſſunt niſi & Regia, & Sacerdotalis defendat authoritas. p. 187. n. 7.
Religionum cauſas in prima inſtantia coram Conſervatoribus ſuis cognoſcendas, verius oſtenditur. p. 251. n. 2. cum multis ſeqq.
Vide *Conſervator.*
Religioſi Prælati quibus gubernium monialium ſibi ſubjectarum demandavit Papa non poſſunt eo inconſulto illas dimittere. p. 254. n. 29. & ſeqq.
Religioſorum ſubjectio Prælatis à Papa pendet, ſine cujus miniſterio Prælati Regulares juriſdictione carent. ibid. n. 27. & ſeqq.
Pontifex eſt Summus Prælatus Religionum omnium. ibid. n. 28.

Remedium. Vide *Querela, Retentio, Contraria.*

Remedio retentionis an poſſit intentari poſt peractam executionem litterarum, ſemper grandis habita difficultas. p. 118. n. 1. & ſeqq.
Remedium retentionis, & Decretum tendunt in futurum, ad impediendam executionem litterarum in perniciem Reipublicæ. ibid. n. 2.

Reme-

Remedium retentionis Bullarum inductum fuit dumtaxat ad impediendam executionem in detrimentum Reipublic. etiam ſpiritualis. p. 119. n. 15. & ſeqq.
Remedium datum ad ſuperſedendum, nequit verificari in re jam geſta. p. 122. n. 37.
Remedia à jure conceſſa ante actum factum, vel in præparatione ad faciendum ceſſant poſt illum conſummatum; ſed confugiendum erit ad remedia ordinaria. p. 122. n. 43.
Plura jura ſingularia ad idem ponderantur. ibid.
Falſa ſunt abjicienda remedia, quæ veris ſunt periculis graviora. p. 127. n. 81.
Remedium efficax ſalubre, & legitimum conſideravit Author, quo per indirectum poſſit conſequi executio Decreti retentionis etiam peracta executione litterarum ante habitum recurſum ad Senatum. p 128. n. 89. & ſeqq.
Remedia ad invicem contraria accumulari valeant. p. 148. n. 4. & ſeqq.
Et quando conditionaliter, & alternativè. ibid. à n. 9. cum ſeqq.
Remedio retentionis, & querela violentiæ ſimul intentatis ab utraque parte, quale ſuſpendendum p. 150. n. 28. & ſeqq.
Super ſimultaneis remediis violentiæ, & retentionis non eſt neceſſarium ſimultaneum Decretum, ſed ſingula Decreta pro ſingulis remediis ſeparatim ſufficiunt. p. 151. n. 38.
Declaratur Pater Enriquez in hoc ſimultaneo remedio juris, & praxis terminos confundens. ib. n. 39. & 40.
Remedium retentionis litterarum ſui natura eſt præſervativum futuri damni, & periculi imminentis ſeu minati. pag. 176. n. 4. & ſeqq.
Remedium ad præſidium innocentium inventum non debet eſſe vinculum iniquitatis. p. 234. nu. 15. cum ſeqq.
Remedium contra ſententiam ſuperioris declarantis proceſſum inferioris attentatum, geſtum tranſacto termino inhibitionis temporalis, prætextu improbi ſtyli operantis perpetuò. p. 236. n. 33.
Remiſſio. Vide *Ordinarius*, *Retentio*, *Stylus.*
Remiſſionem vaſſali prorogantis alterius juriſdictionem poteſt petere ſuperior. p. 160. n. 33. & ſeq.
Cauſæ omnes retentionis Bullarum ob derogationem juris Patron. laicorum aut Regis, &c. Remittit Conſilium Supremum ad Cancellarias, aliaſve Audientias & Regia ex leg. Regni. pag. 163. n. 19. & ſeqq.
Leges Regiæ diſponentes de hac remiſſione non procedunt per inhibitionem Conſilii Regii, ſed conſulendo ejus exonerationi. ibid. num. 24.
Remiſſio cauſarum pertinentium Bullarum retentioni nequit peti poſt latam primam ſententiam in Conſilio Supremo. ibid. n. 25.
Ex verbis ejuſdem Bullæ oritur juſtificatio ſtyli Senatus in remiſſione cauſarum Ordinariis in prima inſtantia. p. 199. n. 29.
Remiſſio non eſt facienda, ſi judex eam petens, & requiſitus, non ſint ejuſdem Imperii & Principatus. p. 379. n. 65.
Per remiſſionem cauſæ per Ordinarium factam ad Superiorem in prima inſtantia coram eo pendentis, an ceſſet Trident. diſpoſitio, & Senatus protectio. p. 218. n. 1.
Per remiſſionem cauſæ factam ad ſuperiorem ita efficaciter ad hunc devolvitur juriſdictio, ut omnia geſta per inferiorem corruant ipſo jure. ib. num. 2.
Ordinarius voluntariè remittens cauſam ad ſuperiorem in prima inſtantia nec amiſit juriſdictionem, nec ad ſuperiorem fuit devoluta. pag. 220. n. 18. & 19.
Per remiſſionem voluntariè factam ab Ordinario cauſæ in prima inſtantia pars gravata licitè utitur recurſu ad Regem, ut iterum remittatur Ordinario. ibid n. 22. & ſeqq.
Remiſſio cauſæ ad ſuperiorem tunc illicita erit in prima inſtantia, quando Ordinarius ſua ſponte, & nemine ritè inſtante illam fecerit. p. 221. n. 29.
Ordinarius à Legato ſuſpectus, & confitens cauſam oppoſitam licitè facit remiſſionem cauſæ ad ſuperiorem. p. 220. n. 25.
Ceſſante tamen fraude & colluſione. ib. n. 26.
Remiſſio ad ſuperiorem in prima inſtantia voluntariè facta per Ordinarium non eſt legitimus modus recedendi ab eo; imò contra juris reſiſtentiam facta dicitur. ibid. n. 27.
Remiſſio cauſæ in prima inſtantia legitimè facta per Ordinarium ad ſuperiorem operatur effectum juriſdictionis abdicativum. p. 221. n. 31.
Renuntiare. Vide *Abbas*, *Commiſſio*, *Privilegium*, *Exemptus*, *Comparitio.*
Renuntiare juri ſuo non videtur impetrans illud iterum ex privilegio. p. 47. n. 167. &. ſeqq.
Per privilegium incompatibile cum jure alias alicui competente, iſti renunciatum cenſetur p. 48. n. 169. & ſeqq.
Renuntiare beneficio compellitur Clericus ob ſcandalum vitandum. p. 74. n. 30. & ſeqq.
Et electioni de ſe factæ. ibid. n. 31.
Et Epiſcopatui. ibid. n. 32. & ſeqq.
Regaliæ protectionis in præjudicium Regiæ dignitatis nemo poteſt renuntiare, quominus ea inſuper Rex utatur. p. 158. n. 8.
Juri in utilitatem principaliter publicam, & ſecundariò in favorem aliquorum, nequit privatorum conventione renuntiari. p. 159. n. 18.
Secus ſi principaliter ſit in favorem ſingulorum. ib. n. 19.
Retentionis litterarum remedio, cum fuerit principaliter in favorem publicum inductum, & ſecundariò in utilitatem vaſſallorum, renuntiare nequit. ibid. n. 20.
Renuntiari non poteſt privilegio continenti favorem privatorum, & Principis ſimul. ibid. n. 21. & ſeqq.
Niſi adſit conſenſus ſimul Principis. ib. n. 22.
Renuntiari nequit juri complicato, cum jure ſuperioris in iſtius præjudicium. p. 160. n. 29. & ſeqq.
Juri & privilegio ſuo quis renuntiat, quando reſpicit ſui commodum tantùm, non alterius aut publicum. ibid. n. 34. & ſeqq.
Renuntiatio redundans in præjudicium alterius aut juris publici, non tenet. pag. 162. num. 55. & ſeqq.
Retentioni Bullarum, ubi abſolutè, & immediatè urget utilitas publica abſque particularis participatione, renuntiari nequit ſine Fiſcalis interventu, qui tunc recurſum proſequi valet. ib. n. 58. & ſeqq.
Renuntiari nequit citationi ad inſtantiam alicujus executæ, cum ſemel ex ea jus tertio fuerit quæſitum. p. 164. n. 74.
Renuntiare appellationi non poteſt appellans in præjudicium partis appellatæ. ib. n. 75.
Dilationi ſemel obtentæ nequit quis renuntiare

in præjudicium alterius. p. 164. n. 76.
Reſcripto per alium impetrato nequit impetrans renuntiare, poſtquam ex eo fuerit alteri jus quæſitum. ibid. n. 77.
Commiſſioni impetrans renuntiare non poteſt poſtquam citatus fuerit adverſarius ex quo jus ſibi fuit ſemel quæſitum. ib. n. 78.
Secus ante citationem, etiam ſi commiſſio contineat aliquid ad commodum tertii. ib. n. 79.
Reſcripto antequam per citationem efficiatur commune renuntiari poteſt, & de ratione. ibid. num. 80.
Renuntiare ſuæ conventioni coram laico non poteſt Clericus reconventus cum ſit jam jus tertio quæſitum. ib. n. 81.
Renuntiare poteſt quis ſuæ actioni, & judicio intentato, re integra, hoc eſt, ante citationem, cum adhuc non ſit jus tertio quæſitum. ibid. num. 82.
Renuntiare poteſt quis actionibus, & exemptionibus ſemel in judicium deductis, re integra, antequam jus tertio quæratur. p. 165. n. 83.
Renuntiatio non valet in præjudicium juris alterius, quoties ex renuntiatione inferri valet eidem præjudicium. ib. n. 84.
Unius renunciatione non tollitur quod in favorem plurium fuit introductum. p. 200. n. 10. & ſeqq. & à n. 18. cum ſeqq.
Renuntiatione partis, ceſſante conſenſu Epiſcopi cauſa in prima inſtantia non aufertur ab Ordinario. p. 201. n. 21. cum ſeqq.
Unius renuntiatione non tollitur privilegium habens jus complicatum. ib. n. 22 & ſeq.
Renuntiatio ſubditorum non valet in præjudicium ſuperioris, cui eſt favor communicatus. ib. n. 23. & 25.
Renuntiatio unius nequit fieri in præjudicium juris per alterum quæſiti. ib n. 26.
Exemptionis privilegio nequeunt renuntiare Prælati & Religioſi cum ſoli Papæ ſint ſubjecti, quorum Papa efficitur Diœceſanus. p. 253. n. 21.
Renuntiare ſuo foro nequit Clericus abſque Diœceſani ſui conſenſu. ib. n. 21.
Renuntiatio privilegii cujus favore tantum fuit inductum, valet. p. 254. n. 31. & ſeqq.
Per unum vel plures actus non cenſetur Prælatus renuntiare favori ſuæ Eccleſiæ. ibid. num. 40. & 41.
Renuntiatio juris complicati nec in præjudicium etiam renuntiantis valet. p. 255. n. 45.
Renuntiare licèt poſſit Dominus caducitati, fallit ſi caducitas ſit etiam in favorem alterius. ibid. n. 46.
Renuntiatio juris connexi commodam ſeparationem minimè admittentis non valet etiam in præjudicium renuntiantis. ib. n. 48.
Renuntiare quando impetrans poſſit vel non commiſſioni impetratæ, invito adverſario. p. 274. n. 19. cum ſeqq.
Renuntiare videtur commiſſioni, qui comparet coram alio judice competente. ib. n. 25.
Renuntiare an videatur primæ commiſſioni, qui aliam impetravit ſuper eodem negotio. ibid. n. 26.
Renuntiatio non acceptata non nocet, & iterum poteſt renuncians pœnitere. p. 275 n. 37 & ſeqq.
Renunciatio proprii fori expreſſa in contractu alibi celebrato tribuit jurisdictionem judi i huic contractus contra obligatum etiam ibi non repertum. p. 373. n. 13.
Repoſitio, Reponere; Vide *Ordinarius, Judex, Superſtes, Mors.*
Repoſitione facta executionis litterarum virtute Decreti violentiæ Senatus, res redditur integra, & conſideratur ac ſi litteræ executæ non fuiſſent. p. 128. n. 91. & ſeqq.
Repoſitione facta per executorem virtute Decreti violentiæ, intrat executio Decreti retentionis poſt executionem litterarum obtenti. ibid. n. 92.
Per repoſitionem executionis litterarum virtute decreti violentiæ poſſeſſio capta reducitur ad non poſſeſſionem, & omnia ad priorem ſtatum quo erant ante illorum executionem p. 130. n. 102.
Et tunc rectè intrat executio Decreti intentionis litterarum poſt eam obtenti, cum ſit ſublatum impedimentum. ib. n. 103.
Reponere facit ante omnia geſta per executorem contradictor poſſidens, non citatus, quandocumque compareat. ib. n. 109. & ſeqq.
Praxis ponitur, quemadmodum conſequenda erit repoſitio executionis litterarum peractæ ante recurſum retentionis intentatum, ut fieri queat executio Decreti retentionis poſtea obtenti. p. 133. n. 135. & ſeqq.
Reponi prius debet immiſſio attentata data non citato poſſeſſore antequam cum eo cauſa tractetur, & contradictio, in via tamen ordinaria. p. 471. n. 176. & ſeqq.
Ad repoſitionem attentatorum judex non eget juriſdictione. p. 143. n. 64.
Repugnantia. Vide *Contraria, incompatibile.*
Reſcriptum. Vide *Commiſſio.*
Reſcripta damnoſa Reipublicæ ſpirituali, aut temporali non concederet Papa, ſi id ſcieric à principio. p. 56. n. 3. & ſeqq.
Reſcriptis Principum inſolitis non eſt parendum. p. 88. n. 23.
Contra inſolita reſcripta præſumitur ideo in eorum executione ſuperſedendum. ib. n. 25.
Reſcriptum continens inconſueta ſuſpectum eſt de falſo. ib. n. 26.
Reſcripto per aliquem impetrato nequit impetrans renuntiare, poſtquam ex eo fuerit alteri jus quæſitum. p. 164. 77. & ſeqq.
Reſcripto antequam per citationem efficiatur commune, renuntiare poteſt impetrans, invito adverſario. ib. n. 80.
Reſcriptum corruit mortuo comprehenſo ſub clauſula (omneſque alios) antequam nominetur per impetrantem. p. 264. n. 10.
Reſcriptum impetrans ſuper jure aliàs ſibi competente huic non videtur renuntiare, quando abeſt incompatibilitas. p. 276. n. 50.
Reſcripti præſentatio eſt de proceſſu, uti illius potiſſimum fundamentum, facienda ſolemniter manu publici Notarii, de qua judici non creditur. p. 368. n. 76.
Reſcriptum impetrans in cauſa jam deciſa repellitur à limine judicii. p. 424. n. 63.
Et à jure reprobatur ſuper tertia appellatione. p. 425. n. 84.
Reſcriptum contra rem judicatam tanquam incivile, & injuſtum non debet admitti. ib. n. 65.
Reſcriptum ſuper tertia appellatione nec tenet, nec à Principe poterit concedi de ordinaria poteſtate. ib. n. 66.
Niſi per ſpeciale privilegium tertiam appellationem concedat Princeps de plenitudine poteſtatis. ib. n. 67.

Reſcriptum Principis contra rem judicatam, quatenus impedit ejus executionem admitti non debet. ibid. n. 69.
Idem contra tres ſententias conformes. ibid.
Et injuſtum, durum, & incivile, & contra jus. ibid. n. 71.
Reſcriptum Principis durum, & aſperum, ſeu injuſtum, nec debet admitti, nec exequi, ſed retineri ne eo impetrans utatur. ibid. n. 74.
Reſcriptum contra rem judicatam duo requirit ne detineatur, ſcientia Principis certa, & quod utatur ſua plenitudine poteſtatis. ibid. n. 79.
Aliter nec etiam per indirectum valet. p. 426. n. 80.
Reſcriptum pluribus directum, & eorum cuilibet, ſi is qui cœpit cauſam decedat, aut legitimo impedimento detineatur, unius ex ſuperſtitibus aſſumit cauſam in eodem ſtatu. p. 138. n. 7.
Subſcriptionem propriæ manus Sanctiſſimi opponendam in ipſis reſcriptis ad partes miſſis expreſsè decrevit Concilium Trident. p. 405. n. 12.
Inter ſupplicationem præſcriptam Paræ, & reſcriptum deſuper confectum multum ad partes magna datur differentia. ibid n. 13.
Reſcriptum mittendum ad partes ſubſcribendum eſſe, non caſualiter, ſed providè decrevit Concilium Trid. ut certus ſit Ordinarius de avocatione Paræ in prima inſtantia. ibid. n. 14.
A Concilio Trident. quod claris verbis decernit reſcriptum avocatorium ſubſcribendum non eſt facilè recedendum per declarationes, de quarum ſi le non conſtat, contrarium dicentes. ib. n. 18.
Senatus verbis claris Concilii Trident. decernentis ſubſcriptionem apponendam in reſcriptis adhæret uti reſcripto avocatorio primæ inſtantiæ, in quo ſubſcripto viſibiliter non legitur. p. 416. n 28.
Motus proprius Gregorii XIII. clarè intellexit Concilium Trident. decernentem formam ſubſcriptionis in reſcriptis ad partes miſſis apponendam. p. 417. n. 29.
Monitoriales ad partes miſſas quibus inſeritur reſcriptum avocatorium ſubſcriptum manu Sanctiſ. probant ſubſcriptionem ad effectum evitandi remiſſionem Ordinario. ibid. n. 32.
Reſcriptum impetratum in qualibet inſtantia pertinente ad Inquiſitionem Hiſpaniæ ſurreptitium declarant Pontifices. p. 443. n. 73.
Niſi ad ejus executionem, & impetrationem accedat conſenſus Regis Catholici. ibid.

Res, Res integra.

Super re donata per Regem Eccleſiæ cognoſcit Rex. p. 15. n. 144.
Res Eccleſiæ procedens à Rege efficitur de foro ipſius Regis. ibid. n. 145.
Rex quæ ſemel prohibitionem evaſit, ſemper remanet libera. p. 130. n. 104.
Res eadem poteſt diverſo jure cenſeri diverſis reſpectibus aut temporibus conſideratis. p. 150. n. 22.
Res eadem verè & interpretativè dicitur, quando inter eaſdem perſonas eadem quæſtio renovatur etſi de alia re penitus diverſa. p. 153. n. 11. & ſeqq. ubi de exemplis.
Res omnis per quaſcumque cauſas naſcitur, & per eaſdem reſolvitur. p. 158. n. 5.
Ratione rei ſuæ non fortitur quis forum, ſi ibi non re eriatur. p. 216. n. 13. & ſeqq.
Limita in Dominis temporalibus abſentibus, & habentibus in territorio ſui ſtatus caput; quia dicuntur domiciliarii. ibid.
Super rebus diverſis & ſeparatis ſimul in judicium deductis poteſt judex pro parte pronuntiare, & pro alia parte judicium differe. p. 282. n. 25. & ſeqq.
Idem inter diverſas perſonas ſimul conventas. ibid.
Quot ſunt res & capitula tot videntur ſententiæ, & variato uno, aliud remanet. ibid. n. 26.
Res quæ ſemel prohibitionem evaſit, ſemper libera remanet. p. 317. n. 5.
Rei ſemel alterata natura, ſemper remanet alterata. ibid. n. 6.
Res Eccleſiæ alicui conceſſa, & ab eadem Eccleſia recuperata primævam naturam libertatis ſimul recuperat. p 359. n. 43.
Et etiam pro illa parte, quam Eccleſia recuperavit, in qua ceſſat impedimentum, & ſubintrat jus commune. ibid. n 44.
Res, & perſonæ Eccleſiaſticæ in tuo eſſe non poſſunt niſi eas & Regia, & Sacerdotalis regat poteſtas. ibid.
Re non integra comparens etiam aliàs legitimus contradictor, non impedit executionem jam factam. p. 123. 44.
Facultas à jure conceſſa revocandi, aut impugnandi actum expirat poſt actum jam conſummatum, & re non integra. ibid. n. 45.
Res redditur integra facta repoſitione executionis litterarum vitute decreti violentiæ Senatus, & conſideratur, ac ſi litteræ executæ non fuiſſent. p. 128. n. 91. & ſeqq.
Per executionem præcedentem nulliter factam, res non definit eſſe integra. p. 130. n. 113. cum ſeqq.
Nec quoad omnes juris effectus definit eſſe integra. ib.
Res non definit eſſe integra per commiſſionem impetratam, & inde citationem Decretam, ante tamen ejus intimationem, & actualem executionem. p 266. n. 37.
Re integra poteſt quis renuntiare actionibus & exemptionibus ſemel in judicium deductis hoc eſt antequam fit jus tertio quæſitum. p. 166. n. 82. & ſeqq.
Re integra ante recurſum ad ſuperiorem poteſt Ordinarius poſt biennium ferre ſententiam. p. 224. n. 11.
Re integra, id eſt, ante citationem, mortuo conveniendo, & comprehenſo ſub clauſula (omnesque alios) commiſſio expirat contra ejus ſucceſſores. p 264. n. 12. & ſeqq.
Res non definit eſſe integra per ſolam præſentationem commiſſionis coram Delegato. p. 267. à n. 38. cum ſeqq
Re integra cauſa ceſſante, ceſſat effectus nondum conſummatus, ſed dum adhuc eſt in fieri. p. 318. n. 20 & ſeqq.
Promiſſio contemplatione alterius facta, iſto re integra decedente, corruit, ſecus re non integra, & facta acceptatione per donatorium. ibid. n. 22
Juriſdictione Delagata nondum præventa per ejus exercitium, res adhuc dicitur integra. ibid. n. 23. & ſeqq
Res integra quando impetrans poſſit, vel non commiſſioni renuntiare impetrans, invito adverſario. p. 319. n. 26 cum ſeqq.
Re integra poteſt Delegatus iterum acceptare commiſſionem, quamſemel repudiavit. p. 275. n. 40.

Res non desinit esse integra executione nulla, ideo impetrans potest suæ commissioni renuntiare. p. 275. n. 40.

Etiam re non integra comparentis possessor ad impediendam immissionem litterarum Apostolic. debet, & in via ordinaria audiri si non fuerit citatus, reposita prius immissione jam facta. p. 471. n. 176. & seqq.

Reservatio. Vide *Provisus*, *Ordinarius*. *Possessio.*

Super beneficio reservato liberè expediuntur commissiones in prima instantia, cum non percutiatur Trid. dispositio. p. 244. n. 1. cum. seqq.

Reservationis impedimento accidentaliter sublato, Ordinarius etiam ignorans ipso jure recuperat suam liberam jurisdictionem, & potestatem. p. 268. n. 55. & seqq.

Litteræ Apostolic. super executione gratiæ super beneficio reservato quantum ad executionem, seu processum extrajudicialem non requirunt, subscriptionem, quia in reservatis Concil. non percutiatur. p. 460. n. 53.

Reservatio si non est notoria, sed dubia & obscura, provisus per Ordinarium, & possessor impedit immissionem provisi Apostol. ex causa reservationis. p. 467. n. 120. cum. seqq.

Reservatio, & Decretum irritans non producunt suos effectus, dum de reservatione non constat, nec probatur. p. 471. n. 177. & seqq. Vide *Decretum irritans* ad plurima alia.

Reservatio sive generalis, sive specialis non intrat donec appareat dispositionem principalem percutere casum illum. p. 468. n. 135. & seqq.

Reservatio non inficit possessionem provisi ab Ordinario, dum non docetur intrare; imò in ea manutemur, & est legitimus contradictor. p. 469. n. 139.

Reservatio tunc impedit restitutionem spoliati, & ejus manutentionem, quando de ea clarè constat, non aliter. ibid. n. 140.

Reservatio clarè, & concludenter probari debet per provisum Apost. quando concurrit cum proviso per Ordinarium. ibid. n. 142.

Reservationis probatio dubia si redditur, provisus ab Ordinario impedit immissionem, & cessat via executiva litterarum Apostolic. estque cum eo via ordinaria agendum, ibid. n. 143. & seqq.

Reservatio ubi non est materialiter notoria, sed probabiliter de ea dubitatur, provisus ab Ordinario possidens impedit viam executivam litterarum, & via ordinaria vincendus. p. 470. n. 149. & seqq.

Ob reservationem concessa gratia, prius de qualitate reservationis constare debet, ut effectum consequatur. p. 471. n. 168.

Reservatio veniens ad annullandum collationem Ordinarii, & excludendum reum possessorem, debet plenè, & concludenter probari. p. 472. n. 118.

Nec est per plures præsumptiones, sed per plures probationes amovendus à sua possessione. ibid. n. 189.

Reservatio non intrat, quando contra eam aliquid coloratum opponitur. ibid. n. 192.

Reservatio si est notoria, quæ nulla potest tergiversatione celari, inficit possessionem, & titulum, provisus ab Ordinario non impedit immissionem petitam à proviso Apostol. ibid. n. 197. & seqq.

Reservatio si redditur turbida immissio denegatur proviso Apostol. nisi eadem sit notoria. p. 473. n. 198.

An à reservatione sint præservata beneficia patrimonialia, sicut beneficia juris patronatus laicorum. p. 145. n. 97.

Reservationem omnem excludunt indulti Diœcesis Calaguritanæ clausulæ. ibid. n. 98.

Similitudinem inter beneficia patrimonialia, & patronatus laici, non tantam dari dicit Gonçalez, quæ reservationem excludat. ibid. n. 99.

Patrimonialium beneficiorum nulla admittitur in Hispania derogatio, nec reservatio, sicut in beneficiis patronatus laici. ibid. n. 101.

Nec permutationes, aut resignationes, vel pensiones. ibid. n. 102.

Resignans, *Resignare.* Vide *Terminus*, *Contradictor.*

Resistentia. Vide *Assistentia*, *Jus*, *Ordinarius.*

Res Judicata. Vide *Sententia*, *Executio.*

Super facto matrimonii quæstio incidens coram sæculari declarante, nunquam stetisse matrimonium contractum, obstat rei judicatæ exceptio posteà in quæstione legitimitatis coram Ecclesiastico mota. p. 134. n. 138.

Res judicata an obstet succumbenti in retentione una ex causa deducta in Senatu, posteà iterum ei agenti ex alia nova tunc non deducta? p. 153. n. 2. cum seqq.

Res judicata non obstat agenti ex una causa, & prosequuta, quominus ex alia diversa ulterius agere queat. ibid. n. 10. & seqq.

Res judicata legitimè obtenta contra possessorem majoratus successori in eo, aut in dignitate nocet. ibid. n. 11.

Res judicata contra prædecessorem non nocet successori in majoratu venienti ex proprio jure, & ex causa diversa à jure majoratus. ibid. n. 12. & seqq.

Res judicata ut obstet, tres requiruntur identitates, copulativè, causæ, personarum, & rerum. p. 154. n. 18.

Res judicata non extendit vires suas ultra personas, res, & causas seu jura in ea comprehensa. ibid. n. 19.

Res judicata ut obstet, sufficit, quòd identitas sit verè vel interpretativè. ibid. n. 20. & seqq.

Actio etsi sit diversa, si idem sit medium concludendi res judicata obstat. ibid. n. 22.

Res judicata obstat licèt ad rem diversam, si tamen ex eodem fonte, & origine petatur iterum. ibid. n. 23.

Retentionem litterarum petenti ex una causa, & succumbenti non obstat res judicata, quominus iterum ex alia separata, & diversa retentionem intentare possit, prout in facti contingentia obtinuit Author in Concilio Supremo. ib. n. 24.

Res judicata non præjudicat quoad omnia deducta in judicio, si solum aliqua sint prosequuta. ibid. n. 28. & seqq.

Rei judicatæ exceptio ubi in aliquo non operatur, nec ad id appellatio vires suas extendit. p. 238. n. 13.

Rem judicatam quam faciunt in prosequutis illæ tres identitates. ibid. n. 16. & 17.

Jus novum & separatum à primo tunc cognoscetur, quando res judicata super isto non præjudicat illi noviter deducto. p. 280. n. 8.

Res & judicata acta inter collitigantes non nocent, nec possunt tertio comparenti ex suo jure indepen-

independenti & diverſo. pag. 280. num. 9.
Res judicata inter alios lata præjudicat tertio defenſuro, ratione connexitatis. p. 284. n. 56.
Res judicata fundata ſuper prohibito per Trident. & fundamento à lege reprobato, pariter reprobata intelligitur. pag. 305. n. 37. cum ſeqq
Declarationes Cardin. & Rotæ deciſiones dicentes Concilium Trident. in capit. cauſæ omnes, non excludere rem judicatam non procedunt reſpectu primæ inſtantiæ Ordinarii, ſed in §. ad hæc ejuſdem Decreti re longè diverſa, ut oſtenditur. p. 327. n. 58. & 59.
Trident. in dict. §. ad hæc non ſuſtulit juriſdictionem inferiorum quæſitam per rem judicatam ante Concil. promulgationem. ibid. n. 60.
Per rem judicatam executione mandata lis dicitur finita, non antea. p. 313. n. 10. cum ſeqq.
Per rem judicatam executioni non mandatam nec lis dicitur finita, nec poſſeſſor victus amittit poſſeſſionem omnino manutenibilem. ibid. n. 11. & ſeqq.
Res judicata, & acta proceſſus à pari procedunt, & cui unum non nocuit, nec aliud. p. 314. n. 18. & ſeqq.
Contra rem judicatam reſcriptum impetratum ſuper tertia appellatione non tenet, niſi ea plenitudine poteſtatis Principis. p. 424. à n. 61. cum ſeqq *vide* reſcriptum ubi plurima.
Ad rei judicatæ ſuſpenſionem non ſufficit expreſſum Principis reſcriptum quominus detineatur. p. 475. n. 78. & ſeqq.
De re judicata debet Papæ fieri expreſſa, & individua relatio, aliàs commiſſio non tenet, & eſt ſurreptitia. p. 426. n. 82. & ſeqq.
Rem judicatam non poteſt Princeps ſubvertere de ordinaria poteſtate per reſcriptum. p. 430. n. 12.

Reſolutum.

Reſoluto jure principali reſolvitur jus in conſequentiam ab illo dependens. p. 158. n. 4.
Reſoluto gravamine, quo fundatur appellatio, commiſſio, & inhibitio, reſolvuntur omnia eo nitentia. p. 419. n. 34.
Sublato fundamento, & origine, à quo cætera vim capiunt, & fundamentum corruunt. ibid. n. 35.
Reſoluta cauſa principali, tacitè intelligitur reſoluta inhibitio Rotalis ſuper articulo incidenti emanata. ibid. n. 36.
Reſoluta adquiſitione rei revocabiliter ex cauſa de præterito, omnia redeunt ad priorem ſtatum, ita ut fructus, hypotheca, & alia jura reſtituantur. ibid. n. 37.

Reſponſio.

Reſponſio ſimplex comprehendit omnia petita, quæ non ſunt cancellata. p. 397. n. 29. & ſeqq. & p. 396. n. 17 cum ſeqq.

Reſpublica. Vide *Utilitas*, *Neceſſitas*.

Reſpublica infelix judicatur violentiis oppreſſa protectore carens. p. 5. n. 3 & ſeqq.
Ad Reipublicæ defenſionem cuncta Deus ordinavit. p. 6. n. 19.
Reipublicæ ſalus, & ſubditorum tranquillitas præpræcipua Regis eſt. p. 10. n. 85.
Reſpublica ubi vel idololatria, vel oppreſſionibus violentis vexatur, cuilibet licet eam defendere, lege naturali ordinante. p. 19. n. 187. & ſeqq.
Reipublicæ Chriſtianæ utile fore, Principem obtinere privilegium, ut omnes litteræ juſtitiæ, & gratiæ præſententur in Senatu ante earum executionem, & qui dixerint. p. 32. n. 32.
Regi de jure permittitur tollere violentiam illatam ex litteris Apoſtol. in damnum Reipublic. impetratis per executionis ſuſpenſionem. p. 39. n. 87.
Reipublicæ ſpirituali, aut temporali damnoſa reſcripta non concederet Papa, ſi id ſciret à principio. p. 56. n. 3. & ſeqq.
Reipublicæ ſalus nulli magis convenit, quàm Principi. p. 79. n. 12. & ſeqq.
Ex Reipublicæ bono regimine ſimultaneum oritur utile Regi, & Regno. ibid. à n. 13. & ſeqq.
Reipublicæ ſalutem turbant violentiæ, & ſcandala. p. 81. n. 24. & ſeqq.
Ad Reipublicæ conſervationem debet Rex obviare iis, quæ ſuis Regaliis, & ſuorum privilegiis, & conſuetudinibus obſunt. ibid. n. 26. & ſeqq.
Reipublicæ Eccleſiaſticæ ſpiritualis aut temporalis turbationi, uti unico fundamendo nititur Regis facultas in Bullarum retentione. p. 100. n. 11. & ſeqq.
Rempublicam tueri, & ejus ſalutem (quæ in tranquillitate conſiſtit,) curare, Regis eſt intereſſe præcipuum. p. 158. n. 9. & ſeqq.
Reipublicæ caput eſt Princeps, à quo dependet omnis poteſtas. ibid. n. 10.
Et Reipublicæ gerit imaginem cujus loco fuit ſubrogatus. ibid. n. 11.
Reipublicæ intereſt ſumptibus, & vexationibus partium conſulere. p. 197. n. 14. & ſeqq.
Reipublicæ intolerabile infertur damnum, cauſam inſeparabilem coram diverſis judicibus tractari. p. 289. n. 19.
Reipublicæ ſymbolum homo eſt, & mundus homo grandis appellatur. p. 78. n. 4.
Inter Rempublicam & hominem magna, & propria ſimilitudo reperitur quoad ſingula utriuſque membra, quæ ſpecialiter proportionabiliter adæquantur. ibid.

Reſtitutio.

Reſtitutio in integrum, denegata ex una cauſa, iterum poteſt peti ex alia diverſa tunc exiſtente. p. 154. n. 17.
Reſtitutio in integrum, competens minori, competit etiam majori ſuo conſorti in individuis. p. 256. n. 63.
A reſtitutione Regni, etſi injuſtè occupatur excuſatur Rex, ſi inde damna maxima oriantur ſuo ſtatui. p. 87. n. 11.

Reſtringens.

Reſtringens ſe ad poteſtatem invalidam non ſuſtinet ex valida tunc ſibi competente. p. 155. n. 25.
Judex qui ordinaria, & delegata poteſtate potuit procedere reſtringens ſe ad delegatam invalidam, nihil agit, nec ex ordinaria actus ſuſtinetur. p. 368. n. 82.

Retentio. Vide *Litteræ*, *Senatus*, *Princeps*, *Decreta*, *Rex*, *Cauſa*.

Retentionis litterarum Apoſtol. tractatus incognitas, invincibiles difficultates continet. p. 22. n. 1. & 2.
In retentionis litterarum recurſu cur probatio per teſtes admittatur. p. 16. n. 160.
Retentionis litterarum uſus ab omnibus ferè doctis, & piis viris tam Juriſtis, quàm Theologis fuit approbatus. p. 18. n. 184. & ſeqq.

Retentionem litterarum Apoſt. legitimè factam Doctores tam Juriſtæ, quàm Theologi approbantes recenſentur. p. 29. n. 5. & ſeqq.
In Retentione Bullarum Rex non intendit Judicium Eccleſiaſticum uſurpare; ſed vult ad ædificationem Reipublicæ ſtatum Eccleſiaſticum promoveri ibid. n. 7.
Retentio Bullarum, exiſtente juſta cauſa, provenit ab origine & principio juris naturalis dictantis defenſionem vi oppreſſorum. p. 30. n. 20. & 21.
Retentio litterarum denegatur deficiente juſta cauſa. ibid. n. 22.
Retentionis cauſæ legitimæ variæ ſunt arbitrio docti, & pii viri relictæ. p. 31. n. 23.
Retinentur litteræ, quæ jus tertio quæſitum tollunt. ibid. n. 24.
Retentionis litterarum recurſu omnes Principes Chriſtiani utuntur. ibid. n. 25. & ſeqq.
Retentio in caſibus permiſſis exiſtente juſta cauſa fieri debet (ut aſſolet) cum maxima reverentia Sedis Apoſtol. ad effectum ſupplendi. ibid. n. 28.
Retentio litterarum Apoſtol. & examen in Regno Neapolitano practicatur. ibid. n. 30. & 34.
Retentio Bullarum ex principio juris naturalis provenit, & ex neceſſitate officii Regalis, quo aſtringitur Rex ad defenſionem impertiendam. p. 32. n. 31.
Retentio licitè fit à Rege abſque incurſu cenſurarum, ubi ita convenit paci, & conſervationi boni regiminis. ibid. n. 33.
Dummodo id fiat ſine fraude, & dolo, non ex animo tantam impediendi litterarum executionem. ibid. n. 34. & ſeqq.
Retentionis litterarum praxis in Hiſpania jam diù inolevit, ut ſi adverſentur ſacris Conciliis Generalibus informatus Pontifex de veritate quid Eccleſiæ ſaluti, fidelium utilitati, & Reipublicæ quieti convenit, diſponat. ibid. n. 37. & 38.
Antonin. Diana inſurgens in retentionem litterarum Apoſtol. reprehenditur. p. 33. n. 40.
Retentionis Bullarum uſus, jure immemoriali conſuetudine, & validis fundamentis vallatur, remiſſivè. p. 35. n. 54.
Retentioni Bullarum non obſtat Bulla in Cœna Domini; imò favet. ibid. n. 55. & ſeqq.
Retentionem in cap. 14. Bullæ, Cœnæ expreſsè permiſſam eſſe (ſupplicatione præmiſſa) plurimi referuntur DD. id firmantes. p. 36. n. 61. & ſeqq.
Ad Retentionem non examinat Senatus negotium principale, nec determinat, ſed violentiam principaliter ibi deductam. p. 37. n. 81.
Retentio litterarum præcedens legitimè facta non redditur illicita ob non proſequutionem ſupplicationis poſteà ſubſequutam. p. 40. n. 95.
In Retentione litterarum Apoſtol. nihil fit, quod detrahat Pontificis authoritati ejuſve puriſſimas aures offendat. p. 56. n. 1. & ſeqq.
In Retentione litterarum Senatus nihil agit de Pontificis poteſtate, nec de viribus litterarum; ſed de ejus intentione dubitatur, quod licitum eſt. p. 59. n. 29. & ſeqq
In Retentionis recurſu ſolum indagatur Pæpæ intentio, quæ deficit exiſtente juſta cauſa ad ſuſpendendam executionem litterarum. p. 61. n. 44.
Retentio Bullarum ob ſcandalum vitandum juſtificatur. p. 73. n. 9 & ſeqq.
Retentio litterarum etiam mero jure validarum locum habet ubi timetur damnum aliquod notabile, & ſcandalum. p. 77. n. 56.
Retentionem licitam eſſe litterarum ob timorem ſcandali, plures firmant DD. citati. ibid. n. 58.
Retentionem Bullarum in Senatu ob damnum Reipublicæ faciendum juxta rit. Regias Recopil. p. 82. n. 40. & 41. & ſeqq.
Damnum Reipublicæ Eccleſiaſticæ, ſpiritualis aut temporalis legitimam eſſe cauſam ad retentionem Bullarum Apoſt. in Senatu, omnes DD. affirmant relati. ibid. à n. 45. uſque ad n. 55.
Retentionem Bullarum ex abuſu & novitate genitrice ſcandali, & pertubationis ſtatus licitè fieri, juſtamque cauſam multi probant. p. 89. n. 34. & ſeqq.
Retinentur litteræ in Senatu ob grave damnum juris tertii, ad effectum ſupplicandi Sanctiſſimum. p. 95. n. 44. & multis ſeqq.
Retentio litterarum in Senatu ob præjudicium tertii tunc habet locum dumtaxat quando executione inducitur violentia, aut aliud damnum publicum. p. 97. n. 62. & ſeqq.
Retinetur in Senatu reſcriptum contra jus tertii iſto non citato, ne violentia fiat per ejus executionem. p. 98. n. 68.
Pater Enriquez declaratur in confeſſione duorum remediorum appellationis nempè ab executore, & Bullarum retentionis remedio. ibid. n. 69. & ſeqq.
Retentio ad decernenda in Senatu ob ſurreptionem ſimplicem litterarum. p. 99. n. 1. cum ſeqq.
Retentio Bullarum unico tantùm nititur fundamento, turbatione nempè Reipublicæ Eccleſiaſticæ ſpiritualis, aut temporalis. p. 100. n. 11. & ſeqq.
Retinentur litteræ in Senatu, etſi ſurreptitiæ non ſint, ſed adſit alia juſta cauſa. p. 101. n. 19. & 20.
Retentione an Senatus queat uti ultra ſex caſus lege Regia deſignatos, ad partes diſputatur. p. 107. à n. 1. & ſeqq.
Retentionis recurſum impedire vergit in damnum authoritas, & præeminentiæ Regis. p. 108. n. 3.
Retentionis Regalia poſſe uti Principem in omnibus caſibus indiſtinctè in quibus vertitur turbatio Reipublicæ, & damnum notabile ſtatus Eccleſiaſtici, mediis validiſſimis, ut verius oſtenditur. ibid. n. 13. & ſeqq.
In Retentione Bullarum cauſæ ſimiles expreſsè admittuntur. p. 111. à n. 31. cum ſeqq. à n. 26.
Retentio fit in Senatu reſcripti obtenti in præjudicium S. Inquiſitionis. ibid. n. 32.
Retentionis remedio utitur qui extra Regnum adſtringitur litem tractare in prima inſtantia. ibid. n. 34.
Retentio litterarum ex juſta cauſa toleratur, dummodo cauſa ſit evidens. ibid. n. 44. & ſeqq.
Retentionem litterarum ad omnes caſus ſimiles ſub ratione generica comprehenſos etiam non expreſſos in lege Regia extendi omnes ferè DD. tenent. p. 112. n. 47.
Quod etiam ſemper inconfusè fuit in Senatu obſervatum. ibid. n. 48.
Retentionis remedium an intentari poſſit poſt peractam executionem, grandis apud omnes habita difficultas. p. 118. n. 1. & ſeqq.

Retentionis remedium, & Decretum tendit in futurum ad impediendam executionem litterarum in perniciem Reipublicæ. ibid. n. 2.
Retentio Bullarum inventa fuit dumtaxat ad impediendam executionem earum in detrimentum Reipublicæ etiam ſpiritualis. p. 119. n. 15. & ſeqq.
Retentio ſi negaretur poſt peractam executionem litterarum in dammum Reipublicæ magnæ fraudes orirentur. p. 121. n. 25. ſeqq.
Retentionis Recurſu uti directè nequit regulariter poſt peractam executionem, & poſſeſſionis apprehenſionem vigore litterarum. ibid. n. 32. & ſeqq.
Retentionis Regalia certis finibus concluditur, & inventa ad finem impediendi executionem facienda ultra progredi non poteſt. ibid. n. 34. & ſeqq.
Retentionis remedium eſt limitatum ad confines impediendi executionem, & ad hunc finem inventum dumtaxat, ultra quos ceſſat poteſtas. p. 127. n. 77. & ſeqq.
Retentionis litterarum remedium, & querela violentiæ ob non delatam appellationem ab executore earum emiſſam variis modis concurrere ſimul aſſolent, in Senatu. p. 148. n. 1. & ſeqq.
Retentionis violentiæ ob non delatam appellationem querelæ an in finibus, & effectibus ſint contrariæ? ibid. n. 5.
Retentionis remedio, & querela violentiæ ob non delatam appellationem poteſt una pars conditionaliter ſimul uti ante peractam executionem litterarum. ibid. n. 9. & ſeqq. & n. 13.
Retentionis remedium altius requirit examen querela violentiæ, cum hæc ex actorum inſpectione terminetur. p. 149. n. 14.
Retentionis remedio, & querela violentiæ ſimul intentatis ab utraque parte, quale ſuſpendendum. ibid. n. 18. & ſeqq.
Retentionem litterarum petenti ex una cauſa, & ſuccumbenti non obeſt res judicata, quominus iterum ex alia ſeparata & diverſa retentionem intentet, prout in facti contingentia obtinuit Author in Conſilio Supremo. p. 155. n. 24. & ſeqq.
Retentionis recurſu pendente concordia inita inter collitigantes abſque Fiſcalis interventu, an ipſum faciat ceſſare recurſum quoad omnes. p. 158. à n. 1. & ſeqq.
Retentionis omnes caſus unica tantùm ratione & fundamento nituntur, præjudicio ſcilicet publicæ utilitatis. ibid. n. 13. & ſeqq.
Retentionis litterarum remedio, cum fuerit principaliter in favorem publicum inductum, & ſecundario in favorem vaſſallorum renuntiari nequit. p. 159. n. 20. & ſeqq.
Retentionis recurſus non ceſſat regulariter ex concordia inita inter collitigantes deficiente conſenſu Fiſcalis Regis, cui protectio principaliter intereſt. p. 162. n. 53.
Retentio litterarum provenit à jure naturali cuilibet permittente licitam defenſionem ib. n. 56.
Retentioni Bullarum ubi abſolutè, & immediatè urget utilitas publica abſque particularis participatione, renunciari nequit ſine Fiſcalis interventu, qui tunc recurſu proſequi valet. ibid. n. 57.
Retentio, in caſibus quæ locum habet cauſativè ſub aliquo ſuppoſito (nempe ex defectu conſenſus ejus, cui principale negotium tangit) ceſſat quandocumque accedat conſenſus ejus. p. 162. n. 58.
Ut in derogatione juris patronatus. ibid. n. 59. & ſeqq.
Et in aliis exemplis. ibid. n. ſeqq.
Retentio Bullarum ceſſat, ut ceſſante cauſa, quæ fundatur, ibidem Menchaca declaratur. p. 163. n. 65. & ſeqq.
In retentione Bullarum principaliter urget utilitas, & intereſſe Regis, cujus eſt Regalia. ibid. n. 67.
In retentionis cognitione duo tempora conſiderantur, ante decretum Senatus, & poſt illud executum, in primo principale eſt Regis intereſſe tollere violentiam, in ſecundo parti adſtrictæ ad ſupplicationis proſequuntionem coram Papa. ibid. n. 68. & ſeqq.
Retentionis litterarum caſus omnes dupliciter per viam violentiæ ad Tribunalia deferuntur, aut directè petendo retentionem earum, aut decretum violentiæ, ut executor deferat appellationis à gravamine illato, emiſſæ. p. 171. n. 54. & ſeqq.
Retentionis litterarum remedium ſui naturæ eſt præſervativum futuri damni, & periculi minati. p. 176. n. 2. & ſeqq.
Retentionis remedium fuit inventum ad defenſionem, quæ magis conſiſtit in injuriis inferendis, quàm in illatis jam. p. 177. n. 9. & ſeqq.
In retentionis cognitione nihil concurrit ſpirituale exact indagationis impeditivum, nec reſpectu principis, nec reſpectu finis. pag. 178. n. 23.
Retentionis Bullarum finis eſt violentiæ obviare, quia publica turbatur quies. ibid. n. 24. & ſeqq.
Retentionis cognitio non adhibetur alio fine, quàm tollendi violentiam, non ad diſcernendum ſuper jure ex litteris orto. ibid. n. 27. & 29. & ſeqq.
Agitur tantùm de quodam damno Reipublicæ extero non contento intrinſecè in litteris, nec cadente in intentione concedentis orto ab importunitate impetrantis. ibid. n. 28.
Retentionis examen (cum nihil ſpiritualitatis habeat, ſed meri facti temporalis incidentis in cauſa principali violentiæ pertinentis defenſioni, & cognitioni Principis) exactè poteſt in Senatu tractari. p. 180. n. 50. & à n. 44.
De praxi Senatus circa executorem exequentem litteras, quarum petitur retentio, cum quibus aufugit, quemadmodum conſulat oppreſſo per ſequeſtrationem & compulſionem, ut impetrans illas afferat, & abſolutionem à cenſuris intra terminum. p. 183. n. 88.
Retinendæ an ſint in Senatu monitoriales, & aliæ litteræ expeditæ ſuper jure novo contento in priori inſtantia, ſed noviter deducto in Rota? p. 237. n. 1. cum ſeqq.
Litteræ expeditæ per Judicem appellationis ſuper articulo ſeparato à cauſa principali (quæ ad ipſum dumtaxat fuit devoluta) retinentur in Senatu, facta articuli remiſſione Ordinario. p. 238. n. 17.
Retinet Senatus litteras expeditas ſuper novo articulo ſeparato noviter deducto coram Judice appellationis cum ejus cognitio Ordinario inferiori pertineat. p. 240. n. 29. & ſeqq.
Retinendæ ſunt in Senatu monitoriales expeditæ in Rota ſuper reconventione noviter illic facta,

ad quam tantùm conventionis causa fuit devoluta per appellationem. p. 241. n. 1. & seqq. & n. 8. & seqq.
Retinetur in Senatu commissio non subscripta contra exemptum impetrata tangentibus administrationem non exempta remissa causa Ordinario. p. 293. n. 12.
Retinetur in Senatu commissio in prima instantia super jurisdictione prætensa per Prælatos inferiores Episcopi cui causæ cognitio remittitur. p. 298. n. 9. & seqq.
Retinentur in Senatu executoriales obtentæ ablata indebitè prima instantia Ordinarii absque ejus simultaneo consensu illi remissa causa denuo cognoscenda. p. 326. n. 43. & seqq.
Retinendæ litteræ in Senatu quamvis pars coram Delegato comparuit in prima instantia, suas exceptiones allegando, & monitorio respondendo. p. 328. n. 77. & 78.
Retinenda an sit commissio ob recusationem Ordinarii impetrata, postmodum re integra recedentis, vel decedentis, ita ut causa remittatur in Senatu ejusdem Ordinarii successori. p. 347. n. cum seqq.
Retinetur in Senatu commissio impetrata ob recusationem Ordinarii ex hujus mutatione, re integra (nempe ante jurisdictionem in Delegato radicatam) remissa causæ cognitione successori Ordinarii recusati. ibid. n. 12. cum seqq.
Retinentur in Senatu executoriales obtentæ in Rota pendente apud eum examine, an monitoriales inde emanatæ percutiant primam instantiam Ordinarii. p. 318. n. 17. cum seqq.
Retentio Bullarum reverenter, & debito modo facta permittitur Regi ex Bulla Cœnæ. ib. n. 20.
Retinentur in Senatu executoriales obtentæ in Rota contra recurrentem, pendente recursu super monitorialibus percutientibus primam instantiam, ut causa noviter coram Ordinario cognoscatur. p. 328. n. 63. & seqq.
Retinetur in Senatu commissio non subscripta impetrata in causis exemptorum in quibus à jure datur cognitio Ordinario, eidem causa remissa in prima instantia. p. 359. n. 49. & 50.
In casibus à lege vel Principe Ordinario commissis, in quibus non alteratur ordinaria potestas, commissio non subscripta alteri impetrata retinetur in Senatu, causa remissa Ordinario. p. 358. n. 30.
Secus in casibus qui denuo Ordinario committuntur cum clausula demonstrante avocationem qui de jure communi sibi non competebant. ibid. n. 31.
Retinet Senatus commissiones meræ justitiæ non subscriptas manu Sanctissimi, causæ cognitione simpliciter Ordinario remissa. p. 362. n. 4.
Secus quæ sunt in executionem gratiæ expeditæ, quas omnes indistinctè tradit parti, ut coram Ordinario eis utatur. ibid. à n. 3. & seqq.
Retinentur in Senatu indistinctè litteræ monitoriales non subscriptæ, quibus gratia inserta venit, remissa simpliciter causa Ordinario. p. 367. n. 66. cum seqq.
Retinet Senatus litteras declaratorias, aliasve quaslibet ab Auditore Cameræ expeditas contra obligatum Romæ, aut extra eam degentem in partibus, & causa remittitur Ordinario. p. 367. n. 53. & seqq.
Ubi ad idem observatio Gabrielis Pereiræ refertur. ibid. n. 54.
Retinet Senatus litteras declaratorias expeditas ab Auditore Cameræ contra laicum Romæ obligatum in forma Cameræ, & submissum ejus jurisdictioni, causam remittens Judici competenti, & declarans vim facere. p. 378. n. 59. & seqq.
Retinentur in Senatu litteræ meræ justitiæ percutientes primam Ordinarii instantiam p. 382. n. 23. & seqq.
Retinet Senatus inhibitiones Rotales expeditas contra formam inviolabilem Concilii Trident. ne illis reproductis in Rota procedatur contra recurrentem per judicium contradictarum. n. 10. & seqq.
Retinetur in Senatu inhibitio Rotalis, qua cogitur pauper in causa matrimoniali extra suam Provinciam litigare juxta Trident. decretum. p. 420. n. 17. & seqq. & p. 422. n. 29. & seqq.
Retentionis potior causa legitima judicatur detractio, diminutio, authoritas, majoriæ, & Regaliæ Regis. p. 423. n. 41. seqq.
Retentione omissa in prædicto casu decreta Senatus maneret illusoria, & oppressus sub fide publica deceptus. ibid. n. 44.
Retentio datur inhibitionis Rotalis expedita super appellatione à re judicata, aut tribus conformibus. p. 424 n. 62.
Retentionem in Senatu non evitat inhibitio Rotalis, contra rem judicatam emanata. p. 425. n. 75. & seqq.
Retentio litterarum principaliter nititur præjudicio publico vitando. ibid. n. 76.
Retentionem litterarum ob difficilem aditum ad Sedem Apost. & longam distantiam omnes ferè Doctores justificant. p. 21. n. 2.
Retentionis litterarum Apost. Regalia omnes totius Orbis Christiani Principes utuntur. p. 22. n. 3.
Retentionem litterarum, adeò justam reddit longinquitas Regnorum, & difficilis aditus, ut etiam Doctores qui eam impugnant legitimam rationem esse expressè fateantur. ibid. n. 12.
Ex notissima difficultate aditus ad Sedem Apost. ob tam longam & remotam distantiam; & iter non tutum, sed plenum maris, & terræ periculis justitia legitimi recursus ad Regem pro interim retinendis litteris Apostolic. probabiliter & securè deducitur. p. 26. n. 53.
In retentione Bullarum, de qua in Hispania versatur urgens necessitas, minans, aut imminens periculum in mora, difficilis aditus ad Papam ob extremitatem locorum. p. 27. n. 65.
Retentionem litterarum in Hispania justificat tolerantia Pontificum, eò quod in evidens utilitatis regimen vergit. p. 50. n. 177. & seqq.
Animus approbativus recursus pro retinendis litteris colligitur ex Bulla Cœnæ, qua expressè permittitur. p. 52. n. 200.
Recursum pro retentione litterarum numquam impugnavit Rota. ibid. n. 202. & 203.
Ut inde Regium decretum retentionis suum consequatur effectum impeditum per executionem litterarum jam peractam. p. 141. n. 34.
